Ego homo ſum in poteſtate cõſtitutus, habens ſub me milites; & dico huic, Vade; & vadit: & alij, Veni, & venit. Ecce tibi, alterum longè amandat, alterum ad ſe facit venire: vt minimè ſimul ſint, qui venit, & qui amandatur. Ne putet homo, ad virtutem aduenientem poſſe coniungi contrarium vitium, quod debet ſemper, quàm longè eſſe diſſitum. In miſerandam cadet calamitatem, qui virtutem habens ſe vitiis adiungit. 398.2.

Fer. 6. Cinerum

Matth. 5. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros*, &c. Authoritas præcipientis difficillima quæque votari facit. 291.1.

Ego autem dico, &c. Ego qui non ſeuerum Iudicem ago, ſed patrem. De paterno enim præcipientis affectu difficilia votantur. 291.1.

Benefacite iis, qui oderunt vos. Hoc mandat Ieſus: niſi enim de ſpiritu Ieſu veniret, miraculum eſſet, ſi bona pro malis redderentur. 251.1.

Benefacite, &c. Beneficentia in hoſtes ſaluatis. 99.2.

Benefacite iis, &c. Ieſu ſpiritus eſt per eoſdem canales tribuere bona, per quos accepit mala. 153.1.

Vt ſitis filij Patris veſtri, &c. Diuinitas non tam in perdendis, quam in fouendis etiam hoſtibus manifeſtatur. 60.1.

Sabbatho Cinerum.

Matth. 6. *Erat nauis in medio mari, & Ieſus ſolus in terra.* Vtinam vel vnus ſolus Ieſus adſit: in vno enim Deo omnia nobis bona ſunt. 210.1.2. & 170.1.

Ieſus ſolus in terra. Nec alio egemus, ſi ſolus Ieſus inſpiciatur, à quo omnia habemus. 214.2.2.

Vidit Diſcipulos ſuos laborantes in remigando. Vidit Diſcipulos laborantes in mari, & adhuc ipſe in terra conſidet. Cur non magis illis ſubuenire feſtinat? Vt laborabant in mari, ſtuebamur, quando aquæ nunquam non auſpicatæ hominibus 205.1.2.

Laborantes in remigando. Cauendæ deliciæ eis, qui parantur ad triumphos. 157.2. & 158.1.

Circa quartam vigiliam venit. Deus differt, non aufert auxilium. 154.2.

Putauerunt phantaſma eſſe. Videbant in aquis ambulantem, & nihil ſubuenientis præſtantem: & non credebant, Dominum eſſe. Qui enim nihil præſtat ſuis, non dominus, ſed larua domini eſt. 243.1.

Venit ad eos ambulans ſuper mare. Non ſe à malis liberabit, qui nequit ſe eiſdem immiſcere malis. 171.2. & 172.1.

Dom. 1. Quadrag.

Matth. 4. *Si Filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant.* Malè Dæmon oſtendi curat Filium Dei in eo, quòd vni ſibi panes acquirat. Filius enim maximè in eo oſtenditur, quòd non tam ſibi, quàm parentibus proficit. 156.1.2.

Si Filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant. Quin potiùs nullo magis oſtenderet non eſſe illi Deum Patrem, quàm ſi Dæmonis voluntati acquieſceret in quærendo pane corruptibili. Non enim eſt pater iuueni ille, qui eum vitiis implicari permittit. 157.2.

Non ex ſolo pane viuit homo; ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei. Illud à Domino dictum haud dubium, quin certum ſit. Ibat aliquando poſt Ieſum ingens populorum turba, quæ nihil comederat toto triduo: vt diceret Ieſus Marci cap. 8. *Miſereor ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinent me, nec habent, quid manducent.* Et quod mirandum eſt, in tanta cibi penuria nullus adſtantis turbæ viſus eſt, qui cibum meminiſſet: vnde hoc? Intenti erant omnes Ieſu verbis, quibus nullum alium requirebant cibum. Verbum Dei ſuſtentat hominem. 384.2. & 385.1.

Tunc aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei: Si Filius Dei es. Iterum de hoc Dei Filio oſtendendo curat Diabolus. Et quid ad Diabolum, quòd vnus hic eſſet Dei Filius? Planè hic vnus erat pro ingenti multitudine. Vnicus enim filius, virtutis ſtudioſus, parentes plùs implet, quàm turba aliorum. 160.2.

Aſſumpſit eum Diabolus in ſanctam ciuitatem. Ecce tibi verus Rex Regum, vt ſeſe ſubdit Satanæ, & permittit portari in ciuitatem. Magna enim eſt gloria præſtantiſſimorum virorum, quòd ſciant ſubdi vel viliſſimo propter Deum. 165.1.2.

Statuit eum ſupra pinnaculum templi. Sub Diabolo etiam maximus hominum ſupra ſolum pinnaculum conſtituitur. Sub Chriſto vel minimi norunt ſupremas cæli calcare altitudines. 166.1.2.

Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia regna, &c. Tertia etiam tentatio ambitionis proponitur, vt iam Domino paratur

tur

tur triumphus, Quippe triumphus, & corona non in vita virtute [illegible] omnes continiri. 162.a

Hæc omnia tibi dabo, &c. Suggeſtio diabolica eſt, quòd qui [illegible] fecerit regnare inter fratres. 168.1.

Tunc reliquit eum Diabolus & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. In quo mini trabent cælo eiiciendo pedibus, calcibusve Diabolo. Nunquam enim Diabolus, ſicut vile mancipium à ſanctis mentibus non propulſatur calcibus. Diabolus de ſub pedibus ſeruorum Dei appatet. 379.1.

Fer.2. à Dom.1. Quadrag.

Matt.25. *Tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſuæ*. Certum eſt, quòd tunc in futuro tempore ſedebit Rex, & iudicabit. Sed, quia illud erit tunc, & non nunc, minus de illo mortales curant. 177 .& 178.1.

Congregabuntur ante eum omnes. &c. Ille ſtatuetur iniquitatis vindex, qui gratiarum largitor fuit 194.1.2.

Sicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. In morte, & iudicio oſtenditur, qualis quis fuerit, ao hœdus, an ouis. 179.1.

Statuet oues à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Oues fœcundæ, & partubus plenæ à dextris: non enim ſterilibus, & negligentibus; ſed operantibus obueniunt ex Deo bona. 181.1.2.

Tunc dicet Rex his, qui a dextris eius erunt: Venite, benedicti Patris mei. Magna Principis felicitas, quòd cognoſcat, in quo homine ſit Deus. 83 1.

Eſuriui enim, & dediſtis, &c. De eleemoſyna quære plura in Indice rerum. Dona Chriſto in egentibus exhibita ſecuriſſimum faciunt ad Deum acceſſum. 241.1.2.

Fer.3. à Dom. 1.

Matth.21. *Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus Propheta*. Erant Ieroſolymis Principes, & erant populares Non autem Principes, ſed populares Ieſum agnoſcunt. Non enim dormientibus, ſed laborantibus datur, quòd agnoſcant authorem veræ ſalutis. 106.2.& 107.1.

Intrauit in templum; & eiiciebat omnes vendentes. Ieſus eiiciebat vendentes è templo, è cælo autem ſolus quiſque ſe eiicit. 140.2.

Eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo; & menſas nummulariorum, &c. In templo ergo erant nummorum menſæ. Quia pecunia mundialium hominum eſt Deus 255.1. Præcipuè aulicorum. ead.2.

Menſas nummulariorum. Meritò nummulariis adiungit menſas: vt enim menſa præſefert otium, & quietem: ſic à nummorum abundantia oritur inertiſſimum otium, quod Reſpublicas perdat. 235.2.

Intrauit Ieſus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. Non ſolùm auariſſimos vſurarios eiecit, ſed & cathedras vendentium columbas euertit. Et mirabar, quòd vel columbæ venditor ſic malè audiret tunc apud Deum, vt pœnas illi daret; cùm modò magna ſacrilegorum turba impunè graſſatur in templis? Et cur modò Deus adeò manſuetus eſt erga ſacrilegos, & tunc adeò ſeuerus contra venditores columbarum extitit? Vbi Deus iram ſuam exercet in vnum peccatorem, caueat, qui ſimilis eſt illi. 355.2.

Fer. 4. à Dom. 1.

Matth.12. *Volumus à te ſignum videre*. Euthymius: *Signum de cœlo*. nimirum, ſignum in aere factum. Quàm ſtultè petitur tale ſignum, pro vero Meſſia, & Rege cognoſcendo. Principatus enim non debet ſtare, niſi in hominibus ſingularis 1.2. Nihil æternum, ſed temporale ſolum appetere. 204.1.2.

Generatio mala, & adultera. Non ſolum mala dicitur generatio, ſed & adultera. Semper enim ab vno peccato in aliud maius venitur. 17 .1.2.

Signum non dabitur ei. Nimirum, generationi adulteræ: quia Ieſus in illis amat eſſe, qui carnales voluptates fugiunt. 193.2.

Niſi ſignum Ionæ. Ionæ ſignum vocat, ſignum Chriſti paſſi, ex quo tota meſſis gloriæ nobis aſſurgit. 207.1.

Erit Filius hominis in corde terræ. Non erit equidem ibi otioſus, ſed vt optimus terræ cultor, qui laboribus ſuis e lolio faciet triticum, ex impiis ſanctos. ead.2.

Fer. 5. à Dom. 1.

Matth 15. *Ecce mulier Chananæa*. Non detrectat Euangeliſta mulierem è gente vili Chananæorum dicere. Deſtat enim de nobilium auorum flexitiis ſuis gloriatio.7.1. Item, nobilitas Deo probata, non ab atauis, ſed à virtutibus. 8.1.

Et à finibus illis egreſſa. Egreſſa dicitur, non progreſſa. Non enim cenſetur progreſſus illius, qui ſuos in æternitatis relinquit, vt hæc relinquebat filiam a Dæmone poſſeſſam 271.1.

Filia mea malè à Dæmonio vexatur. In fœmineum animum magis Dæmones valent. 106.2.& 107.1.

Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus. Quanta hæc duritiès Domini? Nec mirum: vt enim Chananæi adololatriæ in claris Dei operibus errabant, ſic in difficillimis, & duriſſimis erant probandi in ſalutem. 258.1.

Etiam Domine, &c. Dominum vocat illum, à quo canis vocabatur. Magnum eſt, quòd iniurium tribuit honorificè multis pro equatis 255.2.

Et catelli edunt de micis. Sanitatem hæc requirit, & micas poſtulat. Qui vel parua à Deo venientia bona ingentes diuitias aſtimant. 244.1.

Fer. 6. à Dom. 1.

Ioan. 5. *Expectantium aquæ motum*. Temporales homines nihil niſi fluxum nouerunt appetere. 204.1. Quod nunc a creaturis, ſed a Deo ſperatur, en pio, quaſi in poſſeſſione habemus. 213.1.2.

Sanabatur vnus. De vno Ieſu venit, quòd vniuerſi ſaluari poſſint. 218.2.

Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat a quacumque infirmitate. Creditor piſcina hæc facta ex aquis de fonte Siloë defluentibus quæ in ſola piſcina illa virtutem ſanandi poſt motionem Angeli recipiebant. Nobis Chriſtianis vbiuis munditiès affulget, & ſalus. 314.2.& 315.1.

Triginta & octo annos habens in infirmitate ſua. Cùm tempus omnia curare dicatur, cur tot anni non curant hunc hominem: Ibi oſtendebatur morbus peccati, qui ſolus non ſubiacet temporis edacitati. 231.2.

Hominem non habeo. Non ait: Volo ſanari diuturna enim vexatio ſic homines effœminat, vt nihil forte, aut virile velint. 196.2.

Suſtulit grabatum, &c. Et vires, & ſalutem recepit, inſuper & peccatorum remiſſionem, & cognitionem Ieſu. Quod enim bonum à Deo immediatè recipis, quaſi neſcit in maiora non ire. 289.1.

Sabbatho à Domin. 1.

Matth. 17. *Reſplenduit facies eius, ſicut Sol, &c.* Se m... Sole ful...entiorem oſtendit, qui veniebat factus o...iens vſque ad mortem. De toto ſuo ſplendore ſub obedien...ia veniebat. Quò enim illuſtrior perſona eſt, eò ob...quentior debet eſſe præceptis diuinis. 165.1.

Facies eius, ſicut Sol. Dei aduentus trahit lumina, di...ſſus nubila. 167.1.

Facies eius, ſicut Sol, &c. Qualis internè erat Ieſus, in exteri...o lumine, & ſplendore oſtendebatur. Sic quod internè ſumus, ſolet exterioribus explicari. 167.2.

Reſplenduit facies eius, ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix, &c. Et ecce vox de nube di...ns: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite. Dum Solis pulchritu...ine ...Ieſus, vox Patris intonat, quæ omnes n...n ad eum videndum, ſed ad eum audiendum inuitat. Verum Matth. 3. cùm Ieſus baptizaretur in Iordane, vox Patris ſolùm dicit: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* & minimè addidit illud: *Ipſum audite.* Compoſitus, & elegans v...ltus ex Deo dictorum ſolet facere fi...m, ...tiam ...quis. 382.1.

Veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix. Lucas autem ...qui cap. 9. *Veſtitus eius albus, & refulgens.* Nec leſit, qui veſtimenta Ieſu ... impſit pro verbo diuino. Sed quid veſtim...ti fulg..., & nix ad verbum Dei? Equidem verbum Dei lucidum eſt, ſuper & nix eſt, quia de cælo deſcendit, & terram emollit, & fœcundat. Dei verbum arida corda reddit fœcunda virtutum. 427.2.

Moyſes, & Elias cum eo loquentes. Diuerſiſſimus erat ſpiritus Eliæ, & ſpiritus Ieſu: nunc autem in vnum conueniunt, zelus Eliæ, & lenitas Ieſu; vetus, & nouum Teſtamentum. Qu...a vbi Diuinitas Ieſu oſtendebatur, non poterat diſſenſio vlla oſtendi. 292.2.

Moyſes, & Elias cum eo loquentes. Proponuntur Moyſes, & Elias cum Ieſu: vt diſcamus, quàm debeamus veterum Patrum veſtigiis hærere, ſi ad ſalutem contendimus. 73.2.

Bonum eſt nos hîc eſſe. Sub tanto Solis lumine Petrus, vt homo adhuc temporalis, magis hæret temporalibus. Sunt enim temporalium rerum affectus obſcurati ad limpidiſſimum cæleſtium veritatum lumen. 290.1.2.

Bonum eſt nos hîc eſſe. Piſcator vilis vix æſtimat cæleſtia, hoc temporali gaudio contentus. Nec mirror: cæleſtia enim bona magis præferri ſolent ab eis, qui mundialium bonorum habent experientiam. 295.1.

Bonum eſt nos hîc eſſe. Et addit D. Lucas: *Neſciens, quid diceret.* Quando enim Solem videbat, magis eam gloriam contemnere deberet, quæ ſine occaſu non erit. 164.1.2.

Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Modò Sol, quando facies ſplendebat, vt Sol: iam nubes obumbrat: ſic Sol diuinus & ſe oſtendit, & ſe obducit. Nunquam enim eius fauores non intermittuntur. 286.2.

Ecce nubes, &c. Dum Solis in facie Ieſu apparentis luce mulcebantur Diſcipuli, ecce nubes Solem illis eripuit. Qui enim temporalibus nititur, defectum ſentiet. 213.1.

Ecce nubes, &c. Vbi Sol, ſtatim nubes: quod enim lucidum, & floridum in mundo eſt, eaſum denotat. 283.2.

Hic eſt Filius meus dilectus, &c. Obnubilatis cæteris, vnus Ieſus oſtendebatur, qui ſolus omnia bona nobis facit ſuppeditare. 214.1.2.

Hic eſt Filius meus, &c. Vnus Ieſus nobis proponitur, à quo vno indeficientia bona poſſumus habere. 214.2.

Dominica 2.

Matt. 17. *Aſſumpſit Ieſus Petrum, &c.* De hoc Euangelio habes plura dicta in Sabbatho præcedenti.

Fer. 2. à Dom. 2.

Ioan. 8. *Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.* Inde perditionem eis annunciat: quia poſt diſceſſum Saluatoris, adhuc inſtabant Saluatori expectando, & quærendo. Sera, & minimè opportuna hæc inquiſitio erat, & ideò perdenda. Bonum enim conſilium exequendum eſt in tempore. 216.1.2. Tarditas enim in neceſſariis ſemper pernicioſa. 240.2.

Quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Per inſtantiam de Saluatore adhuc expectando, & quærendo, quo mortem euadant, ad mortem veniunt. Sic impij per quæ ditantur mala fugere, illa acceſſunt. 226.2. & 227.1.

Quò ego vado, vos non poteſtis venire. Ibat Ieſus ad mortem per crucem, quæ bonis, & ſanctis auſpicata eſt; inauſpicata, & funeſta malis, & dyſcolis. 105.1.

Vos de mundo hoc eſtis. Vt mundi ſectatores erant, quid in ſe traherent, niſi ruinam. Qui enim ſceleſtorum vitam ſectantur, ab illis nihil prius, quàm ruinam metuunt. 81.2.

Fer. 3. à Domin. 2.

Matth. 23. *Super cathedram Moyſis ſederunt Scribæ, & Phariſei: ſecundum opera eorum nolite facere.* E ... culmine in praua opera ibant. Ratò enim mundialia bona non pariunt iniquitatem. 85.2. Magna eſt enim præſtantia hominis, cuius mores non mutantur ab honoribus. 242.1.

Dicunt enim, & non faciunt. Non alteri mandes, quæ tu non facis. 27... Verba operibus illuſtranda. 80.2.

Vt videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria, &c. In eo gloria, quòd non veſtibus, ſed magis virtutibus fulgeas. 88.1.

Magnificant fimbrias, &c. Planè non ad hos pertinebant magnificæ fimbriæ. Peccatorum enim veſtes ab ſqualore, & fœditate. 89.1. Nimium ornatus ſtudium non tam ad ſalutem, quàm ad damnationem pertinet. 77.1.2.

Fer. 4. à Domin. 2.

Matth. 20. *Filius hominis tradetur, &c.* Hæc non ſolùm paſſus eſt Ieſus tempore mortis; ſed & nunc, cùm recolit, & per totam vitam, dum ea expectat. Mali enim expectatio quaſi ipſum malum videtur inferre. 126.2.

Die tertia reſurget. Tot illas contumelias, & crucem, & mortem in gloriam reſurrectionis conuertet: quod præſtantiſſimum eſt homini ſimilia valenti. 128.1.

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum, &c. Tunc cùm primùm audit de ſtatu reſurrectionis, in hoc cæteris mundialibus præſtantior. Illi enim non cùm vigent, ſed cùm penè in mortem acent, ad Deum accedunt.

Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi adorans, & petens aliquid. Nimirum, petebat promotionem filiorum. Audierat enim reſurrectionem futuram Chriſti, quæ non poterat non eſſe ad magnam promotionem ſuorum. 16.1.

Tunc acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filiis

filijs ſuis adorans, & petens aliquid ab eo. Expende illa: *Adorans, & petens.* Quippe vbi ſpes aliquid accipiendi mulierem implebat, ab ea ſingularem reuerentiam, & adorationem extorquebat. Spes lucri facit homines officioſiſſimos. 363.1.

Duo filij mei ſedeant, vnus à dextris, vnus à ſiniſtris in regno tuo. Non tem petebat ſine fundamento aliquo, quando id maxime diuinum eſt, quòd in bonorum, gloriatumve conſortium habeas tuos. 17.2.

Non eſt meum dare vobis, &c. Quæ meritorum ſunt præmia, non extorquenda fauore, vel amore. 159.2.

Fer. 5. à Dom. 2.

Luc. 16. *Epulabatur quotidie ſplendidè.* Fallebaot miſerum ſplendida hæc conuiuia, vt ſecuarent in ruinam. Sunt equidem felicitates muuiia vt ſaliaciſſimæ. 102.1.

Epulabatur quotidie. Nimia felicitas in exitium impellit. 103.2. Gula in Principe nociua. 242.2 Non tantas, ſed frequentia deliciarum mala. 87.2.

Induebatur purpura. Feliciùs procederet aduerſus vitia inculto amictu. 257.1.

Erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis, vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat, &c. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis, &c. Dicitur Lazarus fame oppreſſus, & vlceribus plenus ſuſtinuiſſe diuitis inhumanitatem, ad cuius ianuam iacebat. Sed non dicitur, quali patientia ibi eſſet. Cur non magis dicit, an patienter illa tulerit? Vel an in tanta miſeria conſtitutus maledixerit, aut blaſphemauerit nomen Domini, quod non pauci afflicti homines facere ſolent? Dum explicatur honor ab Angelis illi exhibitus, ſatis oſtenditur ille patientiſſimus fuiſſe, non blaſphemus. Blaſphemo enim nullus debet honor permitti. 416.1.

Nemo illi dabat. Vni ſibi attentus, Lazarum deſpiciebat. De vera autem nobilitate venit, quòd alios foueas. 162.2. & 159.2.

Canes veniebant, & lingebant. Serui Dei ſecuriores inter feras, quàm inter homines. 260.1.

Et canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Nec mirum: generoſi enim canes euangelici de vlceribus hominum ſic augentur, vt Domini ſui Regiam & ferueant, & impleant. Perfecti Concionatoris eſt potentium aures eorum ſceleribus percutere. 422.2.

Factum eſt, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abraha. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus in Inferno. Vtrunque mortuum proponit: ſed non dicit vtrunque ſepultum: de Lazari enim ſepultura ſiluit, vt quæ humilis fuerit: de diuitis autem ſepultura loquitur, propter ſpecioſitatem, & ambitionem illius. Et quando propter pretioſitatem ſepulturæ meminit, diuitem fuiſſe ſepultum, cur addidit ſepultum fuiſſe *in Inferno?* Quid ambitio, & pretioſitas ſepulcri cum Inferno? Auarorum diuitum funerea pompa, eſca Dæmonum videtur. 425. 2. 416.1.

Portaretur ab Angelis in ſinum Abraha. Non omninò ſanus in corpore, & anima oſtenditur, dum ab Angelis in ſinum Abrahæ portatur. Feliciores illi qui à Ieſu portantur, ſuſtentantur: inde enim in plenam abeunt ſanitatem. 94.2.

Mortuus eſt autem & diues, &c. Malitia eitiſſimum in exitium mittit ſuos. 109.2.

Fer. 6. à Dom. 2.

Matth. 21. *Homo erat paterfamiliàs, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim.* Vinea eſt Eccleſia Dei; ſeps intelligitur cuſtodia Angelorum; torcular autem ſunt Prophetæ vt enim in torcularibus, niſi de preſſura, &c. Ad Prophetæ honorem non inſiſteodum. 372.2.

Homo erat paterfamiliàs, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, &c. Iſaias cap. 5. de vinea etiam à Deo plantata facit mentionem, ſed cum hoc diſcrimine, quòd vinea Matthæi dicatur data agricolis in plurali, quaſi non vni, ſed multis data ſit: at vinea Iſaiæ minime dicitur data multis. Cæleſtia bona, ab vno poſſeſſa, ſine eius damno ab alio, & alio habentur ſimul. 397.1.2.

Homo erat paterfamiliàs, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim. In confeſſo eſt omnibus Expoſitoribus, hanc turrim ædificatam eſſe pro tutela, & defenſione ipſius vineæ, ne poſſet à latronibus deſtrui. Et quæ erat hæc turris ſic defendens, & conſeruans vineam ab omni deſtructione liberam? Meritò verbum Dei habetur pro turri. Ab vno Dei verbo nouit venire rerum incolumitas. 398.2. & 399.1.

Plantauit vineam. Sub vineæ nomine propoſuit nobis Diuinitatis notitiam: & meritò: mundiales enim homines ibi ſolum Diuinitatem putant eſſe, vbi bona ſpendent temporalia. 137.2.

Plantauit vineam. Dei enim eſt ad agriculturam mittere; Dæmonis autem ad otioſitatem Curiæ. 239.1.

Locauit eam agricolis. Ne otio vacarent, quia inter otioſos, & vacantes non inuenitur Deus. 147.2.

Cùm tempus fructuum appropinquaſſet. Appropinquat equidem in hac vita tempus fructuum gratiæ, quæ ſunt virtutes: non appropinquat tempus fructuum gloriæ: quia hæc vt à Deo ſolo veoit, in tempore huius vitæ non capitur. 40.1.

Miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus. Quando hi ſerui mittuntur pro fructibus animarum agricolarum percipiendis, facilè oſtenduntur mitti à Ieſu, cuius ſolius eſt ſalutem animarum requirere. 47.2.

Alium ceciderunt, alium occiderunt, &c. Domini ſeruos occidebant, & interea vineæ fructibus gaudebant. Quod valdè mirandum eſt: quis enim non miretur in homicidarum tranquillitate? 61.2.

Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Vt domino eriperent vineam cum fructibus honoris, & lucri, illum decernunt occidere. Quid inſaniùs, & dementius? Nunquam ex perditione proximorum, & gloria, & lucrum natum fuit. Non aſcenſus, ſed deſcenſus fit, qui aliorum fit damnis. 410.2.

Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum eum, &c. De occiſo domino ſibi hæreditariam vineam promittunt, cur non magis vindictam de patre occiſi manentem? Lucri temporalis ſplendor num ſiuit, quæ ibi ſunt, mala videre. ibid.

Hic eſt hæres, &c. Herodis mortem, & tranſitum amant, vt ipſi occupent hæreditatem. Semper enim minus agitur in mundialium bonorum ſucceſſione. 131.1.

Apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, &c. A quo bona omnia acceperant, illum eiiciunt, & occidunt, nullum tanti beneſactoris damnum ſentientes: quod iniquiſſimum, & periculoſiſſimum eſt. 62.2.

Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Vnde potuit in [illegible] hominum ora adeò vera ſententia venire? Ex ipſa veritatis natura, quæ nullis poteſt

[illegible] mentis ten[illegible] quin aliquando affulgeat eam, qui percipiant Veritas enim, etiam in [illegible], [illegible] lucet affulgere Dei amicis. [illegible]

Vineam suam locabit aliis. Mores est Deo, seruis inutilibus de [illegible] tem aliis committere. 68.a

Sabbatho à Dom. 2.

Luc 15. *Pater, da mihi portionem, &c.* Apud patrem nunquam non bene habet filios. 178 1.

Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe. Diſſipauit ſubſtantiam ſuam in luxuriis: quid inde mali ad patrem manauit? Planè non fieri id potuit, niſi grandi patris præmiſſo contemptu. Non ſine patrio luctu ita hæreditaria patrimonia dilapidant. 404.2.

Diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe. Sic luxuria in adoleſcente Dei memoriam, & rationis lumen abſumpſit. Luxurioſi enim Athei, id eſt, ſine vllo Deo. 318.1.

Diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe. Subſtantiam diſſipauit, nimirum, externa omnia bona [illegible] autem eſt, de fœminarum manibus euadere cum ſola ruina bonorum temporalium. 190.1.

Cœpit egere, &c. Ecce luxurioſus ieiunat, & famem patitur. Quid miſerius? Miſerrimum planè eſt, ſimiles eſſe Sanctis in pœnis, non in coronis. 195.1.

Cupiebat implere ventrem de ſiliquis, & nemo illi dabat. Ipſe adhuc vitioſis cupiditatibus operam dabat: [illegible] vitiorum, [illegible] abſtrahebatur. Vnde hoc, niſi à bono patre? de clariſſima enim poteſtate [illegible] lacere, ne quis peccet. 195.a.

Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, & nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus dixit, &c. Quantas cum in anguſtias adduxerat lasciuiens vita: Paſcebat porcos, quorum ſiliquis implere cupiebat, & non poterat. Vt ſe autem his liberaret anguſtiis, quid fecit? *In ſe reuerſus* [illegible], intrauit in ſeipſum, &c. nam qui in ſe eſt, nullo in diſcrimine non eſt tutus. 319.a. & 310.1.

Surgam, & ibo. Vbi cœpit ſperare de patre, ſimul incipit diligentias adhibere pro illo mouendo. Sic vbi certiùs [illegible] diuinum ſperatur, eò attentius diligentiæ [illegible] præſtandæ. 199.1.

Fac me, ſicut vnum ex mercenariis tuis. Luxuria enim neſcit [illegible] parentibus. 328.2

[illegible] ad patrem. Diligentia dedit ei patrem: vt negligentia, & ignauia dat perditionem. 200.1. & 181.a.

Cum longè eſſet, vidit illum pater, &c. Non potuit Deus [illegible] & [illegible] fugientem à laſciuia. 193.a.

Vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus, &c. Sic Lucas [illegible] introducitur filius prodigus in ſe reuerſus, & pœnitens [illegible] primùm verò Achab ſe pœnitentem oſtendit, ait Textus 3 Reg. 21. *Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbitem, dicens: Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? Factus eſt*, inquit, *ſermo Domini*, non ſermo patris. Vtrobique peccator erat, vtrobique pœnitens oſtendebatur; cur autem ad Achabum pœnitentem Dominus, & non pater dicitur reſpexiſſe, cum ad prodigum pater, & non Dominus reſpexerit. Prodigo multa, & magna dabantur, [illegible], ſtola prima, calcei, annulus, opipara [illegible]: Achabo parua offeruntur, nimirum, ait: *Non inducam malum in diebus eius.* Diuini Patris eſt magna donare. 429.1.

Cum adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens, &c. Quid eſt: *Cum adhuc longè eſſet?* Cum primùm cœpit in eo radiare pœnitentia, & confeſſionem meditari cœpit, iam illi Deus placabatur, & ab immiſſa fame, & aliis tribulationum iaculis abſtinebat. Vel ad primum halitum virtutis in homine, Deus lenitur erga illũ. 4[illegible]9.1. & a.

Cum adhuc longè eſſet, vidit illum pater ipſius, &c. Humilitas reuertentis fecit prodigum à Deo gratè videri. Humilitas in peccatore grata Deo. ead.2,

Non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenariis. Et cur non filium, ſed mercenarium vult haberi. Cauſam indigitat Textus paulò ante dicens de illo: *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè.* Luxuria fecit, ne filium ille ageret erga patrem ſuum. Amor enim in parentes in nullo magis ſplendet, quàm in pectore caſto. 328 1. & a.

Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & adducite vitulum ſaginatum, &c. Ecce tibi pœnitenti exhibet cæleſte conuiuium, quo pœnitentia perfectionem recipiat. Vera per pœnitentiam mutatio maximè perficitur ab euchariſtico cibo. 428.2.

Dom. 3. Quadrag.

Luc. 11. *Erat Ieſus eiiciens Dæmonium.* Vnus Ieſus dicitur nauare operam Dæmonio eiiciendo: non enim parum fatigat bonum Dominum ſubditorum malum. 204.2.

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. De ſola Ieſu propinquitate Dæmon [illegible]llebatur, & homo ſanabatur. Nunquam enim non ſalutare vel impiis, & à Dæmone poſſeſſis, quod Sanctis iungantur. 209.a.

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium. Etſi homo Dæmone plenus erat, tamen ei liberando Ieſus adſtabat. Solet enim Deus de iniquiſſimis etiam viris curare, in bonum eorum 212.2. Et etiam iniquiſſimis benefacere in ſuorum gratiam. 21[illegible]1.

Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Vel cæci recta ad noxia gradiuntur. 308.1.

Et illud erat mutum. Lethaliſſimum homini, quòd nullum habeat locum confeſſioni faciendæ. 126.a.

Cum eieciſſet Dæmonium, &c. Qui Dæmonio implebatur, iam Chriſtum loquitur. Chriſti enim labores de malis faciunt bonos, de lolio triticum. 207.a.

Locutus eſt mutus. Vnum apud Deum confeſſi viuunt. 46.1.

Fer. 2. à Dom. 3.

Luc. 4. *Quanta audiuimus facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua?* Petuntur à Ieſo beneficia fieri in patria; quæ iam ab eo facta fuerant apud extraneos. Et meritò: quia vnus Ieſus eſt, qui vniuerſis ſalutem donat. 218.2.

Nemo Propheta acceptus eſt in patria. Serui Dei vt feliciùs, & ſecuriùs apud extraneos degunt, quàm apud ſuos, in quibus eſt inuidia. 294.1. Et de inuidiæ rabie habes etiam 172.a.

Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſraël. Et viduæ, & vxores erant in diebus Eliæ: in ſolius enim Ieſu diebus apparuêre virgines. 219.1. Et vt virginitas præſtantiſſima ad animarum ſalutem comparandam. ead.2. Et vt magis aduerſatur animarum malis. 220.1.

Ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ. Elias & patriam, & domum reliquit, & ad extraneos abiit, ibique paſcitur. Temporalium enim honorum deſpectio propter Deum nunquam non fructifera. 222.1.

Ad mulierem viduam. Miſſus eſt Elias in Sarephta ad mulierem viduam, vt ex illa acciperet panem. Feliciores nos, quibus per Virginem Mariam non venditur; ſed donatur gratis cæleſtis Panis. 223.2.

Fer. 3. à Dom. 2.

Matth.18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Illud præceptum ferè omnes Patres de peccato, quod contra ſingulos fit, & ſingulis iniurioſum, intelligunt, vt cùm mea iniuria aliquis afficiat, illum ego corrigam. Cuiuſque peccatum vniuerſos offendit. 424.1.

Vade, & corripe eum, &c. Præſtantiſſimum iuſtitiæ opus, quòd nec in fratribus tegas, ſeu mordeas delicta. 227.2.

Vade, & corripe, &c. Vt primùm peccauerit, corripe; ne in peccato moretur: à peccato enim quamprimùm curandum eſt exire. 229.2.

Lucratus es fratrem tuum. Non dicit, quòd lucretur bona fratris, ſed, quòd lucretur fratrem. Verus enim amor non tua, ſed te quærit. 247.2.

Inter te, & ipſum ſolum. Domeſticorum defectus non ſunt extraneis euulgandi. 261.2.

Si autem te non audierit, &c. *Non audierit,* dicit: quaſi hoc eſſet ſummum malum, quòd peccator correptus non audiat. At illud erat viſitatius, quòd correctus inſurgat in correctorem ſuum. 253.1.

Si te non audierit. Cur non magis dixit: Si te perſecutus fuerit? Non id timebat à peccatore correcto: inſurgere enim in fratrem correctorem, idem eſt, ac inſurgere in benefactorem: quod non faciunt niſi inſani. 254.2.

Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos. Qui forſan clam non audierat, iubetur corrigi coram duobus, aut tribus: non enim niſi de magna ſtultitia veniet, quòd coram peccati conſciis vellet peccare. 258.2.

Si non audierit eos. Etiamſi multi ſint præſentes, timet, ne fortè à peccatore non audiantur: & meritò: quia ab vno Ieſu veniunt efficaciſſima verba. 259.2.

Fer. 4. à Dom. 3.

Matth. 15. *Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum,* &c. Malè, & periculoſe faciunt quærentes defectus in Apoſtolis, eóſque euulgantes. Fratrum enim delicta ex bonis circumſtantiis tegenda ſunt, non publicanda, nec exploranda. 263.2.

Quare Diſcipuli tui, &c. Ecce tibi, in quos inſurgunt Principes Iudæi, in paruulum Chriſti gregem. Commune eſt potentibus mundialibus in paruulos ſæuire. 11.2.

Non enim lauant manus ſuas, cùm panem manducant. Cumini dant ſcrupuloſi iſti, quòd Apoſtoli non lauarent manus ad manducandum. Et ſanè ſi de Panis cæleſtis manducatione ſermo eſſet, abſque dubio tenerentur ante illius ſumptionem mundari. Semper enim florida mundities requiritur, vt Panem cæleſtem capias. 19.2. & 245.1.

Tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Meritò ſancti homines non curabant traditiones, & ſtatuta inutilia, & vana: ſola enim illa ſtatuta ſeruanda, quæ conducunt ad bonum ſalutare. 72.2.

Ipſe reſpondens ait illis: Quare & vos, &c. Multi Scribæ, & Phariſæi accuſabant Diſcipulos, aduerſùs quos vnus Ieſus ſtat pro Diſcipulis. Vel enim paruus virtutis aſſecla ſuperior eſt contrariis mundi, & inferni Poteſtatibus. 11.2.

Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit, & non honorificauerit patrem. Prætextu religionis negabant parentibus ſubſidia. Vnde tanta duritier in parentes inter tot religionis prætextus. Equidem temporalium affectus inter veritatis lumina obſcurare magis ſolet. 290.1.

Feria 5. à Domin.

Luc.4. *Surgens de Synagoga introiuit in domum Simonis.* Ecce tibi Synagoga relinquitur & domus Simonis eligitur. maximè enim Deus oſtenditur in caſtigandis impiis, & fouendis iuſtis. 145.2.

Surgens de Synagoga, &c. Domum Simonis nominat, non domum Synagogæ cadenti enim ſuperbo nulla domus ſupereſt. 115.1.

Socrus Simonis tenebatur magnis febribus. Quæ in maiori afflictione erat, eò propinquior ſaluti. Non enim patiuntur repulſam à Deo, qui in afflictione ſunt. 132.1. Nihili æſtimandum malum temporale. 229.2.

Rogauerunt illum pro ea. Multi autem dicuntur rogare, non vnus Petrus rogare dicitur. Et cur non vnus Petrus? Ne vni omnia dare videretur Ieſus, quod eſt prudentiæ regaliſſimæ. 134.2.

Imperauit febri, & dimiſit illam. Vbi imperauit, ſtatim dimiſit: in celeritate enim cauſandi agnoſcitur Deus. 129.1.

Surgens miniſtrabat illis. Quam acceperat ſanitatem, in obſequium Saluatoris refundebat. Sic boni per accepta ſibi officia ingentes gratiarum cumulos refundunt. 198.1.

Cùm autem Sol occidiſſet, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens curabat eos. Ponit Lucas tempus, quo Ieſus incumbebat orationibus, nimirum, cùm occidiſſet Sol; an, quia anteà non aſſiſteret egentibus? Abſit: Ieſu enim nullum tempus, aut locus erat, in quo afflictis hominibus non adeſſet, eiſque afferret medelam. Deo nullus inacceſſus eſt locus. 417.1.

Fer. 6. à Dom. 3.

Ioan. 4. *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem,* &c. Sic Ieſus ſedet ſupra fontem ſpectans mulierem fornicariam, quam caſtam efficiat. Vnus enim Ieſus potens eſt carnis eluuiones exſiccare. 188. 2.

Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier, &c. Sexta hora notatur fuiſſe aduentus mulieris fornicariæ: caſtitatis autem puritas ſemper efficit matutinum clariſſimum. 196. 1.

Haurire aquam. Iuxta aquas expectat Dominus, vt fœminam in ſalutem trahat: quia non ſemel ab aquis in ſalutem traxit. Et ſemper noti bonorum calles debent ſeruari. 25.2.

Da mihi bibere. A fœmina iuxta fontem ſtante petit Dominus aquam: quid minus petere potuit? Equidem magnum aliud non peteret: indecorum enim eſt rerum magnarum te debitorem agnoſcere alteri, quàm Deo. 222.2.

Quomodo tu Iudæus cùm ſis, &c. Iudæus, & ſanctus erat Ieſus, nec detrectabat colloquium cum Samaritana, quam tracturus erat ad ſanctitatem. Apud Sanctos enim potior eſt affinitas virtutis, quàm ſanguinis. 228.1.

Neque, in quo haurias, habes. Mulier laſciua non habentem deſpicit: vt quæ non te, ſed tua quærat. Quò trahe dicta. 186.1.

Saliuntis in vitam æternam, &c. A Chriſto Ieſu indeficientia percipimus bona. 214.2.

Sabbatho à Dom. 3.

Ioan.8. *Adducunt Scribæ & Phariſæi mulierem deprehenſam in adulterio.* Ecce tibi Scribæ, & Phariſæi conueniunt, vt Ieſu tentent clementiam in adulteram fœminam. Et ſanè periculosè in id conueniunt:

niunt: vbi enim fit colligatio ad peccandum, & velociùs veniet ſupplicium. 194.1.

Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt Ieſu: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio, &c. Nullius dicitur filia hæc adultera; ſed & nomen, & parentes illius tacentur. Luxuria enim neſcit non eripere filios parentibus. 328.2.

Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, &c. *Et dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat. Audientes autem vnus poſt vnum exibant.* Quid facitis, ô Iudæi: adulteram conuictam dimittitis? Non miror: ex quo enim coacti ſunt propria adulteria videre, ſeſe Iudicum muneri ſubtrahunt. Iudicem exon, qui illa peragit, quæ in aliis punit. 345.2.

Hæc mulier deprehenſa eſt in adulterio. Non equidem erat nobilis, nec diues; ſed paupercula, & vulgaris fœmina: & ideò ſic affligitur, & traducitur à Principibus Ieroſolymitanis. Pauperculorum enim non mundiales Principes, ſed vnus Deus ſolet miſereri. 203.1.

Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? A Ieſu non lapides expectandi, quin potiùs lapidea corda in aquam ſalientem in vitam æternam conuertuntur. 248.2.

Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat. Adduxerant illi in medium peccatum mulieris, & Dominus eorum peccata etiam fecit intelligi. Debebant enim, qui in peccato ſimiles erant, & in pœnis ſimiles eſſe. 259.1.

Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat, &c. *Audientes autem vnus poſt vnum exibant, incipientes à ſenioribus.* Ecce tibi, qui accuſatrices notiſſimæ adulteræ venerant, taciti, & nihil in ea accuſantes abibant. Maximè tremendum eſt, quòd criminoſi proximos accuſent. 412.2. & 413.1.

Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat. Bonus Magiſter, vt in eis calumniandi animum tolleret, eos intromiſit in ſeipſos: qui enim in ſe ingreditur, & ſe videt, quod bonum eſt, admittit. Sic qui in ſe eſt, nullo in diſcrimine non eſt tutus. 309.2. & 310.1.

Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat. Ecce tibi Dominus conuictæ adulteræ punitores non admittit, niſi eos, qui ſint ab omni crimine immunes. Quod ex Deo, & virtute tribunal eſt, non admittit teſtes, aut accuſatores, qui depravatorum morum ſint. 4.2.1.2.

Amplius noli peccare. Illud ſalutare ſemper, quòd te à peccatis recipias. 208.2.

Dom. 4 Quadrag.

Ioan. 6. *Sequebatur eum multitudo magna.* Non dubitant ſequi Ieſum per deſerta, per inuia: vnus enim Ieſus valet omnia bona nobis ſuppeditare. 214.1.

Vnde ememus panes? Hoc quærens oſtendebat, ex nullo alio, niſi ex manibus ſuis poſſe panes abundantiſſimos venire. Solus enim verus Saluator mundi poteſt facere, vt ex inopia copia repullulet. 220.2.

Facite homines diſcumbere. Non de Principibus, nec de nobilibus loquitur, quorum nullus ibi erat; ſed omnes pauperes, & abiecti. Hi enim ſunt, qui cæleſti cibo implentur. 234.1.

Accepit ergo Ieſus panes. Vt tantam multitudinem ſatiet, non exquiſitas dapes producit; ſed panes hordeaceos proponit. Natura enim nunquam non paucis contenta. 238.1.

Accepit ergo Ieſus panes. Quippe panis iuſtè comparatus pro pane, & pro ſuauiſſimo obſonio eſt. 239.1.

Vt autem impleti ſunt. A ſolo Ieſu vera ſaturitas. 236.2.

Impleti ſunt. Vel parua à Deo venientia bona hominem valent pro æternitate implere. 244.1.

Fer. 2. à Dom. 4.

Ioan. 2. *Inuenit in templo vendentes,* &c. Nunquam non à malo venit, quòd in Dei domo ſecularia vitia retineantur. 209.2.

Inuenit in templo vendentes, &c. In Chriſtianorum templis non ſint, qui operam terrenis impendunt. 280.2.

Inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit, &c. Ipſe per ſe fecit flagellum, & omnes illos venditores, & nummularios eiecit. Cur non magis id mandauit alteri. Creduntur venditores illi, & nummularij Sacerdotes templi fuiſſe. Præſtantes autem virtute, & dignitate viri non à vilibus, & ſceleſtis hominibus ſunt accuſandi, nec damnandi. 412.2.

Eiecit de templo oues, & boues, &c. Meritò irreligioſitatis peccata tollit, quæ afferunt ruinam regnis. 223.1.

Nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. In nullam rem ſeueriùs animaduertit, quàm in nummos: oues, & boues eiecit, columbas iuſſit auferri; nummos autem effudit, inſuper & eorum menſas ſubuertit. Nec miror. Pecuniæ amor non permittitur eſſe nec cum vmbra Chriſti. 404.1.

Et menſas ſubuertit. Subuertit negotiorum menſas: quia in templo vna Euchariſtiæ menſa relinquenda, vt quæ efficaciſſima ſit ad reconciliandos homines Deo. 202.1. Et omnia noxia tollit. 198.1. Et eſt fulcimentum imperij. 201.1.

Nummulariorum effudit æs. Non eſt virtutis humanæ pecunias à ſe dimittere, ſed in eo apparet Diuinitas. 236.1.

Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis, &c. Sanctè curat templi religionem, quando irreligio templorum lethalis eſt. 82.1.

Fer. 3. à Dom. 4.

Ioan. 7. *Aſcendit Ieſus in templum, & docebat.* Et cur docebat: Ipſe ait: *Mea doctrina non eſt mea; ſed eius, qui miſit me.* Vbi doctrinam ſuam Patri acceptam refert, quaſi conſequens eſt, vt eam nobis tradat. Quod enim ex Deo bonum habemus, id aliis præſtare tenemur. 70.1.

Mea doctrina non eſt mea. Inter notiſſimos hoſtes poſitus, ad humillima verba confugit, doctrinam Patri referens, quaſi ipſe nihil haberet ſuum. Humilitatis enim ſpiritus validiſſimus eſt, pro omni victoria obtinenda. 75.1.

Mea doctrina non eſt mea; ſed eius, qui miſit me. Meritò ſuam doctrinam à Deo veniſſe exprimit: ſic enim eius oſtendit durationem. Quæ enim à Deo veniunt expreſsè, durabiliora ſunt. 92.1. Nihil enim diuturnum à corruptibili manat. 101.2.

Mea doctrina non eſt mea; ſed eius, qui miſit me. Cur maluit negare tantam doctrinam eſſe ſuam, & illam Patri refert acceptam? Meritò negat eſſe doctrinam ſuam; ſed Dei Patris eſſe aſſerit, ne credatur eſſe Deo contraria, & inimica. Illud enim glorioſius homini, quòd nihil ſuum agnoſcat; ſed omnia Deo referat accepta. 364.1.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit. Ad cognoſcendum autho-

rem tantæ doctrinæ exhibitæ hominibus, requiritur, quod eius voluntatem faciamus. Non enim dormientibus; ſed laborantibus datur, quòd cognoſcant authorem veræ ſalutis. 106 a.

Gloriam propriam quærit. Suſpectum, imò damnabile eſt, quòd quis non in Dei operibus, ſed in propriis glorietur. 191.

Fer. 4. à Dom. 4.

Ioan. 9. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?* Vt cæcum vident, non prorſus errant, dum alicuius malitiam cauſam putant. Culpa enim non paruam cæcitatem gignit. 551.2. Et cæcitas à Dæmone ſolet venire. 288. a.

Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Dei aduentus trahit lumina, diſceſſus nubila. 167.1.

Fecit lutum ex ſputo, &c. Vt cæcitatem hominis expellat, facit lutum: per abiecta enim, & obſcura ſolet fieri diuinus triumphus. 146.2.

Liniuit ſuper oculos eius. Vnius ſpiritus Chriſti eſt, quòd immediatè per ſe hominum ſalutem tractet. 135.1.

Vade, laua in Natatoria Siloë, &c. Recepturus oculos ad fontem mittitur, ne æſtimèt bona, nec mala, quæ ſicut aqua dilabuntur. Id enim ſolùm æſtimandum, quod ad æternitatem conducit. 27.1.

Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Expende illud: *Abiit ergo.* Vt ergo felici cœpit ire pede, ſic habuit proſperum finem. Felicitas enim boni initij proſperum finem indigitat. 31.2.

Lauit, & venit videns Sic in re virtutis breuiſſimè longa temporis ſpatia poſſunt ſuppleri.. 33.2.

Fer. 5. à Dom. 4.

Luc. 7. *Defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ: & hæc vidua erat.* Carebat hic iuuenis patre, & ſub viduæ matris alebatur deliciis, ne miremur, quòd inde efferatur defunctus. Qui enim iuuenis caret patris, correctoriſve cura in deliciis, mirum erit, ſi non ſit mortuus Deo, & virtutibus. 42.2.

Et hæc vidua erat. Notatur eſſe vidua, vt extrema eius deſtitutio credatur, quæ diuinum auxilium ſibi traxit. Hoc enim certius adeſt, vbi omnia alia auxilia abſunt. 80.s.

Turba ciuitatis multa cum illa. Penè vniuerſi conciues aderant illi, ſed magna ſalus non ab æqualibus; ſed ab eo, qui ſuper omnes eſt, debet ſperari. 90.1.

Noli flere. Lacrymas pro filij morte matri aufert: ſola enim peccata diu ſunt flenda. 179.2.

Acceſſit, & tetigit loculum. Non ſic à culmine maieſtatis, vt à condeſcenſu, & humilitate ſalus infirmo paratur. 94.1.

Fer. 6. à Dom. 4.

Ioan. 11. *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, &c.* Quæ pro Dei gloria ſubeuntur mala, non cenſentur mala. 291.1. Mala non ſunt dedecori, vbi faciunt ad manifeſtationem virtutum. 150.1.

Manſit in eodem loco. Poſt auditam amici infirmitatem manſit adhuc longè ab illo. Vbi enim vera amicitia intercedit, etiam longè poſitus amicus noſcitur in bonum. 124.1.

Lazarus amicus noſter dormit. Et vt ſe magis explicaret, ſtatim ſubdit: *Mortuus eſt.* Cùm amicus eſſet, quomodo mori permittitur? Permiſſus eſt Lazarus in hanc mortem venire, quæ magis forma erat ſomnij, & vmbra mortis: vt hinc certiùs in vitam ordinaretur. Sub vmbra enim mortis ſecuriſſimè itur in vitam. 173.2.

Lazarus amicus noſter dormit. Cur non magis dicit, quòd mortuus eſt? Non cenſebat Lazari mortem talem eſſe; ſed vitæ requiem. Iuſtorum mors non cenſetur mors. 425.1.

Venit Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Expende illud: *Quatuor dies in monumento habentem.* Quando enim alij dies perdunt ingreſſi in ſepulturæ tenebras, Lazarus ibi clariſſimos, imò veriſſimos dies habebat. Eſt equidem proprium iuſtorum, quòd in ſepulcro vmbratiles dies perdant, & lucis habeant dies veros ibid.

Inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Præmittitur in ſepulcrum Lazarus, cuius vita glorificatura erat Deum: præſtantiſſima enim vita non niſi de morte conualeſcit. 174.1.

Frater meus non fuiſſet mortuus. Ecce tibi & ſorores dicunt mortuum fratrem, & Ieſus ſimiliter eum mortuum aſſerebat. Omnes loquuntur de eius morte: nullus autem dicit, quid bonus ille in morte egerit. Quid magis morale, quàm mortui vltimas virtutes, & diſpoſitiones ad mortem prædicare, commendare? Cur omnia hæc de Lazaro reticentur? Sic vixerat Lazarus, vt nihil illi in morte peragendum reſtaret: quod feliciſſimum eſt. 150.2.

Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet. Non eſt iuſtorum hominum mori, ſed viuere. 422.1.

Abiit, & vocauit Mariam, &c. Vbi ſpem capit Martha de viuificando fratre, vocat Mariam: à vera enim Maria venit nobis calor vitæ. 64.2. Vbi Mariæ vel vmbra non eſt, ſumma eſt hominis deſtitutio. 226.1.

Vt vidit eam plorantem::: infremuit, &c. Non infremuit in tota Paſſione ſua, & infremuit lacrymis Mariæ viſis. Maior enim ſolet eſſe dolor compaſſionis, quàm propriæ paſſionis. 66.1. Et duriora ſunt tormenta charitatis, quàm tormenta tyrannorum. 232.1.

Ieſus autem vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum, &c Peccati conſpectus non paruas anguſtias ſanctis mentibus ingenerat. 300.2.

Ego ſciebam, quia ſemper me audis. Experientia diuinæ beneficentiæ nos facit efficaciſſimè orare. 80.1.

Voce magna clamauit: Lazare, veni foras. Non dixit: Lazare, ſurge: ſed quaſi ſupponeret illum iam ſurrexiſſe, vel ad primum nominis ſonum, iubet, vt prodeat foras, &c. In ipſo recentis facinoris feruore difficilè quis reuocatur. 358.1.

Sabbatho à Dom. 4.

Ioan. 8. *Ego ſum lux mundi.* In Symbolo vocatur *Lumen de lumine*: quando ergo lumen de lumine eſt, cur ipſe ſe vocat lucem mundi? Ex eo enim, quòd lumen eſt de lumine, non potuit non lux mundi fieri. Spiritus nanque diuini eſt, quòd ex Deo accepta aliis communicentur. 264.1.

Ego ſum lux, &c Lux paſſim ſe in noctem abſcondit: ſic fauores diuini ſolent intermitti. 286. 2.

Ego ſum lux mundi. Habet hoc lux, quòd ab ipſo ſuo primo ortu ſit ſalutaris: ſic de Ieſu venit, quòd infantia ſaluti aptetur. 220.s.

Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ. Nec ſolum lumen, ſed vniuerſæ creaturæ ſeruiunt Dei aſſeclis. 267.2.

De teipſo teſtimonium perhibes. Et quidem ab vno Ieſu efficaciſſima prodeunt verba. 259.s.

Teſtimonium tuum non eſt verum. Lux erat Ieſus, & ſub hac candidiſſima luce adhuc veritatem eius non vident iſti. Tanta eſt vis inuidiæ, vt nihil ſplendoris in proximo ſinat videre. 171.2.

Ego

Ego non iudico quenquam. Et ſtatim ſubdit: *Solus non ſum; ſed ego, & qui miſit me Pater.* Et quando cum Patre eſt, ne miremur, quòd iudicium non inferat De Patre enim oritur eius Filij ad nos clementia. 262. 2.

Domin. 5. Quadrag. de Paſsione.

Ioan. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Se omnis peccati expertem proponit, & meritò: innocentia enim, & vitæ puritas verum Deum manifeſtat. 143. 1. Et pluſquàm homo eſt, & Diuinitati propinquus, qui omni peccato caret. 143. 2.

Quare non creditis? Vbi nullo infectus erat peccato; ſed in veritate ſtare videbatur, à magna malitia Iudæorum veniebat, quòd eum non ſuſciperent. Virtus enim viſa, & ſine miraculis potens eſt ad animos explicandos. 119. 2.

Qui ex Deo eſt, &c. Scire cupis, quis ſit ex Deo: Conſidera Dei eſſe humiles: quia humilitas nos aliquid Dei eſſe oſtendit. 291. 2.

Ex Deo non eſtis. Contentioſi, ſuperbi, & impugnatores erant bonnium; ideò nihil Dei in ſe oſtendebant. Vbi enim pugna eſt, & contrarietas, non eſt vel Diuinitatis ſpecies. 292. 1.

Ego Dæmonium non habeo. Euidenter non habebat Dæmonium, qui vitam æternam, & regnum æternum fundabat. De Dæmonum enim conſuetudine venit perditio regnorum. 195. 2.

Sed honorifico Patrem meum. Meritò Deum Patrem vocabat, qui adeò manſuetus monſtrabatur in homines illos. Ex Deo enim non odium, ſed charitas in fratres venit. 293. 1.

Feria 2. à Domin. 5.

Ioan. 7. *Miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum.* Vide, quouſque inuidia Phariſæos impulit, vt, nimirum, vellent prehendere Ieſum. Neſcit equidem mediocris eſſe ita, quæ ab inuidia parturitur. 171. 1.

Miſerunt Principes, &c. Aberant à Ieſo iſti; & quem oculis non videbant, perſequebantur: nulla enim abſentia, nulla locorum diſtantia ſopitur inuidia. 173. 1.

Vado ad eum, qui miſit me. Mortem vocat viam ad Patrem: vt oſtendat, non ſibi futuram exitioſam: quia apud patrem nunquam non benè filius habet. 178. 1.

Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum, qui miſit me. Etiam agens inter calumniatores, perſecutores rabidiſſimos, ſic oſtendit ſe gerere, vt clarè à Deo miſſus videatur. Intima enim animi nullis externis impedimentis occultatur. 181. 2.

Quæretis me, & non inuenietis, &c. Quærent ſemper Meſſiam temporalem, à quo temporalia bona recipiant; & ideò non inuenient verum Meſſiam. Qui enim ſe à bonis temporalibus non expedit, non adhærebit Deo, & virtuti. 191. 1.

Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Lauacrum Chriſtianum ſemel ſuſceptum victorem indit, ex qua ſemper habeas, quo ſordes mundes. 314. 2.

Si quis ſitit, veniat ad me. Vel in vmbra Ieſu vniuerſa bona hominum conſiſtunt. 184. 1.

Fer. 3. à Domin. 5.

Ioan. 7. *Non enim volebat in Iudæam ambulare.* Iudæorum conſpectum fugiebat Ieſus, vt qui de eorum malis maximè dolebat. Dolet enim Dominus de noſtris malis. 204. 2.

Dixerunt ad eum fratres eius: Tranſi hinc. À ſe malè abijciunt fratrem. Frater enim indiuiduus tibi comes ſit. 288. 2.

Manifeſta teipſum mundo. Hoc mundiales homines ieiu perſuadebant, maximè in eo errantes. Nam quò quis humiliter magis obtenebrari amat, eò fulgentior apparet. 182. 1.

Neque enim fratres eius credebant in eum. In hoc infelices, quòd ſeſe à tanto fratre diiungebant: per vnionem enim fraternam pollent de omni malo triumphare. 219. 1.

Tempus meum nondum aduenit. Tempeſtiuitas in omnibus ſeruanda. 250. 1.

Me autem odit: quia ego teſtimonium perhibeo de illo; quia opera eius mala ſunt. Correptoris munus nunquam non odia excitat. 253. 1.

Feria 4. à Domin. 5.

Ioan. 10. *Circumdederunt ergo Ieſum*, &c. Ecce tibi vnus ſolus à multis hoſtibus circumuallatus. Sed vel vnus inſignis virtutis aſſecla ſuperior eſt mundi contrariis, &c. 11. 2.

Quouſque animam noſtram tollis? De diuturnitate ſuſpenſionis queruntur: nec miror; quòd diuturnam ſuſpenſionem paterentur: erant enim ſine Chriſto. Poſt Chriſtum autem paſſum nullus labor non ſit horarius. 13. 1.

Loquor vobis, &c. Et perditis, & reprobis hominibus dignabatur loqui Dominus. Solet enim Deus in ſuorum gratiam vel iniquiſſimis benefacere. 253. 1.

Ego vitam æternam do eis. Non dicit, dabo; ſed, do: quaſi in præſenti iam tribuat. Quod enim à Deo ſperatur, quaſi in poſſeſſione iam eſt. 218. 1.

Pater meus quod dedit mihi, &c. Magnum, quod habet Ieſus, vni Deo Patri acceptum refert & meritò: nunquam enim non indecorum eſt homini, quod magnarum rerum ſe debitorem agnuſcat alteri, quàm Deo. 222. 2.

Nemo poteſt rapere de manu Patris mei, &c. Vna enim Dei manus nouit æternare bona. 212. 2.

Feria 5. à Domin. 4.

In ciuitate peccatrix: Nobilis puella non proſtituta creditur; ſed leuibus carnis luſibus delectata eò deuenit, vt inſenſibiliter nec apud Deum, nec apud homines haberet honorem pudicitiæ. Vt hinc diſcamus, quàm ſit cauendus vel leuis laſciuiæ murmus. 189. 2. Et quòd præſtantia fœminæ ex bona opinione, & fama. 326. 2.

Vt cognouit, quòd Ieſus accubuit, &c. Quomodo talis fœmina tam citò introducitur cognoſcens Ieſu accubitum? Iam laſciuiam fugiebat: Ieſus autem maximè adeſt fugientibus à laſciuia. 193. 2.

Attulit alabaſtrum vnguenti, &c. Hoc ad aſperrimos Magdalenæ greſſus coóducit, quòd non ſibi habebat vnguenta; ſed Deo fundenda ferebat. Duriſſimum eſt enim declinare conſuetos vitæ curriculos 250. 2.

Lacrymis cœpit, &c. Qui lacrymas dat, nihil magnum non dabit. 262. 2.

Lacrymis cœpit rigare, &c. Cæteris accumbentibus menſæ, Magdalena plorat, ſibi adſtruens felicius conuiuium. Lacrymæ enim propter regnum cælorum pro pane, & cibo ſunt. 250. 1.

Capillis capitis ſui tergebat. Capillos non auellit, vt fœminæ ſolent in luctu; ſed integros offert Deo. Quia cogitationes pro peccatis tollendis in pretio apud Deum ſunt. 78. 1. Non ſic fœminea, vt virilis mens, in pretio eſt apud Deum. 78. 2.

Oleo caput meum non vnxiſti. Hoc dicebat Dominus ſub nomine Phariſæi, Synagogæ reiiciendæ: & deinde ſub nomine Magdalenæ dicebat Eccleſiæ triumphantis, regnaturæ: *Hæc autem vnguento vnxit pedes meos.* Cæleſte chriſma nos facit hoſtibus inacceſſos. 317.1. a.

Feria 6. à Domin. 5.

Ioan. 11. *Conſilium aduersùs Ieſum.* Nunquam non innocentia in hoc mundo obnoxior eſt malis. 256.a.

Quia hic homo multa ſigna facit. Ecce tota cauſa perſecutionis in Ieſum: quia omnibus benefaciebat. Quid inſanius? Planè de inſania venit, quòd benefactori tuo mala rependas. 154. 2.

Tollent locum noſtrum, &c. Vt affixi erant temporalibus, ſic non peruenerunt ad Ieſum. Qui enim terrenis his ſolis paſcuntur, vix poſſunt ad diuinam benedictionem accedere. 284.1.

Infirma eſt ratio ſtatus, quæ à Deo diſcedit. 54.2.

Venient Romani. Vanè ſibi timent à Romanis viri impii: impius enim & in ſuis habet, quo pereat. 127.2.

Venient Romani. Non hoſtes, ſed peccata, malorum cauſa ſunt 81.1.

Vos neſcitis quicquam. Inſcitiam obiicit ſapientibus, quia non agunt de Cruce Chriſti: & meritò: ſapientia enim mundialis minor eſt ſapientia Crucis ad ſeruandum populum 125.1.

Prophetauit, quia Ieſus erat moriturus, &c. Ipſe dicebat expedire hominem mori pro populo Vnde conſtat, talem hominem debere eſſe Ieſum? Quippe à ſolo Ieſu ſpiritu venit, quòd opera nauetur ſaluti animarum. 45. a. Magiſtratibus, etiam peſſimis, ſolet dignitatis gratia bonum operari. 307.2.

Sabbatho à Domin. 5.

Ioan. 11. *Cogitauerunt, vt Lazarum interficerent. Cogitauerunt*, inquam: ſed non interfecerunt. Tyranni enim non poſſunt omnia, quæ volunt, in ſeruos Dei. 54.1.

Inuenit Ieſus aſellum, &c. Inter turbatum ſequelas, & fauſtiſſimas acclamationes, quibus Rex dicebatur Ieſus, ipſe in vili aſello ſedebat, oſtendens, veram magnitudinem ex contemptu rerum temporalium ſatius oriri. 57.1. Item, ſedit in aſello humilis, oſtendens, vanam eſſe gloriationem temporalem de multitudine ſubditorum. ead a.

Noli timere, filia Sion: ecce Rex, &c. Rex eſt Ieſus, qui timorem non infert: non enim parum detrahitur excellentiæ poteſtatis, quæ ad malum inferendum ordinatur. 58.1. Item, vt deteſtanda poteſtas eſt, quæ ſolum malum infert. 48.a.

Noli timere, filia Sion, &c. Non filium, ſed filiam vocat, vtpote imperfectam: ſub Chriſto enim Rege etiam imperfecti, & mali dantur ſaluti. 46.a.

Venit ſedens ſuper pullum aſinæ. Non ſic à culmine maieſtate, vt ab humilitatis condeſcenſu ſalus infirmo paratur. 94.1.

Dominica in Ramis.

Matth. 21. *Rex tuus venit tibi ſedens ſuper aſinam.* Nunquam regalior animus, quàm dum non mundiali gloria, ſed ſola virtute fulget. 88.1

Ecce Rex tuus venit tibi, &c. Rex dicitur Ieſus. eſſentialiter, ex propria natura: non enim niſi a ſublimi, & diuina manu ſalus ſperanda eſt. 90.1.

Sedens ſuper aſinam. Qui amat, nullum deiectionis munus detrectat, vt rei amatæ proſpiciat. 93.2.

Dicite filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi. Cæleſtis Rex vel infimis ſua bona infundit: mundiales Principes non niſi potentibus. 99 a.

Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta, &c. Seſe veſtibus exuentes ſternebant in via, qua tranſibat Saluator. Et iij ipſi poſt pauca eundem Saluatorem cruci affixerunt: vt inde videatur mutatio, quæ in ſolis veſtium accidentalibus cernitur. Vbi natura hominis immutatur, non poteſt ibi abſcondi manus diuina. 428.1.

Benedictus, qui venit in nomine Domini. Non in alio, quàm in Dei nomine venit: quæ enim à Deo veniunt, durabiliora ſunt. 92.1.

Venit in nomine Domini. Meritò oſtenditur Deus author tanti aduentus: omnis enim temporalis gloria protſus euanet, dum Deus non agnoſcitur eius author. 58.1.

Matth. 26 *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo; ſed, ſicut tu.* Et cur petit fieri rem, non ſicut ipſe volebat? Salutaria omnia euenient, ſi vni noſtro permitterentur arbitrio. 381 2.

Quærebant falſum teſtimonium aduersùs Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Ex quo ſumma Chriſti mundities, & ſanctitas colligitur. 414.2.

Et cur tam anxii erant pro quærendis falſis teſtibus? Facinoroſorum hominum eſt ſub virtutis ſpecie proximum perſequi. 415.2.

Falſa teſtimonia maximè exacerbant humana corda. 196 1.

Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes. Planè vt inde acerbior eſſet pœna. Morte acerbius, quòd ſub falſis teſtibus pereas. 394. 1 a. Creduntur auro ſubornati fuiſſe a Principibus Sacerdotum. Ab auro falſi teſtes pullulant. 3 5.1. Et planè vix duo potuerunt inueniri, qui auderent aliquid aduersùs Ieſum confingere. Magna eſt laus iuſti, quem aut nulli, aut rari infamare audent. 595.a.

Ieſus autem tacebat. Et cur tacebat vbi tam nefariè accuſabatur ad mortem? Vbi defenſio inutilis eſt ad fortitudinem animi pertinet, quòd ſilens hoſtibus cedas, vel vſque ad mortem. 417.1.2.

Et ſurgens Princeps Sacerdotum Expende illud: *Et ſurgens.* dum enim facinus in Ieſum admiſit, non quieſcebat; ſed motibus quatiebatur Vbi peccatum eſt, non eſt requies. 420.1.

Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua. Impius primus eſt in ſe ſpoliando ab omni dignitate, & honore. 387 a.

Tunc videns Iudas, &c. *pœnitentia ductus retulit triginta argenteos*, &c. *dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum*, &c. Iudas ex ſua confeſſione, primis illis noua facinora addit, dum Ieſum Deum negat, & deſperationis crimen peragit. Sic confeſſio impiorum, fomes eſt maiorum ſcelerum. 313.1.

Et non reſpondit ei ad vllum verbum. Inter tot falſa teſtimonia, in re capitis ſilet Ieſus, nec ad vllum verbum reſpondit: cum deceptoribus enim, & mendacibus cauit miſcere ſermonem; quod dutiſſimum eſt bonis mentibus. 335.a. Sic virtutes non tam probantur verbis, quàm ſilentio. 325.1.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduersùs te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei verbum. Refert teſtimonia dicta contra Ieſum Pilatus, & & ſimul miratur Ieſu inter tot teſtimonia ſilentium. Et tamen cùm accedit ad ſententiam ait: *Innocens ego ſum a ſanguine huius iuſti.* Quem damnat, vocat iuſtum. Innocentia enim tardò non eſt victrix, vel in ipſo iudicio prauè iudicantium. 329. 1. Sic vitæ probitas ſit conſpicua, ne egeat verborum probationibus. 396.a.

Congregauit

Congregatis ergo illis dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim, quod per inuidiam tradidiſſent eum. Cur agnita veritate non magis ſtat pro illa & repellit mendacem? In hoc iniquus homo maximè commendatur. Proficua enim veritas non ſupprimenda. 371.2.

Deſcendat de Cruce, & credimus ei. Non exaudiuntur, licèt aliquid non malum peterent: quia in petitione ſua oſtendebant, ſe velle, quòd media ſalutis eorum arbitrio, & voluntati ſe inquetentur, &c. De reprobis mentibus à Deo permittuntur, quæ in perditionem magis ſunt: quæ ad ſalutem ſpectant, vni Saluatori dantur. 380.2.381.1.

Iube ergo cuſtodiri ſepulcrum. Militarem cuſtodiam ſepulcro Ieſu adhibere feſtinant: adhuc enim poſt mortem, illis Ieſus metum incutit. Chriſtianæ virtutis eſt, etiam poſt mortem, hoſtes percutere, ſeruare ſuos. 391.1.2.

Feria 2. à Domin. in Ramis.

Ioan. 12. *Fecerunt ei ibi cœnam magnam.* Fecerat Ieſus Lazari reſurrectionem, de qua dicit ſimpliciter: *Quem ſuſcitauit Ieſus.* Accipit tamen ibi cœnam, quam vocant magnam. Non enim ſuſcitatio præſtita; ſed cœna accepta à Ieſu dicitur magna. Magnæ quippe mentis eſt, in maiori æſtimatione habere, quæ accipit, quàm quæ dat. 208.1.

Accepit libram vnguenti, &c. Iterum Magdalena ad effuſionem vnguenti ad pedes Ieſu. Semper enim illis inſtandum, in quibus auxilium diuinum ſumus experti. 114.1

Domus impleta eſt ex odore vnguenti. In vno nomine Ieſu miſericordiæ, & ſuauitatis plenitudo eſt. 238.1.

Vt quid perditio hæc? Quæ ſalutifera virtus erat, vocatur à Iuda perditio. Sic ſalutis viæ videntur impiis, quaſi ſint viæ mortis. 243.2.

Quid illi moleſti eſtis? Iudas oſtenditur motor diſle opus, & omnes pariter cum Iuda reprehenduntur à Ieſu: quia ſimiliter omnes peccarant. Qui autem in peccato ſimiles, & in pœna ſimiles erunt. 259.1.

Sinite illam. Et a Simone Phariſæo, & modò à Iuda defendit eam. Deus enim eſt, qui ſuos ab vniuerſis defendit malis. 132.2.

Fer. 3. à Dom. in Ramis

Marci 14. *Multi falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non erant.* Ecce tibi dum Principes Iudæorum conueniebant ad damnandum Ieſum, multi falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum, ſed non conueniebant inter ſe. Et quomodo fieri potuit, vt in talem conſeſſum multi falſi teſtes auderent venire? Iudicibus ſceleratis, & peſſimis, nunquam non ſuppetunt teſtes falſi ad quodlibet facinus. 412.2.

Marc. 15. *Vincientes Ieſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.* Sic Ieſus meus duriſſimis conſtrictus vinculis rapitur ad tribunal gentilis hominis, cui vt reus ſiſtitur. Et cur voluit tantus Dominus forenſia adire tribunalia, Iudici nefario ſiſti, falſos teſtes audire, niſi, vt magnitudinem virtutis ſuæ teſtatam faceret, qui inter tot calumnias, & iniurias appareret immaculatus. Magnum enim, quòd inter iniurias nullam culpam incurras. 350.2.

Feria 4. à Dom. in Ramis.

Luc. 22. *Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Non carni acquieſcendum ſed Deo. 3[?]1.1.

Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Coronæ ex ærumnis texuntur. 299.1.

Iudas vnus de duodecim antecedebat eos & appropinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum. Oſculatus eſt Dominum Iudas, ſed oſculo proditoris. Non inimicus eſt, qui corripit, ſed qui diſſimulat. 423.1.2.

Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, &c. Ne dubitemus, quis fuerit dies ille, quo ſic Principes Sacerdotum in Ieſum ſæuiebant, ait Ioan. cap. 19. *Quoniam Paraſceue erat.* quippe Paraſceue erat præparatio: debebant enim illa die templi ornatum præparare ad Paſcha celebrandum. At illi occupati in Ieſu perdendo non curabant de templi ornatu: vt ſic oſtenderetur, quam ipſi primi decorem templi fui, & ornatum conculcabant. 387.2.

Luc. 23. *Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt eum ad Pilatum,* &c. Et cur neceſſum fuit, vt omnium Seniorum, Phariſæorum, Scribarum multitudo, illum ad Pilatum perducerent? Ne liberum maneret Iudici repugnare errantium multitudini. Ægre enim non rapitur quis in multorum errores. 370.2.

Pater, ignoſce illis: quia neſciunt, quid faciunt. Poſtulabat à Patre veniam ſuis popularibus. Non tam enim corporis, quàm animi ſalus æſtimanda. 350. 2.

Subſecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt, &c. Viderunt poſt Ieſum crucifixum, tumultúſque creaturarum, Solis occaſum, & inſperatas tenebras. Proh quàm ſæpe in ſexu fragili oſtendit Deus omnium nobiliſſimos triumphos. 344.2.

Fer. 5. in Cœnam Domini.

Ioan. 13. *Sciens Ieſus, quia venit hora eius.* Hoc ad magnam Ieſu præſtantiam pertinet, quòd ſciuerit certò mortis horam: qui enim circa tempus faciendi fallitur, in magno diſcrimine eſt. 53.2.

Vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Cum dilexiſſet ſuos, &c. Præ oculis habens Patrem, ad quem ibat, ſuos mirum in modum diligit. De Patre Deo nanque oritur eius Filij ad nos clementia. 262.2. & 266. 1

Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit, &c. Bonum principium, & præclarum finem infert. 31. 2.

In finem dilexit eos. Dilexit eos in finem, dando pro illis ſanguinem, nihil ab illis accipiendo: verus enim amor non tua, ſed te quærit. 247.2.

Pater omnia dedit in manus. Pater dedit omnia Filio, non Rex omnia dedit ſubdito. Nequit enim bonus Rex omnia vni committere. 134.2.

Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, &c. A cœna ſurgens veſtimenta abiicit. Euchariſticus potus nos ad apoſtolicam nuditatem reducit. 118.2.

Cœpit lauare pedes, &c. A cœna ſurgens, ad lauandos Diſcipulorum pedes pergit. Quippe diuinum epulum nos facit miſericordes in proximos. 118.1.

Si non lauero te, non habebis partem mecum. Ex his verbis nonnulli collegerunt, in Baptiſmo à pedibus vſque ad caput nos eſſe lauandos; quam conſuetudinem minimè ſeruabat Eccleſia Romana: eam tamen iuſſit Mediolani ſeruari D. Ambroſius: eo enim ipſo, quòd nouit non eſſe neceſſariam ad ſalutem lotionem pedum; maluit in rebus iis non neceſſariis ad ſalutem diſcedere à Romanorum vſu. Eſt etiam cæleſtium ſpirituum di-

uerſa

a ſ[illegible] atre, d[illegible] pe[illegible] qui. 378.1.

Domine, non tantum pedes meos, ſed & manus. O ni ex parte homo purus eſſe debes. 300.1.

Fer. 6. in Paraſceue.

Ioan. 18 *Egreſſus eſt Ieſus cum Diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus.* Per eadem, per quæ iuſtos impetis, peribis. 197.2.

Quem quæritis. Interrogatione illa voluit oſtendere, quàm ſibi optimo, & maximo Deo Iudici ignoti eſſent auſu illi temerarij, & maligni. Reprobandi enim non cognoſcuntur à Deo Iudice, in quo eorum ruina conſiſtit. 34..1.

Et dixit eis. Quem quæritis? Reſponderunt ei Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus. Ego ſum. Ecce tibi impijs, & vilibus hominibus totius Deitatis ſecretum reuelatur illis verbis. *Ego ſum.* A Ieſu nomine ſecretorum reuelatio. 133.1.

Vt ergo dixit eis: Ego ſum. abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. E[illegible] cur à iam manſueto agno factum eſt, vt ſic in terram caderent. Pertinebat id ad Ieſu Nazareni nomen auditum, &c. 333.2.

Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu. Eſt quantum hoc malum, quòd alapa infligeretur Ieſu meo? Planè viro ingenuo hoc malum omnium acerbiſſimum, & in ſola accepta alapa credunt, in illum totam malorum congeriem veniſſe 352.1. Alapa acerbiſſimum omnium malum Ieſu meo. ead. 1. 2. Mira, & inaudita hominis impudentia, quam non frænat Ieſu facies. ibid. Maximus creaturarum ſtupor in alapis Chriſto Ieſu inflictis. ibid. Inde duriſſima, & contumelioſa hæc alapa fuit: quia feſtum egit hoſtibus Ieſu. 353.1. Ieſu alapa, noſtra libertas. ibid. Ab alapis Chriſto inflictis mirandus illi ſplendor. ead. 2. Alapa inflicta Ieſu, & præſentaneam, & non abſimilem pœnam infligentibus intulit. 354.1.

Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, &c. Quid ſceleſtius, quam quòd vnus homoncio audeat coram Pontifice faciem percutere eius, qui tot miraculis ſe probauerat Dei Filium. Suſpecti erant miniſtri Principibus Ieroſolymitanis de affectu circa Ieſum: is autem ne quid tale ſuſpicarentur de illo Principes, ſed magis credens illis placere, non dubitauit tam immane facinus peragere. 414.2.

Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Vt hæ ſunt hominum arrogantium: quippe ita arrogantes erant, vt totum ſibi iudicium vſurparent, ſolumque executionem mandarent Pilato. Arrogantia in Præſule non conſiliarios, ſed executores ſuorum facinorum admittit. 409.2.

Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis, qui eſt ex veritate audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Ecce tibi vbi Ieſus meus de veritate aliqua commemorauit, ſtatim Pilatum traxit, vt vellet ſcire, quid veritas eſſet. Non proſperitas; ſed veritas regios animos continet. 371.1.

Ioan. 19. *Plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius?* Quid nunc? Quis explicet, quos ſpinis compunguntur Iudæi? Quæ mala proximis infers, in te venient. 423.1.

Ego nullam cauſam in eo inuenio. Quantula commendatio Innocentiæ eſt? Non Iudex, ſed merita ſententiam ferant. 348.1.2.

Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Sic Ieſu in [illegible] rebellionem in Cæſarem affingunt. Facile [illegible] mouentur homines in quamcunque ſententiam, quæ ſua intereſſe putant. 35[illegible].2.

Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Non ſ[illegible] [illegible], ſed ethnicorum eſt, pluris habere Regum mandata, quam Dei. 40[illegible].

Ecce Rex veſter. Dicebat Iudæis Pilatus, qui & in titulo Crucis iuſſit affigi: *Rex Iudæorum.* Et cur ſic inſtat prædicare Ieſu regnum? Quem negarum à [illegible], quem ſeruiliter tractatum, & affectum verberibus, quem inter latrones videbat in crucem agi, cur adhuc prædicat Regem? Veritas erat, quæ non poterat in animo Regis non inhærere. Non enim proſperitas, ſed veritas regios animos continet. 371.1.

Stabant autem iuxta Crucem Ieſu Mater eius, &c. Mariæ conſtantiam, & fortitudinem in conſpectu Crucifixi non animaduertentes Hæretici, dixerunt, illam poſt Ieſum [illegible] natum nuptialibus ſeruiuiſſe legibus: ſed [illegible] orum os ſacrilegum ex dictis verbis conſtringitur. [illegible]08.2.

Sitio. Sic aiebat Ieſus in Cruce: & continuò currens vnus ſpongiam aceto plenam applicuit ori eius. Et cur qui tacebat de doloribus clauorum, & ſpinarum, ſola de ſiti locutus fuit: Etiam tunc oſtendere volebat Dominus, quid egenti veniat ab hominibus, & quid à Deo. Ab hominibus tribulatio, & anguſtiæ; ab vno Deo refectio ſalutaris. 8[illegible] 2. & 384.1.

Multa habes in Indice Rerum de Cruce Domini.

Sabbatho Sancto.

Matth. 28. *Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulcrum.* N[illegible]us Apoſtolorum dicitur ad ſepulcrum veniſſe, ſed mulieres oſtenduntur [illegible]eniſſe. Et cur mulieres in hoc Apoſtolis feruentiores [illegible] ſepulcrum Saluatoris inueniuntur? [illegible] rat [illegible] pu[illegible] um res luctus, & lacrymarum, in quibus vt mulier peccauit primum: ſic non miror, quòd inueniatur prima. Peccatum enim nunquam non parit luctum. 427.2.4. S.1.

Dom. Paſchæ.

A Cruce Chriſti ſalutaris reſurrectio noſtra. 125 1.

Crucifixus Ieſus viuus reſurgit a Cruce: enim non iuſti, ſed perduelles perduntur 42[illegible].2.

Poſt Crucem viuit Ieſus, Iudæi perduntur. Facit enim Crucis virtus, quòd pœna a bonis recedat, & in malos tranſeat. 129 2.

Chriſtus reſurgens prouexit maximè ſuos. 16.1.

Ioan. 20. *Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita, & ſudarium, quod poſitum fuerat ſuper caput eius,* &c. Depoſuerat quidem Ieſus totum ſepulcralem ornatum, & honorem, vt in vitam reſurgeret. Auarorum diuitum funerea pompa, eſca Dæmonum videtur. 416.1.

Ioan. 21. *Dicit ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt.* Et cur præ alijs nouit eum Ioannes? Vt ſimilitudinem virginitatis habebat cum Ieſu, non potuit non illum præ cæteris agnoſcere. Similes enim in virtutibus facile negotio ſe agnoſcunt. 338.1.2.

LIBER DVODECIMVS.
ESTHER,
SIVE
IESV CONVIVIVM.

ME iam vocat regaliſſimum Ieſu conuiuium, quo armauit Eccleſiam ſuam, vt frequentes agat de hoſtibus triumphos. Nec inſolitum Deo fuit per conuiuia hoſtes confringere, & ſuos erigere ad glorias alumnos. Sic ab Aſſueri conuiuio Vaſthi Regina oſtenditur repulſa; & Eſther præparata, vt regnum ſubeat. Necnon & ipſius Eſtheris conuiuium Amano mortem intulit, & Iudaico populo attulit ſalutem. Quippe totus Eſtheris liber plenus eſt triumphalibus conuiuiis, vt iure petat, in viuifici conuiuij à Ieſu parati figuram aſſumi.

CAPVT I.

Conuiuij Ieſu, & conuiuij Eſtheris ſymbola.

ANte myſteria dominicæ Paſſionis menſa proponitur euchariſtica; quas enim aereas poteſtates ligno confracturus aſcendit Dominus crucem, eaſdem nobis inſinuat contereodas viuifico cibo.

§. I.

In Euchariſtia, quod vetuſtum eſt, tollitur, nouitáſque perquirenda eſt vitæ.

ADeſt in primis cantatiſſimum conuiuium ab Aſſuero paratum, vt dicit Eſther cap. 1. *Tertio igitur anno Imperij ſui fecit grande conuiuium*, &c. Cuius conuiuij finis ſi
Eſther 1.
ſpectetur, primæua Aſſueri coniux Vaſthi reijcitur, & de noua alia quærenda ingeritur ſollicitudo. Sic ſapientum decreto cautum eſt: *Nequaquam vltrà Vaſthi ingrediatur ad Regem, ſed regnum illius, altera, quæ melior eſt illa, accipiat.* Eò deuenit Aſſueri conuiuium, vt Vaſthi Regina repelleretur, & alia noua quæreretur. Quod meritò trahit ad Chriſtum Hugo de Sancto Victore lib. 9. Allegor. cap. 1. & Berthorius lib. 19. Moral. c. 1. in fin. vbi ait: *Igitur iſta eſt*
Hugo de S. Vict.
veritas, quòd quando Rex noſter Chriſtus fidelibus ſuis magnum conuiuium fecit; & vtique fuit, quando ſe ipſum Sacramento Altaris ad comedendum dedit: tunc vxor ſua Synagoga venire renuit. Ideò de conſilio Apoſtolorum iſta deponenda, & derelinquenda condemnatur, & alia ſubſtituenda, ſcilicet, Eccleſia de gentibus, loco ipſius inducitur. Vmbra fuit conuiuium Aſſueri, in quo reprobatur Vaſthi, & alia ſponſa quæritur. Veritas autem in conuiuio Euchariſtiæ maximè ſplendeſcit, in illo offendit Synagoga vetus Chriſti coniux, & quæritur noua alia ſponſa, nempe, Eccleſia gentium. Nunquam enim veterem vitam non fugat cibus cæleſtis, vt ad nouam proſiliat. De Angelorum pane, nempe, manna loquens textus Exod. 16. cauebat: *Sex diebus colligite; in die autem ſeptimo Sabbathum eſt, ad idcirco non inuenietur.* A Dominica die incipiebat mannæ collectio, in die autem Sab- Exod. 16.
bathi nec minutiſſimum eius granum inueniebatur. Et cur in Sabbatho non inueniebatur? Pertinebat Sabbathum ad veterem Synagogam, à qua diuinus cibus fugiebat, vt nouæ Eccleſiæ gentium copularetur. Ait D. Hilar. Arelat. hom. 5. de Paſchate: *Quis Panis Angelorum eſt, niſi Chriſtus? Hunc Panem, dicente Propheta, ſexta die duplum colliges: dum à primo, id eſt, Dominico die in lege tribuitur, & in ſolo Sabbatho denegatur. iam tunc Chriſtus ab Eccleſia, cui Dominicam diem reſurrectio conſecrauit, recipiendus oſtenditur, & Synagoga, ad quam cultus Sabbathi pertinebat, negandum eſſe praedicitur.* Hilar. Arel.
Qui ad veterem Synagogam pertinebat dies, nempe, Sabbathi dies, ſine cæleſti relinquitur Pane, qui diebus Dominicis abundabat, in quibus noua Chriſti nupta, Eccleſia gentium ſignificabatur. Vt hinc diſcas, quàm fugiat vetuſtatem cæleſtis Panis, & ad vitæ inclinet nouitatem. Vbi enim Chriſtus eſt, reprobatur vetuſtas, & gratiæ nouitas præualeſcit. Dicebat Pſal. 44. *Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Quæ verba ſic legit Chaldæus: *Stabit liber legis in latere dextera tua, & ſcribetur obrizo Ophirreo.* Cùm autem aureum legis librum à dextris Ieſu dicit Pſal. 22.
ſtare, non adducor, vt credam, librum illum ad veterem legem pertinere, ſed ad nouam legem gratiæ. Quidquid enim vetus eſt apud Chriſtum, nunquam probatur. Cui excogitationi lumen prætulit D. Amedæus homil. 1. de laud Mariæ, vbi fatur: *Aduertamus itaque duos tanquàm calathos aureos, plenos fructibus, & floribus adornatos, nouum, & vetus Teſtamentum hinc, & inde lauà, dexterâque Virginis conſiſtentes. Quorum antiquitas tranſit in læuam, & noua gratia coruſcat in dextra.* Meritò Chriſti Domini Mater inter duo Amed.
Teſtamenta, vetus, & nouum, quaſi inter duos aureos calathos conſpicitur. Sed notanda ſunt illa: *Quorum antiquitas tranſit in læuam, & noua gratia coruſcat in dextra.* Quippe, quidquid vetuſtatem redolebat, ad læuam, nimirum, reprobationis pertinebat partem. A dextris autem noua debet gratia coruſcare. Vnde monebat Paul. 1. ad Corin. 5. *Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermen-* 1. Cor. 5.
to malitiæ, & nequitiæ; ſed in azymis ſynceritatis, &c. Sic enim ad diuiniſſimum epulum accedendum nobis eſt, vt vetuſtatem reprobemus, & nouam vitam inſtituamus. Quod inſinuans Dominus immediatè poſt agnum eſum, euchariſticam menſam inſtituit, vt doceamur ad tranſitum

Alger. nouæ vitæ præparari Ait Algerus lib. de Sacr. c. 52. *Quia in Ægypto datus eſt agnus Iſraelitis, inde ſtatim exituris, dandus eſt itam agnus Dei peregrinantibus, vt à vaſtante Angelo protegantur, ſed deinceps poenitentes renunciaturi.* Non inhærere debes veteri vitæ poſt diuiniſſimi epulum agni, ſed ad nouam debes properare. Cæleſtis enim cibus ex ſe nunquam non in ſe facit nouitatem Pſal. 42. *Introibo ad altare Dei, ad Deū,*
Pſal. 42. *qui lætificat iuuentutem meā.* Ab altari Domini ſtatim ſenectutem abijcis, & in iuuentam abis. Vt dicat D. Ambr. lib.
Ambroſ. 4. de Sacr. cap. 2. *Depoſuiſti peccatorum ſenectutem, ſumpſiſti gratiæ iuuentutem. Hoc præſtiterūt tibi Sacramenta cæleſtia.* Sed
Pſal. 102. & Pſal. 102. dicebat: *Renouabitur, vt aquilæ, iuuentus tua.* Circa quæ D. Amb. vbi ſuprà ait: *Bona Aquila circa altare. Vbi enim corpus, ibi & aquilæ. Forma corporis altare eſt, & Corpus Chriſti eſt in altari. Aquilæ vos eſtis renouata ablutione delicti.* Sic ab altaris menſa vetuſtas peccati abeſt, & nouitas vitæ
Matth. 27. plaudit. Matth. 27 Ioſeph accepit corpus Ieſu, *& poſuit illud in monumento ſuo nouo.* Circa quæ Damaſcenus orat. de
Damaſc. Sabbatho ſancto ait: *Chriſtus in nouo ſepulcro reponitur? Expurgemus nos ipſos à fermento veteri, nouaq́; conſperſio ſiamus, vt idoneum Chriſti habitaculum ſimus.* Quod docebat Paul. 1.
1. Cor. 5. ad Cor. 5 ſcitus: *Itaque epulemur non in fermento veteri.* Circa quæ D. Anſel. ait: *Noua itaque conſperſio debemus eſſe, id eſt, omnes innouati, & infuſione Spiritus ſancti vnum per charitatem effecti, vt Paſcha manducare ſimus idonei, quia Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, ad cuius vſum inuitamur. Ob hoc etiam talis conſperſio eſſe debemus, quia ipſe Chriſtus, eſt tranſitus noſter, vt nos ſi dignos inuenerit, transferat ad patriam vitæ.* Sic ibi.

§. II.

In Euchariſtia maximè oſtenditur poteſtas diuina ſupra omnes creaturas.

DIcitur conuiuium ab Aſſuero factum in oſtenſionem potentiæ, & gloriæ ſuæ. Ait enim Textus: *Fecit grande conuiuium cunctis Principibus. Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ ſuæ.* &c. Sic magnus Rex Chriſtus fecit magnificum Euchariſtiæ conuiuium, in quo maximè oſtenditur eius gloriæ, & potentiæ magnitudo. Quò ſpectans dicebat Dominus Iudæis
Malach. 1. Malachiæ c. 1. *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Quibus oſtendit, quam iſte paieſt magnitudo, & claritudo nominis diuini, ex quo cœpit offerri oblatio
Iren. Euchariſtiæ. Vt dicat D. Irenæus lib. 4 cap. 32. *Eum, qui ex creatura panis eſt, accepit, & gratias egit dicens: Hoc eſt Corpus meum . . . & noui Teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia in vniuerſo mundo offert Deo De quo Malachias ſic præſignauit: Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris, quoniam ab ortu Solis vſque ad occaſum glorificatum eſt nomen meum, manifeſtiſſimè ſignificans per hæc, quoniam prior quidem populus ceſſauit offerre Deo; omni autem loco ſacrificium offertur ei, & hoc purum, nomen autem eius glorificatur in gentibus.* Vbi conuiuium hoc regaliſſimum cœpit mundo apponi, manifeſtatæ ſunt diuitiæ gloriæ nominis diuini, & potentia eius: non enim niſi a potentiſſimo, & glorioſiſſimo Deo tale potuit conuiuium fieri. Cùm iam Abra-
Gen. 14. hâ reportauerat victoriam ab hoſtibus, dicit Gen. 14 *Melchiſedech Rex Salem proferens panem, & vinum, benedixit ei.* In pane, & vino præſignabat euchariſticam menſam. Et ſapientiſſimè notat Paulus ad Hebr. 7. quòd tantus Rex, & Sacerdos, nimirum, Melchiſedech introductus ad præſignandum diuiniſſimum Euchariſtiæ myſterium introducatur abſque vlla parentum, aut genealogiæ memo-
Heb. 7. ria: *Sine patre, ſine matre, ſine genealogia.* Et quando hoc communiſſimum erat ſacris Scriptoribus, quòd maximorum virorum, imò & fœminarum facinora recenſentes, eorum parentes, & genealogiam proponerent; cur Melchiſedech in exhibitione panis, & vini, ſine patre, & matre, & genealogia proponitur? Vt Melchiſedech viſifici panis, & vini euchariſtici vmbram prætendebat, ſic ipſe oſtendebatur, quaſi non eſſet huius creationis; non enim creata poteſtas, ſed increata apparet in euchariſtici epuli exhibitione Ait D. Amb lib. de iis, qui myſteriis ini-
Ambroſ. tiantur, cap. 8. *Non Abraham protulit panē, ſed Melchiſedech, qui inducitur ſine patre, & ſine matre: neque initium dierum, neque finem habens, ſimilis autem Filio Dei: Non igitur humanæ, ſed diuinæ eſt muneris Sacramentum, quod accipit.* Equidē ſupra hominem, imò ſupra Angelū oſtenditur eſſe, qui talem exhibet eſcam homini. Dicebat Petrus 1. epiſt. 1. *In* 1. Petr. 1.
quem deſiderant Angeli proſpicere. In margine autē ponitur: *In quo deſiderant Angeli, &c.* Siue autē legatur, *in quem*, ſiue legatur, *in qua*, ſunt, qui putent, ibi intelligi Chriſtum, prout eſt in Euchariſtia. Quos citat, & ſequitur noſter Turrian. tr. 2. de Euchar. c. 18. & 19. Et cur præcipue Angeli afficiūtur Chriſti deſiderio, prout eſt in Euchariſtia? Quid habet Dominus in Euchariſtia, quò magis rapiat Angelos, quàm extra Euchariſtiam? Nónne & in cælo illis apparet, vt eſt in ſe homo, Deus? Nónne & ipſe exiſtendi modus in Euchariſtia, dum eſt totus in toto, & totus in qualibet parte, & Angelis, & omnibus ſpiritibus cōmuniſſimus eſt? Quid ergo in Euchariſtia videre auent, quod nō videant extra? In Euchariſtia ea poteſtas exercitatur, qua Chriſtus in cælo manens, nihilominùs ſimul realiter adeſt ſub ſpeciebus panis, & vini, quod inuſitatū, & nouum, & peregrinum eſt vel angelicæ naturæ. Ait Algerus lib. 1. de Sacr. c. 14. *Angeli non habent, vt vndo recedāt,* Alger.
ibi conueniunt. Quo priuilegio ſola caro Chriſti, quæ ſuper omnē creaturam exaltata eſt, ſuper omnem, & præter omnem naturam inſignita eſt, vt per omnipotentiam, quæ ei data eſt in cælo, & in terra, vbicunque, quomodocunque ſibi placuerit, nō de loco ad locū tranſeundo, ſed ibi, vbi eſt, remanēdo, & alibi, vbicunque voluerit, exiſtendo, tota & integra ſubſtantialiter ſit, ac in cælo, & in terra. Hoc habet caro Chriſti Domini ex omnipotentia Verbi, cui vnita eſt, vt remanendo in cælo, ſit & in terra; & vbicunque voluerit. Quæ poteſtas, vt in Euchariſtia ſupponi debet, ſic ad illā videndam miro rapiuntur Angeli deſiderio. Datam enim ſibi omnem poteſtatem cæli, & terræ tunc Ieſus certiſſimè oſtendit, cùm porrecto pane diſcipulis aiebat Matth. 26. *Accipite, & comedite: Hoc eſt* Matth. 26.
Corpus meum. Circa quæ ſapienter ait D. Iren. lib. 4. c. 32.
Quomodo conſtabit eis, panē, in quo gratiæ actæ ſunt, Corpus eſſe Iren.
Domini ſui, & calicem Sanguinis eius, ſi non ipſum fabricatoris mundi Filium dicant? Id eſt, Verbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, dat primùm quidem herbam, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica. Eo ipſo, quod credas, Corpus Chriſti Domini tibi dari in Euchariſtia ſumendum, neceſſum eſt, quòd credas inibi totā Creatoris Dei poteſtatem ineſſe. Et quid magnum Dei in cibo illo diuiniſſimo non apparet? Dicebat Pſal 33. *Guſtate, & vide-* Pſal. 33.
te, quàm ſuauis ſit Dominus. Dum enim guſtetur cibus ille diuinus, tota in illo bonorum, & ſuauitatum plenitudo claret. Dicebat D. Dionyſius Areopag. apud Turrian. tr. 2.
de Euchar. cap. 17 *Guſtate, inquit, & videte. Quod ideò dictū* Dionyſius
eſt, quia, qui in horum myſteriorum participatione magnificentiā Areopag.
eorum, & diuinam amplitudinem ſanctè contemplantur, hi diuina beneficentiæ celſiſſima dona grata memoria laudibus concelebrant. Expende *diuina beneficentiæ celſiſſima dona*: quippe in hoc conuiuio quidquid celſiſſimū eſt diuinæ beneficen- Exod. 25.
tiæ planè oſtenditur. Exod. 25. ſic iubebat Deus: *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.* De quo German.
ait D. German. Conſtant. in Theoria rerum eccleſ. *Panis propoſitionis ſanctificatus indicat purgationē mundi, & eximias diuitias bonitatis, & clementiæ Dei, in eo, quòd Filius Dei homo factus eſt, & ſe ipſum propoſuit hoſtiam pro mundi vita, oblatus autem vt primitiæ, & holocauſtum Deo, & Patri, pro genere humano, vt ait: Ego ſum panis, qui de cælo deſcendi: qui manducat hunc panem, viuet in æternū.* Expende illa: *Et eximias diuitias bonitatis*, &c. quippe euchariſticus panis eſt pro eximiis diuitiis bonitatis diuinæ oſtendendis.

§. III.

Summus Dei amor erga homines ab Euchariſtia epulo patet.

AMorem ſuum erga Eſther nuptiali conuiuio teſtatum fecit Aſſuerus. Dicit enim Text. c. 2. *Adamauit eam Rex plusquàm omnes mulieres, habuitq́; gratiam, & miſericordiā coram eo, ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitq́; eam regnare in loco Vaſthi. Et iuſſit conuiuiū praeparari*, &c. A ſe, vt præcipuam ſponſam amatam & decoratam Eſtherē conuiuio nuptiali oſtendit Aſſuerus. Sic cæli, terræque Rex naturam humanam à ſe, velut ſponſam præcipuam amatam, euchariſtico epulo demonſtrauit.
Ait Conc. Trid. ſeſſione 13. c. 2. *Saluator noſter diſceſſurus* Conc. Trid.
ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc inſtituit, in quo di-

uitias

nitias diuini ſui ergà homines amoris velut effudit. Effuſæ ſunt in Euchariſtia diuini amoris ergà homines diuitiæ;vt enim naturam hominis adamauit Dominus ſuper omnes Angelos,diademaque regni in capite eius conſtituit:ſic pro hac Dei ad homines coniunctione tantum conuiuium præparari iuſſit. Quò ſpectans Cant.3. *Egredimini,filiæ Sion,& videte Regem Salomonem in diademate,quo coronauit eū mater ſua, in die deſponſationis ſuæ.* Nec parua Expoſitorum pars putat hæc verba dicta pro corona ſpinea a Iudæis recepta. Et quid corona illa ſpinarum cum die deſponſationis?In deſponſatione, & flores ſunt, & lauta conuiuia: quid hæc cum ſpinis?Planè ſpinæ illæ acceptæ a Ieſu ardentiſſimā eius charitatem ergà homines,& oſtendebant,& coronabant,qua illos velut amatiſſimam ſponſam ſibi tunc adiungebat,regioque Euchariſtiæ excipiebat conuiuio. Ait Theod. *Per ipſum ſuſcepit diadema charitatis.Sponte enim ignominiam pertulit,atque vltrò ad mortis cruciatus acceſſit. Quamobrem deſponſationis diem illam vocauit,& diem lætitiæ cordis eius. Tunc enim nuptiarum communio facta eſt Nam poſt cœnam,inquit, Accipiens panem,& gratias agens fregit,deditque diſcipulis ſuis dicens: Accipite,comedite ex eo omnes.Hoc eſt enim Corpus meū.* Itaque vt quot ſpinæ erant in corona illa,tot erant charitatis eius,& amoris ergà homines indices:ſic tantæ charitatis dies,meritò cenſetur deſponſationis dies. Id,quod oſtendens alludit & Euchariſtiæ conuiuiū,ne vllū & amoris ergà homines,& lætitiæ diuinæ requireretur ſignum.

Cant.3. — Theodor.

§. IV.

Euchariſtia cibus,quantùm eſt ex ſe,homines Chriſto inſeparabiliter coniungit.

CONuiuiū iuſſit Aſſuetus præparari pro arctiſſima ſibi coniunctione cum Eſthere celebranda:ſic enim ait c. 2. *Iuſſit conuiuium præparari permagnificum cunctis Principibus, & ſeruis ſuis,pro coniunctione,& nuptiis Eſther.* Pro cōiunctione cū Eſther conuiuium parat Rex Aſſuetus,& verus cœli,terræque Rex Ieſus pro coniunctione Dei cum hominibus & efficienda,& celebranda longe pretioſius epulum ſui Corporis,& Sanguinis voluit parari. Orabat Ieſus ad Patrem Ioan.17.pro Apoſtolis ſuis dicens: *Non pro his tantùm rogo,ſed & etiam pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorū in me,vt omnes vnum ſint,ſicut tu, Pater,in me,& ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint.* Hæc erat Chriſti precatio,vt omnes fideles & inter ſe,& cum Deo vnum ſint,& ſic intimè maneant Deo coniuncti,& adunati,vt nolint ab eo ſeparari. Et qualiter fieri poſſet,vt qui adeò erant diſsiti & ſeparati inter ſe,vt Deus, & creatura,poſſent in vnū cōiungi?Hoc equidem fieri potuit mediante hoc diuiniſſimo conuiuio cibi cæleſtis,& ſuperſubſtantialis. Ait D.Cyril Alex.lib 11 in Ioan.c.26. *Vt igitur inter nos,& Deum ſingulos vniret,quamuis corpore,& anima diſtemus , modum tamen adinuenit conſilio Patris,& ſapientiæ ſuæ congruentè ſuo enim Corpore credentes per communionem myſticam benedicens,& ſecum,& inter nos vnum nos corpus effecit Nam,ſi omnes vnum panem manducamus,vnū omnes corpus efficimur . diuidi enim,atque ſeiungi Chriſtus non patitur.* Sic equidè Dei Filius,Chriſtus Dominus per cibum Corporis & Sanguinis ſui datum hominibus,ſe illis immiſcuit,& adunauit,vt ab illis minimè vellet diſiungi. Habet enim hoc diuina Corporis Chriſti eſca,vt nolit eſſe ſine ſuis alumnis,quibus ſemel ſe vniuit.Puncto Chriſti Domini latere Ioan. 19. *Continuò exiuit Sanguis , & aqua.* Sto a ſententia Doctorum putantium in hoc Sanguine exeunte a latere Chriſti percuſſo oſtendi epulum euchariſticum.Sic D Cyrill Alex.lib.12.in Ioan.c.39.Chryſoſt.hom. 84 in Ioan.Cypr.lib.de Paſſ Et notandum, quòd Sanguis diuiniſſimus Euchariſtiam repræſentans ſecum de latere Chriſti aquā adducat,in qua populi ſignificantur , vt iam ex tunc pateat,quàm nolit eſſe cibus euchariſticus ſine adiunctis ſibi hominibus Quò ſpectans Eccleſia in cōficiendo Sanguinis diuini calice,vino aquam admiſcet:qua religione oſtendit Chriſtus Dei Filius,per euchariſticum cōuiuium,ſic adunare ſibi homines,vt nolit ab illis diſiungi. Adhæc Cypr.epiſt 63 ait: *Quando in calice vino aqua miſcetur,Chriſto populus adunatur,& credentium plebs ei,in quem credidit,copulatur,& coniungitur. Quæ copulatio aquæ,& vini ſic miſcetur,in calice Domini,vt commixtio illa non poſſit ab inuicē ſeparari. Vnde plebem in Eccleſia conſtitutā fideliter,& firmiter in eo,quod credidit,perſeuerantē,nulla res ſeparare poterit à Chriſto.*Coniunctio Chriſti,& hominum per epulum euchariſtiæ coaleſcens,coniunctione vini,& aquæ ſignificatur.Et vt vinum ſemel aquæ mixtum nequit ab illa ſeparari ; ſic Chriſtus ſemel per Euchariſtiā hominibus adiunctus, ab illo, quātùm eſt ex ſe,ſeparari nequit.Habac c.3.dicebat Deo: *Egreſſus es in ſalutem populi tui.* Circa quæ verba ait D.Ger. Arch.Conſtant.in hiſt.rer.eccleſ. *Non enim ſemel egreſſus,in poſterum dereliquit nos ſed eſt nobiſcum, & erit in perpetuū. & in aliud hoc per manum Sacerdotum,& linguā,myſteria conficit; ac non Sanctum Spiritū dumtaxat miſit Dominus noſter,vt maneat nobiſcum,ſed & ipſe pollicitus eſt ſe manſurū nobiſcum,vſque ad conſummationem ſæculi.* Parauit equidem Dominus conuiuium hoc Euchariſtiæ , vt mediante illo,quantum eſt ex ſe homines ſibi inſeparabiliter adiungat.

Ioan.17. — Cyril.Alex. — Ioan 19. — Habac.3. — German.

§. V.

Ab Euchariſtia habemus , quòd ſemper ſimus in Chriſto.

ADhuc ponderandum,quòd Aſſuerus parari fecit conuiuium,*pro coniunctione,& nuptiis Eſther*, quatenus nuptiali vinculo ſic coniungebātur,vt omnino ſeparari nequirent. Sic Rex Regum Chriſtus parauit nobis menſam euchariſticam,pro coniunctione,& nuptiis hominū,quos ſic vniuit ſibi,vt per hoc conuiuiū ſemper poſſint in illo inueniri.De latere Ieſu puncto ait Ioan.19 *Continuò exiuit ſanguis,& aqua.* Non ſanguis ſine aqua exiuit:vt enim in aqua populi exprimebantur,ſic debebāt inueniri per Euchariſtiam in Chriſto vniti. Vt dicat Paſchas. lib.de Corp. & Sang.Domini,c.11. *In Apocalypſi Angelus aquas populos interpretatur.Et ideò rectè promiſſum eſt . quia ſimul cum Sanguine fluxit;vt hoc in myſterio vere Sāguinis admiſceatur quatenus & nos in illo ſimus,vt per hoc ſalutis Sacramentū diuinis obtutibus, illicò vniti,myſticè offeramur.* Eò equidē ſpectat cibus euchariſticus,vt homines per illū ſemper inueniantur Chriſto vniti,& ſic grati appareant diuinis obtutibus. Quò refero illud Prou.9. *Sapientia ædificauit ſibi domum excidit columnas ſeptē.Immolauit victimas ſuas,miſcuit vinum,& propoſuit menſam* Fuit hoc diuinæ ſapientiæ inuentum , vt quotidie in Eccleſiæ domo,& menſa proponeretur,& calix propinaretur.Et quo fructu?Vt inde homines ſumerent,quo ſemper vniti cum Chriſto inuenirentur.Paſchal.ſup.c.21. *Inuenimus in Salomone,quòd Sapientia miſcueret vinum ſuum, quod ſanè vinum eſt illud,quod refunditur ad altare ideò fit,vt Sanguis Chriſti inde pro noſtris exhauriendis quotidie peccatis, rurſus in pretium ſumatur redemptionis & interior homo noſter per hoc piaculis innouetur,& coniungatur Chriſto,non modò moribus,& vita,verùm etiam,& vnitate naturæ per corpus, vt hinc inde in illius forma inueniamur.* Habes,homo,quo ſic Chriſto vniaris , vt in illius forma inueniaris,& quaſi alter Chriſtus ſuſpiciaris à Patre diuino.Egreſſuris de Ægypto Iudæis in terram promiſſam datur edendus agnus immaculatus,& dicitur illis Exod 12. *Comedetis feſtinātes:eſt enim Phaſe,id eſt,tranſitus Domini.* Ecce tibi,vt conuiuiū parabatur Iudæis in agno,quo ad terram promiſſam tranſirent. Verùm Ieſus meus Ioan.13. *cùm tranſiret de hoc mundo ad Patrem* conuiuium corporis ſui nobis porrigēdum inſtituit.Et cur in Iudæorum tranſitu ſolus agnus de mundiali grege datur edendus:in tranſitu autem Ieſu,non agnus de grege mūdialis,ſed agnus cæleſtis, agnus diuiniſſimus porrigitur?Vt tranſirent Iudæi ad terrā,ſufficiebat mundialis cibus:vt tranſirent Chriſtiani ad Patrem , neceſſum erat,vt maximè copularentur,& adunarentur Chriſto Domino.Dicit enim Ioan.3. *Nemo aſcendit in cælum,niſi qui deſcendit de cælo Filius hominis,*&c. Neceſſum ergo erat,vt Dei Filio Chriſto Ieſu vnirentur , & adiungerentur maximè homines,vt in illo ad Patrem tranſirent,quod fiebat, non per agni mundialis eſum,ſed per agni diuiniſſimi cibum. Quò reſpiciens Algerus lib.1.de Sacramento , cap.22.ait: *Comedamus agnum cum lactucis agreſtibus,id eſt , amara compunctione plenis.Eſt enim Phaſe,id eſt,tranſitus Domini , quo ex hoc mundo tranſiuit ad Patrem : · : Cùm enim Corpus Chriſti ſuſceperimus , & Corpus eius facti fuerimus , tranſibit ipſe in nobis ad Patrem , tranſibimus & nos in illo, vt cum illo in tantò tranſitus labore vnum facti , vnum ſemper ſimus in peruentionis gaudio.* Qui felicem tranſitum de mundo ad patrem ſperat , hoc debet curare , vt ad diuinum cæleſtis agni conuiuium accurrat : de tanto enim epulo habebit , vt vnum factus cum Chriſto in hac tranſitoria vita , ſimul vt ad Patrem perueniat , vnum

Paſchaſ. — Prouerb.9. — Paſchaſ. — Exod.12. — Ioan.13. — Ioan.3. — Alger.

etiam cum Chriſto fiat. Eſt enim cibus diuinus verum Paſe, quo gaudere debent, qui amant feliciter ad patrem tranſire.

§. VI.

Specierum Euchariſtiæ vilitas, vt hominibus conducibilior.

ACcedo ad Eſtheris conuiuium, de quo ait Textus c. 5. *Venerunt itaque Rex, & Aman ad conuiuium, quod eis Regina parauerat.* Ad conuiuium dicit ſimpliciter, non ad magnum, & magnificum conuiuium; nihilque explicat glorioſum in hoc conuiuio. De Aſſuero dixerat ſupra cap. 1. *Fecit grande conuiuium . . . vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui.* Et cap. 2. *Iuſſit conuiuium parari permagnificum.* Ecce tibi in conuiuio Aſſueri vt explicatur eius magnificentia, & gloria, proponunturque ob oculos regiæ diuitiæ. In conuiuio autem Eſther Regi, & Amano exhibito nihil oſtenditur magnum, nihil explicatur magnificum. Et cur? Equidem in Eſtheris conuiuio, non oſtentatio gloriarum, ſed vna quærebatur populi Iſraelitici vita; & ideo ſolùm, & ſimpliciſſimè ponitur illud, quod ad vitam populi obtinendam erat conducibile. Quod & in Chriſti Domini conuiuio euchariſtico cautum eſt; non enim in pretioſis alitum, pecudúmve carnibus inſtitutum eſt, ſed in communiſſimo, & viliſſimo panis alimento. Nihilque in illo aliud extrinſecùs proponitur præter viles ſpecies panis, & vini. Et cur non pretioſius aliud quæſitum eſt ad tantum conuiuium peragendum? Ait Alger. lib. 3. de Sacram. cap. 4. *In ſacramentalibus ſpeciebus non quæſiuit dignitatem, ſed aptitudinem.* Equidem hoc attendebatur in Euchariſtia inſtituenda, vt quid aptum præſtaretur ad vitam æternam mortalibus obtinendam. Nulla ibi cura de ſpecierum pretio, aut dignitate, ſed de vtilitate; quæ in vilibus his inueniebatur ſpeciebus. Sed, eſto, quòd viles hæ panis, viniue ſpecies proponantur in Sacramento, cur glorioſi Corporis ſplendor, ſub illis latens, non datur videndus? Quid conuenientiæ habet, quòd ſolæ ſpecies illæ viles videantur, & totus lateat, & abſcondatur glorioſi Corporis ſplendor? Sic magis aptatur diuiniſſimum hoc Sacramentum, vt excitentur homines ad Diuinitatis gloriam percipiendam. Quippe ait Algerus lib. 2. de Sacram. cap. 3. *Si autem ſua potentia claritate Corporis ſui viſum noſtrum contemperaret, non ſuo loco, aut tempore in contemplatione ſua gloria remunerationem ſuam nobis præordinans, meritum conferret, quia amplius laborare non liberet: ſicut & Petrus in transfiguratione dixit Bonum eſt nobis hic eſſe. Quod, vt ait Leo, non erat improbum, ſed inordinatum* Sic glorioſi Corporis ſub panis ſpeciebus latentis ſplendor, ſi videretur, efficeret, ne alterius gloriæ requirendæ afficeremur deſiderio. Petrus vbi Ieſum gloria transfigurationis fulgentem vidit in Thabor, nihil aliud optat, nihil aliud requirit, ibi ſolùm amat ſedere. Sic vtique, ſi in Euchariſtia Chriſti Corporis gloriam videremus, nihil aliud requireremus; ſed ab omni labore vacui ſederemus. Quod præcauens diuina Sapientia ſolam micam panis, & guttā vini exhibet, glorias abſcondit, vt pro cæleſti obtinenda laboremus. Quò ſpectans Prou. 9 ait *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, propoſuit menſam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Ecce tibi vt parans diuina Sapientia conuiuium, nihil in illo exhibet glorioſum, nihil ſplēdens, ſolas vini, paniſque ſpecies proponit, &, ſi quid aliud eſt, illud mortem repræſentat. Et cur ſola proponit, quæ mortem referant, & panis, vinique viles offerant ſpecies? Cur non magis viuidas gloriæ ſubſtantias proponit? Per illud conuiuiū vocabat ad æternæ ciuitatis mœnia conquirenda, & ideò abſcondit ſubſtantias gloriæ ſub vilibus panis, viniue ſpeciebus: ſi enim illas videremus, *amplius laborare non liberet*: ſed cum Petro diceremus: *Bonum eſt nos hic eſſe.*

Eſther. 1. — Alger. — Prouerb. 9.

§. VII.

Nihil lenius, nec efficacius, quàm conuiuium Euchariſtiæ ad perdendos hoſtes generis humani.

VT perdat ſui populi hoſtem Amanum Eſther, conuiuium parat: dicit enim cap. 5. Regi: *Veniat ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium, quod paraui.* Conuiuium parat regium aduersùs Aman; cur non magis parat ſpicula, iacula, ignes, furcam? Sapiens venatrix ſciebat, nullo certiùs in perditionem trahi feram, quàm per eſcas. Aiebat Rupert. lib. 8. de victor. Verbi, cap. 18. *Feram immanem, vrſum ferocem, vt trahat ad ſupplicium, allicit ad edulium, ne prius audiat famam, quàm ſubeat pœnam, ne prius videat foueam, quàm incidat in eam: prudens, & ſciens commodius eſſe, feram comprehenſam intus opprimi, quàm exterritam, & per ſaltus fugientem cum canibus dubio euentu inſequi.* Duobus modis feras venator inſectatur; altero, cùm vocibus, latratibúſque canum illas excitat, currentéſque iaculat, fugientéſque per ſaltos ferro, ignéque perſequitur: qui modus laborioſior eſt venatori, & ſæpè caret fructu. Altero autem modo venator foueam profundam parat, quàm leuibus ramis operit, quorum in medium eſcas apponit conſpiciendas. His poſitis, ipſe abſcedit in ſeparatum, & abſconditum locum, in quo ſedet prædam expectans. Tunc feræ famis aculeo excitatæ ſurgunt, veniunt ad locum, eſcarum conſpectu, & odore allectæ, nihil malum ſuſpicantur, & dum currunt ad eſcas, fractis ſuo pondere ramis in foueam incidunt, in qua facili negotio à venatore perduntur. Qui modus, & commodior, & efficacior eſt, ne vlla poſſit euadere fera. Hinc nobilis, & ſapiens venatrix Eſther, non ad eum venandi modum confugit, quo clamoribus excitaret feram Aman, & à longe iaculis inſequeretur fugientem: ſed magis parat eſcam, & allicit ad edulium, ne priùs videat foueam, quàm incidat in eam, ſciens, commodius eſſe feram comprehenſam intùs opprimi, quam exterritam per ſaltus fugientem canibus dubio euentu inſequi. Sic diuina Sapientia dedit homini, quòd per eſcam euchariſticam perderet hoſtes ſuos: qui modus & commodior, & efficacior eſt. Pſal. 22. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduersùs eos, qui tribulant me.* De aliis dicitur Pſal. 6. *Parauerunt ſagittas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro,* &c. Et Pſal. 34. monebat: *Apprehende arma, & ſcutum.* ſiue, vt Hieron. legit: *Apprehende ſcutum, & haſtam.* Sic iubemur aduersùs hoſtes parari ſagittis, & ſcutis, & haſtis, multiſque aliis armis, quæ ſunt opera bona, nimirum, ieiunia, eleemoſynæ, humicubationes, lacrymæ. Sic D. Hieron. D. Ambr. D. Thom. ad cap. 13. ad Romanos. Et quando tot arma præſtò ſunt ad perdendos hoſtes, cur in Pſal 22. illis dimiſſis vna dicitur menſa parari? Cur non aptiùs parentur ſagittæ, parentur ſcuta, haſtæ, iacula ad perdendos hoſtes, quàm menſa? Equidem diuina ſapientia nouit, quā poſſint commodiùs & efficaciùs perdi hoſtes generis humani. Et ideò parata menſa ad edulium vocauit, vt antequàm fera videat foueam, incidat in eam: ſciens commodius eſſe comprehenſam feram intus opprimi, quam territam, & fugientem per ſaltus inſequi. Ieiunia, humicubationes, eleemoſynæ, cilicia, & ſimilia, iacula ſunt, quibus per deſerti ſaltus hoſtem terribilem inſectamur; quod maximè nobis laborioſum eſt. Verùm ſi menſa euchariſtica nobis paretur, ſi has diuiniſſimas prætendamus epulas, commodiùs, & efficaciùs hoſtem funditùs perdemus. Vt dicat D. Auguſt. lib. 4. de Trinit. *Apud Ieſum pauciſſimi Iudæorum remanſerunt, agnoſcentibus gentibus, & pia humilitate bibentibus pretium ſuum, eiúſque fiducia deſerentibus hoſtem ſuum.* Qui enim & prandium, & poculum euchariſticum præſetulēre, hoſtes ſuos ad deſolationem redegerunt extremam. Accinit Iſaias cap. 25. fatus: *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Et præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & præcipitabit mortem in ſempiternum.* Proh commodiſſima, & efficaciſſima venatio ferarum depopulatrix! Prætenduntur quaſi in monte viuificæ Euchariſtiæ dapes: & ecce tibi, vt feræ, nimirum, & Diabolus peccati author, & mors huius diuini conuiuij virtute in abyſſi foueam præcipitantur. Vbi Noſter poſuit: *Præcipitauit*, legit Diuus Hieronymus, *Abſorbere faciet*: & ait: *Faciet Dominus omnibus gentibus in monte Sion pingue conuiuium, holocauſtū medullatū, & vinum vindemiæ defæcatæ, vt præcipitet, & abſorberi faciat faciem mortis, & vinculi*, &c. Equidem in conuiuio à Deo fidelibus parato, quo cæleſtes Euchariſtiæ abſumuntur dapes, ſimul & præcipitantur in foueam, & abſorbentur & mors, & Diabolus. Pſal. 73. ait Dauid: *Tu confregiſti*

Pſal. 22. — Pſal. 6. — Pſal. 34. — Auguſt. — Iſai. 25. — Hieron. — Pſal. 72.

capita

capita draconis, & dediſti eum in eſcam populis Æthiopum. Æthiopiſſa cenſetur Eccleſia gentium, cui dicitur datus in eſcam draco. Quis hoc audiuit? Planè non Diabolum, ſed Chriſtum ſcio nobis in eſcam datum. Sed vbi Chriſtum in refectionem ſumimus, neceſſum eſt, vt ſimul Diabolus abſorbeatur. Ait D. Aug. (Auguſt.) *Quomodo acceperunt iſti in eſcam draconem illum? Puto, quia magis Chriſtum acceperunt in eſcam; ſed Chriſtum, quo ſe conſummarent; Diabolum, quem conſumerent.* Itaque in conuiuio Chriſti accepto, & Chriſtum, quo vtamur, ſumimus, & ſimul Diabolum conſumimus?

§. VIII.

Euchariſtia lethalis indignis.

VOcatus fuit Aman ad Eſtheris conuiuium, &, vt ait Textus cap. 7. *Intrauit itaque Rex, & Aman, vt biberent cum Regina.* Et quid vtilitatis attulit Aman conuiuium eiuſmodi? Equidem ſic caput illud finit: *Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo.* Vt meritò dicat Rupertus (Rupert.) lib. 8. de victoria Verbi Dei, cap. 31. *Qui conuiuando ſuper menſam, inuenit pœnam.* Heu miſeram peccatorum hominum conditionem! Quiſquis enim Dei hoſtis indignè ad menſam euchariſticam accedit, nihil aliud inde meret, quàm extremam ruinam. Diu adhæſerat Iudas Ieſu, qui etſi fur, & latro eſſet, & non ſemel ſe à Ieſu reprehenſum nouiſſet, non tamen adducebatur, vt prorſus diſcederet à Ieſu, & in perditionem iret. Vbi autem ad menſam euchariſticam ventum eſt, ait Ioannes cap. 13. (Ioan. 13.) *Cùm ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox.* Poſt cæleſtem buccellam indignè acceptam, non ampliùs voluit permanere cum Ieſu; ſed inde abiit funditùs perdendus. Et quem latrocinia ſaltem corporaliter non auellerant à Ieſu, buccella ſacra indignè ſumpta extremam illi attulit ſeparationem à vita. Vt conuiuando ſuper menſam pœnam inueniret. Ait Paſchaſ. (Paſchaſ.) lib. de Corpore, & Sanguine Domini, cap. 8. *Iudas donec buccellam acciperet, quamuis mente ſanctus, interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebroque audit tam aliis, nunc ſolus monetur. Sed, poſtquàm indignus myſtica præſumpſit, inuaſit eum Diabolus; & quo priùs nutabat, cùm accepit, continuò foras exiuit.* Non ſic miſerum perdiderunt alia facinora, vt perdidit eum malè receptus cibus euchariſticus. Dum Ezechieli (Ezech. 9.) oſtenditur ventura ruina in homines, ait cap. 9. *Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad Aquilonem: & vniuſcuiuſque vas interitus in manu eius.* Sex itaque viri ſtrictis gladiis apparent, de quibus ſtatim ait: *Et ſteterunt iuxta altare æreum.* Non ad plateas, non ad vrbis frequentias diuertunt, vbi latrocinia, vbi periuria vigent; ſed templum ingrediuntur, & iuxta altare ſtrictis ſuis gladiis conſiſtunt. Et, vt erat illud altare Euchariſtiæ menſæ typus, ſic oſtendebatur, quam habeat pœnam ſuper menſam, qui accedit indignus. Paſchaſ. (Paſchaſ.) vbi ſuprà: *Steterunt iuxta altare æneum: per quod, nimirum, præſens altare, quo cibum vitæ, & ſtipendium militiæ noſtræ ſumimus, manifeſtiſſimè deſignatur::: Ad iſtud verò, ſi quis indignè acceſſerit; iudicium damnationis excipit. Ad hoc ergo vnuſquiſque illorum vas interfectionis tuliſſe ſcribitur.* Crede mihi, homo, tota illa menſa euchariſtica ſcatet gladiis, in quos neceſſum eſt, vt incurrat, qui illò indignè accedit. Propter eà enim, vt ait Paul. (1. Cor. 11.) *& dormiunt multi*; dum enim indignè ſanctum conuiuium participant, ore gladij metuntur. Et tantum malum eſt, quòd indignè veſcaris diuiniſſimo Pane illo, vt beneficij loco habeatur, ſi quantò citiùs fieri poteſt, priueris vita, ne ex malis inde peragendis creſcat pœna in infinitum. Iudas illa ipſa nocte, qua communicauit cæleſtem panem, abiit è viuis: de illo nanque ait Matth. 27. (Matth. 27.) *Abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Quod ponderans D. Chryſoſt. (Chryſoſt.) ſer. 3. de prodit. & Cœna Domini, ait: *Iudas confugit ad laqueum, vltimum capiens in Pane ſolatium.* Itaque Panis cæleſtis indignè ſumptus pro vltimo ſolatio, & beneficio inſtantaneam mortem permiſit miſero, ne dilata vita maiores calamitates parturiret. Vt indignè accedens noſcat, quid mereatur, quando pro ſolatio datur illi, quòd citiùs priuetur vita.

§. IX.

Menſa euchariſtica homines eò adducit, vt debitis ſatisfaciant.

DIctum eſt c. 5. *Venerunt itaque Rex, & Aman ad conuiuium, quod eis Regina parauerat.* Sed & ſtatim cap. 6. additur: *Noctem illam duxit Rex inſomnem*, & petiit ſibi Annales legi, ex quibus noſcit deberi adhuc Mardochæo mercedem pro non mediocri præſtito obſequio, quam ſtatim reddi iubet. Planè conuiuio Eſtheris proximè ſequenti nocte Rex vigilat inſomnis, cuius vigiliæ eò deueniunt, vt debita merces reddatur Mardochæo. Quis hoc ſperaret de Principum conuiuio? Nonne mundialium Principum conuiuia frequentiùs abſumunt mercedes operariorum? Qui fieri potuit, vt à conuiuio Reginæ Eſther in illam mentem Aſſuerus veniret, qua debitam mercedem mandaret reddi ſubdito? Vt conuiuium illud ordinabatur ad fidelis populi ſalutem obtinendam; ſic ad amuſſim exprimebat conuiuium euchariſticum, cuius eſt homines impellere ad hoc, vt debitis ſatisfaciant ſuis. De Corporis enim Chriſti Pane accepto venit, vt homo nitatur ſua debita ſoluere vel operariis intimis. Zachæus ille Luc. 19. (Luc. 19.) vbi nactus eſt hoſpitem Ieſum, illúmque excepit conuiuio, ſtatim ſtans in medio ait: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Multorum mercedes, & ſubſtantias apud ſe homo auarus retinebat, de quibus reddendis minimè cogitabat: ſed vbi nactus eſt Ieſum conuiuam, ſic amore iuſtitiæ exarſit, vt ſtatim de ſoluendis debitis cogitaret. Ait D. Titus Boſtrenſis (Tit. Boſt.) ibi: *Vt primùm Chriſtum Dominum non tetra gaudium in domum ſuam excepit, eo mox iuſtitia amore incenſit, vt in quadruplum ea ſe ſatisfacturū ſponderet, quæ per iniuſtitiam forſan ſuſtulerat.* Nequit equidem condigna Corporis Chriſti participatio ſtare cum ſumma incuria in ſoluendis debitis, in mercedibus operariorum non daudit. Vbi enim Chriſti menſam participas, eum ebibis ſpiritum, quo nihil velis debere vllis; ſed magis vigiles, vt ſatisfacias creditoribus cunctis. Ideò nunquam non credidi eos reos Corporis, & Sanguinis Chriſti, qui, cùm multi ſint in ſumenda Euchariſtia, in reddenda mercede mercenariis ſuis, & in ſoluendis debitis ſunt nulli. Noui aliquos viros principes vigilantes ad conuiuium Chriſti, vt Euchariſtiam ſumerent, & altè dormientes in victu mercenariorum reddendo, in operariorum danda mercede, in ſatisfaciendo creditoribus. Qui prætextu præcellentiæ ſtatus ſui, dum omnia diſſipant pro libito, & cupiditate ſua, nunquam ſunt ſoluendo, aut famulis, aut mercenariis, aut aliis creditoribus, nec de hoc curant: & nihilominùs aut ſemel, aut bis in hebdomada ad menſam accedunt euchariſticam. Proh fallas hominum ſpes! Non gaudet his menſa diuina, cuius eſt illum infundere ſpiritum hominibus, quo vigilent, vt pro fratribus ſanguinem fundant; quantò magis debitum victum, aut debitas pecunias? Prouerb. 23. (Prouer. 23.) *Quando ſederes, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam: & ſtatue cultrum in gutture tuo.* Quæ verba ſic ex Septuaginta (Septuag.) redduntur apud D. Aug. *Si ſederis cœnare ad menſam potentis, ſapienter intellige, quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam ſciens, quia talia te oportet præparare.* Hæc menſa potentis paſſim creditur à Patribus, & Doctoribus eſſe euchariſtica menſa, cui qui accumbit, obligatur attendere, & percipere, quæ in ea ponuntur; vt paret ſe ad præſtanda ſimilia. Quæ ergo ponuntur in menſa Euchariſtiæ? Ponitur ibi ipſiſſimus Chriſtus, qui debita noſtra in ſe ſuſcipiens, & vita, & ſanguine fuſo curauit ſatisfacere creditori Patri pro illis. Hoc attendat, qui huic menſæ accumbit, & ſe præparet ad talia præſtanda, nimirum, vt vel ſanguinem pro ſatisfaciendo fratribus fundamus. Ait D. Auguſt. tract. 47 in Ioan. *Menſa potentis, quæ ſit, noſtis, vbi eſt Corpus, & Sanguis Chriſti, qui accedit ad talem menſam, præparat talia. Et quid eſt præparare talia? Quemodo ipſe pro nobis animam poſuit, ſic & nos debemus ad ædificandam fidem animas ponere pro fratribus.* Habet equidem diuina menſa, vt qualia ipſa refert, talia nos præſtemus. Et vt Chriſtus, qui illic ſumitur, nec ſanguini pepercit, vt pro debitis noſtris Patri ſatisfaceret: ſic nos ab hac menſa ſurgentes nulli rei parcamus, vel pro noſtris, vel pro fratribus debitis ſoluendis. Et qui nec ſanguini debet parcere pro liberandis fratribus, quomodo parcat pecuniis, pro ſatisfaciendo mercenariis? Pulchrè dicebat Rabanus (Raban.) apud Hugonem Card. Prouerb. 34. *Quidam quanta largiuntur, reſpiciunt, ſed, quanta rapiunt, non attendunt: & ideò, quæ largiuntur, in ſacculo pertuſo reponunt.* Attendunt equidem plurimi, quanta largiuntur dona in Euchariſtiæ ſumptione, ſed non attendunt, quanta rapiunt: nimirum, non curant, quanta debeant mercenariis, quanta debeant creditoribus, neque pro horum ſolutione vigilant; ſed prorſus contemnunt à ſe mercedes laborantium detineri, vt propriis cupiditatibus indulgeant. Et ideò, quæ largiuntur in Euchariſtiæ ſumptione, in ſacculo pertuſo reponunt.

§. X.

Suſpectus tibi ille homo ſit, qui non niſi coactus ad Euchariſtiam accedit.

QVi multùm gloriabatur Amanus de conuiuio Eſtheris, ad quod inuitatus fuerat, modò ſic negligit conuiuium, vt neceſſum habeat compelli, & cogi illò ire. Dicit nanque Textus cap. 6. *Venerunt Eunuchi Regis, & citò eum, ad conuiuium, quod Regina parauerat, pergere compulerunt.* Cur homo ambitioſiſſimus ſic tardat, ſic negligit ire ad regium conuiuium, vt neceſſum ſit ad id cogi & compelli? Fallar, ſi iam non aſſulgeat inde, quam lethale illi futurum ſit tale conuiuium. Ominoſum homini erat, quod non niſi coactus iret in conuiuium, quod aliàs deberet ambire. Vt hinc diſcas, quam ominoſum debeat eſſe hominibus, quòd ad conuiuium euchariſticum non accedant, niſi cùm iam cenſuris Pontificum, vel alijs malis coguntur. Qui cœnam
Luc. 14. magnam parauerat Luc. 14. dicebat ſeruo ſuo. *Exi in vias, &*
Matth. 22. *ſepes, & compelle intrare*, &c. Quid tunc? Ait Matth. 22. de eodem locutus, vt manult Maldonatus cum multis Patribus: *Intrauit Rex, vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. . . : Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis pedibus, & manibus, mittite eum in tenebras exteriores.* Deus bone, a tanto conuiuio in tantum itur ſupplicium? Qui regiè pranſurus intrarat, ſic miſerè inter prandendum occiditur? Quis tanti prandij conuiuæ talem exitum timeret, qui vidiſſet accedentem ad prandium non niſi coactum, & compulſum ire? Equidem, cùm video homines ſic negligere conuiuium Euchariſtiæ, vt minimè ad illud accedant, niſi compulſi, & coacti paſchali præcepto, paſchalibus cenſuris; vehementer timeo, ne ab illo conuiuio in indiſpoſitione ſua mittantur in exitium. Quam nunc tarditatem, & negligentiam habent multi accedendi ad Euchariſtiam, habebant
Nazianz. antiqui Chriſtiani accedendi ad Baptiſmum. Quibus dicebat Nazianzen. orat. 40 *Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua cogamur.* Quaſi crederet, rem perculoſiſſimam eſſe, quod
Nicetas. ad Sacramentum neceſſarium, non niſi coactus accedas. Et ait eius Scholiaſtes Nicetas: *Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua cogamur, vrgente, ſcilicet, morbo, vel alio quodam periculo, ac nos per vim ad Baptiſmum attrahente. Tunc enim non tam baptizatur quiſpiam, quàm violenter, rapitur.* Sic ſanctis Doctoribus videtur, qui coactè ſuſcipit Sacramentum, non tam Sacramentum ſuſcipere, quàm violentiam pati, & premi ipſo Sacramento. Qui enim ſolo concurſu paſchali, inter tot fideles circumſtantibus temporis coactus, vel alijs
Iob 2. periculis compulſus accedit ad diuina, nunquam non mihi refert Satanam illum, qui aduerſus Iobum ſæuit, de quo ait Text. cap. 2. *Cùm quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius.* Ecce etiam Satan inter filios Dei adſtat, & ſemel & bis Deo. Et qui fieri poteſt, quod tantus Dei oſor, & diuinorum contemptor velit inter Sanctos adſtare Deo? Ait
Iulian. Iulianus in Cat. Græca: *Venit in medium Angelorum quaſi captiuus: nam illum pudebat, fugámque meditabatur.* Non erat Satan inter Angelos ſponte ſua, ſed violenter ab Angelorum frequentia quaſi preſſus, & captiuus tenebatur, vt adſtaret Deo: ipſe autem ea ſe non attendebat Deo, ſed fugam meditabatur, & totus erat in aliquo effugio quærendo. Sic multi, qui ſolo paſchali concurſu, vel periculo aliquo ad diuina accedunt, inter cæteros fideles, quaſi Satan inter Angelos, ſunt quaſi captiui, quaſi vi oppreſſi, quantum eſt ex ſe meditantes fugam, & quærentes prætextus, quibus ſe ſic ab illo epulo diuino expediant. His me-
Exod. 16. tuo, ne cæleſtia cibus vertatur in pœnam. Exod. 16. qui ſeruarunt manna in diem ſequentem, inuenerunt illud vermibus ſcatens. Dicitur enim: *Scatere cœpit vermibus.* Sic qui cæleſte prandium adeò negligunt, vt non niſi coacti ad
Ambroſ. illud accedant, debent metuere, ne in viuifico cibo vermes, quibus rodantur, inueniant. Ait D. Ambroſ. in Pſal. 1. *Manna enim illis contra diuina præcepta tractantibus, vermes effecti ſunt, id eſt, contumaciæ vltores, & iudices. Qua ſimilitudine Chriſtum indicat Dominum, quem qui ſuauem cibum, & dulcem potum haurire neglexerit, iudicem patietur.* Non ſic negligas cæleſtem cibum, vt non niſi coactus ad illum accedas, niſi velis inde duriſſimum iudicium perpeti. Ingens enim malum eſt homini, quando non niſi coactus edit.

CAPVT II.

Pueritia Eſtheris.

TEXTVS HISTORIA.

DIV durante Iudæorum captiuitate apud Perſas, de captiuis parentibus orta eſt puella, quæ à primis cunabulis Ediſſæ nomen accepit. Nec priùs nata dicitur, quàm orba oſtenditur: ſimul enim cum acquiſita vita, vtrunque parentem perdidit. Affuit tantæ orbitati defuncti patris frater, nomine Mardochæus, qui puellam educauit pro ſua, eiúſque ſalutis, & pulchritudinis vigilantiſſimum ſe cuſtodem præbuit. Ea enim erat adoleſcentulæ pulchritudo, cuius gratia, diſſimulato Eſtheris nomine, vulgo cœpit vocari Ediſſa, id eſt, Myrtea, vt de pulcherrima arbore eius decora ſpecies commendaretur. Sic noſter Sanctius credidit.

MORALIA CIRCA TEXTVM.

IVDÆORVM captiuitas Eſtherem edidit: ſic hyemis aſperitas, in flores vernantes decidit.

Cap. 2. Erat vir Iudæus in Suſan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iaïr, filij Semei, filij Cis, de ſtirpe Iemini. Qui tranſlatus fuerat de Ieruſalem eo tempore, quo Iechoniam, Regem Iuda, Nabuchodonoſor, Rex Babylonis, tranſtulerat.

§. I.

Caſtitatis puritas nunquam non floridum faſciculum exhibet Deo.

DE Eſtheris cognatis clariſſimus eſt Mardochæus, qui cum illa liberationem populi peregit. Cuius in prætenti non, & aui referuntur, filij nuſquam viſi, imo nec coniuges, vt inde poſſim credere ab illo fuiſſe cælibatum maximè cultum. Quippe Auguſt. Eliana virginitatis fundamentum in eo ponit, quòd nec nuptiæ, nec filij eius in Scriptura celebrentur. Ait enim lib. 9. de Gen ad lit cap. 6. *Creditur enim Elias non habuiſſe vxorem, quia hoc Scriptura non dixit, quamuis de cælibatu eius nihil dixerit.* Etſi a ſacra Pagina Auguſt.
non dicatur Elias fuiſſe cælebs; tamen quia nec verbum facit de eius nuptijs, nec de procreatis filijs, creditur cælibatum coluiſſe. Et de caſtitate, & virginitate eius multa dicunt Ioannes Ieroſol. D. Hier. D. Ephrem, D. Ambr & alij. Cur non etiam credatur Mardochæus virgo, de cuius coniugio, aut poſteritate, nec verbum facit Scriptura? Ego crediderim, nullum è veteribus in caſtitatis, & virginitatis cultu proximiùs acceſſiſſe D. Ioſepho, Mariæ Sponſo, quàm Mardochæum. Vterque enim prouiſus fuit a Deo pulcherrimæ puellæ cuſtos, cuius frequentia nec minimam illis in pudore maculam intulit. Meritò ergo pro tanto caſtitatis cultore, dicitur eius habitatio fuiſſe *Suſan*, ciuitas regia Perſarum. Eſt enim Suſan idem, quod *lilium*, vt mauult Cornel. à Lapide ad cap. 8. Danielis. Inter lilia autem requi- Cor. à Lap.
rendus eſt caſtitatis cultor: nunquam enim hæc virtus non exhibet Deo floridum faſciculum. Luc. 1. dum quæritur in terris Mater Virgo Dei Filio, mittitur Angelus Nazareth:
ait enim: *Miſſus eſt Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ, cui* Luc. 1.
nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, &c. Et cur tantam Virginem prouidit ſibi Deus in Nazareth? Naza-
reth nomen idem eſt ac flos, teſte D. Bernard. ſer. ad milites Bernard.
de templo, cap. 7. Quo iam Deus præmonſtrabat, qua ſibi roſa promittebat in Virgine, licèt hæc de ſenticoſo Iu-
dæorum

dæorum ſemine orta fuiſſet. Andreas Ieroſol. in ſer. de Salut. And.Ieroſ. ang. dicit : *Vade, inquit, Nazareth. Curnam ? Quò gratioſiſſimum virginitatis decus, veluti roſam ſuauiolentem ex loco ſpinoſo Omnipotens eligeret.* Merito Virgo ſequitur in florido loco, quæ etſi in Iudæorum ſpinis naſcebatur, tamen virginitatis decore totam Deo exhibebat ſuauiſſimam. Hinc Pſalm.44. Pſalmi 44. titulus dicebat : *In finem pro his, qui commutabuntur.* D. Hieron. ex Hebræo : *Victori pro liliis.* Symmachus Symmach. autem reddit : *Triumphus pro floribus.* Quaſi hi, qui commutandi erant, in lilia, & flores commutari deberent. Nec alij erunt, quàm virgines, ſenticoſam, & ſpinoſam morum aſperitatem, in floridos faſciculos Deo commutant. Ait Paſchaſ. ibi Paſchaſ. *Vos eſtis, quæ virore pudicitiæ, & ſplendore caſtæ dilectionis, Sponſi ſerta componitis, & coronam ſpineam mutatis quotidie in gloriam triumphantis; quæ per campos Scripturarum vndeſinenter, velut apes, flores legitis,* &c. Qui pudicitiæ virore eminet, florida ſerta Deo componit, & ſpinas diuinum caput pungentes in ſuauiſſimos flores conuertit.

§. II.

Inanis oſtentatio maiorum clariſſimorum longè à viro ſapiente, præcipuè in minoribus conſtituto.

MOs erat Iudæis longas genealogias prætendere, quæ per clariſſimos maiores ad primos Patriarchas perueniebant. Iudith.8. Sic de ſanctiſſima Iudith cap. 8. *Quæ erat filia Merari, filij Idox, filij Ioſeph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enam, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon.* Ecce tibi Iſraelitarum more genealogiæ Iudithæ cenſus non ſtetit, víque dum ad Simeonem Patriarcham peruenerit. Cùm autem de Eſtheris, Marduchæique genealogia agitur, auis, atauiſve recenſitis non vlterius aſceditur. Dicit enim Textus: *Mardochæus, filius Iair, filij Semei filij Cis, de tribu Iemini. Qui tranſlatus fuerat de Ieruſalem,* &c. In atauo Cis tota ſiſtit Mardochæi genealogia, qui atauus, cum poſteris ſuis captiuus degerat Babylone. Sic Rup. Caietan. Scalig. Bellarm. quos refert, & ſequitur Serarius in præſenti, quæſt 7. Et inuſitatum eſt, quod hominis adeò inſignis genealogia ſolos auos, & atauos, qui captiui fuerant, meminerit; de aliis autem, & liberis, & clariſſimis maioribus nec faciat verbum. Quod adhuc magis pondero ex Ioſephi ſententia, aſſerentis è ſemine regio procreatam Eſtherem, quaſi è Saulis ſtirpe maiores Mardochæi, & Eſtheris procreati eſſent. Quando ergo in genealogia Mardochæi erant Patriarchæ, & Reges, & liberi maiores, cur nullum de his verbum, ſed tantùm duo, aut tres captiui recenſentur ? Cur, ſicut de Iudith, & aliis Iſraelitis vniuerſi ponuntur maiores vſque ad primum Patriarcham; ſic de Mardochæo, & Eſthere, non ponuntur vniuerſi, ſed prætermiſſis Regibus, & Patriarchis, ſoli pauci captiui cenſentur ? Aliorum genealogias diuerſi Authores ſcripſère, quorum erat glorioſa quæque tranſcribere fideliter : verùm Eſtheris, & Mardochæi genealogiam ipſe ſcribebat Mardochæus, non ſine adiutorio Eſtheris. Serar. Vt enim cum Eſthere Mardochæus Auctor totius libri eſt, teſte Serario, cum multis aliis citatis in 2. Prolegom. ſic & ipſe cum Eſthere ſcriptor fuit genealogiæ ſuæ in ipſo libro repertæ. Vnde tantorum virum non decebat iactare glorias maiorum, quin potiùs, vt tunc captiuus agebat, ſic non meminit alios atauos, quàm eos, qui in ſimili captiuitate fuiſſent : longe enim eſt à viro ſapiente inanis iactatio clariſſimorum maiorum. Introducturus Ioſeph fratres ſuos ad Regem Pharaonem, monebat illos, ne iactarent atauorum glorias : ſed dicerent, Gen. Geneſ.46. 46. *Viri paſtores ſumus, ſerui tui, ab infantia noſtra, vſque in præſens, & nos, & patres noſtri.* ſed & ipſorum pater Iacob, Geneſ.47. cùm iam coram Rege ſtaret, ait Gen.47. *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parui, & mali ; & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.* Et ſe, & maiores ſuos peregrinos vocat. Sed & Iacob, & filij eius maiores habebant humanis clariſſimos gloriis. Vt de antiquioribus ſileam, Abrahamus in arenam proſilierat aduersùs quinque validiſſimos Reges, de quibus clariſſimam reportarat victoriam. Cur ergo coram profano Rege non magis recolit victorioſos, & triumphales maiores, quam paſtores, quam peregrinos ? Vt ſapientiſſimi erant, ſic longè à ſe fecerunt inanem de maioribus ſuis iactationem, ſoláque ea dixère de auis, quæ in ſe Rupert. ipſi referebant. Ait Rupert. lib.9. in Gen. cap. 18. *Verò peregrinum ſe confeſſus eſt : :. Parùmque illi viſum eſt, quòd peregrinum ſe confeſſus eſt, niſi etiam patres ſuos peregrinos fuiſſe aſſereret. Adeò hominibus placere, vel ad pompam ſæcularium, tam pater, quàm filius, ſe extendere, dedignati ſunt.* Tam pater, quam filius indecorum ſibi putarunt, ſe in iactandis glorioſis auis ad pompam ſæcularium extendere. Nunquam enim non ridiculum foret, quòd paſtores homines, & peregrini triumphales, & regios auos prætenderent. Quam inanem gloriolam, & ridiculam longè facit Deus a ſuis ſeruis. Sic Iſa. 11. Iſaias cap. 11. dicebat de Ieſu naſcituro : *Egredietur virga de radice Ieſſe.* & Aquila Aquila. legit : *Egredietur virgula.* Et quando cautatiſſimus Chriſti ortus de Dauide promiſſus erat, cur Iſaias prætermit Dauidem, & Ieſſem nominat ? Procop. Procop. cauſam indigitat dicens : *Vbi virgam legimus, virgulam legit Aquila, vt ſubmiſſionem Chriſti in carne, & abiectionem ſignificaret.* Vt Chriſtus natus quaſi virgula, parua, & abiecta oſtendebatur : ſic regios auos eius prætermit, & ſolùm meminit Ieſſem hominem humilem & priuatum. Non decet enim hominem, dum humilem & abiectum ſtatum prætendit, regios auos iactare. De quo in tom. 3. de Chriſto figur. lib.6. cap.5. §.5. &c.

§. III.

Familiare eſt Deo de ipſa reproborum radice lectiſſimum quid protendere.

DIcitur Mardochæus fuiſſe de *ſtirpe Iemini*, nempe, de tribu Benjamin, imò, vt placet Carthuſiano, & aliis, de ipſa ſtirpe Saulis. Et quando Saulis ſtirps non genuerat Regem, niſi reprobandum Deo, cur iterum ad eam ſtirpem Deus accedit, vt lectiſſimam Eſtherem promoueat in Perſarum regnum ? An ad notam reprobati Regis ſtirpem accedit, vt ſimiliter reprobandam Reginam eligat ? Abſit: imò ad eam ſtirpem accedit, vt oſtendat, quam ſoleat de reproborum radice lectiſſimas perſonas promouere. Iſaias Iſai. 11. cap. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* & conuenientiùs Scripturis dixiſſet, ſi Dauidem nominaret, cui erat facta expreſſiùs promiſſio de ortu Saluatoris. Cur ergo maluit præterire Dauidem, & confugit ad Ieſſe ipſius Dauidis parentem ? Nónne Ieſſe ſeptem filij fuère reprobati a Deo, & excluſi a regno. Cur ergo ad tot reproborum radicem recurrit, vt inde oſtendat naſciturum Deum ? Plane volebat oſtendere, quàm ſoleat Deus lectiſſimum quid de radice reproborum eruere. Ait Rup. lib.11. de vict. verbi Dei, Rupert. cap. 19. *Per hoc dictum, quòd eſt de radice Ieſſe, vetus experimentum mentibus noſtris adducitur, quod accidit Ieſſe, reprobatis maioribus filiis eius, & aſſumpto humili, vel paruo Dauid,* &c. Vetus eſt, & antiquum Deo illud experimentum, quod accidit Ieſſe, cuius ſeptem filij reprobati ſunt, & inter tot reprobos, adhuc inſtat quærere, quem eligat, & tandem inde eduxit lectiſſimum Regem. Quod ſimiliter factum eſt in ipſa Dauidis familia, quorum poſteri omnes primùm expulſi ſunt a regno, & reprobati à Deo, & tunc virga, & flos, Chriſtus, & Maria, lectiſſimi omnium fructus adducti ſunt à Deo. Sic vbi noſter poſuit, *ex radice*, Symmachus, & Theodotion legerunt, *ex trunco*, circa quod ait Procop. Procop. *Pro radice alij truncum interpretantur. Erat enim tribus illa, atque familia, vnde Chriſtus prodiit, non minus, quàm truncus aliquis ramorum honore ſpoliatus, cùm iam inde ſub Aſſyriaca captiuitate in familia Dauidis, Regum ſucceſſio ceſſaſſet.* De familia Dauidis tunc penè deiecta, & reprobata, nouit Dominus educere lectiſſimam virgam, nempe, Chriſtum, qui deiectos omnes ad culmen gloriæ valet ſubleuare.

§. IV.

De bona radice nunquam non boni rami expectandi.

SEmper mihi mirandum videtur, quòd Eſther, & Mardochæus dicatur fuiſſe, *de ſtirpe Iemini*; hoc eſt, de tribu Benjamin. Quando enim tribus Benjamin Regem dedit Saulem, Deo iniurium, & à Deo tandem reprobatum; cur iterum Deus à tribu Benjamin quærit, qui regnū capiant? Cur non magis cauet Reges expectare à tribu, quæ iam ſemel Regem protulerat malum ? Vt tribus Benjamin à ſanctis Patriarchis Iacob, Iſaac, & Abraham veniebat, ſic nunquam non debebant ab illa boni rami expectari. Mihi crede, vbi

 nota

nota eſt radicis præſtantia, etſi vnus, vel alter ramus perdatur, ſemper boni alij repullulabunt, qui expectationem radicis augeant. Quò ſpectans D. Paul. ad Rom. 11. ait: *Si radix ſancta, & rami.* Cupiebat perſuadere omnibus, vt non deſperandum eſſet de populo Iudæorum, qui & habebat ſanctam radicem, nimirum, ſanctos illos Patriarchas populi fundatores, neceſſum erat, vt ſemper alios ſanctos germinaret. Cum Honoratus quidam defuncti fratris acciperet dignitatem ex Theodorico Rege; ait de illo Caſſiodor. 5. Var. 4. *Bona ſiquidem germana iuſti prædeceſſor incolis, qui naſcendi ordine primus euaſit: ſed futuræ nobilis fructum, quem in deceſſore perdidit, in ſucceſſore ſeruauit. Concordat huic familiæ ramus ille doctiſſimus, qui Virgiliano carmine ſemper enaſcitur. Hoc enim auulſo non deficit alter Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.* Habet hoc bonæ radicis præſtantia, ne quieſcat in bonis producendis ramis; ſed, quod in vno perdidit, in alio ſeruet. Et vt de ſtirpe illa Virgilianæ arboris, tot renaſcebantur aurei rami, quot ſcindi inde credebantur: ſic de bona hominum radice, etſi aliqui ſcindantur, perdantur, nunquam deficiunt alij aurei. Vbi enim ſtirps aurea eſt, ſimili frondeſcit virga metallo.

Rom. 11.

Caſſiod.

Cap. 2. Qui fuit nutritius filiæ fratris ſui, Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Eſther, & vtrunque parentem amiſerat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuiſque patre eius, ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptauit in filiam.

§. V.

Nobilitas, quæ Deo probatur, non ab atauis, ſed à virtutibus.

SI ſpectes auos Eſtheris per genealogiæ cenſum, nullum inuenies, qui ad Eſtherem directè perueniat; ſed ad Mardochæum, qui oſtenditur nutritius fuiſſe, & patruus ipſius. Vbi enim deſinit genealogia in Mardochæum, ſubditur: *Qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Eſther.* Oſtenditur equidem Eſtheris genealogia, non per illam directè, ſed indirectè per Mardochæum, fratrem patris illius. Sic Matth. 1. Mariæ Deiparæ genealogia non oſtenditur, niſi indirectè per Ioſeph, Virum eius, qui de eadem erat cognatione: ait enim Matthæus: *Iacob genuit Ioſeph, Virum Mariæ.* &c. Et cur nec genealogia Eſtheris, nec Mariæ peruenit directè vſque ad illas? Equidem tantarum fœminarum nobilitas non probanda erat Deo ex atauis, ſed de virtutibus. Aiebat Richard. à Sancto Laurent. lib. 12. de laudibus Mariæ: *Virtus denominata Beata Virginis ortum probauit exiſtendo, de qua natus eſt Ieſus.* Quaſi Mariani ortus gloria non debeat quæri ex atauis; ſed ex virtutibus diuinis, quibus meruit eſſe Mater Chriſti. Dicebat Rex Theodoricus apud Caſſiodorum, 5. variar. 12. *Si iuſtitiam colere vniuerſos, & amare præcipimus, quantò magis eos, qui noſtra proximitate glorianutur? Quos omnia decet ſub laude gerere, vt regio poſſint fulgorem conſanguinitatis oſtendere. Hæc enim indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata.* Ecce tibi, vt ſapiens Princeps regios ortus non amat oſtendi per ſumoſas veterum imagines: ſed per nouas, recentéſque virtutes: non per clariſſimorum atauorum cenſum, ſed per mores honeſtate, & pietate conſpicuos. Vna equidem eſt indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. De Iob dicit Textus cap. 1. *Erátque vir ille magnus inter Orientales.* Orig. autem legit: *Fuit autem hic homo de genere optimo ex partibus Orientis.* Et cùm Iob eſſet Idumæus de ſtirpe Eſaü, mirabar, quòd diceretur eſſe *de genere optimo.* Quomodo de genere optimo eſſet, qui de Eſaü impio veniebat? Non ſpectabatur nobilitas Iob ab atauis; ſed à virtutibus, ex quibus ſolis fit nobilitas, & maxima, & indubitata. Rem tractat Orig. lib. 1. in Iob: aiens: *Quomodo ergo de genere optimo erat, qui de talibus naſcebatur? Ruben primogenitus Iacob, & Simeon, & Leui, qui ex Iſrael ſunt progeniti de genere optimo non dicuntur: Iob verò, qui ex impiis ortus eſt, id eſt, ex filiis Eſau, hic de genere optimo dicitur? Ego, inquit, non carnalem natiuitatem quæro, non carnalem generationem ſignifico, non parentum genereſitatem laudo. Nam hæc apud Deum non magni penduntur, hæc à Creatore non requiruntur: ſicut enim non ſtat apud Deum perſona gloria, ſic nec requiritur ab eo carnalis generoſitas.* Nobilitas, & maxima, & indubitata hominis non venit per carnalium auorum cenſum: nec reputantur aui, aut ataui in eius oſtenſione, ſed clariſſimæ hominis virtutes.

Matth. 1.

Caſſiod.

Iob 1.

Orig.

§. VI.

Deo nullus ex hominum virtutibus fructus, nulláque vtilitas.

DVo erant puellæ nomina, & Eſther vocabatur, & Ediſſa. Ediſſæ nomen illi ob pulchritudinem vulgò attributum, myrtum ſignificabat. Et vbi Mardochæi in illam beneficium explicatur, Ediſſæ nomen in primis proponitur, nec vllibi alias inuenitur. Dicit enim Textus: *Qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ.* Cur Ediſſa, & non magis Eſtheris dicitur nutritius? Vt myrtus arbor eſt, quæ nullum fructum cultori parit; ſed ſui viroris pompam, & virorem oſtendat: ſic puella illa Mardochæo nullum referebat fructum, etſi de eius beneficio in non mediocrem creſceret venuſtatem. Sic homines, qui continuis Dei beneficiis alimur, & in vitam ſuſtentamur; etſi in nobis totam virtutum pulchritudinem referamus, Deo nullum fructum, nullum emolumentum præſtamus. Quò ſpectat illud Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malum inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios.* Ecce tibi Deus dicitur eſſe malum, nimirum, fructifer arbor, quæ ſuauiſſimos ferat fructus, quibus ſuam Sponſam alat. Sponſa, & lilium, & flos dicitur eſſe Deo ſuo, & non amplius. Quia, licet de acceptis diuinis beneficiis hoc habeát homines, vt virtutibus floreant, in virtutum floribus manentes, nullum Deo fructum, nullum emolumentum afferunt. Ait D. Nicænus ſer. 4. in Cant. *Vides Sponſa, quæ ſit ſua à Domino differentia quoniam ille quidem, & nobis ſit lætitia oculorum, vt qui eis ſit lux, & vita comedentibus. Nam, qui eum comedent, viuet, ſicut dicit Euangelium. Humana autem natura perfecta per virtutes, ſolùm ſit flos, non agricolam nutriens, ſed ſeipſam exornans. Ille enim non eſt bonorum noſtrorum egens; ſed nos illius bonis egemus.* Non parua eſt differentia inter Deum, & homines: Deus arbor fit fructifera, quæ nos nutrit, quæ nos alit, vt viuamus; de acceptis enim eius beneficiis augemur, de eius dulcedine saginamur, eius dapibus diuiniſſimis ſuſtentamur: nos autem, etiam in ſumma virtutum perfectione florentes, nullum illi emolumentum damus; ſolùm inde habemus, quòd ornamur, quòd perficimur. Ornatus noſtri eſt, quòd virtutibus implemur, non diuinæ vtilitatis. Hinc Ierem. Thren. 4. dicebat: *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: in vmbra tua viuemus.* Quando Chriſtus Dominus non minùs eſt nobis, quàm halitus, quàm ſpiritus, nos illi quid ſumus? Ipſe ait: *In vmbra tua viuemus.* Sumus illi vmbra. Et rectè noſtræ, quamuis perfectiſſimæ, operationes Deo quaſi vmbræ ſunt: vt enim vmbra, cùm nihil ſit, tamen videtur eſſe, moueri, ambulare, extendi, contrahi: ſic humanæ virtutes factæ in Dei obſequium videntur illi aliquid exhibere, cùm nihil Deo vtilitatis exhibeant. Vt meritò, & optimè dicat Richardus à Sancto Laurent. lib. 1. de laudibus Virginis: *Benè dixit, in vmbra, quæ reſpectu corporis ſola quædam apparentia eſt: ſimiliter, quidquid bene facere poteſt optimus homo pro Deo, reſpectu eorum, quæ Deus fecit pro homine, nihil eſt, niſi vmbra quædam pertenuiſſima.* Sola quædam apparentia eſt in vmbris reſpectu corporis: ſic ſola quædam apparentia eſt vtilitatis reſpectu Dei in humanis virtutibus. Imò præſtantiſſima quæque obſequia ab hominibus Deo exhibita, nec tenuiſſima vmbra ſunt, ſi comparentur cum iis, quæ a Deo in nos beneficia proficiſcuntur.

Cant. 2.

Nicæo.

Thren. 4.

Richard à S. Laur.

§. VII.

Ingenuus animus hinc ad minora venit, quia ad magna aſpirat.

QVantulum hoc eſt Mardochæi elogium, nimirum: *Qui fuit nutritius filiæ patrui ſui. Ediſſa.* Siccine tantus vir in vna conſobrina nutrienda occupari debebat? Crede mihi, in hac ſemicellula charitatis eius pro vna conſanguinea fouenda, oſtendebatur ingens eius ardor pro totius populi ſui procuranda ſalute, vbi id occaſio poſtulare videretur: nunquam enim animus ingenuus ad minima deſcendit, niſi maxima etiam præſtiturus occaſioni petenti. Iam Dominus

nus Sanguinis ſui pretium pro mundi vita dependerat in Cruce moriens; multaque miracula id teſtabantur, cùm Lucas ait cap. 23.

Luc. 23.

Videns autem Centurio, quod factum fuerat, glorificabat Deum, dicens: Verè hic homo iuſtus erat. De tanta diuini Sanguinis profuſione vnus gentilis Centurio dicitur renatus fuiſſe in vitam. Et cur, Domine, tantum Sanguinis tui negotium in vno ſaluando ſiſtis gentili? Vnum modo ſaluat gentilem Sanguis diuinus; quia omnes poſtmodum erat ſaluaturus: non enim ad parua veniret, niſi & ſimul venturus eſſet pro ſummis. Ait Amalarius Fortunatus, Epiſcop. Treuer. lib. 3. de eccleſiaſt. Officiis, cap. 26. *Niſi futurum eſſet, vt ſacramento ſanguinis, & aqua, iuſtificaretur gentilitas, non illicò ſe Centurio mutaret ad tantam conteſtationem, vt apertè clamaret ex intimo cordis affectu, Verè hic homo iuſtus erat.*

Amalar.

Quod vnus tantùm in præſenti conuerteretur gentilis, non venit de effuſi Sanguinis diuini anguſtia, ſed potiùs de eius magnificentia in procuranda omnium ſalute: illius enim eſt, vnum accipere, qui vel omnes erat accepturus. Et vix creditur aliquid magnum de aliquo, qui non ſciatur vel ad minora priùs deueniſſe. Porrecto pane diſcipulis ſuis dicebat Dominus Ieſus Matth. 26.

Matth. 26.

Accipite, & comedite. Hoc eſt Corpus meum. Ex quo maximè conuincuntur Valentiniani Hæretici non poſſe eſſe Ieſum diſtinctum, & ſeparatum Deum ab illo, qui condidit minora hæc in mundo. Non enim credi poſſet author tam eximij, támque diuini epuli, niſi qui minorum alterius author aliquando extitetat. Quò ſpectans D. Irenæus lib. 4. cap. 34. ait:

Iren.

Quomodo conſtabit eis, Panem, in quo gratiæ actæ ſint, Corpus eſſe Domini ſui, & calicem Sanguinis eius, ſi non ipſum Fabricatoris mundi Filium dicant? id eſt, Verbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, dat primùm quidem herbam, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica. Planè, cùm deſcendit Deus eò, vt vel herbam gignat; iam inde fidem facit magnificentiæ ſuæ potentis tantum epulum Corporis ſui præbere ſuis alumnis. Eius enim eſt, tam maxima operari, qui præſtitit & minima.

§. VIII.

Tuis conſulere in primis præſtat.

QVi Iudæorum Seruator ordinabatur à Deo, eò in primis ſpectat, vt conſobrinæ ſuæ ſaluti conſulat: ait enim Textus: *Quæ fuit nutritiam filiæ fratris ſui, Ediſſa, quæ altero nomine vocabatur Eſther, & vtrumque parentem amiſerat, &c.* Seruatoris munus inchoat à ſalute conſobrinæ, vtriuſque orbatæ parentis, procurata. Præſtat enim ſemper, quod in primis tuorum conſulas neceſſitati. Dicebat Dominus Ieremiæ cap. 1. *Priuſquàm te formarem in vtero, noui te, & in vulua matris ſanctificaui te.*

Ierem. 1.

Ex quo ſapienter elicit D. Ambroſius, quam potior fuerit Deo ſanctificatio maternæ vuluæ, quando ea ſanctificabat alienam: ait enim lib. 2. in Lucam:

Ambroſ.

Qui ergo vuluam ſanctificauit alienam, vt naſceretur Propheta, hic eſt qui aperuit matris ſuæ vuluam, vt immaculatus exiret. Hic eſt Spiritus Dei, qui in primis amat ſuis, quàm alienis conſulere: nec aliquid nouit alienis tribuere, quod ſi neceſſitas poſtulat, ſuis potiùs non tribuat. Vt percuſſi à ſerpentibus ſanarentur, dicitur Numer. 21.

Numer. 21.

Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno, quem qui percuſſi aſpicerent, ſanabantur. Qui ſerpens æneus etſi à multis credatur fuiſſe figura Chriſti crucifixi, à D. Greg. Nazian. creditur omninò fuiſſe Chriſto contrarius: ſic enim dicit:

Nazianz.

Æneus ſerpens ſuſpenditur contra mordentes ſalubris, non vt typus eius, qui pro nobis paſſus eſt, ſed vt antitypus. Non equidem erat ſerpens ille typus Chriſti, ſed contrarius: nam ſerpens ille conſpectus ſerpentium ſui ſimilium venenum perdebat: hominem autem à ſe maximè alienum curabat. E contrario Chriſtus eam indolem habet, quæ ſui ſimiles, & cognatos homines in primis ſanet. Sic dicebat Theophanes Ceramcus, Archiep. Tauromen. orat. in Dominicam ante Exaltationem Crucis, factus:

Theophan.

Æreus ille ſerpens ſimilium ſibi ſerpentium venenum retundens, homines ſibi diſſimiles ſeruauit: Seruator verò in Crucem ſublatus Dæmonum natura ſibi diſſimilium potentiam diſſoluens, homines natura ſibi ſimiles, & cognatos ab exitio liberauit. Meritò ait iſte Pater, eum, vt antitypum adhibitum eſſe. Contrarius equidem Chriſto eſt, qui ſuis durus, facilis, & ſuauis redditur extraneis. Nihil enim magis Chriſtianum, quàm quòd propinquis, & cognatis, & tui ſimilibus, medelam in primis afferas.

§. IX

Vt non natura, ſed adoptione filij Dei ſumus, ſic arctiſſimo illi vinculo obligamur.

MArdochæo electo ad ſalutem populi negotiandam datur adiutrix Eſther, filia eius adoptiua, iuxta illud: *Mardochæus ſibi eam adoptauit in filiam.* Et cur non magis prouiſum eſt à Deo, vt eius filia naturalis eſſet? Liberum erat Deo facere, quod Eſther in commune populi ſui bonum à patre naturali ordinaretur, cur maluit, vt ex adoptione, & non ex natura patrem haberet, à quo dirigeretur? Vt in tanti operis executione infallibilior, & obſtrictior requirebatur in puella obedientia erga parentem, & directorem; ſic prouiſum eſt à Deo, vt filia non natura, ſed adoptione eſſet. Adoptiui enim infallibiliùs, & arctiùs ſolent obſtringi parentibus. Ait Caſſiod. 4. Var. 2. de adoptato filio à Theodorico Rege: *Per arma fieri poſſe filium, grande inter gentes conſtat eſſe præconium. Quia non eſt dignus adoptari, niſi, qui fortiſſimus meretur agnoſci. In ſobole frequenter fallimur. Ignaui autem eſſe neſciunt, quos iudicia pepererunt: hi enim gratiam, non de natura, ſed de ſolis meritis habent. Quaſi vinculo animi obligantur extranei, &*

Caſſiod.

tanta in hoc affectu vis eſt, vt priùs ſe velint mori, quàm aliquid aſperum patribus videantur ingerere. Prudenter putat Caſſiodorus ab adoptatis filiis ſecuriora, & firmiora obſequia venire in patres, quibus arctiori vinculo electionis, & amoris tenentur adoptiui obligati: quando, quidquid ſunt, ex patre ſciente, & eligente, & volente habent. Hinc Paul. ad Gal. 4.

Galat. 4.

Miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Ecce tibi eò ſpectauit Dei Filius in mundum veniens, vt adoptionem filiorum, non naturam filiorum reciperemus. Et quia ſolam adoptionem nobis prouidit, minus illi debemus? Abſit: imò inde & firmè, & securè illi obligamur. Dicit D. Ambr. in cap. 8. ad Rom.

Ambroſ.

Lex fidei, quæ in ſpiritu adoptionis ſignificatur, lex ſeruitutis eſt. Quippe in filiis natura ſæpe falluntur parentes, & rarò non experiuntur ingratos. Qui autem electione per adoptionem gignuntur, vix poſſunt non reſpondere parentum optatis. Adoptionem ergo iniramus erga Deum, vt hinc teneamur illi arctiùs alligari, ab eiúſque iniuria longiùs diſtare. Quò ſpectans ipſe Paul. ad Rom. 8. dicebat:

Rom. 8.

Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore; ſed ſpiritum adoptionis filiorum. Circa quæ ait D. Ambroſ.

Ambroſ.

Accepimus ſpiritum adoptionis filiorum, vt conſiderantes, quid eramus, & quid dono Dei ſumus adepti, magna cum diligentia vitam noſtram ordinemus, ne nomen Dei Patris in nobis iniuriam patiatur. Nunquam adoptiuus filius non ſe agnoſcit patri obligatus; naturalis autem filius, ſi conſideret, quæ à patre habet, mirum erit, ſi non illa parui æſtimat. Sic dicebat ille filius ad patrem Nicobulum, teſte Nazianzeno:

Quòd tua progenies ego ſim, pater optime, paruum
Munus id eſſe reor: nam brutis omnibus hic mos,
Atque hominum generi flagrare libidinis æſtu.
Aſt etiam me poſt aluit tua cura? Quid autem
Hoc etenim magni? Vituli quoque plena parentis
Vbera fronte premunt, &c.

Nazianz.

Sic natura filij deſpiciunt, quod ex parentibus habent, dum illa contemplantur. Adoptiui autem hoc dicere non poſſunt: ſed nullo ex capite non ſe vident parentibus obligatos, ex quo neceſſum eſt, vt in eorum obſequium ardentiùs vadant.

§. X.

Cuius tu indigus fuiſti miſericordiæ, faciliùs præſtas alteri.

ECce, quæ puella dirigitur à Deo in ſalutem populi ſui, nimirum, quæ anteà neceſſe habuit ſibi à Deo prouideri, qui eius ſalutem curaret. Sic Text. *Mortuiſque patre eius, ac matre, Mordochæus ſibi eam adoptauit in filiam.* Equidem mortuis parentibus, puella ſola, & derelicta manens, indiga fuit eius, qui illius ſalutem procuraret. Volebat enim Deus, vt puella ex ſe diſceret, quod aliis debebat

debebat præſtare, & quam ſalutem ſciebat ſibi à Deo procuratam per Mardochæum, ipſa per ſe populo indigenti procuraret. Miſſus fuerat quondam puer Moyſes in flumen à parentibus ſuis; & ſimul prouiſa fuit à Deo filia Pharaonis, quæ puerum erueret de aqua, & nutriret. Ait

Exod. 2. Exod. cap. 2. *Cernens in ea paruulum vagientem, miſerta eius*, &c. Et mirabar, quod Deus ſaluare volens puerum illum, permitteret, vt priùs ab ipſius parentibus in flumen mitteretur. Cur non magis prouidit, ne in tantum periculum veniret infans? Ordinabatur puer ad hoc, vt ipſe populum Dei erueret à captiuitate, & ideò prouiſum eſt, vt erueretur ab aquis, vt quam ipſe accepiſſet

Auguſt. miſericordiam, faciliùs præſtaret aliis. D. Aug. ſer. 86. *Competenter proceſſit diuina vindicta, vt ſuis affectibus puniretur Pharao, & Moyſes pro aliis eruendus erueretur.* Expende illa: *Pro aliis eruendis erueretur.* prouiſum quippe à Deo eſt, vt qui ad eruendos populos è captiuitate ordinabatur, priùs ipſe de periculis erueretur; & ſic faciliùs aliis præſtaret, quod ipſe priùs ex miſerante Deo acceperat. Quò ad-

1. Cor. 15. duxerim illud 1. ad Corinth. 15. *Si Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra. adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.* Adhuc eſſemus in peccatis noſtris, nec ab illis eſſemus eruti, ſi Chriſtus non fuiſſet per reſurrectionem à ſepulcro erutus: ſed, vt ait ipſe Paulus ad Rom. 4. *Reſurrexit propter*

Rom. 4. *iuſtificationem noſtram.* Et, quando iam mors Chriſti præceſſerat, in qua pretium mundi contentum fuit, & lauacrum omnium delictorum, cur neceſſum fuit expectare Chriſti reſurrectionem, vt à peccatis liberaremur? Per mortem erat Ieſus meus in corporali malo, & infirmitate, per reſurrectionem totum illud malum, & infirmitatem à ſe depellebat. Et illo corporali bono in ſe ſuſcepto ita affectus eſt, vt citiùs vellet ſpiritualem à peccatis reſurrectionem, & liberationem præſtare vniuerſis. Vt

Theophyl. dicat ibi Theophylactus: *Mortuus igitur eſt, & excitatus à morte, vt à prauis nos facinoribus eruat, & iuſtos reddat.* Equidem vt ſe vidit à periculis corporalis mortis erutum, ſic curauit nos à morte ſpirituali animæ eruere.

§. XI.

Eleemoſyna ſuos ſectatores aſſerit in tuto, & ab hoſtibus liberat.

Ecce totum felicitatis initium ſpectans Mardochæum, nimirum, orfanæ puellæ ſuſceptio, & nutritio. *Quæ fuit nutritius filiæ fratris ſui, Ediſſe. Mortuiſque patre eius, ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptauit in filiam.* Et poſtquam tantam miſericordiam, & eleemoſynam in pauperculam, & deſolatam puellam contulerat, quem hoſtem nnn vinceret, quam ſecuritatem non obtineret? Aiebat Rupert.

Rupert. lib. 8. de Vict. cap. 4. *In tali facto Mardochæi, in tam liberali gratia, ſuauis vſque oblata erat eleemoſyna. Reuerà odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, & benedixit eos. Benedixit, inquam, vt ambo creſcerent in ſalutem populi, cui peſſimus exurgebat hoſtis Aman.* Exurgebat hoſtis crudeliſſimus Aman, qui populum Iſraelis affligeret, & maximè appeteret in ruinam Mardochæum. Et aduersùs tantum hoſtem quæ arma erant? Equidem, *oblata erat eleemoſyna Deo*, qua Mardochæus pauperculam virginem ſuſtentabat, & inde talem benedictionem obtinuit ex Deo, qua hoſtem crudeliſſimum contereret. Valet eleemoſyna ad hoſtes perdendos, & victorias obtinendas. Nota eſt pugna illa Ioſue contra Amalech. Erat exercitus Iſraeliticus in campo aduersùs hoſtem ferociſſimum, & ait textus Exod. 17.

Exod. 17. *Cùmque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael.* Hac vna diligentia peribat hoſtis, & Iſrael vincebat, nimirum, ſi Moyſes manus leuaret. Et quid erat, quòd manus leuaret, vt tantos hoſtes perderet? Crediderim ab illo manus leuari, quæ hoſtes perdant, à quo leuantur manus, vt eleemoſynam dent pauperibus. Ait D. Auguſtinus

D. Aug. ſermone 93. de Tempore: *Ergo talia ſint opera tua, vt illa poſſis in altum in conſpectu Dei leuare: poteris etiam & tu in te ipſo aduerſarios tuos extinguere. Quis benè manus leuat, niſi qui per eleemoſynam in cælo iugiter theſaurizat? Quis ergo benè manus leuat, niſi qui aſſiduè victum, ac veſtitum pauperibus ſubminiſtret?* Habes, vnde facilè hoſtes proſternas, ſi noueris manus ad pauperes reficiendos leuare. Cui adeò manus demiſſæ ſunt, vt non leuentur, vt porrigant pauperi buccellam, is non miretur, ſi ſe videat vndique validiſſimis hoſtibus circumſeptum. Credat mihi, & manùs leuet ad pauperes fouendos, & glorioſiſſimâ victoria hoſtes perdet. De paupere enim refecto nunquam non cantatiſſimus triumphus venit. Matth. 25. oſtenditur Ieſus medius inter oues, & hœdos; & hœdis miſſis in ignem æternum, oues reſeruantur in vitam, ne tangat illas hoſtilis ignis. Et cur vitatis ab igne hœdis oues reſeruantur? Inter alias cauſas hanc etiam ponit, qua medius erat Ieſus, nimirum: *Nudus eram, & veſtiſtis me.* Matth. 25.

Quippe veſtis data Chriſto in paupere hoſtiles flammas abiicit. Numer. 16. ardentiſſima flamma ignis vorabat Iſraelem. Quid tunc? *Stans Aaron inter mortuos, & viuos, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit.* Non auſa eſt hoſtilis flamma vlteriùs procedere, vbi Aaroocm vidit in ſacerdotalibus veſtibus. Et cur ſic flamma friguit ad conſpectum indumenti ſacerdotalis? Ait D. Aug. 98. de Numer. 16.

Tempore: *Neque enim indumenta Pontificis purpura, aut lana, byſſoque contexta erubuiſſet Angelus vaſtator; ſed iſta, quæ futura erant indumenta Domini noſtri Saluatoris.* In veſtibus Aaron vaſtator Angelus verebatur Chriſti veſtimenta accepta in paupere, & horum conſpectu fugabatur. Auguſt.

CAPVT III.

Eſtheris exaltandæ auſpicia.

TEXTVS HISTORIA.

CAptiui ergo agebant Mardochæus, & Eſther, patruus, & neptis, in ciuitate Suſan apud Artaxerxem Longimanum, qui Perſarum tenebat Imperium. Et dum Mardochæus tanto pulchritudinis theſauro cuſtodiendo inuigilaret, in ſomnium deuenit, quo poſt ingentes cælorum mugitus, poſt terræ motus, viſi ſunt duo inſurgere dracones, & inter ſe cruentiſſimum concitare bellum. Draconum ſibila non paruas gentium manus poſt ſe trahebant: hinc armata malitia, illinc inermi iuſtorum genti terrorem incutiebat. Eóque diſcriminis coniecti ſunt viri iuſti, vt cogerentur clamare ad Deum, qui non diſtulit illis prouidere remedium. Fons paruus apparuit, qui in maximum fluuium excreſcens eas aquarum copias oſtendit, in quibus draco bellis perderetur. Vt dicat Pſal. 73. *Contribulaſti capita draconum in aquis.* quo noua lux, nouúſque Sol oriri iuſtis viſus eſt. Hoc ſomnium non mediocriter affecit Mardochæum, qui maximè optabat eius ſignificationem percallere, quam ſolus poſteà declarauit rerum euentus. Pſal. 73.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

TEMPORALIS felicitas Eſtheri obuentura per ſomnium oſtenditur Mardochæo: vt hinc diſcas, quam ſint ſomnia omnia regna mundi.

Ex cap. 11. Vidit ſomnium Mardochæus, filius Laïri, *&c.*

Et hoc eius ſomnium fuit. Apparuerunt voces, & tumultus, & conturbatio ſuper terram. Et ecce duo dracones magni, paratique contra ſe in prælium. Ad quorum clamorem cunctæ nationes concitatæ ſunt, vt pugnarent contra gentem iuſtorum.

§. I.

Somnia à Deo venientia non ſolent immitti fœminis, ſed viris.

SOmnium de exaltatione Eſtheris immittitur Mardochæo, cùm dicitur: *Vidit ſomnium Mardochæus*, &c. Cur

non

non magis ipſa Eſther ſomnium hoc vidit? Gen. 37. ſomnia de Ioſephi exaltatione ipſi Ioſepho immittebantur; cur ſimiliter ipſi Eſtheri non immittitur ſomnium, de re, quæ pertinebat ad ipſam? Solent habere hoc ſomnia venientia ex Deo, quæ vt vel leuiſſimam inanitatis ſuſpicionem fugiant, non immittuntur fœminis, ſed viris. Scio Mariam Virginem ſuper omnes homines prudentiſſimam, & ſapientiſſimam eſſe: nihilominùs, vbi ad illam mittendus erat Angelus, non in ſomnijs, ſed in vigilia mittitur. [Luc. 1.] Luc. 1. *Miſſus eſt Angelus à Deo in ciuitatem Nazareth ad Virginem*, &c. Verùm Matth. 1. dicit: *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph*, &c. Itaque Mariæ non niſi vigilanti Angelus adeſt, Ioſepho autem Sponſo eius in ſomnis Angelus apparet. Et cur Ioſepho in ſomnis; Mariæ autem non niſi vigilanti? Quæſtionem mouet, & tractat [Euthym.] Euthymius in Matth. his verbis: *Quam ob cauſam in ſomnis ipſi Ioſeph apparuit Angelus, & non manifeſtè, ſicut Virgini? Quia Virgini quidem manifeſta opus erat viſione, propter res, quæ ſignificabantur arduitatem. Ioſeph autem videns quidem vteri tumorem, cognitam tamen habens vitæ Virginis puritatem, ac innocentiam, alio quoque modo facilius erat crediturus, tanquàm qui ſomnia probè nouerat dijudicare. Ideò in ſomnis Angelum videt.* Etſi Maria ſapientia, & prudentia vniuerſos viros ſuperabat; tamen quia ſomniorum dijudicatio ſuperat virtutem fœmineam, maluit Deus, ne illi tanti ſacramenti reuelatio in ſomnis fieret; ſed viſione clara. Ioſepho autem, vt bene de Mariæ virtutibus informato, & facili ad credendum de illa quæuis magna, in ſomn. Angelus apparet. Vt enim vir erat ſapiens, ſomnia nouiſſet dijudicare, & ſine vllo alterius periculo ea tractare. Adeò cauit Deus vel in omnium virorum ſapientiſſima Maria, ne aliarum fœminarum ſomnia crederentur, quando nec diuiniſſimæ Matri nihil mundo dicendum in ſomnis reuelauit. [Ioel. 2.] Quò ſpectans Ioel cap. 2. ait: *Et erit poſthæc effundam Spiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt.* Ecce tibi, non omnibus omnia dona Spiritus ſancti dantur, ſed alijs alia: donum prophetiæ datur & viris, & fœminis, dum dicit: *Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ.* Somnia autem diuina non dantur fœminis, ſed viris, & viris maturioris ætatis, nimirum ait: *Senes veſtri ſomnia ſomniabunt.* Sic inſinuat D. [Hieron.] Hieronymus fatus: *Neque verò omnis, qui acceperit Spiritum ſanctum, ſtatim habebit gratiam ſpiritualem, ſed per effuſionem Spiritus ſancti diuerſas gratias conſequetur. Alij prophetiam, vt filij, & filiæ, qui maioris ſunt meriti, alij ſomnia, vt ſenes cum prouectioris ætatis*, &c. Somnia equidem diuina de aliquo myſterio publicando non ſolent in fœminas venire, ſed in viros prouectioris ætatis.

§. II.

Ingens malum magnis doloribus parturiri ſolet.

VT draco appareat, multi anteà tumultus, multæ conturbationes præmittuntur, dum dicit Textus: *Apparuerunt voces, & tumultus, & conturbatio ſuper terram. Et ecce duo dracones magni*, &c. Sic ingentia mala parturiri ſolent magnis præcedentibus doloribus. Dicebat [Matth. 24.] Dominus Matth. 24. *Conſurget gens contra gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem initia ſunt dolorum.* Initia hæc dicuntur eſſe dolorum, qui ad dolores parturientium referuntur à noſtro Maldonato, & iuxta D. Hieron. legitur. *Initia ſunt parturitionum.* Nec mirum: pariendus enim eſt ille draco magnus, homo peccati, Antichriſtus: & quando parturiendum eſt tantum malum, non miremur, quod ingentes illæ calamitates, & dolores antecedant illud. [Hieron.] Ait ibi D. Hieron. *Hæc autem omnia initia ſunt dolorum: moleſtius transfertur, parturitionum: vt quaſi conceptus quidam aduentus Antichriſti, non partus intelligatur.* Ad hoc, vt dolores, & calamitates ſentiantur, non neceſſum eſt, quòd ingens aliquod nefas ortum appareat: ſufficit, ſi vel aliquod eius ſemen concipi incipiat: ex hoc enim ſemine concepto antecedentes mille calamitates, & dolores proſiliunt. Vt dicat Orig. hom. 28. in [Orig.] Matth. *Impij doloribus acutiſſimis, & diutinis cruciantur, donec deponant, quæ conceperunt, & fermauerunt ſemina peccatorum.* Tantum malum eſt peccatum, vt non ſolùm, quando ad opus peruenit, ſed, quando adhuc eſt in conceptu; non ſolùm quando ortum apparet; ſed & quando in ſemine eſt, ingentes calamitates, & dolores præmittat.

§. III.

Mundialium potentium eſt in paruulos ſæuire.

NOn immeritò, vt Amani potentia inſinuaretur, draco proponitur, cùm dicitur: *Ecce duo dracones magni, parati contra ſe.* De quibus agens Mardochæus c. 11. ait: *Duo autem dracones, ego ſum, & Aman.* Cùm autem ſerpens nõ dicatur draco, niſi vbi minoribus, & paruulis ſerpentibus vetuſtiori iam ætate oſtenditur; Aman draco eſſe, vbi tam acriter, & crudeliter in captiuum Mardochæum, & Iudæos captiuos deſæuit. Habet equidem hanc draconum ſpeciem mundialis potentia, quæ paruulos ſemper videatur impetere. Ezechiel. cap. 29. *Ecce ego ad te, Pharao, Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum*, &c. [Ezech. 29.] Hic primus Principum eſt, qui ab Scriptura draco vocetur: & de hoc iniquiſſimo homine primum ſumpta eſt metaphora, qua etiam antiquo ſerpenti, nimirum, diabolo, draconis nomen impoſitum eſt. Et cur Pharao & ſibi, & dæmoni nomen draconis in primis traxit? Captiuos apud ſe Hebræos Pharao habebat, à quibus ſibi timere cœpit; quo timore raptatus iuſſit illorum pueros perimi. Erant equidem adulti Hebræi innumerabiles, à quibus ſibi malum timebat, & in nullum adultum ſæuire auſus eſt, ſed in ſolos paruulos deſæuit. Quò & ſuam, & Principum mundialium traduxit potentiam, vt quæ draconibus ſimilis eſſet, in paruulis comedendis. Aiebat Rupert. lib. 1. de Victor. Verbi Dei, cap. 6. oſtendens nomen draconis à Pharaone veniſſe in dæmonem: [Rupert.] *Proficiens in peius egit, cur vocetur draco, & non qualiſcunque, ſed draco magnus. Hoc fieri cœptum eſt per Pharaonem Regem Ægypti, qui primùm pueros Hebræorum maſculos in aqua necari iuſſit.* De paruulorum morte, & oppreſſione & potentia mundialis, & diabolicæ ſtatus dracones vocari cœperunt. Habent enim hoc malum potentes ſæculi, quod auidiùs in paruulos deſæuiant.

§. IV.

Vel paruus, & infirmus virtutis aſſecla, & par, & ſuperior eſt contrarijs mundi, & Inferni poteſtatibus.

QVòd potentiſſimus apud Aſſuerum Aman per draconem repræſentetur, non multùm mireris: tota enim draconis valentia in potentiſſimis eſt. At illud abſoluté mirandum, quòd captiuus, & abiectus Mardochæus etiã valeat in dracone repræſentari. Dicit enim: *Ecce duo dracones magni, parati contra ſe.* Et cap. 11. addit Mardochæus: *Duo autem dracones ego ſum, & Aman.* Sic Aman draco, quia potens; Mardochæus autem, qui captiuus, qui inualidus, vnde draco? Ex Dei auxilio in conflictu cum Aman. Crede mihi, homo, ſi à parte Dei, virtutiſque ſteteris, etſi modicus, & inualidus videaris, aut par, aut ſuperior redderis poteſtatibus contrarijs. Sint illæ dracones potentiſſimi ad perdendum, & tu nihil minus à dracone habebis in magnitudine virium tuarum. Apocal. c. 12. dicit: *Ecce draco magnus rufus habens capita ſeptẽ*, &c. [Apoc. 12.] Habebat equidem draco iſte magnus ſeptem capita, quibus ferebatur aduerſùs filium cœleſtis mulieris, aduerſùs agniculum immaculatum, de quo ait Apocal. 5. *Et vidi in medio throni, & quatuor animalium, & ſeniorum, agnum ſtantem, tanquàm occiſum, habentem cornua ſeptem*, &c. [Apoc. 5.] Agniculus videbatur adeò inualidus, & infirmus, vt quaſi occiſus appareret, & nihilominùs dicitur habere ſeptem cornua. Et quid in adeò infirmo agniculo ſeptem illa fortitudinum ſigna faciunt? Oſtendebatur equidem agniculus ille Dei, etſi infirmus, & inualidus videretur, non imparis fortitudinis eſſe draconi habenti ſeptem capita. Ait Ruper. lib. 1. de Victor. Verbi Dei, c. 7. [Rupert.] *Pulcherrimum eſt etiam illud reminiſci, quia, quot ſunt illius draconis capita, totidem ſunt huius agni cornua: Magna ſunt hæc Sacramenta*, &c. Crede mihi, nihil impar eſt vel in minimo virtutis aſſecla reſpectu draconis magni, & armati tota potentia, & ferocia mundiali. Quot hic fortitudines exerit ad perdendum vel diuinũ ſemen, tot & maiores habet vel infirmiſſimus virtutis aſſecla, vt in conflictu victor euadat. Non cũ dracone Ægyptio, nẽpe, Pharaone, potentiſſimo Rege, pugnantem inermem,

inermem, & abiectum Moyſem. Et an Moyſes impar fuit tanto draconi? Abſit; imò ait Paul. ad Hebræos, cap. 11. *Fide Moyſes reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem Regis: inuiſibilem enim, tanquam videns, ſuſtinuit.* Modicus, & inualidus Moyſes nihili faciebat totam animoſitatem Ægyptij Regis. Et vnde Moyſes ſic audebat in Regem? Fidei oculis Deum auxiliatorem ſuum videbat, qui nullis viribus cedebat. Ait Guarricus Abb. ſerm. 4. de Sancto Benedicto: *Animoſi ſunt Reges, ſed animoſior eſt fides, quippe quæ potentiam eorum nullam eſſe videt, ac per hoc omnem perſequentium inſaniam ſecura quaſi ſuperior irridet. premitur, & fortior ad perferendum, quàm illorum furor ad perſequendum.* Nulla eſt fortitudo contraria, cui impar ſit fortitudo vel infimi hominis, qui fidei oculis, & Dei auxilio agitur.

Hebr. 11.
Guarric.

§. V.

Terrenis cupiditatibus poſſeſſi homines vel beſtiarum vocibus trahuntur in facinora.

DE draconibus pugnantibus locutus Textus, illud addidit: *Ad quorum clamorem concitatæ ſunt nationes, vt pugnarent contra gentem iuſtorum.* Itaque draconis clamor traxit nationes in bellum contra Sanctos. Nec mirum: erant enim nationes idololatræ, quæ terrenis cupiditatibus ferebantur, hæ autem vel ad ſibilum ſerpentis in facinora rapiuntur. Apocal. 13. *Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo ſimilia Agni, & loquebatur, ſicut draco . . . Et ſeducit habitantes in terra.* Vox draconis prius videbatur, vt homines fugaret, nunc autem homines trahit, & ſeducit; ſed homines, qui in terra habitabant, hoc eſt, qui terrenis cupiditatibus immergebantur. Vt dicat Andreas Cæſar. cap. 36. *Seducit illos, qui conuerſationem in terra, bonisque terrenis perpetuo defixum habent.* Caue tibi, homo, ab his terrenis cupiditatibus: ſi enim illis rapiaris, vel ſerpentis ſibilus te in pernicioſiſſima facinora trahet. Mirabar ſapientiſſimam fœminam Euam ſerpentis voce tractam in nefarium facinus. Gen. 3. *Dixit ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini,* &c. Quid inde? Expauit mulier ad ſerpentis vocem? Imò ait Textus: *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit.* Et quomodo fieri potuit, quòd adeò ſapiens mulier, tótque virtutibus ornata, ſic voce ſerpentis raperetur in tantum facinus? Radicem inſinuant illa verba, nimirùm: *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum,* &c. Cœperunt mulieris oculi in terram declinare, cœpit ipſa terrenis cupiditatibus poſſideri, & inde maluit ſerpentis, quam Dei voces ſectari. Ait Rupert. ibi: *Naturam ligni propriis oculis diiudicare voluit. At illi, qui de hoc iudicare debuerant interiores oculi, exteriorum iam erant ardore concupiſcentiæ præpediti: ſic vidit, & ſic facili ergo temeritate, ſerpenti magis, quàm Creatori credidit,* &c. Vbi concupiſcentia temporalis boni iam erat affecta, ſtatim ſerpentis voci annuit, vt iret in facinus. Et cùm video Euam ſerpentis vocibus annuentem, non poſſum non meminiſſe Balaam voci non aſinæ repugnantem. Arripuerat enim Balaam viam ſedens in aſina, quæ acriter à ſeſſore percuſſa, vt ambularet, cum illo cœpit loqui, vt à verberibus abſtineret: dicitur enim Numer. 22. *Aperuit Dominus os aſinæ, & locuta eſt: Quid feci tibi? Cur percutis me ecce iam tertiò? Reſpondit Balaam: Quia commeruiſti, & illuſiſti mihi: vtinam haberem gladium, vt te percuterem.* Et ſerpens locuta eſt Euæ, & aſina locuta eſt Balaam; imò, ait D. Aug. 11. de Geneſi ad liter. *Sic locutus eſt ſerpens mulieri, ſicut aſina, in qua ſedebat Balaam, locuta eſt homini.* Et quidem Balaam longè peior erat, quam Eua, & ardentioribus cupiditatum terrenarum ſtimulis agebatur; nec tamen aſinæ voci annuit, ſed illam magis percutit, vt viam cœptam capiat. Quando ergo peſſimus Balaam, cupiditatum ſuarum mancipium, aſinæ loquenti reluctatur; cur Eua non adeo grandi cupiditatis pyra ſuccenſa ſerpentis voce rapitur? Balaamo aſina bonum perſuadebat, vt deſiſteret à vetita via; nulla autem creaturæ vox ſufficit hominem temporalem in bonam frugem trahere: in malam autem vel ſerpentis ſibilus, vel pecoris nutus illum trahet, vt Euam ſerpens traxit. Heu miſera hominis temporalis conditio! Eo ipſo, quod terrenis bonis inhies, te in facinus trahet nutus belluæ, vel ligni ductum ſequeris. Ezech. cap. 31. *Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, excelſuſque altitudine, & inter condenſas frondes eleuatum eſt cacumen eius. Aquæ nutrierant illum, abyſſus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis.* Quid tunc? Quid iſta legatione effecit? Ait tandem Textus: *Conſolata ſunt eum in terra inferiori omnia ligna voluptatis.* D. Hieron. in explicatione legit: *Æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis.* Licèt ille miſiſſet ad vniuerſa ligna regionis, tamen non vniuerſa, ſed ſola ligna voluptatis æmulata ſunt eum. Nec miror: qui enim terrenis inhiant deliciis, vel ligni ductum ſequuntur. Ait Rupert. lib. de Vict. Verbi Dei, cap. 12. *Miſit quidem riuos ſuos ad omnia ligna regionis, ſed æmulata ſunt eum tantummodò omnia ligna voluptatis. Quia ſanctos quidem per ſuam ſapientiam decipere, & ad ſuum fauorem deducere tentauit: ſed adulati ſunt ei tantummodò illi, qui gloriam ſuam quærebant, non Dei, quos delectabat ſeruire potiùs creaturæ, quàm Creatori.* Nec otiosè nequiſſimus ille Aſſur, qui nititur vniuerſos ſubuertere, ligno cedrino comparatur, ſed vt oſtendantur, quò ſpectent homines voluptuoſi, & temporales, qui ſic Aſſur aſſentiuntur, vt etiam ligno aſſentirentur, ſi à ligno vocarentur ad aliquod facinus perpetrandum.

Rupert.
Num. 22.
D. August.
Ezech. 31.
Hieron.
Rupert.

Cap. 11. Fuítque dies illa tenebrarum, & diſcriminis, tribulationis, & anguſtiæ, & ingens formido ſuper terram. Conturbataque eſt gens iuſtorum timentes mala ſua, & præparata ad mortem.

§. VI.

Tolerantia minuit, & breuiat calamitates.

DE tempore calamitatis Iſraelis locutus Textus ait: *Fuitque dies illa tenebrarum, & diſcriminis,* &c. In ſingulari proponitur calamitatis dies, quaſi vna dies tantùm fuiſſet. At per capitis tertij literam conſtat plurimos fuiſſe calamitatis præſentis dies. A die enim publicationis ſententiæ latæ in Iudæos, vſque ad diem deſignatum executioni, integer annus intercedebat, quo toto erant Iudæi in ſumma afflictione, & anguſtia. Quando ergo tot dies erant tribulationis, cur in præſenti ſic recenſetur calamitas, quaſi vnus tantùm eſſet dies illius? In iam lato calamitatis ſpatio, nihil factum dicitur à Iudæis, quod tolerantiam magni animi non oleret. Deſperati non arma arripiunt, non inſidiantur, non aggrediuntur hoſtem, nullam rebellionem moliuntur, ſed ad Deum clamant, & tolerantes quieſcunt, extremam expectantes ruinam. Quo ſic minuunt calamitatem, vt videatur vnius dies eſſe, quæ durabat per annum integrum: nunquam enim tolerantia non malum breuiat, & minuit. Hinc Iudæos Proconſulis Romani tyrannide preſſos, & defectionem meditantes frænabat Agrippa locutus apud Egeſipp. lib. 2. cap. 9. *Nihil tam exaſperat feruorem vulneris, quàm ferendi impatientia. Denique impoſita ipſis agreſtibus feris arctiſſima vincula, ſi ſe excitent, imprimuntur, ſi quieſcant, relaxantur: graua quoque ſeruitus, tolerando minuitur, inquietudine augetur.* Quid pulchrius? Inductione facta ſemper inuenies impatientiam in malorum augmentum ruere, per tolerantiam autem omnia mala breuiari, & minui. De vltima mundi calamitate locutus Dominus Matth. 24. ait: *Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non eſſet ſalua omnis caro; ſed breuiabuntur propter electos.* Et quomodo breuiabuntur? An quia eorum decretus numerus minuetur? Abſit. ſi enim nec vnus apex, nec vna iota defectura eſt, donec omnia fiant, quomodo deficere poſſent integri dies? Breuiabuntur tamen per tolerantiam à Deo acceptam, qua vel multi, & longi dies ſic tranſibunt, quaſi vnus tantùm eſſet dies. Ait D. Thom. in cat. ex Auguſtino ad Euſychium: *Quidam conuenienter mihi intellexiſſe videntur mala ipſa ſignificata nomine dierum; Ipſa enim dicta ſunt breuiari, vt Deo tolerantiam donante minùs ſentirentur, ac ſi quæ magna eſſent, fierent breuia.* Expende illa: *Deo tolerantiam tribuente minùs ſentirentur.* Habemus hoc ex tolerantia à Deo accepta, vt minus ſentiamus malum, quo premimur; & hinc ipſum appareat breuius.

Egeſipp.
Matth. 24.
D. Thom.

§. VII.

§. VII.

Poſt Chriſtum paſſum non diurni, ſed horari, ſunt noſtri labores.

BReuiauit tolerantia Iudæorum tunc temporis calamitates ſuas; verum illas omni [illegible] temporis fecit [illegible] dici vnius: dicit enim Textus: *Eritque dies illa tenebrarum*, &c. Nec miror, nondum enim Chriſtus crucifixus, & mortuus illis ob oculos fuerat. Vbi autem Ieſus meus morti ſe dedit, diurnos labores ſibi aſſumpſit, nobis horarios fecit. Vbi namque crucifixus in monte apparuit, ait Matth. 27. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam.* Ecce tres, non dies tenebrarum poſt Chriſtum crucifixum, ſed horæ, & paucæ illæ horæ fuerunt. Et, cur non tres horæ? Ipſe de mortis caligine [illegible] dies tenebrarum aſſumpſit, quo [illegible] laborum tenebras horarias reliquit. Ait Sedulius lib. 5. Paſc. cap. 16. *Quamquam ca[illegible] terra [illegible] ſugillaret lumen [illegible] non tamen diutius [illegible] ſic permanſit [illegible] temporis [illegible] magni [illegible] Nam, ſicut tribus horis mundi facies tenebris [illegible] ſubiacuit, ita Dominum [illegible] tumulo [illegible] continet.* Mundo tres horæ [illegible] vt ſicut Ieſu tres dies ſepulchri tenebras [illegible], vt pateat admirabile [illegible] myſterium, quod [illegible] tenebroſos dies acceperit, vt ſuis [illegible] horarias relinqueret tenebras. Ioannes vt [illegible] Ioannes Baptiſta Ieſum prætereuntem, dixit [illegible]: *Ecce Agnus Dei.* quem ſtatim ſecuti ſunt duo ex [illegible], diſcipulis Ioannis: & notans Euangeliſta tempus, ait: *Hora autem erat quaſi decima.* In cuius horæ decimæ annotatione credit Rupertus alludi ad agnum typicum, qui [illegible] Exod. 12. ſumebatur Luna decima, id eſt, die decimo Lunæ, vt ſacrificaretur die decimoquarto: hæc enim ait lib. 2. in Ioan. *Eſt & illud, propter quod magis [illegible] hunc Agnum Dei demonſtratum, vel agnitum eſſe hora decima. Agnum quippe, per cuius immolationem cæſa ſunt Ægypti primogenita, quia huius Agni typum pro[illegible]bat, iuſſum eſt in domibus Iſraël tolli Luna decima, immolandum poſt quartam decimam*, &c. Ergo typicum agnum ſumebant Iſraëlitæ die decimo Lunæ, verum autem Agnum Ieſum ceperunt Apoſtoli hora decima. Ibi per dies, hic per horas aſſumptio Agni tractatur: In illis diebus figurabantur labores ante Chriſtum, in horis iſtis labores, qui poſt Chriſtum nos manent, qui de eius auxilio, & gratia adeo horarii ſunt, vt pene nulli appareant. Dicebat Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ.* Græce legitur: *Vbi fuerit cadauer.* Aquilæ enim ſunt, qui ad Chriſtum mortuum aduolant. Et cur aquilæ? Vt aquilæ velociſſime omnium volant: ſic Sancti poſt Chriſtum paſſum velociter ſuos labores pertranſeunt, vt penè nulli videantur. Ait Origenes hom. 30. in Matth. *Vbicumque fuerit, quod ſecundum diſpenſationem paſſionis eius, cadauer eius [illegible] congregabuntur [illegible] qualeſcumque, ſed aquilæ ſpirituales. De quibus etiam Propheta dicebat: Congregabuntur ut aquilæ, & currient, & non laborabunt.* Equidem Chriſti gratia portati tanta velocitate laborum vias percurrent, vt pene non videantur laborare.

Cap. 11. Clamaueruntque ad Deum, & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux, & Sol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos.

Cap. 10. Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, Solemque conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit, Eſther eſt, quam Rex accepit vxorem, & voluit eſſe Reginam, &c.

Matth. 27.

Sedul.

Ioan. 1.

Exod. 12.

Rupert.

Matth. 24.

Orig.

§. VIII.

In viro miſericorde bona perennant.

PVlchrè per fontem Eſther ſignificatur, cum dicitur: *Fons paruus creuit in fluuium maximum*, &c. Quæ miſericordia populi ſui propriæ ſalutis diſcrimine [illegible] ſalutem comparauit, ſic in ſe bonorum fontem perennem oſtentauit. Miſericordia enim aliis præſtita nunquam in nobis perennem bonorum fontem non facit. Sic aiebat D. Chryſoſt. homil. 22. in Acta, locutus de viro miſericorde: *Semper largius profundit flumina in eos, qui maxime miſericordia indigeant, vt maneat fons.* Miſericordiam profundebat in alios vir miſericors, vt ipſe fons maneret, hoc eſt, vt velut fons factus in ſe bonorum affluentiam perennaret. Viduæ illi, quæ vel cum proprio diſcrimine Eliam pauit, dixit Dominus 3. Reg. *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.* Pugillum vacuauit farinæ, vt Prophetam paſceret, & quaſi fontem farinæ in ſe ſtatim habuit. Ait D. Leo ſer. 4. de Quadrag. Experta eſt hoc vidua illa Sarepta, quæ beato Eliæ in tempore famis, vnius diei cibum, quem ſolum habebat, appoſuit, & Prophetæ eſuriem neceſſitati ſuæ præferens, exiguum farinæ, & puſillum olei incunctanter expendit. *Sed non defuit ei, quod fideliter erogauit, & in vaſis [illegible] effuſa [illegible] natum [illegible] vbertatis exortum eſt.* Quam tibi geris miſericordiam, vt præſtes aliis, non te vacuum deſerit, ſed perenni vena nouas bonorum ſcaturigines in te facit. Hinc vocat Sponſa, & Mater ſua [illegible] Cant. 4. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* Sufficiſſet, quod vocaretur fons, cur ſimul & puteus vocatur? In fonte primo benefica eius miſericordia in alios vocatur, quæ [illegible] largienti, quod perennes in ſe bonorum ſcaturigines habeat, qui nomine putei nobilitetur. Ait Guillel. Abbas apud Delrium: *Eſt fons hortorum rigando eos, puteus aquarum viuentium continendo eos. Continet ſibi abyſſos vitæ, & immortalium gaudiorum; ſed non ita continet ſibi, vt non effundat, & aliis ſic tamen effundit, vt non magis contineat.* Quaſi ſui oblita aliis vitæ, ſalutiferos ſuos [illegible] latices, ſed illa profuſio non eam relinquebat vacuam, imo altiores, & perenniores bonorum ſcaturigines in ea monſtrabat. Eſt enim proprium miſericordiæ exhibitæ aliis, quod noua bona, & perennia in te ſcaturire faciat.

Chryſoſt.

3. Reg. 17.

Leo

Cant. 4.

Guill. Abb.

§ IX.

Ea præſtantior miſericordia, quæ ad cæleſtem vitam facias.

HOc mirandum in hoc fonte, non, quòd redundet in aquas plurimas, ſed, quòd in Solem conuertatur: dicit enim Textus: *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, Solemque conuerſus eſt.* Qualiter fons paruus Eſther creſcens in fluuium in Solem conuertitur? Vel, cur dicitur hic limpidiſſimus fons in Solem conuerſus? Planè Eſther fluminis miſericordiæ ſuæ populum recreans afflictum, non ſolùm illam temporalem ſalutem ſpectabat, ſed magis vt [illegible] Sol iuſtitiæ Chriſtus Dominus naſceretur [illegible] in cuius [illegible] æterna ventura erat ſanitas. [illegible] lib. 8. de Vict. cap. 6. fatus: *Neque Eſther propter [illegible] per [illegible] Soli aſſimilata eſt, ſed propter Chriſtum Solem iuſtitiæ [illegible] quia Chriſti genus, vnde naſceretur, reſeruauit.* [illegible] Eſther facta populo non ſiſtebat in hac tranſitoria ſalute, aquis deorſum currentibus [illegible], ſed altiora petebat, & ad Solem, & in Solem Chriſtum conuerſa, de eius ortu ſalutem æternam ſuis [illegible]. O [illegible] miſericordiæ præſtantiam! Ea quippe præſtantiſſima eſt miſericordia, quæ non ſiſtit in his temporalibus, ſed & in ſalutem æternam procurandam ſalit. Huic fonti dixerim illud Prouerb. 10. *Vena vitæ os iuſti.* ſiue, vt ex Hebræo: *Fons vitarum os iuſti* ſiue, vt Septuag. *Fons vitæ in manu iuſti.* [illegible] a quibus placet, quòd manus, & os iuſti, ſeu miſericordis hominis ſit, *fons vitarum* in largitionibus ſuis non tam hanc tranſitoriam vitam, quam illam ſublimem, & cæleſtem ſpectet. Vt de illo dicat Chryſoſt. homil. 22. in Acta: *Hic melior fons eſt, qui eſt in Paradiſo, non in quatuor diuiſus initia, ſed in cælum ipſum ſurgit. Hic parit flumina illum, quæ ſaliunt in vitam æternam.* Equidem

Rupert.

Prou. 10.

Chryſoſt.

dem præclariſſimus miſericordiæ fons non tam ſpectet mare huius mundi, non tam tendat ad ſalutem hanc temporalem, quæ deorſum vergit; ſed feliciorem, quam paradiſo, altum ſurgat, ad Solem iuſtitiæ conuertatur, & inde æternam vitam trahat. Hinc Ioan. 4. de Ieſu dicebat: *Sedebat ſic ſupra fontem.* Et cur ſupra fontem ſe oſtendit? Ne quæramus aquas, quæ in imo ſunt, & in profundum pergunt: ſed magis ad ſuprema adſpiremus, vt de fontibus æternis Saluatoris ſatiemur. D. Auguſt. ſer. 92. de tempore *Sedit ſupra puteum, vt non in altitudine quæramus aquam, ſed de eo fonte, qui ſupra omnes aquas eſt, ſalutaria noſtra pocula hauriamus.* Oſtendebat Dominus, quas aquas debebamus quærere, non quæ in altitudine putei erant, hoc eſt, in imo profunditatis, quales ſunt tranſitoriæ aquæ ad vitam temporalem ſpectantes. Altiora ſunt nobis pocula procuranda: ſuper omnes fontes mundiales volandum nobis eſt, ſupra quos eſt verus Saluator, qui etiam poſſit nobis æternare.

Ioan.4.

Auguſt.

§. X.

In operibus noſtris nihil magis, quàm Chriſtus oſtendendum eſt.

ADhuc noto, quòd fons in Solem conuerſus, Eſther dicatur, cum ait Textus: *Fons paruus, qui creuit in flumen, & in lucem, Solemque conuerſus eſt . . . Eſther eſt.* Dicitur enim Eſther in Solem conuerſa, quia in liberando populo Solem Chriſtum ſpectabat, qui inde erat oriturus. Nunquam enim in Procerum illorum antiquorum operibus non ſpectabatur Chriſtus, verus mundi Sol. Et vtinam ſic in noſtris ſemper luceat Chriſtus operibus. Ioan. 4. dicitur de Ieſu Domino: *Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Non ſolùm dicitur Ieſus meus ſediſſe ſupra fontem, qui erat iuxta Sichar, ſed inſuper explicatur prædium illud, & fons, cuius erat, nempe ait Euangeliſta: *iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioſeph, filio ſuo. Erat autem fons Iacob.* Et cur neceſſum fuiſſet explicari prædium illud cum fonte datum eſſe à Iacob filio ſuo, quando ſupra fontem ſedens oſtendebatur Chriſtus? Vt oſtenderet, ex voto Iacob prædium illud, & fontem non tam pertinuiſſe ad Ioſeph, quam ad Ieſum, qui præcipuè ſpectabatur in Iacobi operibus. Vt meritò dicat D. Auguſt. ſer. 92. de Tempore: *Venit Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad prædium, quod ſanctus Iacob Ioſeph, filio ſuo, dereliquerat, quod prædium non tam Ioſeph, quàm Chriſto arbitror derelictum, quem vere Sol adorat, & Luna, & omnes ſtellæ benedicunt.* Sic bonus quam faciebat miſericordiam vel filio, eam ad Chriſtum dirigebat, qui præcipuè in eius operibus ſpectabatur.

Ioan.4.

Auguſt.

§. XI.

Miſericordia non niſi de ſublimi animo manat.

PEr fontem explicatur Eſther miſericordiam negotians populo ſuo: ſic enim dicitur: *Fons paruus, qui creuit in flumen, &c. Eſther eſt.* Et cur fons? Ait D. Chryſoſt. hom. 22. in Acta: *In ſummo loco fontes diuinitus naſci. Igitur & ſimus nos animo ſublimes, & ſtatim miſericordia diffluet. Non poteſt animum fieri ſummum animum, non etiam miſericordem eſſe, & miſericordem non eſſe ſummum.* Ecce tibi per fontem Eſtheris oſtendebatur ſublimitas, quæ neceſſaria eſt animo miſericordi: vt enim fons in ſummis locis naſcitur, & inde demittit ad ima ſuos latices: ſic oriſ de ſublimi animo miſericordia in proximos minimè deriuatur. Non poteſt miſericors non eſſe ſublimis, nec animus ſublimis eſſe poteſt, quin ſtatim in miſericordiam erga egentes abeat. Erat iuxta Sichar fons Iacob Ioan. 4. ad quem cùm acceſſiſſet Ieſus, *ſedebat ſic ſupra fontem.* Non dicitur ſediſſe iuxta fontem: ſed notanter oſtenditur ſupra fontem ſediſſe, vt fonte ipſo Iacobi ſublimior videatur. Et cur ſic ſublimiorem Iacobi puteo voluit Dominus oſtendere? Erat ibi, vt miſericordiam Samaritanæ meretrici faceret; miſericordiæ autem fluenta non niſi de ſublimi animo naſcitur. Vt dicat D. Ambr. ſerm. 30. *Miram igitur in modum fons ſuper puteum ſedens miſericordiæ ibidem fluenta producit, & mulierem, iuxta eam non viro, ſed adultero fornicantem, vini mutat vnda purificat.* Quæſiuit ſanè fons vitæ Ieſus ſedis altitudinem, & dum ſuper puteum ſedens apparuit, quaſi de ſublimi fluenta miſericordiæ producit. Nec enim gutta miſericordiæ naſcitur, niſi de animis ſublimibus. Mirabatur Apoſtolus in pauperibus Macedonibus animi ſublimitatem, & eò adductus eſt, vt paupertatem eorum eodem ornaret titulo, quo ornari ſolent ſublimiſſimi mundi Principes: ait enim 2. ad Cor. 8. *Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.* Cùm altiſſimam vocat, ad ſublimem ſpectat nobilitatis titulum. Hinc D. Thom. & D. Anſel. explicant: *Altiſſima, id eſt, nobiliſſima.* Et vnde adductus fuit tantus Apoſtolus, vt altitudinis titulo homines pauperes ornaret? Id explicant ſequentia illa, nimirum: *Abundauit in diuitias.* Vbi D. Anſel. *Abundauit in diuitias dandas, id eſt, cùm eſſet illis magna paupertas abundanter Sanctis erogauerunt diuitias.* Et quidem tanta miſericordiæ abundantia in dandis eleemoſynis non potuit non venire ab alto, & ſublimi animo. Pauperes erant penè; ſed altiſſimi, ſed ſublimiſſimi, ſed nobiliſſimi animo, vt oſtendebant prædiuites miſericordiæ riui inde ad egentes ſanctos manantes: non enim niſi de ſublimi miſericordia venit. Zachæus ſtatura puſillus aſcendit in arborem, vt videret Ieſum Luc. 19. & poſtquam ſublimis in arbore apparuit, ſtatim ait: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Circa quæ ait D. Anſel. in diſticho:

2.Cor.8.

Thom.

Anſel.

Luc.19.

Zachæus in ramo eſt, capit iam prodigus aurum.

Ex quo in arbore ſublimis fuit, cœpit à ſe auaritiam ſtatim abijcere, vt eum illo miſericordiam pauperi faceret: deterius enim, & æſtimatio auari non de ſublimi, ſed de puſillo, & vili, & auaritiæ ſeruo animo naſcitur.

Ambroſ.

§. XII.

Iuſtorum conſilia eò ſpectant, vt boni triumphent de malis.

EO effectu & fons, & Sol apparuerunt, quo gens Iuſtorum de iniquis triumphauit. Iuxta quod ait Textus: *Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux, & Sol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos.* De fontis, & de Solis apparitione hoc euenit, vt tyranni caderent, & in vitam iterum Sancti: nunquam enim iuſtorum conſilium non eò ſpectat, vt viuant boni, & pereant mali. Sed, quid fons, & Sol ad perditionem malorum, & triumphum bonorum? Si communes hos fontes, aut Solem ſpectes, nihil habent ad id particulare: at ſi myſticos fontes, aut Solem, nempe iuſtos, & pios, ij toti in eo ſunt, vt boni viuant, non mali. Quod in fontis, & Solis ænigmate notabat D. Bernard. ſerm. 97. *Eſt quippe iuſtorum conſilium plauia voluntaria, quam Deus ſegregauit hæreditati ſuæ. Eſt fons ſignatus, cui alieni non communicant. Eſt Sol iuſtitiæ, qui timentibus Deum tantùm oritur.* Cùm audis iuſtum ſub nomine fontis, aut Solis exprimi, non id refer ad fontem, aut Solem iſtum communem: ſed ad fontem, de quo dicitur Cant. 4. *Fons ſignatus*: & ad Solem, de quo Malachias cap. 4. ait: *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ.* Vt enim fons ſignatus non admittit extraneos, ſed ſuos recreat, alienos ſinit perire in ſiccitate: ſic iuſtus eò præcipuè ſpectat, vt ſui ſimiles viuant, & impij deficiantur. Et ſicut Sol iuſtitiæ ſoli timentibus Deum naſcitur, cæteris eſt lethalis: ſic de iuſtorum ſententia venit, vt mali pereant, boni in ſalutem abeant. Daniel is c. 4. poſt datam ſucciſæ arborem illam magnam, qua exprimebatur Babylonius tyrannus, ait Textus: *In ſententia Vigilum decretum eſt, & ſermo Sanctorum, & petitio, donec cognoſcant viuentes, quod dominetur Excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum.* Decreta equidem fuit tantæ arboris ſucciſio, vt omnes mundi altitudines, & poteſtates appareant eſſe ſub dominio Dei, à quo venit, vt deijciantur ſuperbi, & exaltentur humiles. Quò ſpectat Vigilum, nempe, Angelorum ſententia, & Sanctorum omnium ſermo, & petitio. Vt meritò dicat ibi Carthuſ. *Sancti namque expoſtulant vltionem contra malignos, & Dei omnipotentiam in impiorum deiectione iuſta declarari ſeſtantur, iuxta illud Apocalypſis 6. Vſquequò, Domine, ſanctus & verus non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de his qui ſunt in terra?* Eò itaque ſpectat Sanctorum ſermo, & petitio, vt impij tyranni deijciantur,

Cant.4.

Malach 4.

Daniel 4.

Carthuſ.

[illegible] & bonum [illegible] , quo oſten[illegible] omnipo- [illegible] diuina.

§. XIII.

Quæ ſemel auſpicata probantur, eò ſecunda ſunt in bonum auſpicium, [illegible] eodem modo ſe habeant.

SEmper [illegible] ob[illegible] m eſt, nimirum , quid habeat commune [illegible] apparens eum Iſraelitarum ſe[illegible] obtentæ per E[illegible] manum. Quippe ait Textus: *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, Solemque conuerſus eſt [illegible] & in aquas plurimas redundauit. Eſther eſt* &c. [illegible] Eſther paruula ex [illegible] tate ſua magnitudinem acquiſiuit regalem, quæ populum [illegible] à mortis tenebris in lucem vitæ reuoc[illegible]. Sed, quid ad hoc fons paruus creſcens in fluuium, & redundans [illegible] aquas? Cur ex hoc [illegible] tanta [illegible] monſtrabatur? Confulenda ſunt Iſraelis [illegible] cunabola, [illegible] ex Ægypto prodie- [illegible] antiquitùs fundabantur. Rebecca, Iſaaci

Geneſ. 24.

vxor Iacobi mater, iuxta f[illegible] inuenta eſt Gen. 24. [illegible] ex fonte ductus eſt in domum Labani, vbi [illegible] vxores quæ [illegible] tum populum Iſraeliticum parerent. [illegible] egreſſus Iſ[illegible] de Ægypto, & ab hoſtibus pe[illegible] aquæ mar. Sunt inde coarctantur, in [illegible] ſpatium, vt iter pandant Iſraelitis, [illegible] redundant. & illo- [illegible] dum ipſi [illegible] littore [illegible] ymnum

Exod 14.

Deo canunt. Sic Exod. [illegible] vt videas, quàm ſemper fuerunt aquæ Iſraelitis auſpicatæ. Pulchrè ergo in fonte paruo [illegible] ad illam coarctationem aquarū, qua minuta maria iter ſecurum Iſrae[illegible] monſtrabant. & in augmento [illegible] aquarum, quo fons ille poſteà viſus eſt redundare, quaſi [illegible] monſtrabantur exundationes illæ aquarum, quæ hoſtes perdiderunt, & Iſraelitas oſtenderunt ſaluos. [illegible] qua[illegible] lo in paruo fonte, & in magna eius redundantia, [illegible] mari ſucceſſus monſtrabantur, non poterant [illegible] alia inde expectari [illegible] enim rerum proportio, [illegible] in ſol[illegible] effectus monſtrare. In illa vltima rebellione [illegible] aduer[illegible] ùs Romanos, multa ſigna viderunt [illegible] uspoſſent futurum excidium notare. Inter [illegible] illud [illegible] ſſimum, quod tempore ſacrificiorum flamma cla[illegible] ma cæl[illegible] totum occupat templum, & altare. Quid tunc? Alij Iudæi, forte memores flammantis [illegible] ignis, qui Moyſi apparuerat in monte,

Exod 3.

Exod. [illegible] ex quo ortæ fuerunt [illegible] eorum [illegible] ab hac flamma ſperabant. Sapientiores alij non niſi ſuum extremum excidium præmeditabantur. Accipite Apollonium Nouarienſem lib. 1. de excid Ieroſol. ſanteni:

Apol. Npu.

Præterea ſemel feſtis dum luce Sacerdos
Sacra putat, vbiſque Deum circunfluæ turba
Antiquum ſupplex patrio de more vocaret,
Tantus odoratam fulgor circunſtetit aram
Luminis ætherei, totam diffuſus in ædem
Protinus, vt nullo Titan ſic lumine ſeruens
Fulſerit: applauſit vaſti, ominaque probauit
Ignari clamor populi: ſed pectora veſti
Conſcia, portentum ſecreto frigore turpſit.

Ecce tibi ad conſpectum flammæ apparentis in templo, alij Iudæi lætantur, alij triſtantur. Lætantur rudiores, & habent non paruam lætitiæ cauſam: nimirum, diuinitùs a[illegible] arentem ignem, qui quondam apparens in rubo, eo[illegible] oſtendit libertatem. Triſtantur autem ſapientiores, [illegible] meritò; quia ignem illum non videot eſſe in rubo, vt era[illegible] antiquitùs, quando propitius apparuit. Et vt modò d[illegible] at rubum, ex quo fuerat propitius; ſic credeba- [illegible] d[illegible] reurus populum, quem anteà liberarat. Vtinam non in templo, ſed in rubo apparuiſſet ignis: ſic enim eſſet populo ſalutaris: eadem enim rerum proportio, eoſdem effectus ſolet monſtrare. Cùm huc peruenio, incido in cantatiſſimum portentum à Luſitanis, iis diebus celebratum. Rebellauit nobilis Luſitanorum populus aduerſ[illegible] ſuum Regem Philippum IV. & cùm rebelles hi Deum ſu[illegible] plices adeunt, dicitur vulgò, Chriſti Domini crucifixi [illegible] o à [illegible] ce, & cla[illegible] o remouiſſe manum. Tripudiant Lu[illegible] rant ad portentum, quaſi Deus illo miraculo proba[illegible] rebellionem, & ſe ſaluatorem oſtenderet Luſitanis. Rudiorum [illegible] lem, & ſtultorum eſt iſta exultatio: ſapientes enim [illegible] nt, Chriſtum non ſalutarem fuiſſe deſcendendo de Cruce, ſed Cruci inhærendo: vt enim ſalutem populo attulit ſuffixus Cruci, ſic cùm Crucem, clauóſque deſerit, non id ſaluti Luſitanorum, ſed exterminio dandum. Similis, non diſſimilis debet eſſe rerum proportio, vt ſimiles euentus habeat. Quò adduco portentum [illegible] ludo oſtenſum Iuliano Apoſtatæ: ait enim D. Nazianzen.

Naziana.

orat. 3. *Quid tam nouo, atque inuſitato ſcelere, & impietati ſignum aliquod, & portentum acceſſerit, hoc non modò à vero non abhorret, ſed perſæpè tam in maximis mutationibus accidit: Ferunt igitur cùm Iulianus ſacrificaret, victimarum exta coronatam Crucem oſtendiſſe. Quæ res alias quidem horrore, atque anxietate perfudit, effecitque, vt potentiam noſtram agnoſcerent: at impietatis magiſtro animum, videlicet, addidit, nunquam circunſcripti, neque vndique concluſi eſſemus: ſic enim Crucem, & circulum extemporè interpretatus eſt.* Ecce tibi Crux cum corona apparuit in animalis extis, ex quo Iulianus præſagit [illegible] ſe perdendos Chriſtianos, in corona circulum autumans, quo perituræ vrbes circunuallantur: ſapientiores autem Chriſtianorum potentiam videbant: vt enim olim Crux præferens regni inſigne in illis verbis: *Ieſus Nazarenus Rex*, ſalutem peperit Chriſtianorum, ſic & modò minimè deferens regni inſigne, ſed cum corona apparens ſalutem ipſis portendebat Chriſtianis, exitium Iuliano, vt euentus monſtrauit: vbi enim eadem proportio rerum ſeruatur, iidem effectus apparent, ex quo debeot explicari portenta, quæ ad magnas mutationes ſignificandas dantur.

§. XIV.

Conſueti bonorum educendorum calles ſeruan[illegible].

ADhuc noto illa: *Paruus fons qui creuit in fluuium.* Quibus bonum Iſraelitis per Eſther venturum exprimitur. Et cur illud bonum per fonte[illegible], & fluuium proponitur? Non ſemel genti Hebrææ bonum per fontes, & fluuios venerat. Iuxta fontem inuent[illegible] eſt

Gen. 24.

Rebecca, Iacobi mater, Geneſ. 4. A fonte venit Iacob in Labani domum, vbi accepit vxores, quæ totum Iſraeliticum genus propagarent. In fluuium iactus fuit Moyſes, de quo exiuit, vt populum Iſraeliticum liberaret. Vbi autem fontes per fluoſem, & fluuium Iſraeliticum bonum venit, non miremur, modò in fonte, & fluuio venturum idem bonum figurari: conſueti enim bonorum ſuorum calles nunquam non à Deo ſeruan-

Exod. 2.

tur. Exod. 2. dum Ægyptia Princeps puerulum Hebræum, quem de flumine [illegible] at lactatum recepit, dicit Text, *Vocauitque nomen eius Moyſes, dicens, quia de aqua tuli eum.* Et quando Deus Saluatores ſuos per aquas non mittit? Vul[illegible] ta eſt hiſtoria p[illegible] illius Principis Pelaj, reparatoris Hiſpaniæ, qui Hiſpanos homines à Saracenorum tyrannide cœpit liberare. Is recèns natus à matre in fluuium Tagum eiectus, vnde extractus, & in bonum Hiſpaniæ fuit aſſeruatus. Ait Honcala in Epinicio, ſeu

Honcala.

Panegyrico dicto Imperatori Carolo V. *In primis igitur infans Pelagius intra fiſcellam incluſus, & in Tago flumine expoſitus, non minore miraculo diuinitùs eſt ſeruatus, quàm olim in fluuio Nilo Moyſes: diſpoſuerat enim diuina prouidentia ita per Hiſpanum Hiſpanos, id eſt, Chriſtianos, à Saracenorum ſæua tyrannide eripere, ſicut olim per Hebræum filios Iſrael ab Ægyptiorum graui ſeruitute liberauerat.* Sic Deus hæret notis benefaciendi callibus. Hoc traheoda dicta ſuprà lib. 13. cap. 14. § 20.

§. XV.

Maria Deipara fauor nos ab hoſtibus tutos, & inexpugnabiles facit.

DIcitur ergo Eſther fons paruus, & fluuius magnus, iuxta illud: *Paruus fons, qui creuit in fluuium. Eſther eſt.* Et quid fons, & fluuius cum fœmina propugnatrice Iſraelitarum? Equidem tutela à fœmina veniens nullo aptiùs exprimeretur, quàm per fontis, fluminiſue ſpeciem. Æmulantur enim fontes, & flumina in ſuis officiis mulierum mammas. Ieremias cap. 18. ait:

Ierem. 18.

Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? Sic perennes fontes per petram ſtillantes, à Libani orti niuibus exprimebantur. Circa quæ legunt Sept. *Nunquid deficient de petra vbera?* Et Theod. ait: *Nunquid deficient de petra mammæ ſtillantes?*

Septuag. Theod.

Sic fontes vocantur vbera, mammæque, vt meritò dicat

Philo.

Philo lib. de opificio mundi: *Terra quoque antiquiſſima matrum, ac fœcundiſſima natura mammas dedit, amnium fluenta, fontiúmque.* Ergo fontis, fluuiique ſpecies optimè exprimebat auxilium, & ſolamen Iſraelitarum per fœminæ mammas obuenturum. Quod vt in Eſther, ſic & diuinius in Maria Deipara adimpletum eſt, in cuius vberibus Chriſtiani homines, & auxilium, & præſidium, & ſingulare tutamen habemus. Vt dicat ipſa Cant. 8. *Ego murus, & vbera*

Cant. 8.

mea turris. Circa quæ ait Guillel. Abbas apud Delrium

Guillel.

noſtrum: *Vbera mea, non tantùm ſunt vbera, ſed etiam turres, non tantùm nutriendi, ſed & protegendi vim habent. Nullus me poteſt habere, quo nutriam; & non habere, quo muniam. Materna pietas mea quos nutrit, etiam munit.* Magnum munimen habes, Chriſtiane, in vberibus Mariæ: eius inter vbera dum moraris, nihil tibi ab hoſtibus times, quaſi fueris in munitiſſima arce locatus. Prouer. 9. *Sapientia ædificauit ſibi do-*

Prouer. 9.
Septuag.

mum: excidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam. Septuag. legunt: *Miſcuit in cratere vinum ſuum.* Et quid inde? *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Ecce tibi vinum in cratere miſcet, & ad mœnia vocat, & munitiſſimam arcem. Quid crateri cum arce, cum muris? In cratere ſapientiæ aliquid auguror de Mariæ vberibus, quæ & nectara propinant, & inexpugnabilia munimenta parant. Ait D. Germanus Conſtantinopol. in Theoria rerum eccleſiaſt. vbi ſic: *Crateras etiam interpretari, licet, mammas Deiparæ, ſalutare lætitiæ poculum, & tute-*

German.

lare, ac conſeruatorium totius generis mortalium. Equidem fons ille dulcedinum in Mariæ vberibus intellectus, & nutrimentum ſalutis, & inexpugnabile munimentum ſuis alumnis parat.

§. XVI.

Rediuiuus è ſepulcro Chriſtus maximè promouit ſuos.

SImul proponit ſomnium copioſos aquarum fluctus, & lucidos Solis radios, dum ait: *Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux, & Sol ortus eſt & humiles exaltati ſunt, &c.* Nec abſone præmiſit aqua, vt Solem produceret, ſic enim nouus dies, nouúſque Solis ortus ſolet vulgò explicari. Virgil. Æneid. 12.

Virgil.

Alto ſe gurgite tollunt
Solis equi.

Tibull.

Tibullus lib. 4.

Splendidior liquidis cùm Sol caput extulit vndis.

Silius.

Silius lib. 4.

Dum gurgite lucem
Sperantes proferrent equos.

Sic nouus dies, nouúſque Sol communiſſimè oſtenditur ex aquis oriri. Quò etiam ſpectat illud cap. 10. in præſenti: *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, Solémque con-*

Eſther. 10.

uerſus eſt. Dum enim aquæ creduntur Solem emittere, ſic eius propinquiſſimis afficiuntur radiis, vt penè in lucem, Solémque conuerſæ videantur. Vt dicat Virgil. Æneid. 7.

Virg.

Iamque rubeſcebat radiis mare. Non aliter in ſomnio Mardochæi, vbi nouus dies, nouúſque Sol ad Iudæorum promotionem per Eſtherem oriturus exprimebatur: ſic ipſa quaſi fons immenſarum aquarum proponitur, ex quibus illa lux nata eſt, quæ Iudæos aſſeruit in non parua felicitate. Quòd ſi à vaſtiſſimo hoc aquarum flumine in Eſthere Regina repræſentato Sol oriens Iudæorum prætendit promotionem; quam promotionem ſuorum non prætendit fulgentiſſimus ille verus iuſtitiæ Sol, Ieſus, cùm è paſſionis ſuæ fluctibus rediuiuus exoritur? Via paſſionis mare cœpit rubeſcere reſurgentis radiis, vt diuiniſſimus Ieſus ſplendidior è mortis vndis caput extulit; cùm humiles exaltati ſunt, & cœperunt homini felicitates radiare. Vnus mihi Petrus teſtis eſt, qui poſt ſecundam negationem præceps in ruinam ferebatur, adeò vt tertiò iam affirmaret cum iuramento a ſe nunquam

Matth. 26.

notum Ieſum. Tunc ait Matth. c. 26. *Continuò gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu quod dixerat: Priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amarè.* Ecce tibi a galli cantu incepit tota promotio. etenim vbi enim gallus cantauit, à præcipitio ſe erexit, & ad vitam ſpectauit. Nec miror: galli enim cantus index erat nouæ illius lucis, qua Sol iuſtitiæ Chriſtus ab Stygiis vndis caput rediuiuus erexit. Sub hoc autem Sole mirum in modum res hominum promouentur. Sapienter canit Prudentius hymno 1. ad galli cantum, dicens

Cantuque Galli cognito Prudent.
Peccator inſtans diſſilit.
Inde eſt, quòd omnes credimus,
Illo quietis tempore,
Quo gallus exultans canit,
Chriſtum rediſſe ex Inferis.

Equidem galli cantus, vt Petrum ad vitam traxit, & à lapſu erexit, ſimul credibile fecit, tunc temporis peragendum eſſe diuiniſſimi Solis ortum ex ſepulcri tenebris: ſola enim hæc noua lux Chriſti reſurgentis, potuiſſet homini tantam ſalutem afferre. Quò ſpectans Pſalm. 45. ait loquens de ciuitate fidelium: *Adiuuabit eam Deus manè diluculò.* Et cur manè diluculò profecturum erat a Deo auxilium in ſuam ciuitatem? Ait Pſal. 45.

D. Baſil. ibi: *Quoniam diluculo reſurrectio futura erat. adiuuabit eam Deus manè diluculo, hoc eſt, victoriam contra mortem die tertia matutina confecit.* Cœpit equidem Dei auxilium promouere fideles, ex quo cœpit à lacu mortis rediuiuus Dominus apparere. Vt meritò dicat Oſeas cap. 6. *Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet nobis, quaſi imber temporaneus, & ſerotinus terræ.* Et ſe alto gurgite tollunt Solis equi, hoc eſt, & verus iuſtitiæ Sol ortum ſuum à ſepulcri tenebris facit, & de eius gratia ſic ſe fideles attollent, vt de imbre ſerotino, & temporaneo attolli ſegetes ſolent. Nec miror: ad occaſum enim vergente Sole iuſtitiæ audio dictum latroni Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Ex quo ſapienter argumentatur D. Ambroſ. ſer. 52. inquiens: *Si latro Paradiſum meruit, cur non mereatur veniam Chriſtianus? Et ſi ille Dominus, cùm crucifigitur, miſeretur, multò magis huic miſerebitur, cùm reſurgit. Et ſi paſſionis humilitas tantùm, præſtitit confitenti, reſurrectionis gloria quantùm tribuit deprecanti? Largior enim ad præſtandum ſolet eſſe, ſi, ut ipſi ſcitis, læta victoria quàm addicta captiuitas.* Sic ibi, vt videas, quàm promoueamur in vitam, ex quo apparuit ortus, quem Dominus ex ſepulcro fecit. Baſil. Oſeæ 6. Luc. 23.

§. XVII.

Vbi carnalis voluptas intercedit, nulla in bonis firmitudo eſſe poteſt.

FOntanum riuum, non in eo, quòd aquarum riuus ſit, ſiſtere video, ſed magis noto in Solem conuerti. Ait enim Textus: *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, Solémque conuerſus eſt.* Quibus Eſther ſignificatur, vt ex humili fortuna ad ſolium regni adſcita eſt in ſuorum remedium. Et quando totum illud augmentum ſatis exprimebatur per fontem, fluminis magnitudini accedentem, cur neceſſum fuit addi illam conuerſionem fluminis in Solem? Meritò Eſther dicitur fluuius, qui in eſſe fluminis decurrentis non maneat, ſed ad Solis firmitatem, & ſtabilitatem accedat, vt de regno eius dicatur illud Pſ. 88. *Thronus eius, ſicut Sol: & ſicut Luna perfecta in æternum.* Sic enim clarè oſtenditur Eſtheris regnum acquiſitum ſumma vitæ honeſtate, & puritate, non voluptuoſis carnis illecebris, quæ ſolam aquarum inſtabilitatem, & fluxum nouerunt afferre. De Luna dicit Eccleſ. c. 43. *Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cœli reſplendens glorioſè.* Alij legunt apud Hug. Card. *Vas caſtorum*, quaſi de caſtitate veniat, quod quis in firmamento ſit, vt de luxuria venit, quòd vt aqua fluat. Quippe Apocal. 17. oſtendebatur Ioanni purpurata meretrix ſuper ingentes aquarum copias ſedens. De quo locutus Angelus ait: *Aquæ, quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes, & linguæ.* Et cur ibi populi, & gentes per aquas inſtabiles, & fluxas ſignificabantur? Ne mireris: ex quo enim in populis meretricium inſedit, & carnalis voluptas regnauit; ablata omni ſtabilitate, facti ſunt omnes inſtabiles, & in perditionem decurrentes. Rupert. lib. 10. in Apocalyp. ait: *Meritò aquarum nomine deſignantur populi, & gentes, ſuper quas meretrix ſedet: quia, nimirum, pro hoc ipſo, quòd eis domina talis præſidet, fluxi ſunt, & inſtabiles.* In nullo poteſt eſſe firmitudo, & ſtabilitas, in quo voluptas carnalis interſit. Aquarum fluxum, & inſtabilitatem habeat, neceſſum eſt, qui in ſe locum Pſal. 88. Eccli. 43. Hug. Card. Apoc. 17 Rupert.

dedit

dedit carnalibus voluptatibus. Quò ſpectans Iacob Geneſ. 49. dicebat Rubeno filio ſuo: *Effuſus es, ſicut aqua, non creſcas quia aſcendiſti cubile patris tui.* Ex quo nefariæ laſciuiæ ſe dedit, factus eſt velut aqua fluxus, & mobilis, qui in nulla conſiſtat dignitate. Ex ſortibus miſſis, pro occulti criminis noſcendo authore, oſtenſus fuit Ionathas, filius Saul, 1. Reg. 14. qui ſic peccatum ſuum confitetur: *Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.* Et quale peccatum fuit mellis guſtatio, vt hic periclitaretur vita Ionathæ, & in mortem ru...? Ait D. Iſid. Hiſpal. in 1. lib. Reg. cap. 6. *Mel diſtillans labia meretricis, quod eſt delectatio voluptatis carnalis, de quo putatur, iuxta myſticos intellectus, hunc guſtaſſe Ionatham, & ſorte deprehenſum, & ex precibus populi liberatum.* Vbi in melle oſtendebatur voluptas carnalis, non mireris, quòd vel de paruo eius guſtu, ſic Ionathas præcipitaretur in mortem, vt ægrè, & difficulter poſſet precibus populi in vita firmari.

Geneſ. 49.
1. Reg. 14.
Iſid. Hiſp.

CAPVT IV.

Eſtheris exaltandæ occaſio.

TEXTVS HISTORIA.

In Niſsra Aſſuerus, ſiue Artaxerxes Longimanus, regni ſui anno tertio, conuiuium parat, quod tanti Principis gloriam, & magnitudinem oſtenderet Suſis erat tunc Regia, opere pulcherrimo conſtructa, amœniſſimis hortis, nemoribúſque conſpicua vt conuiuij magnificentiæ gloriam adderet commoditas, & pulchritudo loci. Ibi tabernacula fixerant ſuſfulta aureis, & argenteis columellis, prætexta telis lineis, & purpureis multorum millium capacia: quorum alia Regi, & Principibus vniuerſis, alia Reginæ, & fœminis, alia ingenti plebis multitudini aureas, argenteaſve præbebant ſedes. Miniſtrabatur ibi vaſis gemmeis, tam ad delectationem, quàm ad miraculum factis. Nullus, more Perſarum, ad bibendum cogebatur: ſed quiſque arbitratu ſuo, aut poculum poſcit, aut reiicit oblatum. Nihil in hoc conuiuio non magnum: locus amœnitate gratiſſimus, pauimentum ſmaragdis, lapidibúſque Parus diues, ſedes auro micantes, menſæ ſuperbæ dapibus. Septima lux aderat, cùm Rex hilarior factus, quorum gulam tot mulcebat eſcis, voluit & oculos pulchritudine vxoris oblectare. Vocatur Vaſthi Regina, vt ambitio ferculorum cederet pulchritudini tantæ. Sanior illa marito, vel inter dapes nouit fœmineo pudori conſulere, nec obedire aut Regi, aut marito turpia imperanti. Sed Regis temulentia non tulit tantam in vxore pudicitiam; imò ingentis iræ ſtimulis agitatus cœpit à Sapientibus ſuis quærere, quo deberet Regina, iuxta leges Perſarum, ſupplicio mulctari. In promptu erat reſponſio, cùm leges totum illud fœminæ factum commendarent: verùm placendi Principi rabidiſſima fames ſaturos conuiuio Conſiliarios in eam ſententiam traxit, qua bonam Reginam à Regis toro, imò & à Regia ipſa facerent exulare. Ecce tibi conuiuium longiùs protractum formoſiſſima, caſtiſſimáque vxore Regem viduauit. Non potuit vel barbariſſimo homini non diſplicere facinus poſt vinum euaporatum: cuius mœrori vt occurrant Sapientes, conſuluut, vt toto regno formoſiores virgines quærantur, ex quibus gratiorem ſibi Rex in ſolio pro Vaſthi faciat adſtare.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

Castiſſimæ Vaſthi repulſa occaſionem dedit Eſtheris exaltationi, à Deo in ſalutem Iudæorum ordinatæ, vt videas, quantùm debeamus caſtitati, quæ vel repulſa ab homine, hominibus tandem ſalutem affert.

Eſtheris cap. 1. Tertio igitur anno imperij ſui, Aſſuerus fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris ſuis, fortiſſimis Perſarum, & Medorum inclytis, & Præfectis prouinciarum coram ſe. Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ ſuæ, multo tempore, *&c.*

§. I.

Diuinum maximè, & regium eſt, quòd in bonorum, gloriarúmve conſortio habeas tuos nobiles.

Expende, quàm ſe Regem oſtendat Aſſuerus in primis ſui regni annis. *Fecit*, inquit, *grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris ſuis... Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui*, &c. Poſſent hæ diuitiæ, & gloriæ oſtendi multis alijs modis, qui vni Regis ſeruirent voluptati; ſed maluit bonus, vt oſtenderentur in conuiuio, cui aſſiderent vniuerſi Principes, & viri inclyti regni. Sic enim ibi oſtendebantur diuitiæ, & gloriæ regni, vt ſimul illas eiuſdem regni nobiles participarent. Quod & regium eſt, & maximè diuinum. De Ieſu glorioſo in ſua transfiguratione locutus Matth. 17. ait: *Reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes.* Lucas verò addit cap. 9. *Viſi in maieſtate.* ſiue, vt legit Origenes: *Viſi in gloria.* Et cur neceſſum fuit, Eliam, & Moyſem apparere in gloria transfigurationis cum Ieſu? Volebat Ieſus oſtendere Eliam, & Moyſem eſſe regni ſui Proceres, pertineréque ad regnum, quod in terris fundabat; ideóque, vt transfiguratio erat oſtenſio regni, gloriæque Chriſtianæ, ſic tanti regni nobiles illam debebant participare. Vt meritò dicat Tertull. lib. 4. in Marcion. fatus: *Quid tam Chriſti Creatoris, quàm ſecum oſtendere Prædicatores ſuos? Cum illis videri, quibus in reuelationibus erat viſus? Cum eis gloriam ſuam communicare, à quibus Dominus gloriæ nuncupatur? Cum principalibus ſuis, quorum alter populi informator aliquando, alter reformator quandoque: alter initiator veteris Teſtamenti, alter conſummator noui?* Equidem veri Regis, & Chriſti Domini fuit, ſic ſuas diuitias, & glorias oſtendere, vt ſimul illarum participes ſui regni Proceres viderentur. Adeò decebat regium Chriſti decus, vt nobiles ſui in communione bonorum, & gloriarum eſſent, vt nouum, & peregrinum miraculum putaretur, ſi ab illa ſeparati inuenirentur. Hinc Petro auertenti Ieſum à Cruce dicit ipſe Ieſus Matth. 16. *Vade poſt me, Satana; ſcandalum mihi es*, &c. Quæ verba meditatus Germanus Conſtantinopol. orat. in Exaltat. Crucis, contra Bogomilos, quæ habetur apud Gretſerum tom. 2. ait: *O miraculum ingens! Satanas appellatur magnus Petrus, quòd Crucem detrectet*, &c. Ecce tibi, quòd Petrus vocetur à Ieſu Satanas, & quaſi Satanas, & aduerſarius reiiciatur, quaſi ingens miraculum habetur. Et quid miraculi eſt, vt Petrus reiiciatur? Vt Petrus erat vnus è nobilibus Chriſti Domini ſectatoribus; ſic miraculum erat ingens, & planè inuſitatum, quòd à tanti Regis gloriæ participatione quaſi alienus haberetur. Ad regni Ægyptij culmen Ioſeph acceſſerat, & nactus coram ſe fratres ſuos panem quærentes, iubet, vt Benjaminum patri eripiant, & triticum ferant, Geneſ. 43. *Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum.* Duo faciebat Ioſeph; fratres merentes iram benignè excipiebat, frumentóque donabat; parentem autem amore digniſſimum maximè acerbabat, ablatione filij minimi, nimirum, Benjamin. Verum mirabilius in tanto Principe? An, quòd fratres immerentes frumento impleret, ad conuiuiúmque vocaret; aut quòd parentis animum filij ablatione lancinaret? Illud proprium regij animi ſui erat, quòd fratres nobiles in communione ſuæ abundantiæ, & gloriæ acciperet; hoc autem nouum, & inuſitatum fuit miraculum, quòd Iacob parentem quaſi alienum durè tractauerit. Ad hæc D. Auguſtin. ſerm. 81. de Tempore, ait: *Attendite adhuc ad aliud maius miraculum, & videte, quomodo beatus Ioſeph, qui patrem ſuum nouerat pro ſe intolerabilem amaritudinem ſuſtinere, quaſi parum eſſet, quod antea pertulerat,*

Matth. 17.
Luc. 9.
Orig.
Tertull.
Matth. 16.
German.
Gen. 43.
Auguſt.

adhuc & Benjamin te fecit auferri : quo facto vtique aucerat eam multiplicem raſorum eſſe dolorem Expende illud: *Attendi te adhuc ad aliud maius miraculum*, &c. quippe etſi miraculum eſſet, quòd inuiſos ſibi fratres conuiuio excepiſſet, tamen quia regium thronum tenebat, Deique ſpiritu agebatur, multùm detrahebat miraculo in cibandis fratribus, cùm ad maximè pertineat ad animum regalem, communionem bonorum ſuorum ſuis dare. Illud grande erat miraculum in Principe, & homine Dei, quod tantum virum, nimirum, Iacob, velut alienum tractaret, acerbaret. Hoc enim adeo inuſitatum eſt bonis, & regiis animis, vt ingens miraculum ſit, quòd ſemel accidat.

§. II.

Regium maximè, imò diuinum eſt, quòd ſuperabundanter ſuos paſcat.

ASſuerus ergo, vt ait Textus, *Fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris ſuis : . . Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui*, &c. In grandi enim, & ſuperabundanti exhibitione paſtus dati ſubditis, oſtenditur clarè regia, imò diuina largitoris gloria. Ioan. 6. de quinque panibus fecit Ieſus tantam panis copiam, vt quinque millia virorum ſaturarentur, & præterea duodecim cophini panum ſuperarent: ait enim: *Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordiaceis, quæ ſuperfuerunt ex his, qui manducauerunt.* Ecce, quod Ieſus de quinque panibus vellet educere ingentis populi paſtum, cui neceſſum fuit tam grandem facere copiam panis, vt ſuperfuerint tot cophini poſt ſaturitatem? Crediderim, quòd in grandi illa, & ſuperabundanti panis copia, magis clareſcebat & gloria, & diuinitas, & imperium dantis. Ait D. Baſil. Seleuc. orat. 33. *Ideò nunc Dominus panes multiplicat præter neceſſitatem in potentiæ defenſionem, cúmque omnibus cogitandum relinquit, quis eſcam porrigit omni carni, cui gloria, & imperium.* Multiplicat itaque panes præter comedentium neceſſitatem, vt in tam grandi abundantia, cogitetur, & cognoſcatur ille, qui eſcam omnibus porrigit, & cui gloria, & imperium manet. Non enim tanta cibi abundantia poſſet venire, niſi de regia, & imperiali, imò diuina manu. Quod meditans Tertul. lib. 4. in Marc. c. 21. ait: *Paſcit populum in ſolitudine, de priſtino, ſcilicet, more.. : Adeò autem eadem fuit maieſtas, vt & pabuli exiguitatem non tantùm ſufficere, verùm etiam exuberare de priſtino voluerit exemplo.* Expende illud: *Adeò autẽ eadẽ fuit maieſtas*: quippe, poſtquam explicata eſt ſuprema Dei maieſtas viſa in paſtu dato hominibus, in viduæ farina multiplicata, 3. Reg. 17. accedit ad Chriſtum multiplicantem panes, & paſcentem tot millia ſuper abundanter: ex quo maximè oſtenditur eadẽ illi cum Patre fuiſſe maieſtas. Equidẽ, dum Ieſus abundantiſſimè paſcit ſuos, eadem in illo apparuit maieſtas cum mundi Rege, & adeò eadem maieſtas in illo apparuit, vt ægrè credatur aliquid habere minus à Deo. Hinc multiplicaturus panes, & ſaturaturus ſuos dicitur oculos in cælos leuaſſe, & gratias egiſſe, quod non fecit in multis aliis miraculoſis operibus: ait enim Ioan. 6. *Accepit ergo Ieſus panes, & cùm gratias egiſſet*, &c. Non ſuſpicit cælum, neque gratias agit curaturus paralyticum, nec filium viduæ ſuſcitaturus, nec viſum cæcis daturus: cur modò ſaturaturus ſuos gratias agit ſuſpiciens cælum? Tanta erat euidentia maieſtatis in paſcendis ſuis, vt poſſet credi à Iudæis Ieſus meus in illo facto ſe omni ex parte Patre ſuperiorem, aut Patri æqualem oſtendere. Ideò leuatis in cælum oculis ſe minus etiam Patre habere ex parte humanitatis oſtendit, vt calumniatoribus ora obſtrueret. Ait D. Baſil. Sel. orat. 33. *Ne ex miraculi magnitudine, calumniandi caperent occaſionem, quòd ſe per ambitionem Patre ſuperiorem oſtentaret; ſiue, quòd Patri æqualem ſe faceret; Iudæorum loquacitati eripiens accuſationem, ſublatis in cælum oculis Patri hoc præclarum factum acceptum refert. Ideòque modò cælum ſuſpicit, ne ſe Patri tacitus æquiparare.* Sic in ſuorum paſtione oſtendebatur eadem Chriſti cum Patre maieſtas, vt niſi gratiarum actionis ſigno ſe minus aliquid habere ex parte hominis probaret, prorſus accuſaretur ab æmulis Iudæis, quòd tot millia tam abundanter ſuſtentans omnes ex parte ſe Deum, & ſummum Regem aſſereret. Tanta enim magnificentia in paſcendis ſuis non ſolet venire, niſi à ſummo Rege, imò à Deo.

Ioan. 6.

Baſil. Sel.

Tertull.

3. Reg. 17.

Baſil. Sel.

Ex quo dicebat Paulus 1. ad Corinth. 10. *Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra : petra autem erat Chriſtus.* Sic petra ſatiandis hominibus ſeruiens dicitur Chriſtus eſſe, circa quæ ait Tertull. lib. 3. in Marc. *Petram potus ſubminiſtrando comitem Chriſtum adlegat fuiſſe* quaſi à ſolius Chriſti ſummi Regis, & Dei manu ſaturitas, & refectio abundans poſſet venire. 1. Cor. 10.

§. III.

Stultitia dandum, imò & amentia, quòd homo non de ſuis internis; ſed de externis, & alienis glorietur.

AD oſtenſionem gloriæ ſuæ conuiuium parat Rex Aſſuerus, dicit enim Textus: *Fecit grande conuiuium*, &c. *Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui.* Proh ſtultitiam hominis, in his rebus gloriam ſuam ponentis, quæ extrinſeca ſunt, & emendicata à terra, à mari, à montibus! In conuiuio dapes ſunt petitæ à terra, vel mari, conditæ à ſapiente coco. In conuiuij apparatu opes ſunt auri, argenti, gemmarum, lapillorum diſpoſitæ ab artificibus. Quid ſtultius, quàm gloriari in his rebus, quas vel precariò ab aliis acceptas habes, vel vi ereptas, vel comparatas pretio? Hermogenes Hæreticus materiam excogitabat increatam, Deo coæuam, ex qua habebat Deus mundum producere. Contra quem ſic in rem præſentem arguit Tertullianus cap. 9. *Eligat Hermogenes, quid Deo congruat, precariò, an vt, de materia cuncta feciſſe. Non ergo melius conſuluiſſet Deus, nihil omninò faciendum, quàm precariò, aut ve faciendum? Nónne, etiamſi materia optima fuiſſet, aliquid indecorum ſibi exiſtimaſſet de alieno licet bono? Fatuè ſatis, ita gloria ſua cauſa moliretur eſt mundum, vt debitorem ſe alienæ ſubſtantiæ oſtenderet.* Omnia maximè ponderanda ſunt; ſed præcipuè ab illis verbis: *Fatuè ſatis, ita gloriæ ſuæ cauſa*, &c. quippe fatuorum, & ſtultorum eſt, ea oſtendere ad gloriam, quæ aliis accepta debent referre. Talem de ſe prædicabat gloriam Eccleſiaſtes cap. 2. cùm ait: *Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. Feci hortos, & pomaria : & conſeui ea cuncti generis arboribus.* Vide, ex quibus magnitudinem ſuam oſtentet, nimirum, ex domibus, ex vineis, ex hortis. Id, quod ponderans Hugo Victor. ibi homil. 9. ait: *Extrà quæris, quod intùs perdidiſti. Magnificas opera tua : quia in temetipſo minoratus es. Ædificas domos: quia proiectus es de habitaculo conſcientiæ tuæ. Plantas vineas, & facis hortos : quia germina ſapientiæ in corde tuo aruerunt. Quid tibi cum iſtis delectationibus, inſolix, & bonorum tuorum oblite?* Ecce tibi, ex quibus fontibus naſcatur gloriatio, de ædificiis, de hortis, de ambitione menſarum, & ferculorum. Naſcitur hæc gloriatio de eo, quòd in teipſo minus eſt; vel, *quia germina ſapientiæ in corde tuo aruerunt.* Quia, nimirum, nullum ſapientiæ germen habes: ſed totus fatuus, & totus ſtultus factus es. Quid enim ſtultius, quàm nullum intimum tibi, & proprium bonum oſtendere, & de alienis, & emendicatis gloriari? Dicebat Dominus Matth. 6. *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.* Non hyperbolicè, ſed ſimplici veritate dicuntur lilia agri excedere Salomonem in omni gloria ſua. Hoc eſt, vt ait Hugo Card. *in omni gloria ſua templi, diuitiarum, ſiemoniarum, potentiarum.* Et potentia, & diuitiæ & ſapientia Salomonis cedunt gloriæ liliorum. Et cur ſapientiæ gloria Salomonis poteſt vinci à liliis? Ait ibi Hugo Card. *Quia in Salomone fuerunt veſtes alienæ; in liliis verò propriæ veſtes, quas natura dedit eis.* Salomonis ſapientia vel inde infatuata eſt, quòd ex alienis, & emendicatis gloriam oſtentaret, nimirum, ex veſtibus pretioſis, ex magnificis domibus, ex menſis plenis, in quo prorſus deuicta eſt à quolibet agri lilio, cuius gloria, & decor illi proprius eſt, ex intrinſecis naturæ ſuæ habitus. O te felicem, qui propriis, & intimis gratiis, & virtutibus ornaris! Potes equidem ridere ſtultam ambitionem illorum, quorum gloria in eis rebus conſiſtit, quæ alienæ ſunt, & ab aliis emendicatæ.

Tertull.

Eccleſ. 2.

Hugo Vict.

Matth. 6.

Hug. Card.

§. IV.

§. IV.

Suſpectum, imò damnabile eſt, quod quis non in Dei operibus, ſed in ſuis glorietur.

HOc mihi maximè ſuſpectum videtur in hoc Rege, quod ait Textus: *Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem.* &c. Quippe totus erat in ſuis glorificandis, & magnificandis, quod nunquam non eſt reprehenſione dignum, & damnabile. Eccleſiaſtes cap. 2. hoc deteſtatur: *Magnificaui opera mea feci mihi hortos,* &c. Quæ verba in ſui reprehenſionem creduntur prolata, quòd immemor operum Dei totus erat in ſuis extollendis, magnificandis. Sic D. Nicænus hom. 5. in Eccleſiaſten fatus: *Oratio ſtatim incipit à reprehenſione. Non enim dicit, Dei opus, quod ſaim ego; ſed, meum magnificaui.* Heu quàm reprehenſibile hoc eſt in hominibus, qui nulli ſunt in magnificandis Dei operibus, cùm in ſuis extollendis, oſtentandisve multi eſſe videantur! Sanatus à Deo Ezechias accepit legatos Babylonios, qui ei de ſalute obtenta, Regis ſui nomine gratulabantur. Quid tunc? Ait Iſaias cap. 39. *Lætatuſque eſt ſuper eos Ezechias. & oſtendit eis cellas aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ. & vniuerſa, quæ inuenta ſunt in theſauris eius.* Salutem habebat Ezechias à Deo; nihil tamen legitur dixiſſe de Deo, eiuſque magnalibus: totus in oſtentatione ſuorum theſaurorum, & diuitiarum occupatus. Vnde meritò iram Dei incurrit, & per Iſaiam ſtatim audit theſaurorum perditionem, & ſuorum extremam captiuitatem. Et meritò: dicit enim Tertul. lib. 4. contra Mar. cap. 15. *In Ezechiam Regem theſauris inflatum, & de eis potiùs, quàm de Deo gloriatum apud illos, qui ex Perſide aduenerant, inſilit per Iſaiam: Ecce dies venient, & auferentur omnia,* &c. Sic priuandos oſtenditur illis ſuis theſauris, de quibus adeò gloriabatur, quòd illos, potiùs quàm Dei magnalia, Perſis oſtentaſſet.

Eccleſ. 2. — *Nicæn.* — *Iſai. 39.* — *Tertull.*

Ex cap. 1. Et iuſſit conuiuium præparari ſeptem diebus, in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu conſitum erat. Et pendebant ex omni parte tentoria, *&c.* Lectuli quoque aurei, *&c.* Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat. Nec erat, qui bibentes cogeret ad bibendum, &c.

§. V.

Vt homines cum Angelis adunantur in cæleſti conuiuio.

VEntum eſt ad ſecundam partem conuiuij Aſſueri, quando non ſoli Principes, & Dynaſtæ; ſed & plebeij homines admiſſi ſunt. Ait enim Textus: *Et iuſſit conuiuium ſeptem diebus præparari, in veſtibulo horti, & nemoris,* &c. Quippe conuiuium Principibus & Præfectis paratum durauit centum, & octoginta diebus, in quorum ſeptem vltimis inuitatos etiam eſt omnis populus, *qui inuentus eſt in Suſan à maximo vſque ad minimum.* Itaque Principibus, ac Magnatibus populi adiuncti ſunt etiam plebeij minimi, vt inde magis oſtenderetur gloria regij conuiuij. Quod dum expendo, non poſſum non mirari gloriam potentiſſimi Regis Dei, qui non in veſtibulo horti, ſed in ſummitate montis cæleſtis, ad Principum æternorum conuiuium, & puluerulentam humani generis plebem admittit. Iſaias cap. 25. *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ.* &c. Nullus excluditur à conuiuio peracto in cæleſti monte. Aſſident ibi Principes æterni; ſed & populares, & plebeij homines. Vt meritò dicat D. Laurent. Iuſtinian. Opuſcul. de contemp. mundi, cap. 13. *Vides, quàm præcipua ſint montium paſcua. In ipſis Angelorum, Archangelorum, Virtutum, Poteſtatum, Principatuum, Dominationum, Thronorum, Cherubim, Seraphimque beata agmina paſcuntur: Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Doctorum, Confeſſorum, Virginum, omniúmque Sanctorum ſociata chorus: hæc procaldubiò cæterà vberiora ſunt, ſecuriora, magiſque læta. Quoniam etſi Sponſus reliqua interdum viſitat, ab his nunquam ſubtrahit præſentiam. qui paſcuntur in illis, quin potiùs ſe præbet bracuolum, illos paſcit, atque inter eos, tanquàm inter lilia, ipſe pauatur, & paſcitur.* Equidem hinc angelici Spiritus, illinc iuſti homines aſſident cæleſti conuiuio, inter quos quaſi inter candidiſſima lilia Dominus paſcitur. Quod mirat ut Dauid Pſal. 77. dicens: *Panem Angelorum manducauit homo.* Alij legunt: *Panem Fortium, ſiue, Panem Magnificorum.* Qui panis in gloria cæleſti proponitur angelicis Spiritibus, Principibus æternis, fortibus, ac magnificis; etiam infirmis, & luteis hominibus datur ad ſatietatem.

Iſai. 25. — *Laur. Iuſt.* — *Pſal. 77.*

§. VI.

Vna florens munditiei requiritur, vt ſummi Regis pabulum capias.

MIrabar, quòd vel minimus homuncio admittatur ad regium Aſſueri conuiuium, ſed illud notandum, quòd non minimus quilibet, ſed non aliter dicitur minimus, qui fuerit in ciuitate Suſan. Ait enim Textus: *Inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt in Suſan, à maximo vſque ad minimum; & iuſſit ſeptem diebus conuiuium præparari.* &c. Ecce tibi non minimi populares admittuntur, niſi ij, qui inuenti fuerint in Suſan. Idem autem eſt Perſis Suſan, quòd lilium: & meritò nullus vel minimus plebeius excluditur ab Aſſueri conuiuio, dummodo inter lilia inuentus liliorum ſplendeat candore, & puritate. Vt videant iam ſummi Regis Chriſti conuiuæ, quàm nulla in eis ſæcularis dignitas ſpectetur: ſed, licet minimi, & ignobiles ſint, ad epulum vocantur, dum vt mundiſſima lilia candeant. Mandauerat Dominus Leuit. 24. *Accipies quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas, quorum ſenos altrinſecùs ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatues: : Eruntque Aaron, & filiorum eius, vt comedant eos in loco ſancto.* Sic propoſitionis menſa ſolos admittebat ſacerdotali dignitate decoratos. Addidit Dominus meus Ieſus aliam in fine temporum menſam, quæ non ſolos Sacerdotes, ſed & plebeios quoſque admittit, dummodo debita floreant morum puritate. De qua menſa fatus D. Cyprianus ſerm. de Cœna, ait: *Non ſolos Sacerdotes ad Panis huius eſum, dignitatis Leuiticæ prærogatiua admittit: vniuerſa Eccleſia ad has epulas inuitatur: æqua omnibus portio datur: : nec pauperum miniſterio indignatur. fides pura, mens ſyncera huius habitatorem delectat, neque immenſi, & omnipotentis Dei magnitudinem paupercula domus noſtra anguſtia offendit, vel arctat.* Ita eſt Rex noſter, qui, etſi antiquitùs menſam ſolis fulgentibus ſacerdotij dignitate pararat, iam non dignitates ſpectat in conuiuiis ſuis; ſed vel pauperculos, & plebeios vocatur, hoc ſolùm ſpectato, quòd floreat virtutibus, quòd inſigni polleat puritate. Hinc non poſſum non laudare Petri facinus, qui poſt Ieſum negatum, vt ad eum veniret, & appoſitum cibum pranderet, Ioan. 21. *Miſit ſe in mare.* & cùm poſſet accedere nauigio, cur maluit ſe in mare mittere? Ait Chryſol. ſerm. 78. *Miſit ſe in mare. Vt mare dilueret, quod negatio taliter ſordidauerat.* Et cur toti non ſe immergat mari, ne immundus accederet ad conuiuium Chriſti? Meritò dicebat D. Cyprian. ſerm. de Cœna: *Melius erat mola aſinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conſcientia de manu Domini buccellam accipere.* Non ſolùm ſe in mare mittere debuit, vt ſordes tolleret peccati; ſed, ſi neceſſum eſſet, vt aſinaria mola alligata collo in ipſum maris profundum præcipitaretur, hoc facere debuiſſet, ne illotus iret ad diuinum prandium; ſed totus mundus, & liliorum fulgens puritate cæleſti aſſideret conuiuio: ita enim eſt Rex noſter, qui non niſi mundos, & floridos paſcat. Vt de illo dicat Cant. 6. *Qui paſcitur inter lilia.* Vbi Symmachus ait: *Qui paſcit flores.* Et Theodoret. ibi: *Eos, qui facti ſunt lilia, paſcit; & eos, qui digni ſunt, paſcit in liliis.* Sic vel minimi dum inueniantur in Suſan, hoc eſt, in liliis, ad diuini Aſſueri conuiuium vocantur.

Leuit. 24. — *Cyprian.* — *Ioan. 21.* — *Chryſol.* — *Cyprian.* — *Cant. 6.* — *Symmach.* — *Theodoret.*

§. VII.

Honor ab vno Deo in te profectus, te in immenſum extollit.

VEl minimus ciuis Suſan aſſidet ſummis Principibus regni in conuiuio Aſſueri. Quippe ait Textus: *Inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt in Suſan, à maximo vſque ad minimum, & iuſſit ſeptem diebus preparari conuiuium, in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu conſitum erat.* Et ne mireris plebem Suſan ſic æquatam fuiſſe Principibus in Aſſueri conuiuium, prouiſum fuit, quòd conuiuium celebraretur in veſtibulo horti, & nemoris, quod erat conſitum manu Regis. Vt enim hortus manu Regis cultus mirum in modum extollebatur ſupra alios, ſic plebs Suſan à præcipua cura Regis profecta adeò creſcebat, vt merito Principibus æquaretur. Quod in Childeberti Francorum Regis horto notabat aliò datus Venantius lib. 6. dicens:

Venant. *Hæc magno inſtiens Rex Childebertus amore,*
Charius iſta placeat, quæ manus illa dedit.
De cultore trahit meliorem planta ſaporem.
Forſan & hic tacite mi, cuit ille fauos.
Regis honore nouo duplicata eſt gratia pomis,
Suauis odor naris, dulcis in ore ſapor.
Qualiter ille hominum poterit prodeſſe ſaluti,
Cuius & in pomis tactus odore placet?

Sapienter Venantius ex pretio profecto à Regis manu in hortum, colligit pretium ab eadem Regis manu profectum in homines. Vt enim regia manus viles alioquin plantas in odoratiores flores, dulcioreſque fructus extollebat, ſic eadem regia manus vel viles homines Principibus æquabat in honore. Dicantur hæc de Regibus mundialibus, ſi volunt. Ego illa veriſſima puto in Rege ſæculorum, de cuius ſola manu ſi in nos proficiſcatur honor, ille nos in immenſum extollit. De Rege Deo

Cant. 6. dicebat eius Sponſa Cant. 6. *Qui paſcitur inter lilia.* Et lilia vocat, tam ea, quæ naſcuntur in mundi agro; quam ea, quæ progenita ſunt in cæleſti horto. Nimirum, lilia vocat, & Angelos, & homines. Et illud mirandum, quòd homines ſic floreant, vt lilia dicantur in nullo Angelis inferiora. Vnde vilis homúncio Angelis ſic æquari potuit? Manus Domini coluit & hominem, à qua manu tantus venit honos, qui hominem Angelis æquet in pulchritudinis flore. Ait Guillel. Ab. apud Delr. *Non tantùm colliget*

Guillel. *lilia, ſed agri lilia. Lilia agri electi homines ſunt, lilia cæli electi Angeli. Vtrique enim nitent, & redolent: ſed Angeli purius nitent, & ſuauius redolent, donec lilia agri manu Sponſi collecta cæleſtibus liliis ſocientur. Nempe, qui colliget ea cæleſtium ellis liliorum, non tantùm ſocietatem, ſed & æqualitatem promittit.* Expende illa: *Donec lilia agri manu Sponſi collecta, &c.* quippe in tantum lilia cæli floridiora, & gratiora ſunt, in quantum lilia agri manum non experiuntur diuinam. Vbi autem Dei manus lilia agri tangit, nempe, cœpit ornare homines, ſic à tanta manu profectus honor homines extollit, vt faciat illos æquales Angelis, & mundialibus Poteſtatibus ſuperiores Aiebat Dominus Matth. 6. *Con-*

Matth. 6. *ſiderate lilia agri, quomodo creſcunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quòd nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.* Et vnde dici poteſt, totam gloriam Salomonis ſuperari ab vno agri lilio? Ait Chryſoſt.

Chryſoſt. relatus ab Hugone Card. *Salomoni homines miniſtrabant veſtem; iſtis autem Deus.* In eo ſuperatur Salomon à liliis, quòd Salomon veſtium ſuarum gloriam accepit ab homine, lilium autem ab vna manu Dei. Quod magis perſpicuum eſt in liliis agri, qui vni Deo ſuum ſplendorem debent. Vtinam ſic ſapiant homines, vt nihil velint habere, niſi de manu Dei: in eo enim ſuperabunt maximas poteſtates mundi, quæ gloriolas ſuas emendicatas habent ab aliis hominibus.

§. VIII.

Diuinum epulum cætera omnia mundialia bona excludi facit.

VIde, quot, quantáque alia admittant ſecum epulæ ab Aſſuero ſuis paratæ. Quippe ait Textus. *Iuſſit ſeptem diebus conuiuium preparari in veſtibulo horti, & nemoris: : Et pendebant ex omni parte tentoria aerij coloris, & carbaſini, & hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei, & argentei ſuper pauimentum ſmaragdo, & Pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant, quod mira varietate pictura decorabat.* Sic regiis epulis addebatur loci amœnitas ab hortis, nemoribuſque petita. Menſarum, ſtratorúmve ornatus à velis carbaſinis, hyacinthinis, purpureis, à lectis, ſubſelliiſve aureis, argenteis, à ſmaragdis, pretioſiſque lapillis, pulchriſque picturis. Nihil diues, aut pulchrum, aut amœnum in mundialibus erat, quod non quæſitum ſuit, vt epularum præſtantiam adiuuaret. Tot, tantiſque adminiculis egebant Aſſueri epulæ, vt inde ſeſe maximè commendarent. Non ſic diuiniſſimæ epulæ, quæ nobis à Deo parantur: hæ namque, vt nos ſolæ implent, ſic faciunt à nobis excludi vniuerſa bona mundialia. Vt meritò dicat D. Cyprian. ſerm. de Cœna

Domini, ſatius: *Vident hæc Sacramenta pauperes ſpiritu, & hoc vno contenti ſæculi, omnes huius mundi delicias aſpernantur: & poſſidentes Chriſtum, aliquam huius mundi ſupellectilem poſſidere dedignantur.* Qui pauper Chriſti eſt, qui vni Chriſto inhiat, vbi diuinum fuerit ferculum nactus, vniuerſa bona mundialia abiicit; & quidquid mundiale eſt, poſſidere dedignatur. Quid aurum, quid argentum, quid gemmæ, quid horti, & nemora ad eam, qui Ieſum in cibo habet? Eccleſiaſtes c. 2. dicebat: *Magnificaui opera mea,* Cyprian.

ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. feci hortos, & pomaria, &c. Sic regni amplitudinem à vineis, hortis, pomariiſve plantatis commendat. Verùm Ieſus petenti cæleſtis regni conſortium ait Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Non vineas multas, non hortos, non pomaria, ſed vnum exhibet Paradiſum. Et quando Salomon tantus eſt in oſtendenda regni amplitudine à vineis, hortis, pomariiſve petita; cur Ieſus totius regni ſui gloriam ad vnum Paradiſum redigit? An, quia anguſtior eſt pars Chriſti Salomonico regno? Abſit: imò, quia ſi vnicum illum Chriſti habueris Paradiſum, fructúmque in illo ortum, cætera omnia mundialia contemnes. Ab hortis, pomariiſve ſuam Salomon commendat gloriam, vt qui vitaliſſimi arboris Ieſu fructum nec aſpiciebat. Sordent enim horti, & pomaria vniuerſa, vbi Ieſum habueris. Circa quæ & veriſſime, & ſapientiſſimè ait Nicæn. hom. 3. Eccleſ. 2. Luc. 23.

Qui aſpicit terram, ei audit hortorum deuitiarum exquiſitam, & affectatam pulchritudinem. Quid multis opus eſt hortis ei, qui ad vnum intuetur Paradiſum? Quæ autem eſt mihi ex horto vtilitas, qui olera producit, qui eſt cibus infirmorum? Si eſſem in Paradiſo, non ad multarum hortorum diffunderer deſiderium. Si ſolidiorum cibi poſſet anima eſſe particeps, non occuparer in oleribus, hortum colendo mihi procurans cibum, qui infirmitati conueniat. Vnius cæleſtis horti conſpectus totam bonorum pereuntium turbam à fidelium animis excludi facit. Sordent equidem mundialia hæc decora, vbi vel vnum Chriſti poculum ſpectatur. Nemo hominum ad vaſorum pretium, & pulchritudinem non aſpicit, vt inde auidiùs potum appetat. Hinc Aſſueri conuiuæ bibebant *aurea pocula*, & meretrix illa Apocal. 17. habebat in manu ſua *poculum aureum*. Credebantur enim homines auidiùs ituri ad aureum ornatum. At Cant. 2. dicebat illa: *Introduxit me Rex in cellam vinariam;* ſiue, vt Sept. legunt: *Introducite me in domum vini.* In ipſam cellam vini introduci amat. Vaſorum autem pretium, & ornatus ſapientis artificis excogitatione paratus in regiis menſis ſunt, non in cellis vini: ibi enim nullum vas ſplendet, nullus ornatus fulget; ſed vel ſordidæ pelles, vel rudes cuppæ. Cur hæc nó magis in triclinia regia aſpicit, quàm in cellam vinariam? Vnum cupiebat vinum generans virgines, vnum diuiniſſimum botrum Ieſum aſpiciebat; & inde non miror, quòd deſpiciat vniuerſa mundi pretia, & ornatus. Ait D. Nicænus hom. 4. in Cant. *Vſque adeò augetur eius ſitis, vt è ſapientia cratere non hauriat, neque ad ſedandam ſitim ſatis eſſe putet, ſi totum craterem in os infundat. Sed rogat, vt deducatur ad ipſam cellam vinariam, & ipſis torcularibus os ſubiiciat, & dulce vinum ſtatens aſpiciat, botrúmque, qui exprimitur, & vitem illam, quæ hunc botrum alit.* Expende illa: *Sed rogat, vt deducatur ad ipſam cellam vinariam, & dulce vinum aſpiciat, botrúmque, &c.* Vbi enim botrum diuiniſſimum, Ieſum, aſpicit, ſalutaréque eius vinum; cætera omnia mundi ornamenta, & pretioſa, & pulchra deſpicit. Nicæn. Apoc. 17. Cant. 2. Septuag. Nicæn.

§. IX.

§. IX.

Omnia, etiam mundialia bona, de Euchariſtia dulcedinem, & ſalubritatem induunt.

IN horti Aſſueri conuiuio omnia & dulcia, & ſuauia erant. Dicit enim Textus: *Iuſſit conuiuium præparari in veſtibulo horti, & nemoris.* Et poſt conuiuij ornatum, ſerculorúmque varietatem, & pretioſitatem expoſitam addit: *Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat.* Vbi

Septuag.

Septuag. legunt: *Vinum multum, & ſuaue, quod ipſe Rex bibebat.* Quod vinum ſuaue putat Serar. qu. 14 fuiſſe vinum Chalibonium, Hebraicè dictum, *Chelib*, id eſt, lacticinum:

Serar.

ea enim erat ſuauitate, quæ lactis dulcedinem, & pinguedinem referret. Benè ergo Aſſueri hortus exhibebat conuiuium, in quo vina lactis induebant dulcedinem. Nec mittemur in Eccleſiæ catholicæ horto ſimile conuiuium parari, in quo vina ipſa mundialium delectationum, & bonorum, ſic attemperentur, & ſuauientur, vt ad lactis dulcedinem, & puritatem accedant. Quò ſpectans Iſaias clamat dicens: *Omnes ſitientes, venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite.*

Iſai. 55.

Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac. Ad aquas inuitat, & ecce ſtatim offert vinum, & lac, nimirum, vinum adeo ſuaue, vt lactis referat puritatem, & ſuauitatem. Et vnde aquæ propinatæ tam ſubito velut vina lactea monſtrantur? expende illa intermedia verba, nimirum: *Emite, & comedite.* De eucharistico eſu, de viuifica Chriſti menſa habent vt inſipidiſſimæ, & amariſſimæ aquæ, habent inſulſa quæque mundi bona in ſalubritatem, & dulcedinem commutari. Rem explico exemplo ex 2. Geneſ. petito, vbi dicitur: *Fluuius*

Geneſ. 2.

egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Ita ſo ante oſtendebatur terra operta aquis, adeò inepta ad irrigandum, vt inter illas appareret terra prorſus arida. Et quando aquæ adeò inutiles erant, & infrugiferæ, & infœcundæ, & prorſus amaræ, & ſalſæ, vnde mutatæ ſunt in fluuium, & fœcundum, & dulcem, & ſaporatum? Credo, id accidiſſe ex adiuncta Paradiſi plantatione. Dicit Rupert. lib. 5. cap. 29.

Rupert.

In hoc, miram terra paradiſiata commendare intendit dulcedinem. quia, videlicet, aquarum natura ſalſa eſt, nec potui habilis, ſicut in ſemetipſo mare oſtendit. Aſcendens autem de abyſſo in illam quaſi terram mammam, id eſt, Paradiſi fontem, quodammodo lacteam aſſumit dulcedinem, &c. Itaque ſalſiſſimæ, & amariſſimæ aquæ ex natura ſua, vt ad Paradiſi terram accedunt, ſic inde quaſi ex mãmis lacteam dulcedinem aſſumunt. Non aliter mundialium bonorum, & deliciarum fluxus, ſi ad menſam Euchariſtiæ accedunt, cúmque illis viuificis epulis temperentur, & ſalubrem, & ſuauem temperiem aſſumunt. Habet Eccleſiæ hortus hanc menſam, quæ, vt vbi mamma, & decoquit mundialia bona, & in dulcedinem ſalubritem tranſmutat: nihil enim ſalubre, nihil dulce non apparet de huius diuiniſſimi horti menſa. Aiebat ille Cant. 5. *Veni in hortum meum, ſoror mea Sponſa. meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.*

Cant. 5.

Ex Græco autem legitur: *Comedi panem meum cum melle, bibi vinum meum cum lacte meo.* Ecce tibi ab horto Domini, & myrrha aromatica, & panis cum melle, & vinum cum lacte: at in horto olera ſunt. Quid cum horto panis, & mel, vinum, & lac? Sed hortus Dei, ex quo menſam eucharisticam habet, omnia fit omnibus, & omnia ſalubria, & ſuauia reddit nobis. Quò ſpectans D. Nicæn. hom. 10. in Cant. ait: *O beatos illos hortos, quorum plantæ tales fructus producere inſtitutum eſt, vt in omne genus alimenti pro fruentis deſiderio congruenter tranſformentur. Et autem, cui bonus odor ſunt delicia, fit myrrha cum aromatibus, ſignificando*

Nicæn.

putum vnguentum ex variis virtutis aromatibus. Ei autem, qui quærit alimentum perfectiùs, fit panis, qui non amplius comeditur cum lactucis agreſtibus, vt lex iubet, ſed ex ſeipſo mel efficit. Ei autem, qui ſitit, fit vinum, & lac, non ſpongia felle, & aceto imbuta, quam Hebræi per amaritudinem porrigunt ſuo benefactori. Quid pulchrius? Erant antiquitùs panes azymi, qui paſchali tempore cum lactucis agreſtibus comedebantur. Fuit etiam ſpongia plena felle, & aceto, quæ oblata fuerunt ſitibundo Domino: quibus oſtendebatur, quid ex ſe haberent mundialia bona; nimirum, & acerbitatem, & acorem, & amaritudinem. Vbi autem Eccleſiæ hortus plantatus eſt, & in eo menſa euchariſtica apparuit, omnia ibi fiunt ad guſtum hominis. Panis ibi ſine acerbitate, & ſudore: vinum ſine felle, & ſine aceti aculeo. Omnia dulcia, & ſuauia, omnia ſalubria, & fortia.

§. X.

In Euchariſtia ſumptione Paſſio Domini memoranda eſt.

CVm menſis Aſſueri vniuerſi conuiuæ aſſiderent, ait Textus: *Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur.* Quippe ſedentibus ad menſam vinum præcipuum apponebatur, vt mos eſt in conuiuiis. Verùm Cant. 2. Dei conuiua dicebat: *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Septuag. autem leguut: *Introducite me in domum vini.* Non expectat ſibi vinum perfectum, & præcipuum apponi; ſed magis amat ire ad cellas, & officinas, vbi vinum conficitur, perficitur, & aſſeruatur. Et quando cæteris conuiuis ſedentibus ad menſam vinum iam perfectum apponitur, cur iſta non expectat ſibi apponi vinum perfectum; ſed magis amat ire ad officinas, vbi ipſum conficitur, & aſſeruatur? Spectabat hæc ad vinum germinans virgines, nempe, ad vinum euchariſticum, qui eſt Sanguis Chriſti, cuius ſumptio tunc ſanctior eſt, cùm ſimul memorantur prima eius effuſionis cunabula, nimirum, torcularia Crucis, & totius Paſſionis loca. Ait D. Nicæn. homil. 4. in Cant.

Cant. 2.

Illud vult videre myſterium, quemadmodum Sponſus calcauit torcular, rubra fiant veſtes. De quo dicit Propheta: Quamobrem rubra ſunt veſtimenta tua, & indumenta, ſicut eius, qui calcat torcularia? Propter hæc, & quæ ſunt huiuſmodi cupit ingredi domum, in qua eſt vini myſterium, & ſacramentum. Non

Nicæn.

hærebat in ſola ſumptione vini, ſed totum effuſi Sanguinis opus cupiebat memorari, vt botrus, diuiniſſimus letus pendebat à Cruce, vt calcabatur in torcularibus, vt Sanguis effuſus efferueſcebat igne charitatis, vt per illum tota mundi redemptio perficiebatur. Propterea dum amat illud vinum ſumere, non expectat ſedens ad menſam, ſed magis cogitatione tranſit in loca, vbi tale vinum exprimebatur, conficiebatur. Sic tu, Chriſtiane, cum ad Euchariſtiæ menſam accedis, ne ſiſtas in ſpeciebus illis ſumendis, ſed tranſi mente ad torcular Crucis, & ſimul ſume, & totum negotium Paſſionis pertracta. Quod docebat D. Auguſt. tem ad Neophytos dicens: *Hoc accipite in pane, quod pependit in Cruce: & hoc accipite in calice, quod effuſum eſt de Chriſti latere.* Et, nimirum, in ſumptione euchariſtici panis, & calicis, totum negotium Crucis mente voluamus. Huc trahe dicta tum. in Euang. Lib. 3. cap. 8 §. 25.

Auguſt.

§. XI.

Libertas in operando, & honori, & pretio eſt homini.

HOc cauit Aſſuerus in ſuo conuiuio, ne inuitati ad bibendum cogerentur, dicit enim Textus: *Nec erat, qui bibentes cogeret ad bibendum.* Conſuluit planè Rex conuiuarum honori, ne barbarorum, belluarúmve more cogerentur ire in pocula: nunquam enim non eſt honorum homini, & pretioſum, quòd liberam habeat operum electionem. Dicebat illa Cant. 5. *Vox dilecti mei pulſantis: aperi mihi, ſoror mea, amica mea.* Amabat dilectus ingredi ad Sponſam, amabat filius Dei ſuſcipi in viſceribus Mariæ, & ſtans ad oſtium liberum petebat ingreſſum. An, quia non poterat ipſe trahere matrem, vt velit, nolit, hoſpitium præberet? Abſit: ſed conſulebat Mariæ gloriæ, ne coactè, ſed liberè perficeret tantum opus. Ait Guillelmus Abbas apud Delriom: *Poterat dilectus non aperiente ipſa ingredi, & intrare in virginalem vterum: ſed ad maiorem Matris gloriam, quam maluit ſponte, & hilariter aperire, ſtetit ad oſtium, & pulſauit.* Non extorſit hoſpitium, non coegit Mariam, vt Mater fieret tanti Filij; ſed liberum illi fecit myſterium, vt eius conſuleret gloriæ.

Cant. 5.

Guillelm.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§ XII.

Pretioſum, & ſuaue Principi conuiuium, quod non fiat et coactum obſequium.

CAuit Aſſuerus in conuiuio ſuo conſuetam nationibus propinationem, qua [illegible] omnes bibere cogebantur. dicit namque Textus. *Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum; ſed ſicut Rex ſtatuerat, præponens menſis ſingulos de Principibus ſuis, vt ſumeret vnusquiſque, quod vellet.* Et merito: ſtultè enim, & barbare creditur, Principibus gratum, & ſalutare eſſe, quod quis vel coactè ad pocula [illegible]atur. Cre[illegible] de mihi [illegible] ſincera paras epulum, quam vbi cum [illegible] coactionem [illegible] ſed liberum exhibe rationale, & honeſtum obſequium. Quo alludens Dominus dicebat Apocal 3. Apoc.3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo. ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cænabo cum illo, & ipſe mecum.* Vt cœnam paret ſibi Dominus ſapidiſſimam, quid facit? Ipſe ait: *Ego ſto ad oſtium, & pulſo.* non cogo, nullam vim infero, procul mitto omnem coactionem, & tamen ſi quis [illegible], & ſponte obſequatur, ab eo & mihi, & illi præparata eſt cœna. Ait Andreas Cæſarien. cap. 9 in Apoc. Andr.Caſ. *Mea, inquit præſentia nulli vim aſfert. Cordis oſtium pulſo, prompte aperientes ſuper ſanitate ſua gratulor, illamque opipara cœna loco duco.* Cum agitur de obtinenda ſalute, de celebranda cœna grata ſapienti Principi nemo adeò amens ſit, vt putet ad id conducere, quod conuiuæ aliò cogantur bibere. Fecerit Rex Regum, vt gratam cœnam paret, vt gratulari poſſit de ſalute ſuorum, nullam vim infert, omnem coactionem diſſimulat, obſequium ſolum expectat, & honeſtum, & liberum. Plane inuitatio, imo & propinatio erat illa Cant. 2. inuitatorum: Cant.2. *Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni Columba mea in foraminibus petræ.* Proponebatur pretioſiſſima illa petra Chriſtus cauata, & cæleſti nectare plena, & vt curreret ad illam Sponſa inuitabatur. Cur non magis cogebatur? Ait Nicænus homil. 5. in Cant. Nicæn. *Hoc, inquit, vini, non ex ægritudine, ſed ex charitate, propria tam rationibus confirmans cupiditatem ad id, quod eſt honeſtum, non ducente neceſſitate. Dominatione enim caret virtus, & eſt voluntaria, & ab omni neceſſitate libera.* Et qui amat honeſtum agi, coactionem excludit: virtus enim non coactè, ſed liberè perficitur.

§. XIII.

In ſobrietate, & temperantia maior gloria oſtentata.

DVo fecit Aſſuerus in ſuo illo glorioſo conuiuio, maximè notanda, vt inſueta. In primis, non paſſus eſt aliquem ad bibendum cogi [illegible] deinde miniſtra[illegible] poculis præfecit ſuos Principes. [illegible] Textus. *Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed, ſicut Rex ſtatuerat, proponens menſis ſingulos de Principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſque, quod vellet.* [illegible] & coactionem per mutuas propinationes tollit, & Principes ſuos præficit poculis miniſtrandis, vt coactionis ablatio tollat & prætextus bibendi, & Principum [illegible]atio pudorem iniciat, ne pocula nimis debeant multiplicari. Et quando conuiuium hoc fiebat ad gloriæ oſtentationem, & diuitiarum, & vinum abundans erat, vt regia magnificentia dignum, cur duo illa obſtacula ponebantur, ne largius biberetur? Cur non magis crebriores potationes procurantur? Meritò in conuiuio [illegible] gloriam facto proponuntur ea, quæ ad ſobrietatem faciunt: in ſobrietate enim, & temperantia eſt gloria maior. Dicebat Matth. 6. Matth.6. *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcant: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quòd nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.* Et quæ liliorum gloria ſuperare poteſt gloriam Salomonis? Guillel. Abbas apud Delrium in cap. 5. Caut. Guill.Abb. lilia agri putat eſſe Apoſtolos Chriſti, qui, vt in ſobrietate, & temperantia, ſic in gloria longe Salomonem ſuperabant. ait enim: *Nec delicatiſſimus Salomon coopertus fuit, ſicut vnum ex liliis iſtis. quia ille in ſua affluentia nunquam dicebat, Sufficit, ſed ſemper dicebat, Affer, affer. At verò lilia iſta, & quod ſciant abundare, ſciant & penuriam pati, ſiue in abundantia, ſiue in penuria, nihil norant dicere, niſi Sufficit.* Ex quo Apoſtoli ſibi temperabant, & norant dicere, Sufficit, creduntur ſuperaſſe in gloria Salomonem, qui nullum finem ponebat cupiditatibus, ſed ſemper clamabat, Affer, affer.

§. XIV.

Menſarum, vaſorùmque diuers[illegible] a malo vt venit.

FInio tandem conuiuium Aſſueri, eius recolens ambitioſum ornatum, nimirum: *Pendebant ex omni parte tentoria aerij coloris, & carbaſini, & hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei, & argentei ſuper pauimentum ſmaragdo, & Pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant; quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem, qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis, atque aliis vaſis cibi,* &c. Quid ambitioſius? Non licebat cibos, potúſque eſſe, niſi inter purpuras, & gemmas, & argentum, & aurum. In ſanctiſſimo Feſto collocationis Arcæ, etiam Dauid Rex excepit conuiuio omnem populum, de quo ait 2. Reg. 6. 2.Reg.6. *Partitus eſt vniuerſo multitudini Iſrael, tam viro, quàm mulieri, ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubulæ carnis vnam, & ſimilam frixam oleo, & abiit,* &c. Quæ ibi purpura, quæ byſſus in menſa? Quod aurum, quæ gemmæ, qui lapides pretioſi in vaſis? Et quando in Aſſueri conuiuio tantum valorum pretium, tot ornatus diuitiæ oſtentabantur, cur Dauidicum conuiuium nihil horum habet? Pulchrè Clemens Alex. lib. 2. Pædag. cap. 1 in Dauide notaſſet Iſraeliticum conuiuium, in Aſſuero gentile. Clem.Alex. Vnde D. Bernar. in Apol. ad Guillelmum, recenſens diuitis ſupellectilis ambitionem in auro, in gemmis, in picturis, ait: Bernard. *Quem, inquam, ex his fructum requirimus? An ſtultorum admirationem, an ſimplicium oblectationem? An, quoniam commixti ſumus inter gentes, forte didicimus opera eorum, & ſeruimus adhuc ſculptilibus eorum?* Equidem gentilis error videtur, quòd in cibi, potúſque ſumptione, nunquam ad neceſſitatem reſpiciatur, quam ad ornatus ambitionem, quod nunquam niſi à malo venire ſolet. Fameſcenti Ieſu in deſerto acceſſit Diabolus, & propiciens lapides dicebat Matth. 4. Matth.4. *Dic, vt lapides iſti panes fiant.* Non panes proponit famelico, ſed lapides, ex quibus faciat panes, & ſumat. Et cur lapides maluit proponere, quam panes? Hæc eſt aſtutia Diaboli, vt in cibo ſumendo faciat homines non [illegible] ad cibum reſpicere, quam ad aliud [illegible]. Sic ſuos adoratores fallit, vt in cibo potiùs rapiantur ad lapides, ad gemmas, ad a[illegible], & magis videantur fameſcere pro lapidibus, quam pro cibo. Rem pulchrè tractat Nicæn. orat. 4. de Beatitud. vbi ait: *Dic, inquit, vt lapides iſti panes fiant. Hæc nunc dicit iis,* Nicæn. *qui à proprio appetitu tentantur. Cùm enim appetitus neceſſarij vſus fines excedit, quid id aliud, niſi Diaboli conſilium eſt? De lapidibus comedunt, qui ſumptuoſas mẽſas ex inſana parte ſibi parant, quorum apparatus inanium pompam quandam, faſtum & oſtentationem eſt ad ſtupendam vulgi commentitium excogitata, quæ [illegible] neceſſariam vſum excedit. Quid enim commune habet cum vſu naturæ neceſſario, ingrans patter, & onera ſo pondere argenti expoſita materia, quæ vſui apta non eſt?* Plane, quidquid in cibis eſt vltra id, quod natura poſtulat, vt nutriatur, lapis eſt, de quo iuxta conſilium Diaboli cibus ſumitur. Et pergit Nicæn. *Cùm excogitat aliquis pro robuſto, [illegible] materias vſui non aptas excogitat, in lapidibus occupatus eſt. Dicit natura [illegible] nunc egere cibo, [illegible] vero natura dicto audiens non es. Non enim quod quæris, da; ſed, vt magnam tibi argentea [illegible] in me[illegible] a ſtruas, & excurſores materia [illegible], & hiſtoriam ſimulacrorum, & imaginum, quæ in materia ſculpantur, curioſè exquiris. Potum natura deſiderat, tu verò [illegible] tripodas paras labra crateras, ampliores, & alia ſexcenta quæ nihil cum eo, quod vſus requirit, commune habent. An non plane per ea, quæ fa[illegible], dicto audiens es ei, qui tibi conſulit, [illegible] ad lapides reſpicere.* Quippe dum petentes eſc[illegible], paras [illegible] la argentea, [illegible], ſmaragdina, in quibus inſculptæ ſint imagines hiſtoriæ, iuxta Diaboli conſilium [illegible], vt capeſſe[illegible] panis de lapidibus. Tota enim [illegible] cura in ami[illegible] orum, in congerendis gemmis, aureis [illegible] menſis, & ſimilibus, ad ſume[illegible] Diaboli conſilio venit, quando clamauit: *Dic, vt lapides iſti panes fiant.*

Eſther. 1. Vaſthi quoque Regina fecit conuiuium fœminatum in palatio, vbi Rex Aſſuerus manere conſueuerat. Itaque die ſeptimo, cum Rex eſſet hilarior, & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero, præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Charchas, ſeptem eunuchis, qui in conſpectu eius miniſtrabant, vt introducerent Reginam Vaſthi coram Rege, poſito ſuper caput eius diademate, vt oſtenderet cunctis populis, *&c.*

§. XV.

Non alij expectandi ſunt mores in vxore, quàm qui in marito.

DVm Aſſuerus vacat conuiuiis, non ſedet otioſa eius vxor, Vaſthi, quin imò ait de illa Textus: *Vaſthi quoque Regina fecit conuiuium fœminatum*, &c. Ratio enim in aliis inuenitur vxor, quam in iis, in quibus inueniri ſolent viri. Quod o[...] ſcientiant idololatriæ illæ fœminæ Ieremiæ cap. 44. dicentes: *Quod ſi nos ſacrificamus Reginæ cæli, & libamus ei libamina; nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas, ad colendum eam, & libandum ei libamina.* *Ierem. 44.* Sic ſcelolæ fœminæ nec ſacrilegia, nec idololatriam negant à ſe alienam, cuius facem præferebant mariti illorum: vbi enim maritus præit, in quouis facinore inueniri gaudent. Circa quæ ait Theodoretus: *Mulieres impudentiores verſabantur. Nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas, ad colendum eam? Impium quidem factu, ſed dictu verum. In ...im, quo ſuperius expoſuimus, dixit Deus: Num vides, quid iſti agunt? Filij eorum colligunt ligna, patres eorum ignem accendunt, mulieres eorum ſubigunt farinã, vnde conficiunt placentas Reginæ cæli.* *Theodoret.* Expende illa: *Vides, quid iſti agunt?* Non ſolùm illi, ſed & iſtæ dabant operam idololatriæ, nimirum, & viri, & vxores. Deus autem non illos, ſed illos ſolos amat videri. Et quando ad illos videndus vocat, cur non & ad illas? Hoc ſufficiebat, vt crederentur idololatriæ operam dare vxores, ſi, nimirum, viri earum in illo facinore viderentur: ex virorum enim moribus conſpicui manent mores vxorum. Huc trahe dicta tom. 2. de Chriſto figur. lib. 5. cap. 32. §. 13.

§. XVI.

Vna Maria omnibus indefectibiliter dat pabulum vitæ.

DVo in hoc conuiuio Vaſthi inuenio notanda, & quòd iam tranſactum oſtendatur, & quòd ſolas fœminas exciperet: dicit enim Textus: *Vaſthi quoque fecit conuiuium fœminarum.* Per verbum, *fecit*, oſtenditur tranſactum: ſed & viros excluſos oſtendit, cùm vocat conuiuium fœminatum. Nec miror: ſola enim Maria, verè Regina mundi, vniuerſis indefectibile conuiuium nouit parare, dum eucharisticam menſam parat. Vox Mariæ creditur illa Eccleſiaſtici cap. 24. *Qui edunt me, adhuc eſurient* &c. *Eccli. 24.* Dum ait: *Qui edunt me*, nullum excludit, ſed à ſe vnius ...ſos oſtendit paſtos, & ita paſtos, vt ſemper credantur eidem menſæ inhiare. Rem pulchre expendit D. Bernard. apud Richard. de Sancto Laurent. lib. 3. fatus. *Bernard.* *O diues, in omnes, & ſuper omnes, Maria, de cuius ſubſtantia pars aſſumpta totius mundi ſufficit ſoluere debita. Grandis in vſus proprios remanſit diuitiarum copia, quarum aſſumptio redimere, & inſtaurare potuit vniuerſa. Nec ſolùm tunc operata eſt illa toto mundi ſalutem, ſed & quotidie operatur, quia carne eius, & ſanguine paſcimur in Filij Sacramento: quia caro Matris, & Filij vna caro. Et ideò cum Filio poteſt dicere: Caro mea verè eſt cibus. Et fortè propter hoc dixit: Qui edunt me, adhuc eſurient* &c. Tota eucharistica menſa, totum illud myſticum conuiuium de Maria venit, caro Mariæ eſt, & ſanguis eſt Mariæ, ſanguis, & caro, quæ nobis ibi dantur. Nec viros, aut mulieres excludit hoc conuiuium, ſed diues in omnes, & ſuper omnes eſt. Mariæ debemus acceptum, quod omnes recipimus in Altari. Iſaias cap. 9. ait: *Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis.* *Iſai. 9.* Circa quæ ait Vrban. Pont. Max in Pſalm. 50. *Vrb. Pont.* *Datus, inquam, à Patre, qui ſic dilexit mundum, vt ei Vnigenitum ſuum daret. Datus à Matre, quæ quaſi altera mulier Samaritana, vt aleret nos in fame, in igne Paſſionis eſt Filium ſuum coxit; & in Sacramento Altaris ad comedendum nobis dedit.* Nota eſt hiſtoria ex 4. Reg. 6. petita, *4. Reg. 6.* vt in magna Samariæ fame mulier quædam dederit filium ſuum alteri coquendum, & comedendum. Qua ſanctior, & iuſtior Maria non vni fœminarum, ſed vniuerſis hominibus Filium ſuum Paſſionis igne toſtum in Sacramẽto Altaris comedendum quotidie tradit. Cùm manna e cælo veniret Exod. 16. *Dimiſerunt quidam manna vſque manè, & ſcatere cœpit vermibus.* *Exod. 16.* Quod miratus D. Amb. dicit ...: *Ambroſ.* *De manna vermiculus gignitur, & Dominus Chriſtus de Virgine procreatur. Quem potius ... Mariam, manna dixerim, quia eſt ſubtilis, & ſplendida ... & ... qua velut cælitus veniens cunctis Eccleſiarum populis ... dulciorem melle deſtuxit, quem qui edere, aut manducare neglexerit, vitam ... emetipſo habere non poterit.* Expende illa: *Cunctis Eccleſiarum populis cibum.* &c. ea namque eſt Maria cæleſtis Regina, quæ nullum à menſa excludat, ſed cunctis pateat ſalutis cibum.

§. XVII.

Honeſta coniux nunquam non ſit ſub memoria mariti.

ILlud morale fuit in conuiuio Vaſthi, quòd in Aſſueri domo celebrabatur cùm dicat Textus: *Vaſthi quoque fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi Rex Aſſuerus manere conſueuerat.* Vſitatiùs Regina ad ſuum proprium Gynæceum fœminas traheret, ibique cum illis conuiuium ageret. Cur maluit non in ſuo Gynæceo, ſed in Aſſueri cubili ſuum fœminis conuiuium parare? Vt honeſtas, & caſtitas ſolet in conuiuiis periclitari, ſic bona vxor, locum elegit, qui crebriùs maritum repræſentaret. mulieris enim honeſtas, & caſtitas tutiſſime ſub mariti monimentis ſeruatur. Cùm Iudith ad ...ſpeculantium Aſſyriorum exercitus vellet ire, ait Text. cap. 10. *Impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ.* &c. *Iudith. 10.* Quos matrimonij tempore induere ſolebat ornatus, hos modò reſumpſit, vt ad Aſſyrios vadat. Et cur in tanto diſcrimine ornatum amauit, qui nuptiale tempus in memoriam traheret? Ait D. Ambr. lib. de viduis: *Veſtem illam iucunditatis, quam viuente viro veſtire ſolebat, ſe induit: quaſi placitura viro, ſi patriam liberaret. Et benè coniugales reſumpſit ornatus, quia monimenta coniugij, arma ſunt caſtitatis.* *Ambroſ.* Sunt equidem monimenta coniugum, arma caſtitatis, quæ fœminas maximè valeant tutari. Vt quæ caſta velit eſſe matrona, hoc curet ſeruare, vt nunquam non præ oculis habeat, quo poſſit maritum recordari.

§. XVIII.

Summa miſeria eſt famuli, quod domino in rebus peſſimis morem gerat.

HOc valdè notandum in hoc Textu, quòd nominatim ponantur ſeptem illi omnium nobiliſſimi Principes, quibus adducendam Vaſthi Rex mandauerat. Sic enim ait: *Præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Charchas ſeptem eunuchis, qui in conſpectu eius miniſtrabant, vt introducerent Reginam*, &c. Scio hoc ſeptenario numero ſignificari præcipuos, & principaliores miniſtros, qui Regibus adſtabant ad maiora negotia obeunda, iuxta quod dicebat ille Tob. 12. *Ego ſum Raphael Angelus, vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Deum.* *Tob. 12.* De quo noſter Sanctius, & ibi, & in præſenti. Illud tamen non paruum mihi dubium facit, cur Textus modò ſingulos hos Principes nominatim poſuerit? In re maiori, & lætiori locutus Text. 1 Machab. 1. de Alexand. ait: *Vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute, & diuiſit illis regnum ſuum.* *1. Machab. 1.* Sic in re dati regni miniſtris Alexandri, loquitur Textus in communi, nec vllum illorum nominat. Quando ergo in mandato adeò glorioſo, quo miniſtri Alexandri mandabantur eſſe Reges, nullus eorum à Textu ſacro nominatur; cur in mandato Aſſueri

dato

dato ſuis principibus, nominatum ſinguli proponuntur? An id pro maiorum horum gloria? Imo [illegible] rediderim, id factum pro maiorum horum miſeria, & calamitate explicanda. Moris enim erat Perſis, poſt conuiuia adducere 10 præſentiarum viles, & turpes fœminas, quibus conuiuæ oblectabantur, vt probat noſter Sanctius. Quod autem patiebantur turpia ſcorta, hoc [illegible] temulentus, & ebrius volebat Reginam pati, & turpiſſimi facinoris executionem [illegible] principibus mandabat. Qui inde nominatiſſimi [illegible] eſſe in miſeria, & calamitate: ſumma enim miſeria, ingenuis hominibus [illegible] turpi [illegible] dominorum mandata [illegible] ſic [illegible] Lactantius lib. de

Lactant. Iuſtit. [illegible] *nihil eſſe miſerius in hominibus, qui [illegible] quos ſatellites impia iuſſio neceſſitate [illegible]. Non enim honor ille, aut promotio dignitatis [illegible] damnatio ad carnificinam. Dei verè ad [illegible]* Quo ſi ad turpia, & crudelia mandata peragenda [illegible], ſumma tua miſeria, & calamitas eſt. [illegible] honorem, & dignitatem eſſe, eſt [illegible] contemptus ortus ab homine, [illegible], & à Deo, qui te permittit [illegible]. [illegible] ſubio maxima eſt miſeratione [illegible]. Mandauerat quondam impia Ieſabel occidi Prophetas Domini: præcipuus autem aulæ miniſter, nomine Abdias, tantum fugit facinus, quin potius centum [illegible] abſcondit, & ſuſtentauit.

3.Reg.18. Sic ipſe ait [illegible] Reg. 18. *Cum interficeret Iezabel Prophetas Domini, [illegible] Prophetas centum.* &c. De quo ſa-

Theodoret. tus Theodoret. ſer. 8 de prouidentia, ait: *Et Abdias in [illegible] quibus [illegible] neque [illegible] debitum officium [illegible] lege [illegible] vniuerſalem Creatorem promulga [illegible] iuſſa exequi cogebantur, [illegible] obſequium, [illegible] putaret [illegible] quaſi perdere [illegible] erat, [illegible] dignabatur; mortem [illegible] impia [illegible] iudicans. Proinde [illegible] impietas nocuit, ſed eorum [illegible] reddidit.* Sic [illegible] ipſa dominorum mandata minimè exequebatur, quinimo, vt poterat, contra illa faciebat. Nec executoribus inuidebat; ſed illorum miſereſcebat, vt qui in perniciem volarent, & in ſumma eſſent calamitate. Qui tandem à dominis illæſus manſit, & ſumma apud omnes gloria canduit. Veniant huc miniſtri, veniant famuli, & videant ſummam ſuam miſeriam in eo eſſe, ſi in turpibus morem gerant dominis. Non inde honor, non dignitas, ſed miſeria, & extrema calamitas.

§. XIX.

Indecorum fœminæ, quod vel minimam corporis partem nudet.

ASſuerus vino agitatus adduci ſibi in conuiuium vxorem iubebat: *Vt oſtenderet cunctis populis pulchritudinem eius.* Quæ oſtenſio ſic facienda creditur a Paraphraſte Chaldæo, vt nuda coram omnibus appareret, quo quid turpius? Sapienter tale mandatum dicitur fuiſſe ab Aſſuero nimis poto: non enim niſi vinum potuiſſet in fœminis [illegible] nuditatem vel minimæ alicuius membri. In fœminarum ignominiam, & calamitatem dicebat Iſaias Iſraeliticæ fœminæ cap. 47. *D[illegible] pes humerum.* Tantæ

Iſaia 47. [illegible] res eſt, quòd fœminæ nudent collum vſque ad humerum, vt hoc ponat [illegible] pro ſigno calami-

Thren. 4. tatis extremæ. Sed & [illegible] calamitatis deploratione [illegible] 4 ait [illegible] *nudauerunt mammas ſuas.* Tamen hoc eſt, [illegible] animalibus tribuit, quod

Clem. Alex. [illegible] non [illegible] rationalibus mulieribus. Et merito dicit [illegible] Clemens Alex lib. 2 Pædag cap. 10. *Nullam partem fœminæ nudare eſt decorum.* Vt videant mariti, quo piaculo [illegible] vxoribus, quæ in hac tempeſtate, & [illegible] penè ipſas nudant mammas, a d [illegible] opus faciendam. In ma-

Baſil.Sel. [illegible] nimio dolore nudantes Græcas [illegible] reprehendit D. Baſil. Seleu. orat. 40. [illegible] *adigit vt nuda brachia medio foro oſtentes [illegible] indecorè te nudas, cum ſis Chriſti membrum [illegible] in præſentia, medio in foro? Et te in Deum [illegible] hoc demonem?* Sic reprehendit [illegible] quæ pro [illegible] brachia nudant [illegible] diceret Sanctus ydeus, quæ maritis viuen-

tibus, & videntibus, & annoentibus nudant, & collum, & humeros, & pectus? Plane qualibet nudatio in fœmina non venit niſi a marito temulento, vel à Dæmone. Rapiebat quondam Dæmon fœminas, & earum plantas verſùs cælum tollebat, vt relabentibus in ora veſtibus crura nudarentur. Idque factum fuit in fœmina accedente ad Sancti Felicis templum. Quid tunc? Irritus fuit Dæmonis aſtus: agente enim Sancto Felice, veſtes ſupinæ hæſerunt, nec quid honeſtæ fœminæ nudum permiſſum eſt apparere. De quo ait Paolinus in Natali 8. S. Felicis:

Excuſſam de plebe rapit, admotámque ſacratis Paulin.
Ante fores Sancti cancellis, corpore verſo
Suſpendit pedibus ſpectantem tecta ſupinis.
Quódque magis mirum, atque ſactum eſt, nec in ora relapſis
Veſtibus, vt rigidis, aut ad veſtigia ſutis,
Corporis omne ſacrum caſto velatur operto.
Scilicet, vt dixìmi operis veſtimenta tecto
Corporibus manent, nec pœnam Dæmon in ipſa.
Qua cruciatur, ouet, nudis prodendo pudorem
Artubus, illæſo grauius torquetur honeſto.
Recta licet verſis ſedeant cum tegmina membris.

Quid pulchrius? Hinc Dæmon, hinc Sanctus. Ille, vt fœminæ nudet crura, ſic eius corpus reuertit, vt pedibus tectum domos tangat, & veſtes in ora relabantur: hic veſtes, ſuſtinendo, ne refluant, ſed quaſi plantis hæreant. Sic a Dæmone nuditas intendebatur, a Sancto autem tegumentum miraculosè dabatur, & opertis honeſtæ fœminæ membris magis Diabolus torquebatur. Meritò enim ait: *illæſo grauius torquetur honeſto.*

Eſther. 1. Quæ renuit, & ad Regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempſit. Vnde iratus Rex, & nimio furore ſuccenſus interrogauit Sapientes, qui ex more regio ſemper ei aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio, ſcientium leges, & iura maiorum, *&c.*

XX.

Nullo marito non placere poteſt, quòd vxor ſe aliorum oculis neget.

NOtanter Textus dixit in [illegible] Vaſthi: *Ad Regis imperium, quod per eunuchos mandauerat venire contempſit.* Contempſit equidem bona fœmina venire ad imperium Regis. Regis, inquam, non mariti. Et cur magis voluit dicere, quòd contempſerit imperium Regis, quam quòd contempſerit imperium mariti? Equidem non contemnebatur imperium mariti, in eo, quòd vxor temulentorum virorum [illegible] oculos, declinaret conſortium: nunquam enim creditur marito repugnare, quæ ſe multitudinis negat oculis. Quò ſpectans Tertul. lib. de cultu fœmin. cap. 4 monebat vxores: *Vos ſolis maritis veſtris placere debetis. In tantum autem placebitis eis, in quantum alteris placere non curaueritis.* Hoc ſemper putet fœmina mariti ſui placitum, aut imperium, quo monetur, ne aliis placeat. Et dum aliis refugit placere, minimè credi poteſt marito repugnare, ſed [illegible] prorſus morem gerere. Prudentiſſima Rebecca nouit hanc doctrinam, de qua dicit Gen. 24. *Rebecca quoque [illegible] Iſaac deſcendit de camelo, & ait ad puerum: Quis eſt ille homo, qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei: Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens citò pallium [illegible], operuit ſe.* Quæ diſcooperta veniebat, & patens omnibus, nullius negata oculis, vbi acceſſit ad Iſaac, nihil priùs curat, quam ſe ſub pallio tegere. Et quæ antea diſcooperta erat, cur in Iſaac præſentia voluit tegi, & occultari? Ad præſentiam Iſaac [illegible] putabat, e ſuo marito eſſe, & marito volenti morem gerere, ſe omnium oculis tegmine negabat, vt [illegible] accepta, & grata eſſet. Non longè abeſt D. Chryſoſtomus ad hunc locum fatus [illegible] *theatri.* [illegible] primum [illegible] & [illegible] quo ſe aliorum conſpectui [illegible] ſubtrauit marito gratum [illegible] la honeſtiſſima apud Clementem Alexandrinum lib. [illegible] I xdago

Tertull.

Geneſ. 24.

Chryſoſt.

Clem.Alex. giæ, cap. 10. *Specioſa eſt facies: ſed eſt eius tantùm, qui me uxorem duxit.* Nunquam enim credenda eſt fœminæ pulchritudo poſſe eſſe communis aliis, ſed vni ſoli marito.

§. XXI.

Mandatum Principis non per ipſum Principem; ſed per alium dictum infirmius eſt.

Miraris, quòd fœmina potentiſſimi Regis imperium, auſa ſit contemnere: dicit nanque Textus: *Ad Regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempſit.* Et vnde fœmina adeò facilè præterit Regis potentiſſimi imperium? Non audit illud ex ore Regis, ſed ex ore eunuchorum, quandoquidem ait: *Quod per eunuchos mandauerat.* Nec mirum, quòd contemnatur à fœmina imperium, non de ore Regis; ſed de ore miniſtrorum acceptum: valdè enim infirmatur imperium, quod non ab ore Principis, ſed ab ore aliorum auditur profectum. Nouit hoc ſerpens ille antiquus, qui volens Dei præcepta confringere, perrexit ad fœminam: ſic enim Gen. 3. Gen. 3 de illo ait: *Qui dixit ad mulierem. Cur præcepit vobis Deus,* &c. Non virum, ſed fœminam interrogat de præcepto. Et cur non virum, ſed fœminam interrogat. Vir acceperat præceptum immediatè à Deo, & ideò præceptum in viro ſtabilius, & firmius erat; fœmina autem non acceperat immediatè à Deo præceptum, ſed per virum, quo in illa erat infirmius præceptum, & faciliùs confringendum. Pulchrè D. Ambroſ. lib. de Parad. cap. 12. Ambroſ. *Non adorſus eſt eum, qui coràm acceperat cæleſte mandatum; ſed eam adorſus eſt, quæ à viro didicerat, non à Deo, quid obſeruaret, acceperat. Neque enim habet, quia mulieri dixit Deus, ſed, quia Adæ dixit: & ideò per Adam cognouiſſe mulier æſtimanda eſt.* Cauit hoſtis adoriri eum, ad quem venerat præceptum immediatè à Deo, magis autem placuit adoriri eam, quæ non per Deum immediatè, ſed per Adamum præceptum acceperat. Præceptum enim illud, vt non per Deum principem, ſed per hominem inueniebatur in fœmina, infirmus iam erat, & facilè confringendum. Hinc Paulus ad Hebræos 1. oſtendebat Apoſtolorum firmitatem in virtute ſupra omnes alios Iudæos, dicens: Hebr. 1. *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio.* Et quando Deus loquebatur Iudæis per Prophetas, per Angelos, per Moyſem, quid magnum erat, quòd Apoſtolis loqueretur per Filiū? Vt Filius erat ipſum Verbum Dei, loquens Deus per proprium ſuum Verbum cum Apoſtolis, in illis firmiora manebant & præcepta, & verba diuina. Quæ vt in Iudæos non veniebant immediatè à Deo, ſed aut per Angelos, aut per Prophetas illis notificabantur; ſic faciliùs confringebantur, contemnebantur. Chryſoſt. Quò ſpectans D. Chryſoſt. ait: *Extollit autem Apoſtolos, & oſtendit, quòd & ipſis ſit locutus, & necdum Iudæos contingit. Nam ferme omnes, quibus Prophetæ locuti ſunt, malignos fuiſſe, aſſeriſque conſtat.* Facilè equidem euaneſcebant in hominum cordibus mandata illa, quæ à Deo non immediatè, ſed per Angelos, aut Prophetas veniebant. Ideò ſapiens illa anima clamabat Cant. 1. Cant. 1. Orig. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* hoc eſt, iuxta Orig. homil. 1. ex quatuor: *Iam non mihi per miniſtros ſuos, Angelos duntaxat, & Prophetas loquatur, ſed ipſe per ſemetipſum veniat, & oſculetur me oſculo oris ſui; verba, ſcilicet, in os meum ſui oris infundat, ipſum audiam loquentem, ipſum videam docentem.* Et quando ipſe erat, qui loquebatur per Angelos, & Prophetas, cur ſic iam faſtidit Angelorum, Prophetarúmque verba, & ſola immediata Dei verba audire amat? Pulchrè ait Nicæn. homil. 1. in Cant. Nicæn. *Quia verba Sponſi, ſpiritus ſunt, & vita; & qui vitæ coniungitur, tranſit à morte ad vitam. Propterea anima vult eius ore vitam haurienti os admouere, dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui, qui omnibus ſcatere facit vitam, & vult omnes eſſe ſaluos.* &c. Sunt equidem Dei verba, quæ immediatè ab eo procedunt in lege gratiæ vitam halantia, & ſalutem. Et meritò vocantur verba vitæ, quæ à Dei ore procedunt immediatè, ad differentiam Verbi Dei, quod per Angelos, & Moyſem notificatum erat, quod habebatur verbum mortis, Hug.Vict. vt notat Hugo Victor. in Epiſtol. ad Roman. cap. 7. Vt enim verba Moyſis non dabant gratiam adimpletionis; ſic faciliùs contemnebantur, & inde pullulabat pœna mortis.

§. XXII.

In iudicando non potentia, ſed ſapientia præualeat.

Hoc in Aſſuero dignum Principe inuenio, quòd licèt iratus nimis eſſet in contemptricem (vt ipſe putabat) ſuorum mandatorum, tamen non vſus eſt ſua abſoluta poteſtate in eam; ſed confugit ad Sapientes, quorum conſilio vteretur. Habes enim: *Vnde iratus Rex, & nimio furore ſuccenſus interrogauit ſapientes,* &c. O bonum Principem, qui in iudicando reo, ſibi (vt putabat) iniurio diſſimulauit potentiam, & magis voluit præualere ſapientiam! Ioan. 5. dicebat Dominus: Ioan. 5. *Pater non iudicat quenquam: ſed poteſtatem dedit Filio iudicium facere.* Et cur Pater abſtinet à iudicio, cuius tractationem Filio remiſit? Ait Richard. à Sancto Laurent. lib. 10. de laud. Mar. vbi probat, Mariam aurum eſſe: Richar. à S. Laur. *Patri attribuitur potentia, Filio ſapientia: vedere autem debet potentia ſapientiæ in iudicio faciendo.* Non attendat Iudex, quid abſolutè facere poteſt, ſed quid iuxta Sapientum placita, & ſententias debeat facere. Ipſe enim Iudex omnium à Patre conſtitutus dicebat de ſe Ioan. 5. Ioan. 5. *Non poſſum ego à me facere quicquam: ſicut audio, iudico.* Et quando omnipotens eſt, quomodo dicit, nihil à ſe poſſe fieri? Loquitur vt Iudex, qui nihil in iudicio præſtare poteſt, quod prius ex præſcripto ſapientiæ legúmque non audierit. Ait D. Ambroſ. epiſtol. 20. Ambroſ. *Non enim quaſi infirmus dicit: Non poſſum ego à me facere quicquam. ſed hoc loco quaſi Iudex loquitur, vt cognoſcamus homines in iudicando, quod non ex voluntate noſtra, & poteſtate; ſed ex æquitate debemus formare ſententiam. Iuſtitia in iudicando, non potentia eſt in iudicando. Ego non iudico: ſed facta tua de te iudicant. Leges te adiudicant: quas Iudex non condit, ſed cuſtodit.* Poteſtatem debet Iudex obliuiſci, & ſolum attendere Sapientum præſcripta. Quod leges definiunt, quod Sapientes æquum decernunt, quod prudentia Doctorum loquitur, id exequitur bonus Iudex: præter id nihil. Ex quo pergit Ambr. *Conſideremus itaque, quæ ſit iudicandi religio. Dominus cæli, atque terrarum omnium Iudex dicit: Non poſſum à me facere quicquam. ſicut audio, iudico. Et homo dicit Domino ſuo: Neſcis, quoniam poteſtatem habeo dimittere te, & poteſtatem habeo crucifigere te?* Componite modò Iudicem, & Iudicem, Pilatum, & Ieſum; iuſtum, & iniquum. Pilatus totus eſt in oſtentanda poteſtate: Ieſus poteſtatem diſſimulat, vt qui ſolus bonus eſt Iudex, non ex poteſtate; ſed ex æquitate per ſapientiam notat iudicans.

Eſther. 1. Reſpondítque Mamuchan audiente Rege, atque Principibus: Non ſolùm Regem læſit Regina Vaſthi; ſed & omnes populos, & Principes, qui ſunt in cunctis prouinciis Regis Aſſueri. Egredietur enim ſermo Reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros ſuos, & dicant. Rex Aſſuerus iuſſit, vt Regina Vaſthi intraret ad eum: & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes Principum coniuges, &c.

§. XXIII.

Nulla non fit iniuria ei, cuius pœna cognoſcitur grata Principi.

Qvàm durè, & iniquè Vaſthi factum aggrauatur à Mamuchan? Reſpondit enim: *Non ſolùm Regem læſit Regina Vaſthi; ſed & omnes populos,* &c. Sic bona, & pudica fœmina damnatur, vt totius inobedientiæ erga maritos exemplar, detrimentoſum vniuerſis. Quòd ſi Perſarum leges ſpectarentur, Vaſthi laudabile quiddam fecit, cùm ab ingreſſu conuiuij virorum abſtinetet. Hoc enim iubebant leges Perſarum, & Parthorum, teſte Macrobio libr. 7. Saturnal. cap. 1. & Macrob.

Ambroſ.

D. Ambroſ. de Elia, cap. 5. Et Parthoperſæ non ſolùm à conuiuio; ſed & à conſpectu virorum fœminas arcebant, teſte Iuſtino, lib. 41. Quando ergo Vaſthi modeſtiam docuit fœminas, iuxta leges Perſarum, & ipſas pudicitiæ leges; cur tanta iniuria factum eius in malum detorquet Mamuchan? Cur inobedientiæ erga maritum rea publicatur? Cur commune malum cenſetur? Equidem Vaſthi pœna pergrata credebatur fore irato Regi; cui vt blandiatur Mamuchan, non detrectat vel iniuria mordere fœminam. Sic prudentia humana, ſic ſapientia mundialis exagitat illos, quorum pœnas pergratas iudicat Regibus, & Potentibus. Iuſſerat aliquando Pilatus Ieſum flagellari. Quid tandem? Ait Ioan. 19. *Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea*, &c. Sola verbera mandauit Pilatus: vnde milites tam largam licentiá iniuriarú ſumpſére? Cur ad ſpinas currunt? Qua lege ſpinis coronant hominé? Qua lege ludibria accumulant, irriſiones congerunt? Nouerant Ieſu pœnam Sacerdotum Principibus pergratam, & inde nulli parcunt iniuriæ, & contumeliæ. Vt dicat D. Leo ſer. de Paſſ. 3. cap. 6. *Multas illuſiones Domino, ſacerdotalibus ſeruiens oculis licentia popularis ingeſſit: & in manſuetudinem eius, qui hac ſponte tolerabat, furens turba ſæuiuit.* Expende illa: *Sacerdotalibus ſeruiens oculis*, &c. quippe dum parentibus & Principibus creditur præſtari officium, nulla iniuria vel immerenti non infertur. Fugiens Saulis furiam Dauid ſe in Ziphinorum campos recepit: erant enim Ziphæi contribules Dauidis, teſte Lyra, ſub quorum vmbra voluit ille latere. At dicit Textus 1. Reg. 23. *Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis? &c. Noſtrum autem erit, vt tradamus eum in manus Regis.* Magna hæc ſane erat iniuria in Dauidem, & quis malus genius potuit inducere homines, vt contribuli ſuo tantum malum inferrent? Id ſolùm perſuaſit affectus blandiendi Regi, cui grata credebatur Dauidis pœna. Ait Ioſephus lib. 6 cap. 14 relatus à Gloſſa in illa verba: *Ziphæi autem iniuſta & maligniſſima voluntate ſua fruſtrati ſunt, qui cùm nihil male ſuſtinere potuiſſent, ſi Dauidem non indicaſſent, illi propter blandimenta Regia virum religioſum, & ad mortem iniuſtè quæſitum prodiderunt.* Expende illud: *Propter blandimenta Regia*, &c. nullo alio lucro ſpectato, ſed ſolùm vt Regi blandirentur, in tam nefariam contribulis iniuriam conſenſerunt.

Ioan. 19.

Leo.

Lyra.
1. Reg. 23.

Ioſeph.

§. XXIV.

Rarus eſt, qui in ſententiis non gerat morem Regibus.

SEntentiam Sapientum in Vaſthi rogauerat iratus Aſſuerus, cui ſtatim Mamuchan reſpondit: *Non ſolùm Regem Regina Vaſthi læſit; ſed & omnes populos*, &c. Nec ſolùm crimen exaggerat; ſed & inauditam à ſolio deturbat regni. Quàm hoc commune in Principum aulis eſt! Regis enim vel leuiter inſinuata voluntas aliorum ad ſe ſententias, & iudicia trahit, & id tandem Conſiliarij decernunt, quod magis eſſe vident ad Principis palatum. Rarò inuenitur, qui non ſubſcribat regali affectui. De ſe dicebat Dauid Pſal. 118. *Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.* Si quando priuatus Conſiliarius ad Regum veniebat conſpectum, minime attendebat Regum placita, Regum affectus, ſed teſtimonia Dei, veritatis iudicia; nec confundebatur illa opponere regalibus cupediis. Quod rarus facit in Curiis Regum. Vt dicat Elias Scholiaſtes Nazianzeni orat. 23. de Herone Philoſopho: *Apud Reges, qui, quod ipſis placuerit, firmiſſimam legem eſſe exiſtimant, ora libertate vtens, iis, quæ ipſi ſentiebant, repugnans, iuxta illud Dauidis: Loquebar in conſpectu Regum, & non confundebar. Res certè, quam pauci admodum præſtant.* Pauci equidem, & rari ſunt, qui repugnent regiis affectibus, quin potiùs vniuerſi eò conueniunt, vt morē gerant potentibus. Quærebat Rex Achab 3. Reg. 22. proſperitatem in expeditionis ſuæ in Ramathoth, à quadringentis Prophetis Baal, qui vno ore reſpondent: *Aſcende, & dabit eam Dominus in manu Regis.* Nullus eſt, qui non reſpondeat id, quod videt eſſe ad palatum Regis. Vt Pſeudoprophetæ neſciebant rem; ſed illud ſciebant, quod minus erat periculum annuere Regi, illique morem gerere. Trahitur etiam Michæas Propheta verus Dei, qui ſimiliter interrogatus in primis ait: *Aſcende, & vade proſperè, & tradet Dominus in manu Regis.* Et cur Michæas tam grata modò reſpondit Regi? Nónne ille eſt, qui ſtatim oſtendit, vt Achab moriturus erat illo in bello? Si ſtatim dixit illum moriturum, quomodo in primis illum proſperandum aſſeruit? Ait Caietan ibi: *Michæas priora verba dixit nomine proprio, antequàm haberet viſionem hanc.* Aliter locutus eſt Michæas poſt reuelationem ſibi factam, & aliter ante reuelationem, quando loquebatur ex propriis. Vbi ex propriis loquitur Regi, & cum Pſeudoprophetis conuenit in annuntiando Regi placentia. Sapidiſſime ait Seneca lib. 6. de Beneficiis, cap 30. *Non vides, quemadmodum Reges in præceps agat extincta libertas, & fides in obſequium ſeruile ſubmiſſa, dum nemo ex animi ſententia ſuadet, diſſuadetque, ſed adulandi certamen eſt, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quis blandiſſimè fallat?* Non aliud ſpectant, qui cum Principibus agunt amicè, quàm vt illis blandiſſima promittantur. Quod falſum ſit, quod dicût, quòd prorſus mendax, nullum periculum habet: id ſolùm eſt periculoſum, quod durum eſt. Et ideò nullus eſt, qui ex ſenſu ſuo adducatur, vt credat dura, & aſpera contra Reges credenda. Huc adducenda dicta tom. 4. de Chriſto figur. lib. 8. cap. 16. §. 2. & tom. 1. in Euang lib. 4. cap. 3. §. 19.

Pſal. 118.

Elias.

3. Reg. 22.

Caietan.

Seneca.

§. XXV.

Vt Regum cupedia pro legibus ſanctiſſimis haberi ſolent.

AIt Mamuchan: *Non ſolùm Regem læſit Regina Vaſthi; ſed & omnes populos, & Principes*, &c. Sic crimen extollit: & vbi ad pœnam ventum eſt, ait: *Si tibi placet, egrediatur edictum: : : vt nequaquam vltrà Vaſthi ingrediatur ad Regē.* Sic vnus ex ſapientiſſimis damnat Reginam coram Rege, & coram ſex aliis Sapientibus: nec vllam legem affert, nec vllum ſtatutū, quo ſuam roboret ſententiam. Sanè Dan. cap. 6. pro Daniele perdendo ſic agebant Principes Babylonij coram Rege, vt eius legem, & decretum proferrent, imò adderent: *Lex Medorum, atque Perſarum eſt*, &c. Et, Deus bone! ſi ſapientes noſtri vellent gratificari Principi in damnatione alicuius, quot leges, quot Doctorum placita, quot Sapientum ſententias in illum retorquerent. Cur Mamuchan adeo ſapiens in damnatione Reginæ nec vllam legem, nec vllam Sapientum ſententiam adducit? Non erat difficile ſapienti viro leges multas retorquere pro hac cauſa, ſed, vt vidit damnationem Vaſthi Regiæ voluntatis eſſe, illam ſibi pro omnibus legibus ſufficere probauit. Dicit enim Elias Nazianzeni Scholiaſtes datus præcedenti paragrapho: *Reges, quod ipſis placuerit, firmiſſimam legem eſſe exiſtimant.* Hoc eſt Regibus pro firmiſſimis, ſanctiſſimiſque legibus, nimirum, quod illis placet, & gratum eſt. De illa arbore regia cantatiſſima dicebat Dan. cap. 4. *Proceritas eius contingens cælum.* Sic enim extolluntur Principes, vt in omnibus affectibus ſuis, putent ſibi adeſſe cæleſtia. De illis ait Ioſephus lib 6. cap. 14. *Quidquid aut per inanem metum, aut odium, vel fauorem irrationabilem decernunt, id tum hominibus ratum, tum Deo quoque ipſi probatum eſſe exiſtimant.* Indéque nihil ſanctum, nihil pium credunt eſſe, ſi eorum cupediis reſiſtat. Quod videodum oſtendo in vno eorum, nempe, in Ptolemæo Rege Ægypti, qui volens Ieroſolymitanum templum intrare, & omnia luſtrare, vt vidit Iudæos repugnantes, eò quòd lex Domini non permittebat admitti gentes in templi ſacrario, tanquàm in ſibi contrarios, & perduelles exarſit. De illis enim ita ſcribitur apud Polybium lib. 5 *Cùm ſuperius adytum eorum ingredi, idq; eximiis, ac pulcherrimis condecorare donariis, illi antiquo faſtu permoti nos ingreſſu prohibuerunt, ignari potentiæ noſtræ. Atque inimicum ſuum animum in nos planè declarant, quippe ſoli præſum gentium contra Reges, & benè de ſe meritos ceruices erigentes.* Tales habentur à Regibus, qui vel diuinis legibus ſeruientes, eorum cupediis contrariantur. Vt enim pro ſancta, & firma lege habent, & Deo grata, quidquid ſibi libitum eſt: ſic & inimicos, & perduelles credunt, qui iuxta conſcientiam ſuam, contrariantur. Non aliter Reges Anglicani proditionis accuſant eos, qui Deo, & eius Vicario parent, contra Regum abſurdas voluntates.

Daniel. 4.

Elias.

Daniel. 4.

Ioſeph.

Polyb.

§. XXVI.

§. XXVI.

Principum exempla efficacia, ſiue in bonum, ſiue in malum.

HOc ſapienter dicebat Mamuchan de Vaſthi facto, humanum. *Hoc enim implebit omnes Principum coniuges Perſarum, atque Medorum paruipendere imperia maritorum.* Equidem, quod in Regibus apparet, facilè ab omnibus bibitur, ſiue bonum, ſiue malum. Vix enim alia facere poſſunt homines, quàm quæ vident facta à ſublimioribus Poteſtatibus. Quod cognoſcens Lactantius lib. 5. cap. 10. dicebat: *Nec eſt difficile docere, cur Deorum cultores boni, & iuſti eſſe non poſſint. Quomodo enim ſanguine abſtinebunt, qui colunt cruentos Deos, Martem, atque Bellonam? Quomodo parentibus parcent, qui expulſorem patris ſui Iouem? Quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt Deam adulteram?* (Lactant.) Quando ergo Dij gentium Rectores mundi proponebantur, & homicidæ, & parricidæ, & adulteri repræſentabantur, nullis artibus videbantur homines poſſe retineri, quin ad ſimilia crimina aduolarent. Vt enim dicit D. Auguſt. lib. 2. de ciuit. cap. *Omnes cultores talium Deorum, mox vt eos libido perpulerit, feruente, vt ait Perſius, tincta veneno, magis intuentur, quid Iupiter fecerit, quàm quid docuerit Plato, vel cenſuerit Cato.* (Auguſt.) Vana ſunt Philoſophorũ dogmata pro inſtituendis, componendiſque moribus, vbi alia factis ſuis docent Rectores mundiales Orbis. Quod ſcientes Dæmones, de ſe inceſtus, & furta, & homicidia prædicari ſinebant, vt facilius à popularibus biberetur, quod in mundi Rectoribus videbant. Hinc Deus verus Angelos ſuos præpoſuit gentibus, & per Filium ſuum fecit, vt tales Præpoſiti magis cognoſcerentur, vt eorum æmulatione homines ad vitam raperentur angelicam. De Angelis docebat Paul. ad Heb. 1. *Nónne omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis?* (Hebr. 1.) Sunt equidem Angeli adminiſtratores, & gubernatores hominum in ſalutem. Et quanta id vtilitate? Quantam vix dicere poſſumus. Vbi enim eos clariùs nouerunt homines, & eorum vitam æmulati fuerunt. Ait Theodoret. ſer. de Angelis, déque Diis, &c. *Ab vniuerſorum Deo ad humani generis ſalutem, gubernationémque Angeli ſunt miſſi. Hoc enim de ipſis diuinus teſtatur Apoſtolus, quo loco inquit: Nónne omnes adminiſtratorij Spiritus? Horum profectò vitam imitati ſunt, quicunque hominum Dei ſeruitium adamarunt, fugerunt enim quantumuis legitimam commixtionem, vtpote, quæ animum à diuinis rebus abducit.* (Theodor.) Vt Angeli gubernatores, & Principes noſtri non nubent, neque nubentur: ſic, qui ſub eorum protectione fuit, eorum vitæ puritatem ſunt imitati ab omni commixtione alieni. Bibitur enim facilè à ſubditis, quod in ſublimioribus Poteſtatibus cernitur. Huc trahenda dicta t. tom. in Euang. lib. 3. c. 1. §. 9. & lib. 4. c. 5. §. 25. & tom. 3. de Chriſto figur. lib. 6. cap. 1. §. 22. & cap. 4. §. 4.

§. XXVII.

Id ſolùm, quod ad æternitatem conducit, maximè præ oculis habendum.

HEu quot voces armantur aduerſùs fœminam vnam, & planè immerentem! Ait Text. *Placuit conſilium eius Regi, & Principibus, fecitque Rex iuxta conſilium Mamuchan. Et miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias regni ſui, vt quæque gens audire, & legere poterat, diuerſis linguis, & literis,* &c. Quotquot erant linguæ diuerſæ ſub ditione tanti Monarchæ, nempe, Aſſueri, iubentur clamare exauthorationem Vaſthi, eiúſque repudiũ. Deus bone! ſic vna innocens fœmina exagitatur tot vocibus, tot clamoribus prouinciarum? Vnam, & immerentem fœminam ſic morderi decet apud tot populos, & nationes? Non miror: vt enim tot illæ voces, tot illæ literæ vnum Vaſthi temporale repudium à mundiali regno ſonabant, ſic pro nihilo à Deo habebantur. Crede mihi: non eſt vox, non eſt clamor, qui de bonis, aut malis temporalibus agunt: illa ſola æſtimanda, & ponderanda ſunt, quæ æternum quid afferunt. Dicebat Dominus Iſaiæ c. 42. *Tacui, ſemper ſilui.* (Iſaia 42.) Et mirabar, quòd tam aſſeueranter Deus dicat, ſe vſque modò ſemper tacuiſſe. Nónne voces Dei erant illæ, de quibus ait Actor. 1. *Cœperunt loqui variis linguis.* (Act. 1.) Nulla enim eſt lingua in Orbe terrarum, in qua Deus non loquatur abdicationem rerum temporalium, inſtitutionem nouæ vitæ, veteris fermenti abdicationem. Et quidem ait Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines Orbis terræ verba eorum.* (Pſal. 18.) Nónne iis vitia vetantur, promouentur virtutes, peccatores exagitantur, extolluntur iuſti? Quomodo ergo verum eſt, quòd inter tot voces, & clamores Dei dicatur Deus minimè locutus, ſed ſiluiſſe? Dum nondum vltimá æternitatis ſententiam pronunciat, æſtimat Deus ſiluiſſe. Pulchrè ait D. Aug. hom. de omnibus, c. 5. *Audis te loquentẽ in tot præceptis, in tot ſacramentis, in tot paginis, in tot libris. Audis denique in hoc ipſo, quod dicis Tacui. Quomodo ergo tacuiſti? Quia nondum dico: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum. & nondum dico aliis: Ite, maledicti, in ignem æternum.* (Auguſt.) O verum! Etſi audias homo totum montem Sinai concrepantibus buccinis reſonare, & inter tonitrua mugire ad præceptorum publicationem: etſi audias Prophetas aduerſùs vitia conclamare: etſi ſonent Apoſtoli nuditatem, & paupertatem prædicantes: etſi mille tyranni perſonent, qui duriſſimas leges ferant in Chriſtianos: adhuc ſilentium eſt, adhuc creditur nulla vox audiri, adhuc & Deus, & creaturæ eius in taciturnitate ſunt, vſque dum ſonet vox illa extrema, quæ alios æternis coronis, alios æternis ignibus adſtringat. Nihili ſunt apud Deum, quæ non ſunt æterna, ſiue ad abiectionem conducant, ſiue ad gloriam. Formam ſerui accepit Filius Dei, & habitu inuentus eſt vt homo, pro quo ait ipſe Ioan. 14. *Pater maior me eſt.* (Ioan. 14.) ſed & Spiritus Sanctus in forma columbæ apparuit ſuper Ieſum, Luc. 3. (Luc. 3.) & ſuper Apoſtolos in ſpecie linguarum ignearum, & nihilominùs nunquam Spiritus Sanctus dicitur minor Patre, nec Pater dicitur maior eo. Quando ergo Filius Dei ex forma hominis aſſumpta dicitur minor Patre, cur Spiritus Sanctus ex forma columbæ, ſiue ex forma linguarũ ignearum non dicatur Patre minor? Forma hominis, aut ſerui ſic aſſumpta fuit, quaſi non relinquenda, ſed in æternum conſeruanda: ne miremur, quod Dei Filius denominetur vel maior, vel minor ex iis, quæ ſibi ſunt æterna. Nõ ſic forma columbæ, nec forma ignis aſſumpta eſt ab Spiritu Sancto; ſed ſic aſſumpta eſt, vt ſtatim relinquenda. Quæ autem ſic relinquuntur, & prætereunt, vt nihili reputantur: ſic nullam denominationem præbent Deo. Dicit D. Auguſt. lib. 2. de Trinit. cap. 7. *Miſſus dicitur etiam Spiritus Sanctus,* (quando vel in forma columbæ, vel in ſpecie linguarum ignearum apparuit;) *non tamen minor Patre dictus eſt, ſicut Filius propter formam ſerui: quia illa forma ſerui inhæſit ad vnitatem perſonæ, illæ verò corporales ſpecies ad demonſtrandum, quod opus fuit, ad tempus apparuerunt, & eſſe poſteà deſierunt.* (Auguſt.) Quæ autem ſic tranſeunt, & deſinunt eſſe, nullum negotium Deo, imò nec homini cordato faceſſunt. Quis reputet gloriam pertranſeuntem, aut reputet minorationem, quæ citiſſimè deſinit eſſe? Illa ſola reputanda ſunt, quæ ab vltima ſententia ſupremi Iudicis veniunt, vt quæ ſint æterna.

§ XXVIII.

Non per Principes; ſed per Deum, & virtutem ſalus.

A Marito Rege, & eius conſiliariis ſapientibus damnatur Vaſthi, dum ait Text. *Fecitque Rex iuxta conſilium Mamuchan. Et miſit epiſtolas,* &c. Vt Mamuchan conſuluit, ſic executus Rex, Vaſthi à Regia, & thoro excludi iubet. Nec vllum pro ſe Vaſthi auditur feciſſe verbum apud Regem. Nullius Principis patrocinium dicitur quæſiuiſſe, nec vllis blanditiis emolliuiſſe mariti animum. Infra cap. 7. vbi Aman vidit ſe ab Eſthere damnari, *ſurrexit, vt rogaret Eſther Reginam pro anima ſua?* (Eſther. 7.) Cur non ſimiliter Vaſthi Regina, vbi iram Regis audiuit, vbi damnationem ſuam intellexit, non etiam ſurrexit, & rogauit Regem pro anima ſua? Inde forſan felicior fuit exitus Vaſthi, quàm Amani. Hic enim de ſtrato Reginæ, quam rogabat, ductus eſt ad furcam: illa autem nihil à Rege petens; ſed in honeſtate ſeruanda perſeuerans, & inde magis in authore totius virtutis fidens, repudiata fuit à regali thoro; ſed in vita apparuit indemnis. Et quis non Principum, ſed virtutis requirens patrocinium, non in ſalutem venit? Danielis c. 6. ipſe Daniel ex ſententia Darij Regis, & Principum eius miſſus eſt in lacum leonum, vt ab illis diſcerperetur. Et ait ipſe: *Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* (Daniel. 6.) Vel inter rabidiſſimos dentes leonum viuit

illæſus Daniel : vnde in tanto diſcrimine potuit Daniel in ſalutem venire? Iuerat decretum à Principibus, & confirmatum à Rege, vt per ſpatium triginta dierum nullum aliud Numen rogaretur ab hominibus, niſi ſolus Rex Babyloniæ. Daniel autem inuentus eſt non rogare Regem, ſed Deum: dicit enim Textus: *Inuenerunt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuum.* Qui ergo magis Deum, quàm Regem rogare voluit, non mireris, ſi in ſalutem eat, cùm ſalùs non per Principes, ſed per Deum veniat. Ait D.

August.

Auguſt. ſer. de tempore barbarico: *Daniel nec à Rege hominis petitionem aliquam poſceret, ſed à Deo viuo, qui præſtat omnia bona ſuis, & omnibus inuocantibus in eſt omnia eſt, vt periret, ſed Dominus fidelem ſeruum ſuum, non deſerens, illum intactum reſeruauit.* Expende illa: *Nec à Rege hominis petitionem aliquam poſceret, ſed à Deo viuo.* Totum hoc Danielis fuerat facinus, quòd à Rege nihil peteret, ſed à Deo; & propter hoc mittitur in leonum lacum: ſed ibi obtigit illi ſalus, Deo dante, quam minimè Rex daret. Confuge ad Principes, & de eorum pedibus ibis ad furcam: confuge ad Deum, & ibis in vitam.

Eſth. 2. His ita geſtis, poſtquàm Regis Aſſueri ira deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet. Dixerúntque pueri Regis, ac miniſtri eius: Quærantur Regi puellæ virgines, ac ſpecioſæ: & mittantur, qui conſiderent eas, *&c.*

§. XXIX.

Poſt iram exercitum non rarò amantis animus acerrimè exulceratur.

IRatus Aſſuerus in ſibi amantiſſimam coniugem Vaſthi, illam à Regia amandat: ſed poſt iram, ſtatim amoris reuiuiſcit ſtimulus, qui animã Regis lancinat. nõ deſiſtit. Eò ſpectant verba illa: *Poſtquàm Regis ira deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſt.* Nimirum, redit Rex in memoriam excluſæ vxoris, pupugit ipſius animũ ingens ille, quo proſequi eam ſolebat, amor. Admirabilis eius ſpecies, magno iam opere requirebatur, & ardentia pectora acriùs inflammabat memoria malorum, quæ tam dilecta coniux fuerat paſſa. Sic poſt iram exagitant animum amantis rediuiuæ amoris flammæ. Deperibat quondam Herodes vxorem Mariamnem, quam audit non ingratam Ioſippo fratri: quid tunc? Ait Egeſippus lib. 1. c. 37.

Egeſipp.

Dolore inuentia iubet occidi vtrumque: nec multò poſt ſecuta eſt factorum pœnitentia & vbi ira cecidit, amor ſucceſſit, & paſſio reſuſcitata eſt, tantuſque incanduit feruor cupiditatis, vt defunctam non crederet. atque in exceſſu mentis poſitus quaſi viuam alloqueretur. Pergit multa alia rabidiſſimi amoris ſigna narrare. Quæ omnia ſatis oſtendunt, vt poſt iram reuireſcere ſolent amoris flammæ, quæ exagitant, & pungunt amantis animum. Quod etiam in ſanctiſſimis amoribus credens Ieremias, poſt viſam Ieroſolymam à Deo irato ſolo æquatam, & totam illam quondam Deo dilectam gentem abiectam, conculcatam, & ſub flagello dolentem, clamat ad Deum Threnor. 1. aiens: *Vide, Domine, &*

Thren. 1.

conſidera, quem vindemiaueris ita. Et cur petit à Deo, vt videat, & conſideret, quem iratus percuſſerit, quem conculcauerit, vt ſolent racemi conculcari in torcularis? Vt nouerat amarorem Deum Ieroſolymitanorum, poſt ſupplicium datum, poſt iram exercitam, putabat reſurrecturas amoris priſtini flammas, quæ animum exulcerarent. Rup. lib. 1. in Ierem cap. 55 *Vide, Domine, inquiunt, ſi oculos miſe-*

Rupert.

ricordiæ conuerteris huc, & quod facis ipſe videris, ipſe viſu tuo vulneratus. ſatis punitum æſtimabis. &c. Expende illa: *Ipſe viſu tuo vulneratus.* quippe poſt iræ ſtragem attentè viſam, non poteſt amatoris animus non acriter pungi, & vulnerari.

§. XXX.

Mundialis ſublimitas turpe credit poſſe flecti, non diuina.

DIcitur Aſſuerus recordatus Vaſthi, illis verbis: *Poſtquam Regis ira deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, & quæ paſſa eſſet.* Recordatus, inquã, eſt cũ pœnitudine facti, & cum deſiderio amatæ coniugis, & triſtabatur, vt ait Ioſephus lib. 11. c. 3. quòd propter irreuocabile edictum ſuum, eam non poſſet reuocare. Sed vnde irreuocabile edictum, vbi eſt parentis iniuria, Regis deſiderium, & poteſtas? Danielem à pœna reuocare volenti Dario ſimiliter obiiciebatur edictũ Perſarum irreuocabile; cui tantiſper Rex paruit, & Prophetam leonibus tradidit. Vbi autem vidit Danielem inter leones ſaluum, hominem reuocat ad priſtinam dignitatem, & authores edicti mittit in leonum lacum. Sic habes Dan. 6. Quando ergo Darius contempſit edictum Perſarum pro Daniele liberando, & authores edicti mactat: cur & Aſſuerus pro reuocanda vxore adeò dilecta non ſimiliter contemnit edictum Perſarum? Cur in Aſſuero edictum erroneum fortius fuit, quam amor vxoris, quam dolor de pœna immerenti data, quando in Dario, & edictum, & eius authores perduntur pro Daniele? De Dario facto loquitur Theodoret. ait: *Hoc quoque diuina iuſtitia eius eſt, & ſapientia.* In Dario operabatur & iuſtitia, & ſapientia Dei, quæ nouit flecti, & dicta reuocare. Non ſic in Aſſuero, in quo & faſtus, & ſapientia mundialis operabatur, quam flecti pudet, ne vnquam cæcutiiſſe arguatur. Hanc in mundialibus Principibus fœtidam rationem ſtatus mordet Seneca lib. 6. de Benef. cap. 30 aiens: *Secuti iram, quam nemo reuocabat, multorum ſanguinem hauſerunt, fuſuri nouiſſimè ſuum, dum vindicant inox; locatu pro certis. flectique non minus exiſtimant turpe, quàm vinci.* Hoc putant conuenire ſemper maieſtati, vt nunquam flectatur. Mirabar ego ſæpe, quòd dicit 2. Machab. 7. nimirum: *Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua apprehenſos cõpelli à Rege contra fas edere carnes porcinas.* &c. Ecce tibi, quò ſpectabat totum potentiſſimi Regis Antiochi ſtudium, vt, nimirum, pueri Hebræi vel ſemel carnes porcinas manducarent. Necnon & potentiſſimi Imperatores Romani hoc intendebant totis ſuis viribus, vt Chriſtiani vel ſemel idolis incenſa offerrent. Ad hoc extorquendum, & ignes, & gladij, & millia tormentorum genera parabantur, quæ ſtatim ceſſaſſent, ſi ſemel Hebræi carnibus porcinis veſcerentur, vel Chriſtiani ſemel idolis ſacrificarent. Sed eſto, quòd ſemel ceraſſent, aut Hebræi, aut Chriſtiani? quid hoc ad triumphum Imperatorum, aut Regum? Nonne factum illud correctionem haberet citiſſimam? Nonne de exorto errore ad fontem pietatis Deum euolarent? An credebant ſtulti, Deum Chriſtianorum, & Hebræorum ſic eſſe inflexibilem, vt quos ſemel offenſos ſibi haberet, nunquam ad ſuam gratiam reuocaret? Equidem, vt turpe ſibi putabant, mundiales Poteſtates poſſe flecti; ſic de diuina maieſtate iudicabant, adeò vt qui ſemel deuiarent, iam perpetuò contrarius abdicati manere credebantur. Rem pulchrè tractat Lactant. lib. 5. cap. 13. aiens: *In hoc quoque malitia illorum conuincitur, qui euertiſſe ſe funditus religionem Dei opinantur, ſi homines inquinauerint; cùm & Deo ſatisfacere liceat; & nullus ſit tam malus Dei cultor, qui data facultate ad placandum Deum non reuertatur, & quidem deuotione maiori. Peccati enim conſcientia, & metus pœnæ religioſiorem facit; & ſemper multò firmior eſt fides, quam reponit pœnitentia. Quid eſt tandem, quòd Deum noſtrum tam immitem, tam implacabilem putent, vt videatur eis iam Chriſtianus eſſe non poſſe, qui Deis eorum coactus, inuitúſque libauerit?* Sapientiſſimè his traducitur ethnicarum Poteſtatum ſtultitia, qui eò ingentem tormentorum vim applicant, vt vel ſemel fidelis in præſentiarum diuinis non obediat mandatis; ſicque per vnum lapſum vi tormentorum extortum, de fideli homine actum putent, quaſi non poſſit in bonum reuocari, quaſi lapſus ſæpè non deuotionem priſtinam acuat, quaſi Deus inflexibilis prorſus ſit, nec ſoleat flecti. Apage hoc à Deo vero, à diuina maieſtate, cuius eſt vel contumaces ſeruos in glorioſiorem ſtatum excitare.

Daniel. 6. · Theodoret. · Senec. · Lactant.

Et credant Principes tyranni, quòd per lapſos extortos à fidelibus, occaſionem Deus accipit, qua firmiores inde ſuæ fidei columnas valeat dolare.

§ XXXI.

§. XXXI.

Vxor non ob pulchritudinem, ſed ob probitatem vitæ ſpectanda.

PErpende conſilium Aſſuero datum in præſenti, nimirum: *Dixerunt pueri Regis, ac miniſtri eius: Quærantur Regi puellæ virgines, ac ſpecioſæ, & mittantur, qui conſiderent per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas, &c. Et quæcunque inter omnes placuerit oculis Regis, ipſa regnet pro Vaſthi.* Hoc dixerunt pueri Regis, hoc eſt, iuuenes Palatini, teſte Serario. Mamuchan, aut vnus è ſeptem Sapientibus ſuprà Eſther. cap. 1. illud dixerat: *Nunquam vltrà Vaſthi ingrediatur ad Regem, ſed regnum illius altera, quæ melior eſt illa, accipiat.* Ecce tibi, quam aliud eſt iuuenum conſilium à ſapientum conſilio in deligenda vxore. Iuuenes dicunt: Quæratur virgo ſpecioſa, quæ oculis placeat Regis. Sapientes autem nihil de ſpecioſitate, nihil de re illa, quæ oculis decernitur, ſed ſolam morum probitatem ſpectantes dicunt: Quæratur altera melior. Et quidem hoc eſt Sapientum conſilium, quòd vxor non eligatur oculorum, ſed mentis trutina, per quam non tam ſpecies, quàm probitas ſpectetur. Hinc monebat D. Chryſoſt. homil. in Matth. *Tu itaque iuuenis, quando vxorem ducere vis, ſi virgo, aut ſi puella nuptui tradatur, noli quærere diuitem, ſed benè morigeratam. Noli quærere ſpeciem, quia ſcriptum eſt Prouerb. 11. Sicut inaures aureæ in naribus porci, ita mulieris malè morigeratæ ſpecies. Quia ea ſpecie meretrices placent; in moribus autem matronæ.* (Chryſoſt.) Nouerunt hanc doctrinam ſapientes viri, & ideò Abrahamus Geneſ. 24. volens parare nuptias filio ſuo Iſaaco, vocat ſeruum ſuum Eliezerum, cui ait: *Non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito; ſed ad terram, & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo.* (Geneſ. 24.) Non oculis Iſaaci eligenda datur vxor; ſed prudenti ſeruo mandatur, vt puellam de probo genere afferat. Circa quæ ait Chryſoſt. *Attende, quomodo veteres non quærebant ſubſtantiam multam, non externa venuſtatis formam, ſed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem. Nam, quoniam videbat malitiam Chananæorum, præcepit ſeruo, vt ex ſua cognatione vxorem adducat Iſaac.* (Chryſoſt.) Sic ſapientes viri pulchritudini præferebant probitatem. Nec oculis mandabant vxoris electionem, ſed iudicio animi. De quo etiam in præſenti dicebat Rupert. *Fides ſimul, & caſta laus eſt coniugij res hæc; quia, videlicet, nec ſenex Abraham vnam de Chanaan quæſiuit. Nec iuuenis Iſaac vxorem ambiuit, quam concupiſſet oculis; ſed eam, quam nunquam viderat, ſecundùm voluntatem præſtolatus eſt patris. Et his ita iuuentutis petulantiam ſupergreſſus eſt, vt illam ſpectaret coniugem, quam Deus daret, non quam concupiſcentibus oculis, ipſe cum dote magna rapuiſſet.* (Rupert.) Nullus ſapiens credat oculis rem tanti momenti, nec coniugij bonum ponat in pulchritudine, quæ vel morbo eripi poteſt, vel multa ſolet parere diſcrimina. Gen. 12. dicebat Abrahamus pulcherrimæ ſuæ vxori: *Noui, quòd pulchra ſis mulier, & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi ſunt: Vxor illius eſt. & interficient me, & te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro, quòd ſoror mea ſis.* (Geneſ. 12.) Magis volebat prudens homo videri frater pulchræ fœminæ, quam maritus. Quod notans D. Ambroſ. ibi ait. *Aduertebat Abrahamus inter huiuſmodi viros intutam eſſe vxoris pulchritudinem, ſibique coniugis pulchritudinem periculo futuram, monuit vxorem, vt ſororem ſe diceret. Quo docetur, non magnopere decorem quærendum coniugis, qui viro necem plerunque gignere ſoleat. Non enim tam pulchritudo mulieris, quàm virtus eius, & grauitas delectat virum.* Non tantum à pulchritudine oblectamentum venit, vt à ſuauitate morum, à compoſitione vitæ.

CAPVT V.

Eſtheris adductio in Regiam.

Textvs Historia.

VRgebat Regis imperium quærendarum virginum miniſtros: ſed magis vrgebat Regem libido, quæ, vt latiſſimum luxuriandi campum inuenerat, nullis finibus amabat conſtringi. Gynæcea Palatij tenebat non parua pulchritudinis manus: quadringentæ erant virgines, teſte Ioſepho, eæque ſpecioſiſſimæ, quæ de plurimis electæ prouinciis deſiderium Vaſthi ab animo regali prorſus expungerent. Inter eas de ipſa Curia Suſan adducta fuit Eſther, quaſi inter ſtellas fulgentiſſimum Lunæ iubar: rapuerant formoſiſſimam puellam Regis miniſtri, annuente ipſius patruo Mardochæo, renuente ipſa. Quæ vt Regis impleuit oculos, corde vacuauit pectora, & nouis curis animum regalem diſtrinxit. Quare illi afferri iuſſit, quæ magis amant lautæ, & elegantes fœminæ, quæ in mundo muliebri numerantur, & quæ ex Regis prætiopreſto ad vſum, & delicias habuêre reliquæ. Inſuper illi addixit ſeptem puellas inſignis ſpeciei, quibus abundè de ornatu, inſtructûque muliebri prouideri iuſſit. Interea cum ſociis puellis, & cum Præpoſitis eunuchis placidiſſimè agebat Eſther, vnum ſolum obſeruans, Palatinis inſolens, nimirum, de patria, deque parentibus ſuis, nec verbum eſt locuta. Mandauerat hoc ſapiens Mardochæus pupillæ ſuæ, præcauens multa, qui vt inter Palatinos inſignis erat, ſic frequentiſſimus videbatur in atriis Regiæ, ſaluti ſuæ Eſtheris inuigilans.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

O Dei ſapientia fortiter, & ſuauiter diſponens omnia! Ecce & palam in virginibus adducendis Aſſueri cupiditas ſeruitur; occultè tamen remedium paratur Iudæorum ſaluti, vel antequàm incurrant diſcrimen.

Eſther. 2. Cúmque percrebruiſſet Regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Suſan, & Egeo traderentur eunucho; Eſther quoque inter cæteras puellas ei tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fœminarum. Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conſpectu illius.

§. I.

In virginitate perſuadenda maximè cauet Deus, ne ſit vlla vis imperij, aut præcepti.

AIt Text. *Cùm percrebruiſſet Regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur*, &c. Adducebantur virgines, iuxta imperium, & mandatum Regis, vt virgines eſſe deſinerent, non vt virgines permanerent. Ea enim eſt virginitas, quæ nulli imperio, nulli mandato ſeruit, & in qua maximè cauet Deus, ne vlla intercedat coactio, aut vis præcepti. Ex quo D. Paul. 1. ad Cor. 7. expreſſiſſimè fatetur: *De virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do.* (1. Cor. 7.) Et meritò de virginitate præceptum tollitur, dicit D. Aug. lib. de ſancta Virg. cap. 4. *Vt in terreno, mortalique corpore cæleſtis vitæ imitatio, voto fieret, non præcepto, amore eligendo, non neceſſitate ſeruiendo.* (Auguſt.) Sic Deus præcauit, ne de virginitate ſeruanda præceptum daretur, vt vel verba, quæ id ſonare viderentur, in hac re

 non

non præmitteret. Et cùm primis coniugibus locutus diceba: Dominus quaſi præcipiens : *Creſcite, & multiplicamini.* (Gen.1.) Vbi autem in Euangelio ad tractatum de Virginitate acceſſit, dicit Matth.19. (Mat.19.) *Qui poteſt capere, capiat.* nec verbum præmittens, quod vim aliquam, aut præceptum videretur habere. De quo pulchrè ait D. Aldhelmus de laud virg. cap.8 (Adhelm.) *Olim vt mundi latitudo fœcunda ſobolis propagine repleretur, diuina uliter ſanxerunt edicta : Creſcite, & multiplicamini. Nunc verò eiuſdem Regis decreta pro temporum qualitate mutantur, & aliter legem promulgare putatur: Qui poteſt, inquit, capere, capiat. Hæc quidem humanæ fragilitati proſpiciens, non rigido præcepto ſtimulo; ſed clementi ſuggeſtionis conſilio ſuadere videretur.* In re connubij non detrectauit verba ponere, quæ, etſi non eſſent verba præcepti; tamen aliquale imperium ſonare viderentur. At in virginitatis publicatione, neque vmbra ponitur imperij, ſed expreſſiſſimè ponitur, quàm libera debet eſſe virginitatis electiô, ad quam curatur ſolo ex voto, & libero animi affectu. Dixerat Paul.1 ad Corint.7. (1.Cor.7.) *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit : & qui non iungit, meliùs facit.* Expende illa, nimirum : *Qui non iungit.* quibus videntur parentes, aut propinqui virginum accipere eam in illas poteſtatem, qua poſſint imperare virginibus, ne nubant, ſed magis conſiſtant in vita virginali. Quod minimè verum eſt : poſſunt enim virginitatem conſulere, ſed minimè imperare. Quod ibi docuit D Gaudent tract.8.aiens : (Gaudent.) *Parentes autem vel conſanguinei quique virginum, tam puerorum, quàm etiam puellarum, nolo ſibi de ſupradicta libertate arbitrij blandiantur, quòd alienis mentibus eos dominari non poſſe tractauimus. Imperare quidem perpetuam continentiam non poſſunt; quia res eſſe noſcitur voluntatis : voluntatem tamen in melius nutrire poſſunt, & debitores ſunt, vt moneant, vt hortentur, vt ſuadeant, vt pignora ſua Deo magis geſtiant obligare, quàm ſæculo.* Expende illa : *Imperare quidem perpetuam continentiam non poſſunt.* nulli, neque parenti, neque conſanguineo permittitur, quòd imperioſè ducant filios ad ſtatum perpetuæ virginitatis. Et quidem matrimonium inuenio aliquando imperatum eſſe à Deo, ſaltem Oſeæ Prophetæ, virginitatis autem ſtatus nulli vſque modò imperatus eſt.

§. II.

In matrimonio multa ſeruitus, in virginitate libertas.

Ex quo puellæ ad nuptias deliguntur, expende, quot ſubijciantur legibus, ait enim : *Cùm percrebruiſſet Regis imperium, & iuxta mandatum illius multa pulchra virgines adducerentur Suſan. & Egeo traderentur,* &c. Iam futuri mariti legibus parentes, relinquunt patriam, paternam domum, ſe ſe ignoto homini ſubijciunt, nempe, Egeo. In quam ſeruitutem non trahit coniugium & iuuenes, & puellas? Meritò D. Aldhelmus de Virg. c.9 ait: (Adhelm.) *Eſt virginitas aurum, caſtitas argentum, iugalitas æramentum. Eſt virginitas pax, caſtitas redemptio, iugalitas captiuitas. Eſt virginitas Regina, caſtitas domina, iugalitas ancilla.* Quidquid ſeruitutis eſt, coniugatis relinquitur; libertas autem maximè conuenit virginibus. Hæc fuit ſententia fœminis coniugatis data Gen.3. (Gen.3.) *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris* Quam ſententiam expendens D. Auguſt. homil.4. de Aſſump. Mariæ, fatur: *Ærumnam Maria ſuſtinuit, cuius animam gladius Paſſionis Chriſti pertranſiuit, ſed conceptus non multiplicauit, nec ſub viri, id eſt, mariti poteſtate deguit, quæ integerrimis viſceribus de Spiritu ſancto Chriſtum ſuſcepit, & virginitatis integritate manente, virgo permanſit.* (Auguſt.) Communicauit Maria cæteris fœminis in ærumnis, non communicauit in ſeruitute. Cæteræ enim coniugatæ corpus ſuum habent ſub poteſtate viri; Maria autem hanc poteſtatem non nouit, vt quæ erat integerrima Virgo: virginitas enim neſcit ſeruitutem. Vnde D. Damaſc. orat.1. in Nat. Mariæ, ait: (Damaſc.) *Eua per diuinam ſententiam hoc audit: In dolore paries filios tuos. Maria : Aue, gratia plena. Illa: Ad virum erit conuerſio tua. Hæc : Dominus tecum.* Audiunt equidem coniugatæ, quòd ſint ſub virorum poteſtate, Virgini autem non dicitur, niſi vt Deum habeat, & quidquid humanæ ſeruitutis eſt, excludat. Dicebat Paul.1 ad Cor.7. (1.Cor.7.) *De virginibus præceptum Domini non habeo.* Id quod vertans D. Ambr. in Exhort. ad Virg. ait : *Sola eſt virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. Res magis voti, quàm præcepti, electionis magis eſt, quàm ſeruitutis::: Sola virginitas poteſt libertatem dare. Quæ nupſerit ad ſeruitutem, pecunia ſua emitur. Meliori conditione mancipia, quàm coniugia comparantur. In illis meritum emitur ſeruitutis, in iſtis pretium ad ſeruitutem additur. Nupta venalis auro grauatur, auro æſtimatur.* (Ambroſ.) Quid pulchrius? Quid verius?

§. III.

Vt poſſit eſſe præceptum de virginitate.

Dicit Textus: *Iuxta mandatum illius multa virgines pulchra adducerentur*, erat quidem mandatum Regis impij pro adducendis virginibus ad matrimonium : pro adducendis virginibus ad perpetuam virginitatem ſeruandam, nullum vſque adhuc fuit humanum, aut diuinum mandatum. Sed forſan quæres, an poſſit eſſe aliquando præceptum circa virginitatem perpetuam ſeruandam? Pater (Iuſtinian.) Iuſtinianus in 1. ad Corinth. cap.7. num.25. iuxta generis humani propagationem de facto compoſitam negat poſſe eſſe præceptum de ſeruanda virginitate commune omnibus : quia tale præceptum deſtrueret totum ordinem conſtitutum. Quinetiam addit, nullam poſſe eſſe rationem, ob quam tale præceptum alicui poneretur particulari. Cui fauere videtur D. Ambr. lib.1. de virg. fatus : (Ambroſ.) *De virginibus, inquit Apoſtolus, præceptum non habeo. Si Doctor gentium non habuit, habere quis poteſt? Non enim imperari poteſt virginitas, ſed optari.* Nihilominùs ego & do Ambroſio, vſque modò nulli conceſſum eſſe à Deo, quòd legem, aut præceptum imponat alicui de virginitate ſeruanda, & nihilominùs addo, poſſe etiam in hoc rerum ordine eſſe aliquam rationem tam magni ponderis, ob quam Deus alicui virginitatem perpetuam mandaret. Verbi gratia : ecce, quòd Filius Dei naſciturus erat de Virgine æternùm duratura in virginitate, poſſet Deus futuræ eius Matri virginitatem perpetuam præcipere. Quod expreſſis verbis docuit D. Auguſt. lib. de ſancta Virginitate, cap.4. fatus : (Auguſt.) *Poterat & iuberi Maria Virgo permanere, in qua Dei Filius formam ſerui congruenti miraculo acciperet : ſed exemplo ſanctis futura virginibus, ne putaretur ſola Virgo eſſe debuiſſe, quæ prolem etiam ſine concubitu concipere meruiſſet, virginitatem Deo dicauit, cùm adhuc quem eſſet conceptura, neſciret.* Expende illa, nimirum : *Poterat & iuberi Maria Virgo permanere, in qua Dei Filius formam ſerui acciperet.* Tantum enim erat bonum, quòd Filium Dei daret mundo hominem factum, vt quando ad id neceſſaria aliquo modo erat virginitas perpetua, ad illam poſſet præcepto diuino obligari Mater futura. Et miror, quòd tam patens ratio præcepti de virginitate imponendi alicui ignota fuerit Iuſtiniano in Literis ſacris verſatiſſimo. Quin non dubito ſcire Deum alias plures rationes, ob quas poſſit multos perpetuæ virginitatis præcepto aſtringere.

§. IV.

Virginitas deſinit eſſe, ex quo puella ſe dat videndam viro, à quo poſſit violari.

Dvo dicit præſens Textus : alterum eſt : *Multa virgines pulchra adducerentur* alterum verò : *Eſther quoque inter cæteras puellas, ei tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fœminarum. Quæ placuit ei*, nempe, Regi, vt manulc noſter Sanctius. Quas anteà virgines vocat, dum adducebantur, iam non vocat virgines, ſed fœminas; & non in numero virginum, ſed in numero fœminarum dicitur Eſther conſtituta. Cur ergo, quæ vocabatur virgo, cùm adduceretur; modò iam non dicitur virgo, ſed inter fœminas annumeratur? Cœperat modò in præſentia Regis futuri mariti apparere, eique placere; quo ſolo virginei floris decus emarcuit. Pulchrè enim ait Tertul. lib. de velandis virg. cap.2. (Tertull.) *Ex illo virgo deſinit, ex quo poteſt non eſſe.* Ex quo puella ſe dat in conſpectum illius, à quo iure poterit violari, iam ſe ſe à virginali detrahebat gloria, & ſtatu. Quæ vocabatur à textu, virgo pulcherrima, Rebecca, veniebat vxor futura Sancti Iſaac, quem in agro deambulantem inuenit, & ait Geneſ. 24. *Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, & ait ad puerum. Quis eſt ille homo, qui venit per agrum in occurſum nobis? dixitque ei : Ipſe eſt dominus* (Geneſ.24.)

minaui meum. At illa tollens citò pallium ſuum, operuit ſe. Ecce tibi, vbi in conſpectum venit Iſaac mariti futuri, cucurrit ad velamen. Et cur cùm antè nudo veniret capite, in Iſaaci præſentia caput tegit? Erat tunc capitis tegumentum inſigne non virginum puellarum, & ideo ipſa ad velamen cucurrit, quaſi iam non ſe virginem iudicaret, ea quo ad conſpectum venit illius, à quo poſſet violari. Ad hæc Tertul. ſupra dicit: *Confeſſa, quòd ſenſerat ſpiritu nuptam, negauit virginem velata. O mulierem iam de Chriſti diſciplina! Oſtendit etiam nuptias de aſpectu, & animo fieri, quemadmodum ſtuprum.* Euanet equidem decus virgineum, ex quo tibi adeſt, qui poſſit violare. Hinc eligenda in Matrem Dei puriſſima Virgo Maria præmiſit illud Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Quibus oſtendebat, ſe nullius viri gaudere conſpectu, a quo violari poſſit: tam enim ipſa, quam ſponſus eius ſe virginitatis voto obſtrinxerant ex mutuo conſenſu. Sic ad hæc verba colent vniuerſi Patres, & Expoſitores. Et cur neceſſum fuit, vt Maria teſtaretur coniugij ſui virgineum decus, & Angelo, & Deo? An putabat illud propoſitum potuiſſe latere Deum, aut Angelum, cuius erat curæ mandata? Vt à Deo in Matre quærebatur perfecta virginitas, ſic teſtatum eſſe voluit nunquam Mariam veniſſe in conſpectu viri, a quo poſſet violari. Vnde ait D. Aug. lib. de ſancta Virginit. cap. 4. *Ipſa quoque virginitas Mariæ gratior, & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo, quam conſeruaret ipſe, præripuit; ſed priùs quàm conciperetur, iam Deo dicatam, de qua naſceretur, elegit.* Expende, vnde virginitas Mariæ in tota ſua pulchritudine placuit, nimirum, *quia eam Chriſtus viro violaturo non præripuit.* Nunquam enim Maria in conſpectum venit viri, à quo violari poſſet. Quod in ſummam laudem Mariæ non dubito cedere, præſertim cùm Ioſephi mariti crebriùs in conſpectum veniret. Habuit aliquando Abimelech, Rex Geraræ, Saram ſecum, quam putabat Abrahami ſororem; ſed monitus a Deo, ne tangeret fœminam, dedit ei munera Gen. 20. Saræ autem dixit: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: hoc erit tibi,* &c. Circa quæ ait D. Iſidor. in Gen. c. 16. *Munera Saræ obtulit Rex Abimelech, plus in ea mirans forma decus, quod amari potuit, violare non potuit.* Hoc mirandum in Sara, quod potuit amari, & non potuit violari: ſed magis mirandum in Maria, quia inter caſtiſſimi coniugij amores, in nullo potuit marceſcere eius virginei flos pudoris.

§. V.

Non decet fœminas virorum petitiones præuenire vel in officiis honeſtiſſimis.

VBi noſter poſuit: *Inter cæteras puellas ei tradita eſt.* ex Heb. Caiet. legit: *ſublata eſt Eſther in domum Regis.* Sublata, inquit, non oblata: non enim Mardochæus antea obtulit vel regio matrimonio puellam, quam ipſa a Regis procuratoribus peteretur, & precibus extorqueretur. Sic ibi Caiet. *Sublata eſt Eſther in domum Regis, non furtiuè, aut vi, ſed de conſenſu Mardochæi data petentibus eam. Ideò enim ſcribitur ſublata, vt intelligatur non ſponte oblata, ſed petita.* Dedecet enim ſemper puellas, quòd offerantur vel in côniugium, vel in officium; & non magis, quòd petantur, expectent. Quò ſpectat illud Cât. 8. *Soror noſtra parvula eſt, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, quâdo alloquenda eſt?* Expende illud: *Quando alloquenda eſt,* tractatus enim nuptiales exprimit, in quibus non ipſa dicitur locutura, ſed priùs ab aliis alloquenda. In omnibus enim, licet honeſtiſſimis officiis, non niſi petitæ præſtantes fœminæ inueniri amant. Gen. 24. *Ecce Rebecca egrediebatur, puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro, deſcenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurritque ei ſeruus Abraha, & ait: Pauxillum aquæ mihi præbe ad bibendum de hydria tua. Quæ reſpondit: Bibe, domine mi,* &c. Viderat ipſa anteà virum ſedentem ad fontem ſitibundum, cum camelis ſitibundis, nec verbum locuta eſt, nec potum obtulit; ſed tacens omninò reuertebatur domum. At vbi ille acceſſit, & rogauit, ſtatim illa & ipſi, & camelis potum dedit. Et cur, quæ adeò liberalis, & hoſpitalis fuit, poſtquàm rogantem vidit, cur antequàm rogaretur, nec verbum dedit? Conueniebat hoc virgineo decori, ne ſponte ſe offerret; ſed petita, & rogata obſequium egenti exhiberet.

Hebr.

Caiet.

Cant. 8.

Geneſ. 24.

Rem ponderat D. Chryſoſt. hom. Quales ſint vxores ducendæ. habita tom. 6. Vide, quomodo nec modeſtiæ hoſpitalitas obſuit, nec hoſpitalitati modeſtia. Quòd enim non prior occurrit, & appellauit virum, hoc fuit modeſtiæ. Rurſus quòd ad poſtulata non tenuit, neque negauit ſe facturam, hoc magnæ hoſpitalitatis, ac humanitatis fuit officium. *Quemadmodum enim impudicæ ter fuiſſet, ſi vltrò appellaſſet hominem; ita inhumanum erat, ſi rogantis verba repuliſſet. Nunc verò vtrumque fecit, declarando ſuam modeſtiam, dum rogari expectat. miram verò hoſpitalitatem, dum rogata ſine mora obſequitur, & vltrò pluſquàm ille petiit, exhibet.* Hæc eſt fœminas decens modeſtia, ne priores occurrant officia etiam viris vtilis exhibituræ, ſed rogari expectent, vt ſuam impendant curam. Chryſoſt.

§. VI.

Principij boni felicitas ſolet proſperum finem inaugurare.

NOn obſcurè manifeſta eſt proſperitas Eſtheris in obtinendo regio connubio, ex felicitate, quam in primo Palatij ingreſſu habuit. Cùm primùm enim inter cæteras puellas ingreſſa fuit Regiam, ſtatim oculos, & animum, & Regis, & Præpoſiti rapuit: dicit enim Text. *Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conſpectu illius.* Sola inter cæteras dicitur placuiſſe, & gratiam inuenisse, quæ præ cæteris honorata eſt in præſtantiori cubiculo, in ornatus acceleratione, in famulorum comitatu, vt habes apud Caietanum. Quis iam dubitabit de proſperitate finis, videns tantam in primo ingreſſu Eſtheris felicitatem? Et quidem felicia principia frequenter ſolent ſecuturas felicitates monſtrare. Dubitabat Eliezerus de felici euentu itineris ſuſcepti in gratiam Domini ſui Abrahæ: quem vt Abraham confirmaret, & ſecurum faceret de euentu, ait Geneſ. 24. *Dominus cæli, & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus eſt mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.* Credebat Eliezerus fore, vt nulla puella amaret viam tam longam arripere ob Iſaaci coniugium: Abrahamus autem pro certo aſſerit, non defuturam coniugem dicens: *Deus mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.* Et vnde tam proſperum euentum æquè ſecuritanter expectat? Reuocat in memoriam initium conuerſionis ſuæ illis verbis: *Dominus cæli, & terra, qui tulit me de domo patris mei,* &c. Gen. 24. Vbi autem initium conuerſionis ſuæ tam Deo acceptum, & gratum recolit, non dubitat inde proſperos euentus ſibi præſagire. Ait Chryſoſt. homil. 48. in Geneſ. *Per omnia docet, vt ſeruus proſecturus in illo fiduciam habeat, & de bono rei exitu benè ſperet: docet enim eum, quantam olim ab initio beneuolentiam Dei inuenerit; & quod ille, qui à domo paterna euocauerit, & vſque ad hoc tempus ita gubernauerit, proſpera etiam, quæ adhuc reſtant, faciet.* De bono initio, quo gratiam Dei inuenit, proſperos euentus futuros minimè ſperare detrectat. Nunquam enim non auſpicatum eſt, quòd bene inceperis. Quò refero dicta t. tom. in Euangel. lib. 3. cap. 2. §. 26. & tom. 1. de Chriſto figur. Chryſoſt.

§. VII.

Mariæ Deiparæ animæ, & corporis reunitio non peracta in terris, ſed in cælis.

NOto illud Textus ad regium ſplendorem maximè conducens, nimirum, quòd ait: *Multa pulchra virgines adducerentur Suſan,* &c. Non enim Rex ibat quæſiturus, & ſibi copulaturus puellas ſponſas, quod priuati facere conſueuerunt; ſed magis ſponſæ adducebantur in Regiam, vt ibi Regi arctiſſimo matrimonij vinculo copularentur. Pertinet enim hoc ad regiam excellentiam, ne Rex veniat pro ſibi adiungenda ſponſa, ſed magis ſponſa adducatur ad Regem. Quod dum meditor, non poſſum non meminiſſe reunitionem illam poſt Deiparæ mortem, factam inter animam, & corpus eius. Erat equidem Mariæ anima in floridiſſima cælorum Regia, tanquàm Cælitum omnium Regina. Erat beatiſſimum cadauer eius in terris, in ſepulcro requieſcens. Imperatum fuit à

 Deo,

§. XII.

Pretioſum, & ſuaue Principi conuiuium, quòd non fiat ei coactum ob equiam.

CAuit Aſſuerus in conuiuio ſuo conſu[l]tam nationibus propinationem, qua homines bibere cogebantur: dicit nanque Textus: *Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſicut Rex ſtatuerat, præponens men[ſis] ſingulos de Principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſque quod vellet.* Et meritò: ſtultè enim, & barbarè creditur, Principibus gratum, & ſalutare eſſe, quod quis vel coactè ad pocula ſaturetur. Eſt de mihi nullum ſuauius Principi paratis epulum, quam vbi ei non coactum, ſed liberum cuiſque rationale, & honeſtum obſequium. Cui alludens Dominus dicebat Apocal. 3. *Ego ſto ad oſtium, & pulſo. ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Vt cœnam paret ſibi Dominus ſapidiſſimam, quid facit? Ipſe ait: *Ego ſto ad oſtium, & pulſo.* non cogo, nullam vim infero, procul mitto omnem coactionem, & tunc ſi quis liberè, & ſpontè obſequatur, eo & mihi, & illi ſapida eſt cœna. Ait Andreas Cæſarien. cap. 9. in Apoc. 1. *Mea, inquit, præſentia nullo vim af-*

Apoc. 3.

Andr. Cæſ. *fert. Cordis oſtium pulſo, promptè aperienti ſuper ſanitate ſua gratulor, illamque epipara cœnæ loco duco.* Cùm agitur de nominanda ſalute, de celebranda cœna grata ſapienti Principi, nemo a ſeò amens ſit, vt putet ad id conducere, quod conuiuæ aliis cogantur bibere. Ecce tibi Rex Regum, vt gratam cœnam paret, vt gratulari poſſit de ſalute hominum, nulli vim infert, omnem exactionem diſſimulat, obſequium ſolum expectat, & honeſtum, & liberum. Planè inuitatio, imò & propinatio erat illa Cant. 2. inuitantium: *Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni. Columba mea*

Cant. 2. *in foraminibus petra.* Proponebatur pretioſiſſima illa petra Chriſtus excauata, & cæleſti nectare plena, & vt curreret ad illam Sponſa inuitabatur. Cur non magis cogebatur? Ait Nicænus homil. 5. in Cant. *Hoc, inquit, veni,*

Nicæn. *non ex agitudine ſed ex charitate proprio tuo rationibus confirmans cupiditatem ad id, quod eſt honeſtum, non ducente neceſſitate. Domine enim caret virtus, & eſt voluntaria, & ab omni neceſſitate li[bera].* Et qui amat honeſtum agi, coactionem excludit: virtus enim non coactè, ſeu liberè perficitur.

§. XIII.

In ſobrietate, & temperantia maior gloria oſtentatio.

DVo fecit Aſſuerus in ſuo illo glorioſo conuiuio, maximè notanda, vt inſueta. In primis, non paſſus eſt aliquem ad bibendum cogi, deinde miniſtros ſuis poculis præfecit ſuos Principes. Sic Textus: *Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed, ſicut Rex ſtatuerat, proponens menſis ſingulos de Principibus ſuis, vt ſumeret vnuſquiſque, quod vellet.* Ecce tibi, & coactionem per mutuas propinationes ſolui, & Principes ſuos præficit poculis miniſtrandis, vt coactionis omne auferat, & prætextus bibendi, & Principum miniſtratio pudorem inferat, ne pocula nimis de[bit]a multiplicari. Et quando conuiuium hoc fiebat ad gloriæ oſtentationem, & diuitiarum, & vinum abundans erat, vt regia magnificentia dignum, cur duo illa obſtacula ponebantur, ne laxius biberetur? Cur non magis crebriores putationes procurantur? Meliò in conuiuio ad gloriam facto proponuntur ea, quæ ad ſobrietatem faciunt: in ſobrietate enim, & temperantia eſt gloria maior. Dicebat Matth. 6. *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis,*

Matth. 6. *quòd nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis.* Et quæ liliorum gloria ſuperare poteſt gloriam Salomonis? Gil[leber]t. Abbas apud Delilum in cap. 5. Cant. lilia agri putat eſſe Apoſtolos Chriſti, qui, vt in ſobrietate, & temperantia, ſic in gloria longè Salomonem ſupe-

Guill. Abb. rabant: ait enim: *Nec delicatiſſimus Salomon coopertus fuit ſicut vnum ex liliis iſtis. quia ille in ſua affluentia nunquam dicebat, Sufficit, ſed ſemper dicebat, Affer, affer. At vero lilia iſta, eo quòd ſciant abundare, ſciunt & penuriam pati; ſiue in abundantia, ſiue in penuria, nihil norunt dicere, niſi Sufficit.* Ex quo Apoſtoli ſibi temperabant, & norant dicere, Sufficit; creduntur ſuperaſſe in gloria Salomonem, qui nullum finem ponebat cupiditatibus, ſed ſemper clamabat, Affer, affer.

§. XIV.

Menſarum, vaſorúmque diues ornatus à malo vt venit.

FInito tandem conuiuium Aſſueri, eius recolens ambitioſum ornatum, nimirum: *Pendebant ex omni parte tentoria aerii coloris, & carbaſini, & hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei, & argentei ſuper pauimentum ſmaragdo, & Pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant; quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem, qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis, atque aliis vaſis cibi, &c.* Quid ambitioſius? Non licebat cibos, potúſque eſſe, niſi inter purpuras, & gemmas, & argentum, & aurum. In celeberrimo Feſto collocationis Arcæ, etiam Dauid Rex excepit conuiuio omnem populum, de quo ait 2. Reg. 6. *Partitus eſt vni-* 2. Reg. 6.
uerſa multitudini Iſrael, tam viro, quàm mulieri, ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubulæ carnis vnam, & ſimilam frixam oleo: & abiit, &c. Quæ ibi purpura, quæ byſſus in menſa? Quod aurum, quæ gemmæ, qui lapides pretioſi in vaſis? Et quando in Aſſueri conuiuio tantum valorum pretium, tot ornatus diuitiæ oſtendebantur, cur Dauidicum conuiuium nihil horum habet? Pulchrè Clemens Alex. lib. 2. Pædag. cap. 1. in Dauide no- Clem. Alex.
taſſet Iſraeliticum conuiuium, in Aſuero gentile. Vide de D. Bernar. in Apol. ad Guillelmum, recenſens diuitis ſupellectilis ambitionem in auro, in gemmis, in picturis, ait: *Quem, inquam, ex his fructum requirimus? Stultorum admirationem, an ſimplicium oblectationem? An,* Bernard.
quoniam commixti ſumus inter gentes, fortè didicimus opera eorum, & ſeruimus adhuc ſculptilibus eorum. Et quidem gentilis error videtur, quod in cibi, potúſque ſumptione, non tam ad neceſſitatem reſpiciatur, quam ad ornatus ambitionem, quod nunquam non à malo venire ſolet. Fameſcenti Ieſu in deſerto acceſſit Diabolus, & proponens lapides dicebat Matth. 4. *Dic, vt lapides iſti panes fiant.* Matth. 4.
Non panes proponit fameſcenti, ſed lapides, ex quibus faciat panes, & ſumat. Et cur lapides maluit proponere, quam panes? Hæc eſt aſtutia Diaboli, vt in cibo ſumendo faciat homines non tam ad cibum reſpicere, quam ad aliud, in quo cibus lateat. Sic ſuos adoratores fallit, vt in cibo potius reſpiciant ad lapides, ad gemmas, ad aurum, & magis videantur fameſcere pro lapidibus, quam pro cibo. Rem pulchrè tractat Nicæn. orat. 4. de Beatitud. vbi ait: *Dic,*
inquit, vt lapides iſti panes fiant. Hæc nunc dicit iis, Nicæn.
qui à proprio appetitu tentantur. Cùm enim appetitus neceſſarij vſus fines excedit, quid id aliud, niſi Diaboli conſilium eſt? De lapidibus comedunt, qui ſumptuoſam menſam ex iniuſtè partis ſibi parant, quorum apparatus ornatum, pompa quadam, faſtus & oſtentatione eſt ad ſtuporem vulgi commouendum excogitata, quæ vitæ neceſſarium vſum excedit. Quid enim commune habet cum eo, quod natura neceſſarium, in graui pater, & onoroſa pondere argenti expoſita materia, quæ eſui apta non eſt? Planè, quidquid in cibis eſt vltra id, quod natura poſtulat, vt nutriatur, lapis eſt, de quo iuxta conſilium Diaboli cibus ſumitur. Et pergit Nicæn. *Cùm igitur aliquis pro rebus eſculentis materiam eſui non aptam requirit, in lapidibus occupatus eſt. Dicit natura ſe nunc egere cibo, tu vero naturæ dicto audiens non es. Non enim quod quærit, das ſed, vt magnum tibi argenti pondus in menſa ſit, curas. & excarſores materiæ requiris, & hiſtoriam ſimulacrorum, & imaginum, quæ in cratera ſculpantur, curiosè exquiris. Potum natura deſiderat: tu verò tripodas paras, labra, crateras, amphoras, & alia ſexcenta, quæ nihil cum eo, quod vſus requirit, commune habent. An non planè per ea, quæ facis, dicto audiens es ei, qui tibi conſulit, vt ad lapides reſpicias?* Quippe dum petenti eſcas, paras [illegible] argentea, aurea, ſmaragdina, in quibus inſculptæ ſint imagines, hiſtoriæ, iuxta Diaboli conſilium [illegible], vt [illegible] panis de lapidibus. Tota enim hæc cura in ambitione vaſorum, in congerendis gemmis, auro, [illegible] eburneis menſis, & ſimilibus, ad ſumendos cibos, de Diaboli conſilio venit, quando clamauit: *Dic vt lapides iſti panes fiant.*

Eſther. 1. Vaſthi quoque Regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi Rex Aſſuerus manere conſueuerat. Itaque die ſeptimo, cùm Rex eſſet hilarior & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero, præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Charchas, ſeptem eunuchis, qui in conſpectu eius miniſtrabant, vt introducerent Reginam Vaſthi coram Rege, poſito ſuper caput eius diademate, vt oſtenderet cunctis populis, *&c.*

§. XV.

Non alij expectandi ſunt mores in vxore, quàm qui in marito.

DVm Aſſuerus vacat conuiuiis, non ſedet otioſa eius vxor Vaſthi, quinimo ait de illa Textus: *Vaſthi quoque Regina fecit conuiuium fœminarum*, &c. Rarò enim in aliis inuenitur vxor, quàm in iis, in quibus inueniri ſolent viri. Quo [illegible] idololatræ illæ fœminæ Ieremiæ cap. 44 dicentes: *Quod ſi nos ſacrificamus Reginæ cæli, & libamus ei libamina; nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas ad colendum eam, & libandum ei libamina.* Sic ſciolæ fœminæ nec ſacrilega, nec idololatriam negant alienam, cui facem prætendebant mariti illorum: vbi enim maritus præit, in quouis facinore inueniri gaudent. *Ierem.* 44. Circa quæ ait Theodoretus: *Mulieres impudentiores vociferabantur: Nunquid ſine viris noſtris fecimus ei placentas, ad colendum eam? Impium quidem factum, ſed dictum verum. In iis enim quæ ſuperius expoſuimus, dixit Deus: Num vides, quid iſti agunt? Filij eorum colligunt ligna, patres eorum ignem accendunt, mulieres eorum ſubigunt farinam, vnde conficiunt placentas Reginæ cæli.* *Theodoret.* Expende illa. *Vides, quid iſti agunt?* Non ſolùm illi, ſed & iſtæ dabant operam idololatriæ, nimirum, & viri, & vxores: Deus autem non illas, ſed illos ſolos amat videri. Et quando ad illos videndus vocat, cur non & ad illas? Hoc ſufficiebat, vt crederentur idololatriæ operam dare vxores, ſi nimirum, viri earum in illo facinore viderentur: ex virorum enim moribus conſpicui manent mores vxorum. Huc trahe dicta tom. 2. de Chriſto figur. lib. 5. cap. 32 §. 13.

§. XVI.

Vna Maria omnibus indefectibiliter dat pabulum vitæ.

DVo in hoc conuiuio Vaſthi inuenio notanda, & quòd iam tranſactum oſtendatur, & quòd ſolas fœminas exciperet: dicit enim Textus: *Vaſthi quoque fecit conuiuium fœminarum.* Per verbum, *fecit*, oſtenditur tranſactum: ſed & viros excluſos oſtendit, cùm vocat conuiuium fœminarum. Nec miror: ſola enim Maria, verè Regina mundi, vniuerſis indefectibile conuiuium nouit parare, dum eucharisticam menſam parat. Vox Mariæ creditur illa Eccleſiaſtici cap. 24. *Qui edunt me, adhuc eſurient* &c. *Eccli.* 24. Dum ait: *Qui edunt me*, nullum excludit, ſed à ſe vniuerſos oſtendit paſtos, & ita paſtos, vt ſemper eidem menſæ inhiare. Rem pulchrè expendit D. Bernard. apud Richard. de Sancto Laurent. lib. 3. fatus: *Bernard.* *O domina, in omnes, & ſuper omnes, Maria, de cuius ſubſtantia pars aſſumpta totius mundi ſufficit ſoluere debitum. Grandis in [illegible] ſus propriis remanſit diuitiarum copia, quarum aſſumptio eadem, & inſtauratio potuit vniuerſa. Nec ſolùm tunc operata eſt illa circa mundi ſalutem, ſed & quotidie operatur, quia carne eius, & ſanguine paſcimur in Filij Sacramento quia caro Matris, & Filij vna caro. Et ideò cum Filio poteſt dicere: Caro mea verè eſt cibus. Et forte propter hoc dicit: Qui edunt me, adhuc eſurient*, &c. Tota eucharistica menſa, totum illud myſticum conuiuium de Maria venit, caro Mariæ eſt, & ſanguis eſt Mariæ, ſanguis, & caro, quæ nobis ibi dantur. Nec viros, aut mulieres excludit hoc conuiuium, ſed diues in omnes, & ſuper omnes eſt. Mariæ debemus acceptum, quod omnes recipimus in Altari. Iſaias cap. 9. ait. *Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis.* Circa quæ ait Vrban. Pont. Max in Pſalm. 50. *Iſai.* 9. *Vrb. Pont.* *Datus, inquam, à Patre, qui ſic dilexit mundum, vt et Vnigenitum ſuum daret. Datus à Matre, qua quaſi altera mulier Samaritana, vt aleret nos in fame, in igne Paſſionis te Filium ſuum coxit; & in Sacramento Altaris ad comedendum nobis dedit.* Nota eſt hiſtoria ex 4. Reg. 6. petita, vt in magna Samariæ fame mulier quædam dederit filium ſuum alteri coquendum, & comedendum. *4. Reg. 6.* Qua ſanctior, & iuſtior Maria non vni fœminarum, ſed vniuerſis hominibus Filium ſuum Paſſionis igne tostum in Sacramento Altaris comedendum quotidie tradit. Cùm manna e cælo veniret Exod. 16. *Dimiſerunt quidam manna vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus.* Quod imitatus D. Ambr. dicit ſer. 3. *Exod. 16. Ambroſ.* *De manna vermiculus gignitur, & Dominus Chriſtus de Virgine procreatur. Quem poteris Mariam, manna dixerim, quia eſt ſubtilis, & ſplendida, [illegible]. & Virgo quæ velut cælitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle deſluxit, quem qui edere, aut manducare neglexerit, vitam in ſemetipſo habere non poterit.* Expende illa. *Cunctis Eccleſiarum populis cibum.* &c. tanquam eſt Maria cæleſtis Regina, quæ nullum à menſa excludat, ſed cunctis paret ſalutis cibum.

§. XVII.

Honeſta coniux nunquam non ſit ſub memoria mariti.

ILlud notale fuit in conuiuio Vaſthi, quòd in Aſſueri domo celebrabatur, cùm dicat Textus: *Vaſthi quoque fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi Rex Aſſuerus manere conſueuerat.* Vtitantùs Regina ad ſuum proprium Gynæceum fœminas traheret, ibique cum illis conuiuium ageret. Cur maluit non in ſuo Gynæceo, ſed in Aſſueri cubili ſuum fœminis conuiuium parare? Vt honeſtas, & caſtitas ſolet in conuiuiis periclitari, ſic bona vxor, locum elegit, qui crebriùs maritum repræſentaret: mulieris enim honeſtas, & caſtitas tutiſſimè ſub mariti monimentis ſeruatur. Cùm Iudith ad petulantium Aſſyriorum exercitus vellet ire, ait Text. cap. 10. *Impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit [illegible] veſtimentis iucunditatis ſua.* &c. *Iudith. 10.* Quos matrimonij tempore induere ſolebat ornatus, hos modò reſumpſit, vt ad Aſſyrios vadat. Et cur in tanto diſcrimine ornatum amauit, qui nuptiale tempus in memoriam traheret? Ait D. Ambr. lib. de viduis: *Veſtem illam iucunditatis, quam viuente viro veſtire ſolebat, ſe induit, quaſi placiturum viro, ſi patriam liberaret. Et bene coniugales reſumpſit ornatus, quia monimenta coniugij, arma ſunt caſtitatis.* *Ambroſ.* Sunt equidem monimenta coniugum, arma caſtitatis, quæ fœminas maximè valeant tutari. Vt quæ caſta velit eſſe matrona, hoc curet ſeruare, vt nunquam non præ oculis habeat, quo poſſit maritum recordari.

§. XVIII.

Summa miſeria eſt famuli, quòd domino in rebus peſſimis morem gerat.

HOc valdè notandum in hoc Textu, quòd nominatim ponantur ſeptem illi omnium nobiliſſimi Principes, quibus adducendam Vaſthi Rex mandauerat. Sic enim ait: *Præcepit Maumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha & Zethar, & Charchas ſeptem eunuchis, qui in conſpectu eius miniſtrabant, vt introducerent Reginam*, &c. Scio hoc ſeptenario numero ſignificari præcipuos, & principaliores miniſtros, qui Regibus adſtabant ad maiora negotia obeunda, iuxta quod dicebat ille Tob. 12. *Ego ſum Raphael Angelus, vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Deum.* *Tob. 12.* De quo noſter Sanctius, & ibi, & in præſenti. Illud tamen non paruum mihi dubium facit, cur Textus modò ſingulos hos Principes nominatim poſuerit. In re maiori, & lætiori locutus Text. 1. Machab. 1. de Alexand ait: *Vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute, & diuiſit illis regnum ſuum.* *1. Machab. 1.* Sic in re dati regni miniſtris Alexandri, loquitur Textus in communi, nec vllum illorum nominat. Quando ergo in mandato adeò glorioſo, quo miniſtri Alexandri mandabantur eſſe Reges, nullus eorum à Textu ſacro nominatur; cur in mandato Aſſueri

Clem. Alex. gix, cap. 10. *Speciosa eſt facies, ſed eſt eius tantùm, qui me vxorem duxit.* Nunquam enim credenda eſt fœminæ pulchritudo poſſe eſſe communis aliis, ſed vni ſoli marito.

§. XXI.

Mandatum Principis non per ipſum Principem; ſed per alium dictum infirmius eſt.

MIraris, quòd fœmina potentiſſimi Regis imperium, auſa ſit contemnere: dicit nanque Textus: *Ad Regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempſit.* Et vnde fœmina adeo facilè prætereit Regis potentiſſimi imperium? Non audit illud ex ore Regis, ſed ex ore eunuchorum, quandoquidem ait: *Quod per eunuchos mandauerat.* Nec miror, quòd contemnatur à fœmina imperium, non de ore Regis; ſed de ore miniſtrorum acceptum: valdè enim infirmatur imperium, quod non ab ore Principis, ſed ab ore aliorum auditur profectum. Nouit hoc ſerpens ille antiquus, qui volens Dei præcepta confringere, perrexit ad fœminam: ſic enim Gen. 3 de illo ait: *Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus,* &c. Non virum, ſed fœminam interrogat de præcepto. Et cur non virum, ſed fœminam interrogat. Vir acceperat præceptum immediatè à Deo, & ideò præceptum in viro ſtabilius, & firmius erat, fœmina autem non acceperat immediatè à Deo præceptum; ſed per virum, quo in illa erat infirmius præceptum, & faciliùs confringendum. Pulchrè D. Ambroſ. lib. de Parad. cap. 12. *Non adorſus eſt eum, qui coràm acceperat cæleſte mandatum; ſed eam adorſus eſt, quæ à viro didicerat, non à Deo, quid obſeruaret, acceperat. Neque enim habes, quia mulieri dixit Deus, ſed, quia Adæ dixit: & ideò per Adam cognouiſſe mulier aſtimanda eſt.* Cauit hoſtis adoriri eum, ad quem venerat præceptum immediatè à Deo, magis autem placuit adoriri eam, quæ non per Deum immediatè, ſed per Adamum præceptum acceperat. Præceptum enim illud, vt non per Deum principem, ſed per hominem inueniebatur in fœmina, infirmus iam erat, & facilè confringendum. Hinc Paulus ad Hebræos 1. oſtendebat Apoſtolorum firmitatem in virtute ſupra omnes alios Iudæos, dicens: *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio.* Et quando Deus loquebatur Iudæis per Prophetas, per Angelos, per Moyſem, quid magnum erat, quod Apoſtolis loqueretur per Filiũ? Vt Filius erat ipſum Verbum Dei, loquens Deus per proprium ſuum Verbum cum Apoſtolis, in illis firmiora manebant & præcepta, & verba diuina. Quæ vt in Iudæos non veniebant immediatè à Deo, ſed aut per Angelos, aut per Prophetas illis notificabantur; ſic faciliùs confringebantur, contemnebantur. Quò ſpectans D. Chryſoſt. ait: *Extollet autem Apoſtolos, & oſtendit, quòd & ipſis ſit locutus, & necdum Iudæis contingit. Nam ferme omnes, quibus Prophetæ locuti ſunt, malignos fuiſſe, nefarioſque conſtat.* Facilè equidem euaneſcebant in hominum cordibus mandata illa, quæ à Deo non immediatè, ſed per Angelos, aut Prophetas veniebant. Ideò ſapiens illa anima clamabat Cant. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* hoc eſt, iuxta Orig. homil. 1. ea quatuor: *Iam non mihi per miniſtros ſuos, Angelos duntaxat, & Prophetas loquatur, ſed ipſe per ſemetipſum veniat, & oſculetur me oſculo oris ſui; verba, ſcilicet, in os meum ſui oris infundat, ipſum audiam loquentem, ipſum videam docentem.* Et quando ipſe erat, qui loquebatur per Angelos, & Prophetas, cur ſic iam faſtidit Angelorum, Prophetarúmque verba, & ſola immediata Dei verba audire amat? Pulchrè ait Nicæn. homil. 1 in Cant. *Quia verba Sponſi, ſpiritus ſunt, & vita; & qui vitæ coniungitur, tranſit à morte ad vitam. Proptereà anima vult eius os vitam bullienti os admouere, dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui, qui omnibus ſcatere facit vitam, & vult omnes eſſe ſaluos,* &c. Sunt equidem Dei verba, quæ immediatè ab eo procedunt in lege gratiæ vitam halantia, & ſalutem. Et meritò vocantur verba vitæ, quæ à Dei ore procedunt immediatè, ad differentiam Verbi Dei, quod per Angelos, & Moyſem notificatum erat, quod habebatur verbum mortis, vt notat Hugo Victor. in Epiſtol. ad Roman. cap. 7. Vt enim verba Moyſis non dabant gratiam adimple-

Gen. 3

Ambroſ.

Hebr. 1.

Chryſoſt.

Cant. 1.
Orig.

Nicæn.

Hug. Vict.

tionis; ſic faciliùs contemnebantur, & inde pullulabat pœna mortis.

§. XXII.

In iudicando non potentia, ſed ſapientia prævaleat.

HOc in Aſſuero dignum Principe inuenio, quòd licèt iratus nimis eſſet in contemptricem (vt ipſe putabat) ſuorum mandatorum, tamen non vſus eſt ſua abſoluta poteſtate in eam; ſed confugit ad Sapientes, quorum conſilio vteretur. Habes enim: *Vnde iratus Rex, & nimio furore ſuccenſus interrogauit ſapientes,* &c. O bonum Principem, qui in iudicando reo, ſibi (vt putabat) iniurio diſſimulauit potentiam, & magis voluit præualere ſapientiam! Ioan. 5. dicebat Dominus: *Pater non iudicat quenquam...: ſed poteſtatem dedit Filio iudicium facere.* Et cur Pater abſtinet à iudicio, cuius tractationem Filio remiſit? Ait Richard. à Sancto Laurent. lib. 10. de laud. Mar. vbi probat, Mariam auream eſſe: *Patri attribuitur potentia, Filio ſapientia: cedere autem debet potentia ſapientiæ in iudicio faciendo.* Non attendat Iudex, quid abſolutè facere poteſt, ſed quid iuxta Sapientum placita, & ſententias debeat facere. Ipſe enim Iudex omnium à Patre conſtitutus dicebat de ſe Ioan. 5. *Non poſſum ego à me facere quicquam: ſicut audio, iudico.* Et quando omnipotens eſt, quomodo dicit, nihil à ſe poſſe fieri? Loquitur vt Iudex, qui nihil in iudicio præſtare poteſt, quod prius ex præſcripto ſapientiæ legúmque non audierit. Ait D. Ambroſ. epiſtol. 20. *Non enim quaſi infirmus dicit: Non poſſum ego à me facere quicquam. ſed hoc loco quaſi Iudex loquitur, vt cognoſcamus homines in iudicando, quod non ex voluntate noſtra, & poteſtate; ſed ex æquitate debemus formare ſententiam. Iuſtitia in iudicando, non potentia eſt in iudicando. Ego non iudico: ſed facta tua de te iudicant. Leges te adiudicant quas Iudex non conuerto, ſed cuſtodio.* Poteſtatem debet Iudex obliuiſci, & ſolùm attendere Sapientum præſcripta. Quod leges definiunt, quod Sapientes æquum decernunt, quod prudentia Doctorum loquitur, id exequitur bonus Iudex: præter id nihil. Ex quo pergit Ambr. *Conſideremus itaque, quæ ſit iudicandi religio. Dominus cæli, atque terrarum omnium Iudex dicit: Non poſſum à me facere quicquam. ſicut audio, iudico. Et homo dicit Domino ſuo: Neſcis, quoniam poteſtatem habeo dimittere te, & poteſtatem habeo crucifigere te?* Componite modò Iudicem, & Iudicem Pilatum, & Ieſum, iuſtum, & iniquum. Pilatus totus eſt in oſtentanda poteſtate: Ieſus poteſtatem diſſimulat, vt qui ſolus bonus eſt Iudex, non ex poteſtate, ſed ex æquitate per ſapientiam nota iudicans.

Ioan. 5.

Richar. à S. Laur.

Ioan. 5.

Ambroſ.

Eſther. 1. Reſponditque Mamuchan, audiente Rege, atque Principibus: Non ſolùm Regem læſit Regina Vaſthi; ſed & omnes populos, & Principes, qui ſunt in cunctis prouinciis Regis Aſſueri. Egredietur enim ſermo Reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros ſuos, & dicant: Rex Aſſuerus iuſſit, vt Regina Vaſthi intraret ad eum: & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes Principum coniuges, &c.

§. XXIII.

Nulla non fit iniuria ei, cuius pœna cognoſcitur grata Principi.

QVàm durè, & iniquè Vaſthi factum aggrauatur à Mamuchan? Reſpondit enim: *Non ſolùm Regem læſit Regina Vaſthi; ſed & omnes populos,* &c. Sic bona, & pudica fœmina damnatur, vt totius inobedientiæ erga maritos exemplar, detrimentoſum vniuerſis. Quod ſi Perſarum leges ſpectarentur, Vaſthi laudabile quiddam fecit, eùm ab ingreſſu conuiuij virorum abſtineret. Hoc enim iubebant leges Perſarum, & Parthorum, teſte Macrobio libr. 7. Saturnal. cap. 1. & Macrob.

Ambroſ. D. Ambroſ. de Elia, cap. 5. Et Parthi perſæ non ſolùm à conuiuio, ſed & à conſpectu virorum fœminas arcebant, Iuſtin. teſte Iuſtino, lib. 41. Quando ergo Vaſthi modeſtiam docuit fœminas, iuxta leges Perſarum, & ipſas pudicitiæ leges; cur tanta iniuria factum eius in malum detorquet Mamuchan? Cur inobedientiæ erga maritum rea publicatur? Cur commune malum cenſetur? Equidem Vaſthi pœna pergrata credebatur fore irato Regi; cui vt blandiatur Mamuchan, non detrectat vel iniuria mordere fœminam. Sic prudentia humana, ſic ſapientia mundialis exagitat illos, quorum pœnas pergratas iudicat Regibus, & Potentibus. Iuſſerat aliquando Pilatus Ieſum Ioan. 19. flagellari. Quid tandem? Ait Ioan. 19. *Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea*, &c. Sola verbera mandauit Pilatus: vnde milites tam largam licentiã iniuriarũ ſumpſêre? Cur ad ſpinas currunt? Qua lege ſpinis coronant hominẽ? Qua lege ludibria accumulant, irriſiones congerunt? Nouerant Ieſu pœnam Sacerdotum Principibus pergratam, & inde nulli parcunt iniuriæ, & contumeliæ. Vt dicat D. Leo ſer. de Paſſ. Leo. 3. cap. 6. *Multas illuſiones Domino, ſacerdotalibus ſeruiens oculis irritatio popularis ingeſſit: & in manſuetudinem eius, qui hoc ſponte tolerabat, ſuriens turba ſæuiuit.* Expende illa: *Sacerdotalibus ſeruiens oculis*, &c. quippe dum parentibus & Principibus creditur præſtari officium, nulla iniuria vel immerenti non infertur. Fugiens Saulis furiam Dauid ſe in Ziphiorum campos recepit: erant enim Ziphæi contribules Dauidis, teſte Lyra, ſub quorum vmLyra. bra voluit ille latere. At dicit Textus 1. Reg. 23. *Aſcen-* 1. Reg. 23. *derunt autem Ziphæi ad Saül in Gabaa, dicentes: Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis? … Noſtrum autem erit, vt tradamus eum in manus Regis.* Magna hæc ſane erat iniuria in Dauidem, & quis malus genius potuit inducere homines, vt contribuli ſuo tantum malum inferrent? Id ſolùm perſuaſit affectus blandiendi Regi, Ioſeph. cui grata credebatur Dauidis pœna. Ait Ioſephus lib. 6. cap. 14. relatus a Gloſſa in illa verba: *Ziphæi autem iniuſti, & malignissima voluntate ſua fruſtrati ſunt; qui cùm nihil mali ſuſtinere potuiſſent, ſi Dauidem non indicaſſent, ſolùm propter blandimenta regia virum religioſum, & ad mortem iniuſtè quæſitum prodiderunt.* Expende illud: *Propter blandimenta regia*, &c. nullo alio lucro ſpectato, ſed ſolùm vt Regi blandirentur, in tam nefariam contribulis iniuriam conſenſerunt.

§. XXIV.

Rarus eſt, qui in ſententiis non gerat morem Regibus.

SEntentiam Sapientum in Vaſthi rogauerat iratus Aſſuerus, cui ſtatim Mamuchan reſpondit: *Non ſolùm Regem Regina Vaſthi læſit; ſed & omnes populos*, &c. Nec ſolùm crimen exaggerat; ſed & inauditam à ſolio deturbat regni. Quàm hoc commune in Principum aulis eſt! Regis enim vel leuiter inſinuata voluntas aliorum ad ſe ſententias, & iudicia trahit, & id tandem Conſiliarij decernunt, quod magis eſſe vident ad Principis palatum. Raro inuenitur, qui non ſubſcribat regali affectui. De ſe dicebat Pſal. 118. Dauid Pſal. 118. *Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar.* Si quando priuatus Conſiliarius ad Regum veniebat conſpectum, minime attendebat Regum placita, Regum affectus; ſed teſtimonia Dei, veritatis iudicia; nec confundebatur illa opponere regalibus cupediis. Quod rarus facit in Curiis Regum. Vt dicat Elias Elias. Scholiaſtes Nazianzeni orat. 23. de Herone Philoſopho: *Apud Reges, qui, quod ipſis placuerit, firmiſſimam legem eſſe exiſtimant, cum libertate vixit, in, quæ ipſi ſentiebant, repugnans, iuxta illud Dauidis: Loquebar in conſpectu Regum, & non confundebar. Res certè, quam pauci admodum præſtant.* Pauci equidem, & rari ſunt, qui repugnent regiis affectibus, quin potiùs vniuerſi eò conueniunt, vt morẽ gerant potentibus. Quærebat Rex Achab 3. Reg. 22. proſperitatem in expeditionis ſuæ in Ramahoth, à quadringentis Prophetis 3. Reg. 22. Baal, qui vno ore reſpondent: *Aſcende, & dabit eam Dominus in manu Regis.* Nullus eſt, qui non reſpondeat id, quod videt eſſe ad palatum Regis. Vt Pſeudoprophetæ neſciebant rem; ſed illud ſciebant, quod minus erat periculoſum annuere Regi, illique morem gerere. Trahitur etiam Michæas Propheta verus Dei, qui ſimiliter interrogatus in primis ait: *Aſcende, & vade proſperè, & tradet Dominus in manu Regis.* Et cur Michæas tam grata modò reſpondit Regi? Nónne ille eſt, qui ſtatim oſtendit, vt Achab moriturus erat illo in bello? Si ſtatim dixit illum moriturum, quomodo in primis illum proſperandum aſſeruit? Ait Caietan ibi: *Michæas priora verba dixit nomine proprio, antequàm haberet viſionem hanc.* Aliter locutus eſt Michæas Caietan. poſt reuelationem ſibi factam, & aliter ante reuelationem, quando loquebatur ex propriis. Vbi ex propriis loquitur Regi, & cum Pſeudoprophetis conuenit in annuntiando Regi placentia. Sapidiſſime ait Seneca lib. 6. de Beneficiis, cap. 30. *Non vides, quemadmodum Regum præceps agat extincta libertas, & fides in obſequium ſeruile ſubmiſſa, dum nemo ex animi ſententia ſuadet, diſſuadétque, ſed adulandi certamen eſt, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quis blandiſſimè fallat?* Seneca. Non aliud ſpectant, qui cum Principibus agunt amicè, quàm vt illis blandiſſima promittantur. Quod falſum ſit, quod dicũt, quòd prorſus mendax; nullum periculum habet: id ſolùm eſt periculoſum, quod durum eſt. Et idcò nullus eſt, qui ex ſenſu ſuo adducatur, vt credat dura, & aſpera contra Reges credenda. Huc adducenda dicta tom. 4 de Chriſto figur. lib. 8. cap. 16. §. 2. & tom. 1. in Euang lib. 4. cap. 3. §. 19.

§. XXV.

Vt Regum cupedia pro legibus ſanctiſſimis haberi ſolent.

AIt Mamuchan: *Non ſolùm Regem læſit Regina Vaſthi; ſed & omnes populos, & Principes*, &c. Sic crimen extollit: & vbi ad pœnam ventum eſt, ait: *Si tibi placet, egrediatur edictum… vt nequaquam vltrà Vaſthi ingrediatur ad Regẽ.* Sic vnus ex ſapientiſſimis damnat Reginam coram Rege, & coram ſex aliis Sapientibus: nec vllam legem affert, nec vllum ſtatutũ, quo ſuam roboret ſententiam. Sanè Dan. cap. 4. pro Daniele perdendo ſic agebant Principes Babylonij coram Rege, vt eius legem, & decretum proferrent, imò adderent: *Lex Medorum, atque Perſarum eſt*, &c. Daniel. 4. Et, Deus bone! ſi ſapientes noſtri vellent gratificari Principi in damnatione alicuius, quot leges, quot Doctorum placita, quot Sapientum ſententias in illum retorquerent. Cur Mamuchan adeò ſapiens in damnatione Reginæ nec vllam legem, nec vllam Sapientum ſententiam adducit? Non erat difficile ſapienti viro leges multas retorquere pro hac cauſa, ſed, vt vidit damnationem Vaſthi Regis voluntatis eſſe, illam ſibi pro omnibus legibus ſufficere probauit. Dicit enim Elias Nazianzeni Scholiaſtes datus præcedenti paragrapho: *Reges, quod ipſis placuerit, firmiſſi-* Elias. *mam legem eſſe exiſtimant.* Hoc eſt Regibus pro firmiſſimis, ſanctiſſimiſque legibus, nimirum, quod illis placet, & gratum eſt. De illa arbore regia cantatiſſima dicebat Dan. cap. 4. *Proceritas eius contingens cælum.* Sic enim extolluntur Daniel. 4. Principes, vt in omnibus affectibus ſuis, putent ſibi adeſſe cæleſtia. De illis ait Ioſephus lib. 6. cap. 14. *Quidquid aut per inanem metum, aut odium, vel fauorem irrationabilem decernunt, id tum hominibus etiam, tum Deo quoque ipſi* Ioſeph. *probatum eſſe exiſtimant.* Indéque nihil ſanctum, nihil pium credunt eſſe, ſi eorum cupediis reſiſtat. Quod videndum oſtendo in vno eorum, nempe, in Ptolemæo Rege Ægypti, qui volens Ieroſolymitanum templum intrare, & omnia luſtrare, vt vidit Iudæos repugnantes, eò quòd lex Domini non permittebat admitti gentes in templi ſacrario, tanquám in ſibi contrarios, & perduelles exarſit. De illis enim ita ſcribitur apud Polybium lib. 5. *Cùm ſupertum* Polyb: *adytum eorum ingredi, adq; eximiis, ac pulcherrimis tandecorare donariis, illi antiquo ſuſtu permoti nos ingreſſu prohibuerunt, ignari potentiæ noſtræ. Atque inimicum ſuum animum in nos planè declarant, quippe ſoli præ ſua gentium contra Reges, & benè de ſe meritos ceruices erigentes.* Tales habentur à Regibus, qui vel diuinis legibus ſeruientes, eorum cupediis contrariantur. Vt enim pro ſancta, & firma lege habent, & Deo grata, quidquid ſibi libitum eſt: ſic & inimicos, & perduelles credunt, qui iuxta conſcientiam ſuam, contrariantur. Non aliter Reges Angliæ ant proditionis accuſant eos, qui Deo, & eius Vicario parent, contra Regum abſurdas voluntates.

§. XXVI.

Principum exempla efficacia, ſiue in bonum, ſiue in malum.

HOc ſapienter dicebat Mamuchan de Vaſthi facto, hominum: *Hoc exemplo omnes Principum coniuges Perſarum, atque Medorum paruipendent imperia maritorum.* Equidem quod in Regibus apparet, facile ab omnibus bibitur, ſiue bonum, ſiue malum. Vix enim alia facere poſſunt homines, quàm quæ vident facta à ſublimioribus Poteſtatibus. Quod cognoſcens Lactantius lib. 5. cap. 10. dicebat: *Nec eſt difficile docere, cur Deorum cultores boni, & iuſti eſſe non poſſint. Quomodo enim ſanguine abſtinebunt, qui colunt cruentos Deos, Martem, atque Bellonam?* Lactant. *Quomodo parentibus parcent, qui expulſorem patris, &c. Quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt Deam adulteram?* Quando ergo Dij gentium Rectores mundi proponebantur, & homicidæ, & parricidæ, & adulteri repræſentabantur, nullis artibus videbantur homines poſſe retineri, quin ad ſimilia crimina aduolarent. Vt enim dicit D. Auguſt. lib. 2. de ciuit. cap. 7. *Omnes cultores talium* August. *Deorum, mox vt eos libido perpulerit, feruente, vt ait Perſius, tincta veneno, magis intuentur, quid Iupiter fecerit, quàm quid docuerit Plato, vel cenſuerit Cato.* Vana ſunt Philoſophorũ dogmata pro inſtituendis, componendiſque moribus, vbi alia factis ſuis docent Rectores mundialis Orbis. Quod ſcientes Dæmones, de ſe inceſtus, & furta, & homicidia prædicari ſinebant, vt faciliùs à popularibus biberetur, quod in mundi Rectoribus videbant. Hinc Deus verus Angelos ſuos præpoſuit gentibus, & per Filium ſuum fecit, vt tales Præpoſiti magis cognoſcerentur, vt eorum æmulatione homines ad vitam raperentur angelicam. De Angelis docebat Paul ad Heb. 1. *Nónne* Hebr. 1. *omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis?* Sunt equidem Angeli adminiſtratores, & gubernatores hominum in ſalutem. Et quanta id vtilitate? Quantam via dicere poſſumus. Vbi enim eos clariùs nouerunt homines, & eorum vitam æmulati fuerunt? Ait Theodoret. ſer. de Angelis, déque Theodor. Dijs, &c. *Ab vniuerſorum Deo ad humani generis ſalutem, gubernationemque Angeli ſunt miſſi. Hoc enim de ipſis diuinus teſtatur Apoſtolus, quo loco inquit: Nónne omnes adminiſtratorij Spiritus? Horum profectò vitam imitati ſunt, quicunque hominum Dei ſeruitium adamarunt; fugerunt enim quantumuis legitimam commixtionem, vtpote quæ animum à diuinis rebus abducit.* Vt Angeli gubernatores, & Principes noſtri non nubent, neque nubentur: ſic, qui ſub eorum protectione ſunt, eorum vitæ puritatem ſunt imitati ab omni commixtione alieni. Bibitur enim facilè à ſubditis, quod in ſublimioribus Poteſtatibus cernitur. Huc trahenda dicta 1. tom. in Euang. lib. 3. c. 1. §. 9. & lib. 4. c. 5. §. 22. & tom. 3. de Chriſto figur. lib. 6. cap. 1. §. 22. & cap. 4. §. 4.

§. XXVII.

Id ſolùm, quod ad æternitatem conducit, maximè præ oculis habendum.

HEu quot voces armantur aduerſùs fœminam vnam, & planè immerentem? Ait Text. *Placuit conſilium eius Regi, & Principibus, fecitque Rex iuxta conſilium Mamuchan. Et miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias regni ſui, vt quæque gens audire, & legere poterat, diuerſis linguis, & literis,* &c. Quotquot erant linguæ diuerſæ ſub ditione tanti Monarchæ, nempe, Aſſueri, iubentur clamare exauthorationem Vaſthi, eiúſque repudiũ. Deus bone! ſic vna innocens fœmina exagitatur tot vocibus, tot clamoribus prouinciarum? Vnam, & immerentem fœminam ſic morderi decet apud tot populos, & nationes? Non miror: vt enim tot illæ voces, tot illæ literæ vnum Vaſthi temporale repudium à mundiali regno ſonabant, ſic pro nihilo à Deo habebantur. Crede mihi: non eſt vox, non eſt clamor, qui de bonis, aut malis temporalibus agunt: illa ſola æſtimanda, & ponderanda ſunt, quæ æternum quid afferunt. Dicebat Iſaiæ 42. Dominus Iſaiæ c. 42. *Tacui, ſemper ſilui.* Et mirabar, quòd tam aſſeueranter Deus dicat, ſe vſque modò ſemper tacuiſſe. Nónne voces Dei erant illæ, de quibus ait Actor. 2. Act. 2. *Cœperunt loqui varijs linguis.* Nulla enim eſt lingua in Orbe terrarum, in qua Deus non loquatur abdicationem rerum temporalium, inſtitutionem nouæ vitæ, veteris fermenti abdicationem. Et quidem ait Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum.* Pſal. 18. Nónne iis vitia vetantur, promouentur virtutes, peccatores exagitantur, extolluntur iuſti? Quomodo ergo verum eſt, quòd inter tot voces, & clamores Dei dicatur Deus minimè locutus, ſed ſiluiſſe? Dum nondum vltimã æternitatis ſententiam pronunciat, æſtimat Deus ſiluiſſe. Pulchrè ait D. Aug. hom. de omnibus, c. 3. *Audio te loquentè in tot* Auguſt. *præceptis, in tot ſacramentis, in tot paginis, in tot libris. Audio denique in hoc ipſo, quod dicis: Tacui. Quomodo ergo tacuiſti? Quia nondum dico: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, & nondum dico alijs: Ite, maledicti, in ignem æternum.* O verum! Etſi audias homo totum montem Sinai concrepantibus buccinis reſonare, & inter tonitrua muſitare ad præceptorum publicationem: etſi audias Prophetas aduersùs vitia conclamare: etſi ſonent Apoſtoli nuditatem, & paupertatem prædicantes: etſi mille tyranni perſonent, qui duriſſimas leges ferant in Chriſtianos: adhuc ſilentium eſt, adhuc creditur nulla vox audiri, adhuc & Deus, & creaturæ eius in taciturnitate ſunt, vſque dum ſonet vox illa extrema, quæ alios æternis coronis, alios æternis ignibus adſtringat. Nihili ſunt apud Deum, quæ non ſunt æterna, ſiue ad abiectionem conducant, ſiue ad gloriam. Formam ſerui accepit Filius Dei, & habitu inuentus eſt vt homo, pro quo ait ipſe Ioan. 14. *Pater maior me eſt.* ſed & Spiritus Ioan. 14. Sanctus in forma columbæ apparuit ſuper Ieſum, Luc. 3. Luc. 3. & ſuper Apoſtolos in ſpecie linguarum ignearum, & nihilominùs nunquam Spiritus Sanctus dicitur minor Patre, nec Pater dicitur maior eo. Quando ergo Filius Dei ex forma hominis aſſumpta dicitur minor Patre, cur Spiritus Sanctus ex forma columbæ, ſiue ex forma linguarũ ignearum non dicatur Patre minor? Forma hominis, aut ſerui ſic aſſumpta fuit, quaſi non relinquenda, ſed in æternum conſeruanda: ne miremur, quod Dei Filius denominetur vel maior, vel minor ex iis, quæ ſibi ſunt æterna. Nõ ſic forma columbæ, nec forma ignis aſſumpta eſt ab Spiritu Sancto, ſed ſic aſſumpta eſt, vt ſtatim relinquenda. Quæ autem ſic relinquuntur, & prætereunt, vt nihili reputantur: ſic nullam denominationem præbent Deo. Dicit D. Auguſt. lib. 2. de Trinit. cap. 7. *Miſſus dicitur* Auguſt. *etiam Spiritus Sanctus,* (quando vel in forma columbæ, vel in ſpecie linguarum ignearum apparuit,) *non tamen minor Patre dictus eſt, ſicut Filius propter formam ſerui: quia illa forma ſerui inhæſit ad vnitatem perſonæ, illæ verò corporales ſpecies ad demonſtrandum, quod opus fuit, ad tempus apparuerunt, & eſſe poſteà deſierunt.* Quæ autem ſic tranſeunt, & deſinunt eſſe, nullum negotium Deo, imò nec homini cordato faceſſunt. Quis reputet gloriam pertranſeuntem, aut reputet minorationem, quæ citiſſimè deſinit eſſe? Illa ſola reputanda ſunt, quæ ab vltima ſententia ſupremi Iudicis veniunt, vt quæ ſint æterna.

§ XXVIII.

Non per Principes; ſed per Deum, & virtutem ſalus.

A Marito Rege, & eius conſiliariis ſapientibus damnatur Vaſthi, dum ait Text. *Fecitque Rex iuxta conſilium Mamuchan. Et miſit epiſtolas,* &c. Vt Mamuchan conſuluit, ſic executus Rex, Vaſthi à Regia, & thoro excludi iubet. Nec vllum pro ſe Vaſthi auditur feciſſe verbum apud Regem. Nullius Principis patrocinium dicitur quæſiuiſſe, nec vllis blanditiis emolliuiſſe mariti animum. Infra cap. 7. vbi Aman vidit ſe ab Eſthere damnari, *ſurrexit, vt rogaret Eſther* Eſther. 7. *Reginam pro anima ſua?* Cur non ſimiliter Vaſthi Regina, vbi iram Regis audiuit, vbi damnationem ſuam intellexit, non etiam ſurrexit, & rogauit Regem pro anima ſua? Inde forſan felicior fuit exitus Vaſthi, quàm Amani. Hic enim de ſtratu Reginæ, quam rogabat, ductus eſt ad furcam: illa autem nihil à Rege petens; ſed in honeſtate ſeruanda perſeuerans, & inde magis in authore totius virtutis fidens, repudiata fuit à regali thoro; ſed in vita apparuit indemnis. Et quis non Principum, ſed virtutis requirens patrocinium, non in ſalutem venit? Danielis c. 6. ipſe Daniel ex ſententia Darij Regis, & Principum eius miſſus eſt in lacum leonum, vt ab illis diſcerperetur. Et ait ipſe: *Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Daniel. 6. Vel inter rabidiſſimos dentes leonum viuit

illæſus Daniel? vnde in tanto diſcrimine potuit Daniel in ſalutem venire? Fuerat decretum à Principibus, & confirmatum a Rege, vt per ſpatium triginta dierum nullum aliud Numen rogaretur ab hominibus, niſi ſolus Rex Babyloniæ. Daniel autem inuentus eſt non rogare Regem, ſed Deum: dicit enim Textus: *Inuenerunt Danielem orantem, & obſecrantem Deum ſuum.* Qui ergo magis Deum, quàm Regem rogare voluit, non mireris, ſi io ſalutem eat, cùm ſalus non per Principes, ſed per Deum veniat. Ait D. Auguſt. ſer. de tempore barbarico: *Daniel nec à Rege homine petitionem aliquam poſceret, ſed à Deo viuo, qui proſtat omnia bona ſua, leonibus tenetur antelatus in eſcam datus eſt, vt periret, ſed Dominus fidelem ſeruum ſuum, non deſerens, illum intactum ſeruauit.* Expende illa: *Nec à Regi homine petitionem aliquam poſceret, ſed à Deo viuo.* Totum hoc Danielis fuerat facinus, quod à Rege nihil peteret, ſed à Deo; & propter hoc mittitur in leonum lacum: ſed ibi obtigit illi ſalus, Deo dante, quam minimè Rex daret. Confuge ad Principes, & de eorum pedibus ibis ad furcam: confuge ad Deum, & ibis in vitam.

Auguſt.

Eſth. 2. His ita geſtis, poſtquàm Regis Aſſueri ira deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet. Dixeruntque pueri Regis, ac miniſtri eius: Quærantur Regi puellæ virgines, ac ſpecioſæ: & mittantur, qui conſiderent eas, &c.

§. XXIX.

Poſt iram exercitam non rarò amantis animus acerrimè exulceratur.

IRatus Aſſuerus in ſibi amantiſſimam coniugem Vaſthi, illam à Regia amandat: ſed poſt iram, ſtatim amoris renatus eſt ſtimulus, qui animã Regis lancinar nõ deſiſtit. Eò ſpectant verba illa: *Poſtquàm Regis ira deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſt.* Nimirum, rediit Rex in memoriam excluſæ vxoris; pupugit ipſius animũ ingens ille, quo proſequi eam ſolebat, amor. Admirabilis eius ſpecies, magno iam opere requirebatur, & ardentia pectora acriùs inflammabat memoria malorum, quæ tam dilecta coniux fuerat paſſa. Sic poſt iram exagitant animum amantis rediuiui amoris flammæ. Deperibat quondam Herodes vxorem Mariamnem, quam audi non ingratam Ioſippo ſcarri quid tunc? Ait Egeſippus lib. 1. c. 37. *Dolore iniuriæ iubet occidi vtrumque. nec multò poſt ſecuta eſt factorum pœnitentia. & vbi ira receſſit, amor ſucceſſit, & poſſio reſuſcitata eſt, tantúſque incaduit feruor cupiditatis, vt defunctam non crederet, atque in exceſſu mentis poſitus quaſi viuam alloqueretur.* Pergit multa alia rabidiſſimi amoris ſigna narrare. Quæ omnia ſatis oſtendunt, vt poſt iram reuireſcere ſolent amoris flammæ, quæ exagitant, & pungunt amantis animum. Quod etiam in ſanctiſſimis amoribus credens Ieremias, poſt viſam Ieroſolymam à Deo irato ſolo æquatam, & totam illam quondam Deo dilectam gentem abiectam, conculcatam, & ſub flagello dolentem, clamat ad Deum Threnor. 1. aiens: *Vide, Domine, & conſidera, quem vindemiaueris ita.* Et cur petit à Deo, vt videat, & conſideret, quem iratus percuſſerit, quem conculcauerit, vt ſolent racemi conculcari in torculari? Vt nouerat amatorem Deum Ieroſolymitanorum, poſt ſupplicium datum, poſt iram exercitam, putabat reſurrecturas amoris priſtini flammas, quæ animum exulcerarent. Rup. lib. 10 in Ierem. cap. 55. *Vide, Domine, inquit, ſi oculos miſericordiæ conuerteris huc, & quod facis ipſe videris, ipſe viſu tuo vulneraberis, ſatis pœnarum æſtimabis.* &c. Expende illa: *Ipſe viſu tuo vulneraberis.* quippe poſt iræ ſtragem attentè viſam, non poteſt amatoris animus non acriter pungi, & vulnerari.

Egeſipp.

Thren. 2.

Rupert.

§. XXX.

Mundialis ſublimitas turpe credit poſſe flecti, non diuina.

DIcitur Aſſuerus recordatus Vaſthi, illis verbis: *Poſtquam Regis ira deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, & quæ paſſa eſſet.* Recordatus, inquã, eſt eũ pœnitudine facti, & cum deſiderio amatæ coniugis, & triſtabatur, vt ait Ioſephus lib. 11. c. 3. quòd propter irreuocabile edictum ſuum, eam non poſſet reuocare. Sed vnde irreuocabile edictum, vbi eſt patientis iniuria, Regis deſiderium, & poteſtas? Danielem à pœna reuocare volenti Dario ſimiliter obiiciebatur edictũ Perſarum irreuocabile; cui tantiſper Rex paruit, & Prophetam leonibus tradidit. Vbi autem vidit Danielem inter leones ſaluum, hominem reuocat ad priſtinam dignitatem, & authores edicti mittit in leonum lacum. Sic habes Dan. 6. Quando ergo Darius contempſit edictum Perſarum pro Daniele liberando, & authores edicti mactat: cur & Aſſuerus pro reuocanda vxore adeò dilecta non ſimiliter contemnit edictum Perſarum? Cur in Aſſuero edictum erit vneum fortius fuit, quam amor vxoris, quam dolor de pœna immerenti data, quando in Dario, & edictum, & eius authores perduntur pro Daniele? De Dariano facto locutus Theodoret. ait: *Hoc quoque diuinæ iuſtitiæ opus eſt, & ſapientiæ.* In Dario operabatur & iuſtitia, & ſapientia Dei, quæ nouit flecti, & dira reuocare. Non ſic in Aſſuero, in quo & faſtus, & ſapientia mundialis operabatur, quam flecti pudet, ne vnquam excutiſſe iaceatur. Hanc in mundialibus Principibus fœtidam rationem ſtatus mordet Seneca lib. 6. de Benef. cap 30 fatus: *Secuti iram, quam nemo reuocabat, multorum ſanguinem hauſerunt, fuſuri nouiſſimè ſuum. dum vindicant inexplorata pro certis, flectique non minùs exiſtimant turpe, quàm vinci.* Hoc putant conuenire ſemper maieſtati, vt nunquam flectatur. Mirabar ego ſæpe, quòd dicit 2. Machab. 7. nimirum: *Contigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua apprehenſos compelli à Rege contra fas edere carnes porcinas* &c. Ecce tibi, quò ſpectabat totum potentiſſimi Regis Antiochi ſtudium; vt, nimirum, pueri Hebræi vel ſemel carnes porcinas manducarent. Necnon & potentiſſimi Imperatores Romani hoc intendebant totis ſuis viribus, vt Chriſtiani vel ſemel idolis incenſa offerrent. Ad hoc extorquendum, & ignes, & gladij, & millia tormentorum genera parabantur, quæ ſtatim ceſſaſſent, ſi ſemel Hebræi carnibus porcinis veſcerentur, vel Chriſtiani ſemel idolis ſacrificarent. Sed eſto, quòd ſemel errarent, aut Hebræi, aut Chriſtiani? quid hoc ad triumphum Imperatorum, aut Regum? Nonne factum illud correctionem haberet citiſſimam? Nonne de exorto errore ad fontem pietatis Deum euolarent? An credebant ſtulti, Deum Chriſtianorum, & Hebræorum ſic eſſe inflexibilem, vt quos ſemel infenſos ſibi haberet, nunquam ad ſuam gratiam reuocaret? Equidem, vt turpe ſibi putabant, mundiales Poteſtates poſſe flecti, ſic de diuina maieſtate iudicabant, adeò vt qui ſemel deuiarent, iam perpetuò contrarius abdicati manere credebantur. Rem pulchrè tractat Lactant. lib. 5. cap. 13. aiens: *In hoc quoque malitia illorum coarguitur, qui euertiſſe ſe funditus religionem Dei opinantur, ſi homines inquinauerint; cùm & Deo ſatisfacere liceat; & nullus ſit tam malus Dei cultor, qui data facultate ad placandum Deum non reuertatur, & quidem deuotione maiori. Peccati enim conſcientia, & metus pœnæ religioſiorem facit; & ſemper multò firmior eſt fides, quam reponit pœnitentia. Quid eſt tandem, quòd Deum noſtrum tam immitem, tam implacabilem putent, vt videatur iis tam Chriſtianum eſſe non poſſe, qui Deis eorum coactus, inuitúſque libauerit?* Sapientiſſimè his traducitur ethnicarum Poteſtatum ſtultitia, qui eò ingentem tormentorum vim applicant, vt vel ſemel fidelis in præſentiarum diuinis non obediat mandatis; ſicque per vnum lapſum vi tormentorum extortum, de fideli homine actum putent, quaſi non poſſit in bonum reuocari, quaſi lapſus ſæpè non deuotionem priſtinam acuat, quaſi Deus inflexibilis prorſus ſit, nec ſoleat flecti. Apage hoc à Deo vero, à diuina maieſtate, cuius eſt vel contumaces ſeruos in glorioſiorem ſtatum excitare.

Daniel. 6.

Theodoret.

Senec.

Lactant.

Et credant Principes tyranni, quòd per lapſus extortos à fidelibus, occaſionem Deus accipit, qua firmiores inde ſuæ fidei columnas valeat dolare.

§ XXXI.

§. XXXI.

Vxor non ob pulchritudinem, ſed ob probitatem vitæ ſpectanda.

PErpende conſilium Aſſuero datum in præſenti, nimirum. *Dixerunt pueri Regis, ac miniſtri eius. Quærantur Regi puellæ virgines, ac ſpecioſæ, & mittantur, qui conſiderent per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas,* &c. *Et quæcunque inter omnes placuerit oculis Regis, ipſa regnet pro Vaſthi.* Hoc dixerunt pueri Regis, hoc eſt, iuuenes Palatini, teſte Serario. Mamuchan, aut vnus è ſeptem Sapientibus ſuprà Eſther. cap. 1. illud dixerat: *Nunquam vlterà Vaſthi ingrediatur ad Regem, ſed regnum illius altera, quæ melior eſt illa, accipiat.* Ecce tibi, quàm aliud eſt iuuenum conſilium à Sapientum conſilio in deligenda vxore. Iuuenes dicunt: Quæratur virgo ſpecioſa, quæ oculis placeat Regis. Sapientes autem nihil de ſpecioſitate, nihil de re illa, quæ oculis decernitur, ſed ſolam morum probitatem ſpectantes dicunt: Quæratur altera melior. Et quidem hoc eſt Sapientium conſilium, quòd vxor non eligatur oculorum, ſed mentis trutina, per quam non tam ſpecies, quàm probitas ſpectetur. Hinc monebat D. Chryſoſt. homil. 11 in Matth. *Tu itaque iuuenis, quando vxorem ducere vis, ſi virgo, aut ſi puella nuptui tradatur, noli quærere diuitem, ſed benè morigeratam. Noli quærere ſpeciem, quia ſcriptum eſt Prouerb. 11. Sicut inaures aureæ in naribus porci, ita mulieris malè moratæ ſpecies. Quia ea ſpecie meretrices placent, in moribus autem matronæ.* Nouerant hanc doctrinam ſapientes viri, & ideò Abrahamus Geneſ. 24. volens parare nuptias filio ſuo Iſaaco, vocat ſeruum ſuum Eliezerum, cui ait: *Non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito; ſed ad terram, & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias vxorem filio meo.* Non oculis Iſaaci eligenda datur vxor; ſed prudenti ſeruo mandatur, vt puellam de probo genere afferat. Circa quæ ait Chryſoſt. *Attende, quomodo veteres non quærebant ſubſtantiam multam, non externa venuſtatis formam, ſed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem. Nam, quoniam videbat malitiam Chananæorum, præcipit ſeruo, vt ex ſua cognatione vxorem adducat Iſaac.* Sic ſapientes viri pulchritudini præferebant probitatem. Nec oculis mandabant vxoris electionem, ſed iudicio animi. De quo etiam in præſenti dicebat Rupert. *Fides ſimul, & caſtitas iam eſt coniugij res hæc, quia, videlicet, nec ſenex Abraham nurum de Chanaan quæſiuit. Nec iuuenis Iſaac vxorem ambiuit, quam concupiſſet oculis; ſed eam, quam nunquam viderat, ſecundum voluntatem præſtolatus eſt patris. Et hic ita iuuenilem petulantiam ſupergreſſus eſt, vt illam ſpectaret coniugem, quam Deus daret, non quam concupiſcentibus oculis, ipſe cum dote magna rapuiſſet.* Nullus ſapiens credat oculis rem tanti momenti, nec coniugij bonum ponat in pulchritudine, quæ vel morbo eripi poteſt, vel multa ſolet parere diſcrimina. Gen. 12. dicebat Abrahamus pulcherrimæ ſuæ vxori: *Noui, quòd pulchra ſis mulier, & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi ſunt: Vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro, quòd ſoror mea ſis.* Magis volebat prudens homo videri frater pulchræ fœminæ, quàm maritus. Quod notans D. Ambroſ. ibi ait. *Aduertebat Abrahamus inter huiuſmodi viros tutam eſſe vxoris pudicitiam, ſibique coniugis pulchritudinem periculo futuram, monuit vxorem, vt ſororem ſe diceret. Quo docetur, non magnopere decorem quærendum coniugis, qui virro notam plerunque gignere ſoleat. Non enim tam pulchritudo mulieris, quàm virtus eius, & gratia delectat virum.* Non tantum à pulchritudine oblectamentum venit, vt à ſuauitate morum, à compoſitione vitæ.

Chryſoſt.

Geneſ. 24.

Chryſoſt.

Rupert.

Geneſ. 12.

CAPVT V.

Eſtheris adductio in Regiam.

TEXTVS HISTORIA.

VRGEBAT Regis imperium quærendarum virginum miniſtros: ſed magis vrgebat Regem libido, quæ, vt latiſſimum luxuriandi campum inuenerat, nullis finibus amabat coarctari. Gynæcea Palatij tenebat non parua pulchritudinis manus: quadringentæ erant virgines, teſte Ioſepho, eæque ſpecioſiſſimæ, quæ de plurimis electæ prouinciis deſiderium Vaſthi ab animo regali protinus expungerent. Inter eas de ipſa Curia Suſan adducta fuit Eſther, quaſi inter ſtellas fulgentiſſimum Lunæ iubar; rapuerant formoſiſſimam puellam Regis miniſtri, annuente ipſius patruo Mardochæo, renuente ipſa. Quæ vt Regis impleuit oculos, corde vacuauit pectora, & nouis curis animum regalem diſtrinxit. Quare illi afferri iuſſit, quæ magis amant lautæ, & elegantes fœminæ, quæ in mundo muliebri numerantur, & quæ ex Regis præſcripto ad vſum, & delicias habuere reliquæ. Inſuper illi addixit ſeptem puellas inſigni ſpecie, quibus abundè de ornatu, inſtructúque muliebri prouideri iuſſit. Intereà cum ſociis puellis, & cum Præpoſitis eunuchis placidiſſimè agebat Eſther, vnum ſolum obſeruans, Palatinis inſolens, nimirum, de patria, deque parentibus ſuis, nec verbum eſt locuta. Mandauerat hoc ſapiens Mardochæus pupillæ ſuæ, præcauens multa, qui vt inter Palatinos inſignis erat, ſic frequentiſſimus videbatur in atriis Regiæ, ſaluti ſuæ Eſtheris inuigilans.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

O Dei ſapientia fortiter, & ſuauiter diſponens omnia! Ecce & palam in virginibus adducendis Aſſueri cupiditas ſeruitur; occultè tamen remedium paratur Iudæorum ſaluti, vel antequàm incurrant diſcrimen.

Eſther. 2. Cúmque percrebruiſſet Regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Suſan, & Egeo traderentur eunucho; Eſther quoque inter cæteras puellas ei tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fœminarum. Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conſpectu illius.

§. I.

In virginitate perſuadenda maximè cauet Deus, ne ſit vlla vis imperij, aut præcepti.

AIt Text. *Cùm percrebruiſſet Regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur,* &c. Adducebantur virgines, iuxta imperium, & mandatum Regis, vt virgines eſſe deſinerent, non vt virgines permanerent. Ea enim eſt virginitas, quæ nulli imperio, nulli mandato ſeruit, & in qua maximè cauet Deus, ne vlla intercedat coactio, aut vis præcepti. Ex quo D. Paul. 1. ad Cor. 7. expreſſiſſimè fatetur: *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* Et meritò de virginitate præceptum tollitur, dicit D. Aug. lib. de ſancta Virg. cap. 4. *Vt in terreno, mortalique corpore cæleſtis vitæ imitatio, voto fieret, non præcepto, amore eligendo, non neceſſitate ſeruiendo.* Sic Deus præcauit, ne de virginitate ſeruanda præceptum daretur, vt vel verba, quæ id ſonare viderentur, in hac re

1. Cor. 7.

Auguſt.

Gen. 1.
Matth. 19.

non præmitteret. Et cùm primis coniugibus locutus dicebat Dominus quaſi præcipiens : *Creſcite, & multiplicamini.* Vbi autem in Euangelio ad tractatum de Virginitate acceſſit, dicit Matth. 19. *Qui poteſt capere, capiat.* nec verbum præmittens, quod vim aliquam, aut præceptum videretur habere. De quo pulchrè ait D. Aldhelmus de laud virg. cap. 8. *Olim vt mundi latitudo fœcunda ſobolis proſapia repleretur, diuina aliter ſanxerunt edicta : Creſcite, & multiplicamini. Nunc verò eiuſdem Regis decreta pro temporum qualitate mutantur, & aliter legem promulgare putatur; Qui poteſt, inquit, capere, capiat. Hac quidem humana fragilitatis praſcius, non rigido præcepti ſtimulo; ſed clementi ſuggeſtionis conſilio ſuadere videretur.* In re connubij non detrectauit verba ponere, quæ, etſi non eſſent verba præcepti, tamen aliquale imperium ſonare viderentur. At in virginitatis publicatione, neque vmbra ponitur imperij, ſed expreſſiſſime ponitur, quàm libera debet eſſe virginitatis electiò, ad quam curratur ſolo ex voto, & libero animi affectu. Dicebat Paul. 1. ad Corint. 7. *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, benè facit : & qui non iungit, melius facit.* Expende illa, nimirum : *Qui non iungit.* quibus videntur parentes, aut propinqui virginum accipere eam in illas poteſtatem, qua poſſint imperare virginibus, ne nubant, ſed magis conſiſtant in vita virginali. Quod minimè verum eſt : poſſunt enim virginitatem conſulere, ſed minimè imperare. Quod ibi docuit D. Gaudent. tract. 8. aiens : *Parentes autem vel conſanguinei quique virginum, tam puerorum, quàm etiam puellarum, nolo ſibi de ſupradicta libertate arbitrij blandiantur, quod alicuius mentibus eos dominare non poſſe tractauimus. Imperare quidem perpetuam continentiam non poſſunt; quia ea eſſe noſcitur voluntatis. voluntatem tamen in melius nutrire poſſunt, & debitores ſunt. vt moneant, vt hortentur, vt foueant, vt pignora ſua Deo magis geſtiant obligare, quàm ſæculo.* Expende illa : *Imperare quidem perpetuam continentiam non poſſunt.* nulli, neque parenti, neque conſanguineo permittitur, quòd imperiosè ducant filios ad ſtatum perpetuæ virginitatis. Et quidem matrimonium inuenio aliquando imperatum eſſe à Deo, ſaltem Oſeæ Prophetæ, virginitatis autem ſtatus nulli vſque modò imperatus eſt.

Adhelm.

1. Cor. 7.

Gaudent.

§. II.

In matrimonio multa ſeruitus, in virginitate libertas.

EX quo puellæ ad nuptias deliguntur, expende, quot ſubijciantur legibus, ait enim : *Cùm percrebruiſſet Regis imperium, & iuxta mandatum illius multa pulchra virgines adducerentur Suſan. & Egeo traderentur,* &c. Iam futuri mariti legibus parentes, relinquunt patriam, paternam domum, ſe ſe ignoto homini ſubijciunt, nempe, Egeo. In quam ſeruitutem non trahit coniugium & iuuenes, & puellas? Meritò D. Aldhelmus de Virg. c. 9. ait : *Eſt virginitas aurum, caſtitas argentum, iugalitas æramentum. Eſt virginitas pax, caſtitas redemptio, iugalitas captiuitas. Eſt virginitas Regina, caſtitas domina, iugalitas ancilla.* Quidquid ſeruitutis eſt, coniugatis relinquitur; libertas autem maximè conuenit virginibus. Hæc fuit ſententia fœminis coniugatis data Gen. 3. *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris* Quam ſententiam expendens D. Auguſt. homil. 4. de Aſſump. Mariæ, fatur: *Ærumnam Maria ſuſtinuit, cuius animam gladius Paſſionis Chriſti pertranſiuit; ſed conceptus non multiplicauit, nec ſub viri, id eſt, mariti poteſtate deguit, quæ integerrimis viſceribus de Spiritu ſancto Chriſtum ſuſcepit, & virginitatis integritate manente, virgo permanſit.* Communicauit Maria cæteris fœminis in ærumnis, non communicauit in ſeruitute. Cæteræ enim coniugatæ corpus ſuum habent ſub poteſtate viri; Maria autem hanc poteſtatem non nouit, vt quæ erat integerrima Virgo: virginitas enim neſcit ſeruitutem. Vnde D. Damaſc. orat. 1. in Nat. Mariæ, ait: *Eua per diuinam ſententiam hoc audit: In dolore paries filios tuos. Maria : Aue, gratia plena. Illa: Ad virum erit conuerſio tua. Hæc : Dominus tecum.* Audiunt equidem coniugatæ, quòd ſint ſub virorum poteſtate, Virgini autem non dicitur, niſi vt Deum habeat, & quidquid humanæ ſeruitutis eſt, excludat. Dicebat Paul. 1. ad Cor. 7. *De virginibus præceptum Domini non habeo.* Id quod vertens D. Ambr. in Exhort. ad Virg. ait : *Sola eſt virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. Res magis voti, quàm præcepti, electionis magis eſt, quàm ſeruitutis. Sola virginitas poteſt libertatem dare. Quæ nupſerit ad ſeruitutem, pecunia ſua emitur. Meliori conditione mancipia, quàm coniugia comparantur. In illis meritum emitur ſeruitutis, in iſtis pretium ad ſeruitutem additur. Nupta venalis auro grauatur, auro æſtimatur.* Quid pulchrius? Quid verius?

Adhelm.

Gen. 3.

Auguſt.

Damaſc.

1. Cor. 7.

Ambroſ.

§. III.

Vt poſſit eſſe præceptum de virginitate.

DIcit Textus: *Iuxta mandatum illius multa virgines pulchra adducerentur.* erat quidem mandatum Regis impij pro adducendis virginibus ad matrimonium : pro adducendis virginibus ad perpetuam virginitatem ſeruandam, nullum vſque adhuc fuit humanum, aut diuinum mandatum. Sed forſan quæres, an poſſit eſſe aliquando præceptum circa virginitatem perpetuam ſeruandam? Pater Iuſtinianus in 1. ad Corinth. cap. 7. num. 25. iuxta generis humani propagationem de facto compoſitam negat poſſe eſſe præceptum de ſeruanda virginitate commune omnibus: quia tale præceptum deſtrueret totum ordinem conſtitutum. Quin etiam addit, nullam poſſe eſſe rationem, ob quam tale præceptum alicui poneretur particulari. Cui fauere videtur D. Ambr. lib. 1. de virg. fatus : *De virginibus, inquit Apoſtolus, præceptum non habeo. Si Doctor gentium non habuit, habere quis poterit? Non enim imperari poteſt virginitas, ſed optari.* Nihilominùs ego & do Ambroſio, vſque modò nulli conceſſum eſſe à Deo, quòd legem, aut præceptum imponat alicui de virginitate ſeruanda, & nihilominùs addo, poſſe etiam in hoc rerum ordine eſſe aliquam rationem tam magni ponderis, ob quam Deus alicui virginitatem perpetuam mandaret. Verbi gratia : ex eo, quòd Filius Dei naſciturus erat de Virgine æternùm duratura in virginitate, poſſet Deus futuræ eius Matri virginitatem perpetuam præcipere. Quod expreſſis verbis docuit D. Auguſt. lib. de ſancta Virginitate, cap. 4. fatus : *Poterat & iuberi Maria Virgo permanere, in qua Dei Filius formam ſerui congruenti miraculo acciperet: ſed exemplo ſanctis futura virginibus, ne putaretur ſola Virgo eſſe debuiſſe, quæ prolem etiam ſine concubitu concipere meruiſſet, virginitatem Deo dicauit, tùm adhuc quem eſſet conceptura, neſciret.* Expende illa, nimirum : *Poterat & iuberi Maria Virgo permanere, in qua Dei Filius formam ſerui acciperet.* Tantum enim erat bonum, quòd Filium Dei daret mundo hominem factum, vt quando ad id neceſſaria aliquo modo erat virginitas perpetua, ad illam poſſet præcepto diuino obligari Mater futura. Et miror, quòd tam patens ratio præcepti de virginitate imponendi alicui ignota fuerit Iuſtiniano in Literis ſacris verſatiſſimo. Quin non dubito ſcire Deum alias plures rationes, ob quas poſſit multos perpetuæ virginitatis præcepto aſtringere.

Iuſtinian.

Ambroſ.

Auguſt.

§. IV.

Virginitas deſinit eſſe, ex quo puella ſe dat videndam viro, à quo poſſit violari.

DVo dicit præſens Textus: alterum eſt : *Multa virgines pulchra adducerentur* alterum verò : *Eſther quoque inter cæteras puellas, ei tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fœminarum. Quæ placuit ei,* nempe, Regi, vt manuale noſter Sanctius. Quas anteà virgines vocat, dum adducebantur, iam non vocat virgines, ſed fœminas; & non in numero virginum, ſed in numero fœminarum dicitur Eſther conſtituta. Cur ergo, quæ vocabatur virgo, cùm adduceretur; modò iam non dicitur virgo, ſed inter fœminas annumeratur? Cœperat modò in præſentia Regis futuri mariti apparere, eique placere; quo ſolo virginei floris decus emarcuit. Pulchrè enim ait Tertul. lib. de velandis virg. cap. 2. *Ex illo virgo deſinit, ex quo poteſt non eſſe.* Ex quo puella ſe dat in conſpectum illius, à quo iure poterit violari, iam ſeſe à virginali deturbat gloria, & ſtatu. Quæ vocabatur à textu, virgo pulcherrima, Rebecca, veniebat vxor futura Sancti Iſaac, quem in agro deambulantem inuenit, & ait Geneſ. 24. *Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo. & ait ad puerum. Quis eſt ille homo, qui venit per agrum in occurſum nobis? dixitque ei : Ipſe eſt dominus*

Tertull.

Geneſ. 24.

minus meus. At illa tollens citò pallium ſuum, operuit ſe, Ecce tibi, vbi in conſpectum venit Iſaac mariti futuri, cucurrit ad velamen. Et cur cùm antè nudo veniret capite, in Iſaaci præſentia caput tegit? Erat tunc capitis tegumentum inſigne non virginum puellarum, & ideò ipſa ad velamen cucurrit, quaſi iam non ſe virginem iudicaret, ea quo ad conſpectum venit illius, à quo poſſet violari. Ad hæc Tertul. ſupra dicit: *Confeſſa, quòd ſenſerat ipertem nuptam, negauit virginem velata. O mulierem iam de Christi diſciplina! Oſtendit etiam nuptias de aſpectu, & animo fieri, quemadmodum ſtuprum.* Euanet equidem decus virgineum, ea quo ſibi adeſt, qui poſſit violare. Huic eligendo in Matrem Dei puriſſima Virgo Maria præmiſit illud Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Quibus oſtendebat, ſe nullius viri gaudere conſpectu, a quo violari poſſit: tam enim ipſa, quam ſponſus eius ſe virginitatis voto obſtrinxerant ex mutuo conſenſu. Sic ad hæc verba cenſent vniuerſi Patres, & Expoſitores. Et cur neceſſum fuit, vt Maria teſtaretur coniugij ſui virgineum decus, & Angelo, & Deo? An putabat illud propoſitum potuiſſe latere Deum, aut Angelum, cuius erat cura mandata? Vt à Deo in Matre quærebatur perfecta virginitas, ſic teſtatum eſſe voluit nunquam Mariam veniſſe in conſpectu viri, a quo poſſet violari. Vnde ait D. Aug. lib. de ſancta Virginit. cap. 4. *Ipſa quoque virginitas Mariæ gratior, & acceptior, quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo, quam conſeruaret ipſe, præripuit, ſed priùs quàm conciperetur, iam Deo dicatam, de qua naſceretur, elegit.* Expende, vnde virginitas Mariæ in tota ſua pulchritudine placuit, nimirum, *quia eam Chriſtus viro violaturo non præripuit.* Nunquam enim Maria in conſpectum venit viri, à quo violari poſſet. Quod in ſummam laudem Mariæ non dubito cedere, præſertim cùm Ioſephi mariti crebriùs in conſpectum veniret. Habuit aliquando Abimelech, Rex Geraræ, Saram ſecum, quam putabat Abrahami ſororem; ſed monitus a Deo, ne tangeret fœminam, dedit ei munera Gen. 20. Saræ autem dixit: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: hoc erit tibi,* &c. Circa quæ ait D. Iſidor. in Gen. c. 16. *Munera Saræ obtulit Rex Abimelech, plus eam mirans formæ decus, quod amare potuit, violare non potuit.* Hoc mirandum in Sara, quod potuit amari, & non potuit violari: ſed magis mirandum in Maria, quia inter caſtiſſimi coniugij amores, in nullo potuit marceſcere eius virgineus flos pudoris.

§. V.

Non decet fœminas virorum petitiones præuenire vel in officiis honeſtiſſimis.

VBi noſter poſuit: *Inter cæteras puellas ei tradita eſt.* ex Heb. Caiet. legit: *Sublata eſt Eſther in domum Regis.* Sublata, inquit, non oblata: non enim Mardochæus antea obtulit vel regio matrimonio puellam, quam ipſa a Regis procuratoribus peteretur, & precibus extorqueretur. Sic ibi Caiet. *Sublata eſt Eſther in domum Regis, non furtiuè, aut vi, ſed de conſenſu Mardochæi dona petentibus eum. Ideò enim ſcribitur ſublata, vt intelligatur non ſponte oblata, ſed petita.* Dececet enim ſemper puellas, quod offerantur vel in coniugium, vel in officium; & non magis, quòd petantur, expectent. Quò ſpectat illud Cãt. 8. *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Expende illud: *Quando alloquenda eſt.* tractatus enim nuptiales exprimit, in quibus non ipſa dicitur locutura, ſed priùs ab aliis alloquenda. In omnibus enim, licet honeſtiſſimis officiis, non niſi petitæ præſtantes fœminæ inueniuntur. Gen. 24. *Ecce Rebecca egrediebatur, puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro; deſcenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurritque ei ſeruus Abraham, & ait: Pauxillum aquæ mihi præbe ad bibendum de hydria tua. Quæ reſpondit: Bibe, domine mi.* &c. Viderat ipſa anteà virum ſedentem ad fontem ſitibundum, cum camelis ſitibundis, nec verbum locuta eſt, nec potum obtulit; ſed tacens omninò reuertebatur domum. At vbi ille acceſſit, & rogauit, ſtatim illa & ipſi, & camelis potum dedit. Et cur, quæ adeò liberalis, & hoſpitalis fuit, poſtquàm rogantem vidit, cur antequàm rogaretur, nec verbum dedit? Conueniebat hoc virgineo decori, ne ſponte ſe offerret; ſed petita, & rogata obſequium egenti exhiberet.

Hebr.

Caiet.

Cant. 8.

Genes. 24.

Rem ponderat D. Chryſoſt. hom. Quales ſint vxores ducendæ. habita tom. 6. Vide, quomodo nec modeſtiæ hoſpitalitas obſtitit, nec hoſpitalitati modeſtia. Quòd enim non prior occurrit, & appellauit virum, hoc fuit modeſtiæ. Rurſus quòd ad poſtulata non renuit, neque negauit ſe facturam, hoc magnæ hoſpitalitatis, ac humanitatis fuit officium. *Quemadmodum enim impudenter feciſſet, ſi vltro appellaſſet hominem; ita inhumanum erat, ſi rogantis verba repuliſſet. Nunc verò vtrunque fecit, declarando ſuam modeſtiam, dum rogare expectat, miram verò hoſpitalitatem, dum rogata ſine mora obſequitur, & vltrò pluſquàm ille petiit, exhibet.* Hæc eſt fœminas decens modeſtia, ne priores occurrant officia etiam virtutis exhibituræ, ſed rogari expectent, vt ſuam impendant curam. Chryſoſt.

§. VI.

Principij boni felicitas ſolet proſperum finem inaugurare.

NOn obſcurè manifeſta eſt proſperitas Eſtheris in obtinendo regio connubio, ex felicitate, quam in primo Palatij ingreſſu habuit. Cùm primùm enim inter cæteras puellas ingreſſa fuit Regiam, ſtatim oculos, & animum, & Regis, & præpoſiti rapuit: dicit enim Text. *Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conſpectu illius.* Sola inter cæteras dicitur placuiſſe, & gratiam inueniſſe, quæ præ cæteris honorata eſt in præſtantiori cubiculo, in ornatus acceleratione, in famulorum comitatu, vt habes apud Caietanum. Quis iam dubitabit de proſperitate finis, videns tantam in primo ingreſſu Eſtheris felicitatem? Et quidem felicia principia frequenter ſolent ſecuturas felicitates monſtrare. Dubitabat Eliezerus de felici euentu itineris ſuſcepti in gratiam Domini ſui Abrahæ: quem vt Abraham confirmaret, & ſecurum faceret de euentu ait Geneſ. 24. *Dominus cæli, & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus eſt mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc; ipſe mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.* Credebat Eliezerus fore, vt nulla puella auderet viam tam longam arripere ob Iſaaci coniugium: Abrahamus autem pro certo aſſerit, non defuturam coniugem dicens: *Deus mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.* Et vnde tam proſperum euentum adeò aſſeueranter expectat? Reuocat in memoriam initium conuerſionis ſuæ illis verbis: *Dominus cæli, & terræ, qui tulit me de domo patris mei,* &c. Vbi autem initium conuerſionis ſuæ tam Deo acceptum, & gratum recolit, non dubitat inde proſperos euentus ſibi præſagire. Ait Chryſoſt. homil. 48. in Geneſ. *Per omnia docet, vt ſeruus profecturus in illo fiduciam habeat, & de bono rei exitu benè ſperet: docet enim eum, quantam olim ab initio beneuolentiam Dei inuenerit; & quòd ille, qui à domo paterna euocauerit, & vſque ad hoc tempus ita gubernauerit, proſpera etiam, quæ adhuc reſtant, faciet.* De bono initio, quo gratiam Dei inuenit, proſperos euentus futuros minimè ſperare detrectat. Nunquam enim non auſpicatum eſt, quòd bene inceperis. Quò refero dicta 1. tom. in Euangel. lib. 3. cap. 2. §. 26. & tom. 1. de Chriſto figur.

Gen. 24.

Chryſoſt.

§. VII.

Mariæ Deiparæ animæ, & corporis reunitio non peracta in terris, ſed in cælis.

NOto illud Textus ad regium ſplendorem maximè conducens, nimirum, quòd ait: *Multæ pulchræ virgines adducerentur Suſan,* &c. Non enim Rex ibat quæſiturus, & ſibi copulaturus puellas ſponſas, quod priuati facere conſueuerunt; ſed magis ſponſæ adducebantur in Regiam, vt ibi Regi arctiſſimo matrimonij vinculo copularentur. Pertinet enim hoc ad regiam excellentiam, ne Rex veniat pro ſibi adiungenda ſponſa, ſed magis ſponſa adducatur ad Regem. Quod dum meditor, non poſſum non meminiſſe reunitionem illam poſt Deiparæ mortem, factam inter animam, & corpus eius. Erat equidem Mariæ anima in floridiſſima cælorum Regia, tanquàm Cælitum omnium Regina. Erat beatiſſimum cadauer eius in terris, in ſepulcro requieſcens. Imperatum fuit à

Deo, vt tantæ Matris corpus, & anima iterum, indiſſolubili iam vinculo vnirentur: quod & factum eſt. Sed qualiter factum eſt? An deſcendens à cælis anima quæſitura in terris, & iterum copulatura ſibi corpus? Sed dedeceret hoc tantæ animæ regium decorem, quòd ipſa pro corpore tollendo deſcenderet. Magis creditur, quòd ad regiam excellentiam Mariæ extollendam, ſanctum eius cadauer ab Angelis adductum fuerit in cælos, ibique copulatum animæ regiæ. Id expreſſiſſime docet D. Gregor. Turonenſis lib. 1. de miraculis, cap. 4. vbi ſanctam Mariæ migrationem ſic deſcribit: *Cum autem ſint Apoſtoli, quia Maria aſſumenda eſſet de mundo, vigilabant cum ea ſimul. & ecce Dominus Ieſus aduenit cum Angelis ſuis, & accipiens animam eius tradidit Michaeli Angelo, & receſſit. Diluculò autem leuauerunt Apoſtoli cum lectulo corpus eius poſuerúntque illud in monumento, & cuſtodiebant ipſum, aduentum Domini præſtolantes. Et ecce iterum adſtitit eis Dominus, ſuſceptúmque corpus ſanctum in nube, deferri iuſſit in Paradiſum: vbi nunc reſumpta anima, cum electis eius exultans, æternitatis bonis nullo occaſuro ſine perfruitur.* Quid clarius? Iuxta præceptum Domini corpus deſertur in Paradiſum, vbi animam reſumpſit. Et notanter in præſenti vocat cælum Paradiſum, vt obiter indicet myſterium reſurrectionis Marianæ reſpondiſſe Euæ creationi, quæ non extra, ſed intra Paradiſum peracta fuit. Rem etiam cecinit Mantuanus lib. 3. Parthenicæ, in fine dicens: (Greg. Tur.)

> *Verum illud* (id eſt, corpus Mariæ) *imperio poſt tempore paruo*
> *Ablutum Iordanis aquis, terraque reſoluto*
> *Pondere, & ardenti veſtitum luce, nubilque* (Mantuan.)
> *Iam mortale tenens, coluere in ſydera Diui*
> *Tollunt: iterum menti impoſuere beatæ.*

Itaque Angeli dicuntur tuliſſe ſacrum illud corpus è ſepulcro, & Iordanis aquis lauiſſe, à terræque grauedine purificaſſe, illudque in cælum introduxiſſe, vbi animæ beatæ iterum vnitum fuit, ſicque tota Mariæ reſurrectio in cælis peracta. De quo etiam egi tom. 4. in Euangelia, lib. 18. cap. 3. § 9.

Eſth 2. Et præcepit eunucho, vt accelerare mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas, & ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo Regis, & tam ipſam, quàm pediſſequas eius, ornaret, atque excoleret. Quæ noluit indicare populum, & patriam ſuam: Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omninò reticeret.

§. VIII.

Vt in virgineis Chriſti ſponſis anticipantur cæleſtia bona.

CAptus Eſtheris pulchritudine Aſſuerus iuſſit ei accelerare mundum muliebrem, dicente Textu: *Præcepit eunucho, vt accelerare mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas, & ſeptem puellas ſpecioſiſſimas*, &c. Iuſſit, inquam, vt accelerare mundum muliebrem, non vt curtaret tempus, ſed vt anticiparet, vt mauult noſter Serarius in præſenti quæſt. 1. Nec ſolùm voluit anticipari in Eſthere omnia, quæ ad cultum, & munditiem, & ornatum pertinebant; ſed & ipſam regiam pompam anticipabat ipſe, quando illi aſſignat ſeptem ſpecioſiſſimas puellas, quæ illi aſſiſtant. Vt enim Regi aſſiſtebant ſeptem ſelectiſſimi Principes; ſic etiam & Reginæ aſſiſtebant ſeptem ſelectiſſimæ puellæ, quibus regia oſtendebatur authoritas. Vt videas, quàm in Eſthere volebat Aſſuerus omnia accelerari, & anticipari, quando & ſine mora, & ante alias omnes, illi muliebrem mundum adſcribunt; inſuper & ante præparationem iam ei regius comitatus in ſeptem puellis præſcribitur. Quod multò magis ego in omnium Rege Deo admiror, qui in ſuis virgineis ſponſis cæleſtium Principum decus, & incorruptionis ornamentum anticipat. De quo ſapidiſſimè ait D. Aldhelmus de Virg. cap. 8. inquiens: *Igitur futura angelica vitæ celſitudo, ab illæſa virginitatis ſodalitatibus iucundum Deo in vaſe fictili theſaurum geſtantibus, licèt vltroneis affectibus ſponte præoccupetur, iam quodam modo violenter anticipatur.* Ecce tibi, quæ cæleſtium ſpirituum propria celſitudo eſt, à virgineis Chriſti ſponſis in hac lacrymarum valle præoccupatur, & in illis anticipatur. Ille erat communis ordo etiam feliciſſimis hominibus præſcriptus per Paulum 1. ad Cor. 15. nimirum: *Ecce myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus ::: Et mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Ordo hic eſt, vt omnes moriamur, & tandem deuicta morte reſurgamus, in qua reſurrectione felices incorruptioné accipiant. At cæleſtis Rex iubet in virginibus incorruptione anticipari, vt ante morté, & reſurrectionem, iam felici incorruptibilitate induti gaudeant. D. Aldhelm. ſupra: *Liquet, nempe, quòd arctiſſima ſit violentia, & difficillima rerum conditio, vt homo ſpretis naturæ legibus indutus Angelicæ caſtitatis comes exiſtere ſatagat, antequàm ſupremæ reſurrectionis gloria horrenda mortis imperium in terra Tartara trudat, & incorruptibile hoc induat incorruptionem.* Sic ſtatus angelici decus anticipatur in virginibus, vt ante reſurrectionem fulgenti incorruptibilitatis ſtola præfulgeant. De Beatorum ſtatu locutus Ieſus Luc. 20. ait: *Illi verò, qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores.. æquales enim Angelis ſunt.* Eò peruenichant homines in cæleſti patria, vt excluſis nuptiis æquales Angelis ſint. Quæ gloria & modò anticipari videtur in virginibus: dicit enim D. Aldhelm ſupra: *Mirum in modum terrenis talibus, ſuperni Cælites fieri compelluntur. Vnde Dominus factioſam Phariſæica tentationis calumniam confutans explodit, in reſurrectione inquiens, non nubent, atque nubentur; ſed erunt ſicut Angeli Dei.* Sic anticipatur in virginibus decus, ſub quo & cæleſtes ciues, & ipſi Angeli in patria effulgent. Vt meritò dicat D. Amb. lib. 1. de Virgin. *Nunc toto orbe diffuſus corporibus humanis vita cæleſtis vſus inoleuit.* Refulget equidem anticipatus in virginibus cæleſtis vitæ vſus. (Serar.) (Adhelm.) (1. Cor. 15.) (Luc. 20.) (Aldhem.) (Ambroſ.)

§. IX.

In vna Sponſa cæleſtis Regis, Maria, anticipatur munditiæ, ne habeat ſœditatem originalis culpæ.

QVi primò anticipatur in Eſthere ab Aſſuero Rege, *mundus muliebris* dicitur, qui eſt Serario noſtro quæſt. 3. idem, de quo agens Liuius lib. 34. ait: *Munditiæ ornatus & cultus, hæc fœminarum inſignia ſunt, his gaudent, & gloriantur. Hunc mundum muliebrem appellauerunt maiores noſtri.* Itaque eſt primus mundus muliebris munditiæ ornatus, & cultus, de quo præcepit Aſſuerus eunucho, vt in Eſthere *accelerare mundum muliebrem*. Accelerare, inquit, hoc eſt, ruptis vniuerſis moris, munditiæ ornatum anticiparet. Quod magis credo factum à cæleſti Rege cum Matre, & Sponſa ſua Maria, quam vbi præparabat in Matrem, & Sponſam Dei, haud dubium, quin iuſſit ei accelerari, & anticipari munditiæ ornatum, ne vel momento temporis careret illo. Non permittit Aſſuerus vel minimam moram intereſſe, quo Eſther ornatum munditiæ habeat, & iubet hunc anticipari in illa. Et permitteret Dominus in dilectiſſima ſibi Maria, nó anticipari ornatum munditiæ, adeò vt nec momento temporis in fæce originali conſiſtat? Sic equidem in Maria, iubente Deo, anticipatus eſt, & acceleratus omnigenæ munditię ornatus, vt quaſi piaculum habere poſſit, ſi aliquod immunditiæ momentum in illa dixeris. Cauebat lex Leuit. 12. *Mulier, ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus*, &c. Et cur neceſſum fuit dicere, *Suſcepto ſemine pepererit*? An vna excepta Dei Matre, poterit eſſe alia fœmina, quæ pariat non ſuſcepto ſemine? Quando ergo neceſſum eſt, vt quæcunque parit, pariat ſuſcepto ſemine, cur Moyſes tam accuratè poſuit illud: *Suſcepto ſemine*? Additurus erat illud: *Immunda erit*. Ideò diligentiſſimus fuit in ponenda particula illa, *ſuſcepto ſemine*, vt apertiſſimè per illam ab omni immunditia legali Maria Dei Mater excluderetur, maximè cauens, ne lege ſua communi, aliqua labes, vel legalis tantæ puritati inureretur. Pulchrè D. Bern. ſerm. 3. de Purif. ait: *In lege ſcriptum erat, vt mulier, quæ ſuſcepto ſemine peperiſſet filium, immunda eſſet ſeptem diebus. Sed quis non aduertat in ipſa ſententia huius exceptio liberam Matrem Domini ab hoc præcepto? Putas enim, quia dicturus Moyſes mulierem, quæ peperiſſet filium, immundam eſſe, non timuerit ſuper matrem Domini blaſphemiæ crimen incurrere.* (Serar.) (Liu.) (Leuit. 12.)

incurrere, & ideircò præmiſerit, ſuſcepto ſemine? Expende illud: *Timuerat ſupra Matrem Domini blaſphemiæ crimen incurrere.* quippe vt legali immunditia ſe iebat omnes parientes, maximè cauit non excipere Mariam vel à labe adeo leui. Dum enim illam non expreſſe exciperet, metuebat incurrere crimeo blaſphemiæ, id eo particulam addidit, qua manifeſtiſſimè exciperetur. Itaque putat Bernard. blaſphemiæ fuiſſe periculum, in non excipienda Maria à legali immunditia. & quod periculum putaret in non excipienda eadem, à vera, & reali labe, eàque ſpurciſſima peccati originalis? Equidem qui crimen blaſphemiæ credit, quòd ſi Maria diceretur immunda legali labe, maius quid putaſſet, ſi diceretur immunda vera, & reali labe originalis peccati. Hæc enim labes eſt, vere hominem conſpurcaos; illa autem nuo abſoluta labes eſt, ſed iuxta illam legem, Et ideò magis anticipari debuit ornatus munditiæ, vt illa Mater Dei careret, nec in illa vel per momentum temporis videretur. Quæ originalis mundities in Maria adeò perſpicua eſt, vt qui illam non videat, timere poſſit, ne ſorſan careat oculis oefæcatis humilitatis collyrio. Dicebat Iob cap. 3. *Spectent lucem, & non videant, nec ortum ſurgentis Auroræ.* Circa quæ ait pulchre Petrus Dam. ſerm. de Aſſump. *Maria eſt aurora, quam ille non videt, qui videt omne ſublime & erat Iob, vt in multa ſuppreſſione claudatur dicens Non videat ortum ſurgentis Auroræ.* Ecce tibi, cui prorſus clauditur fulgentiſſimus exortus Auroræ Mariæ in ſua conceptione, nimirum ille, qui ſublime videt, qui ſeſe pluris & perfectè humilem eius pedibus non præſtat.

Iob 3.

Damian.

§. X.

In beneficio præſtando nullum damni diſcrimen immittendum.

CVm dicit Textus, quid iuſſerit Aſſuerus eunucho, *Vt acceleraret mundum muliebrem,* in illa acceleratione anticipationem aliquam, & mutatam abolitionem, non curtationem temporis intelligi debere illud perſuadet, quod ponit Serarius quæſt. 1. Quæ enim gratia fieret Eſtheri, ſi conſueta ornatus ſpatia, & conciliationes ei detraherentur? ſi minùs, quàm aliæ vngeretur, & poliretur? ſi ob defectum temporis cultus requiſiti minùs poſteà Regi placeret? Plane quæ in acceleratione illa fiebat Eſtheri gratia, hoc iure petebat, ne quid minùs alijs haberet. Magnæ enim mentes non dant beneficium, ob quod recipientes aut minùs habeant, aut in diſcrimen veniant. Vbi Abrahami manus iam iam ferientes filium, à filij nece Deus reuocare vellet Gen. 22. ait Text. *Dixitque ei: Non extendas manum tuam ſuper puerum neque facias illi quidquam: nunc cognoui, quòd timeas Dominum... Leuauit Abraham oculos, vidit que poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum, &c.*

Geneſ. 22.

Quando Deus donabat filium Abrahæ liberum à ſacrificij periculo, cur neceſſum fuit illi arietem oſtendere, quem offerret? Nónne ſuffeciſſet ſeni, non ſacrificare filium, ad quid voluit Deus, vt ſacrificaret arietem? Cùm iuſſus eſt Abraham filium ſacrificare, cum tam duro præcepto honorem Sacerdotis accepit, modò autem, vbi ex Deo iterum filium ſuſcipit, tanto beneficio ditatur, vt habeat hæredem, ſimul cauit Deus, ne ſacerdotalis muneris honorem perdat, & ideò curat, vt offerat arietem. Ne beneficium exhibitum in filio damnum afferat ſacerdotalis honoris perdendi. Ait Ruffinus in Oſeam, cap. 1. *Non ſinit Deus in exitium vſque pueri deuotionem peruenire; ſed compreſſit immolantis manum. Claruit, inquit, quod ſolum volui ſublicare. Nunc iam parco ſanguini. Ne tamen Sacerdotio videaris munere deſtitui, ecce aries propter te aſſiſtit, cornua vepribus alligatus.* Expende illa: *Ne tamen Sacerdotio videaris munere deſtitutus.* & beneficium in filij vita præſtabat: & ſimul cauebat, ne propter illud beneficium de honore accepti ſacerdotij minùs haberet. Habent enim hoc magnæ mentes, quòd curant, ex ſuis beneficijs nihil in accipientibus minoatur. Adamo vt ſponſæ beneficium daretur Gen. 2. *Tulit Deus vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Beneficium fuit, quòd daretur talis ſponſa Adamo: ſed, cur ad hoc educitur ab illo coſta? Nónne ſic Adamus maneret minus habens? Abſit; imò & tunc oſtendebat Deus, vt etiam ſummo beneficio

Ruffin.

Geneſ. 2.

præſtito Mariæ in Filio dato nihil minus habuerit eius integritas virginali. Dicebat D. Gaudent. tract. 9. *Deus ex nihilo fecit terram, & de terræ limo carnem, & de carne fœminam ita vt neque Adam minus haberet, quod Dominus abſtulerat. Integer Adam oſſa ſua & carnem rec gnoſcit in fœmina dicens: Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea. Hoc totum pro beatitudine Mariæ dixerim, quæ diuino partu ſic cœpit eſſe Mater, vt Virgo ſacratior permaneret.* Vt Adam nihil minus habens de integritate corporis; ſed integer in ſuis bonis manens de ſe accepit vxorem: ſic Maria integra perſeuerans accepit Filium de viſceribus ſuis. Neſcit enim Deus ſuis beneficijs inſerre accipienti damnum. Gaudent.

§. XI.

In virtutis ſtudio longa temporis ſpatia poſſunt ſuppleri.

CVm dicitur, quòd Aſſuerus iuſſerit eunucho, *vt acceleraret mundum muliebrem;* alij multi credunt, illam accelerationem pertinuiſſe ad diminutionem temporis, vt, nimirum, præparatio Eſtheris facienda per annum, breuiori tempore perficeretur. Duplicata enim cura adhibita, & diligentia benè videtur potuiſſe, ſpatia aliqua temporis ſupplere. Quod in virtutum ſtudio ſcio paſſim ſuccedere. Pro quo dicebat Sapiens cap. 4 *Conſummatus in breui, expleuit tempora multa.* Circa quæ D. Bern. Sap. 4. epiſt. 25 . ait: *Benè multa, quia & vniuerſa complectitur.* Bernard. *Quanta ſanè temporis non longæuitate, ſed longanimitate non annorum ſerie, vel dierum numero; ſed mentis deuotione, & inextinguibili ſemper proficiendi deſiderio percurrere potuit, tanta ſibi in meritum non immeritò vendicauit.* Ecce tibi, vt in virtutis ſtudio poſſunt multi anni ſuppleri: quotquot velis intimo affectu Deo ſeruire, tot iam apud Deum ſeruiti habes. Potes enim vel in puncto innumeros annos virtute ſupplere. Clamabat Ionas Niniuitis cap. 3. *Adhuc* Ion. 3. *quadraginta dies ſunt, & Niniue ſubuertetur.* Septuaginta verò legunt: *Adhuc tres dies ſunt.* Et quando in Vulgata ſunt quadraginta dies, cur Septuaginta tres tantùm ponunt? An vt contrarietatem inuoluant? Abſit: ſed vt oſtendant quàm breui poſſunt longa ſpatia in virtutis ſtudio ſuppleri? Ait D. Baſil. Sel. orat. 12. *Anguſtis dierum terminis comminatio concluditur, latâ autem via ad pœnitentiam aperitur.* Baſil. Sel. In tribus diebus longiſſima pœnitentiæ ſpatia poſſunt conficere. Latro clamauit de cruce Luc. 23 *Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Et quot luſtra Luc. 23. pœnitentiæ vnico illo inſtanti confecit? Meritò exclamat D. Athanaſ. orat. in Paraſceue, habita apud Gethſemanum tom. 1. *O latro, fides pœnitentiæ non egere tempore ad partum, manifeſtans!* Ea eſt res virtutis, quæ vel in inſtanti Athan. conficiat, quæ ſoleant aliàs fieri per longiſſima ſpatia temporis.

§. XII.

Nulla creatura adeò glorioſa eſt, quæ non habeat, quod tegere, & diſſimulare oporteat.

INter tot gratias Eſtheris, quibus Regis animum cepit, habuit aliquid, quod occultare, & tegere oportuit. Dicit enim Text. *Quæ noluit indicare ei populum, & patriam ſuam: Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omninò reticeret.* In ſumma oſtentatione pulchritudinis, & gratioſitatis, quibus tanti apud Regem, & Palatinos valebat, habuit aliquid, quod oportuit obumbrare, & tegere, nempe, genus. Et crede mihi: nulla creatura adeò glorioſa eſt, quæ non habeat aliquid tegendum, reticendum. Seraphim illa, quæ iuxta Dei ſolium ſtabant Iſaiæ cap. 6. *duabus alis velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* Sic noſter: at commoniſſima eſt, & tritiſſima illa lectio, quæ dicit: *Duabus alis velabant facies ſuas, & duabus alis velabant pedes ſuos.* Iſaia 6. Scio, ab illis velari facies ob reuerentiam præſentis maieſtatis: at pedes cur velabant? Nónne loti erant omnes perfectiſſima vitæ puritate, ſummo decore naturæ? Equidem limpidiſſimi erant, & ſplendidiſſimi, & maximè loti; ſed nihilominùs aliquid habebant, & tegendum, & obſcurandum. Pulchrè D. Chryſoſtomus hom. 1. circa illa verba, ait: *Quare igitur pedes velant? Quoniam igitur, id, quod conueniebat, non aſſequuntur, declarant eo, quod velantur. Num ita defectum* Chryſoſt.

ſitim

circuntegunt. Omni defectu morali puri erant, in ſumma gloria inueniebantur; & tamen habent aliquem naturæ defectum ob eius limitationem, de quo debeant reticere, & quem ament velare. Quis ergo iis Seraphinis ſuperior, credat ſibi non eſſe aliquid reticendum, & velandum? Ezech. cap. 28. ad ſplendidiſſimum Principem, ſeu Angelorum ſupremũ dicit. *In ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore. In delicijs Paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus operimentum tuũ,* &c.

Ezech. 28.

Qui tam glorioſus erat, qui tam perfectus in ſapientia, in decore, qui tam felix in delicijs Paradiſi, hominis operimento indiguiſſe oſtenditur, quod petit ab omni pretioſo lapide: dicit enim: *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum.* Et quid in tanta rerum affluentia, in tanta copia felicitatum, potuit habere ſupremus Angelus, aut ſplendidiſſimus Princeps, de quo reticere poterat, aut quod operire deberet? Inter tot decora habuit ex temporali natiuitate naturam defectibilem, ob quam non gloriari, ſed prorſus obmuteſcere debebat, & mille operculis illam obumbrare. Hinc Elias 3. Reg. 19. cùm Deum ſenſit ſibi præſentem, pallio faciem velauit. ait enim Textus: *Poſt ignem ſibilus auræ tenuis. Quod cùm audiſſet Elias, operuit vultum ſuum pallio.* In aura veniebat Deus, ad cuius familiare colloquium Elias eleuabatur. Tunc ipſe currit ad velamen. Et cur in tanta celſitudine poſitus ad velamen currit? Ait Angelomus in Gloſſa: *Vultus pallium ſubducere, eſt mentem conſiderationi propriæ infirmitatis velare.* Vt ſe ad tantam Dei familiaritatem euectum vidit Propheta, ſtatim ad ſe conuerſus inuenit multum infirmitatis, quod velare, & obtegere oportebat. Vtinam hanc ebiberent mentem, quicunque in felicitatis culmine ſunt, & inter gloriarum ſplendores ſcirent multa ſe habere reticenda, velanda.

3. Reg. 19.

Angelom.

§. XIII.

Etiam per actiones, quoad nos, contrarias norunt Sancti non deuiare à virtute.

AVdio Mardochæi præceptum datum Eſtheri ad regias contendenti nuptias de celando populo, & patria ſua. Quippe ait: *Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omninò reticeret.* Et prudenter creditur factum à Mardochæo, quòd populus, & patria Eſtheris diſſimularetur: erant enim tunc Iudæi captiui, & viles apud Perſas; quæ ignominia celanda fuit, iuxta Mardochæi conſilium, in ea, quæ feſtinabat ad Regis nuptias. Et cur non magis exprimat nationis illam maculam in nuptura Regi? Raguel ille traditurus filiam conſobrino Tobiæ cap. 7. non eam tradit, quin priùs explicet, quod patiebatur incommodum. Pro quo maximè laudatur à D. Ambr. lib. 3. Offic. cap. 13. vbi inquit: *Vitia quoque filiæ non tacebat, ne circumuenire petitorem videretur tacendo. Iuſtus autem vir malebat, inaptam ſibi manere filiam, quàm propter nuptias eius extraneos periclitari.* Compone modò Mardochæum, & Raguelem: ambo nubiles puellas habent, ambo de puellarum nuptiis agunt: ſed Mardochæus id ſatagit, vt incommodum puellæ obnubiletur, minimè ſciatur. Raguel autem filiæ ſuæ incommodum ipſe aperit, ipſe manifeſtat, in quo ab Ambroſio laudatur. Ergo, ſi laudabilis eſt Raguel in aperiendo nupturæ filiæ incommodo, vituperabilis erit Mardochæus, qui celauit? Abſit: crediderim enim vtrunque fuiſſe laudabilem, licèt videatur vnuſquiſque rem feciſſe contrariam. Solent enim laudabiles homines etiam per contrarias actiones, à virtute, imò & à perfectione non deuiare. Luc. 19. vt Zachæus audiuit Ieſum in domum ſuam feſtinare, deſcendit ab arbore, & *excepit illum gaudens in domo ſua.* Verùm Centurio Matth. 8. eundem Ieſum ad domum ſuam venientem detinet dicens: *Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* Quid magis contrarium, quàm quod alter gaudens Ieſum admittat, alter admittere renuat? Et tamen vterque laudabilis, & neuter à perfectione deuiauit. Rem pulchrè tractat D. Auguſt. epiſt. 118. ad Ianuar. cap. 3. relatus ab Algero lib. 1. de Sacram. cap. 22. fatus: *Dixerit quiſpiam, non quotidie accipiendam Euchariſtiam, alius affirmet quotidie faciat vnuſquiſque, quod ſecundum fidem ſuam piè credit eſſe faciendum. Neque enim litigauerunt inter ſe, aut quiſquam eorum ſe alteri præpoſuit Zachæus, & ille Centurio, cùm alter eorum gaudens in domo ſua ſuſceperit Dominum, alter dixerit: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Ambo Saluatorem honorificant, quamuis non vno modo, ambo peccatis miſeri, ambo miſericordiam conſecuti.* Ecce tibi, quam alio, imò contrario modo procedebant Zachæus, & Centurio, qui tamen in virtutis, perfectioniſve culmine adunantur. Similiter, vbi Ieſus in Thabor transfiguratus eſt, dicit Lucas cap. 9. *Erant autem Moyſes, & Elias viſi in maieſtate.* Moyſes, & Elias cum Ieſu apparent viſi in maieſtate. De quibus ait D. Ambroſ. lib. 1. de Iacob, cap. 8. *Neque minùs beatus Elias quàm Moyſes, cùm alter ſibi indigus, melotide vilis, ſine filius, ſine ſumptu, ſine comite: alter populi ductor latus ſobole, ſucceſſibus potentia, diuerſo genere, meritum æquale fundauerint, ſicut declaratum eſt, quando cum Domino Ieſu in reſurrectionis gloria fulſerunt.* Quid pulchriùs? Et adhuc pergit Sanctus: *Nec minùs beatus Eliſæus, quàm Dauid, cùm alter Regibus ſubditus, alter regali poteſtate præditus, propheticæ ſanctificationis haud diſparem adepti ſunt gratiam.* Huc trahe dicta 4. tom. de Christo figur. lib. 8. cap. 4. §. 1. & cap. 14. §. 14.

Luc. 19.

Matth. 8.

Auguſt.

Luc. 9.

Ambroſ.

§. XIV.

Potentia, & ſplendor temporalis vt præferri debet ob bonum aliquod commune grande.

CAuebat bonus Mardochæus, ne in Eſthere ſua aliquid eſſet, quod diſplicere poſſet; & ideò iuſſit obſcuros tunc reticeri natales: dicit enim Textus: *Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omninò reticeret.* Sic bonus cauet, ne quid in Eſthere inueniretur, quod illam remoueret ab aula, nuptiiſque regalibus. Ioſeph autem, vbi fratres ſuos ad Regem Pharaonem adducit, nihil magis curat, quàm quod illud Regi oſtendant, per quod illos poſſet Rex aſpernari. Ait Gen. 46. *Reſpondebitis: Viri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia noſtra, vſque in præſens, & nos, & patres noſtri. Hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in terra Geſſen. quia deteſtantur Ægyptii paſtores ouium.* Hoc curat Ioſeph, vt fratres ſui illud oſtendant, & manifeſtent Regi minus, ob quod male audiant, & citiùs ab aula, & conſpectu Regis remoueantur. Et quando tantus Patriarcha ſic curat fratres ſuos ab aula remouere, cur Mardochæus tam anxiè curat, vt neptis Eſther teneat aulam? Ille iubet prædicari illud, per quod longiùs ab aula ſui eiciantur; hic iubet prorſus occultari, quidquid ei edi- tur impedituru ingreſſum aulæ, vt in ea poſſit Eſther durare. Et cur tam anxiè, ô bone, quæris, quod Ioſephus deteſtatur? Temporis occaſio fuit, quod Mardochæum non reprehenſibilem fecit in procuranda aula nepti ſuæ. Quando enim Iſraelitarum tempora nubila erant, captiuitatiſque tempeſtate Iudæi iactabantur, ſapienter procurabat Mardochæus, vt Eſther, & aulicis, & Regi placeret, ſperans è potentia, & ſplendore eius aliquod magnum bonum populo ſancto. Quod vbi ſperatur, & ſæcularis potentia, & ſplendor debet præferri aliis. Dicebat de fratre ſuo Cæſario Nazianzenus orat. 9. *At verò Cæſarius, cùm doctrina ſua primitias patriæ conſecraſſet, poſteà gloriæ cupiditate ductus, atque, vt mihi quidem fidem faciebat, quò vrbi præſidio eſſet, in aulam ſe contulit, non illo ſanè rem nobis admodum gratam faciens, non tamen reprehenſione dignam.* Etſi non ſibi gratam fateatur Cæſarij fratris vitam aulicam; non tamen illam damnare audet, vbi vidit poſſe illum inde prodeſſe patriæ. Nec ſolùm non damnandus aulicus ſplendor, cùm proficit patriæ, ſed tantum inde poſſet commodum bonis prouenire, vt deberet inde potentia illa, & ſplendor quæri, & eligi præ aliis. Nota eſt Chriſti Domini œconomia, cuius omnium qui ſequebantur, omnibus mundialibus bonis renunciabant. Nullus ſub eius erat apoſtolica diſciplina, qui vel retia non remiſiſſet. Ventum eſt ad Crucis tempus, & ſepulturam Domini, tunc ait Marc. cap. 15. *Venit Ioſeph ab Arimathæa nobilis Decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu,* &c. Iam non ignobiles piſcatores, ſed diuites Palatini quæruntur, non bonis temporalibus vacui, ſed diuites. Nec miror: vt enim tempore tam nubilo obſequium ſepulturæ Ieſu pararetur, conueniens erat potentia, & ſplendor ſæcularis; & ideò eligenda præ aliis. Vt dicat Beda: *Magna quidem dignitatis Ioſeph erat ad ſæculum, ſed maioris apud Deum meriti fuiſſe laudatur. Talem namque exiſtere decebat eum, qui Corpus Domini ſepeliret, qui & per iuſtitiam meritorum tali miniſterio dignus eſſet, & per nobilitatem potentiæ ſæcularis facultatem*

Geneſ. 46.

Nazianz.

Marc. 15.

Beda.

tem poſſit obtinere miniſtrando. Non enim quilibet ignotus, aut mediocris ad Præſidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. Equidem vt ad tantum officium Ieſu exhibendum non valeret abiectio humilis, ſed potentia ſæculi, & ſplendor, & apud Palatinos acceptio videbatur neceſſaria; ſic hæc ab aliquo debebant tunc eligi præ aliis.

§. XV.

Natalium gloria non nimis fidendum.

EQuidem *Mardochæus præceperat ei, vt de hac re omninò reticeret*, nimirum, de populo, & patria ſua. An quòd populus tunc vilis, & captiuus erat? Sic paulò antè putaui: ſic vniuerſi Commentatores cenſent. Sed ego, cùm nouerim, in Perſarum Regiis frequentes Iudæos, qui è captiuitate cùm eſſent, nihilominus, vel primi, vel è primis apud Reges erant, vt Nehemias, Zorobabel, Daniel, & ipſe Mardochæus, qui inter primos Palatinos cenſetur, non video, cur timendum eſſet aliquod malum Eſtheri à nota proſapiæ Iudaicæ. Quando enim origo Iudaica non nocuit Nehemiæ, Zorobabeli, Danieli, quominùs inter primos Regis familiares numerarentur; cur noceret Eſtheri aſſumendæ in conſortium regni? Ex quo fortan illud præceptum de reticendo genere aliò ſpectabat: nimirum, vt in Hebræa puella ſopiretur ingenium illud Abrahamidum communiſſimum de iactando genere, quæ iactatio, vt odioſa eſt, ſic non paruum aliis ſolet tædium ingerere. Quippe innutriti Hebræi in hoc proauorum cenſu, vt nomen proprium, ſic auos, atauos vſque ad Abraham paſſim recenſebant. Quem morem furſan ea Rebecca matre biberant: hæc enim interrogata, cuius filia eſſet, Gen. 24. ſtatim, & patrem, & auos protulit:
Geneſ. 24. *Filia ſum Bathuelis, filii Nachor, quem peperit ei Melcha.* Hunc Hebræorum faſtum, monet Paulus Titum, vt temperet,
Tit. 3. dicens cap. 3. *Stultas quæſtiones, & genealogias deuita.* Vt enim in genealogiis magnificandis, & contentioſus, & faſtidioſus ſolet eſſe faſtus, ſic illæ ſunt vitandæ. Id, quod monebat Mardochæus puellā Eſtherem, cùm iubet inter Palatinos de populo ſuo reticere. Ne genealogias, more Hebræarum puellarum, iactaret: non enim veterum ſplendor, ſed propria ipſius merita; non fumoſæ auorum imagines, ſed renouata in nobis Creatoris imago valent hominem commendare. Faſtuoſorum Iudæorum erat frequentes illi clamores Matt. 3. *Nos patrem habemus Abra-*
Matth. 3. *ham.* iis omnium hominum opplebant aures. Contra quos pulchrè D. Hieron. lib. de vera circunciſione fatur: *Vbi eſt in ſola carne circunciſa Iudæa? Confer tuum obo podem*
Hieron. *attollo te maiorum ſuperba vetuſtibus. Iacobque tuum benedictu nobilium Patriarcharum cet. uncingo nominibus, vt in te auorum ſplendor appareat. Iob aduerſum te procedet in medium, ſanguinis authores non erubeſcens, nec per E au incuteſſam benedictionis ſortem mentitus. At proinde es ſpes, vt in his vincas te omnibus, & procedit plùs ſibi de virtute vindicans propria, quominùs ex gloria promittit aliena.* Ad quid tantorum proauorum cenſus, quando vel ab infimo potes meritis vinci? Planè vbi merita ſunt obtentui a coronam, reticere oportet de auorum, proauorúmque titulis. Nunquam enim vera ſapientia amat hos ſuis ſeruis eripere fumos. Quò trahenda ſunt dicta tom. 3. de Chriſto figur. lib. 6 cap. 5. § 5.

Eſtheris cap. 2. Qui deambulabat quotidie ante veſtibulum domus, in qua electæ virgines ſeruabantur, curam agens ſalutis Eſther, & ſcire volens, quid ei accideret. Cùm autem veniſſet tempus ſingularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad Regem, expletis omnibus, quæ ad cultum muliebrem pertinebant, menſis duodecimus vertebatur, ita duntaxat, vt ſex menſibus oleo, *&c.*

§. XVI.

Formæ gratia vel à propinquis multa officia extorquet.

QVis non miretur curam à Mardochæo impenſam Eſtheri ſuæ: quippe ait Textus: *Qui deambulabat quotidie ante veſtibulum domus, in qua electæ virgines ſeruabantur, curam agens ſalutis Eſther.* Non magis aſſidui ſunt porci amaſiarum ſuarum valuis, quam erat Mardochæus aſſiduus veſtibulo domus, in qua neptis Eſther aſſeruabatur. Miraris patruum adeò in neptim officioſum. Sed erat in nepti illa formæ præſtantia, quæ vel in propinquis non mediocria officia ſolet ſollicitare. Gen. 29. *Rachelem cùm vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, ouéſque Laban auunculi ſui, amouit lapidem, quo puteus claudebatur. Et adaquato grege* &c. Paſtorum lege cautum erat, ne lapis amoueretur ab ore putei, donec vniuerſi paſtores conueniſſent, vt greges adaquarent. Cuius legis certior Iacob factus, vbi conſobrinam Rachelem accedentem vidit, noluit ampliùs expectare, ſed amouit lapidem. Et cur tam audax in terra aliena, vt contra mores communes, & leges amoueret lapidem? An hominem in hoc facinus traxit propinquitas ſanguinis in Rachele? Non hæc ſola, ſed & puellæ præſtantia, & pulchritudo fecit, vt Iacob etiam contra vſum, & legem, velit officioſus eſſe circa cognatam. Veniſſet Lia, & nulla moueretur palea: at vbi pulchra Rachel apparuit, nullum non mouet Iacob lapidem, vt illi officium ſuum poſſit præſtare. Et ambæ erant æquè Iacob cognatæ, ſed formæ præſtantia nullum officium non extorquet etiam à cognatis. Exod. 2. loquutus
Exod. 2. Textus de natiuitate, & matre Moyſis ait: *Quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem abſcondit,* &c. Erat lex Pharaonis, quæ iubebat infantes Hebræorum perire, cùm primùm fuiſſent nati. Nec miſeri Hebræi audebant contra legem abſcondere, & ſeruare ſuos infantes. Parentes Moyſis primi auſi ſunt illam contemnere legem, & filij ſaluti proſpicere, & illum abſcondere, & pro illo excubias agere, ne perderetur. Cur hoc? Ait Textus: *Videns eum elegantem* quod ſanguinis propinquitas non valuit ab aliis parentibus extorquere, hoc in Moyſe extorſit formæ elegantia. Vt dicat Philo apud Lippoman. *Natus infans mox vrbanorem præſ ferebat vultum, quàm qui de priuato homine ſuſpicari poſſit, adeò vt parentes, quantùm poſſent, tyranni edictum parui penderent.* Ni- Philo.
hili ducunt Pharaonis legem; nec timent parentes Moyſis, dum conſulunt pulcherrimi pueri ſoſpitati: in tantam enim pueri curam eos eius elegantia traxit. Nec miror, quòd elegantia formæ in tanta officia propinquos trahat, cùm & alios in ſeruitutes turpiſſimas trahere ſoleat. Nota eſt hiſtoria ex Numer. 25. vbi puellæ Madianitarum pulcherrimæ ſeſe in oculos Victricium Iſraelitarum phalangum dederunt. De quibus ait Text. *Quæ vo-*
cauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum. Quid turpiùs? Meritò ait D. Nicænus Numer. 25.
lib. de vita Moyſis: *Viros illos, qui Ægyptiorum equitatum non* Nicæn.
timuerunt, qui Amalecitas fuderunt, qui ipſorum Madianitarum legiones fugarunt, ſimul ac viſæ ſunt mulieres, voluptatis mancipia factos aſſerit. Ecce tibi à pulchrarum fœminarum conſpectu validiſſimi viri in voluptatum viliſſima mancipia transformantur. Tam valida eſt ad quælibet ſeruitia extorquenda formæ præſtantia.

§. XVII.

Dei ſerui plurimos pro ſalute ſua excubatores habent.

HAbebat hoc ſingulare Eſtheris elegantia, quòd pro illa tutanda Mardochæus patruus ad veſtibulum Palatij excubaret: ſic enim habes: *Qui deambulabat quotidie ante veſtibulum domus, curam agens ſalutis Eſtheris.* Quàtum hoc ad filios Dei noſtri, ad iuſtos homines? Pro horum ſingulis, non vnus, non multi; ſed populoſiſſimi exercitus noſcuntur excubare. Ait Textus 4. Reg 6. *Aperuit Domi-* 4. Reg. 6.
nus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Eliſei. Vnus erat Eliſeus homo iuſtus, & pro vno Eliſeo excubabant ingentes copiæ cæleſtis militiæ. Ait Orig. hom. 4. in Pſal. *Vidit totum montem equitibus, & curribus plenum. Nunquam enim ſolus eſt iu-*

ſtus;

ſtus; ſed atque vnius quidem, aut duorum, vel etiam tantummodo Angelorum ſocietate ſubnixus eſt; ſed exercitus ei virtutum cælestium præſtò eſt. Totus, quantus eſt cælestium virtotum exercitus, excubat pro tutando vno iuſto. Nec vſpiam inuenietur, vbi non cinctus ſit cæleſtium militum multitudine. Adeo, vt dicat Pſal. 36. *Non vidi iuſtum*
Pſal. 36. *derelictum*. Hoc eſt, vt nuſquam viſus ſit iuſtus, cui non adſint cæleſtes exercitus. Sic Orig. ſuprà: *Hæc ma-*
Orig. *ximè iuſtis accidere ſolent, quibus & perſecutionem pati pro nomine Dei ſolenne eſt, ſed non derelinquuntur . . : Denique Propheta, qui circuibant in deſerto per cauernas petrarum, & ſpeluncas, egentes, tribulati, afflicti, licèt in deſertis oberrarent, & eſſent ab hominibus derelicti; multitudo tamen eos Angelorum circuibat.* Semper præſtò ſunt exercitus Angelorum, vt iuſtis hominibus proſpiciant. Huc trahenda dicta tom. 1. in Euang. lib. 3. c. 2. §. 28. & tom. 2. lib. 6. c. 2. §. 13. & tom. 4. de Chriſto fig. lib. 8. c. 19. §. 12. & alibi.

§. XVIII.

Inter multos Principis adulatores nunquam non pugnæ, & diſſidia.

VBi noſter dicit, quòd Mardochæus ambulabat ante veſtibulū domus, *curam agens ſalutis Eſtheris*, legit ex
Calet. Hebræo Caiet. *Ad ſciendam pacem Eſther.* Quaſi hæc eſſet ſumma cura Mardochæi, vt ſciret Eſtheris pacem, an illi pax eſſet in Regia. Et cur adeò ſollicitabatur Mardochæus pro Eſtheris pace? Quale diſſidium timebat puellæ ſuæ exiſtenti in Regia, vt pararet formam placituram Regi? Non erat ſola Eſther; ſed & Eſther, & multæ aliæ puellæ idem ſtudium habebant, quo poſſent placere Regi. Vbi autem multi ſunt, qui vel oſtendere, vel dicere ambiunt placentia Principi, mirum erit, ſi inter illos non pugnæ,
Oſea 7. & diſſidia exurgant. Oſeas c. 7. tangit hiſtoriā Ieroboam, vt vitulos adorandos propoſuit, in quorum feſto conuenerunt aulici omnes, multaque magna, & placidiſſima dixerunt Regi. Tunc ait: *In malitia ſua lætificauerunt Regem, & in mendacijs ſuis Principes. Omnes adulterantes . . : Dies Regis noſtri, cœperunt Principes furere à vino.* Vbi ſeſe in laudes Regis effundunt, mendaciáque accumulant, eiúſque diem acclamant lætiſſimum, *cœperunt furere à vino*, hoc eſt, vt ait
Theodoret Theodor. *ex vino flagrarunt in iram.* Nimirum, cœperunt inter illos & iræ, & rixæ, & pugnæ. Et vnde ex tam lætis acclamationibus, ex tot laudibus Regi dictis ventum eſt ad rixas? Equidem ipſæ illorum laudes dictæ Regi miſeros in pugnas traxerunt: vix enim fieri poteſt, vt Principis adulatores in ſe ipſos non exurgant, & mutuis ſe odijs
Ruffin. percutiant. Ad hæc ait Ruffin. lib. 2. in Oſeam: *Quia ergo refert Regem Ieroboam ſua tantùm potentia conſulentem, veri Dei cultum lene pepuliſſe commento, totámque gentem ita aulicis profanitatibus obſecutam, vt ſe nihil de obſeruantia veritatis habuiſſe contentione indicaret, certamen quoddam inibi adulantium, & dominantium impietatem fuiſſe deſcribit.* Expende illa, nimirum: *Certamen quoddam inibi adulantium.* ex quo multi in Regia apparuerunt, qui Regis cupiditatibus vellent ſeruire, & in omnibus adulantes, & placentes, non potuit non vehemens certamen inter illos oriri, quo ſe mutuò morderent, & inteſtinis odijs ferirent. Hæc eſt lues, quæ abſumit adulatores Principum.

§. XIX.

Laborioſum, & inane ſtudium fœminarum, quæ nuptijs inhiant.

DVm electæ virgines pro nuptijs Aſſueri ſeruabantur, non delicioſæ ſedebant, ſed vngebantur, & quaſi athletæ exercebantur, in vnguentis, in balneis, in mundis muliebribus: ſic enim habes: *Vt ſex menſibus oleo vngerentur, & myrthino, & alijs ſex, quibuſdam pigmentis, & aromatibus vterentur.* &c. Integri anni labor ſumebatur, vt ſemel futuro marito poſſent eſſe gratæ. Quid magis laborioſum? Et quid magis inane? Meritò ait D. Paul. 1. ad Corinth.
1. Cor. 7. 7. *Si nupſerit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.* Et qualis eſt tribulatio, quæ de cultus neceſſitate naſcitur? Præclare S. Aldhelmus lib. de Virg.
Aldhelm. cap. 8. ait: *Remotè à grande conſtat interuallum, & larga ſpatioſa intercapedinis differentia inter diuinæ dilectionis munificentiam, & mutui amoris diligentiam. Vna ſe angelica caſtitatis comitem fore gratulatur altera ſe maritalis laſciuiæ fomitem lætatur. Iſta collum lunulis, & lacertos dextralibus ornari, & gemmiferis digitorum annulis comi concupiſcit. Illa pulcherrimo pudicitiæ cultu ſplendeſcere, & auratis virtutum monilibus rutilare, ſimúlque candida meritorum margaritis decorari deſiderat. Iſta tortis cinicinnorum crinibus, calamiſtro criſpantibus delicate comperi, & rubro ſtibio genas, ac mandibulas ſtatim fucare ſatagit. Illa incultis caſariè, & neglegenter ſqualente capillatura cum palma virginitatis coronam gloriæ in capite profert. Iſta ſtolidis ornamentorum pompis, ad inſtar mulieris illius aureo calice poculum lethiferum propinantis, quam Apocalypſis ſuper beſtiam ſediſſe deſcribit, compoſita pulchram paritor, & pernicioſam cernentibus ſpectaculum præſtat,* &c. Sapienter admodum & laborem & onus fœminæ nupturæ, inſuper & inanitatē, cum quiete, & lucro virginis cōparauit. Quando hæc cultus negligētia cæleſtem cōparat ornatum: illa tot diligentijs, tot vigilijs, tot laboribus, nihil non lethiferū, & damnoſum affert. Et quid miſerius, quàm tanta ſuſtinere, vt homini placeas? Hinc Paulus ſuprà extollit virginis felicitatem aiens: *Et mulier innupta, & virgo cogitat quæ ſunt Dei.* Nihil laborare 1. Cor. 7.
cogitat pro homine, ſed pro Deo. Circa quod ait D. Aug.
lib. de ſancta Virg. c. 11. *Nec ſe tam vni componit inuento, cogitans, quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro; ſed ſpecioſum forma præ filijs hominum ſic amauit, vt quia eum ſicut Maria concipere carne non poſſit, ei corde concepto etiam carnem integram cuſtodiret.* Expende illam felicitatem virginis, nimirum: *Nec ſe vni componit inuento, quomodo placeat viro.* Quippe miſeria eſt nuptæ fœminæ, quod totam curam, & animi conatum in ornatu, in cultu, in procuranda munditie impendat mundiali marito. In non paruum ſupplicium Iſraelis annuit eis Dominus petentibus Regem: dicit enim Samueli 1. Reg. 7. *Audi vocem populi in cunctis, quæ loquuntur. non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper illos.* Et quando Deum abijciunt, in quo merentur audiri? In eo, quòd malum, & calamitoſum petant ſibi, dumque poſſent Deo ſeruire, malunt homini impendere ſeruitutem. Vt meritò dicat de illis Hier. in c. 1. Sophon. *Rectè enim habent Regem hominem, qui Regem Dominum perdiderunt.* Plane rectiſſimè plectit eos Dominus pro Dei abiectione, vt ſeſe homini ſubmittant, illique impendant, & curas, & labores ſuos, quod miſerrimum eſt, & inaniſſimum. Quam miſeriam ſubeunt fœminæ nuptæ, dum coguntur pro homine laborare, quando virgines laborantes pro Deo, illi ſoli placere ſtudeant.

Auguſt.

1. Reg. 7.

Hier.

§. XX.

Non cenſetur apud Deum virginitas, quæ ea, quæ Dei ſunt, non cogitat.

DIxerat Mardochæum ambulaſſe ante domum, *in qua electæ virgines ſeruabantur.* Et ſtatim ait: *Cùm veniſſet tempus ſingularum per ordinem puellarum.* Iam non virgines vocat, ſed puellas. At, cur tam citò oblitus eſt illuſtre nomen virginitatis, & puellas appellat? Accedebat ad earum proponendum ſtudium, quo per annum nihil aliud, quàm muliebrem cultum, quo Regi placerent, meditabantur. Quæ autem ſic ſe impendunt mundialibus curis, nihil de Deo, ſed de viris cogitantes, quamuis adhuc carnali integritate floreant, nec adumbratæ apud Deum virgines reputantur. Dicebat Paul. 1. ad Cor. 7. *Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Dei ſūt, vt ſit ſācta corpore, & ſpiritu.* 1. Cor. 7.
Ecce tibi, qualis debeat eſſe virgo, quæ ſupra omnes nuptas euehitur, nimirum, virgo, quæ cogitet, quæ Dei ſunt, quæ non ſe immergat ſtudijs ſæcularibus, ſed vni Deo ſe[ſe] exerceat. Ex quo ait D. Aug. lib. de bon. coniug. c. 24. *Nec* Auguſt.
prolem autem carnalem iam hoc tempore quærere, ac per hoc ab omni tali opere immunitatem quandam perpetuam retinere, atque vni viro Chriſto ſpiritualiter ſubdi, melius eſt vtique, & ſanctius: ſi tamen ea vacatione ſic vtantur homines, quemodo ſcriptum eſt, vt cogitent, quæ ſunt Dei, quomodo placeant Deo. Expende illa: *Si tamen ea vacatione ſic vtantur homines, ſicut ſcriptum eſt, vt cogitent, quæ ſunt Dei.* quippe virginalis ſtatus dignitas, quæ apud Deum cenſetur, non in ſola carnalium voluptatum vacatione conſiſtit; ſed in eo magis, quòd ea, quæ ſunt Dei cogitentur. Vana eſt virginis gloria, quæ tota immerſa curis ſæculi, neſcit diuina cogitare. Et cùm multa ſit in bonis temporalibus conquirendis, æſtimandis, penè nulla eſt in meditandis bonis æternis, aut in placitis diuini Sponſi conquirendis. Qui ergo ſtatu virginali

ginali gaudet, huc intendat, vt renunciatis operibus carnis, vacet meditandis bonis æternis, & Sponſi ſui operibus. Iſaias cap. 56. *Hæc dicit Dominus eunuchis. Qui cuſtodierint Sabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum,* Septuag. *Et tenuerint teſtamentum meum; dabo eis in domo mea, & in muris meis nomen melius,* &c. Ecce tibi, quæ petat ab eunuchis non ſolùm, quod a carnalibus complexibus abſtineant, ſed ampliùs, vt adimplendæ diuinæ voluntati ſtudeant, vt præ manibus habeant Sponſi ſui diuiniſſimi teſtamentum. Ex quo D. Baſil. de vera virginit. ait: *Meminiſſe itaque teſtamenti Sponſi ſui debet. At virgo debet, quod ille pro ea, & pro eius integritate mortem edidit.* Hoc ſtudium veræ virginis ſit, vt præcipua eius cura non circa litteraturas lucroſas ſit; ſed circa Sponſi ſui teſtamentum, eius meditando aſſidue, & triumphos, & prælia.

Iſaia 56.

Septuag.

Baſil.

§. XXI.

Quos Deus ſemel in gloriam ſuam recipit, nunquam inde recedant.

HVc perueniebat totus ille puellarum labor cultui per annos impenſus, vt tandem introirent ad Regem: *Et quæ intrauerat veſpere, egrediebatur manè, atque inde in ſecundas ædes deducebatur,* &c. Vix ingreſſæ ad Regem, iam neceſſarium videbant inſtare regreſſum. Sic ſunt mundiales omnes gloriæ, ad quas ſi accedis, neceſſariò tibi inde eſt recedendum. Felix, qui non mundiali, ſed æterno Regi curat placere: huius ſi ad gloriam ſemel acceſſeris, nunquam inde recedes. Sapientia cap. 8. *Poſuit menſam, & miſit ancillas ſuas, quæ vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Et cur propoſita menſa non ad menſam vocat, ſed ad arcem, & ad mœnia ciuitatis? Cur non menſam meminit vocando; ſed arcem, ſed mœnia? Hoc eſt præcipuum, & ſingulare in menſa illa æternarum deliciarum, quòd muros habeat, qui ſic cingant ingredientes, vt nullus inde regreſſus pateat: Ait Abbas Cellenſis lib. de Panib. cap. 2. *Et planè, ô menſa immenſa, etiam in hoc admirabilis, nihilominùs, & amabilis: quia non exit à te, qui intrat ad te. Clauditur ſiquidem intra ambitum tuum, non tamen incluſus, verùm plena beatitudine feliciter circumcluſus, & iucundè circumſcriptus.* Habent hoc æternæ illæ deliciæ, quòd ſic claudant, ſic circumcingant eos, qui ad illas ingreſſi ſunt, vt nullus inde regreſſus immineat. Cauebat Lex Exod. 16. *Maneat vnuſquiſque ad ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo, die ſeptima.* Circa quæ ait D. Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. cap. 51. *Qui ad illam æternam quietem peruenit, nunquam inde ampliùs exibit. Hæc de cauſa inhibebatur Iudæus à ſuo tabernaculo, die Sabbatho non recedere.* Tanta eſt ſeruorum Dei felicitas, qui dum ſemel intrauerint in gloriam Domini ſui, non ampliùs exibunt.

Sap. 8.

Cellenſ.

Exod. 16.

Cyril. Alex.

CAPVT VI.

Eſtheris nuptiæ.

TEXTVS HISTORIA.

MOs erat puellis, quæ ad Aſſueri thalamum parabantur, integrum annum in cultu corporis, mundóque muliebri conſumere. Quod ſtudium, vt citiùs aliis, iubente Rege, Eſther aſſumpſerat, ſic citiùs finiuit. Inſtabat ergo dies, quo deberet per regios thalamos ad concubinarum numerum tranſire: nec puellæ cordi fuit aliquo ornamenti fuco, tanti Principis comparare ſibi nuptias; ſed, vt erat omnium formoſiſſima, nihil requiſiuit, quod ab ſplendenti forma, natiuáque ſpecie non veniret. Qua captus Aſſuerus, & vehementiùs eâ cœpit amare puellam, & tandem eam, regio adornato coronato, in regni conſortem adſciuit.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

MIRARE Dei prouidentiſſimam virtutem, quæ vt nouerat malum è Regia Aſſueri in Iudæos exiturum; iam præuenit medelam inferre, cùm Regi Eſtherem adiungit.

Eſtheris 2. Euoluto autem tempore per ordinem, inſtabat dies, quo Eſther filia Abihail, fratris Mardochæi, quam ſibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad Regem. Quæ non quæſiuit muliebrem cultum; ſed, quæcunque voluit Egeus eunuchus cuſtos virginum, hæc ei ad ornamentum dedit. Erat enim formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa, & amabilis videbatur.

§. I.

Pulchritudo ab honeſtis laboribus maximè oritur.

VBi non pomum, ſed regnum pulchriori fœminæ decretum erat, ſic Eſther venit in tantæ rei certamen, vt priùs à ſe externum cultum ablegauerit. Dicit enim Textus; *Non quæſiuit muliebrem cultum.* Et meritò: non enim a fuco, & vnguentis, & ornatibus; ſed ab honeſtis laboribus, & operibus vera, & optima pulchritudo aggeneratur. Geneſ. 24. *Ecce Rebecca egrediebatur::: habens hydriam in ſcapula ſua; puella decora nimis, virgóque pulcherrima.* Et nimius decor, & pulchritudo maxima dicitur fuiſſe puellæ, quæ hydriam ad fontem ferebat, vt referret aquam. Et vnde tanta illi pulchritudo? An à fucis adhibitis? An à pigmentis, & vnguentis? An a curioſo, & exquiſito ornatu? Abſit. hæc omnia prorſus ablegabat hydria premens eius ſcapulas: non equidem pigmenta, ſed honeſtus labor poſſet tantam pulchritudinem præſtare. Ait D. Chryſoſtomus homilia habita in tom. 6. Quales vxores ſint ducendæ. *Præter virtutes animi, etiam corpora virginum olim optima fuerunt habitudine. Non enim ſic educabantur à matribus, vt ſit hodie, crebra inter vnguenta, & balnea, puluiculóſque aromaticos, in mollibus indumentis, aliiſque corruptelarum modis innumeris, quibus fiant pluſquàm decet mollicula: ſed modus omnibus dura erat earum educatio. Quamobrem & corpora florebant natiua pulchritudine, nullis adiuta externis lenocinijs, & valetudine, aquè ſolita, & forma fruebantur, nulla infeſtante ægritudine, ablegatáque omni molitie: labores enim, & opera, quibus exercebantur, languorem omnem pellebant,* &c. Ecce tibi, vt maximus Doctor rem pulchritudinis, & moraliter, & philoſophicè, & medicè tractat. Quæ a nullo & ſplendidior, & gratior oritur, quàm ab honeſtis laboribus, quibus puellæ debent exercitari. De præſtantiſſima, & caſtiſſima fœmina dicebat inter alia Prouerb. 30. *Quæſiuit lanam, & linum: & operata eſt conſilio manuum ſuarum.* Ipſa, ipſa per ſe operabatur: quod non ſolùm ad commodum familiæ, & ad vitæ honeſtatem conduxiſſe credit Clemens Alexan. lib. 3. Pædag. cap. 11. ſed maximè ad pulchritudinem comparandam: ait enim: *Quæ autem à mulieribus per ſe fit operatio, eis veram, & maximè germanam facit pulchritudinem, vt quæ earum corpora exerceat, & ipſas per ſe ornet: non ab aliis laborantium immundiſſimum mundum ſordidum, ac illiberalem, & meretricium afferens, ſed mundum vniuſcuiuſque pudicæ mulieris, qui per manus eius, quando maximè opus fuerit, ſuppeditatur, & texitur.* Nouerint hæc fœminæ, & quæ amant pulchriores videri, ad honeſtos labores, & operum exercitationes recurrant, non ad pigmenta, non ad fucos.

Geneſ. 24.

Chryſoſt.

Prou. 30.

Clem. Alex.

§. II.

Non proficit in bonum ornatus, quem perſuadet placendi hominibus ſtudium.

Carthuſ.

MVltæ virgines cum Eſthere aſſeruabantur, vt corporis ſui cultu præpararentur Regis connubio, quarũ ſingulæ petebant & vnguenta, & ornatus, quibus ornatæ Regem placare poſſent. De vna Eſthere dicitur: *Non quæſiuit muliebrem cultum.* Circa quæ Carthuſian. *Non aſpirabat ad Regis complacentiam, atque coniugium, & ideò commiſit ornatum ſuum eunucho.* Vt non curabat Regi placere, ſic negligebat cultũ, & ornatũ. Et quæ ſic negligit placere Regi, & cultus, ornatuſve à ſe abiicit curam, hæc, inquam, ordinabatur ad regnum obtinendũ, præ alijs omnibus, quarũ curæ, & vigiliæ erant, vt per ornatũ, & cultum, regium animũ venarentur. Et quando Deus Eſtherem diſponebat ad regale obtinendum coniugium præ alijs omnibus, cur non illi & voluntatem infudit, qua vellet placere Regi, & cultui decoris ſtuderet, vt cæteræ ſtudebant virgines, quæ eò ſpectabant? Crede mihi, non diligentia cultus, & ornatus ob ſtudiũ placendi hominibus; ſed negligentia magis promouetur à Deo in glorioſos triumphos. Memini Rebeccæ, quãdo à Deo dirigebatur in magni Iſaaci cõnubium: de illa dicit Text. Gen. 24. *Ecce Rebecca egrediebatur: habens hydriã in ſcapula ſua, puella decora nimis,* &c. Ita negligens ornatus ſui, quàm quæ nihil aliud meminerat, niſi fontem, ex quo aquam hauriret. Iezabel autẽ vt audiuit aduentum Iehu. 4. Reg. 9. *Depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuũ,* &c. Recurrit ad fucos, ad ornatus, cupiens vehementer placere nouo Regi. Qui tandẽ? Hæc præcipitata periit: illa in coniugiũ Iſaaci promota fuit. Et quãdo Rebecca ad coniugiũ illud dirigebatur; cur non prouiſũ eſt à Deo, quòd in illo tẽpore videretur, in quo illa magis ſtuderet decoris cultui? Cur, vt Iezabel cupiens placere Principi recurrens ad muliebrẽ mundũ oſtenditur, ſic nõ diſponitur, vt Rebecca placitura ad ſimilia recurreret? In vtrâque manus Dei ſe prodebat alteram perditura, alteram promotura. Et quæ à Deo promouenda erat, eo tempore diſponitur, vt appareat, quando magis cultus ſui negligens videretur, nempe, cùm ad fontem cũ hydria ibat. Quæ autem perdenda veniebat, ad ornatus, & fucos recurrere permittitur: nunquam enim proficit ſaluti ornatus, quem perſuadet hominibus placendi ſtudium. Ier. cap. 4. ſic inſultat puellis Ieroſolymitanis: *Cùm veſtieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos, fruſtrà componeris.* Theodor. legit. *Fruſtrà enim erit pulchritudo tua.* Et cur fruſtrà nea? Quia totus ille ornatus illarum à Deo erat alienus, & idolis conſecratus. Ornatus autem idolis ſeruiens inutilis prorſus eſt, imò valdè noxius. Ait ibi Theod. *Solebant diebus feſtis Dæmonum pulchritudini operam dare. Vnde reducit eis in memoriam eiuſmodi ornamenta, docetque, illa omnia inutilia eſſe, & noxia; quo nullum à Dæmonibus auxilium compararunt, imò potiùs illa compararunt hoc mala.* Nihil aliud ſperandum ab ſtudio pulchritudinis, ab ſtudio ornatus ob gratiam idolorum, ob gratiam comparandam hominum. Tale enim ſtudium nunquam proficit in bonum; ſed magis ſolet proficere ad perditionem.

Gneſ. 24.

4 Reg. 9.

Ierem 4.
Theodor.

§. III.

Pulchritudo animi, & pulchritudo corporis mutuò ſe promouent.

MIrum in modum commendatur Eſtheris pulchritudo à Textu ſacro dicente: *Erat enim formoſa valdè, & incredibili pulchritudine omnium oculis gratioſa, & amabilis videbatur.* Nec miror: maximè enim eius corporalis pulchritudo augebatur, ex pulchritudine animi: dicit enim Carthuſ. ibi: *Pulchritudinem illam corporalem mirabiliter venuſtauit, & auxit ſupernaturalis pulchritudo mentis in dono gratiæ, ac virtutum redundans, & ſplendens in corpore, pulchritudo quoque moralis, in venuſtiſſimis moribus, apparatu, & compoſitione conſiſtens.* Augebatur equidem corporalis pulchritudo, ex interna pulchritudine animi: ſed & animi pulchritudo non parum gratioſa erat ex pulchritudine corporali. Mutuò enim ſe promouent duæ iſtæ animi, & corporis pulchritudines. Geneſ. 24. *Ecce Rebecca egrediebatur . . . : puella decora nimis, virgóque pulcherrima, & incognita viro.* Bis repetitur, quòd Rebecca ſit pulchra, cùm dicitur, *puella decora nimis, virgóque pulcherrima,* & ſimiliter bis eius exprimitur illibata virginitas illis verbis, *virgóque pulcherrima, & incognita viro.* Et cur bis dicitur pulchra, & bis dicitur virgo, niſi vt oſtendatur, quàm augeatur, & duplicetur pulchritudo corporis ex virtute virginea; & virgineus pudor ea corporali pulchritudine? Dicebat ad hæc D. Chryſoſt. homil. Quales ducendæ ſint vxores. tom. 6. *Quid mihi narras in Rebecca pulchritudinem corporis? Vt diſcas inſignem eius pudicitiam, vt diſcas animi pulchritudinem: ſuſpicienda vnaque res eſt ipſa pudicitia; ſed magis etiam ſi coniuncta ſit cum egregia ſpecie.* Equidem internæ pudicitiæ pulchritudo eò ſplendidior apparet, quò per egregiam corporis ſpeciem noſcitur fulgurare. Vt è contra corporis pulchritudo non ſic de muliebri mundo, vt de cultu virtutis radiat. Geneſ. 39. ait: *Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu.* Circa quæ ait D. Ambroſ. lib. de Ioſeph: *Cùm eſſet decorus aſpectu, & ſpecioſa facie valdè, venuſtatem, vt vultus non ad alienam detinuerit iniuriam, ſed ad ſuam ſeruauit gratiam, hoc ſe pulchriorem ratus, ſi non diſpendio caſtitatis, ſed cultu pudoris ſpecioſior probaretur.* Specioſior probatur non ex cultu corporis, ſed ex cultu pudoris. Viſa Abrahami vxore Sara, eiuſque pulchritudine prædicata apud Regem, dicit Gen. 20. *Miſit ergo Abimelech Rex Geraræ, & tulit eam.* De quo ait Lippoman. in Cat. *Mirum profectò, & valdè mirum, quòd fœmina nonagenaria, & iam eam deſiccans mulìebria, eſſet tam concupiſcibilis, pulchra, & vegeta, vt Rex alienigena vellet eam habere vxorem. Sed hoc propter eius ſanctitatem fuit,* &c. Quippe ſanctitas interna pulchritudinem faciebat externam. Quò trahe dicta 3. tom. 3. de Chriſto figur. lib. 6. cap. 2. §. 10. & tom. 4. lib. 8. cap. 2. §. 14.

Gen. 24.

Chryſoſt.

Geneſ. 39.

Geneſ. 20.

Lippom.

§. IV.

Ex humilitate, & demiſſione animi vt naſcitur pulchritudo.

CVm ingenti animi demiſſione video in Eſthere coniunctam incredibilem pulchritudinem, dicente Textu: *Quæ non quæſiuit muliebrem cultum. Erat enim formoſa valdè, & incredibili pulchritudine.* Non quæſiuit, inquam, muliebrem cultum, vt quæ non aſpirabat, teſte Carthuſiano, ad Regis complacentiam, atque coniugium. Adeò erat humilis in oculis ſuis, vt negligeret Regi placere, & ex animo fugeret regium connubium. Quo non miror, ſi ſummè augeretur eius pulchritudo. Cant. 4. *Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es.* Bis repetit, vt oſtendat eius eſſe maximam pulchritudinem. Et vnde tam maxima pulchritudo creuit? Tres Patres apud Theodor. dicunt: *Pulchra profectò es, quæ mihi propinqua per imitationem extitiſti: quæ & pulchritudinem, quam propter imaginem, & ſimilitudinem habuiſti, eſſicaci cognitione cumulaſti. Ecce pulchra es etiam, quoniam ad reliquas omnes virtutes tuas humilitatem adiungis.* Sic humilitas, & animi demiſſio, qua ornatus pompa fugitur, ex Deo negotiatur fœminis pulchritudinem. Vt è contra ſuperba ornatus pompa eas in fœditatem vultus demittit: Iſaiæ c. 3. *Dixit Dominus. Pro eo, quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant; decaluabit Dominus verticem filiarum Sion,* &c. Quid turpius, & fœdius fœmina calua? Eam igitur fœditatem, & deformitatem maximam facit Deus venire in fœminas, quæ ob formæ decus ab humilitate deſciſcunt. Vt dicat D. Baſil. ibi: *Cùm hæ ſupra cæteras inſolentiùs efferrent ſe ipſas ob formæ decus, & elegantiam corporis, turgentes inani faſtu, & collum in ſublime arrectum geſtitabant, quo ſuos vultus palam ſpectandos omnium oculis exhiberent: . . . Quando non ſua ſponte elegerunt humilitatem; ſed ambulauerunt extento collo, humiliabit Dominus ipſas,* &c. Sic quæ pompa ornatus humilitatem abiiciebant, ad fœdam deformitatem trahebantur per Deum.

Carthuſ.

Cant. 4.

Theodor.

Iſaiæ 3.

Baſil.

§. V.

Eâ ſit pudicitiâ mulier, vt vel in multorum conſpectum veniens, quaſi ignota permaneat.

ILlud notandum, quòd de ſpecie Eſtheris dicitur, nimirum: *Omnium oculis gratioſa, & amabilis videbatur.* Sic pudica, & honeſta puella omnium oculis erat expoſita?

expoſita. Non mireris: erat enim in Regia potentiſſimi Regis Aſſueri, & iam de more regij palatij venit, quod ibi aſſeruatæ virgines multorum oculis pateant. Illud mirandum, quod tot oculis percuſſa Eſther, quot virgines Palatinæ ſolent, nullum detrimentum fuerit paſſa, ſed quaſi prorſus ignota permanſerit. Gen. 24. *Ecce Rebecca egrediebatur puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro deſcenderat autem ad fontem.* Domo egreſſa

Geneſ. 24.

Rebecca pulcherrima virgo, ſic omnium oculis exponebatur, vt ſolent puellæ, quæ ad fontem quotidie tendunt, vt inde referant domum aquam. Interea tamen dicitur virgo pulcherrima, & incognita viro. Quomodo incognita viro, quæ nullius viri oculis negabatur? Inde eius pudicitia maximè oſtenditur, quia ſic compoſita Rebecca erat, vt vel inter omnium oculos, quaſi nunquam viſa, & cognita permanſerit. Item extollit D. Chryſoſt. homil. Quales ducendæ ſint vxores, tom. 6,

Chryſoſt.

vbi ait: *Oſtendens Moyſes, quòd hæc tam animo, quàm corpore virgo fuerit, dixit: Virgo erat, & viro incognita.* Tametſi multas habebat occaſiones, per quas à viris cognoſceretur primum corporis pulchritudinem: deinde modum miniſterij, quo perfungi eſt ſolita: ſi enim in thalamo deſediſſet perpetuò, ſicut noſtri temporis virgines, nec forum adiſſet, neque exiſſet paternam domum, nulla eſſet laus, ſi diceretur virgo incognita. *Cum autem vide eam forum petere, quotidieque cogi aquatum ire bis, aut ter, atque ita manere viro incognitam, ea verò laus eſt non minima.* Cùm enim nonnunquam accidat, vt rarò forum petens virgo nec formoſa, & comitata ancillis aliquot, amittat morum puritatem. *Hæc quæ quotidie ſola prodit ex paternis domibus, idque non in forum; ſed aquatum ad fontem, quò & alios multos conuenire eſt neceſſe, an non magna admiratione digna eſt? Quippe cuius probitati nec crebri è domo exitus, nec egregia vultus forma, neque frequentes iuuenum occurſus, nec aliud quicquam detrimentum vllum afferat, dum ſeruat pudicitiam diligentiùs, quàm quæ nunquam è gynæceo ſe proferunt.* Hucvſque Chryſoſt. Hoc nunquam non eſt ad ſummam fœminæ commendationem, quæ ſic mores ſuos componat, vt vel inter omnium oculos, maneat quaſi non viſa, & incognita.

Eſther. 2. Ducta eſt igitur ad cubiculum Regis Aſſueri menſe decimo, qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno regni eius. Et adamauit eam Rex pluſquàm omnes mulieres, habuitque gratiam, & miſericordiam coram, & ſuper omnes mulieres, poſuitque diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare pro Vaſthi. Et iuſſit conuiuium præparari, &c.

§. VI.

Amor coniugalis repentè ab authore naturæ Deo excitari ſolet.

MIraris tam citò erupiſſe in altiſſimas flammas amorem Aſſueri in Eſtherem: dicit enim Textus: *Ducta eſt igitur in cubiculum Regis Aſſueri menſe decimo: Et adamauit eam Rex pluſquàm omnes mulieres,* &c. Erat equidem Eſther ordinata à Deo ſponſa Aſſueri: in id coniugium, Deo ducente, ferebatur, cùm ad Regem afferebatur. Inde tantus amor in Aſſuero erga Eſtherem repentè exarſit: ſolent enim ſubitò inter coniuges ingentes amoris pyræ excitari. Prouerb. 5. ait: *Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. Cerua chariſſima, & gratiſſimus hinnulus.* Quibus monet coniuges, vt læti, & hilares ſint, adeò vt in eis appareat, &

Prouerb. 5.

lætitia, & amor, qui inter ceruam, & hinnulum recèns natum apparet. Cerua enim vbi primò videt hinnulum à ſe ortum, ſolo naturæ authore Deo excitante, ardentiſſimis in illum fertur amoris flammis. Similiter hinnulus cùm primum in lucem editur, ſtatim toto affectus pondere fertur ad matrem. Sic maritus, vno Deo excitante, ad primum ſponſæ conſpectum, tanto eius amore capitur, vt præ illa cæteras nihili faciat. Hinc ſpectans D. Chryſoſt. hom. Quales ducendæ ſint vxores tom. 6. ait: *Quemadmodum recèns natus infantulus aſpectu ſtatim parentes noſcitat,*

Chryſoſt.

priuſquàm ſciat voces edere: ita ſanè, & ſponſus, ac ſponſa, nemine ſequeſtro, ut neue hortatore, primo ſtatim aſpectu conglutinantur inuicem. Non eget ſponſus hortatore, vt ſponſam amet, ſed cùm primùm illam videt, ad illam ardentibus amoris flammis rapitur. Vt recens natus infantulus ab authore naturæ excitatus, parentes noſcitat: ſic ſponſus ex Deo habet, quo vel ſubitò ſponſam vitam vehementiſſimè amet. Paul. ad Epheſ. 5. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt,* &c. Quòd homo propter vxorem parentes relinquat, & cæteras omnes fœminas, putat Paulus non humanum, ſed diuinum, dum ait: *Sacramentum hoc magnum eſt.* Et in quo oſtenditur diuinum, quòd homo ſic afficiatur amore vxoris? In eo planè, quòd repente, & ſubitò, cum primùm videt fœminam, nunquam antea viſam, nec notam, ſtatim illam præfert omnibus alijs: quod ſolo Deo excitante poteſt accidere. Chryſoſt. vbi ſupra: *Quòd virgo aſſeruata omni tempore, ſponſum nunquam antè viſum mox à prima die deſiderat, & amat tanquàm corpus proprium. Rurſus vir, quam nunquam vidit, nunquam allocutus eſt, mox à prima die præfert cæteris omnibus, & amicis, & familiaribus denique ipſis parentibus... Hoc igitur omnia Paulus conſiderans, animaduertènſque non eſſe hoc humanum negotium, ſed diuinitùs amores tales inſeri, Myſterium, inquit, hoc magnum eſt,* &c. Magnum equidem myſterium eſt, & à Deo vno authore naturæ prouiſum, quòd ſic ſubitò rapiatur vir ſponſæ amore, ſponſæ, inquam, quam nunquam antea viderat, nec eam fuerat allocutus.

Epheſ. 5.

Chryſoſt.

§. VII.

A nullo magis Principes, quàm à miſericordia commendantur.

MVlta fecit Aſſuerus, quæ eius potentiam, & gloriam oſtenderent: fecit enim permagnificum conuiuium celebrari, tributa relaxari, regiamque dignitatem oſtendit. De tot, tantiſque operibus regium ſplendorem, & potentiam prætendentibus, vnam tantùm miſericordiam dicitur habuiſſe Eſther apud Aſſuerum: ſic enim ait: *Habuitque gratiam, & miſericordiam coram eo ſuper omnes mulieres.* Cur non magis potentiſſimi regni habitæ cum Aſſuero meminit? Cur ſolam miſericordiam coram illo habuiſſe dicitur? Equidem à nullo magis commendari Principes poſſunt, quam à miſericordia, quæ ſe ſuper omnes poteſtates, & decora maximè euehit. De Deo Rege Regum locutus Pſalm. 144. *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Sunt in Deo opera ſummæ potentiæ, ſummæ gloriæ; ſed hæ ſeſe ſubmittunt miſericordiæ eius operibus. Et cur miſeratio ſic omnia alia opera excedit? Rem tractat, & ponderat D. Hilarius ibi: *Quòd enim potens eſt, natura virtus eſt: quòd autem miſericors eſt, ſalutis noſtræ profectum eſt. Et plus eſt non ſua vti, ſed alijs præſtitiſſe, quæ ſua ſunt. Et adeò præſtat cæteris operibus miſericordia, quia magnifica eius operatio virtutis ſua eſt, miſericordia verò in vſus alienus eſt.* Quippe, vt vſusfructus miſericordiæ totus alienus eſt; ſic qui ea vtitur, non tam ſibi, quam alijs conſulit, eóque præſtantior apparet cæteris virtutibus, quò minùs ſibi, & magis alijs lucroſa videtur. Hinc totus ſplendor mundialis regni creditur à miſericordia venire. S. Amedeus ſic loquebatur ad Mariam, hom. 6. *O Maria, ipſo amor tuus reſurrexit tibi die tertia, & in caput tuum aſcendit ſuper omnes cælos, vt omnia adimpleret. Habes ergo, ô beata, gaudium tuum, attributum eſt tibi deſiderium tuum, & corona capitis tui. Attulit tibi cæli principatum per gloriam, regnum mundi per miſericordiam.* Quaſi in vna miſericordia totum mundialis regni decus conſiſtat.

Pſal. 144.

Hilar.

Amed.

§. VIII.

Ab Eucharistia conuiuio nuptiæ ſunt inter Deum, & hominem.

EXpendo, quòd Aſſuerus *iuſſit conuiuium parari permagnificum cunctis Principibus, & ſeruis ſuis pro coniunctione, & nuptiis Eſther.* Solenne eſt nuptias celebrari inter conuiuia. Sic verus Aſſuerus Ieſus conuiuium euchariſticũ inſtituit, cùm homines vocaret ad nuptias: de tanto enim conuiuio, Deo nubimus. Eliezer ille ſeruus Abrahæ quæſitu-

rus ſponſam Iſaaco Geneſ. 24. inuenit iuxta fontem puellam virginem nomine Rebeccam, & licet diuinque in domo ſtaret eius adiit, nec verbum loquitur, quod pertineat ad nuptias. Iſaac. multa autem hoſpitum officia, ait Textus: *Appoſitus eſt in conſpectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar ſermones meos, &c.* Qui in tot antecedentibus officiis ſiluit, vbi panem appoſitum ſibi vidit, ſtatim loqui cœpit ea, quæ pertinebant ad Iſaac nuptias. De præſentia enim panis factum eſt, vt ageret de Iſaaci connubio. Vt dicat Rupert. lib. 6 in Geneſ. cap. 41. *Cum gratias egit hoſpitibus, ſiluit adhuc, donec in conſpectu ſuo panis poneretur: & tunc demum inter maxima ſedens hoſpitij, id eſt in præſentia panis appoſiti, ſermonem ingreſſus eſt.* Et quis auderet verbum loqui de hominis nuptiis cum Agno diuiniſſimo? Quæ carnis natura ſperaret poſſe cum Deo coniungi, niſi ad præſentiam diuiniſſimi panis eucharistici? Vſque dum hæc menſa apparuit, hic Panis cæleſtis appoſitus eſt, ſilebat omnis caro: verùm in tanti conuiuij præſentia iam vel vilis anima loquitur cum Deo nuptias. Dicebat illa Cant. 8. *Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te.* Quem fratrem nouerat, vehementiſſimè optabat, vt potiſſima ſponſa oſculari. Et vnde poterat id illi poſſibile, quod anima humana tanti Dei acciperet coniugium, niſi de perceptione viuifici cibi? Ait D. Amedeus ſerm. 1. de laud. Mariæ: *Inueniam te, inquit, foris in lucem, qui es ſecretum Patris. Inueniam te apparentem in carne, qui lates in inuiſibili maieſtate. Inueniam te Sponſum procedentem è thalamo, qui in vtero virginali conceptus es de Spiritu Sancto. Et deoſculer. Deoſculer vnita tibi in perceptione Carnis tuæ, & Sanguinis.* Ecce, vt non cogitat aliter, diuiniſſimi Sponſi poſſe ſitui fauoribus, niſi in perceptione eius Carnis, & Sanguinis. Ab hoc enim ſacro epulo diuiniſſime anima Deo copulatur.

Geneſ. 24.
Rupert.
Cant. 8.
Amed.

§. IX.

Ea ab amore diuino bona in ſuos dilectos proſiliunt, quæ non poſſunt hoc tempore capi.

VT Aſſuerus amauit Eſtherem, ſtatim & coronauit, & magnifico conuiuio, & donatiis eius celebrauit nuptias. Cùm dicat Textus: *Adamauit eam Rex: poſuitque diadema regni in capite eius. Et iuſſit conuiuium præparari, &c.* Sic ſtatim vniuerſos amoris ſui theſauros effudit. Non ſic amoris diuini poſſunt theſauri aperiri, à quo profectura bona in dilectos, ei minimè capi poſſunt in huius temporis anguſtiis, neceſſe eſt, reſeruentur in futurum. Dicebat Paul. 2. ad Timoth. 7. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus Iudex.* Quid ais, Paule? in futurum ſæculum tuam coronam reſeruari permittis? Aſſuerus, qui Eſtherem amat, eam ſtatim coronat, cur tu ſimiliter non ſtatim accipies coronam à Deo amatore tuo? An pigrior eſt Dei amor in ſuos, quam Aſſueri amor? Abſit: non enim eſt tardus Deus in coronandis ſuis; ſed quæ a Dei amore proficiſcuntur, coronæ tantæ ſunt, quantæ minimè capi poſſunt in huius temporis anguſtiis. Vt dicat D. Chryſoſt. hom. de S. Iuliano Martyre. *Cur igitur externus, ac profanus athletis ſimul obueniunt, & victoria, & corona: pietatis autem athletis non ſimul & victoria, & corona, ſed tantùm poſt temporis internallum?* Hanc ad illa Apoſtoli verba propuoit quæſtionem, quam ipſe in rem noſtram ſic continuo diſſoluit. *Pietatis athletæ ſudarunt, labores hîc exantlarunt, ſexcenta vulnera exceperunt, nec ſtatim eis obueniunt corona. Nequaquam, inquit: non enim vita præſentis natura magnitudinem honoris illius capit. Caducum eſt ſæculum præſens, ac breue, infinitum illud, immortale, & æternum. Propterea labores cum breui, ac temporario iſto ſæculo connexuit, coronas æterno, ac immortali reſeruauit.* Non equidem huius vitæ anguſtum coronas illas dilectis Dei debitas poteſt capere & ideò in ſæculum æternum reſeruantur. Ait Paul. 2. ad Cor. 3. *Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Ex Græco legit D. Thom. *Ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam.* quaſi velit, quod ſancti homines etiam in hac vita accipiant gloriam, à qua feſtinant ire ad futuram. Sed, ſi in præſenti percipitur à Sanctis gloria, cur anxiè tractant de futura acquirenda? Qualiſcunque ſit huius temporis gloria, parua eſt, & minima: illa magna, quæ in præſenti non capitur, ſed in futurum reſeruatur. Ait Nicæn. hom. 5. in Cant. *Suggerit illud Apoſtolicũ, ſubinde eandem imaginem à gloria transformari in gloriam, adeo vt ſemper videatur eſſe gloria, quod accipitur, & quod ſemper inuenitur: & licèt ſit magnum, & excelſum, creditur eſſe minus eo, quod ſperatur.* Minus eſt, quidquid in hac vita poteſt capi: illud ſolùm magnum, & excedens omnia temporalia, quod in futuro ſæculo ſperatur.

2. Timoth. 7.
Chryſoſt.
2. Cor. 3.
Thomas.
Nicæn.

§. X.

Deus dilectos ſuos Reges facit.

HOc amoris Aſſueri in Eſtherem indicium fuit, quòd illam in regni conſortium leuauit. Propterea dicit Text. *Adamauit eã Rex: poſuitq; diadema regni in capite eius.* In quo me rapit animus ad diuiniſſimi Aſſueri amorem meditandum. Dilexit equidem nos Rex Regum Ieſus, & quos amauit, ſimul Reges effecit. Pſal. 44. loquutus Dauid cum Chriſto ſuo ait: *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.* Et poſt pauca ait: *Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Quibus oſtenditur Ieſus meus, & benedictus à Patre, & vnctus. In benedictione forſan intelligatur filiorum adoptiuorum propagatio, & multiplicatio. Vt Gen. 1. primis illis hominibus *benedixit Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini.* Vnctio autẽ ad quid fuit addita? Vt oſtenderetur differentia filiorum Adam, & filiorũ Ieſu, qui enim ab Adam veniunt, vt à ſeruo, & peccatore naſcuntur, ſic in miſera ſunt ſeruitute. Qui autem ſunt à Ieſu, vt à Rege vncto veniunt, ſic ipſi iam nõ ſerui: ſed filij, & Reges ſunt. Ad hæc aiebat Rup. lib. 1. de oper. Spir. Sanct. c. 3. *Ieſu autem ad quid Deus benedixit? Ad quid illum vnxit oleo lætitiæ præ participibus ſuis? Nimirum, vt & ipſe creſceret, & multiplicaretur, reſurgeret in perſona ſua, qui erat minutus paulò minus ab Angelis, proficeretq; vſq; ad dexteram maieſtatis, & omnia ſubijcerentur illi, multiplicaretur in filiis ſuis, imò in fratribus ſuis, filiis Dei, filiis adoptiuis. Ad hoc benedixit hanc benedictione regali. Omnes quippe, qui eius benedictione creuerunt, Reges ſunt, vnde dicunt: Feciſti nos Deo noſtro regnum, &c.* Sic exaltatore noſtro Ieſu, Dei Filio, traximus regiã honorificentiam. Vt meritò dicat Paul. 2. ad Cor. 1. *Qui autẽ confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus, &c.* Circa quæ D. Amb. ait: *Dominus ergo confirmat, & Deus, qui vnxit nos, id eſt, qui dedit regiã honorificentiam, ſicut dicit Petrus: Quia ſumus magnum genus regale, per vnctionem ſpiritualẽ, cuius typus fuit in Regibus Iudæorũ.* Quotquot inungebãtur olim Reges Iudæorũ, tot figuræ erant regni Chriſtianorũ, quod acceperunt de manu dilecti ſui Chriſti Domini. Qui vt ſummus, & maximus eſt Rex Regũ, ſic eius dilecti ab illo manet Reges minores. Hinc Ioan. 4. *Erat quidã Regulus, cuius filius infirmabatur, &c. Hic cùm audiſſet, quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eũ.* Quis erat Regulus iſte? Quicũque acceptus, & gratus eſt ſummo omniũ Regi Ieſu. Dicit Orig. tom. 13. in Ioan. *Magnũ igitur Regẽ, cuius vrbs ſunt vera Ieroſolyma, Regemq; Regũ, qui profectus eſt in regionẽ longinquã, vt regnũ ſibi acciperet, ac reuerteretur, venerſumq; aliũ ſcimus neminem, niſi eum, qui dixit: Ego autẽ conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctũ eius. Huius qui diſcipuli ſunt, & ex re lætitia affecti ſunt, ij omnes ſunt Reguli, quiq; Patre, per eũ credunt, eius regni cognomen conſecuti ſunt.* Itaque Reguli ſunt, qui ſub amore, & protectione ſummi Regis Chriſti ſunt. Ne miremur viſionem illã, de qua Eſdras lib. 4. c. 2. ait: *Ego Eſdras vidi in monte Sion turbã magnã, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant Dominũ. Et in medio eorũ erat iuuenis, ſtatura celſus, eminentior omnibus illis, & ſingulis eorũ capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur: Et dixi Angelo: Ille iuuenis quis eſt, qui eis coronas imponit? Et reſpondens dixit mihi: Ipſe eſt Filius Dei.* Erat equidẽ Filius Dei inter ſectatores ſuos, dilectos ſuos, quibus ipſe ſingulis coronas imponebat. Vt cùm Rex Regũ omnibus celſior & ſublimior ipſe eſſet, dilecti eius coram illo Reguli etiã apparerent. De amore enim diuino ſẽper in nobis regia gloria affulget. Ait Cant. 6. *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, adoleſcentularũ nõ eſt numerus.* In tres partes totum cæleſte diuiditur. Sunt & Reginæ, & concubinæ, & adoleſcentulæ. Et vnde fiunt Reginæ? Ex eo, quòd, metu ablato, amoris vinculis Deo copulatur. Ait Nicæn. hom. 15. in Cant. *Nonnulla per amatiriam quaſi quandam affectionem cum eo conglutinantur, cuius generis erat Dauidis, & Pauli anima: quarum illa inquit: Mihi eum Deo glutinari bonum*

Rupert.
Pſal. 44.
Gen. 1.
Rupert.
2. Cor. 1.
Ambroſ.
Ioan. 4.
Orig.
4. Eſdr. 2.
Cant. 6.
Nicæn.

tenuum eſt. Hoc verò. Nemo [illegible] à charitate [illegible] agitur per affectionem quandam per[illegible], deſidet. [illegible] integritate cum Dei puritate [illegible] [illegible] propter regni ſocietatem appellantur De amoris diuini be[illegible] habetur, quòd in regni gloriam ſcandant.

§. XI.

Vnus Deus à fœditate in pulchritudinem nos transfert.

POtuit Aſſueri amor Eſtherem à priuata vita in regnum eleuare, quia dicit Textus *Adamauit eam Rex* [illegible] *poſuitque diadema in capite eius.* Potuit, [illegible], in capite priuatæ diadema [illegible] faciem [illegible] pulc[illegible] [illegible] minime poſſet. Q[illegible] pulchram adamare, [illegible] fecit [illegible] turpem [illegible] [illegible] humanæ [illegible] Regi [illegible] Dei [illegible] poteſtatem. Monebat Paul. [illegible] Ephes. 5. *[illegible] veſtras ſicut & Chriſtus dil[illegible] [illegible] pro ea, [illegible] lauacro aquæ in verbo [illegible] non habentem maculam aut rugam.* Itaque [illegible] [illegible] & turpem, [illegible] mundauit [illegible] [illegible] hoc [illegible] Deus Ad[illegible] ait D. C[illegible] [illegible] duceda ſint vxor. tom. 6 *[illegible] adamauit [illegible] [illegible] fœminam ma[illegible] dinem, turpem, at verò [illegible] [illegible] pul[illegible] atque etiam poſt hac [illegible] dat, [illegible] maculam, [illegible] thalamo, nec abrumpit [illegible] coniugij, [illegible] remedia corrigere.* Nouus, & inauditus Sponſus [illegible] quas videt deformes, turpes, plenas maculis, non aue[illegible] tus, ſed as ad [illegible] trahit [illegible] in pulchritudinem, & decor[illegible] Aiebat illas ant[illegible] *Nigra ſum, ſed formoſa.* [illegible] mò [illegible] potuit formoſ[illegible] dici Dum a[illegible] am[illegible] dignus, qui quas amat turpes, in [illegible] pulchritudinem. Nicæn. homil. in Cantic. *[illegible] addit miraculum, quod [illegible] factum eſt, vt magis [illegible] amaret immenſam Sponſi benignitatem, quâ dilecta per d[illegible] [illegible] tudinem. Nolite, inquit, mirari, quod me dil[illegible] [illegible] ſi [illegible] quòd, [illegible] peccato & per opera [illegible] & contracta tenebris, me pulchram fecerit, per dilectionem, ſua pulchritudine commutata cum mea turpitudine.* [illegible] hæc mutatio eſt dexteræ Dei, quæ ſola poteſt [illegible] animas, per dilectionem conuertere in pulchras. Q[illegible] ſpectans D. Ber[illegible] in Dom[illegible] poſt Epiphan. ait *Mo[illegible] quidè Æthiopiſſat duxit vxorem, ſed non potuit eius mutare [illegible]. Chriſtus verò quam adamauit ignobilem adhuc, & fœdam, [illegible] ſibi exhibuit Eccleſiam, non habentem maculam, atque rugam.* Hæc ille. Quæ virtus, vt ſolius Dei eſt, ſic in ſola eius Eccleſia [illegible], quæ de Sponſi ſui gratia habet, quos amittit in melius conuertere. Genes. 8. *Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo: ſed & omnia animantia, iumenta & reptilia,* &c. Vt cum Noe, & filiis eius ingreſſa fuerant in arcam iumenta, reptilia: ſic egredientibus illis ex arca, ſimul egrediuntur animantia, reptilia, & iumenta. Et illud notandum, quòd dicantur animalia egredi ex arca. Cur adhuc animantia? Cur in arca non in præſtantius aliquid mutata ſunt? Non eſt hoc arcæ Noeticæ, ſed nec alicuius creatæ potentiæ: ſola Dei Eccleſia, vt quæ virtute Dei agit, quos accipit, mutat in melius. Ait Chryſoſt. hom. de S. Hiero. Mart. tom. 5. *Commune theatrum erat arca Noe; ſed Eccleſia melior eſt etiam, quàm iſta. Nam bruta quidem animalia illa recipiebat, & bruta conſeruabat, hæc autem bruta recipit, & transformat. Verbi gratia, ſi intrauerit Hæreticus vulpes, ipſum ouem efficit; ſi intrauerit lupus, ipſum agnum efficio,* &c. Quid pulchrius? Vnius Dei virtus nouit turpes, & deformes ſpecies in pulchriores transformare.

Ephes. 5.

Chryſoſt.

Cant. 1.

Nicæn.

Gen. 8.

Chryſoſt.

§. XII.

Non inutiliter infimæ conditionis viris ſolent Magni obedientiam præſtare.

IN regium vocantur conuiuium Proceres Perſæ, propter Eſtheris nuptias cum Aſſuero. Quippe, *iuſſit conui-*

Barca de Chriſto figur. Tom. VI.

uium præparari permagnificum cunctis Principibus, & ſeruis ſuis pro coniunctione, & nuptiis Eſther. Eſther ignota puella, ſiue paupercula captiua, ſi cognoſcatur in regnum euecta, Principes Perſarum, in conuiuium, & feſta trahit. Et Principes cum conuiuij dapibus non dedignantur glutire vel ignotæ, vel captiuæ puellæ imperium. Quid mirum? Non ſemel Magni viri iter ſolent minimi obedientiam præſtare. Quæ paulò antè ſe Dei ancillam nominarat, iam clamat Luc. 1. *Fecit mihi magna, qui potens eſt* [illegible] quæ magna fecit Deus Mariæ? An quod præficeretur imperio Angelorum, & hominum? Magnum hoc, ſed accipe quid longè maius, nimirum, quod præficeretur ipſi Deo. Ait D. Ildephonſ. lib. de Virg. Mar. c. 8. *Ille vtique magna fecit, vt per hanc Virginem Deus fieret homo, Verbum fieret caro, & Fieret Dei factor hominum, fieret filius Matris, quam ipſe formauerat. Eſſetque dominator naſcendo ſubditus ancillæ, quam ipſe condiderat, ſicque haberet ancilla in ſubdito dominum, [illegible] dominum in Prælato.* Equidem voluit Dominus ancillam habere in Prælato, quando voluit mundo [illegible] præſtare. Vt hinc pateat, quàm vtiliter etiam magni viri obediant paruulis. Ierem. 38. *Audiuit Abdemelech Æthiops vir eunuchus, qui erat in domo Regis, quod miſiſſent Ieremiam in lacum. porrò Rex ſedebat in porta Beniamin. Et egreſſus eſt Abdemelech de domo Regis, & locutus eſt ad Regem dicens: Domine mi Rex malè fecerunt viri iſti omnia, quæcunque perpetrarunt contra Ieremiam. Præcepit itaque Rex Abdemelech Æthiopi dicens: Tolle tecum triginta viros, & leua Ieremiam Prophetam de lacu.* Rex conſilio, & opera Principum [illegible] miſerat Ieremiam in lacum. [illegible] ſententiæ ſe [illegible] opponit vnus Abdemelech, non Princeps, nec no[illegible] Iſraëlita, ſed Æthiops quidam ſeruus, & vt eunuchus. Et huic [illegible] hominem patitur Rex ſibi Conſiliarium eſſe, [illegible] conſilio ducitur. Quid mirum? Vtilitium [illegible] Magni ſciant & viliſſimorum [illegible] Ait Theod. [illegible] 8. de Pro[illegible]. *Abdemelech quidam famulus, Æthiops eunuchus, nec aulæ [illegible] faſtum, nec regnantem [illegible] [illegible], nec contra Prophetam conceptum furorem, nec ſeruitutis [illegible] conditionem animo voluens, [illegible] Regis ſententiam reprehendit, iniquiſſimum in Prophetam patratum facinus accuſat. Atque Regis Conſiliarius fit famulus, vir eunuchus, inquilinus alienigena, [illegible] Æthiops: ſed & Regem [illegible] perſuadet. Conſtat ergo, quòd Domini magnam ex [illegible] percipiunt.* Ecce tibi quàm vtiliter, & magni Viri, & Principes ſe infimorum placitis ſubmittunt.

Luc. 1.

Ildephonſ.

Ierem. 38.

Theodor.

§. XIII.

Commune eſt humanæ felicitati de alterius ruinis naſci.

TAndem Eſther diadema, & regnum accepit de manu Aſſueri, de quo dicit Text. *Poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare pro Vaſthi.* Regnauit itaque Eſther pro Vaſthi quod Vaſthi perdidit regnum, Eſther accepit. Huiuſmodi communis eſt humana conditio, vt quæ illi felicitas plaudit, de alterius ruina deueniat. Nec Sol nobis ſuam lucem infundit, niſi priùs alios dederit tenebris. Vt meritò dicat Hector Pintus *O vanam mundi gloriam, incertam, & fallacem, & tetra ignominia maculis deformatam, ad quam ſine alterius ruina nemo accidit!* Non eſt humanæ felicitatis venire ad homines ſine ruina alterius. Ezech. c. 26. *Dixit Tyrus de Ieruſalem: Euge, confracta ſunt portæ populorum: conuerſa eſt ad me, implebor.* Ecce tibi, vbi ſuam gloriæ adimpletionem meditatur, priùs cogitat ruinam extremam Ieroſolymæ. Circa quæ Pintus ibi: *Verba ſunt Tyri dicentis: Conuerſa eſt ad me Ieroſolyma. Ideò ea euerſa, ego ero in magna dignitate conſtituta, implebor diuitiis, & delitiis, eius euacuatio erit mea impletio. Intuere mundi conditionem, & qualitatem, non ornat hos, quin ſpoliet illos.* Spolia ſunt quæcunque bona, quæ ad nos perueniunt; niſi ab aliis erepta minimè nos contingunt. Vt alter impleatur, alter vacuandus eſt.

Pint.

Ezech. 26.

Pint.

Eſtheris 2. Cúmque ſecundò quærerentur virgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam Regis. Nec dum prodiderat Eſther patriam, & po-

 pulum

pulum ſuum, iuxta mandatum eius. Quidquid enim ille præcipiebat, obſeruabat Eſther: & ita cuncta faciebat; vt eo tempore ſolita erat, quo eam paruulam nutriebat.

§. XIV.

Quæ mundialium ſocietate gaudent, in nullo ſunt numero apud Deum.

AVdi [illegible], & his virgines in Regia Aſſueri congregatas [illegible] nunquam audio congregatarum numerum [illegible] dicitur in præſenti: *Cum ſecundò quærerentur virgines, & congregarentur.* Iam ſemel quæſitæ fuerant, e [illegible] us electa fuit Vaſthi in Reginam; & hac reiecta [illegible] quæruntur, & ex illis aſſumptam inuenio E[illegible]. Sed nullibi exprimitur collectarum virg[illegible] numerus. Et quidem Apocalyp. 14. *Ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius. De quibus ſtatim ait: Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt.* Et [illegible], & hic, & [illegible] virgines: harum autem vi[illegible] numerum propoſuit diuinus Scri[illegible], illarum verò nullum. Et cur qui adeò exactè expri[illegible] numerum virginum in monte Sion exiſtentium, neglexit numerum virginum exiſtentium in Regia Aſſueri? Nónne idem diuinus Spiritus eſt, qui vtraſque meminit? Idem diuinus Spiritus eſt, qui locutus eſt de virginibus vtriſque, qui vt Sion virgines vidit iunctas Agno, eas exactiſſimè numerauit: vt autem virgines Aſſueri nouit inhiare carnalibus voluptatibus ex virorum coniunctione, earum numerum neglexit, vt quæ numero indignæ eſſent. Non enim numero digni habentur, qui mundialium ſocietate gaudent, qui carnalibus hærent, & non Deo. Pſal. 103. *Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus: ibi reptilia, quorum non eſt numerus, animalia parua cum magnis: ibi naues pertranſibunt. Draco iſte, quem formaſti,* &c. De reptilibus dicit: *Quorum non eſt numerus.* Et cur hæc reptilia minimè cenſentur poſſe eſſe in numero apud Deum? Non ſunt cum Agno, ſed cum Dracone, eius gaudentes ſocietate, quid mirum, ſi in nullo numero habeantur? Ait D. Hieron. in cap. 1. Nahum: *Regnum meum aquis humiliate draconem, & maleſica exſiccato gurgites, in quibus parua natant reptilia, quorum non eſt numerus: neque enim digna ſunt numero, quæ cum dracone verſantur.* Falleris, ſi in numero vis eſſe apud Deum, & non te expedis a draconis vnguibus. Dum repis, dum inhias ſæcularibus voluptatibus, & draconis hæres veſtigiis, nec Agno adiungeris, in nullo poteris eſſe numero. Cant. 6. *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.* Et concubinarum, & Reginarum numerus proponitur exactiſſimus, adoleſcentulæ autem prorſus à numero excluduntur. Et quando Reginæ, & concubinæ in numero ſunt apud Deum, cur adoleſcentulæ excluduntur a numero? Reginæ, & concubinæ cenſentur, quæ diuiniſſimo Agno erant coniunctæ, eiúſque amplexibus fruebantur puriſſimis, de eius ſpiritu mirabiliter fœcundæ, ex quo maximè habebantur in numero: adoleſcentulæ autem erant, quæ nondum in Agni ſocietatem venerant; ſed adhuc terrenis hærentes, longè erant ab Agni thalamo, & nuptiis. Dum autem non copulantur Agno, nec ab eius ſpiritu fœcunditatem accipiunt, nequeunt Deo eſſe in numero. Hinc ait Guilelm. Abbas apud Delrium: *Adoleſcentularum non eſt numerus: quia non numerantur, & quodammodo pro nullis habentur, dum adoleſcentulæ ſunt. Proinde ſua emundatione non ſint contentæ, ſed fœcundentur, vt numerentur, fœcundentur de ſpiritu eius, qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnes ex nomine vocat, vt & ipſæ ſint de numero ſtellarum, atque inter ſydera cenſeantur.* Illæ animæ ſunt in numero apud Deum, quæ eius ſocietate gaudent, quæ ad eius amplexus fugiunt, quæ de verbo fœcundæ & concipiunt, & parturiunt ſpiritum ſalutis.

Apoc. 14. — Pſal. 103. — Hieron. — Cant. 6. — Guill. Abb.

§. XV.

Parentum vigilantiſſimæ excubiæ valdè confirmant filiorum virtutes.

DEderat Mardochæus adoptiuam filiam Eſtherem Palatinis, dederat illam regio thalamo, ſed non diſceſſit ab eius cuſtodia: dicit enim Text. *Mardochæus manebat ad ianuam Regis.* Sic bonus pro filia excubabat ad oſtium Regiæ, nec regales nuptiæ potuerunt eripere Eſtherem Mardochæi curis. Quo maximè probatur Eſtheris virtus etiam in regio culmine, à quo non caruit tanti parentis excubiis. D. Ambroſ. puellæ virtutes cenſet ex parentum cuſtodia circa illam: ait enim lib. [illegible] de Virgin. *Aiunt plerique maturioris ætatis virgines eſſe velandas. Nec ego abnuo. Expectet planè, expectet ætatem Sacerdos, ſed fidei, vel pudoris. Spectet maturitatem verecundiæ, examinet grauitatis canitiem, morum ſenectam, pudicitiæ annos, animi caſtitatis. Tamen deinde, ſi maternæ ſunt cuſtodiæ, comitum ſit ſedulitas, ſi hæc præſto ſunt, non deeſt virgini longæua canities.* Expende illud: *Si maternæ ſunt cuſtodiæ.* adeò enim fidit Ambroſius in cuſtodia parentum pro filiis, vt inde cenſeat puellæ in virtutibus maturitatem. Sunt equidem in bonis ſecuri, qui inueniuntur ſub oculis, & cura patrum, ſine qua nulla bona non vertuntur in mala. Apud Lucam cap. 15. habe[illegible], qui accepit non paruam ſubſtantiam a patre, & cum illa ſe a patre ſeparauit. Quid tunc? Ait Text. *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam viuendo luxurioſè,* &c. Fuit illi ſubſtantia omnis accepta ſine patre in perditionem. Vt meritò dicat Chryſoſtom. *Et quemadmodum ſine patre conſumpſit ſubſtantiam, non diſtauit: conſumpſit ſubſtantiam, exiuit de gremio patris, exiuit de domo, exuit caſtitate. Imitauit porcis, à patre piiſſimo quem ſeiunxit.* Et poſt aliqua pergit ipſe ſanctus: *Heredes maneamus in domo patris, matris in gremio perduremus, cognatorum conſtringamur amplexibus: viſcera nos paterna conſtringant: ſepiat nos paterna reuerentia, cognatorum cuſtodiamur affectibus. Inter propinquorum limina non valent delicta verſari,* &c. Vt enim, vt gloria ſine patre ſolet perdere filium, ſic filij in quocunque culmine immobiles ſeruantur, dum eos ſepiunt propinquorum vigiliæ, excubiæ patrum. Securus eſt natus, dum præ oculis habet frequenter patrem, ad [illegible] & exem[illegible] curiat. Matth. 21. dicitur: *Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei,* &c. Et quæ hæc vinea, niſi à Deo plantata, niſi populus Iſrael? [illegible] um autem Iſrael creditur fuiſſe vinea à Deo plantata, non a [illegible] ſuiſſe credidit ſibi pro ſepe, & [illegible] fuiſſe illi continuam illam patrum memoriam qua gl[illegible] abantur dicentes: Nos patrem habemus Abraham, nos ſumus filij Abrahæ. Hic frequens reſpectus ad tantum patrem illis pro muro erat, quo ſe poſſent tueri a multis lapſibus. Ait D. Hilar. in Matth. canone 22. *Patremfamilias Deum intelligimus, qui populum Iſrael in prouentus optimorum fructuum plantauerat, quique eos ſanctificatione patrum nominatio, id eſt, nobilitate Abrahæ, & Iſaac, & Iacob, intra fines ſuos, tanquam ſepto aliqua cuſtodia peculiaris incluſerat.* Et ſeptum, & murum cuſtodiæ particularis in eo credit, quòd ab eius oculis non exciderint antiquiſſimi illi patres, à quibus erant ſati. Dictum fuerat Iacobo de vita, & regno Ioſephi filij ſui, nec credebat, vſque dum vidit plauſtra ab illo miſſa. Tunc ait Geneſ. 45. *Cúmque vidiſſet plauſtra, & vniuerſa, quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius, & ait: Sufficit mihi, ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam, & videbo illum.* Sic feſtinabat bonus ire ad Ioſeph. Et cur ſic feſtinat? Ait Philo: *Sciebat honores, diuitiáſque inſidiari parum cautis mentibus, ideò metuebat filio, quòd ſolus ſemotus à paterna familia videbatur egere caſtigatore, qui ad virtutem reuocans non fineret corrumpi inter eas proſperitates.* Metuebat equidem filio, ne corrumperetur ſeiunctus à paterna familia, quando parentum conſpectus eſſe ſolet filiis pro muro.

Ambroſ. — Luc. 15. — Chryſoſt. — Matth. 21. — Hilar. — Geneſ. 45. — Philo.

§. XVI.

§. XVI.

Vt obedientia cæteris virtutibus moralibus præſtantior.

HOc ad ſummam virtutem Eſtheris facit, quod ait Textus: *Quidquid ille, nempe, Mardochæus, præcipiebat, obſeruabat Eſther*, &c. Qua obedientiæ virtute etiam maritum habens multas innuptas virgines ſuperabat. Quippe ait D. Auguſt. lib. de bono coniug. cap. 22 (August.) *Maius bonum eſt obedientia, quàm continentia. Quapropter non ſolùm obediens inobedienti, ſed obedientior coniugata minùs obedienti virgini proponenda eſt.* Huc veniant coniugati omnes, & videant, vnde poſſint virginibus præponi, nimirum, ex obedientia. Qui obedientia excellunt, proculdubiò virginibus minùs obedientibus præponi debent. Virginitatis excellentiam ſupra coniugium exponens Paul. 1. ad Corint. 7. ait (1. Cor. 7.): *Et mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu.* Hoc habere debet virgo, quo ſe ſupra coniugatos eleuet, non ſolùm vt virgo ſit corpore, ſed cogitet, quæ Dei ſunt, vt, nimirum, poſſit dicere: *Meditabor in mandatis tuis*, vt ſe in obedientia exerceat. Quidquid enim obedientiæ detrahit, id detrahit virginitatis excellentiæ, & [illegible] coniugatos obedientes [illegible]. Circa quæ D. Auguſt. vbi ſuprà, ait: *Viro obedientiſſimo ſpiritualiter fidelis, melius eſt virgine, & ſanctius, ſi tamen ea [illegible] vtantur homines, quemadmodum ſcriptum eſt* (August.)*; cogitent, quæ ſunt Dei, id eſt, vt perpetuò cogitet continentiam, nec quid minùs habeat obedientia quam [illegible] tanquam radicalem, ac matricem Sancti antiqui Patres in [illegible] exercuerunt; continentiam verò in [illegible] animi tenuerunt. Qui profectò per obedientiam ad omne opus bonum ſemper parati, etiamſi ob omni concubitu abſtinere iuberentur, efficerent. Quantò enim facilius poſſent vel iuſſione, vel exhortatione Dei non concumbere, qui prolem obediendo poterant immolare?* Piaculum duxi vel verbulum ſubtrahere Auguſtino, qui pulchrè de obedientia diſſeruit, in qua antiqui Patres excelluerunt, adeò vt per illam nihil minùs in nuptiis, quam in virginitate habebant. Ea enim erant obedientia inſigniti, vt in illa, & virgines, & continentes eſſent, parati ex obedienti animo omnia virtutum munera adimplere, ſi iuberentur, aut exhortarentur. Quomodo totum nuptiarum negotium non immolaret Deo iubenti, aut conſulenti, qui filium nuptiarum partem maximam non dubitauit mactare Deo iubenti? Crede mihi, in tam excellenti obedientia & virginitas, & omnes virtutes erant eminenter, vt nulla eſt virtus in animo inobedienti. Acceperat Saul mandatum à Deo de percutiendis omnibus Amalecitis, (1. Reg. 15.) cum Rege: qui 1. Reg. 15. *Pepercit Agag, & optimis gregibus*. pro quo arguitur vehementiſſimè a Samuele, & priuatur regno. Et cur tam vehementer arguitur? Nónne miſericordia fuit, quòd parceret homini Regi? Planè non fuit miſericordia, vbi non adfuit obedientia. Ait D. Auguſt. (August.) lib. 1. contra aduerſarios legem, & Prophet. cap. 20. *Per Samuelem Deus arguit Saulem, quòd hominis, quem Deus occidi iuſſerat, pepercisset, exhibens velut miſericordiam contempta obedientia.* Expende illud: *Velut miſericordiam*. non enim miſericordia erat, ſed velut miſericordia, vbi non erat obedientia, ſine qua poteſt eſſe vmbra virtutis, ſed non virtus vera.

§. XVII.

Vt nunc ſe à gloria mundialis cupiditate alienam exhibet, qui adhæret maiorum monitis.

QVàm ratum illud Eſtheris elogium: *Ita cuncta faciebat, vt eo tempore ſolita erat, quo eam paruulam nutriebat Mardochæus.* Sic Mardochæi monita cuſtodiebat; ſic in aula, & regno conſtituta ſe iuxta Mardochæi placita componebat, vt nullò ab illis declinaret, quemadmodum non declinabat, quando ſub eius poteſtate paruula erat. Quantum hoc? Aiebat illa infrà cap. 14. *Tu ſcis, Domine, neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ*, &c. Et quidem quàm illa abominaretur mundialem hanc gloriam, ex eo euidentiſſimè oſtendebatur, quòd in aula conſtituta, ſeſe ad antiqui parentis, & magiſtri placita componebat. Quò vocarim ego Religioſos aulicos, qui, vbi nacti ſunt ad Principes ingreſſum, antiquæ obedientiæ, ſub qua nutriti ſunt, obliuiſcuntur, & Prælatorum ſuorum authoritatem contemnunt. Quo euidentiſſimè oſtendunt, quàm ſint facti mundialis gloriæ abiectiſſimi ſerui. Dicebat Tertul. lib. 4 in Mar. *Conſtituimus in primis euangelicum inſtrumentum Apoſtolos authores habere, quibus hoc munus Euangelij promulgandi* (Tertull.) *ab ipſo Domino ſit impoſitum; ſi & Apoſtolicos, non tamen ſolos, ſed cum Apoſtolis, & poſt Apoſtolos: quoniam prædicatio diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio, ſi non adſiſtat illi authoritas magiſtrorum.* Equidem maximè ponderanda ſunt illa: *Prædicatio diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio, ſi non adſiſtat illi authoritas magiſtrorum.* Vbi enim diſcipuli magiſtrorum, quorum in ſcholis inſtituti ſunt, authoritatem faſtidiunt, & ſine illis dirigunt ſuos greſſus; tota illorum prædicatio fit ſuſpecta inanitatis, gloriolæque mundialis, non Dei ſerui habentur. Non Deo, ſed mundo ſeruit per prædicationem, & cætera miniſteria, qui obſiſtunt placitis Prælatorum; quorum doctrinam à iuuentute ſuxerunt, quibus, ſub Chriſti nomine, nomen dederunt. Niſi enim mancipia eſſent mundialis gloriolæ, nunquam ab illorum placitis diſcederent. Oſeas c. 2. *Dabo ei vallem Achor ad aperiendam ſpem; & canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti.* Ex Græco legitur totus hic locus: (Oſea 2.) *Dabo ei vallem Achor ad aperiendam intelligentiam eius; & humiliabitur ibi iuxta dies iuuentutis, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti.* Aquila autem legit (Aquila): *Et obediet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ*, &c. Vallis Achor erat, in qua Achan propter inobedientiam fuerat a populo lapidatus. Quod ſupplicium dicit Deus ponendum ante oculos populi ſui, vt videant, quò inobedientes tendant. Quid tunc? Septuaginta aiunt (Septuag.): *Et humiliabitur ibi iuxta dies*, &c. Aquila verò ait: *Et obediet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ.* Expende illud, *humiliabitur*, & *obediet*. vt enim de arrogantia, & gloriæ cupiditate venit non obedire, ſic vbi ad conſpectū ſupplicij illati inobedientibus populus ſe humiliauerit, & totum vanæ gloriæ ſtudium depoſuerit, ſtatim facillimè obediet, illamque obedientiam præſtabit, quam ab initio præſtitit, cùm ad vocem Moyſis, aulam Pharaonis, & omnem terram Ægypti contempſit. Ait D. Cyrill. Alex. (Cyrill. Alex.) *Arrogans eſt omnis inobediens: humilis autem ad obediendum promptus: Cùm igitur locutus fuero, inquit Deus, ad cor eius, tunc humiliabitur, ſicut in principio, quando vocante Moyſe, & ex Ægypto diſcedere iubente miſericorde Deo, promptiſſimè hoc facere ſtudebant, & è terris imperioſorum dominorum properabant.* In principio, quando ducatum Moyſis accepit populus, quàm promptè eius imperia implebat, quàm facilè Pharaonem, eiúſque Regiam contemnebat, & vel ad deſertum properabat. Sic religioſi viri, vbi primùm nomen dederunt Religioni, vehementer deteſtabantur mundiales principatus, mundi glorias fugiebant, Prælatorum, magiſtrorúmve nutus promptiſſimè ſequebantur. Quod tam diu in eis durauit, quando nullum in eis locum mūdanæ gloriolæ ſtudium habuit. Abſcedat hoc vaniſſimum ſtudium ab animis ſeruorum Dei, humilitatem ex corde amplectantur, & mundiales Regias fugient, vel deteſtabuntur, promptiſſimámque ſuis Prælatis, ſicut in die iuuentutis ſuæ, præſtabunt.

CAPVT VII.

Inſidiæ eunuchorum.

TEXTVS HISTORIÆ.

INTEREA Mardochæus, vt Regiæ erat aſſiduus veſtibulo, ad non mediocrem familiaritatem cuſtodum peruenit. Quorum præcipui Bagathan, & Thares ægrè ferentes Aſſueri mores, multa aduersùs eum inter ſe frequenter muſſitabant. Non potuerunt hæc latere Mardochæum, & illis familiariſſimum, & in dignoſcendis familiarium intimis valdè perſpicacem. Percalluit protinùs perduellium iniquum in Regem animum, de quo monuit Eſtherem, & hæc quamprimùm nomine Mardochæi, totum Regi diſcrimen inſinuauit. Comprehenduntur miſeri, & atrociter conuicti

morti dantur. Nec Mardochæi officium manſit immuneratum, ſed præterquam quod aliqua munuſcula ſtatim accepit, Regis fuit conſcriptum Annalibus.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

MAGNVM hoc beneficentiæ diuinæ in Eſtherę præmiſſum eſt argumentum, vt à coniunctionibus ſibi inciperet benefacere. Prius enim ſaluti marito fuit in manifeſtatione rebellium, quæ parabatur ſaluti populo Hebræorum dandæ.

Eſth 2. Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad Regis ianuam morabatur, irati ſunt Bagathan, & Thares, duo Eunuchi Regis, qui ianitores erant, & in primo Palatij limine præſidebant, volueruntque inſurgere in Regem, & occidere eum. Quod Mardochæum non latuit, ſtatimque nuntiauit Reginæ Eſther, & illa Regi ex nomine Mardochæi.

§. I.

Vnum Ieſus porta eſt, qua ſecuri habebimus ſummum cælorum Regem.

DVo in Regiæ porta erant cuſtodes, dicente Textu: *Irati ſunt Bagathan, & Thares, duo eunuchi Regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine præſidebant.* Et quales hi ianitores? Qui non parabant ingreſſum ad Regem; ſed qui proditoriè vellent è viuis eripere Regem. Felices nos, qui non duos ianitores, ſed vnum Chriſtum habemus, qui porta eſt, qua ſecuri habeamus ſummum cælorum Regem. Geneſ. 28. notiſſimum eſt illud Iacobi ſomnium, quo vidit ſcalam vſque ad cælum porrectam, per quam Angeli aſcendebant, & deſcendebant: inſuper vidit *Dominum innixum ſcalæ.* Quid tunc? Experrectus ait: *Quàm terribilis eſt locus iſte? Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli.* Solam ſcalam videt, & affirmat ibi eſſe domum Dei, & portam cæli. Si ſolam vides ſcalam, cur dicis ibi, & domum, & portam cæleſte? Videbat Ieſum ſcalæ innixum: Ieſus autem porta eſt, qua ſecuriſſimi perueniemus ad cæleſtem Regem. Tertull. lib. 3. in Marc. circa finem: *Cur autem cùm euigilauit Iacob, & premium loci horrore concuſſus eſt, connectitur ad interpretationem ſomnij? Cùm enim dixiſſet: Quàm terribilis eſt locus iſte? Non eſt, inquit, aliud, ſed ædes Dei, & porta cæli. Chriſtum Dominum enim viderat, templum Dei, & portam eundem, per quem aditur cælum.* Non vbi multos aſcendentes, & deſcendentes per ſcalam vidit; ſed vbi Chriſtum innixum vidit ſcalæ, portam te putauit, eámque planiſſimam, & ſecuriſſimam, qua poſſemus ad Regem Deum peruenire. Aiebat Amos c. 9. *Qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ: Dominus nomen eius.* Itaque Dominus Ieſus & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit, hoc eſt, Eccleſiam ſuam, & aquas vocauit, quando Baptiſmum inſtituit, & ædificauit in cælo aſcenſionem ſuam. Et quomodo in cælo ædificauit aſcenſionem ſuam? Ipſe aſcendens in cælum, & ibi manens, porta factus eſt, per quam omnes habeamus ad Deum ingreſſum. Ait Tertul. ſuprà: *Eſt & porta, qua recipit, & qua producit, ſcenta iam à Chriſto, de quo Amos: Qui ædificat in cælum aſcenſum ſuum, vtique non ſibi ſoli, ſed & ſuis, qui cum illo erunt.* Nec longe abeſt à Tertul. D. Cyril. Alex. ibi dicens: *Qui ipſum cælum prauium mortalibus reddidit. Præcurſor enim pro nobis ad Patrem aſcendit, & vt Paulus ſcribit, initiauit nobis viam nouam, & viuentem.* Vt cælorum ſublimia Dominus tenuit, ibi factus eſt ſuis porta, & noua, & viua via, quæ nos manu apprehendat, & vſque ad ſecreta Diuinitatis deducat.

Geneſ. 28.
Tertull.
Amos 9.
Tertull.
Cyril. Alex.

§. II.

Vt exitium ſolet venire ab auxiliatricibus creaturis.

IAnitores, cuſtodéſque Palatij, qui ad cuſtodiam, & tutelam Regis poſiti erant, mortem machinantur ipſi Regi: dicit nanque Text. *Irati ſunt Bagathan, & Thares, duo eunuchi Regis, qui ianitores erant, & in primo Palatij limine præſidebant, volueruntque inſurgere in Regem, & occidere eum.* Sic ab ipſis auxiliatricibus creaturis, quibus mundiales fidunt, eorum ſolet venire exitium. Dicebat Dominus Gen 2. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Facta eſt igitur fœmina in adiutorium homini: & neſcio, an ex aliquo alio, & plura, & maiora virorum prodierint excidia, quam ex illa. Vt meritò dicat D. Amb. lib. de Parad. cap. 4. *Quæ adiumentum vxoris habiturum ſe credebat, lapſum eſt propter vxorem.* Nihil prius in illo adiutorio expertus eſt homo, quam lapſum, quam ruinam. Quo ſpectans D. Anaſtaſ. Sinaita lib. 9. Hexam. ait: *Ad auxilium viri carnalis decreuit Deus eſſe mulierem ſecundum carnem: Et quomodo contrà inuenimus eſſe viro non adiutricem ſed tentatricem? Quis tot mundi diluuio fecit interitum, niſi pulchritudo mulierum illarum, quas filij Seth acceperunt in vxores?* Et pergit Sanctus pene vniuerſas claſſes hominum numerans ad hoc hominum auxilio venire. Eò etiam ſpectat diuina Sapientia, vt ſæpe homines ruinam inueniant, in his temporalibus, quæ credebantur maximè auxiliatricia. Nahum c. 1. *Et præcipiet ſuper te Dominus, non ſeminabitur ex nomine tuo ampliùs, de domo Dei tui interficiam, ſculptile, & conflatile ponam ſepulchrum tuum.* In templis, & in ipſis idolis minatur Dominus ponendum interitum, exitium. Et cur in templis, & idolis? Quia & templa, & idola credebantur auxiliatura, & protectura ſuos, ideò in illis ponendus interitus eorum dicitur, vt pateat, quàm citiùs veniat exitium nobis à temporalibus auxiliatricibus. Rem pulchro exemplo tractat ibi D. Hieron. inquiens: *Lege Iſaiam, & occiſum inuenietus Sennacherib in domo Dei ſui, quem adoratum inuenerat. Hoc eſt enim quod ait: De domo Dei tui interficiam, inde punietis, vnde ſperabas auxilium. Erit ſculptile, & conflatile ſepulchrum tuum, vt inter aras & puluinaria adorantes idola ſanguis nefarius effundetur.* Expende illa, nimirum: *Inde punietis, vnde ſperabas auxilium.* nihil enim magis commune hominibus, quàm quod exterminium inueniant inde venienus, vnde credebant ſibi auxiliatrices futuras creaturas.

Geneſ. 2.
Ambroſ.
Anaſt. Sin.
Nahum 1.
Hieron.

§. III.

Non mundiales Regiæ, ſed Dei domus homines mutat in melius.

QVi pro cuſtodiendo Aſſuero venerant in Regiam, hi facti ſunt perduelles, dicente Textu: *Qui ianitores erant, & in primo Palatij limine præſidebant, voluerunt inſurgere in Regem, & occidere eum.* Eos limen Regiæ accepit ianitores, & cuſtodes Regis, & tandem inuenit perduelles: ſic mundiales Regiæ, & Palatia, quos bonos, & moderatos accipiunt, ſolent mutare in peius. Vt inde noſcas virtutem domus Dei, quæ ſola malos recipiens, eos tranſmutat in bonos, & perfectos. Dixerat Dominus Geneſ. 2. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Quibus habes aliquid tunc eſſe circa hominem non bonum, nimirum, ſtatum illum ſolitudinis. Et ideò meditatus eſt Dominus adiutorium tale, quod hominem de illo ſtatu non bono transferret in bonum. Et vbi inuentum eſt adiutorium, quod de non bono poſſet facere bonum? D. Anaſt. Sinaita lib. 9. Hexam. putat, id ſingulariter inueniri poſſe in Dei domo, quæ eſt Eccleſia: dicit enim: *Rurſus adhortor Iudæum, & Græcum, ſeu Gentilem, vt quærat, & poſſideat illam adiutricem, quam Deus fecit ad ferendam opem toti generi hominum. Adiutricem quæ nequaquam fuit inſidiatrix, ſed conſeruatrix, in regnum Dei introducens, non de regno Dei expellens. Adiutricem, quæ ſinges efficis Apoſtolos, & facis publicanos Euangeliſtas, reddiſtíque meretrices virginibus honeſtiores. Ipſa inuentos eriexit, curauit infirmos, adeò de ipſa dixit Dominus, de Eccleſia, inquam: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, &c.* Ecce tibi vt domus Dei, nempe, Eccleſia Chriſti, ſuos alumnos meliorat, & de non bona ſorte transfert homines in bonam. Quot meretrices, vbi ad

Geneſ. 2.
Anaſt. Sin.

Dei

Dei domum venêre, factæ ſunt virginibus honeſtiores? Quo i effecti animi in Dei domo æmulati ſunt manſuetudinem ouium? Dicebat Gen. 2. *Formatis igitur Dominus*
Geneſ.2. *Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea*, &c. Ecce tibi & leo, & vrſus, & lupus, & aquila, & nuis, & bos ingrediuntur Paradiſum, vt nomen ab Adamo acciperent. Et de ſecundo Adamo locutus Ioan.10 ait: *Qui*
Ioan.10. *autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium: & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim*, &c. Ad Adamum non ſolum oues, ſed & leones, & lupi, & ſanguinolentæ beſtiæ introductæ ſunt, vt nomen acciperent. In Ioanne autem, ſolùm dicuntur eſſe oues, & oues nominatæ à bono Paſtore Ieſu. Si Paſtor hic bonus ſolas oues habet, & ſolas oues nominat, quò abceſſerunt leones illi, & lupi, & beſtiæ ſanguinariæ, quæ ad Adamum introducebantur? Non abceſſerunt, ſed vbi Paradiſum intrarunt, quæ eſt Chriſti Eccleſia, feriſſimi quique in manſuetudinem ouium ſunt mutati. Ait D. Anaſtaſ. Sinaita lib.9.
Anaſt. Hexam. *Nominantur, quando Deus eas adduxit ad Adam, vt videret, quid eas vocaret. Sed, quando congregabantur quidem, dicebantur beſtiæ: quando autem introductæ ſunt in Paradiſum, & in ſtabulum boni Paſtoris, effectæ conformes Agno Chriſto, ſtatim oues nominatæ ſunt omnes.* Sic de ſancti Paſtoris ſtabulo, nimirum, de domo Dei, feriſſimi quippe lupi in oues mutantur. Huc trahenda ſunt dicta in præſenti lib.12.cap.6. §.12.in fine.

§. IV.

A Deo in præſenti non ſolent aliis manifeſtari occulta proximorum peccata.

MVſſitabant hi ſanitores, & taciti conferebant inter ſe ruinam Aſſueri: *Quod Mardocheum non latuit.* Et maximè dubitant Expoſitores, vnde crimen adeò occultum potuerit venire in Mardochæi notitiam? Venerit, ex quacunque cauſa ipſi voluerint, dum à nemine credatur veniſſe ex reuelatione diuina: Deus enim non ſolet occulta hominum peccata aliis reuelare. Fugiens Dauid à Saüle, 1. Reg 21 venit ad Achimelech Sacerdotem, cui ait: *Rex*
1.Reg.21. *præcepit mihi ſermonem, & dixit. Nemo ſciat rem, propter quam miſſus es à me*, &c. Creditur Dauid hæc, & alia dixiſſe leuia mendacia, vt fuga ſua lateret Sacerdotem, qui, vt aſſeritur cap.22. à Doeg, conſuluit pro Dauide Dominum. Et quando Sacerdos conſulturus erat Dominum circa res Dauidis, cur non magis cauit Dauid illi mendacia dicere? Cur non veritus eſt, ne eius mendacia Sacerdoti per Deum nota fierent? Non id verebatur Dauid, ſciens non moris eſſe Dei peccata hominis ſecreta aliis dicere. Ait Abul.in 3. Reg.14. quæſt.4. vbi ſic: *Mentitus*
Abul. *eſt ſæpè Dauid ipſi Achimelech, dicens, quòd mittebatur à Saüle, & quòd pueri præcedebant eum; & multa alia mendacia Tamen Achimelech non putauit aliquid iſtorum eſſe mendacium; & Dauid ſatis putauit, quòd poterat mentiri impunè, ſcilicet, quòd quanquam mentiretur, & conſuleret Dominum Achimelech pro eo, non poſſet cognoſcere ex reſponſione Dei, an mentiebatur.* Equidem ex Dei reſponſione, & reuelatione non ſolent hominis peccata alteri manifeſtari. Ex quo ſecurus erat Dauid, quòd non innoteſcerent Achimelecho eius mendacia.

§. V.

In benefaciendo à tibi propinquioribus incipe, ſi indigeant.

DE iniquo perduellium animo certiorem fecit Eſther Aſſuerum coniugem ſuum. Nimirum, ait Text. *Statimque nuntiauit Regina Eſther, & illa Regi*, &c. Quæ enim parabatur ſaluti præſtandæ populo Hebræorum, æquum fuit, vt in præſtanda ſalute à ſibi coniunctiori, nempe, marito inciperet, eum à perduellium liberans inſidiis. Diuinum eſt hoc, quòd in benefaciendo à tibi propinquioribus incipias. Luc.14. *Homo quidam fecit cœnam magnam, &*
Luc.14. *vocauit multos.* Sub qua parabola oſtenditur Deus, vt ad ſua bona obtinenda vocat plurimos. Sed illud quærendum, nimirum, qui ſint hi, qui vocantur à Deo in bona ſua? Crediderim hos eſſe, qui propinquiores Deo ſunt, qui ab ipſo Deo, vt Creatore ſuo, ducunt originem: is eſt enim Deus, & eius ſpiritus, qui in benefaciendo à ſuis incipiat. Tertullianus ad hæc lib. 4. in Marc. cap 31. inquit: *Vtique cœna paratura, vitæ æternæ ſaturitatem figurat. Dico primò, extra-* Tertull.
neos, & nullius iuris affines inuitari ad cœnam non ſolere, certè facilius ſolere domeſticos, & familiares. Ergo Creatorem eſt inuitaſſe, ad quem pertinent, qui inuitabantur; & per Adam, quà homines, & per Patres, quà Iudæi. Sapienter, & acutè ex eo, quòd dona Dei dicantur cœna, probat, inuitatos in primis debere eſſe propinquos, & affines, vt qui communiter ſoleant in conuiuiis inuitari. Sic hæc Dei inuitatio proceſſit ad ſuos in primis, nimirum, ad Iudæos, qui vt homines pertinebant ad Deum, tanquàm creaturæ ad Creatorem, vt Iudæi ſimiliter ad eundem pertinebant, vt eius conſanguinei, & peculiaris populus. Solet equidem Deus in benefaciendo incipere à propinquioribus. Quò trahenda ſunt dicta tom. 4. in Euangel. lib.16 §.3. & tom. 4. de Chriſto figur. lib.8. cap 8 § 1. & alibi ſæpe.

Eſth. 12. Qui de vtroque habita quæſtione, confeſſos iuſſit duci ad mortem. Rex autem, quod geſtum erat, ſcripſit in commentariis: ſed & Mardochæus rei memoriam litteris tradidit. Præcepitque ei Rex, vt in aula Palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus.

§. VI.

Proximorum erroribus auditis minimè credendum, niſi poſt examinationem.

BOnus Rex Aſſuerus in re tanti diſcriminis ſibi imminentis, non totam fidem adhibuit Reginæ Eſtheri monenti ex nomine Mardochæi, de malitia ianitorum: ſed ad examen deſcendit: ait enim Textus: *Qui de vtroque habita quæſtione*, &c. indicia examinari fecit, & de ſingularibus circunſtantiis quæri, interrogari; & non niſi longo, & exacto examine præmiſſo voluit ad damnationem procedere. Ne velimus nos, auditis proximorum erroribus, ſtatim fidem adhibere. Geneſ 18. dicebat Dominus:
Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt:.. Geneſ.18.
Deſcendam, & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: Fama ſceleratorum cæleſtem Regiam tangebat, nihilominùs Dominus amat deſcendere, vt videat rem. Et qualiter fieri poteſt, vt deſcendat Deus? Nonne omnia implet? Nónne impoſſibile eſt, quòd à loco aliquo abſcedat? Cur ergo dicit, ſe deſcenſurum? Non quòd à loco diſcedere poſſit: ſed vt oſtendat, quàm non debeamus credere vocibus, proximorum peccata dicentibus, ſed magis rem debeamus examinare. Dicit D. Chryſoſt. hom.42. in Gen. *Quid ſibi vult, cùm ſermonem ſuum ita attemperat. Cùm deſcendero, inquit, videbo? Nunquid de*
loco in locum tranſit vniuerſorum Deus? Abſit; non hoc dicit; Chryſoſt.
ſed per verbum craſſius docere nos vult, quòd opus ſit magna diligentia: & non auditu ſolo peccatores condemnandi ſint, neque ſententia ferenda, niſi comprobatio præcedat. Huc vſque Sanctus in re iudicij: & ſtatim vniuerſaliùs pergit: *Audiamus hæc omnes: non enim ſolùm ij, qui pro tribunali ſedent, obſeruare hanc legem debent; ſed & nullus vnquam ob nudam accuſationem proximum condemnet.* Expende ab illis: *Audiamus omnes*, &c. Sunt enim, qui cùm examinis probationem neceſſariam audiunt, credunt eam neceſſariam quidem in tribunalibus, in foro iudicij; non autem vbi extra formam iudicialem proceditur. Heu turpiſſimus error! *Non ſolùm*, ait Chryſoſt. *ij, qui in tribunalibus ſedent, obſeruare hanc legem debent; ſed nullus vnquam ob nudam accuſationem proximum condemnet.* Nullus, qui amat rectè procedere, de ſolo auditu fratrem damnet: maiorem enim diligentiam adhibeat, eſt neceſſe. Pſal.100. dicebat: *Detra-* Pſal.110.
hentem ſecretò proximo ſuo hunc, perſequebar. Detrahere proximo eſt eius errores manifeſtare, publicare: bonus autem Dauid ſic in proximum affectus erat, vt quem detrahentem, hoc eſt, manifeſtantem proximi errores videret, ſtatim aduersùs illum conuerteretur, tam longè aberat,
vt illi crederet. De quo ait Chryſoſt. vbi ſup. *Beatus Dauid* Chryſoſt.
clamabat: Detrahentem clam proximo ſuo, hunc perſequebar. Vides virtutis eminentiam? Non ſolùm non recipit, quæ dicuntur;

tur; ſed & abigit volentem fratri ſuo maledicere. Hoc opinor Moyſem inſinuare, cùm dicit: Auditum vanum ne ſuſcipere. Quippe auditus vanus eſt, qui ſolis nititur accuſantis verbis, nec adhibet probationum diligentias. De quo ſæpè aliàs.

§. VII.

Vnum apud Deum confeſſi viuunt.

DE communi Iudicum more Aſſuerus *confeſſos iuſſit duci ad mortem.* Solum enim apud Deum confeſſi viuunt, & triumphant. Cùm Iſaias ſtetit coram diuino ſolio, in ſe reuerſus clamauit cap. 6. *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis habito.*

Iſaia 6.

Hæc cùm dixiſſet, ſtatim ad eum volauit vnus Seraphim, & tollens calculum ignitum de altari, tetigit eius labia, dicens: *Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Dixerat, ſe habere immũda labia, quod ſimiliter de populo affirmarat, & mittitur Angelus ad Prophetæ labia purganda, & non mittitur, vt purgaret etiam populi labia. Et quando Prophetæ labia, & populi labia æquè erant immunda; cur mundities labiorum datur ſoli Prophetæ, & minime populo datur? Propheta ſuam immunditiem confitebatur, populus autem nec verbum fecit de immunditia ſua. Ideo iſte relinquitur in malis ſuis; Propheta autem confeſſus ad diuinam extollitur gratiam. Ait D. Baſil. ibi: *Prophetæ indulta eſt gratia indulgentia, per quam vnum è Seraphim labiorum expurgatio; populo autem nihil ſimile conceſſum eſt. Neque enim conſimilis affectus tangebat vtroſque, Prophetam, & populum: . . Illius cor quidem compunctum proprium agnouit peccatum, quare & dixit. O me miſerum, quia compunctus ſum! Illorum autem cor incraſſatum erat adeò, vt ne eorum, quæ iniqui geſſerant, vllam in ſe reciperent conſiderationem,* &c.

Baſil.

Deſpicitur populus, qui nec agnoſcit, nec confitetur peccatum: Propheta autem, vt ſuam immunditiem in animi ſui compunctione confeſſus eſt, ſic ex Deo & vitam accepit, & gratiam. Ad hæc Gen. 4. parricidæ Caino dicitur: *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui,* &c. Græcè autem iuxta Septuag. ſic hæc verba ponuntur: *Maledictus es à terra, quæ aperuit os ſuum* &c.

Geneſ. 4.

In ſanctiſſimi Abelis morte maledicitur eius interfector Cain à terra, non ipſa terra maledicitur; in Saülis autem morte ipſa montiũ terra maledicitur à Dauide dicente 2. Reg. 1. *Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia cadat ſuper vos.*

2. Reg. 1.

Cur ergo quando in Saülis morte montes maledicuntur, non ſimiliter in Abelis morte maledicitur terra? Nónne nefarior fuit Abelis cædes, quàm cædes Saülis? Audio, quid addat Text. in defenſionem terræ, in qua cecidit Abel, nimirum, *Quæ aperuit os ſuum,* &c.

Geneſ. 4.

Non obmutuit terra in morte Abelis, ſed magis aperuit os ſuum, & clamauit facinus, & ideò ſe maledictioni eripuit. In quo pulchrè D. Auguſt. felicitatem confitentium peccata ſua expendit: ait enim lib. 12. contra Fauſtum, cap. 11. *Non dixit: Maledicta terra, ſed: Maledictus tu à terra, quæ aperuit os ſuum. Maledictus eſt enim populus Iudæus infidelis à terra, id eſt, ab Eccleſia, quæ aperuit os ſuum in confeſſione peccatorum accipere Sanguinem Chriſti, qui effuſus eſt in remiſſionem,* &c.

Auguſt.

Illa equidem Eccleſia maledictioni ſe eripit, & euolat ad vitam, quæ aperuit os ſuum, peccata ſua confeſſa, & de Sanguine Ieſu accepit poculum ſalutis. Nec miror, quòd confeſſi tanti apud Deum valeant: in confeſſione enim cor Deo maxime offertur. Quippe Gen. 31. dicitur: *Noluitque Iacob confiteri ſocero ſuo, quòd fugeret.* Quæ verba ſic ex Hebræo transfert Hector Pintus ad cap. 27. Ezech. *Iacob furatus eſt cor Laban Syri.* Dum fugam ſuam intimo animo celabat, nec illam confitebatur ſocero ſuo, dicitur illi furatus cor. Et quidem vt cor furamus non confitentes: ſic vbi Deo peccata noſtra confeſſi ſumus, illi cor exhibemus patentiſſimum, ne miremur inde illi admodum placuiſſe.

Geneſ. 31.

Pint.

§. VIII.

Sub Chriſto Rege, etiam reorum plures, abeunt in vitam.

PVlchrè Aſſuerus *confeſſos iuſſit dare ad mortem:* & , vt cap. 2. dicitur: *Appenſus eſt vterque eorum in patibulo.* Nullus euaſit è manibus offenſi Regis; ſed, vt duo inuenti ſunt in crimine; ſic duo pependerunt è patibulis. Quod commune eſt in mundiali poteſtate: ſed longè aliter accidit ſub Chriſto, de cuius potentia venit, quòd è reorum multitudine plures abeant in vitam. Nota eſt hiſtoria Paradiſi, in quo ſerpens antiquus traxit in crimina Adamum, & Euam. Tres ergo ibi in Deum perduelles inuenti ſunt, nimirum, ſerpens, Adamus, & Eua; è quibus ſoli ſerpenti dicitur Geneſ. 3. *Maledictus es inter omnia.* ſicque maledictione opertus eſt, vt nullus illi maneat aditus ad vitam.

Geneſ. 3.

Et quando tres rei fuerant, cur vni datur æternum ſupplicium, & duobus ſpes vitæ relinquitur? Iungebatur ex tunc res illa Paradiſi cum re Caluarij, vbi creuit arbor vitæ Chriſtus, de cuius virtute veniebat, quòd plures rei in vitam irent. Ait D. Anaſtaſius Sinaita lib. 7. in Hexamer. *Tres rei peccauerant in Paradiſo, Adam, & Eua, & ſerpens; ex quibus duo quidem ſunt ſeruati, vnus autem periit. Cùm item propterea tres rei penderent in Caluario, (nominabatur etiam Dominus, peccatum; etſi propter ipſum non eſſet reus;) vnus latro ingratus, cùm eſſet typus ſerpentis, periit.*

Anaſt. Sin.

Coniungebantur equidem & Paradiſus, & Caluarius in oſtendenda Chriſti Domini virtute, & ideò in vtroque è tribus, ſolus perditur irreparabiliter vnus; duo autem vel in veritate rei, vel in figura euolant in vitam. Nec miror: nullus enim eſt reatus, qui euaneſcere non poſſit per virtutem Chriſti. Dicebat Paul. ad Rom. 13. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.* quaſi velit, quòd hic dies appropinquans non habeat noctem ſubſequentem, ſed ſolùm præcedentem.

Rom. 13.

At nullus eſt dies, quem ſequatur etiam nox, qui ergo fieri poteſt, vt dies, qui Paulo appropinquauit, ſolam mortem præcedentem habeat? Non loquebatur Paulus de die aliquo mundiali, ſed de die myſtico Ieſu, ante cuius virtutem cunctæ peccatorum tenebræ præterierunt, nec poſſunt iam greſſum facere. Vt dicat D. Amb. ſer. 52. *Præceſſit, inquit, non, ſequitur: vt intelligas, ſuperueniente Chriſti lumine, & Diaboli tenebras effugari, & peccatorum obſcura non ſubſequi, & iuge ſplendore præteritas caligines depelli, ſubrepentia delicta prohiberi.*

Ambroſ.

Sic per Chriſtum confracta reatuum malitia, reis & ſalus, & vita applaudit. Nec vllus eſt poſt Chriſtum reus, qui in Inferni clauſtra ire neceſſariò cogatur, niſi ipſe velit ſua culpa eò euolare. Quò ſpectantes Angeli, in deſcenſu Chriſti ad Inferos clamabant ad Principes tenebrarum ex Pſ. 23. *Tollite portas, Principes, veſtras.* Cur, *veſtras,* dicunt, niſi vt oſtendant, quam ſit vacuatus Dæmonum principatus in alios, qui etiam peccatores videbantur? Ait D. Epiph. orat. de Dom. ſepulc. ſatus: *Veſtras, inquam, quia in poſterum non aliorum, ſed veſtri tantùm Principes eritis. Etſi enim huc vſque in eos, qui à ſæculo dormierant, dominatum fœdè exercueritis; poſthac tamen neque illorum, neque aliorum quoque Principes eritis, ſed veſtrûm tantùm,* &c.

Epiphan.

Quippe, vt ab Adami crimine omnes homines erant rei, & peccatores; ſic vniuerſi, etſi à proprijs culpis loti, Inferni carcere clauſi tenebantur: in eo autem, quòd clauſos ſecum habebant, aliquo modo illorum Principes tenebrarum dominabantur. Ex quo autem Chriſtus apparuit ibi, totus ille carcer confractus eſt, & qui ibi tanquam rei tenebantur, in libertatem ſalutis euolarunt. Manſerúntque Principes tenebrarum, illo principatu vacuati.

§. IX.

De vno Ieſu ſpiritu venit, quòd opera nauetur ſaluti animarum.

ILlud etiam notandum, quod dicit Textus, nimirum: *Rex autem, quod geſtum erat, ſcripſit in commentarijs.* Quod geſtum, inquam, erat per Mardochæum circa ſalutem Regis, & perduellium ſupplicium, hoc ſcriptis, & Annalibus mandatur. Nihil enim apud mundiales Principes frequentius, quàm commentaria, quàm Annales, & ſcripta de rebus geſtis circa exaltationem regnorum, in nece rebellium,

bellium, in fideliſſimorum ſubditorum promotione. Iis plena ſunt ſcrinia: at de rebus geſtis circa promotionem animarum, vt expientur peccata, vt ſalus æterna acquiratur, nec memoria viſa eſt, vſque dum ſpiritus Ieſu in litteris appatuit. Quo ipſe Dominus ſpectans aiebat

Pſal.39.

Pſ.38. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam.* Circa quæ Geoebrard. explicationis gratia ait: *In*

Genebrard.

tota Scriptura ſcriptum eſt, vt expiem hominum peccata. Non equidem alium oſtendebant Scripturæ peccatorum expiatorem, niſi ſolum Ieſum. Et D.Amb.ibi: *Scriptum eſt, non ſolum in capite; ſed in omni legis complexione, venturum hominem ad redimendum hominum genus, qui omnia vellet, quæ Deus vellet,* &c. Ad conſeruandum hominum genus, in vita ſpirituali, ex qua vita æterna naſcatur, vnus homo Deus Ieſus Chriſtus ab Scripturis venturus inſinuabatur. Dicebat Caiphas Ioan.11. *Expedit nobis, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* Quæ verba non tam à

Ioan.11.

Caipha, quam Spiritu Sancto dicta teſtatur Ioannes ibi. Sed illo, quòd expediret, vt vnus homo moreretur, ne populus periret, ſed iret in ſalutem; vnde conſtabat, illum hominem debere eſſe neceſſariò Ieſum? S.Thom.

Thom.

lib. 4. de regim.Principis, cap.14. ait: *Rex Codrus pro ſalute ſuæ gentis in effigie pauperis ſe hoſtibus interficiendum dedit.*

Oroſ.

Necnon & Oroſius lib. 3. cap. 5. meminit Marcum Curtium, qui ſe in immenſam terræ voraginem immiſit, ſperans ſic abraſuram peſtem à patria. Sic ſimiliter poſſet ſperari, quòd vnus alius inueniretur, qui velit mori pro populo ſuo; cur neceſſum eſt, quòd ad vnum Ieſum recurratur? Non agebatur de ſalute temporali populi, ob quam multi forſan velint mortis adire pericula, ſed agebatur de ſalute ſpirituali, qua liberi à peccatis, ad vitam æternam homines feſtinarent. Ob hoc autem nullus inuenitur in mundi Annalibus, qui velit mortem ſubire, niſi Chriſtus Ieſus, & qui eius ſpiritu agitur. Ait Orig. in Ioan. *Quòd quidam ſe ipſo pro Republica det, multa, & Græ-*

Origen.

corum, & barbarorum hiſtoria feruntur. Veruntamen, qui poſſit pro vniuerſo hominum genere, vt vniuerſus Orbis expietur, mortem perferre ob periculum eius, qui pereat, niſi eius cauſa mortem ſuſcipiat; nec litterarum monimentis proditum eſt, nec prodi poteſt, cùm ſolus Ieſus peccata omnium onus recipere in ſe, & portare magna vi ſua potuerit. Quippe vnius Dei, hominiſque Ieſu proprium eſt, pro animarum medela, & ſalute ſuam operam impendere. Nec ſcriptis adhuc proditus eſt alius, quàm Ieſus, Dei Filius, & qui eius ſpiritu impletur, qui laboraret pro ſalute proximorum ſpirituali, eorúmque peccatis tollendis. Dicebat Angelus ad Ioſeph Matth.1. *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt. Pariet enim filium, & vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Inde enim probatur Ieſus

Matth.1.

Filius Dei eſſe, conceptus in Mariæ vtero à Spiritus Sancti virtute, quòd peccatis tollendis operam impendat. Sic Orig. hom.7. in Lucam ait: *Si tantummodo fuiſſet in Maria vtero, & non Dei Filius, quomodo potuiſſet fieri, vt & illo tempore, & nunc, non ſolum corporum, ſed etiam animarum morbi multiplices curarentur? Quis noſtrûm non incredulus iuſtitia, qui nunc propter Chriſtum iuſtitiam habemus, ſequimúrque iuſtitiam?* Non ab alio, quàm à Dei Filio Ieſu, vel ab eo, qui eius ſpiritum habet, potuiſſemus in ſanctitatem, & iuſtitiam deduci. De Ieſu autem habitu ſic accendimur in procurandam iuſtitiam noſtram, & proximorum, vt vel in abrupta montium, & cauernas terræ aduolemus, vt inde animas lucremur Deo. De Simeone locutus Lucas

Orig.

cap.2. ait: *Et accepit Ieſum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine,* &c. Ardenter

Luc.2.

enim petebat dimitti ab hac vita, vt in ſinum Abrahæ pergeret. Et cur, bone, relicto in terris Sole iuſtitiæ, amas ire in tenebroſam regionem? Cur non magis cupis Ieſu in terra aſſidere, quàm ad Inferni cauernas deſcendere? Sciebat in illis cauernis eſſe plures Sanctorum animas, quarum ſolatij curam ardenter ſuſcepit, ex quo Ieſum in vlnas accepit. Et vbi Ieſum tenuit, pro animarum bono non veretur vel ingredi terræ cauernas. Ait D.Amedeus hom.1. de laud.Mariæ: *Simeon accipiens in vlnas ſuas expe-*

Amed.

ctatum Ieſum, precabatur ſui corporis diſſolutionem: quò liberius effracto mortali domicilio, præguſtata dulcedine frueretur, & natum Saluatorem, quem apud Superos prædicabat, habitantibus in regione vmbræ mortis nuntiaret. De Ieſu manibus acceptio habebat, quòd anxius eſſet illum nuntiare vel in regione vmbræ mortis exiſtentibus. Ne miremur, quòd filij Societatis Ieſu, vt ſub Ieſu viuunt, ſic contendant ire in remotiſſimas regiones, vt vel in cauernis terræ, vel inter prærupta montium, hominum animas in vitam eruant.

§. X.

Et regium, & diuinum eſt, nihil accipere, pro quo non reddatur merces.

NOn ſolùm Mardochæi officium ſcriptis tradidit Aſſuerus, quin & illi mercedem reddidit in futuro non paruam, aliqualem in præſenti: habes enim in Text. *Præcepitque ei Rex, vt in aula Palatij moraretur, data ei pro delatione muneribus.* Et quidem diuiniſſimum eſt, & maximè regium, nullum ſine mercede relinquere ſibi officium præſtitum. Audio Iſraelem veniſſe in Ægyptum, dicente Textu Gen.47. *Ioſeph verò patri, & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Ægypto, in optimo terræ loco,* &c. Nec audio, quòd Ægyptus aliquid ab Iſraele acceperit. Verùm vbi Ieſus Herodem fugiens Ægyptum petiit, ibique aliquale ſuffugium accepit, Matth.2. nullus ignorat, quantam ſanctitatem inde Ægyptus perceperit, vt vel deſerta loca fuerint angelicis hominibus peruia. Et cur Iſrael ſic ſterilis in ſuam nutricem extitit, quando Ieſus tam largè eam impleuit? Non equidem quilibet, ſed regius, & diuinus animus eſt, qui pro acceptis neſcit non reddere mercedem. Ad hæc Chryſoſt.hom. 8. in Matth.ait: *Iſraelitæ fugiendo mortem, quam comminabatur fames, deſcenderunt in Ægyptum: & Ieſus mortem fugit, quam per inſidias Herodis imminebat. Sed illi quidem à fame, quæ tunc acciderat, liberati ſunt: hic verò, etiam deſcendens in Ægyptum, omnem illam regionem ſuo ſanctificauit ingreſſu. Diligenter verò perpende, quemadmodum cum humanitatis humilibus, Diuinitatis excelſa clareſcant.* Fugit famem Iſrael, fugit Herodem Ieſus: vtrunque Ægyptus ſuſcepit, vtrique ſuffugium dedit, in quo humanitatis acceptæ humilitas oſtendebatur. Sed Iſrael in Ægypto famem exuit, multa recepit, nihil tamen Ægypto dedit: Ieſus autem, vbi hoſpitio acceptus ab Ægypto fuit, totam regionem ſanctitate impleuit. Vide, vt in eo Diuinitatis excelſa clareſcant: de ſola enim diuina, & regia natura venit, quòd nihil recipias, quin mercedem referas. Geneſ.18. excepit Abrahain conuiuio tres iuuenes, in quibus erat vnus Deus. De illis ait Textus: *Cùmque comediſſent, dixerunt ad eum: Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpondit: Ecce in tabernaculo eſt. Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua.* Cùm poſt prandium acceptum interrogant de Sara, plures dicuntur interrogare per illa verba: *Cùmque comediſſent, dixerunt ad eum: Vbi eſt Sara?* Et plures comedunt, & plures interrogant. Vbi autem acceditur ad filij promiſſionem, iam non plures, ſed vnus loquitur, ait enim: *Cui dixit, Reuertens veniam,* &c. Et cur in conuiuio plures, & etiam poſt conuiuium in interrogatione de Sara, plures dicuntur; in filij autem promiſſione vnus deſignatur? Dum conuiuium accipiunt, & poſt conuiuium interrogant de Sara, nec vllum verbum reddendæ mercedis faciunt, meritò multitudini æquantur, & quaſi aliqui homines è pluribus proponuntur: vbi autem ad dandi filij promiſſionem poſt acceptum prandium venitur, iam vnitas, & ſingularitas Deitatis explicatur, vt à qua veniat, acceptum officium remunerare. Non longè abeſt Gloſſa interlinearis dicens: *Prius ergo refecti vt homines, in vnitate Deitatis, cuius beneficio erant implenda, futura prædixit.* In acceptatione conuiuij ſine memoria mercedis reddendæ, nihil ſupra vulgares homines faciebant: in promiſſione autem filij, qua conuiuium remunerabatur, non potuit non clarere maieſtas Deitatis. Ait & Rup.ibi: *Vbi incunabulis, & benè refecti de Sara interrogant, ſcriptum eſt pluraliter: Dixerunt: Vbi eſt Sara? Vbi autem continuò promittitur, quod dare, vel facere ſolius Dei eſt, ſingulariter ſic ſcriptum eſt: Reuertens veniam,* &c. Non diſcrepant à multitudine, vbi accipiunt conuiuium, & de Sara interrogant: vbi autem tractatur, quòd daturus eſt Deus; iam ibi oſtenditur Deitatis ſingularitas, vt cuius ſolius ſit, nullum officium ſibi præſtitum relinquere immuneratum.

Geneſ.47.

Matth.2.

Chryſoſt.

Geneſ.18.

Rupert.

Ibb. 12j

Eſth. 12. Aman verò, filius Amadathi, erat glorioſiſſimus coram Rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis Regis, qui fuerant interfecti.

§. XI.

Mundialia bona vt ſequuntur hominem ad alta euolantem; ſic inde labentem prorſus deſerunt.

Dicitur de Amano, quòd *erat glorioſiſſimus coram Rege*; hoc eſt, in conſpectu Regis, dum Regi gratus adſtabat. Habent hoc & gloriæ, & omnia temporalia bona, quòd comitentur, & ſequantur hominem in culmine exiſtentem, & cum illo vadant, ſi ad alta tendat. Quòd ſi inde exciderit, ſi inde lapſus fuerit, prorſus illum deſerunt. Pſal. 48. *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam, cùm interierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius.* Eſt homo, cuius gloria multiplicatur, & creſcit in dies, & vehementer augetur. Et quandiu hæc gloria erit cum eo? Quandiu ipſe in culminibus fuerit: quandiu ipſe, & Regi temporali, & æterno Regi placuerit. Dum ſub Regis terreni fauore ad cæli alta euolauerit, & maneat cum eo, illum comitabuntur bona hæc, & mundiales gloriæ: quòd ſi delapſus ad ima fuerit, prorſus ab omnibus deſeretur bonis temporalibus. Ea enim ſunt bona quæcunque, & gloriæ etiam temporales, vt aſcendentem norint comitari; deſcendentem autem & deſerunt, & relinquunt inanem. Quò aſpiciens D. Ambr. ibi ait: *Vide vim Scripturæ. Gloria ſæculi non deſcendit cum peccatore, ſed gloria virtutis aſcendit cum innocente. Et vt compendioſius dicamus, gloria hominum cum aſcendente aſcendet, & cum deſcendente non deſcendet.* Hæc eſt orta conditio omnium bonorum, & omnium gloriarum: ſemper culmina comitantur. Si aſcenderis in cœlum, ibi bona omnia, & honor, & ſplendor, & principatus adſunt: nihil glorioſum in præſenti habuiſti, quod ibi non habeas, vel in ſe, vel in eminentiori gradu. Si autem deſcenderis in Infernum, omnia ſtatim bona longiſſimè auolabunt. Et in Regis temporalibus, & in Dei regno idem accidere videtur. Da hominem, qui ad gratiam Regis aſcendat, ſub eiúſque creſcat fauoribus, hunc & diuitiæ, & principatus, & plauſus, & adorationes, & gloriæ comitantur, ſequuntur. At, cùm primùm à fauore, & gratia Regis exciderit, ſtatim illum omnia illa bona deſerunt, & ab illo maximè ſe oſtendunt aliena. Nec aliter fit in Dei regno: imò quæcunque bona mundialia ſunt homini in præſenti, illum ad cœlum aſcendentem comitantur; ſi verò à regno exciderit, & in Tartara deſcenderit, prorſus ab illo abſcedent, & quaſi aliena erunt. De potentibus ſæculi iniquis dicit Pſal. 48. *Et relinquent alienis diuitias ſuas.* Quaſi hoc ſit neceſſe potentibus impiis, quòd alienis ſuas diuitias relinquant. Sed & plures eorum eas relinquunt aut filiis, aut fratribus, aut propinquis. Quando ergo & filiis, & fratribus ſuas relinquunt diuitias, quomodo poſſunt credere, quòd eas alienis relinquant? Ait Ruffinus ibi: *Omnes iniqui relinquunt alienis diuitias ſuas: ſiue filii ſint, ſiue parentes, ſiue vicini, quibus eas relinquunt. Tamen in hoc alieni ſunt, quia illi de, ut diuitiis ſubuenire non poſſunt.* Sic iniquos deſcendentes in interitum deſerunt propriæ illorum gloriæ, & diuitiæ, & tam longè abſcedunt ab illorum commodis, vt licèt in filiis, aut parentibus, aut vicinis maneant, credantur in alienis eſſe. Et quaſi in alienis ſint, ſic nequeunt illis ſubuenire. Purpuratus ille epulo, dum iam in tormenta deſcendiſſet, clamabat ad Abraham Luc. 16. dicens: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aqua, & refrigeret linguam meam.* De Lazari digito petit ſibi aquam afferri, cur non magis de domo ſua paterna? Ipſe enim meminit paternam domum, fratréſque ibi relictos, cùm dicit: *Mitte eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis,* &c. Reliquerat equidem glorioſam domum paternam, plenam diuitiis, quibus fruebantur quinque fratres. Cur ergo de Lazari digito aquam petit, & non magis de domo ſua, de bonis, quæ fratribus reliquerat? Nónne in fratrum manibus adhuc erant omnia illa bona ſua? Erant in manu fratrum, ſed adeò à miſeri refrigerio aliena, vt inimicus cæli faciliùs crederet à cæleſtibus poſſe refrigerium extorquere, quàm à bonis relictis in manu fratrum, & parentum. Ad hæc Chryſol. ſer. 122. *Quid eſt diues? Vbi ſunt torrentes torcularium tuorum? Vbi ſunt horrea ad famem pauperis non minùs cupiditatibus dilatata quàm copiis? Vbi ſunt vina annoſis ætatibus, & ipſa temporum obliuione ſeruata? Vbi ſunt effuſiones, & flumina miniſteriorum tuorum? Iſta omnia tibi periêre. Remanſerunt iſta, deſeruerunt iſta.* Habent hoc mundialia bona, quòd cum deſcendente non deſcendunt. Comitabuntur aſcendentem; verùm ſi deſcendas in interitum, ſi in perditionem deſcendas, adeò te deſerent, vt nec tibi profutura poſſent credi.

Pſal. 48. — Ambroſ. — *Pſal.* 48. — Ruffin. — *Luc.* 16. — Chryſol.

§. XII.

Culpabiliter nititur gloria, quæ non ſolidum fundamentum habet.

Qualis gloria Amani erat? Non coram Deo, ſed dicitur *glorioſiſſimus coram Rege*. In Regis fauore tota eius gloria nitebatur. Deus bone, quàm in lubrico erat tota hæc gloria! Quam culpabiliter Amanus efferebatur gloria, quæ adeò labilis, & incerto fundamento hærebat. Ezech. 27. non parum mordebatur Tyrus in maiore gloriæ ſuæ acceſſu: dicit enim: *Hæc dicit Dominus Deus: O Tyre, dixiſti: Perfecti decoris ego ſum, in corde maris ſita.* Hoc vitio datur Tyro, quòd ſuum publicet decorem; quòd gloriæ ſuæ ſplendorem iactet, cùm ſimul fateatur, ſe ſitam in medio, ſiue in corde maris. Et qui decor, quæ gloria poteſt dici, & credi, & æſtimari, quæ in fluctibus maris fundamentum habeat? Meritò vitio, imò ſtultitiæ datur Tyro, quòd æſtimet & gloriam, & decorem vndis maris fundatum. Vnde D. Hieronym. ibi: *Primum crimen eſt Tyri, ſi quid videtur habere boni, non Dei putare, ſed ſuum; & omnem pulchritudinem, quæ illi de diuerſis regionibus venit, propria æſtimare diligentia, atque virtute. Dixit enim: Perfecti decoris ego ſum, in corde maris, id eſt, in medio maris ſita, & quaſi inſula mouetur, & fluctuat, & vndarum illiſionibus confringatur.* Quantum hoc piaculum! Fatebatur totam pulchritudinem, & decorem ſuum fundatum eſſe, & ſitum in maris fluctibus, in quibus fluctuabat, & quarum illiſionibus confringebatur: & nihilominùs maximè in illo decore gloriabatur. Qualis decor, qualis gloria eſt, quæ ſic fluctuat? quæ tot illiſionibus confringitur? Non equidem hæc æſtimanda, ſed deſpicienda ſunt. Vt dicit Pſal. 48. *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius.* Iure mandat deſpici glorioſum hominem, vt cuius gloria inſtabilis ſit. Ait D. Chryſoſt. hom. in D. Iulian. tom. 6. *Neque deſcendet cum eo gloria eius. Talis namque eſt opum iſtarum natura: non transferuntur cum domino: non tam poſſeſſoribus peregrinantur: non in iudicium vocatis, ac pœnas luentibus patrocinantur, ſed per mortem penitùs præſcinduntur, imò multò etiam ante mortem deſeruerunt. Infidus eſt vſus, fructus inſtabiles, periculoſa poſſeſſio.* Quid verius? Nihil ampliùs in mundialibus gloriis habebis.

Ezech. 27. — Hieron. — *Pſal.* 48. — Chryſoſt.

§. XIII.

Deteſtanda poteſtas, quæ eò ſolùm ſpectat, vt feriat, non vt ſanet.

Vide, quæ faciat glorioſus hic Aman, in toto culmine ſuæ gloriæ: dicit enim Textus: *Aman verò erat glorioſiſſimus coram Rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius.* Hoc vnum inuenio, quod voluerit glorioſiſſimus Amanus, nimirum, voluit nocere Mardochæo, & populo eius. Quantula hæc gloria, quæ ſolis percuſſionibus manifeſtatur? Fuêre Principes, qui eò animum impenderant, vt flagitioſos perimerent, tunc maximè gloriantes, cùm horum madebant ſanguine. Quibus ait D. Iuſtinus Mart. Apolog. 2. *Videmini vereri, ne omnes colant iuſtitiam, atque ita deſint, in quos animaduertatis. Verùm hæc tuea carnificum fuerit magis, quàm bonorum Principum: ſed compertum eſt nobis, hæc fieri inſtinctu malorum geniorum.* Non à bono, ſed à malo genio venit, quòd glorieris de plagis illatis: gloriatio enim in percutiendo, gloriatio carnificum eſt: & ideò à bonis maximè deteſtanda. Nunquam enim à bono

Iuſt. Mart.

Deo

Deo venit, quòd ſolis plagis deferendis intendas. 3. Reg. 3. Reg. 17.
17. ait Elias: *Viuit Dominus Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* Hæc dixit Elias: & ſtatim cælũ clauſum eſt, terra aruit, ita vt populus fame periret. Cuius Deus miſerescens nihil non fecit, vt Elias ſupplicaret pro pluuia. Circa quæ multus eſt Chryſoſt. multus eſt Baſil. Sed in explicandis artibus, quibus Deus vſus eſt, vt adduceret Eliam ad hoc, vt pluuiam poſtularet. Et cur Deus ſic Eliam mouebat ad pluuiæ poſtulationem? Nónne & ipſe poterat dare pluuiam, etiam non poſtulante Elia? Poterat: ſed cauebat, ne ſuus Propheta crederetur ſolùm illator malorum, & ideò volebat, vt qui malum intulerat, & ipſe inferret bonum. Ait D. Chryſoſt. hom. in D. Petrum, & Eliam, tom. 6. *Poterat quidem Deus ſine Elia hoc facere, ſed nolebat tamen proprium famulum contemnere, ne malorum conciliatorem* Chryſoſt. *Eliam, boum autem Deum fuiſſe diceres.* Quippe niſi Elias bonorum fieret impetrator, contemptui eſſet, cùm ſolùm crederetur malorum illator. Quis enim non contemnat Poteſtates illas, quæ ſolùm ordinantur ad inferendum malum? Exod. 33. audio Angelum populo Iſraëlitico oblatum a Deo, qui populum duceret in viam: cuius Exod. 33. ducatum refugit Moyſes dicens: *Si tu non ipſe præcedas nos, ne educas nos de loco iſto.* Non Angelorum, ſed Deum vult ductorem populi. Et cur non contentus eſt Angeli ducatu? In Angelo videbat poteſtatem puniendi ſolam, quam longè a populo amandare volebat, amans habere Deum, cuius eſt & ferire, & ſanare. Ait D. Baſil. in cap. 6. Iſaiæ: Ait Dominus: *Vade, & deduc in viam populum hunc. Et Angelum meum immittam ante te. Quid igitur Moy-* Baſil. *ſes? Obſecro, Domine, niſi tu ipſe proficiſcaris nobiſcum, nihil neceſſe nos emigrare hinc. Quæ igitur mens, & animi ſententia iſtius viri? Nimirum, populus ille ad peccandum erat proclinior, quare eius præſentia egebat, penes quem eſt poteſtas dimittendi peccata, quod exhibere nequaquam poſſunt Angeli. De his quidem, qui iniquè agunt, vltionem expetunt Angeli, non item condonant delicta.* Sola autem poteſtas feriendi, etſi in Angelo ſit hominum amiciſſimo, nihilominùs fugienda eſt.

CAPVT VIII.

Amani exaltatio.

Textvs Historia.

TRiumpharat Mardochæus, niſi ſe immerſiſſet in Regiam vir aulicis ſtudiis maximè exercitatus, genere Macedo, nomine Aman, qui de expulſorum Amalecitarum reliquiis ortus, Macedonia Suſas venerat. Ibi magnas mentes venandi artifex Aſſuerum multis officiis adortus, gratificationi ampliſſimæ locum parauit, in tantámque euaſit gratiam, vt a Rege ſecundus haberetur. Hinc vniuerſi Proceres de mandato Regis, primas cedebant, prodeuntémque ſuras flexis excipiebant genibus. Vnus Mardochæus ab hoc cultu Amani abhorruit, quòd ei in eo, ſiue ex expreſſiſſima Amani ſuperbia, ſiue ex aliis, aliqua ſuboleret idololatriæ ſpecies. Non tulit ſuperbus Aman hominis Iudæi religionem, ſed vt cognouit Iudaicæ religionis prætextu negari ſibi a Mardochæo honorem, parui æſtimauit Mardochæum opprimere, niſi pariter ſæuiret in vniuerſos Iudæos. Igitur cognito iam per ſortes die tanti populi exitio conuenienti, Regem adit, Iudæorum incommoda Perſis nociuiſſima expendit, qui vt erant inuiſæ gentibus religionis aſſeclæ, non poterant non eſſe multæ offenſionis, Aſſueri regno. Quod malum ceſſaret, ſi totus, quantus erat populus, ſimul perimeretur: pro fiſco autem regio, ne ex hominum perditione diminutionem pateretur, de ſuis ipſe bonis decem millia talentorum appendebat. Annuit Rex Amano, & literas ſcripſit, quibus conſilium de perdendis Iudæis ab illo acceptum magnifaciebat, ſimúlque dicebat diem, quo in omni regno ſuo erant miſeri illi perdendi. Legebatur edictum Suſis, & atrocitate rei omnibus ſuſpenſis, Rex &, Amanus conuiuiis vacabant, & epulis.

Moralia circa textvs literam.

DVm populus Dei morti datur, Aſſuerus, & Aman conuiuium celebrant: nunquam enim Principes tenebrarum non amant cibos ſibi facere de Dei electis.

Eſther. cap. 3. Poſt hæc Rex Aſſuerus exaltauit Aman, filium Amadathi, qui erat de ſtirpe Agag: & poſuit ſolium eius ſuper omnes Principes, quos habebat. Cunctique ſerui Regis, qui in foribus Palatij verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: ſic enim præceperat eis Imperator: ſolus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum, &c.

§. I.

Inuſitata, immodicáque vnius prouectio rarò non incommoda Principi.

ECce tibi origo Iudæorum luctus, & non parui Perſarum calamitatis, nimirum: *Rex Aſſuerus exaltauit Aman: & poſuit ſolium eius ſuper omnes Principes.* Exaltauit, inquit, Rex Aſſuerus Aman: & qui de hac exaltatione fructus? Ipſe exaltatus per duos eunuchos, vt vidimus, mortem Regi machinabatur, per ſe ipſum Iudæorum populum perdebat, & tandem hinc non parua Perſarum ſtrages ortum habuit. Rarò enim immodica vnius exaltatio non eſt & Regibus, & regnis lethalis. Ait Rupert. lib. 8. de Victoria Verbi Dei, c. 6. circa hæc: *Nimia, & indiſcreta Regis liberalitas, dum ſe prouehere putat amicum fidelem profectò contra ſemetipſum ſuſtollit inimicum crudelem.* Vix Rupert. ab inimicis truculentiora facinora veniunt in Reges, & regna, quàm ea, quæ naſcuntur de amicis immodicè exaltatis. Vt enim in corpore nimia, & immodica vnius humoris accretio facit morbos, & intemperiem cauſat, quæ mortem afferat: ſic in regno immodica, & inuſitata vnius exaltatio rarò non eſt lethalis. Quod reſpiciens Pſal. 45. ait *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus. Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus manè diluculò.* Loqui- Pſal. 45.
tur de ædificatione, & fundatione regni cælorum, nempe, Eccleſiæ: & venit illud maximè expendendum: *Deus in medio eius non commouebitur.* Dum Deus in medio ſit, æqualiter diuidens, & proportionaliter ſuas diffundens gratias, ſic ſtabit regnum eius, vt nec vllum motum patiatur. Dicit D. Baſil. ibi: *In medio illius ſum, donans illi tantum roboris, ne commoueatur: in medio autem ciuitatis eſt Deus, æquales vndique emittens radios ad fines vſque Orbis* Baſil. *vniuerſi. ſic enim Dei iuſtitia conſeruatur, dum is omnibus eandem bonitatis ſuæ diſpertit menſuram.* Quòd æquales omnibus emittat Deus radios, & quod eandem menſuram impartiatur, intelligendum eſt proportionaliter, iuxta ordinem, & politiam regni ſui, in quo & Principes, & miniſtri, & populares ſunt. Et non dubito, quin ſint alia Dei dona pro maioribus, alia pro minoribus; ſed nulli immodica dantur, & inuſitata: &, vt eſt in omnibus proportionalis æqualitas, ſic firmiter & immobiliter regni conſeruatur ſtatus. Eſt equidem & in Politia temporali ſuus ordo, nimirum, Principum, Magiſtratuum, & plebeiorum; maiórque honor venit a Rege pro Principibus, quam pro Magiſtratibus, & maior pro Magiſtratibus, quam pro plebe: dum tamen ſuus cuique eum menſura datur, ea æqualitas eſt, quæ regna ſtabilia facit. Verùm, cùm Rex ab hoc medio declinat in partem, & extra ordinem conſuetum, & proportionatum, introducit alicuius particularis exaltationem, qui ebibat aliorum functiones, & munera, & ad ſe omnes trahat. Hæc vt eſt immodica, & inuſitata vnius exaltatio, intemperies eſt morbida, quæ & corruptiones, & mortes affert.

§. II.

Honor immodicus, & indebitus lethalis.

IN Amanis ſolio, & exaltatione eius iam ſuſpicor furcam, & ignominiam. Quam mihi inſinuant exaltationis verba ipſa, quæ dicunt: *Rex Aſſuerus exaltauit Aman, filium Adamathi.* Exaltauit, inquit, nec otioſe; ſed vt iam
Ioan. 12. in illo honore appareat eius ignominia. Ioan. 12. cùm dixit Ieſus, ſe exaltandum, ſtatim Iudæi intellexerunt eius ignominiam Crucis. An, quia exaltationem, & ſublimitatem attribuebat homini, vt ipſi putabant, indigno & immerenti, credebant illi ignominiæ, & mortis ſuturam? Crediderunt ipſi de Ieſu, vt perdi: ego de Amano non poſſum non credere exaltationem in furcam, & ignominiam deſituram. Honor enim in indigno, & immerenti
Act. 7. magis eius ignominiam, & cladem deſignat. Actor. 7. ait D. Stephanus: *Conuertit ſe autem Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cæli. Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſydus Dei veſtri Rephpham, figuras quas feciſtis, vt adoraretis eas.* Quippe Iudæi derelicti a vero Deo cœperunt adorare Solem, & Lunam, & ſtellas, vniuerſa, nimirum, ſydera, & præcipuè lucidiſſimum ſydus, quod vocat Stephanus Rephpham. De quo ſydere locuti Beda, Lyranus, Interlinealis, & alij in prætenti, credunt fuiſſe Luciferum matutinum, qui ante Solem ſplendidiſſimè irradiat. Et quando adeo ſplendidum ſydus erat, cur vocatur à Stephano Rephpham? Rephpham enim ſonat te-
Theodot. nebras: ſic Theodotio, & eius Scholiaſt. ſic Oecumenius
Oecumen. fatus: *Rephpham verò ſtella eſt tenebrarum.* Quid ſplendidiſſimum ſydus cum tenebris? & vnde potuit putari a D. Stephano obtenebratum, quod ſic ſplendebat mane? Nota, quæ addidit, nimirum, *figuras, quas feciſtis, vt adoraretis eas.* Vbi ſydera hæc cœperunt ab hominibus adorari, de tam indebito honore ſuſcepto cœperunt obſcurari, obtenebrari, & in occaſum properare. Ad hæc dicebat D. Athanaſ. orat. in Paraſceu. habita apud Græciſer.
Athanaſ. noſtrum com. 2. de Cruce: *Magnum quidem opificium eſt cælum: Magnum quoque Angelorum natura eſt, tum hic Sol conſcendens, & terra. Sed, cùm hæc omnia pulchra in primis fuerint, homo tamen eorum pulchritudinem detrectans, immoderata veneratione nudauit, & iniuriam in ipſis, qua colerat, moliebat. Cùm enim in res conditas admirationem contuliſſet, quæ omnem conditarum modum ſuperaret, & excederet, ignominiam iis, quæ colebat, effudit.* Quid pulchrius? Immodicus, &
Luc. 15. indebitus honor, nunquam non parit accipienti ignominiam, & cladem. Luc. 15. dicebat ille prodigus in ſe reuerſus: *Pater, peccaui in cælum, & coram te.* Et ille, quòd peccatis ſuis Deum offenderit, cælum, in quo offendit, cuius aſtra potiùs adorauerat: In eo offendit, quod adorabas: immoderatus enim honor accipienti iniuriam fa-
Chryſol. cit. Chryſol. ſerm. 5. *Peccauit in cælum, dum in cælo Solem, Lunam, ſydera Deos eſſe blaſphemat, & hæc eadem profanat adorando.* Quem indebitè, & immodice honoras, non illum magnificas, ſed multis malis reples: vix enim fieri poteſt, vt ab immodico, & indebito honore accepto multa mala non veniant. Quò ſpectans Nazianzenus
Nazianz. orat. an. de minùs indigno Prælato, cum admiratione ait: *Nec thronus intremuit, nec ex aſpectu horrorem concepit, hominem continentia ſtudioſum infra ſe videns!* Equidem miratur tantus Doctor, quòd quis videns alios clarioribus virtutibus ſplendeſcere, ſine horrore, & tremore thronum aſcendat. Quando thronus, & honor nunquam non lethalis ſit immerenti.

§. III.

Obſequia, & blanditiæ mundiales non ſaluti, ſed perditioni ſunt.

EXpende, quibus alis ad furcam Amanus volabat: dicit Textus: *Cuncti ſerui Regis flectebant genua, & adorabant Aman: ſic enim eis mandauerat Imperator.* Et quis eſt, qui de Imperatoris mandato ſic ab omnibus prædicatur? Nempe is eſt, quem Deus ad furcam deſtinabat, nec egit fauores, hominum obſequia, & blanditiæ, & adorationes ſolent aliò ſeducere hominem. De Principibus mundi, & Prælatis Eccleſiæ hinc querelam habuit Do-
Ezech. 34. minus apud Ezech. cap. 34. *Quod craſſum erat, occidebatis.* Quæ ſunt craſſiora in grege pecudum, ſunt potentiores & eminentiores in grege rationali. Et mirabar, quòd Principes, & Prælati dicantur occidere potentiores, & eminentiores. Imò nihil magis vulgare, quàm quòd Principes in infirmiores deſæuiant, & eorum legibus, velut retibus, non capiantur, niſi paruuli. Quomodo ergo queritur Deus, quòd Principes ſæculi occidant craſſos, hoc eſt, potentiores, & eminentiores? Occidunt equidem non ferro, ſed fauoribus, dum eos in eo loco conſtituunt, in quo ab omnibus coluntur, prædicantur, adorantur. Hier.
D. Hier. *Quod autem dicitur: Et quod craſſum erat, occidebatis, de ditioribus populi loquitur, quos mali principes in Eccleſia iugulare narrantur, dum eos prædicant, & vitia eorum increpare non audent. De quibus Propheta dicit: Populus meus, qui beatos vos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitam pedum veſtrorum ſupplantant.* Expende illa: *Quos mali Principes iugulare narrantur, dum eos prædicant.* quippe dum Proceres, & Magnates viri prædicationibus, & laudibus, & adorationibus extolluntur, in ea facinora abeunt, quæ illis & exterminium, & perditionem, & interitum pariant. Dum publicis acclamationi- Pſal. 30.
bus dantur, miſere iugulantur. Hinc Pſal. 30. de ſummi Regis Proceribus locutus ait: *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.* Mundiales Reges dum ſuos amicos publicant, & eos publicis acclamationibus, & honoribus exponunt, ſimul & turbationi, & perditioni ſubiciunt. Non ſic Rex cæleſtis, quinimò amicos ſuos abſcondit, ne eorum pateat excellentia: & ſicut ipſe viuens inter homines ſub humano vultu celabat Diuinitatem ſuam: ſic in præſenti amicorum glorias celat, ne colantur, ne prædicentur, ne adorentur: eos, inquam, abſcondit à conturbatione hominum, hoc eſt, ab humanis acclamationibus, quæ nunquam non faciunt conturbationes, & perditiones. Ait ibi Arnobius: *Et nunc quidem abſcon-* Arnob.
dit eos in abdito vultus ſui, vt ſicut ipſius vultus ita erat in abdito, vt putaretur homo tantum; ita iſtorum ſive magno, & ſancti, abſcondit eos in abdito vultus ſui à conturbatione hominum, ne dum manifeſtum fuerit eos eſſe ſanctos, & amicos Dei, conturbetur ab hominum adulatione propoſitum eorum. Cùm Deus eſſet in mundo, Diuinitatis ſuæ faciem abſcondebat, vultumque humanum exhibebat, vt homo tantùm videretur; ſic modò agit cum amicis ſuis: quidquid in eis magnum, & diuinum eſt, abſcondit, ne ſupra homines prædicentur, ne eorum excellentia pateat eas acclamationes, & adulationes ab hominibus extorqueat, quibus ipſi turbentur, & pereant. Nihil enim citiùs à blanditiis, & obſequiis adulatoribus, quam perditio venit.

§. IV.

Temporalium lucrorum captator, nihil non adorabit, in quo illa ſplendeant.

DIcit Textus: *Cunctique ſerui Regis, qui in foribus Palatij verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman.* Adorabant equidem Aman. Sed, qui eum adorabant? Notanter poſuit: *Cunctique ſerui Regis.* qui ſerui temporalis Regis erant, qui ſeruiebant lucris temporalibus obtinendis de manu Regis. Qui autem ſic temporalibus lucris ſeruit, procul dubiò, quodcunque adorabit, in quo illa ſplendeant. Apocal. 13 proponitur monſtroſa quædam beſtia de mari aſcendens, & addit: *Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit po-* Apoc. 13.
teſtatem beſtiæ, & adorauerunt beſtiam, &c. Ecce tibi, & draco magnus, nempe, Diabolus, & monſtroſa beſtia ab hominibus adoratur. Sed, vnde poteſt talis homo in tam abominandam ſeruitutem, qua Diabolum, & beſtiam adoret? Eo ipſo, quod ſeruus homo temporalium lucrorum ſeruus, non dubitauit Diabolum adorare, nec beſtias, dum Rupert.
inde aliquid lucretur. Ait Rupert. lib. 8. in Apocal. *Quomodo ſaltem impij dicuntur adorare Diabolum, qui etiam ſæpe maledicunt eum? Certè in te Diabolum adorauerunt, quòd mammonæ ſeruierunt. Nam & Apoſtolus dicit de auaritia, quòd ſimulacrorum ſeruitus ſit. Ergo quia mammonæ iam dudum ſerui fuerant, & mammonæ ſeruiendo adorant Diabolum, quid mirarìs, quòd deinde beſtiam adorauerunt habentem diuitias, volentem dare aurum, & argentum?* Vbi temporalis lucri cultores fuerunt, nec mirandum eſt, quòd adorent Diabolum, aut quodcunque aliud, a quo aliquod lucrum ſperauerint. Huc trahenda dicta tom. 5. de Chriſto fig. lib. 5. c. 32. §. 16. & tom. 3. de eodem, lib. 7. §. 2. & tom. 4. de eodem, lib. 8. c. 7. §. 12. & c. 33. §. 9. & alibi.

§. V.

Frequens in lubrico inceſſus rarò inuenitur ſine lapſu.

ADorantibus cunctis Aman, *Solus Mardochæus non flectebat genua, nec adorabat eum.* Solus, inquam, Mardochæus non adorabat Aman, neque id pro ſuperbia faciebat, ſed religionis prætextu. Iudæus enim cùm eſſet, meritò cauebat adorare alium, præter verù Deum. Illud verò maximè inquirendum eſt, cur cùm prætextus hic religionis arceret Mardochæum ab adoratione Amani, non arcebat eundem ab adoratione Aſſueri Regis? Erat Aſſuerus cum cæteris Regibus Perſis in hac amentia, vt vellet ſibi diuinos honores impendi, vt docet Salianus noſter, inſuper & volebat ſimiles impendi Amano, vt Author eſt Pater Gaſpar Sancius in præſenti. Mardochæus autem non detrectauit externam illam adorationem latriæ Aſſuero impendere; minimè metuens in animo idololatriam facere: at, vbi ad Amanum deuentum eſt, maximè timuit idolulatriam incurrere, ſi illum externè adoraret; & ideò ab adoratione ſuperſedit. Cur ergo, quod non timuit Aſſuero impendere, timuit Amano præſtare? Etſi vehementiſſimus eſt hominum affectus circa Principes demerendos in omnibus, quæ ipſi petunt; tamen vt congreſſus cum Aſſuero rarus erat, ſic non timuit Mardochæus in rara illa externa adoratione Aſſuero exhibenda, rapi ad aliquem exceſſum: at, quia cum Amano congreſſus non rarus, ſed frequentiſſimus erat, ſæpè enim ingrediebatur, & egrediebatur à Regia ſingulis diebus; meritò in tam frequenti adoratione, & adeò aſſueta timuit, ne vehemens affectus placendi Regibus, ad illicitam adorationem internam raperetur. Rarò enim lapſus non ſequitur hominem frequenter ad lubrica accedentem. Non poteſt negari, magnam eſſe ſimilitudinem inter idololatriam, & laſciuiam, quando vtraque ſub eodem fornicationis nomine explicatur paſſim in Scriptura diuina. Et circa laſciuiam conſulebat Spiritus Sanctus Prouerb. 6. *Qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus, cùm tetigerit eam.* Quaſi in ſolo tactu mulieris alienæ putet ineſſe aliquid immunditiæ. Sed eſto, quòd hoc contingat in tactu ſimplici alienæ fœminæ: at, ſi fœmina ſoror ſit, aut propinquiſſima ſanguine, quid dicendum? Accipite D. Baſilium lib. de Virginitate, in rem præſentem: *Non ergo vel utero eodem genita ſoror tugi fratris tactus, & oſculis ſe aſſueſaciat, ne per aſſiduitatem exerta in animum paſſio ſuo tempore in actum prorumpat. Verendum quippe eſt, ne ex conſuetudine noſtra, atque confidentia, ſumpta occaſione peccatum operetur concupiſcentiam.* Credidit forſan ſanctus Doctor, ab vno, & raro manuum tactu, ſeu candidiſſimo oſculo inter fratres, poſſe nullam oriri paſſionem, quæ vitio vertatur: at in eorum frequentia, & continua aſſuetudine, rarò poſſe deeſſe lapſum. Quis enim aſſueſcat frequenter in lubricis ambulare, & non cadat? Sic qui ſe aſſueſacit materiis, quæ propinquæ ſunt vehementibus animi affectibus, rarò ad illos non rapitur.

Salian.

Sancius.

Prouerb. 6.

Baſil.

§. VI.

Acerbiſſimum ſit homini, quòd ſe ei ſubmittat, quem ſibi inferiorem habuit ex Deo.

NEc perſuaſus à Palatinis potuit Mardochæus adduci, vt adoraret Amanum: perſuadentibus enim reſpondebat, ſe natione eſſe Iudæum: ſic enim Text. *Dixerat enim eis, ſe eſſe Iudæum.* Quaſi homini Iudæo repugnaret Amani adoratio. Et cur Iudæo ſic repugnabat, quòd Amano genu flecteret? Caietanus nullum ibi agnoſcit religionis prætextum; ſed confugit ad notas inimicitias inter Amalecitas, & Iudæos. Et vt Iudæi habuerunt ex Deo triumphare de Amalecitis, eóſque penitùs ſibi ſubiicere, & funditùs delere: ſic acerbiſſimum, & repugnantiſſimum ſibi credebat Mardochæus aliquid timere ab Amano, eique ſe proſternere, quem de ſtirpe Agag Amalecita agnoſcebat. Cui enim non maximè repugnet, & acerbiſſimum ſit, quòd cogatur ſubmitti ei, quem ex Deo habuit ſibi inferiorem? Exod. 3. clamantes Iſraelitæ pro idolo faciendo offerebant Aaroni inaures aureas vxorum ſuarum, quas ille accipiens, miſit in conflatorio, *& fecit ex eis vitulum conflatilem.* Multi credunt vitulum non ab Aarone factum, ſed ſuperiori virtute in igne eſſe formatum: ſic ait Lippom. in Cat. *Aaron proiecit vniuerſam maſſam in ignem, & egreditur vitulus.* Creditur equidem vitulus egreſſus fuiſſe è conflatorio, præter expectationem, tam Aaronis, quàm populi. Et, cur permiſit Deus, aut fecit, quòd vitulus pro idolo egrederetur? Fecit Deus oriri vitulum, vt quid maximè acerbum exiſteret populo, cùm cogeretur, & timere, & adorare bouem, quem ſibi maximè ſubiectum habebat, & inferiorem. Ad hæc D. Auguſt. ſer. 97. de Tempore ait: *Vnde ſimulacra colentium tanta ſtultitia, imò non ferenda dementia, mortuis manu formatum vitulum parauère diuinum? Acerbior indignitas rerum eſt, vt pecudis ſit figuræ reuereri, & cùm Deus animalia omnia homini ſubiecerit, ipſe ſe in famulatum pecudum ſponte dediderit.* Expende ab illis: *Acerbior indignitas rerum eſt*, &c. Cùm enim Deus tibi & bouem, & cætera pecora ſubiecerit, non poteſt tibi non eſſe acerbiſſimum, quòd pecus aliquod tibi ſit & reuerentiæ, & timori, & quòd tremebundus te proſternas illi, quod heri per Deum ad tuam tremebat vocem. Inter calamitates acerbiſſimas, quæ Flacco Alexandriæ Præſidi acciderunt, hanc de illo narrat Philo: *Poſt plurimos labores ægrè delatus in Italiam, confeſtim exceptus eſt à duobus infenſiſſimis accuſatoribus, Lampone, Iſidoróque, paulò antè ſup-ùs ab eis, ut ſubditis, ſalutatus, & ſaluator beuemeritiſſimus. Tunc verò ſenſit eos aduerſarios longè præualentes. . . Nihil autem eſt moleſtius, quàm maiores ab inferioribus, & Magiſtratum accuſari à ſubditis, haud ſecus, ſi herus ſuus poſtuletur à vernis ſuis, aut emptis mancipiis.* Inter ſummas moleſtias reputat, quòd eò deducaris, vt egeas pedibus inferioris tui, ſerui tui, obuolui. Quò ſpectans Iob c. 19. aiebat: *Seruum meum vocaui, & non reſpondit, ore proprio deprecabar illum.* Quanta hæc acerbitas, quòd homo ingenuus, & nobilis eò deueniret, vt ſeruum ſuum deprecaretur, illúmque blandis verbis, obſequiis, & genuflexionibus, vt pauper, deliniret! Meritò ad hæc dicebat Philippus: *Ad valdè acerbam iniuriam pertinet, vt domini cum ſeruis blandè loquantur.* Hoc eſt, blanditiis, & obſequiis vtantur, vt eos alliciant. Cui ſeruo imperaſti, poſtmodum cum illo precibus, & obſecrationibus agere, acerbiſſimum eſt, & acerbius, ſi inter obſequia, eius patiaris faſtidia, & ſupercilium. Aiebat Nicetas in Iobi Cat. *Itaque vtrinque Iobi plaga videbatur, cùm cætera eius cognatio tranquillis, & vndáque vitæ frueretur. Nam ſolatio ſolita eſt augere dolorem; maximè, quòd qui ei antea ſupplicabant, illum ipſum nunc in ærumnis contemnunt.* Supercilium, & faſtidia videre, & ferre in eo, qui tibi antea ſubditus, & inferior ſupplicabat, adeò durum eſt, vt tremiſcat homo, ſi id alicui accidere audiat. Matth. 26. poſt narratam Ieſu comprehenſionem ait: *At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham*, &c. Quod exponens D. Ephrem ſer. de Paſſ. fatur. *Volueram hic mihi ſilentium imponere, prænimio mentis ſtupore; & rurſus contremui, ac timui, ne meo ſilentio repellerem gratiam ſaluatoris. Dicam tamen hæc vobis cum tremore, Fratres: ſiquidem omnia mihi contremiſcunt oſſa, dum iſta penitùs mecum animo amplector, examinóque. Creator ipſe vniuerſorum Dominus Deus noſter hodie, tanquam aliquis ex reis, ſiſtitur ante Caipham. Tremor me hic cogitantem occupat. Seruus ſedebat, Dominus adſtabat*, &c. Tremit Sanctus, dum ſeruum videt in throno, & dominum ſeruo obſequentem: nec poteſt id humana infirmitas ſuſtinere. Deus ſit, & Dei ſpiritu plenus, qui talem abiectionem ferre queat.

Caietan.

Exod. 3.

Auguſt.

Philo

Iob 19.

Philip.

Nicet.

Matth. 26.

Ephrem.

Eſther cap. 3. Quod cùm audiſſet Aman, & experimento probaſſet, quòd Mardochæus non flecteret ſibi genua, nec ſe adoraret, iratus eſt valdè. Et pro nihilo duxit, in vnum Mardochæum mittere manus ſuas. Audierat enim, quòd gentis eſſet Iudææ. Magíſque voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem

§. VII.

Non hominis, ſed Diaboli ambitio eſt, quæ adorare patitur.

EXpendendum in primis eſt, quòd totus Amani furor ex ſibi negata adoratione naſcatur, dicente Textu: *Cùm audiſſet Aman, & experimento probaſſet, quòd Mardochæus non flecteret ſibi genua, nec ſe adoraret, iratus eſt valdè*, &c. De qua Amani ira locutus Rupert. lib. 8. de Victor. Ver. D. c. 7. ſatis: *Nunquam tam crudeliter, tam furiosè ſuum quidem caput erexit draco Diabolus aduerſus mulierem*, nempe, Eccleſiam. Et meritò hæc ira Amani creditur à Ruperto, non tam fuiſſe Amani ira, quàm Diaboli furor. Et cur in Amani ira dicitur Diaboli furor apparuiſſe? Veniebat Amani ira de ambitione adorationis, quæ non tam hominis, quàm apertiſſimi eſt diabolici Spiritus. Quis non Diabolus requireret ſibi Dei adorationem? Iuit Saul ad Pythoniſſam mulierem 1. Reg. 28. à qua petiuit, vt à mortuis euocaret Samuelem, qui iam pridem diſceſſerat à viuis. Annuit mulier, & poſt carmina dicta, ecce tibi apparuit vir, & vultu, & habitu Samueli ſimillimus. Quid tunc? Ait Text. *Et intellexit Saul, quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit.* Quæſtio eſt celeberrima inter Doctores, an verè eſſet Samuel, qui apparebat? Alij dicunt verum fuiſſe Samuelem, negant alij, imò putant, non Samuelem, ſed Diabolum ſub eius forma apparuiſſe. Et quando Diabolus ſe ſub Samuelis forma occultabat, vnde potuit cognoſci Diabolus eſſe? Ex eo, quòd & requiſiuit, & admiſit adorationem, quam proculdubiò Samuel non admiſiſſet. Ait D. Auguſt. quæſt. 27. ex veteri Teſtam. *Saul putans Samuelem, adorauit Diabolum, vt fructum fallaciæ ſuæ haberet Satana. Hoc enim nititur, vt adoretur quaſi Deus. Si enim verè Samuel illi apparuiſſet, non vtique permiſiſſet ſe adorari:: Hic ſubtilitatem fallaciæ ſuæ prodidit improuidus Satanas: quia & adorari ſe permiſit ſub habitu, & nomine Samuelis*, &c. Non potuit latere Diabolus, vbi adorationem admiſit: quantumcunque enim ſe ſe occultet ſub forma humana, de adoratione requiſita, & admiſſa iam clariſſimè Diabolus eſſe oſtenditur. Ter Dominum aggreſſus eſt Diabolus: & ſemel, & bis repulſus eſt, nulla data tentatoris notitia. Accedens autem tertiò ait Matth. 4. *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus. Vade, Satana.* Non, cùm lapides vertendos in panem porrigebat, non, cùm præcipitium ſuadebat: ſed, cùm ſui adorationem prætendebat, tunc notatur eſſe Satanas, à Ieſu meo; nec immeritò; ſed, vt oſtendat, quàm vnius Diaboli ſit adorationis prætenſio.

Rupert.

1. Reg. 28.

Auguſt.

Matth. 4.

§. VIII.

Regum iræ celerrimæ ſunt in malis inferendis.

DE negata ſibi adoratione à Mardochæo Aman *iratus eſt valdè*: & continens iram mauult in omnes Iudæos ſæuire, pro quo in annum vindictam differt. Etiam Nabuchodonoſor vidit ſuæ imaginis adorationem contemni à tribus pueris Hebræis. Ait Dan. c. 3. *Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore::: & præcepit, vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum, quàm ſuccendi conſueuerat. Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit, vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum tiaris*, &c. Et Aman, & Nabuchodonoſor replentur furore ob negatam ſibi adorationem. Aman autem non in eum ſolum, qui negauerat, ſed in totum populum eius deſæuit: Nabuchodonoſor autem in ſolos tres pueros Hebræos exardeſcit. Et quando Aman in omnes, cur Nabuchodonoſor in tres ſolos? Ait Theodor. ibi: *Ita demum illi ſancti viri in ignem ſunt coniecti: & ille quidem* (nempe, Rex) *celeritatis, ac breuitatis cauſa ipſos ita comburi præcepit.* Tres comburi citiſſimè poterant: vniuerſos interimere res erat longiſſimi temporis. Ideò ille celeritatem amauit, non Aman, qui expectabat vindictam maiorem. Quippe Aman homo priuatus, & è priuata familia ortus, iras colligit, vt vindictam inferat maiorem, vel poſt longum tempus. Nabuchodonoſor, vt Rex erat, ſic nihil magis cogitat in ira ſua, quàm celeritatem in malis inferendis. Quò ſpectans Prouerb. 16. dicebat: *Indignatio Regis, nuntius mortis.* Circa quæ Carthuſian. ait: *Nuntius mortis, id eſt, inſinuatio interfectionis mox futuræ ei, contra quem Rex indignatur.* Ecce tibi in Regis indignatione vt inſinuatur mox futura interfectio, & perditio eius, qui Regis iram mouit. Notiſſima fuit Imperatoris Caij ambitio pro ſui adoratione: credebat ſe ſupra hominem, & adorari amabat ab omnibus. Quid tunc? Ait Philo lib. de legat. ad Caium: *Sola, inquam, Iudæorum natio ſuſpecta erat, vt auerſatura, ſolitorum ad voluntariam mortem, tanquàm ad immortalitatem properare, potiùs quàm patiantur vel minimum auelli à patriis ritibus:: Proinde bellum abſque induciis aduerſus noſtram nationem exercebatur.* Expende illa: *Bellum abſque induciis.* Vt enim Imperator excandeſcebat aduerſus Iudæos propter ſibi negatam adorationem: ſic nullas illis inducias dabat; ſed abſque omni intermiſſione illos vexabat.

Dan. 3.

Theodoret.

Prouerb. 16.

Carthuſ.

Philo.

§. IX.

Quòd tyranni ad maius furoris ſui augmentum faciunt, ſolet Deus in clariorem ſuorum euaſionem conuertere.

ECce tibi Aman valdè iratus, *Pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus ſuas::. Magiſque voluit omnem Iudæorum, qui erant in Regno Aſſueri, perdere nationem.* Et cur ſic permiſſus eſt à Deo Aman furere in vniuerſos Iudæos? Cur non magis in vnum Mardochæum finitur ira? Pro bono Mardochæi, & populi eius finitur Aman in tam immanem ſæuitiam inſurgere. Quò enim magis eius ira, & furor creſcebat in omnes, eò longiores parabantur induciæ, quæ viam Mardochæo, & populo euadendi aperirent. Si vnum Mardochæum peteret, facilè vnum hominem opprimeret: vbi omnem populum malebat perdere, longiora temporis ſpatia requirebantur, quæ aditum dederunt hominum ſaluti. Sic Deus rabidiori Amani furore vſus eſt ad planiorem viam Iudæorum ſalutis. Equidem ſolet Deus in ſuorum incolumitatem rabidioribus vti tyrannorum iris. Pro adoratione ſuæ imagini negata à tribus pueris Hebræis ſic exarſit ira Nabuchodonoſor, vt illos, vt erant veſtiti, in ignem iuberet immitti, Dan. 3. *Confeſtim viri illi vincti cum bracciis ſuis, & tiaris, & calceamentis, & veſtibus miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iuſſio Regis vrgebat.* Et iuſſio, & ira Regis ſic vrgebat, vt nec locum daret, quò tiaræ tollerentur ab eorum capitibus. Et quò tanta ſpectabat Regis ira? Si Regem attendas, ille volebat eos celerrimè comburi: at Deus præſtantiorem illorum incolumitatem intendebat, vt nec veſtimentorum pilus caderet in igne. Rem pulchrè tractat Theodor. ibi: *Ita demum illi Sancti viri in ignem coniecti ſunt: & ille quidem celeritatis, ac breuitatis cauſa ipſos ita comburi præcepit: diuina verò gratia aliud hinc moliebatur myſterium: nam circumiecta illis ferrea vincula vſitato more ignis natura diſſoluit; indumenta autem, quæ admodum facilia ad comburendum erant, integra, & illæſa conſeruauit.* Quod in Rege fuit oſtenſio rabidioris furoris in tres pueros; in permiſſione diuina erat oſtenſio glorioſioris incolumitatis, quando conſumptis ferreis vinculis, nec iuuenes, nec eorum veſtimenta ſenſerunt veſtigium ignis. Creuit aliquando furor Pharaonis in Hebræos adeò, vt iuberet, eorum pueros in flumen mitti. Mittitur ergo iuxta crudele edictum Moyſes in flumen, vt periret. Exod. cap. 2. *Sumpſit fiſcellam ſcirpeam::: poſuitque intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis.* Et cur tam pulcher infans datur fluminis vndis? Regis furor eò ſpectabat, vt puer periret: permiſſio autem Dei in eo erat, vt inde in aulam certiùs perueniret. Pro quo ait D. Chryſoſtomus homilia 54. in Acta: *Semper quæ videntur eſſe contra nos, pro nobis ſunt. Hoc mirabile eſt, quòd non per ea, quæ videntur ſecuritatis eſſe; ſed planè per contraria, omnia pro nobis ſiunt. Iuſſit Pharao proiici in flumen pueros: niſi pueri fuiſſent proiecti, non fuiſſet ſeruatus Moyſes, non in aula educatus fuiſſet. Quando expoſitus eſt, tunc factus eſt in honore.*

Dan. 3.

Theodoret.

Exod. 2.

Chryſoſt.

Solet equidem Deus de maiori
tyrannorum furore facere ſalutis vias populo ſuo.

§. X.

Vnis vera religionis aſſecla non adorans Reges, aut Principes.

DE tanta aulicorum, curialiúmque multitudine, vnus Mardochæus iouentus eſt, qui negaret adorationem Amano: dicit enim Textus: *Quod cùm audiſſet Aman, & experimento probaſſet, quòd Mardochæus non flecteret ſibi genua, nec ſe adoraret*, &c. De vno Mardochæo auditur, & experientia percipitur, quòd non adoraret Amanum. Nec mirum: erat enim Mardochæus ſanguine, & religione Iudæus, veræ religionis cultor: qui autem talis eſt, & ſolus, negat adorationem Principibus. Eò proruperat Caij Imperatoris audacia, vt vellet à ſubditis ſuis ſibi diuinam adorationem impendi. In quo facinore de ſolis dubitabat Iudæis: quod pulchrè notant Philo lib. de legat. ad Caium ait: *Solos enim Iudæos ſuſpectos habebat, vt obſtaturos ſuo propoſito; quippe qui penè in cunis, cum parentibus, magiſtriſque, præcipuéque in ipſis ſacris legibus didiciſſent, vnum Deum patrem, & conditorem mundi credere. Nam cæteri omnes, viri, fœminæ, ciuitates, gentes, regiones, tractúſque terrarum, & totus, penè dixerim, Orbis, gementes licèt, indignéque ferentes, nihilominùs aſſentabantur, extollentes ipſum plùs æquo, augentéſque faſtum eius immodicum.* Ex toto terrarum Orbe ſoli Iudæi, quibus cordi erat veri Dei religio, abſtinebant ab adoratione Imperatoris: cæteri omnes eum adorabant, ſiue aſſentantes, ſiue metuentes. Poſt ſtatuam auream propoſitam à Nabuchodonoſor adorandam, ait Dan. c. 3. *Vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum, cadentes omnes populi tribus, & linguæ adorauerunt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor Rex. Statimq́; in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos*, &c. Accuſauerunt equidem tres pueros Iudæos, qui ſoli de vniuerſis populis regni non adorauerunt ſtatuam Regis. Circa quæ ait Theodor. *In aliis omnibus minimè à propoſito ſuo excidit Rex. Videbat enim omnes imperatum facientes, aut & metu, & voluptate ſeruire conſueuerunt: ſoli autem beatiſſimi adoleſcentes, patria nobilitate incorrupta etiam in ſeruitute retenta, renuerunt adorare.* Vni illi, qui in veri Dei religione enutriti erant, Regis ambitioni reſtiterunt. Cæteri vniuerſi, & populi, & nationes ſeſe regio edicto de adoranda ſtatua ſubſtrauerunt. Vt meritò dicat D. Athanaſ. epiſt. ad ſolitariam vitam agentes: *Quid enim ethnici homines facerent, niſi hoc ipſum, quod Imperatori placeret?* Qui ſine vera religione ſunt, cum primis ſpectant, vt Imperatoribus, Regibúſve in omnibus morem gerant. Sic vbi ſuprà Athanaſ. de homine Ariano fatur: *Deinde repertum quendam Epictetum Neophytum, hominem iuuentute ferocem in amoribus habet, eò quod eum ad omnia ſcelera promptum, alacremque conſpiceret, auiſ que opera, quibus velit, inſidias ſtruat. Nihil enim eſt, quod ille grauetur facere, modò Imperatori placeat.* Sic ibi.

Philo.

Dan. 3.

Theodoret.

Athanaſ.

§. XI.

Tyranni non poſſunt omnia, quæ volunt, in ſeruos Dei.

ILlud de Amano dicitur, nimirum: *Magis voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem.* Hoc voluit Aman, hoc iuſſit fieri Aſſuerus, de hoc edictum pependit: ſed tamen id minimè peractum eſt. De Mithridate ait Paul. Oroſius lib. 6. c. 2. *Cùm veniſſet Epheſum, crudeli præcepit edicto, vt per totam Aſiam, quicunque inuenti eſſent ciues Romani, ſub vna die omnes necarentur. Et factum eſt. Nec explicari poteſt, quæ tunc multitudo Romanorum cæſa, caſu ſit*, &c. Ecce tibi, Aman, & Aſſuerus de perdendis certa die omnibus Iudæis agunt, nec valent perficere: Mithridates autem agit de perdendis Romanis, &, vt voluit, perdidit. Et cur, quod potuit edictum Mithridatis in Romanos, non potuit edictum Amani, & Aſſueri in Iudæos? Erant Iudæi religioſi viri, veram religionem colentes, & veri Dei ſerui, aduersùs quos non poſſunt Tyranni omnia, quæ volunt. Voluerat Pharao, omnes Iſraelitarum ſpes abradere, vnde ait Exod. 1. *Præcepit ergo Pharao omni populo dicens: Quidquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite.* Quid tunc? Natus fuit Moyſes, & tandem in fluminis ripis expoſitus à parentibus, acceptus fuit à Pharaonis filia: *Quem illa adoptauit in locum filij, & vocauit nomen eius Moyſes.* cap. 2. Sic vbi ſuffocatis Hebræorum maſculis totius populi pernicies quærebatur; Moyſes euadit, qui & populum ſeruet, & Ægyptios perdat in aquis. Adeò inualidus eſt tyrannorum furor in eos, qui protectione Dei gaudent. Vt dicat Lippom. in Cat. *Subordinatione itaque diuina euadit vnicus ille Moyſes, contra quem ſolùm fuerat excogitata, & à Dæmone ſuggeſta vniuerſalis crudelitas: vt diſcamus vbique confidere Domino, qui mirabiliter eximit ſuos.* Non ſolùm volebat Pharao percutere Hebræorum pueros; ſed maximè eum, qui erat Hebræos liberaturus, & dum tanta Pharaonis rabies furere cœpit, vnus ille, qui maximè expetebatur, eripitur eius furori. Nequit enim tyrannorum ira in eos, qui Dei ſunt, euomere venenum totum. Non aliter Herodes, exardeſcens aduersùs Ieſum recèns natum, iuſſit pueros Bethlehemitas occidi omnes. Matth. 2. *Occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem*, &c. An occidit, quem volebat? Abſit: ait Imperfect. hom. 2. in Matth. *Interficit omnes paruulos, vt vnum inueniret in omnibus. Sed neque vnum inuenit in omnibus, & omnibus vitam æternam præſtitit propter vnum.* Nullus, mihi crede, eſt tyrannorum furor, qui in eos, qui Dei ſunt, totum illud, quod volunt, perficiat.

Orof.

Exod. 1.

Exod. 2.

Lippom.

Matth. 2.

Imperfect.

§. XII.

Non parua miſeria eſt, quòd in peccato ſis, ſine peccati vſufructu.

EQuidem Aman *magis voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem.* Volebat perdere Iudæos, in quo maximum admiſit ſcelus, & vlteriùs non potuit procedere, nec ad effectum reducere adeò nefariam voluntatem. Quod illi fuit miſeriæ non paruæ, quando in voluntario peccato permanebat, & vſufructu peccati prorſus caruit. De Herode cupiente occidere Ieſum ait Matth. 2. *Tunc Herodes videns, quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valdè, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infrà, ſecundùm tempus, quod exquiſierat à Magis.* Quod tempus ſtellæ ſuæ ſignarant Magi, obſeruauit Herodes, ne recèns natus Ieſus eius fugeret gladium: ſed coactus fuit miſer in illa conſiſtere mala voluntate, nec ad effectum illam perducere. Quod quam miſerum illi fuerit, pulchrè oſtendit D. Leo ſer. 1. de Epiphan. fatus: *O cæca ſtulta æmulatorum impietas, quæ perturbandum putas diuinum tuo furore conſilium! Quid incommutabilem diſpoſitorum rerum ordinem vertere, & alterum facinus præoccupare conaris? Cur quod alienum futurum eſt opera, tuum vis eſſe crimen? Et non habiturus effectum ſceleris, ſolam te reum præcipitas voluntatis. Nihil hac molitione proficis, nihil peragis.* Et cæcum, & ſtultum, & miſerum eſt, quòd illa moliaris, quæ ſola crimina voluntatis pariant, & præter ſceleſtam voluntatem nihil aliud commodi, aut effectus concupiti afferant.

Matth. 2.

Leo.

Eſther. 3. Menſe primo, (cuius vocabulum eſt Niſan,) anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur, phur, coram Aman, quo die, & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit menſis duodecimus, qui vocatur Adar. Dixitque Aman Regi Aſſuero: Eſt populus per omnes prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtens legibus, &c.

§. XIII.

Quis circa tempus fallitur, in magno verſatur diſcrimine.

DE commodiori tempore Iudæorum interficiendorum ſollicitus Aman, id per ſortes ſcire voluit: & cùm ſortes mitterentur primo menſe, deſignatur per illas fuit poſtremus: nam Text. *Exiuit menſis duodecimus, qui vo-*

catur Adar. Et cùm tanta dilatio temporis potiùs euaſioni Iudæorum, quàm morti ſeruire poſſet: Aman nihil ſic euaſione cogitans lethaliſſimè falſus fuit in tempore, credens illud morti commodius, quod non erat. Quæ fallacia clariſſimè tempus oſtendit, quàm illa lethalis erat: nunquam enim quis fallitur in tempore, quin inde in magnum diſcrimen veniat. Gen. 1. Dixitque Deus: *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos.* Poſuit itaque Deus luminaria cæli, vt deſignarent menſuras temporum, & annorum & dierum. Et cur hanc temporis deſignationem maluit Deus cæli luminaribus credere? Vt dum ⟨illa⟩ luminaria temporis ſigna eſſent, clariùs ab homine perciperentur, ne erraret in tempore, qui error illi lethaliſſimus eſſet. Ait D. Leo ſer. 7. de Nat. Chriſti Domini: *Condita, aut ſydera ad faciendam hominis vtilitatem, vt rationale animal, neque in diſtinctione menſium, nec in recurſu annorum, ⟨nec⟩ in dinumeratione temporum falleretur; cùm per inæqualium horarum impares moras, & diſſimilium ortuum ſigna manifeſta, & annos Sol concluderet, & menſes Luna renouaret.* Cauebat Deus maximè ne homo ſuus in tempore falleretur, quæ fallacia ei lethaliſſima eſſet; ideo menſuras temporis ⟨ſtatuit⟩, inter ipſa quę clariſſima luminaria conſtituit. Cui enim temporis error lethalis non fuit? Pro omnibus accipite diuitem illum, qui apud Lucam cap. 12. ait: *Dicam animæ meæ. Anima mea, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus. Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te,* &c. Ei ſtultus à Deo vocatur, & inſtans iam perditio animæ eius annunciatur. Et vnde illi tanta perditio? ⟨...⟩ illum in perditionem traxit, quòd in tempore ⟨erra⟩bat. Cùm enim mortis tempus in propinquo eſſet, ⟨...⟩ tenebris occulebatur, vt ipſe non videret, ⟨...⟩ adhuc plurimos annos reſtare. Pro quo ait D. Baſil. orat. 14. de diuitiis: *Talis nobis in Euangelio ⟨...⟩ diues: ⟨...⟩ qui animam ⟨...⟩ tamen de edulio cum anima differebat ⟨...⟩ multorum tamen annorum ⟨...⟩ Ingens ⟨...⟩ inſania eſt,* &c. Cur non ⟨...⟩, qui ſic errabat in tempore? Qui propinquum mortis tempus, quaſi longiſſimè diſtaret, cernebat? Feliciùs Paulus 2. ad Timoth. 4. de ſe aiebat: *Ego enim iam delibor, tempus reſolutionis meæ inſtat.* Circa quæ eleganter Prudentius ⟨...⟩ Periſtephanon, hymno de Petro, & Paulo, aiens:

Gen. 1.

Leo.

Luc. 12.

Baſil.

2. Timoth. 4.

Prudent.

Ipſe petias ſibimet finem ⟨...⟩ dixerat futurum,
Ad Chriſtum eundum eſt, iam reſoluor, inquit.
Nec mora protrahitur ⟨...⟩ immolatur enſe.
Nec hora Vatem, nec dies fefellit.

Quid pulchrius? Inde Pauli gloria & felicitas magna orta fuit, quod præ oculis habens tempus reſolutionis ſuæ, nec illum dies, nec hora fefellit. Filia Iephte immolanda à patre duorum menſium petiit inducias. Iudicum cap. 11. *Expletiſque duobus menſibus reuerſa eſt,* &c. Circa quæ Ambroſ. 3. Officior. 12. *Nec fletus ⟨...⟩ monuit puellam, nec dies præterit, nec feſellit hora,* &c. Sic bonos hora non fallit.

Iudic. 11.

§. XIV.

Hoc truculentiſſimi odij in aliquem ſignum, quòd vel nomen eius fugiat.

DVo inueniuntur accuſatores Iudæorum in Scripturis, alter Aman, alter Pharao. De Aman dicit præſens Textus: *Dixitque Aman Regi Aſſuero: Et populus per omnes prouincias regni tui diſperſus, & à ſe inuicem ſeparatus, nouis vtens legibus,* &c. Inter tot aſſerta de populo illo, vnum eius nomen prætermittit, nec dicit, qui ſit ille populus. Alter Pharao Exod. 1. ait: *Ecce populus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis. Venite, ſapienter opprimamus eum,* &c. Nihil prius fecit, quàm populi opprimendi nomen proponere. Et quidem tam Pharao, quàm Aman, volebant Iſraelitarum perditionem; cur ergo Pharao nominat perdendum populum: Aman autem fugit eius nomen proponere? Pharao non ex odio Iſraelitarum, ſed ex metu procedebat; & ideò non fugit talis populi proferre nomen: Aman autem, vt ex intenſiſſimo, & truculentiſſimo odio rem agebat, ſic odioſæ ſibi gentis nomen vitabat. Chryſoſt. hom. 1. de Dauide, & Saule, ait: *Plerique ſiquidem inimicos ſuos, ne nudo quidem vocabulo, ac ſimplicibus nominibus appellare ſuſtinent, ſed alijs vocabulis accuſationem habentibus eos nominant. puta illum impium, illum inſanum, illum mente captum, illum peſtilentem, aliáque multa contexunt, hiſque notis deſignant hoſtem.* Non niſi ab inteſtino odio procedit, quòd à nomine hominis tibi infenſi fugias. Cùm feſtos dies ageret Saul, & in conuiuio non videret aſſidentem generum ſuum Dauidem, de illo ſciſcitari cœpit. Et qualiter ſciſcitatur? 1. Reg. 20. *Dixitq; Saul ad Ionatham, filium ſuum. Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie ad veſcendum?* Filium Iſai vocat, non Dauidem: & cur non magis vocat Dauidem? Odium viri animo inſitum non ſinebat nomen odioſi hominis in medium adducere. Chryſoſt. vbi ſup. *Requirens eum dicebat: Vbi eſt filius Ieſſe? Sic autem appellauit illum, partim odio propriȩ nominis, partim genitoris humilitatem notans, ſperans fore, vt hoc pacto iuſti fama contaminaretur.* Odium, quod depaſcebat viſcera Saulis, non ſinebat illum Dauidis proferre nomen. Cùm nondum Ieſus meus in Iudæorum Feſto apparuiſſet, ait Ioan. c. 7. *Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille?* Circa quæ Rupert ait: *Vide nunc genimina viperarum, quanto ſaniant veneni præcordialis ardore, dum non dicunt, Vbi Ieſus? ſed, Vbi ille? Nunquid enim eius, quem quærebant interficere, poterant nomen neſcire? Ergo cordis illorum habitator homicida Diabolus ſic eos agebat, vt odia dictante, nomen ſalutis non poſſent, imò nollent attingere.* Sic ab odioſi hominis nomine abſtinent impij.

Exod. 1.

Chryſoſt.

1. Reg. 20.

Chryſoſt.

Ioan. 7.

Rupert.

§. XV.

Nihil ſapientiæ eſt, vbi ira.

PRopoſitis populi Iudaici incommodis Perſis orituris, ait Aman ad Regem: *Si tibi placet, decerne, vt pereat.* Vnam populi Iudaici amat perditionem, quam Aſſuero conſulit in regni ſui bonum. Sed & Pharao Exod. 1. de oppreſſione Iudæorum agens cum Principibus ſuis ait: *Venite, ſapienter opprimamus eum.* Et Pharao, & Aman de Iudæorum agunt oppreſſione, ſed Pharao ſic illam intendit, vt velit circa illam ſapienter procedere. Aman non meminit ſapientiæ, ſed tantùm ait, vt populus ille pereat: Et quando Pharao ſapientiam meminit in perdendis Iudæis, cur Aman nullam mentionem fecit ſapientiæ? Agebat Amanum irati animi rabies in Iudæos, & cum ira nequit morari ſapientia. Paul. 1. ad Timoth. 2. *Volo ergo viros orare omni loco, leuantes puras manus, ſine ira, & diſceptatione.* Ad puritatem manus leuandæ in oratione, & poſtulatione; hoc in primis poſtulat, vt leuentur ſine ira. Cur non magis ſine alijs vitijs? Cur ſolius iræ meminit? Vt in oratione, & poſtulatione ordinanda maximè debet eniteſcere ſapientia, ſic Apoſtolus expreſſiùs docet iram inde auelli, vt cum qua nequeat eſſe ſapientia. D. Amb. lib. 6. de Sacramentis c. 2. ait: *Volo autem in omni loco viros orare, leuantes puras manus ſine ira, & diſceptatione. Nihil verius. Ira, inquit, perdit ſapientes. Ideo, cùm omni tempore Chriſtianus vir iracundiam debeat temperare, maximè quando ad orationem accedit.* Equidem in orationibus ſuis, & poſtulationibus maximè eget homo ſapientia, ſiue illæ ad Deum fiant, ſiue ad homines. Quapropter tunc maximè iram fugere debet, quæ omnem ſapientiam hominis perdit. Nec mireris, quòd ira perdat ſapientiam: nam, ſi iræ cunabula, & ſedes quæras, illas inuenies inter ſtultorum fæces. Eccleſiaſtes c. 7. *Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit.* Quid eſt, quòd ira requieſcit in ſtultorum ſinu? Pulchrè Caietanus: *Vbi quie⟨ſci⟩mus, diutius moramur, & inuenimur, tanquàm in loco proprio. Iuxta hanc ſimilitudinem deſcribitur ira quieſcens in ſinu ſtultorum, quaſi proprius locus iræ ſit animus ſtultorum.* Tam longe abeſt ira ab omni ſapientia, quàm longe abeſt ſtultitia. Quando enim in ſtultitia ſua cunabula, & ſedes proprias habet ira, neceſſum eſt, vt ira, & ſtultitia æquè diſtent à ſapientia, æquéque illi contrarientur.

Exod. 1.

1. Tim. 2.

Amb.

Eccleſ. 7.

Caiet.

§. XVI.

Infirma, & euanida eſt quæuis ſtatus ratio, quæ à Deo diſcedit.

ECce tibi ſapientiæ mundialis ratio, quæ regni ſtatui proſpiciat: ait enim Aman: *Et populus per omnes prouincias*

ubicuq; regni tui diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtens legibus, & cæremonijs, inſuper & Regis ſcita contemnens. Et optimè noſti, quòd non expediat regno tuo, vt inſoleſcat per licentiam. Si tibi placet, decerne, vt pereat. Equidem aſtutè ad regni ſtatus confirmationem trahebat Iudæorum perditionem. Quæ ſapientia mundialis non crederet conducere ad firmiorem ſtatum regni, quòd perderetur populus, qui nouis vtebatur legibus, & cæremonijs, qui ſeparationem à reliquis profitebatur? Planè in huius perditione ſtabilior, & firmior appareret ſtatus regni carnalibus ſapientibus. At tota hæc ſtabilitas, & firmitas regni inde labat, quòd ex ſola perditione qualicunque Iudæorum, non ex perditione iuſta, & ſecundùm Deum petebatur. Quæuis autem ſtatus confirmandi, & ſtabiliendi ratio, quæ ex Deo, & iuſtitia non petitur, infirma, & euanida eſt. Saul in vna Dauidis morte ponebat regni ſui confirmationem dicens filio ſuo Ionathæ, 1. Reg. 20.

1. Reg. 20. *Omnibus diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, nec regnum tuum.* Quam ſtatus rationem, & regni confirmationem contemnit ipſe Dauid Pſal. 37. inquiens

Pſal. 37. *Inimici mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè.* Equidem, & Saul, & eius aſſeclæ confirmationem, & augmentum regni ſui expectabant de morte Dauid. Sed qualis erat iſta regni confirmatio, non à iuſta, ſed ab iniuſta, & iniqua Dauidis morte petita? Pulchrè ibi ait D. Ambr.

Ambroſ. *Confirmati autem & multiplicati ſunt inimici tui in hoc ſæculo; ſed non idoneum firmamentum, niſi eum, qui confirmatur in Chriſto. Denique illi confirmantur in ſæculo, qui oderunt iuſtum iniquè. Non ergo iuſtum odium, ſed iniuſtum, cùm odiſſent iniquè.* Sæculi firmamentum deſumptum ab iniuſtitia, ab iniquitate, ab odio iniuſto, & illegitimo nullam idoneam firmitatem repræſentat, quæ ſola poteſt venire à Chriſto, & eius iuſtitia. Qui ex odio, aut inuidia, aut alijs rationibus à Deo, & iuſtitia alienis firmitatem, & ſtabilitatem regni quærunt, firmitatem habent in ſæculo, ſed firmitatem idoneam, vt ſtare poſſint, non habent, dum illam non habent ſecundùm Deum, & eius iuſtitiam. De alio tyranno locutus Exod. 1. dicit: *Surrexit interea Rex nouus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Ioſeph. Et ait ad populum ſuum: Ecce populus*

Exod. 1. *Iſrael multus, & fortior nobis eſt. Venite, ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, &c.* Expende, quibus rationibus vtatur ſapientia mundialis pro ſtatus ſui, vel regni firmitate conſeruanda. Eò ſolùm, quòd videt populum & ſe fortiorem, & feliciorem, iam agit de illo perdendo. Proh neſcium terrenorum hominum conſilium, in quo non confirmatio ſtatus, ſed perditio omnium regnorum eſt! Ad hæc aiebat Lippoman. in Cat.

Lippom. *Vide igitur crudelis, & impij tyranni mentem malam. Timent enim ne multiplicatus Iſraëlitus ipſe opprimatur, & illi liberi euadant, vt impius eſt, ita & impias rationes ſectatur. At contrà ſi pius Rex pia etiam conſilia ſectatus eſſet ad cauenda pericula, videlicet, inſtituiſſet moderatum imperij adminiſtrationem, & gubernaſſet ſubditos in iuſtitia, & iudicio. Hæc enim ſunt, quibus ſeruantur imperia, & quibus Reſpublica incolumes conſiſtunt.* Vanè de alio, quàm de Deo, & iuſtitia regnorum incolumitatem, & firmitatem requiris.

Eſtheris 3. Tulit ergo Rex annulum, quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eum Aman, filio Amadathi, de progenie Agag, hoſti Iudæorum. Dixítque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum ſit: de populo age, quod tibi placet. Vocatíque ſunt Scribæ Regis menſe primo Niſan, decimatertia die eius menſis, & ſcriptum eſt, vt iuſſerat Aman, *&c.* Vt occiderent, atque delerent omnes Iudæos à puero vſque ad ſenem, vno die, hoc eſt, tertiodecimo menſis duodecimi, *&c.*

§. XVII.

Magna Principum fatuitas, quòd ſolùm paucis viuant amicis, eorúmque cupiditatum induunt ſeruitutem.

DIcam Aſſuerum hunc Perſarum Regem, an Amani ſeruum? De illo dicitur in Texto. *Tulit ergo Rex annulum, quo vtebatur, de manu ſua, & dedit illum Aman.:: Dixitque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum ſit, de populo age, quod tibi placet. Vocatique ſunt Scribæ Regis menſe primo Niſan, decimatertia die eius menſis, & ſcriptum eſt, vt iuſſerat Aman.* Bonus Rex etiam circa mortem, aut vitam ſubditorum nihil aliud examinat, nihil aliud ſpectat, quam Amani placitum. Nec omnes Scribæ Regis, aut Secretarij aliud ſcribunt, quam illud, quod iubet Aman. De tali Rege meritò dictum, quòd tulit annulum de manu ſua, & dedit illum Aman. Quia ipſe ſe dignitate, & ingenuitate regia exuit, in illámque ſic euexit Amanum, vt ipſe iam non Rex, ſed ſeruus fieret Amani, eius ſeruiens cupiditatibus. Quo in Principe nihil magis fatuum? Dicebat Eccleſiaſtes cap. 7. *Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos.* Eccleſ. 7.

Cùm dicit, ſeruos in equis viſos, per equos accipit ipſas dignitates, & honores. Sic Auguſt. in Pſal. 75. *Equum* Auguſt.

accipe, etiam figuratè, quemlibet honorem, quem ſuperbus aſcendit. Planè qui ſerui ſunt, in ipſis thronis apparent, tanquàm Principes, & Reges: & Principes è contra ſic ambulant, ſic ſe gerunt, quaſi ipſi non Principes, ſed ſerui eſſent, paucorum amicorum ſeruientes cupiditati. Nónne ſeruile eſt, nihil aliud velle, præter id, quod alius vult? Ad alterius placitum omnia moderari? Hoc in Conſtantio Imperatore, qui vel circa fidelium mortes vnum Vrſatij, & Valentis eunuchorum ſpectabat placitum, notans D. Athanaſ. in epiſt. ad Solitarios, ait: Athanaſ.

Talis igitur cùm ſit Conſtantius, rectius eius vicem doleas, quòd ſub liberali cultu, & nomine ſeruus ſit eorum, qui ipſum pro ſua impia libidine, quoquouerſum trahunt. Certè ſtultitia, & fatuitas eſt, vt ait Scriptura, alios indulgendo, ſe ipſum ſeruo iudicio in alimentum ignis mancipare, dum omnia faciat, quæ illi volunt; illíſque ius inſidiandi propinet. Sub nomine, & titulo Regis, & Imperatoris ſic ſeruum agebat Conſtantius Auguſtus, vt nihil faceret extra placitum Valentis, & Vrſatij, qui illum pro ſua impia libidine quoquouerſum raptabant. Quid magis ſtultum? Quid magis fatuum? Proculdubiò ſtultitia eſt, fatuitas eſt, teſte Scriptura, & teſte Athanaſio, quòd vt indulgeat Princeps vni amico, eíque morem gerat, omnium errorum eius pœnis ſubiaceat. Nihílque voluntatis, nihilque iuris ſibi reſeruet; ſed omne ius, omnémque voluntatem illi tradat.

§. XVIII.

Non ſic nocet vinum Regibus, vt nimia priuati hominis familiaritas.

ILlud adhuc pondero, quod ait Textus: *Tulit ergo Rex annulum, quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eum Aman.: Dixitq; ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum ſit: de populo age, quod tibi placet.* Sic nullo præmiſſo examine, nullo conſilio expectato, tradidit Amano totum Iudæorum populum trucidandum. Memini eundem, cùm temulentus eſſet, egiſſe de caſtiganda Vaſthi: ſed eius cauſam priùs apud nobiliſſimos Conſiliarios tractauit. Supr. cap. 1. ait: *Cùm Rex eſſet hilarior, & poſt nimiam potationem incaluiſſet mero, præcepit:: vt introducerent Reginam Vaſthi:* & Eſther. 1.

cùm illa non ſemel venire recuſaret, *iratus Rex, & nimio furore ſuccenſus interrogauit ſapientes, qui ex more regio ſemper ei aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio, ſcientes leges, ac iura maiorum, &c.* Itaque poſt nimiam potationem, vino plenus, & furore ſuccenſus in Vaſthi, nihilominùs, vt eam damnet, primùm conuocat Conſiliarios, legum peritos, ſcientes iura maiorum, cum illiſque ſeriò agit de Vaſthi caſtiganda. Modò autem pro perdendo toto Iudæorum populo, nec conſilium expectat, nec Conſiliarios vocat, nec legum peritos meminit. Et quando pro perdenda Vaſthi non omittit Conſiliariorum, & legum peritorum ſententiam expectare; cur pro perdendis Iudæis nihil horum meminit? In cauſa Vaſthi non-

dum Aſſuerus gaudebat nimia Amani familiaritate; non Amanus, ſed vinum Regis tenebat animum; nec crebræ illæ potationes, nec nimia merii ingurgitatio, quæ adduxerunt Regem in fœda imperia, potuerunt illum adducere, vt aliquem damnaret nulla ratione Conſiliariorum, legúmque peritorum habita. Et quod vinum non potuit facere, id perfecit vnus Aman in Iudæorum cauſa, qui ſic valuit apud Regem, vt ad eius petitionem, nullo concilio coacto, nullis ſapientum Conſiliariorum placitis, nulla legum peritorum ſententia expectata, integrum populum morti traderet. Vacant equidem antiqui Conſiliarij, vacant Sapientum collegia, vacant legum peritorum ſententiæ in cauſis humanis, vbi aliquis ſe nimis familiariter animis Principum inſinnauerit. Dicebat Prouerb. 31. *Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum: quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas. Ne fortè bibant, & obliuiſcantur iudiciorum.* Timet Spiritus diuinus obliuionem iudiciorum Regibus à vino. At Aſſuerus vino incaleſcens potuit iniuſtè in Vaſthi iraſci, ſed non potuit in eius cauſa obliuiſci iudiciorum, non potuit obliuiſci Conſiliariorum, nec Sapientum, à quibus ſententiam rogaret. Vbi autem non vino plenus, ſed nimia Amani familiaritate ſuis inebriatus; contemptis Conſiliarijs, & legum peritis, & Sapientibus fecit in Iudæorum perditionem, quod ebrius vini non faceret. De his Principum familiaribus creditur Michæas locutus cap. 7. ſatus: *Magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ. Et conturbauerunt terram. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus; & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe.* Magnus dicitur a Pineda in cap. 22. Iob, verſ. 8. qui magna Principum familiaritate pollet. Is profectò nihil loquitur, nihil ſpectat in illa familiaritate ſua, quod non pertineat ad commodum priuatum ſuum, ad deſiderium, & votum, & decretum animæ ſuæ implendum. Ne mireris, quòd inde omnia conturbentur, omnia mutentur in peius. *Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus, & quaſi ſpina de ſepe.* Non ait, quaſi vitis; quia hi vino ſunt nocentiores: ſed quaſi paliurus, videlicet, herba ſpinis armata pungens, ac retinens; & quaſi ſpina de ſepe. Spina enim ponitur in ſepe ad cuſtodiam, ſed illa tam pungit accedentem dominum, quam hoſtem. Sic illi laterum Principum cuſtodes.

Prouerb. 31.

Mich. 7.

Pineda

§. XIX.

Hæc ſumma tyrannis, quod inaudita defenſione reorum ad damnationem procedat.

VBi audiuit Aſſuerus accuſationem factam ab Amano contra Iudæos, nihil moratus illos tradidit Amano perdendos. Et tunc ait Textus: *Et ſcriptum eſt, quod iuſſerat Aman . . . vt occiderent, atque delerent omnes Iudæos.* Meritò non dicitur Rex iuſſiſſe, ſed Aman: non enim a Rege; ſed à ſæuiſſimo tyranno oriri poteſt, quòd mortis ſententia, aut alterius pœnæ feriatur homo, quin expectetur aliqua eius defenſio. Aiebat Philo in Flaccum: *Poſt paucos dies edictum propoſuit, in quo nos appellabat inquilinos, & exteros, ne cauſa quidem dicenda poteſtatem faciens; ſed indicatos condemnans: quo quid poteſt eſſe magis tyrannicum?* Non niſi à tyranno poteſt venire, quòd quis condemnetur inauditus, atque indefenſus. Ex quo Egeſippus lib. 1. ridet Herodis hypocriſim in damnandis filiis per formam iudicij, inquiens: *Quæ iudicij ſpecies, vbi nec adeſſe ſibi non permittebantur, & abſentes accuſabantur? Aduertebat enim Herodes, ſi vlla copia defenſionis Alexandro permitteretur, quòd obiecta facilè diſſolueret. Itaque relegatus illis in vrbem Sidoniorum, quaſi ad præſentes accuſatio dirigebatur.* Hoc tyranni faciunt, non qui veri ſunt Principes, quos maximè decet in cuiuſuis damnatione expectare defenſam. Dicebat D. Athan. in Apolog. ſua ad Conſtantium Imperatorem: *Accuſatores in abſentem deblaterant, ſperantes ſe ita tuæ pietati obrepere poſſe: ſed fruſtrà: non enim ita vt autem probaſti, vt ſperabant, ſed pro tua manſuetudine dediſti nobis locum, vicémque reſpondendi. Te enim non ſtatim commotum fuiſſe, nec è veſtigio ſupplicium poſtulaſſe, ſignum fuit euidentiſſimum, vt iuſtum Imperatorem decet, nihil aliud te expectare, quàm delati hominis defenſionem.* Expende illa: *Vt iuſtum Imperatorem decet.* De iuſti Principis ingenio venit, quòd in accuſatione, & delatione ſubditorum, expectetur accuſati defenſio.

Philo.

Egeſipp.

Athan.

Tyrannis enim eſt aliquem damnare inauditum, & indefenſum.

§. XX.

Superbi, arrogantiſque animi eſt, in placitis ſuis nihil cauendum videre.

NOn poſſum non mirari præproperam promulgationem edicti aduersùs Iudæos. Ad eius conſcriptionem vocantur Scribæ *menſe primo Niſan, tertiadecima die menſis eiuſdem.* Executio autem necis Iudæorum differtur vſque in menſem duodecimum: ſic enim ait Textus: *Vt occiderent, atque delerent omnes Iudæos . . . vno die, hoc eſt, tertiodecimo menſis duodecimi, qui vocatur Adar.* Vndecim ſiquidem menſes interponebantur à publicatione edicti ad eiuſdem executionem. Et mirum eſt, in tanta dilatione non timuiſſe Amanum, ne aufugerent Iudæi cum Mardochæo; ne arma caperent; ne deſperatis animis omnia perderent; ne qui in Iudæam reuerterant, & Ieroſolymam excitarant, vicinas gentes accenderent; Ægyptiis rebellantibus, & Sidoniis noua molientibus ſeſe coniungerent; ne regias copias profligarent; ne Regis miſericordiam mouerent. Ad omnia hæc dabat locum tam longa dilatio temporis: ſed ſuperbiæ malignitas ſic facit homines ſtulteſcere, vt in placitis ſuis, & decretis exequendis nihil cauendum videant, nihil metuendum. Superbiſſimus Herodes accepit Magos hoſpitio, qui natum Regem Iudæorum inquirebant. Conuocat & Scribas legis, qui dicant locum, vbi Chriſtus naſciturus erat. Deſignarunt illi Bethlehem Matth. 2. *Tunc Herodes clàm vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Hoc faciebat Herodes, vt renunciatum ſibi puerum occideret. Sed, cur ambitioſiſſimus homo tantùm fidit Magis peregrinis? Cur non magis timuit, ne pueri adeò deſiderati ſaluti conſulere vellent? Ne ex clandeſtina allocutione ſuſpectus illis fieret? Cur non cauit vnius diei hoſpitum infidelitatem, & fideliorem miniſtrum cum illis mittit? Superbiſſimi, & ambitioſiſſimi hominis malignitas ſic illum cæcum, & ſtultum fecit, vt nihil cauendum in placitis ſuis videret; ſed omnia iuxta diſpoſitionem ſuam facilè euentura crederet. Ait D. Chryſoſt. homil. 7. in Matth. *Conſideraſtis ſtultitia mixtam dolum tyranni. Si hoc verè dicis, quid tandem ratione latenter interrogas? Sin autem vt fraudem ſpecie conſilij tegas, hoc ipſo non caues, quod clàm de puero interrogas, dolum tuum à Magis deprehendi? Verùm anima ſemel malignitate capta ſtultior cunctis efficitur.* Sic facit homines ſtulteſcere ſuperbiæ malignitas, vt nihil, quod ſibi officiat, videant. Quæcunque ipſi decernunt, minimè putant aliter poſſe euenire. Dicebat Matth. cap. 7. *Eiice primùm trabem de oculo tuo.* Et quæ trabes poteſt eſſe in oculo hominis, niſi ſuperbiæ malignitas? Ea trabes eſt, qua nihil ſibi diſconueniens ſuperbus videt. Ait D. Bern. tract. de gradibus humil. 2. *Trabes in oculo grandis & groſſa, ſuperbia eſt in mente; quæ quadam corpulentia ſui, vana, non ſana, tumida, non ſolida, oculum mentis obſcurat, vt qualem te amas, talem te putes eſſe, vel ſperes fore.* Non videt ſuperba mens aliud, quam id, quod ſibi conueniens putat. Nec dubitat, quòd poſſit accidere aliter, quàm ipſa vult. De Philiſthæo illo locutus Textus 1. Reg. 17. *Et dixit Philiſthæus ad Dauid: Nunquid ego canis ſum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philiſthæus Dauid in Diis ſuis. Dixitque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtiis terræ.* Videbat ſuperbiſſimus hominum Dauidem puerulum, nullo ferro armatum, & ſecuriſſimè aduersùs illum procedebat, & eius carnes auibus, & beſtiis promittebat, minimè veritus, ne aliter poſſit accidere. Et cur non magis verebatur aduerſarios belli euentus? Superbia mentis nihil aduerſum ſinebat videre. Ait D. Baſil. Sel. orat. 15. *Carebat oculo fidei, quo auxiliatorem inconſpicuum cerneret; ac certè Damonum opera factus elatior ſuperbiloquentia perterrefaciebat, caninúmque ventres pro ſepulcro promittebat.* Non putabat ſuperbus aliter accidere poſſe, quod ipſe promittebat; nihilque ſuis conatibus contrarium videbat, nec cauebat. Chryſoſt. homil. de Dauid, & Goliath, ſimiliter ait: *Irriſit ætatem, irriſit arma,*

Matth. 2.

Chryſoſt.

Matth. 7.

Bernard.

1. Reg. 17.

Baſil.

Chryſoſt.

ma, irriſit puerum. Irriſit, inquam, ætatem: ſed non intellexit in Dauide eſſe Dei virtutem. Irriſit & puerum: nec tamen ſenſit dimicare in puero Dominum. Lapides, & fundam irriſit, ſed vno ſe lapide moriturum neſciuit. Nihil per ſuperbiam videbat, quod poſſet cauere, aut timere, quanuis præ oculis omnium eſſet.

Eſther. 3. Summa autem epiſtolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ, *&c.*

Eſther. 13. Rex maximus Artaxerxes ab India vſque Æthiopiam centum viginti prouinciarum Principibus, & Ducibus, qui eius imperio ſubditi ſunt, ſalutem. Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuerſum Orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine; ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos, vt abſque vllo timore, *&c.*

§. XXI.

Vera magnitudo ex contemptu mundialium rerum.

QVàm vanè Aſſuero adulatur, qui magnitudinem eius ex centum & viginti prouinciarum imperio extollit! dicit enim Textus: *Rex maximus Artaxerxes ab India vſque Æthiopiam centum viginti prouinciarum*, &c. Non equidem ille maximus, aut magnus, qui multis gaudet mundialibus prouincijs, cùm potiùs in earum contemptu maior poteſtas eluceat. Ioan. 6. poſt oſtenſam multitudinem ingentem ſanatam à Ieſu dicit Text. *Ieſus autem* Ioan. 6. *cùm cognouiſſet, quòd venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem*, &c. Daturus ſaturitatem populis non fugit, recepturus regnum fugit. Et quando non fugit oſtendere poteſtatem ſuam in ſaturandis ſubditis populis: cur fugit recipere poteſtatem regni? Vt regnum oblatum mundiale erat, maior poteſtas oſtendebatur in fuga, & contemptu eius, quàm in poſſeſſione. Fugit ergo Ieſus contemnens, & vilipendens regnum mundi: ex quo vilipendio maior eius poteſtas eluxit. Chryſoſt. Ait D. Chryſoſt. homil. 41. in Ioan. *Regem volebant, Chriſtus autem fugit::: Qui enim vilia elegerat, Matrem, domum, patriam, victum, veſtimenta, quid terrena appeteret? Cæleſtia illuſtria erant, & magna, Angeli, ſtella, Pater, & Spiritus teſtimonium perhibentes, Propheta ipſum iam pridem nuntiantes: terrena omnia ei vilia erant, vt hoc pacto latius eius poteſtas appareret:: Conſueſcamus igitur huius ſæculi honorem contemnere, & honorati ſumus honore maximo.* Planè quò magis omnia terrena apud nos vileſcunt, eò maior apparet noſtra excellentia. Egreſſus Tobias iunior, vt viæ Tob. 5. comitem conduceret cap. 5. *inuenit iuuenem, ſplendidum, ſtantem præcinctum.* Qui interrogatus de genere, & proſapia ſua reſpondit: *Ego ſum Azarias, Ananiæ Magni filius.* Sic bonus iuuenis quaſi auitam oſtentat magnitudinem. Cùm autem cap. 12. ſe Angelum Dei eſſe declarat, ſtatim recurrens ad excuſandas ſimulationes, quas prætenderat in via, ait: *Videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere; ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.* Cibi ſumpti rationem reddit, qua monſtrat à ſe in veritate nullum ſumptum. Et quando in reuelatione ſua eo tendit, vt credatur cibum non ſumpſiſſe, cur etiam non procurat, ne habeatur Magni illius Ananiæ filius? Cur vt cibi neceſſitatem negat ſibi fuiſſe, ſic non etiam negat illam magnitudinem auitam? Cibi neceſſitatem potuit, & debuit negare, cùm ſe Angelum dixiſſet; magnitudinis autem elogium à ſe depellere non potuit, vbi ſe a mundialibus rebus tam remotum oſtendit, vt nec paruum de mundo cibum accepiſſet. Quò ſpectans August. D. Auguſt. ſerm. 226. de temp. ait: *Celauit in primo nomine dignitatem, ne faceret locatori terrorem. Si enim dixiſſet: Ego ſum Angelus, non eſſet Tobiæ mercenarius. Reſeruata eſt dignitas nominis, vt poſtremò magnitudo clareſceret dignitatis.* Expende ab illis: *Seruata eſt dignitas nominis, vt poſtremò magnitudo*, &c. Quippe, vt nomine celabat Angelum; ſic ſumpto cibo Angelum celabat. Vbi Angelum oſtendit, veram cibi ſumptionem negauit. Seruauit tamen dignitatem nominis: quia in abnegatione rerum temporalium magnitudo apparebat dignitatis. Inde enim Angelorum magnitudo claret, quòd illis vileſcant omnia, præter Deum vnum. Vt dicat D. Auguſt. lib. 9. de ciuit. cap. 22. *Hæc igitur Angeli boni omnem corporalium,* Auguſt. *temporaliúmque ſcientiam, qua inflantur Dæmones, vilem eſt: non quòd earum ignari ſint, ſed, quòd illis ſidei charitas chara eſt, pro illam ineffabili pulchritudine, cuius ſancto amore inardeſcunt, omnia quæ infrà ſunt, & quod illud eſt, non ſunt, ſeque ipſos, inter ipſa contemnunt.* Et ſcientias, & potentias mundiales, & vniuerſa omnia, quæ extra Deum ſunt, & inter hæc etiam ſe ipſos ſancti Angeli contemnunt, & vilipendunt, quo ingentem & veram magnitudinem apud Deum tenent.

§. XXII.

Vana præſumptio de multitudine venit ſubiectorum.

QVàm vanè implentur potentes mundiales ob multitudinem ſubiectorum! Iſte ait: *Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuerſum Orbem meæ ditioni ſubiugaſſem.* Et quid ſtabilis boni afferunt tot ſubditi Regibus? Sapientiùs aiebat alter Pſ. 32. *Non ſaluatur Rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ::: Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum.* Licèt infinitæ hominum copiæ præſtò ſint Regi, licèt vniuerſæ illi pareant prouinciæ; quantulum bonum hoc apud Deum? Adeò parua hæc eſt potentia, vt nec conſpici queat à Deo. Pſal. 32. Quocirca dicebat D. Ambroſ. in Apolog. Dauid, 2. cap. 3. *Noli igitur tu, quicunque es Rex, de potentia, & facultate præſumere. Noli tibi de populorum ſubiectione blandiri, quia non ſaluabitur Rex per multam virtutem, neque gigas ſaluus erit in multitudine virtutis ſuæ. Non enim in altis tabernaculorum faſtigiis, pretioſóque tectorum culmine; ſed ſuper timentibus eum beneplacitum eſt Domino.* Ambroſ. Equidem vaniſſima erit de populorum ſubiectione præſumptio, quando in vniuerſis populis ſubiectis, non eſt, quid reſpiciat Deus. Reſpiciuntur enim à Deo viri timorati, non viri Reges, non Orbis dominatores. Imò in imperio ampliſſimo, in poteſtate mundiali, plus eſt, quòd perditio vrget, quàm quòd æſtimetur à Deo. Apocalyp. 17. *Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo*, &c. Apoc. 17. Sic proponebatur imago mundialis poteſtatis, quæ eſt in purpura, & coccino. Et cur in purpura? Ait D. Ambroſ. ibi: *Purpura ſanguine tingitur, coccum verò ſanguinis habet colorem, ſúntque veſtimenta regalia, per quæ poteſtas ſæcularis deſignatur. Purpura igitur, & coccum ſanguinis ſpeciem habent: quia poteſtas ſæcularis mortifera eſt, & perpetuum ſempiternum affert iis, qui eam amplius, quàm cæleſtem gloriam amplectuntur.* Ambr. Eſt in ſæculari potentia notiſſimum perditionis periculum: quod quia ab inflatione, & inanitate venit; ideò non tam miſerationem extorquet, quàm riſum. Vt de Deo dicat Amos cap. 5. *Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum, & vaſtitatem ſuper potentem affert.* Amos 5. Subridet Deus vanitatem ſuper robuſtum, & potentem, quando ei affert vaſtitatem. Et cur non ſubrideat potentium vanitatem in eorum confractione? Pueri inflatas aere veſicas producunt, quæ dum calce rumpuntur, eo exeuntis aeris ſtrepitu pereunt, quo non paruum ab audientibus extorqueant riſum. Sunt poteſtates ſæculares veſicæ aere plenæ, quò maiores, eò vaniores; & vbi rumpuntur, confringuntur, aerea vanitate fugiente nihil apparet, quod non faciat riſum. Ex quo ait Ruffinus ibi: *Subridet ergo Deus vaſtitatem ſuper eos, qui ſibi videbantur potentes. Aduerſus huiuſmodi profaniſſimè ſibi de proſperis viribus arrogantes, ille vltor æternus afflictionis tormenta ſubridet.* Ruffin. Nec miror: in afflictione enim, & contritione eorum, vt tota illa vanitatis inflatio euaneſcit; ſic nihil aliud inde citiùs oritur, quàm riſus. Dicebat ad hæc Ierem. cap. 49. *Arrogantia tua decipit te.* Vatab. Vatab. & Pagninus: *Idolum tuum decipit te.* Pagnin. Quippe in potentibus ſæculi faſtus, & arrogantia eſt idololatria eorum. Theodoret. in rem noſtram: *Laſſio tua hæc tibi molita eſt, & ignominia ſedis tuæ.* Theodor. Et meritò potentiæ arrogantia

gantia vocatur luſio, & luſio ignominioſa, vt enim veſicarum rupendarum cura ludum facit pueris ridiculum; ſic arrogantia potentiæ tandem in ludum deſinit, qui omnes riſu impleat.

§. XXIII.

Non parum detrahit poteſtatis excellentia, quòd ordinetur ad inferendum malum.

INde Aſſuerus ſuam extollit potentiam, quòd ait: *Volui nequaquam abuti potentia magnitudine, ſed clementia, & lenitate gubernare ſubiectos.* Abuſum potentiæ fugit, cùm illam ad clementiæ, & lenitatis opera trahit. Quaſi enim detrahitur aliquid potentiæ ſplendori, dum ad ſeueritatis, & perditionis opera inclinatur. Nota eſt hiſtoria Simeonis, & Leui, qui in vindictam ſororis ſtupratæ Principem Sichem cum populo toto interfecerunt. De illis ait Iacob Geneſ. 49. *Simeon, & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea.* Hoc maximè optat Iſrael, ne gloria ſua veniat in cœtum Simeonis, & Leui. Et cur magis timet gloriæ ſuæ ab his duobus fratribus? Meritò timebat gloriæ ſuæ ab iis filiis, quorum valentia, & fortitudo in deſtructione, & perditione Sichimitarum fuerat monſtrata. Nunquam enim non detrahitur gloriæ poteſtatis, cùm ad inferendum ordinatur malum. Hinc Synagogam imperium ſuum maximè extollentem pungit D. Auguſt. in Dial. de altercat. Eccleſ. & Synag. ſatus: *Scio potentiam tuam, quam Ieroſolymis illa pompatica faſtu ructabat. Scio enim, quia tibi quondam Romanus Orbis intremuit, & terra gentium palpitauit. ſed memor eſſe debes, quid propter vnam mulierem Dinam feceris in Sichem. Imbelles homines, & innocentia ſua honore fulgentes latronum ritu vaſtaſti.* Sic totam Synagogæ extollentiam de ampliſſimo, & florentiſſimo imperio ortam traduxit Auguſtinus propter hoc vnum facinus, quo tantum Sichimitis intulit malum. Et poſſet Auguſtinus illi obiicere tot captiuitates, tot ſeruitutes, ſub quibus fuerat; ſed maluit vnum hoc crudelitatis, & ſeueritatis facinus illi obiicere. Nullo enim magis detrahebatur gloriæ de imperio exultantis. Et qualis eſſet regalis poteſtas in malum inferendum inclinata? Stultus ille Præſes dicebat Ioan. 19. *Neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te?* Circa quæ D. Ambroſ. in Pſal. 118. ſerm. 20. *Mala poteſtas, licere, quod nocent. Poteſtas iſta tenebrarum eſt.* Ex quo ſapienter Nazianzen. monebat in Tetraſt.

Geneſ. 49.
Auguſt.
Ioan. 19.
Ambroſ.
Nazian.

Alios nocendo robur haud monſtra tuum,
Bene ſed merendo, ſi Deum ſequi cupis.
Eſt enim iſtud, quis ſummouerit genus:
Facilè at nocarint, & trygon, & ſcorpius.

Lucidiſſima Dei poteſtas in benefaciendo oſtenditur; malè facere autem vel ſcorpius, vel lacerta, vel cyniphes poſſunt.

§. XXIV.

Tota mundialis felicitas, & potentia citò euanet, vbi non cognoſcitur Deus illius author.

VIdeo Aſſuerum ſibi imperium ſuum attribuentem, cùm ait: *Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuerſum Orbem mea ditione ſubiugaſſem.* Sic blanditur ſibi de ſubiugato Orbe, nullam memoriam Dei faciens, quaſi ipſe ſuis viribus, & non diuino auxilio perfeciſſet vniuerſa. Non aliter illi Pſal. 11. *Qui dixerunt: Linguam noſtram magnificauimus; labia noſtra à nobis ſunt: Quis noſter Dominus eſt?* Circa quæ D. Chryſoſt. ait: *Quis noſter Dominus? O verbum diabolicum! O animam dementatam! Hoc eſt furoris, hoc ſtuporis, hoc corruptæ animi. Propter hoc ſunt mala innumerabilia.* Ex eo, quod non cognoſcatur author bonorum noſtrorum, multa mala veniunt, quæ & bona, & felicitates perdant. Quæ enim bona non euaneſcunt, dum eorum author in memoriam non venit? De Amaſia Rege loeutus Textus 4. Reg. 14. ait: *Ipſe Amaſias percuſſit Edom in valle Salinarum decem millia, & apprehendit petram in prælio: Tunc miſit Amaſias nuntios ad Ioas, &c.* Itaque Amaſias poſt percuſſum Edom victoria elatus prouocauit Ioas ad prælium, in quo Amaſias victus eſt, & priſtinarum victoriarum gloriam perdidit. Et vnde & tanta gloria in tantam perditionem venit? Accipite Ioſephum lib. 9. cap. 10. de hac re ſantem: *Nec multò poſt Amaſias felicitatem ſuam, cuius tamen authorem Deum non agnoſcebat, non capiens, ſed faſtu inflatus ſcripſit Ioa, &c.* Itaque Amaſias bellum aduerſùs Ioas infauſtum decernit, felicitatem, cuius authorem Deum ignorabat, non capiens. Quid eſt non capiens felicitatem? Iam ibi aliqua felicitatis effuſio, & perditio notatur. Equidem liquor, dum efferueſcere in olla cœpit, ſic rareſit, in tantùmque per rarefactionem excreſcit, vt minimè poſſit capi ab olla; ſed ſupereffunditur totus, nec olla illum capit, quin maior illius pars effluat, & euaneat. Sic bona temporalia, ſic felicitas in homine, qui eorum authorem Deum ignorat, eo inanitatis tumore excreſcunt, quem homo non capiat; ſed inde neceſſariò effluunt, & prorſus abeunt. Quò ſpectans Pſal. 59. dicebat: *Moab, olla ſpei meæ.* Symmachus legit: *Moab, lebes tranquillitatis, & ſecuritatis meæ.* Sed Moab hoſtis erat infenſiſſimus Iſraelitarum, quomodo pertinere poterat vel ad ſpem, vel ad ſecuritatem, & tranquillitatem eorum? Rationem inuenio in verbo illo, *olla*, ſeu *lebes*: quippe Moabitæ, vt ait noſter Delrius in fine huius adagij, ſic fidebant firmitati ſuarum virium, vt authoris totius firmitatis Dei rationem nullam haberent. Quo non paruam ſpem ſuæ perditionis Iſraelitis faciebant. Vt enim olla efferueſcentem nimis liquorem habens, illum iam iam oſtendit effluentem, & excedentem: ſic Moab oſtendens firmitatem ſuam ſine memoria Dei, oſtendebat illam iam iam abeuntem, & in nihilum redigendam. Ex quo Iſraelitarum ſpes nutriebantur, & tranquillitas, & ſecuritas illis veniebat. Vt enim bonorum authoris Dei ignoratio facit bona auolare: ſic, qui Deum authorem bonorum agnoſcit, ad ea ſecuriſſimè habenda maximè effertur. Anxiis Pharaonis miniſtris de ſomnio viſo, dicebat Ioſeph Geneſ. 40. *Nunquid non Dei eſt interpretatio? Referte mihi, quid videritis.* Expende rationem; omitto, quia à Deo venire putat interpretationem ſomniorum, ideò petit, vt ſibi interpretaturo referantur ſomnia. Et cur, bone, tibi aſſumis, quod ad Deum pertinere cognoſcis? Eo ipſo, quia Deum prædicat authorem interpretationum, ſecuriſſimè ſibi permittit poſſe interpretari ſomnia: ille enim maximè ſe aptat excipiendo cuicunque bono, qui eius authorem Deum recognoſcit. Ait de Ioſeph Theodoret. ſerm. 8. de Prouident. *Vbique Dei nomen circumfert, & hoc animam ſimul, atque ſermones ſuos exornat. Et cùm interpretationem Dei eſſe dicit, aliquid in hac audet, vt qui ſe diuinum quoddam adytum parauit.* Ex quo Deum agnouit authorem interpretationis, ad illam præſtandam ipſe magis audet, vt qui ex Dei cognitione dignus fiat, qui perfruatur eius bonis.

Pſal. 59.
Symmach.
Delr.
Geneſ. 40.
Theod.

Eſtheris 13. Quærente autem me à Conſiliariis meis, quomodo poſſit hoc impleri, vnus qui ſapientia, & fide cæteros præcellebat, & erat poſt Regem ſecundus, Aman nomine, indicauit mihi in toto Orbe terrarum populum eſſe diſperſum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium conſuetudinem faciens, Regum iuſſa contemneret, & vniuerſarum concordiam nationum ſua diſſenſione violaret.

§. XXV.

Non infrequens mendacium eſſe ſolet in accuſationibus proximorum.

NEc verbum in tota hac Iudæorum accuſatione eſt, quod mundum ſit à mendacio. Ait: *Quærente me à Conſiliariis.* cùm nullum Conſiliarium vocauerit. Dicit: *In toto terrarum Orbe populum Iudæorum diſperſum.* quæ mendaciſſima exaggeratio erat. Addit, quòd gens Iudæorum, *contra omnium gentium conſuetudinem faciens, Re-*

gum

gum iuſſa contemneret, & vniuerſarum nationum concordiam ſua diſſenſione violaret. Quæ longè à veritate erant aliena, vt probat Pater Sancius in præſenti. Nec miror, quòd tam lata accuſatio mendaciis ſcateat: dicit enim de accuſatore D. Gregor. 26. Moral. cap. 6. *Dum pro veritate verba multiplicat, à veritate diſcordat.* Hoc non infrequens vitium ineſt accuſatoribus, qui vt multis cupiunt ſe à veritate ſtare oſtendere, à veritate diſcordant. Illud etiam ego à D. Chryſoſtomo accepi, quod ſæpius repeto, nimirum: *Qui te accuſauit, & non mentitus eſt?* Raró, aut nunquam in accuſatione non eſt mendacium. Iob cap. 35. *Igitur Eliu hæc rurſus locutus eſt. Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres: Iuſtior Deo ſum?* Nolim credere tale quid à ſanctiſſimo, & laudatiſſimo Iobo fuiſſe dictum. Quomodo ergo Eliu audet Iobo attribuere, quod vix nequiſſimus blaſphemus dixiſſet? Erat Eliu multus in accuſando Iobo, ne mireris, quòd recurrat ad mendacia. Ait D. Gregor. 26. Moral. cap. 7. *Si tota libri ſeries attenditur, nihil horum beatum Iob dixiſſe monſtratur. Sed arrogantes viri habere hoc proprium ſolent, vt, dum in nimia inuectione prodeunt, etiàm inuehendo mentiantur, & cum non poſſunt reprehendere iuſte, quæ ſunt, reprehendunt mentienda, quæ non ſunt.* Eò perueniunt accuſatorum inuectiuæ in proximos, vt quod de veris non inueniunt, addant de falſis. Rarus eſt accuſator, qui non amet cauſa non cadere, & velit, quod accuſat, certum reputari. Ideoque illa curat apponere, quæ efficaciora ſunt ad perſuadendum, licèt non multùm conueniant veritati.

Sancius.

Greg.

Chryſoſt.

Iob 35.

Greg.

§. XXVI.

Non mendaciis, ſed veritate ſtabiliuntur regna.

DE firmitate, & æternitate regni cogitanti Aſſuero dicitur Aman denuntiaſſe permixtum populum *in toto Orbe diſperſum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium conſuetudinem faciens Regum iuſſa contemneret, & vniuerſarum concordiam nationum ſua diſſenſione violaret.* Tot hæc mendacia congeſſit Amanus, vt perſuadeat Iudæorum perditionem plurimùm conducere ad regni tranquillitatem, firmitatem. Sed non mendaciis, verùm perſpicua veritate regna confirmantur. Ait enim Prouerb. 20. *Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius.* Ex quo ſapienter perſuadebat Conſtantium Imperatorem D. Athanaſ. vt repudiatis accuſatorum mendaciis, veritatem maximè indagaret: ait enim in Apol. *Ita rem examina, quaſi veritas tibi in conſilio adſit, quæ Regum, & in primis Chriſtianorum tutela eſt: cum ea nos regnum adminiſtrare tutiſſimum eſt, cùm dicat Scriptura: Miſericordia, & veritas Regis cuſtodia eſt,* &c. Duos cuſtodes proponit Scriptura pro Regibus cuſtodiendis, nimirum, miſericordiam, & veritatem. At D. Athanaſius è duobus vnum præponderat, nempe, veritatem, vt quæ, etſi cætera deficiant, valeat regnorum ſtatum firmare. Poſt potentiam vini, & Regis, & fœminarum laudatam, 3. Eſd. 4. pergit Zorobabel dicens: *Veritas magna, & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiam ipſam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non eſt cum ea, quidquam iniquum. Iniquum vinum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt. Veritas manet, & inualeſcit in æternum: . : Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt. Magna eſt veritas, & præualet.* Expende illa: *Non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt.* In quibus enim deeſt veritas, non poteſt non eſſe perditio, quando per veritatem omnia fulciuntur, ſtabiliuntur. Vt dicat D. Athanaſ. vbi ſupra: *Veritatem enim Zorobabel ille ſapiens cæteris anteferret, victoriam retulit, acclamatúmque eſt ab vniuerſo populo, magna res veritas, & præualet omnibus.* Semper vt eſt cum mendacio perditio, cum veritate eſt victoria, & ſtabilitas æterna. Pſal. 23. *Tollite portas, Principes, veſtras, & eleuamini, portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* D. Ambroſ. legit: *Tollite portas Principis veſtri, & eleuamini, portæ æternales.* Et duo ibi genera intelliguntur portarum: aliæ, quæ tolli prorſus iubeantur: aliæ, quæ ſolùm dicantur eleuari. Quæ tolli iubentur, dicuntur portæ Principis tenebrarum, Rectoris aeris huius. Quæ autem non tolluntur, ſed eleuantur, dicuntur portæ æternales. Et cur hæ portæ dicuntur æternales, non illæ? Quia per illas intrauerat mendacium, & error, cum quibus non poteſt non eſſe perditio: per has veritas intrat, quæ omnia æternat, & ſtare facit. Ait D. Ambroſ. in epiſt. ad Epheſ. cap. 3. *Dicitur ergo his Principibus, qui in errore ſunt in cæleſtibus, ſiue miniſtris eius in terra, vt auferant portas Principis ſui, id eſt, Diaboli, de mentibus ſuis, per quas multorum Deorum aſſerendorum error intrauit. Sunt enim temporales, quia omnis fallacia tempore clauditur. Iter enim impiorum peribit. Vt autem æternas portas eleuent, hortante iuſtitia, admonentur: quia veritas in ſempiterna ſæcula perſeuerat.* Neceſſe eſt, vt è medio tollatur, & pereat, quidquid errori, & falſitati, & mendacio patet. Sola equidem veritas valet æternitatem donare.

Prouerb. 20.

Athan.

3. Eſdr. 4.

Athanaſ.

Pſal. 23.

Ambroſ.

Ambroſ.

§. XXVII.

Cui cordi non eſt veritas, nulli facinori, nulli iniquitati reſiſtet.

PRo tota Iudæorum gente ſibi ſubiecta perdenda, vnius Amani ſuggeſtioni Aſſuerus ſubſcribit: & ipſe coram dicit: *Cùm, qui ſapientia, & fide cæteros præcellebat, Aman nomine indicauit mihi in toto Orbe terrarum populum eſſe,* &c. Vitus Aman nunquam ab Aſſueri Regia diſiunctus fidem facit de totius Orbis terrarum euentibus, ob quos debeat perire Iudæorum natio integra; & vnus hic tam à ſe diſſita teſtans, & tam immania ſuadens non reſiſtitur; ſed creditur ab Aſſuero. Et cui nefas reſiſtat Princeps, cui cordi non eſt pro veritate ſollicitudo? Ait D. Athanaſ. epiſt. ad ſolitarios: *Ecce iam ſtatum Dei non patiuntur, & viam Antichriſto præparant. Non eſt ſperandum, vt Antichriſto Meletiani reſiſtant: non enim illis cura eſt veritatis.* Nulli nefario, nulli facinoroſo reſiſtet, ſed omnibus his *peſſimis* ſubſcribet, qui veritatis non habet curam. Notiſſima fuit Pilato innocentia Saluatoris Ieſu, & malitia accuſatorum eius. Matth. 27. *Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidiſſent eum.* Et nihilominùs ait Lucas cap. 23. *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.* Et vnde Pilatus adduci potuit, vt tam nefariis ſubſcriberet petitionibus? Dum cauſa Ieſu ageretur apud Pilatum, ait Ioan. cap. 18. *Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cùm hoc dixiſſet, iterum exiuit,* &c. Propoſita quæſtione de veritate, non expectauit reſponſum, vt cui parua erat ſollicitudo veritatis cognoſcendæ. Ne miremur, quòd talis non reſiſtat; ſed magis ſubſcribat Iudæorum furori. Ad hæc dicebat Egeſippus lib. 2. cap. 5. *Miſſus Pilatus eſt in Iudæam, vir improbus, atque in exiguo ponens mendacium. Quid enim non auderet, qui etiam Chriſtum Dominum Cruci ſuffixit? Dominúſque, qui miniſter eſſet ſacrilegi furoris.* Expende radicem illam omnium eius facinorum, nimirum, *in exiguo ponens mendacium:* qui enim pro nihilo ducebat mentiri, nullámque veritatis habebat curam, cui facinori, cui ſacrilegio, cui peſti Reipublicæ, cui Deicidio reſiſteret? Crede mihi, nulli iniquitati non ſubſcribet, cui non eſt veritatis cura. Dicit Paul. ad Rom. 1. de aliquibus: *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potiùs, quàm Creatori.* Ex quo ablata veritate mendaciis ſe dederunt, nulli non ſubſcripſerunt idolo, nulli idololatriæ reſtiterunt.

Athanaſ.

Luc. 23.

Ioan. 18.

Egeſipp.

Rom. 1.

Eſther. 13. Quod cùm didiciſſemus, videntes vnam gentem rebellem aduersùs omne hominum genus, peruerſis vti legibus, noſtriſque iuſſionibus contraire, & turbare ſubditarum nobis prouinciarum pacem, atque concordiam; iuſſimus, vt quoſcunque Aman, qui omnibus prouinciis præpoſitus eſt, & ſecundus à Rege, & quem patris loco colimus, monſtrauerit, cum coniugibus, ac liberis deleantur ab inimicis ſuis, *&c.*

§. XXVIII.

Crudelitas Principum eos à genere, & proſapia regia extrahit.

NVnc primò Aſſuerus dicitur Amanum patris loco coluiſſe, dum ait: *Iuſſimus, vt quoſcunque Aman, qui omnibus prouinciis præpoſitus eſt, & quem patris loco colimus, monſtrauerit, cum coniugibus, & liberis deleantur.* &c. Et mirabar, quòd ſuperbiſſimus Imperator fateretur ſe habere Amanum patris loco. Cur enim ſuperbus Princeps non magis cauet priuatum hominem patrem nominare? Simul, vt crudele edictum promulgat, quo iubentur perire Iudæi, priuatum hominem patrem nominat: crudelitas enim in Principe illum abſtrahit à genere, & ſtirpe regia. De Manaſſe locutus Textus,

4.Reg.21. 4. Reg. 21. *Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis, donec impleret Ieruſalem vſque ad os.* Deſæuit equidem Manaſſes Rex in omnes Sanctos, deſæuit & in Iſaiam, quem ſerra ſecuit. Quod miratus D. Zeno

Zeno. ſerm. 28. lib. 2 ait: *Sed Belial, filius Ezechiæ, Manaſſes vir cruentus, & prodigus genealogiæ: : : vt perſecuter infamis hominem Dei dentibus diſcerpebat alienis.* Expende illa: *Vir cruentus, & prodigus genealogiæ.* Vt cruentus, & homicida erat, ſic genealogiam regalem prodigebat, perdebat. Quod ſpectans D. Matth. cap. 1. à linea Dauidica

Matth.1. germinis ſic ſanctiſſimi Ioſiæ filios eximit, vt nec eos nominare velit. Ait enim: *Ioſias autem genuit Iechoniam.* Qui Iechonias non filius Ioſiæ; ſed eius nepos aſſeritur. Filius autem Ioſiæ Ioacim dicitur, qui à Matthæo præ-

Maldon. teritur, vt latè probat Maldonatus noſter ibi. Et cur Ioacim filius Ioſiæ ſic a regali eximitur linea? An, quia nimis cruentus fuit? Accipite Ezechielem cap. 19. de filiis

Ezech.19. Ioſiæ ſaucientem: *Et tu aſſume planctum ſuper Principes Iſrael, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubuit? In medio leunculorum nutriuit catulos ſuos. Et eduxit vnum de leunculis ſuis, leo factus eſt, & didicit capere prædas, hominemque deuorare.* Hæc de Ioſiæ filiis, qui regnarunt Ierusalem, dicta accipiunt omnes Patres, & Expoſitores iueri. Hi autem Reges dicuntur à matre prodiiſſe, & thronum aſcendiſſe, vbi didicere & prædas facere, & homines deuorare. Hoc eſt, vt de eorum altero ait D. Hieron.

Hieron. *Tam crudelis in breui extitit tempore, vt tropologicè capiſſe prædam, & homines deuoraſſe memoretur.* In quibus illud notandum, quòd non memoretur eorum pater; ſed ſola mater eorum proponitur, cùm dicit: *Quare mater tua*, &c. Siue hæc fuerit vera illorum mater, ſiue Synagoga, vt malunt aliqui, ſiue Ieroſolyma, vt cum Theodoreto docent

Prado. Maldon. Prado, & Maldonatus. Cur ergo Textus ſacer non ex patre illos, ſed ex matre ortos proponit? Per patrem ad lineam regiam, thronúmque regalem pertinere oſtenderentur, per matrem minimè: nullus enim Rex Iſraelis, aut Iuda regnum per matrem, ſed per patrem hæreditauit. Hinc facet Textus oſtendens, quam etant hi crudeliſſimi Principes, hominumque voratores à regali throno alieni, eos non per patrem, ſed per matrem ſucceſſiſſe. Quis cenſeat in regia linea eos, qui crudeliſſimè

2.Paral.21. in ſuos deſæuiunt? De Ioram habes 2. Paralip. 21. *Surrexit autem Ioram ſuper regnum patris ſui, cùmque ſe confirmaſſet, occidit omnes fratres ſuos gladio, & quoſdam de Principibus Iſrael.* Cùm verò ad eius finem accedit, ait: *Sepelierunt eum in ciuitate Dauid: verumtamen non in ſepulcro Regum.* Similiter de Ioas 2. Paral. 24. *Surrexerunt contra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis filij Ioiadæ Sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo ſuo, & mortuus eſt, ſepelieruntque eum in ciuitate Dauid; ſed non in ſepulcris Regum.* Sic homicidæ Principes, & crudeles ſuorum occiſores à communione Regum excluduntur. Meritò enim crudelitatem addixit ſeruituti Iſaac, cùm filio ſuo Eſau dicebat Gen. 27.

Geneſ.27. *Viues gladio, & fratri tuo ſeruies.*

§. XXIX.

Diuinitas non tam in perdendis, quàm in fouendis etiam hoſtibus claret.

EA erat Regum Perſarum ambitio, vt Dij haberentur, & adorarentur, quod ſuprà oſtendimus ex Saliano, & Sanchez in præſenti. Nihilominùs modò Aſſuerus ait de Amano: *Quem patris loco colimus.* Et qui Deus haberi volebat, quomodo priuatum, & ſeruum hominem vocat Patrem? Vbi Alexander Deus haberi voluit, ſtatim faſtidiuit vel Regem patrem: ait enim de illo Curtius lib. 8. *Tu Philippum patrem aſpernaris, & ſi quis Deorum ante Iouem haberetur, faſtidires etiam Iouem.* Cur ſimili- Curt.

ter faſtuoſiſſimus homo Aſſuerus non auerſatur adeò priuatum patrem? Cur ſeruum hominem patrem vocat, qui vt Deus amabat adorari? Planè vel in hoc ambitioſiſſimo homine totus Diuinitatis adorandæ affectus ſe abſcondit, vbi tam crudelia edicta ad perdendos Iudæos mandat. Non enim in perdendis, ſed in fouendis etiam hoſtibus Diuinitas monſtratur, & adoratur. Seuerus accuſator fuit aliquando Ioſeph in fratres, Gen. 37. *Accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Indéque Geneſ.37.

ſic viluit apud illos, vt exiguo pretio illum Iſmaelitis venderent. Sed tandem ipſe Princeps Ægypti factus fratres benigniſſimè accepit, illos pauit. Tunc Geneſ. 50. *Veneruntque ad eum fratres ſui, & proni adorantes in terram dixerunt: Serui tui ſumus.* Qui ſic viluerat, vt paucis Gen.50.

venderetur, modò adoratur: non enim cùm accuſator ſeuerus, ſed, cùm altor, & nutritor fit, ſe ſe exhibet adorandum. Vt dicat Theodor. ſerm. 8. de Prouident. *Non Ægyptiorum modò, ſed & fratrum nutritor fit Ioſeph, qui eum aliis deuorandum propinauerant.* *Verè itaque illum adorant.* Non vbi accuſat fratres, ſed vbi etiam iniurios ſibi viros alit, fouétque, adorationem extorquet ab illis. Quaſi Theodor.

tunc in eo apertiùs Diuinitas clareat. Nunquam enim homo aliquam beneficentiam fuit expertus, quin ibi Diuinitatis aliquid eſſe odoraretur. Vt dicat Tert. lib. 1. in Marc. Tertull.

Etiam error Orbis propterea Deos præſumpſerit, quos homines interdum confitetur: : : quoniam aliquid ab vnoquoque profectum videtur vtilitatibus, & commodis vitæ. Ita & hoc ex forma Dei creditum eſt diuinum eſſe inſtituere, vel demonſtrare quod aptum, vel neceſſarium ſit rebus humanis. Vt de conceptu Diuinitatis eſt, quòd benefaciat hominibus; ſic quos homines notat, Deos adorabat humanus error, cùm beneficos ſentiebat. Vbi Habacuc cap. 3. dixit: *In medio* Habac.3.

annorum viuifica illud, legitur ex Græco: *In medio duorum animalium cognoſceris.* Vt nullibi patentior Dei cognitio oſtendatur, quam in medio duorum animalium. Et ieire cupis, quid ſit illud duorum animalium, quod tam apertè Deum exhibet cognoſcendum? Habes Exod. 25. *Facies* Exod.25.

& propitiatorium de auro puriſſimo: : : Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Vtrumque latus propitiatorij tegunt, &c. Itaque duorum Cherubim medium erat propitiatorium: in eo autem, quòd Deus propitius nobis ſit, & beneficus, non poteſt non apertiſſimè nobis oſtendi, & demonſtrari. Ex quo ait D. Cyrill. Cyril.Alex.

Alex. in Habac. *Cognoſcetis igitur, Domine quid eris, noſtri ſimilis, nempe, Propitiatorium: : ſtas enim in medio duorum animalium, hoc eſt, Cherubim, & nomen tibi propitiatorium, & verus eſt ſermo Nam, vt ipſe Chriſtus ait, Non miſit Pater Filium in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Vbi Ieſus venit, non ad perdendos, ſed ad ſaluandos homines, licet appareat, vel inter Cherubim, vel inter animalia, non poteſt non eius Diuinitas nobis manifeſtari. Is enim Deo propinquior eſt, qui ſcit vel hoſtes fouere. Actu. 13. dicebat Deus: *Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundum cor meum.* In quo Dauid ſecundùm cor Dei Act.13.

D. Hilarius in Pſal. 53. *Dauid non inimicos ſuos odeo perſequitur, ſed prodeſſe orat, periclitans pſallit, patiens orat, gratulatur, & ideo ſecundum Domini cor repertus eſt.* Sic ibi. Hilar.

§. XXX.

Multùm detrahitur Principum gloriæ propter crudelitatem, & ſæuitiam in ſuos.

NOn ceſſabo mirari delectionem Aſſueri illud dicentis de Amano miniſtro ſuo: *Quem patris loco colimus.* Sic Rex maximus vnum miniſtrum dicatur colere loco patris? Ne admireris: ſolùm id dicitur præſtare Aſſuerus, cùm ſimul aduersùs Iudæos crudele promit edictum, quo perdantur. De tanta autem crudelitate, non mirum erit, ſi adeò inglorius illi aſſignetur parens, quando ſæuitia, & crudelitas nunquam non nocuit multùm gloriæ Principibus detrahere. Dicit 2. Paralip. 13. *Regnauit Abia ſuper Iudam: : : Nomenque matris Michaia*, &c. Circa quæ 2. Paral.13.

verba obſeruatum eſt ab Abulenſi, quod vbi Reges Iuda recenſentur in Scriptura, nunquam recenſeantur, quin

ſimul

ſimul patres eorum recenſeantur, imò & frequentiſſimè, & ferè ſemper matres etiam eorum dicantur. In cenſu autem Regum Iſrael, ſæpiſſimè omittuntur eorum patres, & raro, aut nunquam, & niſi in deteſtationem ponitur alicuius mater. Et cur in Iſraelitis Regibus cauet Scriptura, eorum patres, aut matres nominare, quod non cauit in Regibus Iuda? Vt Iſraelitæ Reges erant violentiores, & de interitu mutuo regnabant; ſic cauit Scriptor eorum gloriæ detrahere, nec eorum parentes nominare. Ait Abul. ibi quæſt. 3. *Quando vnus Rex occidebat alium, & regnabat pro illo, raro, vel nunquam ponitur nomen patris ipſius Regis, qui ſic per violentiam regnabat. Factum eſt autem hoc, quia Reges Iſrael non reputantur in Scriptura magna dignitatis, nec enarrantur de eis, niſi ad malum. Reges autem Iuda reputantur dignitates, & de illis narrantur multa ad ipſorum laudes: ſicut de Dauid, Ezechia, & Ioſia; & in omnibus iis ponuntur nomina, tam patrum, quam matrum.* Violenti, & homicidæ, vt erant Reges Iſrael, ſic eorum dignitati, & gloriæ detrahebat Scriptor ſacer, eorum parentes diſſimulans, vt inde minùs haberent dignitatis. Quæ enim gloria, aut nobilitas Principis ſit, cuius ſolùm memoria proponitur, vt ab eo illata mala videantur? Occultet neceſſum eſt in Principe crudelem animum, qui cupit eius gloriæ non multùm derogare. Nabuchodonoſor Danielis c. 2. petebat à ſapientibus ſuis, vt ſomnium ſibi, & interpretationem eius reuelarent. Quod quia facere non poterant, iubet vniuerſos ſapientes iugulare: ait enim

Abul.

Daniel. 2. Textus: *Præcepit, vt perirent omnes ſapientes Babylonis.* Tunc Daniel cum ſociis ingreſſus cubiculum, Deum orabat, vt ſibi ſomnium reuelaret, *& non perirent Daniel, & ſocij eius.* Et reuelatione accepta, ingreſſus ad Regem ait apud Ioſephum lib. 10. cap. 11. *Deus noſtri de vita*

Ioſeph. *periclitantes miſeratus eſt, roganti que mihi pro mea, popularium que meorum vita, & ſomnium, & eius ſignificationem aperuit. Nec enim tam me ſollicitum habuit ea triſtitia, quòd à te indignis vita aſſeremus iudicatis, quàm metus de exiſtimatione tua gloria, cùm tot viros bonos, honeſtos necare iuberes, idque iniuria,* &c. Orabat Sanctus ad Deum ſollicitus de vita ſuorum; ſed & ſollicitus de gloria Regis, cui multam minutionem timebat à crudeli, ſæuóque edicto de internecione ſapientum. Quæ enim regalis gloria non cadat ob edicta tam crudelia? De his ait D. Iuſti-

Iuſtin. nus Mart. in Apolog. *Porrò Principes opinionem veritati antepenentes, nihilo plùs poſſunt, quàm latrones in ſolitudine.* Non aliam gloriam habent à latronibus Principes, qui iniuria malis inferendis ſe dedunt.

§. XXXI.

Mortis expectatio durior morte.

EO ſpectabat edictum, *Vt occiderent, atque delerent omnes Iudæos: vno die, hoc eſt, tertiodecimo menſis duodecimi, qui vocatur Adar.* Menſe primo anni, nempe, menſe Niſan, publicabatur edictum aduerſùs Iudæos, cuius executio differebatur vſque in menſem duodecimum. Et cur Amani crudelitas tanta dilatione contenta eſt? Cur non magis non breuiat tempus perditionis tam ſibi odioſæ nationis? Nihil timebat ſibi a dilatione Amanus, imò illa exacerbabat magis ſuorum inimicorum ſupplicium. Acerbiſſimum enim eſſet Iudæis ſub tam longa mortis expectatione viuere, etiamſi poſteà eſſent euaſuri. De crudeliſſimo in Iudæos hoſte locutus Philo orat. in Flaccum, ait: *Iudex moleſtiſſimè differebat ſententiam, vt*

Philo. *etiamſi reus abſolueretur à crimine, ſaltem metu interuenti euentus impendentis cruciaretur quàm diutiſſimè, & vitam morte grauiore viueret.* Dilatio ſententiæ lethalis acerbiorem faciebat pœnam: ſub expectatione enim mortis non poterat reus cruciari vehementiſſimè, & ſuſtinere quid morte durius, etiamſi poſteà euaderet viuus. Ionæ

Ion. 3. cap. 3. a. 4: *Cœpit Ionas introire ciuitatem itinere dies vnius, & clamauit, & dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Non ſtatim, non poſt tres, aut quatuor dies proponitur Niniue ſubuertenda; ſed quadraginta dierum terminus eius ſubuerſioni præſcribitur. Et cur nequiſſimis viris non dantur breuiores induciæ? Auaro illi Luc. 16. dicitur: *Stulte, hac nocte repetunt animam*

Luc. 16. *tuam.* & auariſſimis, inſolentiſſimiſque Niniuitis, non ad proximam noctem, nec ad diem tertium; ſed ad quadrageſimum diem differtur ſupplicium. Cur tam longa dilatio pœnæ tam perditis hominibus? Vt etiamſi euaderent, ſatis pœnarum darent in expectatione mortis tam prolixa. D. Ephrem ibi: *Deus miſericordia in eos motus eſt. Et licèt non fuerint mortui; mala tamen mortis* Ephrem.
expectatione, iam antè mortui erant. Nam timor rerum acerbiſſimarum, etiam viuentes enecabat: adeò enim emareſcere fecit eos periculorum comminatio, vt velut vmbra viderentur. Sic marceſcebant, ſic attenuabantur, ſub mortis expectatione, vt non homines, ſed hominum vmbræ poſſent credi. Mortis ſuæ comminationem à Iezabele factam audit Elias 3. Reg. 19. & fugit, & poſt aliquot fugæ dies ſedens iuxta iuniperum, *petiuit animæ ſuæ,* 3. Reg. 19.
vt moreretur: mortem expetere incipit. Cur modò, ò Elia, expetis mortem, quam tam anxiè fugiſti? Expertus eſt vitam ſub expectatione mortis eſſe longè duriorem morte ipſa. Ait Chryſol. ſerm. 147. *Elias ille,* Chryſol.
vbi ſenſit ſe toto timore aſpergi, repetebat, quam fugerat, mortem, melius exiſtimans morti ſuccumbere, quàm timori. Nihil acerbius, quàm diu ſub timore mortis viuere.

Eſtheris 3. Feſtinabant curſores, qui miſſi erant, Regis imperium explere: ſtatimque in Suſan pependit edictum, Rege, & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis, qui in vrbe erant, flentibus.

§. XXXII.

Crudelitas in fratres penè occludit aditum ſalutis.

FLebant Iudæi vicem ſuam, *Rege, & Aman celebrante conuiuium;* ſiue, vt legit Caiet. *Rexque, & Aman ſederunt ad* Caiet.
bibendum. Nec otioſè inter lacrymas, & mortes tot innocentum Rex, & Aman vacant compotationibus; ſed vt fidelis pateat alia ebrietas de illaris malis orta, quæ homicidarum ſalutem deploratam demonſtrat. Inuenio apud Egeſippum huic ſimilem hiſtoriam, qui de Alexandro Iudæorum tyranno locutus lib. 1. cap. 10. ait: *Redit Alexan-* Egeſipp.
dro ſæuitia cum ſecuritate: vt è numero ſuorum octingentos in media ciuitate cruci figeret. Quorum in conſpectu coniuges eorum, filióſque iugulare præcepit. Hæc ſpectabat accumbens in medio concubinarum latus inter iſtas, & pocula, ſed magis ſanguine, quàm vino inebriatus. Equidem dum inter bibendū, & manducandum, immerentium carnificinam ſpectat, non ſolam illam oſtendit ebrietatem, quæ à vino; ſed lethaliorem aliam, & ſaluti prorſus contrariam, nimirum, eam, quæ venit ab occiſorum ſanguine. Hæc enim ebrietas penè occludit ſalutis aditum. Apocal. 17. *Et vidi mulierem* Apoc. 17.
ebriam de ſanguine Sanctorum. Mundiales Principes ſæuientes aduersùs Sanctos, ſéeque in eorum profuſo ſanguine, vt in ſuauiſſimis poculis lætantes, mulierem vocat ebriam ſanguine. Et quid hæc ebrietas afferat mali? Fallar, ſi qui ita inebriantur, non ſibi ad ſalutem occludant aditum. D. Ambroſ. ibi ait: *Ebria erat, id eſt, ab omni* Ambroſ.
ſpirituali ratione aliena. Ebria erat, quia viſio ſanguinis Sanctorum, ita eam damnabilem fecerat, & à miſericordia Dei alienam, vt non eſſet digna, quòd aliquo modo ſuæ ſaluti poſſet conſulere. Ecce tibi quàm lethalis ebrietas conterit eos, qui inter innocentum mortes à ſe illatas conuiuiis vacant. Equidem hæc ebrietas à ſanguine fuſo orta, ſic homicidarum mentem alienat, vt ægrè, aut raro ſuæ ſaluti conſulere poſſint.

§. XXXIII.

Magna admiratio eſt in homicidarum, & nefariorum tranquillitate.

EDictum de morte Iudæorum pendebat, *Rege, & Aman celebrante conuiuium, cunctis Iudæis flentibus.* Ex Hebræo legitur: *Rexque, & Aman ſederunt ad bibendum, & ciuitas Suſan fuit turbata.* Et qualis fuit hæc turbatio ciuitatis? Crediderim eam non abſimilem turbationi Dauidis dicentis Pſal. 72. *Penè effuſi ſunt greſſus mei, pacem peccatorum* Pſal. 72.
videns.

videns. Et quis videat homicidas, latrones, tyrannos in conuiuiis, & compotationibus ſecuros deliciari inter effuſum innocentum ſanguinem, & non ſtupeat, non turbetur, non magna admiratione rapiatur? Iam Rex, & Aman poſt mandatam cædem Iudæorum epulis ſecuri vacabant, & ciuitas turbata erat. Circa quæ ait Caietan.
Caiet. *Dictio interpretata turbata, à quibuſdam interpretatur perplexa: huiuſmodi ſiquidem nouitas tam crudelis edicti animos ciuium admiratione talis afficit, vt circa cauſam perplexi redderentur non abſque animi interna commotione.* Videntes enim edicti crudelitatem, & authores eius lætis conuiuiis vacantes, non poterant non maximè commoueri, & in admirationem vehementiſſimam rapi de cauſa cur imminentes perituri ſtant, & peremptores ſecuri in deliciis, & compotationibus appareant? Apocal. 17. *Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine*
Apoc. 17. *Martyrum Ieſu. Et miratus ſum, cùm vidiſſem illam, admiratione magna.* Non parum, ſed vehementiſſimè commotus, & miratus eſt Ioannes, vbi mulierem purpuratam, & auream vidit ebriam ſanguine Sanctorum. Et cur Ioannes miratus mulieris meretricis rabiem in ſanctos. Quando enim ſanctitas, & innocentia non paſſa eſt perſecutionem a malis? Quando populus Dei non voratur, vt eſca panis? Quid ergo noui per hanc mulierem accidit, quod mireris? Nihil noui accidit, fateor; ſed ſemper eſt mirandum, & ſtupendum, quòd tyranni, & homicidæ, & facinoroſi in purpura, & auro, & deliciis ſint, & ſecuri viuant, cùm innocentes per illos mortui iaceant, de quorum morte illi nullam moleſtiam, aut timorem capiant. Ait D. Ambroſ. ibi: *Mirantur fideles.*
Ambroſ. *cum vident reprobos tantùm à timore Dei alienos, vt ſine aliqua trepidatione, & innocentibus pèſſima mala ingerant, & in omnibus flagitiis ſemetipſos demergant, ſcientes Deum nullum ſcelus impunitum relinquere, &c.* Magna ſemper admiratio, & ſtupor, imo & perplexitas impleret iuſtos videntes pacem, & tranquillitatem peccatorum etiam inter execranda facinora a ſe illata.

§. XXXIV.

Summa perditio Principis, qui inter ſuorum calamitates, à deliciis ſeparari neſcit.

DVm ingens, & maximus populus Iudæorum internecioni datur, Aſſuerus, & Amanus conuiuiis, & compotationibus ſe dedunt, vt dicat Textus: *Rege, & Aman celebrante conuiuium, cunctis Iudæis flentibus.* Inter tot lacrymas ſubditorum, inter tanti populi perditionem vacat Regi, & Amano deliciis, & feſtis, & conuiuiis indulgere, quaſi nihil de tanta ſtrage luctuoſum ſentiant. Quid ſcelestius? Quid perditiſſimorum Principum proprius? Planè maxime in hoc Deum Principes offendunt, ſi inter lacrymas, & calamitates ſubditorum, adhuc ipſi deliciis, & feſtis ſe dedunt. Amos cap. 6. ad Ieroſolymitanos Principes ait: *Væ, qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis.*
Amos 6. *Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti:: Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.* Quippe Ioſeph, hoc eſt, populus Iſraelita iam iam in perditionem ibat, iam hinc inde conterebatur. Videbant hoc Principes, & tamen nullum inde doloris ſenſum, nullum luctum, nullum mœrorem percipiebant, vt nec minimæ deliciarum ſuarum propter ea parcerent; ſed conuiuiis, & feſtis inſtaurandis ſtuderent. Hoc perditorum Principum eſt. Ait ibi D. Cyril. Alex. *Vnguentis vnguntur, & Ioſeph contritum eſt, nihil habent penſi penitùs. Quamuis enim breui euenturam calamitatem, captiuitatémque Samariæ, &*
Cyril. Alex. *in Ioſepho futuram contritionem præſcirent, tamen à conſueta ſibi luxuria non diſcedebant. Verè igitur miſerrimum eſt, regionum, vrbium, populorum Principes, ac Rectores corporis voluptatibus ſuccumbere. Nam, cùm eos omni cultione Deum offenſum mitigare oporteat, quomodo non inſania plenum cenſeamus, abiecere ſe in voluptates corporis, & cura carnis impura nihil melius ducere?* Non verbulum præteriri debuit, quorum ſingula magnis ſunt plena ponderibus; ſed illa maximè expendenda: *Quamuis in Ioſeph futuram contritionem præſcirent, à conſueta ſibi luxuria non diſcedebant.* In ſummo diſcrimine, in labenti iam, imò cadenti regni ſtatu, nullis deliciis, nullis feſtis Principes parcebant. Quod quis ſanus in Principe non abominetur? Illud ſolùm laudabile, quòd Princeps ſuorum calamitates præſentiat, & tempore anguſtiæ ipſe ſe à deliciis temperet. Sæuiente fame in Ægyptios Princeps Ægyptiorum Ioſeph conuiuio fratres excepit. Et quali conuiuio? Ait ipſe Gen. 43. *Ponite panes*, &c. Planè conuiuium ſobrium, vt decebat
tempori. De quo prudentiſſimè ait Philo lib. de viri ciuilis vita: *Interim cibi non valdè lauti apponuntur, quòd conuiuatore non liberet vti deliciis in publico penuria: & hoc ipſum homines prudentes in laudem vertebant, vitari luxum intempeſtiuum, & inuidioſum: probantes conſilium memoris, quòd vel præſentem lætitiam, vel publicum ſtatum deceat, & vtrique ſe accommodantes tempori.* Nunquam, mihi crede, decet Principem deliciari, dum populus in anguſtia, & penuria degit. Nunquam luxus non it tempeſtiuus, & inuidioſus eſt Principi, vbi populus in calamitatem vergit. Geneſ. 43. Philo.

§. XXXV.

Iniquiſſimum eſt benefactoris calamitates non ſentire, nec dolere.

ADhuc expendo illa: *Rege, & Aman celebrante conuiuium, cunctis Iudæis flentibus.* Et de cunctis Iudæis notiſſimus erat Mardochæus, cuius luctus, & fletus, ſtatim ſubiicitur cap. 4. Itaque in fletu, & perditione Iudæorum Rex conuiuia celebrat, nihil eorum calamitatem æſtimans. Imo & in fletu Mardochæi, nimirum, Mardochæi illius, qui de inſidiis eunuchorum Regem monuit, & illum ab imminente morte redemit. Et quid iniquius, quàm tanti benefactoris non præſentire fletus, calamitatem non dolere. Iterum adduco in examen illud Amos c. 6. vbi Principibus Ieroſolymitanis ait: *Væ, qui opulenti eſtis in Sion::: qui ſeparati eſtis in diem malum::: Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti::: Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.* Amos 6. Ecce tibi tota iniquitatis exaggeratio, quòd lætantes, & conuiuantes Principes Ieroſolymitani, nihil paterentur in ruina, & calamitate Ioſeph. Cur expreſſit Ioſeph? Suffeciſſet dixiſſe, nihil patiebantur ſuper contritionem proximorum, vel fratrum, vel ſubiectorum: cur maluit exprimere contritionem Ioſeph? Erat Ioſeph talis frater, qui immemor iniuriarum multa in fratres, & in vniuerſum populum Iſraelem beneficia congeſſerat. Rectè ergo exaggerat malitiam, & iniquitatem Principum, qui videntes Ioſeph, hoc eſt, hominem adeò ſibi beneficum, & vitæ authorem in calamitate, nullum illius percipiunt ſenſum, nec dolorem. Ait D. Aug. lib. 4. de Doctr. Chriſt. c. 8. *Mirè decorè non dictum eſt: Nihil patiebantur ſuper* Auguſt. *contritionem fratris, ſed poſitus eſt pro fratre Ioſeph, vt quicunque frater propriùm ſignificetur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara eſt, vel in malis, quæ pertulit, vel in bonis, quæ rependit.* Pulchrè ergo poſitus eſt Ioſeph, vt intelligatur, non quilibet neglectus eſſe in calamitate à nefariis, & perdendis Principibus; ſed ille maximè, qui benefactor illorum erat. Vt hinc appareat, quàm meritò tantæ iniquitatis dent pœnas.

CAPVT IX.

Mardochæi luctus.

TEXTVS HISTORIA.

OBSTVPEFACTVS Mardochæus regalis edicti atrocitate, vt erat inter ſuos Princeps; ſic pro illis auxiliatrices copias de cælo ſollicitat. Ad eas in primis virtutes confugit, quæ tempore anguſtiæ velociùs Diuinitatis affectionem expugnant. Eæ ſunt ſacci aſperitas, indumentorum conſciſſio, ſqualidum caput cinere conſperſum, & lugubris identidem iteratus clamor in ciuitatis plateis, quibus aulam impleret, niſi Perſarum lege arcerentur luctuoſi homines a Regiæ limine. Nec alius erat habitus, neque

ſpecies vniuerſis Iudæis, quos tenebant Perſarum Regni prouinciæ. Non latuit Estherem Mardochæi luctus, quæ per famulas monita de hominis miſeranda ſpecie, in primis pretioſas mittit veſtes, quas abiecto lugubri ſacco poſſit induere. Deinde tanti luctus cauſam inquirit, quem vbi minutatim explicauit Mardochæus, ſimul addidit, vt Regem ipſa conueniat pro diſcrimine populi precatura. Non erat minoris diſcriminis ingreſſus ad Regem, quando qui non vocati ingrediebantur, neceſſe erat perire, niſi Rex prætenſa aurea virga aliquod exhiberet ſignum vitæ. Timet ergo Eſther precatura pro populo abſque multis diebus periculo, ſubitaneum ipſa mortis ſubire periculum, præcipue cùm iam trigeſimus inſtaret dies, ex quo nec vocata, nec ingreſſa fuerit in Regis cubile. Sed Mardochæus cunctantem vrget, & precatur, ne ſibi magis conſulat Regina, quam tanti populi ſaluti, cuius tuendæ cauſa forte ſuerit in imperium deducta. Et verendum, ne diſſimulante illa: Deus aliunde ſit præſtet Iudæis ſalutem, quo ipſa reamaneat, & atrociori expoſita periculo. Annuit tandem Eſther Mardochæi conſilijs, indictoque triduo dierum ieiunio animata non dubitat Regem pro ſalute populi ſui conuenire.

MORALIA CIRCA TEXTVM.

QVid non poſſunt lacrymæ, & luctus? Reginæ Eſther is exigunt patrocinium, vt videamus, quam ſecure per luctum pœnitentiæ poſſimus ſperare patrocinium cæleſtis Reginæ.

Eſther. 4. Quæ cùm audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, oſtendens amaritudinem animi ſui. Et hoc eiulatu vſque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum indutum ſacco aulam Regis intrare. In omnibus quoque prouincijs, *&c.*

§. I.

Quod ex furore, & odio venit, malum intolerabilius eſt.

INterfectio Iudæorum poſt annum futura ſic in præſenti ſtimulat Mardochæum Iudæum, vt illum faciat medijs plateis eiulare, & clamare. dicit enim Textus: *Quæ cùm audiſſet Mardochæus ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco ſpargens cinerem capiti, & in platea media ciuitatis magna voce clamabat.* Quid agis, ô bone? Cur in tam præproperas lacrymas, & eiulatus abis? Induciæ tibi dantur integri anni, quibus multa parare potes, vt à tanto diſcrimine euadas. Nónne vt ab Ægypto Moyſes fugit cum populo, tu potes à Perſide fugere? Nónne vt fugientibus ab Ægypto proſpexit Deus, & Ægyptios perdidit, ſic fugientibus à Perſide proſpiciet, & perdet Perſas? Cur prius ad lacrymas, & eiulatum accedis, quàm ad arma, quam ad fugam, quibus occaſionem parat totus annus induciarum? Vt totum illud malum à furente calumniatore Amano veniebat; ſic non poterat etiam ſapientiſſimum Mardochæum non perturbare, vt primùm lacrymas, & clamores cogitaret: ait enim Eccleſiaſtes c.7.
Eccleſ. 7. *Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius.* Ex quo ait D. Athanaſ. in Apol. ad Conſtantium Imper. *Qui lapide feritur, quærit Medicum: ictus autem calumniæ, grauiùs quàm lapides feriunt. Eſt enim calumnia claua, &*
Athanaſ. *gladius, & iaculum incurabile, vt dixit Salomon. ſed his vulneribus mederi poteſt, quæ vbi negliguntur, vulnera acceptæ acerbiora fiunt; aut aliunde cauſam trahit iſta per omnes Eccleſias turbatio.* Expende illa: *Eſt enim calumnia, & claua, & gladius, & iaculum inſanabile.* Quis medeatur vulneri facto per calumniatoris furorem, & odium? Qui ſic furit, & odit proximum, vt illum non vereatur petere calumnijs, inſanabilia illi vulnera infligit, quæ rarus homo ſuſtineat. Precabatur quondam apud Dominum Dauid Pſal. 6. *Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.* Non detrectat correctionem, non detrectat ſupplicium; ſed illud exorat, ne ſupplicium à furore veniat: inde enim intolerabile fiet. Sic D. Cyril. Alexand. lib. 1. in Iſaiam, orat. 4. inquiens: *Non enim acerbum eſt caſtigari; ſed ex ira quaſi, & furore id contra nos fieri, & moleſtum eſt, & intolerabile.* Nunquam non additur acerbitas intolerabilis patienti, cùm videt malum in ſe à furore, & odio inferentium dimanare. Pſal. 6. Cyril.Alex.

§. II.

Humilium hominum eſt, non ſuperborum, ſuas proclamare calamitates.

MArdochæus ergo *ſpargens cinerem capiti, & in platea media ciuitatis magna voce clamabat, &c.* Clamabat, inquam, in plateis calamitatem ſuam, quod humilium hominum eſt, non abſcondebat, non diſſimulabat, quod ſuperbi homines ſolent facere. Loquutus Ioſephus lib. 19. cap. 1. de interfectione Caij Imperatoris, vt fuerat lethaliter percuſſus, ait: *Caius porrò præ dolore vulneris, quod humerum inter & collum impactum, ac vlteriùs procedere, oſſe iugulo retentum eſt, neque exclamauit attonitus, neque inuocauit opem amici vllius, ſiue quòd animi ſatis fiderit ſiue præ ſuperbia, gemitu tantùm edito, fugæ ſe proripiebat vlteriùs.* Expende illud: *Siue præ ſuperbia* vt enim erat ſuperbiſſimus; ſic cauit exclamare in vulnere, malens occultationem calamitatis, quàm remedium. Hoc ſuperbiſſimorum animorum eſt proprium, qui pro viribus fugiunt in calamitatibus agnoſci. Arrogantiſſimus ille Achab poſt contemptum Michæam Dei Prophetam, glorioſam ſibi de Syris promittens victoriam in certamen deſcendit. Et vix manus cum hoſte conſeruit, cùm ſe à ſagitta vulneratum ſenſit. 3. Reg. 22. Quid tunc? *At ille dixit aurigæ ſuo: Verte manum tuam, & eiice me de exercitu: quia grauiter vulneratus ſum.* De exercitu iubet ſe educi: an, quia volebat prorſus exercitum deſerere, & vulneri remedium quærere? Arrogantiſſimus homo non remedium, ſed occultationem vulneris cogitabat. Vt dicat Carthuſ. *Iuſſit ſe de primo acie reduci ad poſteriorem in curru, ne quo minùs impugnaretur, ſuámque læſionem ampliùs occultaret.* Hæc erat cura arrogantiſſimo Regi, ne ſcireretur, ſe potuiſſe vulnerari, ne pateret vulnus, quod nunquam verita fuit eius arrogantia. Nec miror: vt enim chara eſt ſuperbis, & arrogantibus calamitatis propriæ occultatio, ſic acerba illis manifeſtatio accidit. Hinc pro ingenti, & acerbiſſimo dolore ſuperbi Principis proponitur ab Iſaia cap. 14. illa irriſio, nimirum: *Cuncti Principes nationum vniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es, ſicut nos.* Et quantùm hoc ad pœnam Principis, quòd noſcatur, & publicetur vulneratus eſſe? Nónne hoc communiſſimum eſt, quòd vulnerentur etiam magni Principes? Ait D. Cyril. Alex. lib. 2. in Iſaiam, tom. 2. *At hoc quidem eſt commune: ſed de illo pulchrè dicitur acerba contumeliæ loco. Qui enim in obliuionem venerant ſuæ ipſorum infirmitatis, & propter inſignem quandam inſolentiam ſe nihil paſſuros humanitus expectant, merito hi probris exagitantur, & diſtertis.* Equidem acerbiſſimæ contumeliæ loco ducunt ſuperbi, & arrogantes, quòd dicantur, & publicentur eſſe in calamitatibus communibus. Ioſeph. 3.Reg.22. Carthuſ. Iſaia 14. Clem.Alex.

§. III.

Peccatum priùs expugnet, qui malis mederi cupit.

EDictum mortis audit Mardochæus, & ad ſaccum, cinerem, lacrymas recurrit, dicente Textu: *Quæ cùm audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco ſpargens cinerem capiti, & in platea media ciuitatis clamabat, &c.* Qualis hæc ſpecies viri fortis in mortis diſcrimine ab hoſte illato ad eiulatum, & ſaccum, & cinerem recurrere? Cur non magis ad arma? Quam aliter Mathathias ille, Machabæorum parens, qui 1. Mach. 2. videns ſtragem per Antiochum, comparata ſuorum manu, clamabat: *Pugnemus aduerſus eum!* Cur non ſic Mardochæus? Cur non fugit in loca tutiora, ſuorum comparat exercitum, 1. Mach. 2.

&ad prælium vocat inimicos? Cur maluit ad lacrymas, ad ſaccum, & cinerem, quàm ad arma ire? Lacrymæ, & ſaccus, & cinis arma ſunt pœnitentium aduersùs peccatum: prudentiſſimus autem dux nihil priùs ſatagit, quàm his armis peccatum expugnare, vt inde facilè malis imminentibus occurrat. Huc veniant, quicunque amant medelam malis præſtare, & ſciant nihil priùs faciendum, quàm peccatum per pœnitentiam expungere. Vbi Niniuæ ſubuerſionem imminentem prædixit Ionas cap. 3.
Ion 3. *Peruenit verbum ad Regem Niniue: & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* Audiuit ciuitatem ſubuertendam Rex, & non ad munitionem, nec ad arma; ſed ad ſaccum, & cinerem recurrit. Et cur ad ſaccum? Ait D. Baſil. Sel. orat. 15.
Baſil. *Arma pœnitentiæ ad expugnandum peccatum producit.* Nulla ei cura prior, quàm arma pœnitentiæ ſumere, quibus peccatum expugnet, deinde facilè imminentibus malis occurret. Quæ mala non ſuperet, qui priùs oſtendit peccatum extinctum? Peribant Iſraelitæ ſerpentum morſibus,
Num. 21. Num. 21. pro quorum remedio ait Textus: *Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno, quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Serpentem à ligno ſuſpenſum reſpiciebant, & malis afferebant medicinam. Et quid habebat commune intuitus ſerpentis crucifixi cum expulſione morbi? In illo ſerpente crucifixo oſtendebatur ſerpentium venenum, hoc eſt, peccatum extinctum per Crucem Chriſti, ne mireris, quòd de extincto priùs peccato, virtus profiliat, quæ cætera mala expungat. Ait D. Auguſt. lib. 3. de Trinit. cap. 10.
Auguſt. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ſic exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſo, non pereat. Sicut intuentes illum ſerpentem exaltatum in eremo, ſerpentum morſibus non peribant. Vetus enim homo noſter confixus eſt Cruci cum illo, vt euacuaretur corpus peccati.* Vbi peccatum cernebatur extinctum, & euacuatum, iam non poterat non ſperari omnium malorum abolitio. Nec à ſerpentium morſibus ſibi timebant illi, qui in ſerpente crucifixo videbant, vt erat peccatum perdendum per Chriſtum.

§. IV.

Saccus, & cinis pœnitentium pretioſiſſimas coronas indicant.

EST maximè notandum, quò perducatur Mardochæus per luctum; dicit enim Textus: *Scidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem capiti, & in platea mediæ ciuitatis magna voce clamabat, oſtendens amaritudinem animi ſui. Et hoc eiulatu vſque ad fores Palatij gradiens.* Itaque ſaccus, cinis, clamor, eiulatus hominem vſque ad fores Palatij deducunt. Nec miror: potentia enim hæc ſunt, quæ nos & thronis, & coronis inſtruunt. Iſaias c. 61.
Iſaia 61. *Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Expende illa: *Darem eis coronam pro cinere.* In Hebræo eſt quædam vocabulorum luſio, vt ſi Latinè diceres, *darem eis cinnum, pro cinere*, vt ex affinitate vocabulorum explicaretur cineris ad cinnarim, ſeu coronam affinitas. Nec immeritò: quando cineres per pœnitentiam ſuper caput ſparſi non obſcuras ibi gloriæ coronas affigendas indicant Thren. cap. 2.
Thren. 2. *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis.* Ecce tibi ſenes populi Iſraëlitici dicuntur induti eſſe ſaccis, & cineres ſpargentes in capitibus. Sed Apocal. 4. dicit: *In*
Apoc. 4. *circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Vtrobique ſenes Iſraelis exprimuntur: ſed ibi induti ciliciis; hic in candidiſſimas fulgentes ſtolas: ibi cineres in capitibus habent, hic aureas coronas. Nec miror: nam ſaccus, & cinis, & luctus pœnitentium regias ſtolas, & coronas aureas parturiunt. Hinc crediderim animæ pœnitenti dictum Cant. 7. *Comæ*
Cant 7. *capitis tui, purpura Regis.* Sed pœnitentis comæ ſolent cineribus eſſe aſperſæ. Quid cineres ad purpuram? Non de qualibet purpura loquitur, ſed de chlamyde illa purpurea accepta à ſummo Rege Ieſu. Quaſi in pœnitentis capite illud accidat, quod viſum fuit accidere in purpuræ ludibrio diuiniſſimo omnium Regi. Quippe vile, & indecorum purpuræ pannum impoſitum fuit Chriſto Ieſu, vt ſub illa veſte humiliaretur, & illuderetur. Quid tunc? Ex illo vili, & luctuoſo purpuræ amictu, vera dignitas regia, veræque coronæ prodierunt. Vt meritò dicat Ruper. lib. 6. in Cant. *Rectè paſſio Regis dicitur purpura Regis propter purpuram deriſorum, quam circundederunt ei tanquàm Regi.* Rupert.
Nam illi quidem irridenter purpuram circundederunt ei; ſed ille ſeriò & purpuram admiſit, & calamum pro ſceptro ſuſcepit: quia certiſſimè per hæc fiebat, vt & in cælo, & in terra purpuram regni, & ſceptrum acciperet imperij. Planè vilis ille, & abiectus purpuræ amictus Ieſu poſitiuus veras regni coronas, & in cælo, & in terra pariebat. Huic ſimilis & ſaccus, & cineres, in capite pœnitentium, & regnum inde, & coronas faciunt procedere. Sunt, ſunt comæ illæ cineribus ſparſæ quàm ſimillimæ purpureo amictui Chriſti, qui tot nobis regna produxit.

§. V.

Lacrymis pœnitentium nullus non patet aditus.

SED adhoc dicit: *Hoc eiulatu vſque ad fores Palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum ſacco aulam Regis intrare.* Hærebat Mardochæus in limine Palatij prohibitus intrare Regiam in ſacci amictu. Prohibebatur equidem intrare aulam homo luctuoſus: at lacrymæ, & luctus nullam inueniunt prohibitionē, quominùs intima Regiæ penetralia intreent. Eccl. c. 35. *Non deſpiciet Dominus preces pupilli, nec viduæ, ſi effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymæ viduæ ad* Eccli. 35.
maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum, &c. Et quò non aſcendant lacrymæ? Crede mihi, vel cæleſtem Regiam penetrant, nullúſque ſecreti illis aditus intercluditur. Celleſis Abbas lib. de Panibus, c. 12. *O lacryma humilis! Non* Ioan. 20.
eſt, qui te perturbet ab ingreſſu ſecretorum: non eſt, qui accedere vetet. Vnæ pœnitentium lacrymæ nullum inueniunt aditum interclusum: nullæ ſunt fores clauſæ illis. De Magdalena locutus Ioan. cap. 20. ait: *Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos.* Erant equidem duo Angeli pro cuſtodia ſepulcri: vt Gen. 3. vnus Cherubim erat pro Paradiſi cuſtodia: dicit enim Textus: *Collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum* Geneſ. 3.
gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. Cherubim cuſtodiebat viam ligni vitæ; duo Angeli cuſtodiebant ſepulcrum, à quo verum vitæ lignum Ieſus ſurrexerat. Et propter Cherubim nullus fuit homo, qui auderet ad ligni vitæ locum accedere: verùm Maria etiam videns Angelos non veretur ad ſepulcrum ſtare, de arbore vitæ Ieſu interrogare. Quando autem propter Cherubim nullus accedit ad vitæ arborem, cur propter Angelos Maria non accedere cauet? Erat Maria tota effuſa in lacrymas, quæ nullo accedere vetantur, quin potiùs & Angeli plorantem adiuuant, vt poſſit in cognitionem Ieſu viuidiſſimæ arboris intrare. Quò ſpectans D. Cyrill. Alex. ibi ait: *Vide rurſus non fruſtrà illam ploraſſe, nec amoris ergà Chriſtum mercede caruiſſe. Nam, cùm circa monumentum* Cyril. Alex.
perſeueraret plorans, voce Angelorum ad cognoſcendum Chriſtum innuitur. Tantùm abfuit, quòd Angeli arcerent ploratorem, quin illam alliciebant ſignis, & vocibus, vt citiùs in cognitionem ligni vitæ intraret.

Eſtheris 4. Ingreſſæ autem ſunt puellæ Eſtheris, & eunuchi; nunciauerúntque ei. Quod audiens conſternata eſt, & veſtem miſit, vt ablato ſacco indueret eam: quam accipere noluit. Accitóque Athach eunucho, quem Rex miniſtrum ei dederat, præcepit ei, vt iret ad Mardochæum, & diſceret ab eo, cur hoc faceret. Egreſſúſque Athach iuit, *&c.*

§. VI.

Calor vitæ per Mariam.

ET ſaccus, & luctus Mardochæi renunciati ſunt Eſtheri per ancillas, & eunuchos. Quid tunc? *Quod audiens conſternata*

ſeruata eſt, & veſtem miſit, &c. In quo iam apparet cæleſtis Reginæ patrocinium, a qua ſtolam charitatis accipimus, qua foueri poſſumus, & in vitæ calorem ire. Huc ſpectat Richard. a ſancto Laurentio lib. 2. de Mariæ laudibus, vbi loquens de charitate ait: *Nunquid poteſt homo abſcondere ignem charitatis in ſinu cordis, vt veſtimenta, id eſt, operatio, & mores non ardeant, & calefaciant tangentes? Hæc eſt veſtis, quam Eſther, id eſt, Maria, mittit Mardochæo, id eſt, pœnitenti.* Sæpè friget pœnitens adhuc ſub peccati morte conſtitutus, egétque vitali calore ſpiritus, vt reſurgat in vitam. Cui conſulens Regina cæleſtis Maria, de arcanis filij ſtolam charitatis impetrat, quam remittit pœnitenti, vt tanta veſte confotus vitæ calorem accipiat. Et quando vitæ calor ad nos venit, niſi per Mariam? Eccleſiaſtes cap. 4. expendens emolumenta eius, qui non eſt ſolus; ſed ſocium habet, dicit: *Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur! Væ ſoli: quia, ſi ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.* Vbi legit D. Ambroſius: *Si ceciderit, eriget ſocium ſuum.* quaſi innuat, quod eſt aliquis, adeò ſolis, & potens, quod etſi ipſe cadat, imo etſi ſe in terram proiiciat; tamen caſu ſuo, vel frigidum ſocij cadauer excitet in calorem vitæ. Sed quis eſt, qui caſu ſuo ſic calefacere poteſt membra ſociorum frigida? Vnus eſt, qui a cælo in vterum cecidit Mariæ, per quam mortis algore gelidos peccatores in vitam facit ire. Ait D. Ambroſ. lib. de inſtitut. virg. cap. 11. *Quæ Chriſtum habet ſecum, etſi ceciderit, reſurgit, etſi mortuus fuerit, reuiuiſcet: quia adeſt ille, qui ignem venit mittere in terram. Hic ergo tanquam ſe proiicit, qui venit per Mariam, & infundebat vitæ calorem.* Quid pulchrius? Friges, ô peccator, algore culpæ, oppreſſus es mortis frigore? Cecidit, cecidit viuificum granum frumenti in terram virginem, & veniens tibi Dei Filius per Mariam, ſic illo indueris, vt tibi infundat calorem, quo reuiuiſcas. Etenim dicebat Pſalm. 18. *Non eſt, qui ſe abſcondat à calore eius.* Ex quo a Patre per Mariam ad nos acceſſit, nullus adeò eſt mortali algore correptus, qui non reuiuiſcat confotus calore eius. Rem pulchrè tractat D. Amedeus homil. 1. de laudib. Mariæ, inquiens: *Verè magnus, quem Vnigenitum Pater miſit in mundum, quem Virgo corporaliter effudit, quem Virgo concepit, Virgo peperit. Annunciatus ab Archangelo, naſcitur ex ſacra Virgine, & à Ioanne adhuc inter materna viſcera clauſo præmonſtratur. Suſcipitur à ſene Simeone. Hinc per Prophetam dicitur. Non eſt, qui ſe abſcondat à calore eius. Quis enim ſe calore eius abſcondet, quem infans ſenſit in vtero, quo ſenex frigidus flagrauit in templo?* Erat infans Ioannes in vtero matris algore peccati concretus, erat in templo ſenex, qui frigeſcentibus artubus mortem expectabat. Venit per Mariam Ieſus, & Ioannes, & Simeon excluſo frigore ſic caleſiunt, vt ad lætiſſimam vitam poſſint aſpirare.

Richar. à S. Laur.
Eccleſ. 4.
Ambroſ.
Ambroſ.
Pſal. 18.
Amed.

§. VII.

A Maria, Regina cæli, ſtola immortalitatis induimur.

VT Eſther Regina luctum Mardochæi audiuit, *Veſtem miſit, vt ablato ſacco induerent eum.* Miſit, inquam, veſtem, quæ poſt ſaccum ornaret, non quæ à diſcrimine mortis eriperet. Quò vbi peruenio, non poſſum non mirari Reginæ cæleſtis Mariæ ingenus hominum affectum. Ipſa eſt, quæ ſuis æternitatis ſtolas præparat, veſtéſque dat, quæ immortalitatis gloriam in nobis oſtendant, ab omnique mortalitatis eripiant diſcrimine. Nota eſt hiſtoria clariſſimi Toletanæ Eccleſiæ Antiſtitis Ildephonſi, cui cæli Regina non miſit, ſed ipſa per ſe attulit veſtem, qua vteretur in Euchariſtiæ ſacrificiis. Quam referens hiſtoriam Iulianus Pomerius in Præfatione ad D. Ildephonſi opera, ſic ait: *Aſpiciéaſque in Mariam Ildephonſus, vt ipſe ſibi conſcius bene chariſſimus reſcribat, ſic eum Virgo Maria allocuta eſt voce: Propera in occurſum, ſerue Dei chariſſime: accipe munuſculum de manu mea, quod de theſauro Filij mei tibi attuli: ſic enim tibi opus eſt, vt benedictione tegminis, qua tibi data eſt, in meo tantùm ſeruitio vtaris. Et quia oculos fidei fixos in meo ſemper ſeruitio tenens permanſiſti, & laudem meam in cordibus fidelium depinxiſti; & veſtimentis Eccleſia in hac vita ornaueris, & in futuro in promptuario meo lætaberis. Et hæc*

Pomer.

dicens ab oculis eius remeauit. Remanſit Dei famulus in tantum ſecurus de adipiſcenda gloria, in quantum præſumi de ſibi donata palma victoria, &c. Hæc ibi: compone modo Eſtherem, & Mariam: vtraque Hebræa, vtraque Regina: illa Perſarum, hæc cæli. Vtraque ſibi deuotum, & fidelem hominem amat munerare; Eſther pro munere veſtem mittit, & etiam veſtem affert Maria. Sed Eſtheris veſtis ornare poterat Mardochæum, eum autem diſcrimine, in quo erat, liberare non poterat, nec reddere à perditione ſecurum. Veſtis autem allata à Virgine Maria, & Ildephonſo data ſic illum ornat, vt ſimul ab omni perditionis periculo reddat ſecurum, & æternitatis candidatum efficiat. Ait enim ille, *Remanſit famulus Dei in tantum ſecurus de adipiſcenda gloria*, &c. Quippe quæ immortalitatis eſt veſtis, & ſtola ſemper creditur ventura per Mariam. A cuius manu veſtis, quæ venit, nos deſignat omnium malorum triumphatores. Vt meritò dicat Iulianus, quòd Ildephonſus in tantum remanſit ſecurus de adipiſcenda gloria, *in quantum præſumi de ſibi donata palma victoria.* Palmam ibi vocat togam, ſeu veſtem à Maria datam, iuxta Romanorum idioma, qui palmam vocabant veſtem, ſeu togam palmatam, a palma in ea intexta; quæ proprius habitus triumphantium erat. Sic Seruius in lib. 11. Æneidos, & Calepin. ibi. Maria equidem eſt, quæ nobis palmatam efficit togam, qua malorum, & corruptionis triumphatores deſignemur. Iob cap. 38 dicebat: *Quis dedit gallo intelligentiam?* Vbi Septuag. legunt: *Quis dedit mulieri ſapientiam textura, & ſcientiam variegandi?* Quibus notantur fœminæ, quarum opera, & induſtria homines, veſtes habemus. Sed, vt homines duplicibus veſtimur, vel veſtibus mutatoriis, quæ minimè nos periculis mortis eximunt, vel candida immortalitatis, qua malorum triumphatores oſtendimur. Sic duæ præcipuè mulieres illis notari creduntur, nimirum, Eua, & Maria: vt de ſola Maria veniant immortalitatis veſtes. Ait D. Epiphanius lib. 3. tom. 2. Hæreſ. 78. non longè a fine: *De duabus mulieribus dictum eſt: Quis dedit mulieri ſapientiam textura? Nam prima ſapiens eſt Eua texens veſtes ſenſibiles propter Adam, quem denudauit. Ipſi datum eſt amicire corpus ſenſibile, propter nuditatem ſenſibilem. Mariæ verò datum eſt à Deo, vt pepereit nobis agnum, & ouem, & ex gloria ipſius agni, & ouis factum eſt nobis velut à vellere, in ſapientia per virtutem ipſius, indumentum incorruptibilitatis.* Vt Eua inuexit nuditatem mundo propter peccatum, ſic illi data eſt ſcientia veſtium faciendarum, quæ nuditatem corporalem operiant; nullam tamen diſcrimini corruptionis eximant. At Mariæ datum eſt, quòd pariat illum agnum, de cuius pretioſo vellere hominibus ſuis indumentum incorruptibilitatis texat. Vnde pulchrè de hac forti muliere dicitur Prouerb. 31. *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Nulla timenda nobis nuditas, ex quo habemus Mariam. Quò reſpiciens D. Damaſcenus orat. 2. de Aſſumpt. locutus de Mariæ in cælum ingreſſu, ait: *Hodierno die Eden, ſpiritualem Paradiſum noui Adami, ſuſcepit, in quo vita lignum conſitum, in quo nuditas noſtra contecta eſt. Non iam veterem nuditatem deplorantes dicemus. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Quippe habentes Mariam, non egemus tunicis, quibus nuditatem vitemus: ab illa enim eas accipimus.

Seru.
Calep.
Iob 38.
Epiph.
Prouerb. 31.
Damaſc.

§. VIII.

His flecti poteſt homo ad aliquid præſtandum, quibus ipſe niſus eſt, vt ſibi optata compararet.

NOn ignorabat Eſther ſuorum calamitatem: ſed, vt fieri ſolet, inquirit per nuntios, vnde venerit in illos tantum malum. Cui illud reſpondet Mardochæus; nimirum, indicauit, *quomodo Aman promiſiſſet, vt in theſauros Regis, pro Iudæorum nece, inferret argentum.* Nihil loquutus de adoratione a ſe negata, nihil de Amans iniuſta ira; ſed eò ſolùm videtur ſpectare, vt ſciat Regina modum, quo Aman Iudæorum calamitatem fuerat negotiatus, nimirum, argentum exhibens regiis arcariis. Et cur pro cauſa tantæ calamitatis tantùm amat ſciri à Regina argentum oblatum ea parte Amani? Crediderim argentum exhibitum, propoſitum fuiſſe à Mardochæo cauſam calamitatis, vt ſimul indicaret & mo-

dum, & cauſam ſalutis comparandæ. Qui enim tantùm fidit argento, vt illo non crederet ſe potuiſſe venire ad optata, planè & quòd obtinuit, vendet, ſi ſibi argenti non parua copia applaudat. Synes. Vt enim ait D. Syneſius, hi, qui argento ſedes iudiciarias ſibi compararunt, nihil argento ſibi oblato negabunt, & ipſas ipſi ſedes venditabunt. Act. c. 8. vidit Simon Magus Spiritum Sanctum venire in primos illos fideles per Apoſtolorum impoſitionem manuum. Act. 8. Et accedens ad Apoſtolos, *obtulit eis pecuniam dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Cum argento, & pecuniis acceſſit Simon empturus gratiam trahendi Spiritum Sanctum. De quo locutus Tertul. lib. de idolol. c. 9. ait: *Simon* Tertull. *Magus iam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circumlatorum ſecta cogitaret, vt, ſcilicet, inter miracula profeſſionis ſuæ etiam Spiritum Sanctũ per manuum impoſitionem enundinaret.* Enundinaret, id eſt, venditaret, vt ait Cerda ibi. Cerda. Sed illud notandum, quòd à Textu ſolo dicitur acceſſiſſe cum pecuniis empturus Spiritus Sancti aduentum: at Tertullianus dicit acceſſiſſe nundinaturus, id eſt, venditurus. Quando autem à Textu ſolùm dicitur empturus, cur à Tertulliano dicitur venditurus. Sapienter equidem Tertullianus cenſuit, quod qui argento in tantum fidebat, quòd illo à ſe comparandum Spiritum Sanctum crederet, ſi argentum ſibi offerri videret, etiam Spiritum Sanctum venderet. Nunquam enim non flectitur homo viſis illis, per quæ ad optata deuenit. Deuter. 34. locutus Textus de Moyſe, ait: *Mortuus eſt ibi Moyſes, ſeruus Domini*, &c. *Ieſue* Deut. 34. *verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas.* &c. Habebat equidem Moyſes filios chariſſimos, & cognatos plurimos; nullum tamen eorum reliquit hæredem imperij ſui, ſed Ioſue reliquit. Et cur non magis flexerunt hominem filij, aut cognati, vt imperium de manu illius reciperent? Acceperat ille imperium non per cognationem, ſed per Deum, ideò nec ab illo comparari imperium potuit aliter, quàm per Deum ipſum. Sic ille apud Philonem lib. de charitat. inquit: *Reipublicæ curam inuitus ſuſcepi, non humanis ſuffragiis Princeps deſignatus; ſed manifeſto oraculo,* Philo. *diuina voce iubente. An non igitur abſurdum fuerit, nunc non per eadem incedere veſtigia: & cùm ipſe noluerim principatum, niſi ex Dei ſententia ſumere, nunc arbitratu meo ſucceſſorem eligere?* Vt non cognatio carnalis, ſed vna Dei ſententia dederat homini imperium; ſic vnam Dei ſententiam expectat, non cognationem, vt illud aliis remittat: nunquam enim homo non hæret eiſdem veſtigiis ad dandum quibus ipſe ad accipiendum iuit. Vbi quis aliquo medio vſus eſt, vt optatum aliquid accipiat; fallar, ſi ad conſpectum medij illius non flectatur, vt aliis poſtulata tribuat. Quò ſpectans Habacuc cap. 1. ait de potenti mundiali: Habac. 1. *Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagenam ſua, & congregauit in rete ſuum. Super hoc lætabitur, & exultabit: propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo.* Nec adorationem negabit homo mundialis inſtrumento illi, quo trahit optata ſibi.

§. IX.

Vt maior ſoleat eſſe dolor compaſſionis, quàm propria paſſionis.

HOc intendit primum Mardochæi mandatum ad Reginam: *Vt Reginæ oſtenderet, & moneret eam, vt intraret ad Regem, & deprecaretur eum pro populo ſuo.* Non ignorabat Mardochæus totam illam tempeſtatem præcipuè in ſuum caput venire. Tamen non pro ſe petit rogare, ſed pro populo. Necnon & gratiùs, & faciliùs rogaret Eſther pro Mardochæo, & patruo ſuo chariſſimo, & ipſius Regis benefactore. Sed Mardochæus abſtinet ab his precibus petendis, quæ pro ſe eſſent; & illud magis curat, vt populum à diſcrimine eximat. Nec miror: talibus enim viris dutior ſolet eſſe compaſſionis in proximos dolor, quàm dolor propriæ paſſionis; & ideò anxiùs curant tollere illum. Ferlebatur quondam à Deo populus Iſrael propter adoratum vitulum; quorum diſcrimen ſic afficiebat Moyſem, vt diceret Exod. 32. Exod. 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ.* Sic dolebat de ſuorum malis, vt mallet ipſe perire, quàm eos videre in diſcrimine. Quocirca aiebat D. Amedeus de laud. Mar. homil. 5. *O iaculum in corde! O vulnus durius omni vulnere! O plaga intimis animæ inhærens! Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti.* Amed. *Optabat anathema eſſe à Chriſto pro fratribus, & aliorum ſuam reputans ſalutem, alieno, quàm ſuo damno magis affligebatur.* Mordebat equidem iuſti hominis præcordia, non ſuum; ſed ſuorum imminens exitium. Longéque vehementiùs torquebatur compaſſione ſuorum, quam paſſione ſua. Cadebat populus ſub gladio ferientis Angeli, 2. Reg. 24. quorum ſtragem videns Dauid clamabat: *Ego ſum, qui peccaui, & ego iniquè egi: iſti, qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur, obſecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* 2. Reg. 24. Se gladio exponit, ne ſuorum ſtragem videat: vt hinc pateat, quam intolerabilem dolorem compaſſio gignat. Ait D. Amedeus ſupra: *Excuſat Iſraelem, ſe cum ſtirpe ſua deleri exoptat, tantùm vt mucro modeſt ſanguine à cæde conquieſcat, & victrix ira innocentes vltrà non perimat.* Amed. *Puto aduertimus ex his, quid mentis martyrium, cuncta tormenta excedat.* Tantum equidem eſt compaſſionis martyrium, vt præſtantes viri, ne viderent proximos in calamitate, mallent in ſe ſubire qualiacunque pericula. Malebant id præſtantes viri: at Dominus Ieſus de facto mille tormenta ſubiuit, ne videret vel vnum homunciomem perire. Vt dicat Sedul. lib. 3. Paſchali. cap. 9. *Chriſtum pro mundi ſalute paſſum fuiſſe iam credito, qui flagris ſulcatus, opprobriis laceſſitus, pœnas omnes amplectitur, ne pereo ſuis meritis dignus, vel luero ſuſtineret exitium.* Sedul. Adeò maior erat in Ieſu meo compaſſionis dolor, quàm paſſionis.

Eſtheris 4. Omnes ſerui Regis, & cunctæ, quæ ſub ditione eius ſunt, norunt prouinciæ, quòd, ſiue vir, ſiue mulier, non vocatus, interius atrium Regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi fortè Rex auream virgam ad eum tetenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit viuere. Ego igitur quomodo ad Regem intrare potero, quæ triginta iam diebus non ſum vocata ad eum?

§. X.

Nulla creata potentia, nulliſque aliis, poteſt nobis Mariæ interceſſio auferri.

EA erat lex in Regno Aſſueri, *quòd, ſiue vir, ſiue mulier, non vocatus, interius atrium Regis intrauerit, abſque vlla cunctatione interficiatur.* Et quis ſcopus tam inhumanæ legis? In Perſis fuerit aliqua ventoſa vanitas circa obſeruationem ſui Principis. In Diabolo autem aſtus erat, vt Hebræi homines abſque vllo interceſſore perirent. Ait Rupert. lib. 8. de Victor. cap. 10. *Ea lege Diabolus per Amanabuti voluit, vt dum illi accuſator tam familiaris Regi immineret, & ad excuſandum nullus aditus pateret, ad exorandum nullus acceſſus fieret, omnia Regis ſententia maneret irreuocabilis*, &c. Rupert. Ea lege à Diabolo procurabatur, omnes interceſſiones Iudæis adimi, vt ſic neceſſariò perirent. Licèt enim Iudæi haberent Reginam Eſtherem apud Aſſuerum, quæ poſſit pro illis intercedere; tamen hæc illa ipſa lege remouebatur, ne poſſet ad Regem introire. Feliciores nos Chriſtiani, qui habemus Mariam cæli Reginam, cuius tanta eſt authoritas apud Deum, vt nulla potentia creata, nullo aſtu Diaboli, nullis aliis legibus poſſit impediri, ne pro nobis intercedat ad Filium. Quò ſpectans D. Methodius orat. in Hypopantem, ait: *Quamobrem te, ô Sanctiſſima Deipara, quæ reliquis omnibus, & benignior es, & materno honore, ac cum Deo colloquendi libertate glorioſior,* Method. *obnixè rogamus, vt noſtri iugem, ac perpetuam memoriam habere velis.* Expende illa: *Colloquendo cum Deo libertate glorioſior.* Libera quippe eſt Maria ab omni impedimento, libera ab omni lege, & arte Diaboli, vt ad Deum introeat pro homine ſuo, quandocunque valet. Ea eſt authoritas Matris, & honor, qui

neſciat

neſciat vlla ſeueritate à Deo repelli. Ioan. 2. dum nuptiis adeſt, *Deficiente vino dicit Mater ad Ieſum. Vinum non habent. Et dixit ei Ieſus. Quid mihi, & tibi eſt, mulier? Nondum venit hora mea. Dicit Mater eius miniſtris. Quodcunque dixerit vobis, facite.* Nulli dubium eſt, auſterum fuiſſe, & ſeuerum reſponſum illud Ieſu, nimirum: *Quid mihi, & tibi eſt, mulier?* Quod multum faciebat, ſaltem quoad nos, ad deſiſtendum accedentem. Nihilominùs Maria, nihil verita, quaſi de re obtenta monet miniſtros, quid facere deberent. Et cur, ò Virgo, in tam auſtero reſponſo non magis cunctaris? Cur non priùs expectas molliora Filij verba, vt ſecuriùs mandes facienda? Nouerat Maria authoritatem ſuam nulli ſeueritati, aut rigoris legi ſubiacere, & ideò nihil verita de re facienda cum miniſtris agit. Ait D. Cyrill. Alex. ibi: *Magnam certè authoritatem, dignitatemque deferri ſibi à Domino Mater non ignorabat, qua perſuaſo, vt par erat, Filio, miniſtros praparat, hortaturque, vt omnia faciant, qua ipſe imperabit.* Vt nouerat authoritatem ſuam erga Filium; ſic non veretur auſterum eius verbum, ſed omnia incipit diſponere iuxta id, quod ipſa petebat. Quam Matris authoritatem miratus Propheta Dauid Pſalm. 44 dicebat: *Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato,* &c. Semper ſtat Regina cæli à dextris Filij, nunquam ei acceſſus ad Filium prohibetur: nec eſt potentia, aut aſtutia, quæ illam inde remouere queat, ne pro hominibus intercedat. D. Auguſtinus in lib. Cur Deus homo. cap. vlt. citatus à Patre Ioanne Fernandez in Theſauro, verbo, *Aduocatus*, & ſimiliter ab Authore multiloquiorum D. Auguſtini, in eodem verbo, ait: *Eſt quoddam ſingulare refugium poſt Deum, quòd in illo regno habemus Reginam ſororem noſtram, ac Dei Genitricem Virginem Mariam, qua non ceſſat apud Deum pro hominibus interuenire. Hoc, quod alij Sancti minimè audèrent, hac quadam congruenti authoritate à Filio poſtulans obtinet.* Equidem tantum à Filio in Matrem authoritatis venit, vt nullis poſſit remoueri, quominùs iuſte quotidie pro ſuis intercedere.

Ioan. 2.
Cyrill. Alex.
Pſal. 44
Fernand.
Auguſt.

§. XI.

Sacris faciendis nullus non vocatus adeſt, qui vtilis ſit hominum ſaluti.

CAuetur lege Aſſueri, *quòd, ſiue vir, ſiue mulier, non vocatus interius atrium Regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur.* Et quis interius atrium Regis cæleſtis non vocatus intrabit, & viuet? Vanè ſalutem & vitam ſperas ab eo, qui non vocatus ſacris muneribus adeſt. Paul. ad Rom. 12. *Obſecro itaque vos, Fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Hoc petit, vt obſequium Deo exhibendum ſit rationabile, hoc eſt, ratione firma nitatur. Et quæ ratio eſt, quæ obſequium noſtrum Deo gratum faciat? Inter alia, illud requiritur, quòd quis ad ſacra munera accedat vocatus. Vt dicat Chryſol. *Rationabile obſequium, quod non præſumptione turbatur, non temeritate confunditur. Ad obſequium Regis militaris ſtudio contremiſcit, & temeritatis pœnam præſumptrix ſeruitus non euadit. Quis non vocatus ad aulæ regalis ſe proripit ſeruitutem? Quis ſine titulo militari miliitem ſe auſus eſt profiteri? Quis ſine dignitatis inſulis nomen dignitatis inuadit? Et ſi hæc ſunt hominis ſollicita, cautáque ſunt, ſi ratione conſtant, quanto penes Deum magis cauta eſt deuotio, magis tremenda ſeruitus, vt diuinum ratione præſtet obſequium?* Qui non vocatus ſacris muneribus ſe ingerit, fallar, ſi quando non pœnas dabit, ſi ab illo aliquid ſalutis debeat ſperari. Ad Hebr. c. 5. dicebat Paulus: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed, qui vocatur à Deo, tanquàm Aaron: ita & Chriſtus,* &c. Et Aaron, & Chriſtus Dominus ad munus ſacrum accedunt, non ſe ſe ingerentes; ſed Dei Patris vocem ſpectantes, aliter vix vlli ſalutem afferre poſſent. Vt dicat Sanctus Bruno: *Pontifex ille, ſi tanquàm Aaron vocatus ſit, non ſe ingerens in honorem, hominibus prodeſſe poteſt. Sic & Chriſtus ſimili de cauſa ſuis auxiliari poteſt; quia Chriſtus non clarificauit, hoc eſt non ſe magnificando ingeſſit, ad hoc vt Pontifex fieret, ſed Pater,* &c. Vocari expectet à Deo in munus ſacrum, qui illud ſalubriter, & fructuosè adminiſtrare velit. Non enim qui ſe ingerunt; ſed qui vocantur, ſic ſacra munera obeunt, vt illis proficui hominum ſaluti eſſe queant.

Rom. 12.
Chryſol.
Hebr. 5.
Bruno.

§. XII.

Vna Maria ſingularem habet vocationem ſtandi pro hominum ſalute.

HAnc præmittit Eſther excuſationem intrandi ad Regem pro ſalute populi: nimirum ait: *Quomodo ad Regem intrare potero, quæ triginta iam diebus non ſum vocata ad eum?* Refugit conuenire Regem pro ſalute populi ſui, quia non erat vocata. Nec miror: vna enim eſt Maria Virgo, quæ ſingularem habet vocationem ſtandi pro omni populorum bono. Cant. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulſantis. Aperi mihi, ſoror mea, columba mea, immaculata mea. Surrexi, vt aperirem,* &c. Erat Maria in ſuauiſſimo contemplationis ſomno; ſed inde ſurgit, vt oſtium ſalutis aperiat filijs ſuis. Et cur non magis amabat in illo quieſcere ſomno? Rationem indicat ipſa illis verbis: *Vox dilecti mei pulſantis,* &c. Vocabatur à Deo, vt operam nauaret ſaluandis hominibus, ne qua populo ſuo veniret ruina. Quò ſpectans Rupert. lib. 5. in Cant. ait: *Cur non potiùs, ſicut turtur caſtiſſima, ſolitudinem prorſus remotior, quàm Ioannes Baptiſta, ſecretior quàm Elias, vt ſoli tacerent Angeli? Hæc nobis percunctantibus reſpondens dicit: Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi, ſoror mea. Aperi igitur cum aliis teſtibus meis os tuum, & facito, vt in quibuſcunque locum habeam, vbi reclinet caput meum. Aperi mihi, ſoror mea, ne vel infirmiori fratri deeſſet ſalutaris doctrina, norma vitæ, metum diſciplina.* Contemplationis quietem, remotionem à turbis, ſi quis alius, amabat Maria: verùm ſingulariter illa vocata eſt, vt pro hominibus ſaluandis deſudet. Vt nullibi non pateat aditus humanæ ſaluti: vt infirmitates abigat, hoſtes confundat, & diuinæ gratiæ nobis negotietur patrocinium. Quò etiam traho D. Iren. lib. 5. cap. 19. componentem Mariam cum Eua, verbis illis: *Quemadmodum Eua per angelicum ſermonem ſeducta eſt, vt fugeret Deum, præuaricata verbum eius: ita & Maria per angelicum ſermonem euangelizata eſt, vt portaret Deum, obediens eius verbo. Et ſicut illa ſeducta eſt, vt effugeret Deum: ſic hæc ſuaſa eſt obedire Deo, vti virginis Euæ Virgo Maria fieret aduocata.* Itaque Maria Virgo ſingulariter vocata eſt per Angelum, vt Deo adhæreret, & pro Eua, omnibúſque eius filiis munus aduocatæ impleret. Vnde Pſal. 44. dicit: *Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato.* Et quid eſt, quòd cæli Regina adſtitit à dextris Dei? Rem explicat Richard. à Sancto Laurent. lib. 6. de laudib. Mar. fatus: Commendatur hæc Regina à multis. Primò, à promptitudine miniſtrandi: quia adſtare, miniſtrantis eſt. Secundò, à promptitudine auxiliandi: quia adſtare, auxiliantis eſt. *Tertiò, promptitudine contradicendi aduerſariis noſtris accuſantibus nos in Curia Vnigeniti ſui. quia adſtare, contradicentis eſt: & ideo ipſa dicitur Aduocata noſtra. quia in conſpectu Dei bonum pro nobis loquitur, & contradicit aduerſariis noſtris.* Erat equidem vocationis Mariæ, quod pro hominibus ſaluandis patrocinium ſuſciperet, & in conſpectu Dei facta Aduocata noſtra obſtrueret os aduerſariorum, & nos in vitam inſtrueret.

Cant. 5.
Rupert.
Iren.
Pſal. 44.
Rich. à S. Laur.

§. XIII.

Voluptates carnales aduerſaria ſunt fraternæ charitati.

ILlud maximè notandum in formoſiſſima, & dilectiſſima coniuge, quod ait: nimirum: *Triginta iam diebus non ſum vocata ad Regem.* Et quod mireris magis, id putat Carthuſianus accidiſſe ex ſingulari prouidentia Dei: dicit namque ibi: *Deus omnipotens deuota Regina prouidit de tanta continentia.* Et quando Eſther parabatur ad trahendam voluntatem Regis in bonum populi, cur ſimul prouidebat Deus, vt Rex tot diebus ab illius amplexibus abſtineret? Quomodo tanta in Rege Eſtheris obliuio conduceret, vt Eſther erga illum pro populo ſuo efficacior eſſet? Non faciliùs eius traheret voluntatem Eſther, ſi frequentiùs ei conſueſceret? Prouidit Deus continentiam Eſtheris in bonum populi, ſciens voluptates carnales magis conducturas, vt Eſther frigeſceret in populi ſui, & fratrum charitate. Quomodo enim voluptatibus carnalibus immerſa calamitatis populi ſui haberet ſenſum? Amos cap. 6. *Qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis, Qui dormitis in lectis eburneis, &*

Carthuſ.
Amos 6.

 laſciuitis

laſciuitis in ſtratis veſtris::& nihil patiebantur ſuper contritionem Ioſeph. Expende illa: *Luxurioſos, & fraternæ charitatis adeò negligentiſſimos.* non equidem ſtat fraterna charitas, vbi luxuria: habent enim voluptates carnales non parum contrarietatis cum amore, & compaſſione fratrum. Quis carnis delicijs ſe dedit, & fratrum charitatem non amiſit? Luc. cap. 16. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & epulabatur quotidie ſplendidè. Erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat.* Quid crudelius? Vlceroſus, & famelicus pauper iacebat ad ianuam diuitis, nullamque eius compaſſionem habebat diues; nec vel cadente mica eius placabat eſuriem. Vnde tanta crudelitas erga proximum in homine? A purpureis veſtibus, ab epulis, a voluptatibus carnis, quibus ſe totum tradiderat. Vt dicat Chryſol. ſerm. 121. *Non tam perſonam, non pauperem, ſed ipſam miſericordiam deſpicit, ad ianuam Lazaro ſic iacente. Purpura, byſſo, delicatis veſtibus, epulis blandis, ferrea viſcera crudelis anima nutriebat.* Quot carnis voluptates, deliciáſque adiungebat, tot ferreos vectes addebat, ne viſcera miſeris fratribus aperirentur.

Luc. 16.

Chryſol.

§. XIV.

Continentia maximè valet tempore, quo de anima agendum eſt apud Deum.

ITaque dicit Eſther: *Triginta iam diebus non ſum vocata ad Regem.* Quam continentiam credit Carthuſianus ab omnipotente Deo prouiſam eſſe. Nec miror: vt enim tunc temporis Eſther agere debebat cum Deo de vita, & ſalute populi ſui; ſic prouiſum eſt, vt continens eſſet. Continentia enim maximè conducit, vt efficaciùs de vita agamus cum Deo. Coniuges monebat Paul. 1. ad Corinth. 7 *Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi.* Continentiam perſuadet coniugibus eo tempore, quo vacandum eſt illis orationi, nimirum, orationi illi, qua de animæ periculo agendum eſt apud Deum. Ait ibi Chryſoſt. tom. 6. lib. de Virginit. c. 32. *Cum ira ſedanda, Deique propitiandi cauſa, precibus adiunctis, mortiones ab ea voluptate arcet Apoſtolus, quaſi dicat: De anima nobis agitur, de ſumma rerum periculum eſt. Hoſtem adiunxi terribilem, multoties à nobis læſum, multa habentem, quæ nobiſcum expoſtulet, non hoc tempus eſt amplexuum, non voluptatum, ſed lacrymarum, acerbiorum gemituum, frequentium precum.* Equidem vel à licitis voluptatibus abſtinendũ eſt, vbi pro negotio magno debemus vacare precibus. Non enim conueniunt voluptatum cura accipiendarum, & ſollicitudo agendi cum Deo. Exod. 2. audio, vt Moyſes fuerit cum Sacerdote Madian, *Accepitque Sephoram filiam eius, quæ peperit ei filium, quem vocauit Gerſam.* ∴ *Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer.* Nec vltra audimus natos alios Moyſi filios; an, quia illis non dedit operam? Non nemo credit Moyſem ſe abſtinuiſſe a congreſſu nuptiali, ex quo pro magnis rebus cœpit vacare Deo. D. Epiphan. lib. 3. tom. 2. hæreſ. 78. ait: *Poſtquàm prophetauit Moyſes, non ampliùs vxori coniunctus eſt, non ampliùs liberos genuit, habebat enim vitam Domino vacantem. Quomodo enim potuiſſet in monte Sina quadraginta noctes, ac quadraginta dies degere, ſi nuptijs addictus fuiſſet? Aut, quomodo potuiſſet quadraginta annos in deſerto ad diſpenſationem Dei paratus eſſe, quomodo myſteria explicare, & colloquia cum Deo perficere, ſi nuptijs coniunctus fuiſſet?* Credit Sanctus ab vſu coniugali Moyſem abſtinuiſſe, vbi toties de redemptione, & ſalute, & vita populi acturus erat cum Deo. Ezechiel monebatur à Deo, vt de imminenti populi clade ageret; & ait ille c. 24. *Mortua eſt vxor mea veſpere, feciq; manè, ſicut præceperat mihi Dominus.* Circa quæ ait D. Hieron. lib. 1. in Iouinian. *Donec vxor viueret, non habebat libertatem populum commonendi. Moritur vxor, & coniugale vinculum ſoluitur, & abſque vlla trepidatione ſemper in prophetale officio eſt.* Quaſi non poſſet prophetali fungi munere apud Deum, & populum, donec à nuptiali congreſſu ſepararetur. At quis ſanus de nuptiarum voluptatibus agat, quo tempore gladium Dei videt diſtrictum? De perituris locutus Dominus Matth. 24. *Sicut erant in diebus ante diluuium nubentes, & nuptui tradentes.* Et quaſi hoc crimẽ erat, quòd vel nuberent, vel nuptui traderent? Ex ſe nullum id crimen erat: at ex circunſtantia temporis non paruum ſignũ erat hominum perditorum.

Exod. 2.

Epiphan.

Ezech. 24.

Hier.

quòd in calamitoſo tempore, vbi Dei ira viſebatur patentiſſima, ipſi agerent de nuptijs, & voluptatibus. Pompeius in calamitoſo Reip. ſtatu duxit Corneliam. De quo agens Plutarchus in eius vita, ait: *Honeſti viri Pompeium exiſtimabant Rempublicam deſpexiſſe iis iactatam fortunis, quarum delegerat ipſum Medicum, atque cui ſe commiſerat. Cùm interim ille coronatus ſacra nuptialia faceret.* Meritò credebatur Pompeius non curator, ſed deſtructor, ſed proditor Reipublicæ, qui inter eius calamitates ſummas, nuptias tractabat. Et quidem Ioel cap. 2. calamitatis tempore, ſic monet populum. *Canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium:: Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum, & altare plorabunt Sacerdotes,* &c. Expende illa verba: *Egrediatur ſponſus,* &c. In tempore enim calamitatis, quando homines ad lacrymas debent vocari, & ad cinerem, non impunè curritur ad nuptias, & delicias. Quocirca ait D. Cyrill. Alexandr. ibi: *Oportet, inquit, ſanctificate ieiunium: præterea ſponſos, & nouas nuptas è thalamis adhuc coronatos excurrere. Opprimente igitur nos ira diuina, lugere, non conuiuijs & delicijs vacare ſolum minimè neceſſe eſt. Nam tunc ipſi ſimul dare operam voluptati, & reprehenſionem, & pœnam meretur.* Sic ibi, & verè, & ſanctè.

Plutarch.

Cyril. Alex.

Eſtheris 4. Rurſus mandauit Eſther dicens: Ne putes, quòd animam tuam tantùm liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis: ſi enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi; & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit, vtrùm idcircò ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris?

§. XV.

Moris eſt Dei, ſeruis inutilibus deſtructis, rem alijs committere.

O Quanta vigilantia opus eſt ſeruis Dei, ne occaſiones prouidentiæ diuinæ aliquid diſponentis prætermittant: id enim eſt Dei ingenium, quòd deſtructis inutilibus, ſtatim rem alijs diligentioribus committat. Quò ſpectans Mardochæus monebat Eſtherem ſuam in præſenti: *Ne putes, quòd animam tuam tantùm liberes, quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis: ſi enim nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi, & tu, & domus patris tui peribitis.* &c. Nemo impunè negligit obſequium præſtare Deo, & proximis, in rebus à Deo efficaciter præſtinitis. Nam, qui id neglexerit, non ſalutem, ſed perditionem ſibi acquiret, Deo rem alijs commendante, qui diligentiores exiſtant. Id probè norat Ioſephus ſic apud Egeſip. lib. 5. cap. 15. locutus: *Qui nos defendebat Deus, ad hoſtem migrauit, quoniam quem nos colebamus, Romani venerantur, nos offendimus:. Diuerſis populis Deus per vices dedit regna, & potentiam: primò Ægyptijs poſt Iudæos, Aſſyrijs quoque, & Perſis auxiliatorem fuiſſe nemo negat, poſteà conuerſum ad Romanos cum ijs perſeuerare.* &c. Itaque Deus ſeſe acerrimum Iudæorum defenſorem oſtendit, dum illi regnum Dei promouebant; vbi autem neglexerunt Deo in eius beneplacitis ſeruire, migrauit Deus ad hoſtes, migrauit ad Romanos, qui diligentiores miniſtri diuinæ prouidentiæ exiſtebant, deſtructis penitùs Iudæis. Id quod in omnibus mundi Monarchijs oſtenſum eſt: aſſumebat enim Deus nationem aliquam in regnum promouebat, donec iſta facta inutilis Deo, prorſus deſtruebatur, Deo in aliam concedente. Quod & in temporalibus, & ſpiritualibus ſimul oſtenditur: quippe & Apoc. 3. Epiſcopo Philadelphiæ dicitur: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Sunt enim certæ, & numeratæ, & deſignatæ à Deo coronæ, quæ certis, & deſignatis obſequiis reſpondent. Qui autem ab obſequio illo defecerit, Deus ad alium migrabit, & illum primum deſtruet. Ait Richard. Victor. lib. 1. in Apocalypſ. par. 2. cap. 10. *Tene, quod habes, fidem, ſcilicet, & bona opera, & in eis perſeuera, ne ſi non habueris perſeuerantiam, alius accipiat coronam tuam. Cùm enim ſit Deo certus ſuorum numerus, quando alius per culpam labitur, alius per miſericordiam ſubinducitur, vt in locum, vnde lapſi ſunt Dæmones.*

Egeſipp.

Apoc. 3.

Rich. Vict.

Dæmones, aſcendant homines, & in cultum diuinum, quem Iudæa reliquit, gentilitas introeat. Ecce tibi, vt negligentia, & culpa vnius in Dei obſequio, & ſibi perditionem trahit, & aliis coronas præſtet. Nunquam enim adlectiu alterius non eſt cum damno, & perditione primi locum, & occaſionem tenentis, & non correſpondentis. Quod etiam patet 1. Reg. 16. vbi ait Deus Samueli: *Vſquequò tu luges*
1. Reg. 16. *Saul, cùm ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael? imple cornu oleo, & veni: vt mittam te ad Iſai Bethlehemitum*, &c. Quid tunc? Iuit Samuel, & tandem inter filios Iſai inuenit puerum paruulum Dauidem, & vnxit eum. Tunc ait Textus: *Directus eſt Spiritus Domini ab illa die in Dauid: Spiritus autem Domini receſſit à Saül, & exagitabat eum Spiritus nequam.* Sic non potuit Dauid adlegi ad regnum, quin ſimul Saul exterminatori traderetur. Rem pulchrè ex-
Baſil. Sel. pendit D. Baſil. Sel. orat. 14. inquiens: *Spiritus autem gratiæ à Saüle tranſlata Spiritui nequam habitationem concedebat. Oportebat regno Dauidico enteſcente Saülicum extingui. Vt igitur Sol oriens noctem depellit, & obſequenter in noctis confinio radiorum lucem mundo impertit; ſic Dauide exoriente præcipitur. Saülis regnum vergebat ad occaſum. Deſertam igitur à gratia, Saülis animam, nactus Dæmon, proprium ſibi effecit domicilium.* Quid pulchrius in rem præſentem? Datum fuit Saüli regnum, vt inde ipſe Deum magis ſpectaret, eius maxime obſequio obſtrictus. Neglexit ille Dei decreta ſeruire: vnde factum eſt, vt Deus alium ſibi Regem prouideret, nimirum, Dauidem, ad quem, vbi vnctus eſt, migrauit gratia diuina. Ex quo autem gratia diuina ad Dauidem migrauit, cœpit deſeri Saul, & patere malorum incurſibus, exterminatori traditus, qui illum cum omni domo ſua fecit perire. Sic, qui loco negligentis aſſeguitur, dum promouetur, ſtatim negligens incipit deſeri, & patere hoſtibus, & in extremam perditionem ire.

§. XVI.

Amor in proximos, muniti ſſimum ſalutis præſidium.

Extremam perditionem obiicit Mardochæus Eſtheri, niſi populi ſui cauſam agat apud Regem. *Si enim*, ait, *nunc ſilueris, per aliam occaſionem liberabuntur Iudæi; & tu, & domus patris tui peribitis.* Nec mirum, quòd pereat, qui ſic negligit proximorum ſalutem, quando munitiſſimum ſalutis præſidium, in fraternæ charitatis virtute conſiſtit.
Apoc. 3. Angelo Philadelphiæ dicebat Dominus Apocal. 3. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei.* Et quæ victoria ſic valet confirmare hominem, vt inſtar columnæ firmiſſimæ ſit, quæ ægrè, & difficulter poſſit euelli à loco ſuo? Crediderim, hanc firmitatem venire in il-
Rupert. lum, qui ſtat pro ſalute proximi ſui. Ait Rupert ibi: *In iſto gradu vincere, eſt præcinctæ fraternæ dilectionis inextinguibili lampade oſtium apertum ſemper habere, & quidquid per iſtud oſtium intrauerit, ad aliorum ædificationem proferre, atque ab hoc dilectionis ſtudio pro nullis aduerſitatibus, aut obtrectationibus inuidentium deſiſtere.* Itaque, qui nulli cauſæ proximorum ſe negat; qui in omnibus charitatis fraternæ lampadem præmittit, qua nunquam deſiſtit à procuranda proximorum ſalute, is eam victoriam reportat, qua penè immobilis columna in domo Dei exiſtit. Non enim facile eſt reuocari à ſalute, & vita eum, qui proximorum ſtudet ſaluti, indeque nomen habet, quòd viuat. Quò trahenda ſunt dicta tom. 3. de Chriſto figur. lib. 7. cap. 5. § 11. & lib. 6. cap. 2. §. 6. & alibi paſſim.

§. XVII.

Occaſio felicitatis nunquam non debet valere, ad animum inclinandum, rapiendum. Vbi de Maria Deipara.

Vt Eſtheris animum inclinet Mardochæus ad ſalutem Iudæorum procurandam, meritò oſtendit illi totum illud munus in cauſa, ſeu occaſione fuiſſe, quòd ipſa ad regnum deuenerit. Ait enim: *Et quis nouit, vtrùm idcircò ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris?* Non erat incredibile; ſed maximè probabile, quòd calamitas Iudæorum, à qua debebant liberari, fuerit occaſio, imò & cauſa exaltationis Eſtheris ad regnum. Deus enim præuidens calamitatem, ſimul prouidit Eſtheri regnum, vt inde haberent Iudæi, quomodo poſſent liberari. Quid ergo deſpiceret Eſther hanc ſuæ exaltationis cauſam? Minimè: nunquam enim felicitatis occaſiones, & cauſæ, ſi videantur, non flectunt humanos, & ingenuos animos. Dicebat Paul. 1. ad Timoth. 1. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.* Aduentus Chriſti in mundum, in vterum 1. Timoth. 1.
Mariæ, cauſa, & occaſio peccatores fuerunt. Ex quo meritò cauit D. Anſelmus, quàm non debeant peccatores negligi à Maria, quorum cauſa illa in tantam peruenit gloriam, & felicitatem, vt Mater Dei fieret, & cæli Regina: ait enim lib. de excell. Mariæ, cap. 1. *Cùm recogito ſanctum Mariæ Filium, ob hoc, vt peccatis hominum mederetur, factum eſſe Filium eius, non nihil ſpei concipio, ſciens, videlicet illam magis propter peccatores, quàm propter iuſtos eſſe factam Dei Matrem. Si igitur ipſa propter peccatores facta eſt Dei Mater, quomodo immanitas peccatorum meorum cogere poterit deſperare veniam eorum, cùm tam ineffabile bonum ſit factum ex ea ob curationem eorum?* Plane nullus eſt, cui Maria non inclinetur ad peccatores, quando ij in cauſa fuerunt, quòd ipſa Dei Mater fieret, & in Reginam cælorum aſſumeretur. Quis peccator non experiatur in ſe pia Mariæ viſcera, quando ille in cauſa fuit, quòd Mariæ viſcera portarent Dei Filium? Dixit Iſaias cap. 45. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam ante faciem eius gentes, & dorſa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum, vt ſcias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Iſrael. Propter ſeruum meum Iacob, & Iſrael electum meum*, &c. Itaque præuiderat Dominus populum ſuum Iſraelem abhinc ducentis annis captiuum futurum apud Babylonios, propter quem liberandum etiam prouidit Regem Cyrum, qui poſt debellatos Reges imperium Babylonicum acciperet, & incolumitati Iſraelitarum proſpiceret. Quid tunc? Rex fuit factus Cyrus, & cognoſcens per prophetiam Iſaiæ, Iudæorum reſtitutionem in cauſa fuiſſe, vt ipſe à Deo in regnum eleuaretur, mirum in modum illorum ſaluti conſuluit: ait enim Ioſephus lib. 11. cap. 1. *Hæc Iſaias prædixit de regno Cyri centum quadraginta annis, quàm templum deuaſtatum eſt. Quibus lectis, Rex admirans Vatis diuinitatem, correptus eſt cupidine exequendi, quæ ſcripta legerat, conuocatiſque clarioribus*, &c. Vt ex Iſaia vidit ſibi regnum obiatum propter Iudæos reſtituendos; ſic ad illos iuuandos flexus eſt, vt cupidine corriperetur exequendi. Quis enim non maximè flectatur ad cauſam ſuæ promotionis in regnum?
Iſai. 45.
Ioſeph.

Eſth. cap. 15. Et mandauit ei, (*haud dubium, quin eſſet Mardochæus*,) vt ingrederetur ad Regem, & rogaret pro populo ſuo, & pro patria ſua. Memorare, inquit, dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea, quia Aman locutus eſt contra nos in mortem. Et tu inuoca Dominum, & loquere Regi pro nobis, & libera nos de morte.

§. XVIII.

Ex quo Maria cæleſti Regi adſtat in cælis, miſericordior facta eſt in homines.

Inſtabat Mardochæus non ſolùm, quòd Eſther precaretur pro populo, ſed, quòd ingrederetur ad Regem pro eo munere exercendo. *Et mandauit*, inquit, *ei, vt ingrederetur ad Regem, & rogaret pro populo ſuo, & pro patria ſua.* Poſſet Eſther pro populo ſuo loqui, abſque eo, quòd ingrederetur ad Regem, ſiue dans mandatum, ſiue litteras Regi, quibus poſtularet, quod vellet. Poſſet item immediatè cum ipſo Amano loqui, illúmque authoritate regia ad pietatem flectere. Et in his nullum diſcrimen erat, in ſolo ingreſſu ad Regem poterat periculum eſſe. Cur Mardochæus, relictis aliis mediis ſecurioribus, inſtat, vt

magis

magis Eſther intret ad Regem, & in Regis conſpectu de ſalute ſuorum agat? An credebat a regali vultu aliquid profecturum, quod Reginam magis in miſericordiam ſuorum accenderet? Planè id efficeret Regis vultus, ſi in ſua ſerenitate eſſet. Et ſaltem in Deipara factū eſt: ex quo enim intrauit ad Regem cæleſtē, vel longiſſimè ſtantes miſeros maximè attēdit. De cæleſtibus ciuibus loquutus Iſaias
Iſai.33. cap. 33. ait: *Regem in decore ſuo videbunt oculi eius, & cernent terram de longe.* Quæ verba etſi communiter aptantur Beatis; tamen de omnium Beatiſſima intelligit ea Richardus a Sancto Laurentio. Aſcendit equidem in cælum Maria, intrauit cæleſtem Regiam, & Regem in decore ſuo viderunt oculi eius. Cur non potiùs dixit: Et Deum vidit, ſed magis āmauit dicere: Et Regem vidit? Nonne beatitudo, & gloria conſiſtit in aperta Dei viſione? Cur ergo non magis expreſsit, quòd videret Deum, quàm quod videret Regem? Rationem indicant verba ſequentia, omnium, *cernent terram de longe*, per terram, homines intelligo deſpectos, conculcatos, in magna oppreſſione exiſtentes. Quos à longè exiſtentes, & maximè à Beatis diſſitos, vt benignè videat Maria, inde venit, quòd viderit Regem in decore ſuo. De Regis enim aſpectu in ſua ſerenitate, id maximè bibitur, vt vel a longe exiſtentes aſpiciat, & foueat oppreſſos. Hinc D. Amed. hom. 8. de laud.
Amed. Mariæ, ait: *Adſtat ergo Beatiſſima Maria ſingulari merito vultui Conditoris, prece potentiſſima ſemper interpellans pro nobis. Sancta animalia Ezechielis licet an...è, & retrò, intus, & foris, atque in circuitu plena ſunt oculis, laborés humanam, & dolores, extrema pericula, intritos exitus vitæ, & mala quoque humanæ generis, non æquè, vt Dei Genitrix, valent examinare, examinando cæleſti auxilio diluere, & propulſare. Quo enim ſublimius immenſi cor Regis aſpicit, eo profundius diuino gratiæ pietatis afflictorum miſeriis, & miſeris ſuccurrere nouit.* Expende ab illis: *Quo enim ſublimius immenſi cor Regis aſpicit,* &c. De immenſo corde Regis, & viſo, & penetrato hanc ebibit mentem, qua miſericordior in miſeros inueniatur. In ſomnio Nabuchodonoſoris viſa eſt illa arbor, de qua Dan.
Dan.4. c. 4. *Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cælum. aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea, ſubter ea habitabant animalia, & beſtiæ.* Sic arbor, quæ in ſomniis viſa eſt tangere cælos, ſeſe extendit vſque ad protegenda vel minima animalia. Quod non in ſomniis, ſed verè fit ab arbore vitæ, à virga Ieſſe Maria, ea quo cælos penetrans vultui ſummi Regis Dei adſtitit. Quippe de illa ait D. Amedeus hom. 8. de laudibus Mar. *Virga elegantiſſima orta de radice Ieſſe, ramorum ſuorum mirabili extenſione*
Amed. *ſeſe vbique terrarum expandit, vbi diſperſos filios Adæ ab æſtu, à turbine, & à pluuia vmbra deſiderabili protegeret, fructúque ſaluberrimo aleret. Sublimata namque ſuper omnia ligna Paradiſi, ipſos cælos inæſtimabili magnitudine penetrauit. O decus! ó gloria! ó magnificentia arboris huius, cuius fructu reſiciuntur, cuius paſtu immortali, caligenæ, atque terrigenæ ſit ingis epulatio, continua exultatio!* O arbor! ó virga! O Danielis arbor! ó Ieſſe virga, Maria! Illius arboris & magnitudo, & fructus, & folia ſomniata erant: & licèt eſſent ſomniata, tamen ex quo cælum videbatur arbor contingere, & repentes beſtias ſuſtentabat fructu, protegebat ramis. Virgæ autem Ieſſe gloria non ſomniata, ſed vera: non cælum contigit, ſed vniuerſos cælos penetrauit, nec deſtitit, quo vſque ad ſummi Regis dexteram ſolium occuparet. Quid tunc? Inde ramorum ſuorum mirabili extenſione ſeſe vbique terrarum expandit, vbi filios Adæ ſub vmbra ſua ab omni malo protegeret, & fructu ſaluberrimo aleret. Quid timetis, ó filij Adæ, ſub hac ſaluberrima arbore? In ea habetis paſtum, quo liberemini a malo famis: habetis protectionem, qua hoſtes rideatis: habetis lætitiam, quæ totas mœroris cauſas faciat a vobis exulare. Sic, ſic de Regis conſpectu Maria ad ſuos protegendos, iuuandos flectitur. Nequam ille ſeruus Matth. 18. debitorem ſuum ſuffocabat, & tandem illum in carcerem coniecit, in quo miſer debitor vinctus iacebat. *Videntes autem conſerui*
Matth 18. *eius, quæ fiebant, contriſtati ſunt valdè, & venerunt, & narrauerunt domino ſuo omnia, quæ facta fuerant.* Contriſtati conſerui in vinculis debitoris illius, de re agunt cum domino, vt liberent eum. Et quando omnes ſerui erant, cur ij adeò miſericordes extiterunt, vt pro incarcerato ſtarent? Adſtabant hi Regi, de illóque miſericordiam in alios habebant. Vt dicat Orig. hom. 7. in Matth. *Sunt*
Orig. *autem & conſerui, qui videntes, quæ facta ſunt à conſeruo immiſericorde, habentes, videlicet, miſericordiam ſimilem Regis, contriſtati ſunt, & volentes iuuare miſſum in carcerem enarrauerunt domino, quæ facta fuerant.* Expende illa: *Habentes miſericordiam ſimilem Regis.* De Regis enim conſpectu, & conuictu miſericordiam ebiberant, quam miſeris impertiri volebant.

§. XIX.

Quæ beneficia ex Deo habes, aliis præſtare teneris.

NOn otiosè Mardochæus reuocat in Eſtheris memoriam, primos eius in vitam greſſus, de quibus ad regnum venit: ſic enim dixit: *Memorare dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea,* &c. Iubetur enim Eſther memorare dierum humilitatis, & captiuitatis ſuæ, quam ſuſtinuerat ſub nutritio ſuo Mardochæo, & à qua per Deum exaltata eſt in regnum, vt quod ipſa accepit, & ipſa aliis præſtet. Vt ipſa a parentibus deſtituta in captiuitate maneos habuit ex Deo nutritium, & protectorem Mardochæum, cuius, & maximè Dei prouidentia in regnum venit: ſic ipſa miſeris captiuis Iudæis in mortem deſtinatis ſimilem protectionem præſtet, vt in vitam, & ſalutem eant. Nunquam enim beneficia á Deo accepta non repoſcunt ſimilia, quæ proximis præſtentur. Dicebat Cyrus 1. Eſdræ cap. 1. *Omnia regna terræ dedit mihi* 1.Eſdr.1.
Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa. Agnoſcit homo gentilis, ſe in imperium Orbis veniſſe per Deum, qui colebatur a Iudæis: & ait, quòd non ſolùm Deus illi dederit regnum, ſed & quòd iuſſerit reædificari templum Ieroſolymis. Quòd illi Deus dederit regna, habemus in Iſai. 45. quòd autem præceperit ei, & reſtitutionem Iudæorum, & ædificationem templi, nuſquam inuenio. Vnde ergo Cyrus percepit vel odorem præcepti diuini de reparatione templi, & Iudæorum reſtitutione? An ex eo quod nouerit ſe regnum accepiſſe a Deo, beneficium illud quaſi præceptum putat, vt ſimilia præſtet Iudæis? Non multum ab hoc abeſt Rupert. lib. 7 de Vict. cap. 23. & 24. fatus:
Igitur ob hoc, ait Cyrus, mihi omnia regna dedit Deus, vt ei populo ipſius gratiam rependam illis, reddendo illum libertati. Et certè ſeqaturus homo tam Iſaiæ audierat prophetiam ſuàmque etiamcoleas infantiam animaduertere poterat, quòd non caſu, ſed per diuinam prouidentiam euaſiſſet, vt ipſe regnaret. Recolens Rupert. Cyrus infantiam ſuam, vt infans recens natus fuerat ab auo morti deſtinatus, vt relictus in campo a feris, vt ibi inuenit agricolam, qui eum educauit, & de educatione agricolæ ad regnum venerit, manifeſtè cognouit, hæc non otioſe à Deo facta; ſed, vt ſimilia ipſe aliis deſtitutis præſtaret. Et quod ſibi a Deo factum nouit, id præceptum duxit, quo teneretur, eandem rependere ſeruis Dei gratiam. De ſeruo nequam, qui nolebat parcere debitori ſuo, locutus Matth. cap. 18. ait: *Tunc vocauit eum Dominus ſuus,* Matth.18.
& ait illi: Serue nequam, omne debitum remiſi tibi, quia rogaſti me. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus. Circa quæ mouet quæſtionem non leuem Paulus de Palacios, cur dominus ſic damnet ſeruum non remittentem debitum debitori ſuo? Quæ enim lex, aut quod præceptum obligat hominem, quòd remittat debitum debitori ſuo? Si ergo nulla lege, aut præcepto tenetur remittere debitum debitori, cur iſte damnatur: quia non remiſit? Solutionem oſtendunt illa verba: nimirum: *Serue nequam omne debitum remiſi tibi,* &c. Fuerat aliquando ille ſeruus debitor, & à Domino acceperat omnium remiſſionem; & quando alia defeciſſet lex, aut præceptum, hoc beneficium illi datum ſic hominem obſtringebat ad ſimile reddendum, quaſi præceptum eſſet, cuius contemptu eò deuenirer, vt derelictus à Deo in perditionem iret æternam. Ad hæc Euſeb. Emiſſen. ibi:
Ecce dimiſſum eſt tibi debitum; dimitte tu quoque debitoribus Euſeb.Emiſ.
tuis, ſicut & tibi dimiſſum eſt debitum tuum. Quod ſi facere nolueris expecta quod ſequitur. Et iratus dominus tradidit eum tortoribus. Quaſi præcepta habeantur beneficia accepta, vt ſimilia præſtentur; non quòd ſi non præſtentur, ſemper peccatum mortale ſit dignum æterna pœna; ſed, quòd afferant detentionem à Deo, quia in gehennam deueniant. Et quidem beneficia, quæ nos eripiunt de miſeria, hoc præcipuè exigunt, vt nos etiam alios eripere curemus.

curemus. Hinc debitor iſte Matth. 16. eò adductus eſt, vt *Matth. 16.* procidens rogaret veniam, & tunc Deus *miſertus ſerui illius, dimiſit eum.* Cur non ante preces, & genuflexionem dimiſit? *Chryſoſt.* Chryſoſt. hom. 61. in Matthæum. *Commotus miſericordia dimiſit eum, nec antequam ſupplicaret, vt calamitate ſua perductus facilis ad ignoſcendum conſeruo fieret.* Primò relictus eſt venire in agnitionem ſuæ calamitatis, & procurare eius remedium, & obtinere, vt inde ipſe miſerator fieret in alios conſeruos: ſemper enim a bono venit, ne quis in ſe ſtagnet beneficia accepta, ſed & aliis ea deferat. Hinc mulier illa extollens vocem beatificabat ventrem Mariæ Luc. 11. inquiens Ieſu: *Beatus venter, qui te portauit,* &c. Ad quæ ait Richard. à Sancto Laurent. lib. 2. *Rich. à S. Laur.* de laud. Mar. *Beatus, inquit, venter, qui te portauit; id eſt, qui ad nos te beatum portauit.* Quaſi inde extollat beatitudinem ventris virginalis, quòd non ſibi vni retinuerit acceptum filium, ſed eum nobis dederit ad ſalutem. Dicitur etiam Cant. 4. *Cant. 4.* Virgini Deiparæ: *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli,* &c. At Mariæ vberibus vnicus hæſerat hinnulus, nempe, Ieſus meus. Si ergo vnus ei erat hinnulus, cur dicuntur duo fuiſſe hinnuli? Veniebat hoc de ingenio Ieſu mei, qui vt à Mariæ vberibus lac ſugebat, ſic faciebat, vt genus humanum ſimul idem lac perciperet. Vt pulchrè dicat Richardus Victor. in Cant. p. 2. c. 23. *Rich. Vict.* *Carnalia mea, ô Virgo, Chriſtus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent. Sicut carnem noſtram in te ſumpſit, & Spiritum Sanctum ſuum nobis dedit. Cum materiale lac ex te Deus ſuxit, ſpirituale pariter filius Dei per te fluere cœpit.* Ecce tibi ingenium Ieſu, vbi puerulus acceſſit ad vbera matris, & lac eius guſtauit, ſimul homines accedere fecit, & eis idem miſericordiæ lac communicauit. Quod ingenium & Mater habebat, de qua pergit dicens idem Pater: *Ipſa prius repleta es, & ex te nobis deſcendit hæc abundantia. Vnde, quia lacte hoc inebriaris, & lac iſtud nobis fundis, & per mundum pietas tua currit, & miſeris occurrit, & ſubuenit.* Quod de cælo accipit Maria, ad homines remittit, vt foueat miſerens.

§. XX.

De Euchariſtia nutrimento in miſericordiam proximis exhibendam inclinemur.

VT populi ſui conſulat ſaluti Eſther nutrimenti ex Mardochæo accepti iubetur memorari illis verbis: *Memorare dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea,* &c. Quaſi nutrimentum de Mardochæi manu acceptum hoc iure repoſceret, quòd quæ illud accepiſſet, pro miſeri populi ſalute ſtaret. Quod vehementiùs crediderim à nutrimento Euchariſtiæ, quam in altari ſumimus, ex nobis flagitari. Quis enim cibi illius diuiniſſimi accepti recordetur, & non proximos in omnibus curet iuuare? Matth. 26. *Matth. 26.* *Cœnantibus autem illis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite. hoc eſt enim Corpus meum.* Itaque Chriſtus Dominus nobis ſuum Corpus edendum proponit; & cur tantùm Corpus voluit ab hominibus manducari? Vt nullus ſit, qui de Corpore Chriſti accepto, non eò tendat, vt totis viribus ſuis ſtet pro corpore eiuſdem Chriſti, nempe, proximis iuuandis. Eſt Corpus Chriſti verum, & reale: eſt etiam corpus Chriſti myſticum, nempe, homines etiam afflicti, egentes, & anguſtiati. Quis ergo de vero Corpore Chriſti ſumpto in cibum non abeat corpus Chriſti myſticum fouere, iuuare? Ad hæc dicebat D. Chryſoſtomus hom. 51. in Matthæum: *Qui dixit: Hoc eſt Corpus meum, & rem ſimul cum verbo confecit. idem dixit: Eſurientem me vidiſtis, & non cibaſtis, & in quantum non feciſtis vni eorum minimorum, nec mihi feciſtis. Hoc certè Corpus Chriſti, non amictu, ſed anima munda indiget; illud autem multa cura, & magna diligentia eget. Perdiſcamus igitur philoſophari,* &c. Et ſimul nobis Ieſus ſuum verum Corpus dedit edendum, & ſuum corpus myſticum commendauit curandum. Vt verum Corpus edendum ſuſcipiatur, magna animæ munditie opus eſt: vt autem corpus Chriſti myſticum ſuſcipiatur curandum, magna cura, diligentia multa eſt neceſſaria. Eſt enim hoc corpus myſticum ſæpè in anguſtia, & neceſſitate, cui conſulere debet, qui verum Chriſti Corpus edendum capit, niſi velit ire in maledictorum partem. Qui enim nobis hanc Corporis ſui menſam dedit, dicens: Comedite: hoc eſt Corpus meum, ſimul damnat eos, quos non videt ſuorum ſuccurrere neceſſitati. *Qui dixit: Hoc eſt Corpus meum. idem dixit: Eſurientem me vidiſtis, & non ſaturaſtis,* &c. Sic requirit curam, & ſollicitudinem egentium ab his, quibus Corpus ſuum edendum tradit. Vt diſcamus ab epulo Euchariſtiæ, pro egentibus proximis ſtare, eorúmque ſalutem negotiari. Matth. 2. dicebat de tribus illis cantatiſſimis Magis: *Matth. 2.* *Inuenerunt puerum cum Maria Matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Non dicuntur tetigiſſe, ſed ſolùm vidiſſe puerum, & de eius conſpectu ad munera offerenda ſtatim proceſſerunt. Nos non ſolùm videmus; ſed & tangimus, & ſumimus, & manducamus diuinum illum iuuenem: & quid non offeramus pro myſtico corpore eius? Aiebat D. Chryſoſt. orat. de Sancto Philogonio: *Chryſoſt.* *Magi quidem nihil aliud, quàm viderunt, & adorarunt: tibi vero, ſi cum pura conſcientia acceſſeris, permittemus, vt ſumas, & ſumpto domum abeas. Accede tu quoque munera offerens, non qualia deferebant illi; ſed multò religioſiora. Obtulerunt illi aurum: offer tu temperantiam. Obtulerunt illi thus: offer tu preces. Obtulerunt illi myrrham: offer tu modeſtiam, & cor ſubmiſſum cum eleemoſyna.* Quàm maiora nobis dantur, quàm Magis, ad maiora munera debemus feſtinare. Magis datus eſt puer Ieſus videndus, & adorandus; quo illi obtulerunt aurum, thus, & myrrham. Nobis datur Ieſus videndus, ſumendus, adorandus, manducandus; de tanto epulo ad maiora ſurgamus, vt preces fundamus pro afflictis proximis, vt miſeris condoleamus, eóſque eleemoſynis foueamus. Eò enim hac cæleſti menſa nutrimur, vt vel hoſtium ſaluti quærendæ incumbamus. Matth. 26. *Matth. 26.* dixit Ieſus: *Amen dico vobis, quia vnus veſtrùm me traditurus eſt. Et contriſtati valdè, cœperunt ſinguli dicere, Numquid ego ſum, Domine? At ipſe reſpondens ait: Qui intingit mecum manum in parapſide, hic me tradet: : : Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: hoc eſt Corpus meum.* Itaque his patet, quàm erant diſcipuli ſolliciti pro traditore cognoſcendo, fortè vt illi facinus exprobrarent, vt mauult Toletus in cap. 13. *Tolet.* Ioannis. Inſuper & patet, vt monſtrante Ieſu, ſignis & verbis traditorem cognouerint, vt cum multis Patribus aſſerit Maldonatus in præſenti. *Maldon.* Verùm illud notandum, quòd cùm ardentiſſimi illi amatores Ieſu traditorem noſcerent, nec vllum illi verbum fecerunt, nec aſperè tractarunt, nec de facinore obiurgarunt. Illi ipſi, qui paulò antè videntes effuſionem vnguenti à Magdalena peractam ſuper caput Ieſu, mulierem momorderunt; nunc videntes, & noſcentes traditorem, nihil illi loquuntur aſpere. Et cur non magis traditorem mordent? Cur non in illum inſurgunt? Ait Matthæus ſtatim: *Cœnantibus illis accepit Ieſus panem: : & ait: Accipite, & comedite: hoc eſt enim Corpus meum.* *Matth. 26.* Simul & traditorem nouerunt, & Corpus dominicum manducarunt, de cuius eſu didicerunt non aſperos eſſe in hoſtes, ſed vel infenſiſſimos ſibi benignè tractare. Imò crediderim illos tunc pro traditore intimo pectore oraſſe, vt illum Deus in bonam frugem reuocaret. *Iuſtin.* Quippe ait D. Iuſtinus Mart. in Apol. 2. pro Chriſtianis: *Nunc poſt aduentum Chriſti, menſæ eiuſdem participes, etiam pro inimicis precantes, & immeritò infenſis perſuadere conantes, vt iuxta Chriſti honeſta præcepta viuendo ſpem promiſſorum accipiendorum ab vniuerſorum Domino æquè, ac nos accipiant.* Hoc de menſa Dominica habemus, vt ſic proximis conſulamus, vt vel pro inimicis, & hoſtibus infenſiſſimis ſtemus coram Deo, ne in perditionem abeant; ſed magis nobiſcum æterna ſalute fruantur.

Eſther. 4. Ruτsúſque Eſther hæc Mardochæo verba mandauit: Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Suſan reperetis, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo: & tunc ingrediar ad Regem contra legem faciens, non vocata, tradénſque me morti, & periculo. Iuit itaque

que Mardochæus, & fecit omnia, quæ ei Eſther præceperat.

§. XXI.

Nihil ſibi minùs faciendum putet Princeps coram Deo, quam ſeruus, quàm plebeius.

NOtandum maximè, quod monebat potentiſſima Regina, nimirum: *Congrega omnes Iudæos, quos in Suſan reperera, & orate pro me. Non comedatis, nec bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo*, &c. Etſi Regina erat potentiſſima, vbi coram Deo adeſſe feſtinat, & cum Deo agit, nihil minùs à ſeruis, & plebeiis faciendum putat, ſed quaſi vnus illorum ſeſe diuinæ ſiſtit maieſtati. Non aliter Rex ille Niniuita Ionæ cap. 3. *Et peruenit verbum ad Regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis & Principum eius. Homines, & iumenta, & pecora non guſtent quicquam*. &c. Ecce tibi vt cum ſeruis, & plebeiis, imò & ancillis ipſis Rex potentiſſimus, & Principes eius, & ſacco induuntur, & in puluere ſedent. Cur non magis abiectiones illæ, & luctus mandantur ſolis popularibus, vel ſaltem Sacerdotibus? Cur Rex ſuam dignitatem dedecorat abiectis veſtibus, ieiuniis, & ſimilibus? Nónne indecora eſt Regi ieiuna menſa, veſtis cilicina? At negotium erat Regi cum Deo, in cuius conſpectu ſapienter nihil minùs à ſeruis, & plebeiis ſibi faciendum duxit. Ait D. Baſil. orat. 4. de Pœnit. *Rex ipſe ſplendorem, & gloriam in pædorem commutabat, deponebat coronam, & puluere caput conſpergebat ſuum, purpurâque abiecta ſaccum induebat, ſtrepitis, & regiis relictis delectis cum populo lacrymas profundebat, tanquam vnus è multis erat, dum communem omnium dominum iratum ſibi eſſe cernebat.* Expende illa: *Tanquam vnus è multis erat.* vbi enim cum Deo rem agebat, minimè ſe a ſeruis, & plebeiis diſcriminabat, nec habitu, nec menſa, nec veſtitu, nec comitatu ab abiectis, & humiliatis ſeruis diſtinguebatur. O lucroſiſſima Regis cum Deo negotiatio. Crede mihi, ille Princeps ſapientiſſimus eſt, & Deo maximè placet, qui ſcit coram Deo deponere regios faſtus, dignitatem obliuiſci, & velut vnus multorum ſe gerere. Deſpectus quondam Dauid à Michole vxore ſua, quòd regales depoſuerit veſtes, & quaſi vnus è multis ſaltarit ante Arcam, reſpondit ſapientiſſimus Rex 2. Reg. 6. *Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me: Ludam, & vilior fiam, plusquàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo.* Mirabar, quòd glorioſiſſimus Rex ſic velit numerari vel inter viliſſimos. Et cur ſic amat Dauid vileſcere, & non magis conſulit dignitati ſuæ? Ipſe oſtendit dicens: *Ludam ante Dominum.* Cùm ſe coram Deo ſiſtit, ſe Regem eſſe obliuiſcitur. Nullam abiectionem detrectat pientiſſimus Rex, cùm ad Deum accedit, nec credit minùs ſibi faciendum propter Deum, quàm quod faciunt vel abiectiſſimi ſerui. Ambr. in Apol. 1. c. 6. *Coram domino nudabor adhuc, & ero nugax ante oculos tuos, inquit, vt honorificetur Dominus, qui me pro patre tuo adſciuit in regnum. Doctus contuitum regalis poteſtatis non habendum, vbi religioni exhibetur obſequium.* Felices Principes, qui ſciunt & regias delicias, & faſtus deponere; & ſe vel ad ſeruulorũ formam componere, vbi negotium eſt illis cum Deo.

Ion. 3.

Baſil.

2. Reg. 6.

Ambroſ.

§. XXII.

Falleris, ſi aliis te prodeſſe putas abſque vllo tuo diſpendio.

VBI Eſther populi ſui cauſam agere decernit, non paruis ſe periculis deuouet: ait enim: *Ego ſimiliter ieiunabo, & tunc ingrediar ad Regem contra legem faciens, non vocata, tradénſque me morti, & periculo.* Non enim aliter prodeſſe poſſet populo, niſi pro illo tot periculis, tot diſpendiis propriis ſe deuoueret. Quis ſine diſpendio proprio aliorum ſalutis author extitit? Inter hoſtiles phalanges ſecuriſſimus Ieſus meus agebat, donec ipſe ait Luc. 22. *Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Comprehendentes autem eum*, &c. Deſignata à Ieſu hora, & oſtenſa tenebrarum poteſtate, ſtatim eum hoſtes comprehendunt, multóſque illi dolores inferre cœperunt. An, quia in illa hora non poterat ipſe ſe ab illis, ſicut anteà, tueri? Abſit: nulla enim erat fatalis hora Ieſu, qua non poſſit vel inter hoſtes ſecuriſſimus eſſe, ſed vt pro hominum ſalute comparãda venerat, ſic ſine proprio diſpendio illam acquirere nolebat. Vt dicat D. Leo ſer. 8. de Paſſ. *Si vellet Ieſus obniti, nihil quidem in iniuriam eius impia manus poſſent. ſed mundi redemptio differretur, & nullum ſaluaret illæſus, qui pro omnium ſalute erat moriturus.* Expende illa: *Nullum ſaluaret illæſus.* Nullus quippe ſaluatur ab eo, qui aliquid pro illo pati detrectat. Ita eſt enim ſalus hominis diſpoſita à Deo, vt minimè comparari poſſit, niſi diſpendiis eius, qui amat ſtare pro ea. Viſus eſt aliquando Ieſus in gloria in Thabor, cui ſtatim dixit Petrus Matth. 17. *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Vbi addidit Luc. cap. 9. *Neſciens, quid diceret.* Quare Petrus ignorantiæ, inſcitiæque damnatur illis verbis? Et cur adeò inſcius Petrus habetur? Nónne bonum erat, quòd Chriſtus eſſet in gloria? Erat equidem bonum in ſe: at non erat bonum ſaluti humani generis, quam nullus compararet illæſus. Debet enim, qui pro hominibus ſtat, multis ſe incommodis, & diſcriminibus deuouere. Orig. hom. 3. in Matth. *Quod videbatur bonum Petro, non fecit Ieſus; ſed deſcendit de monte ad eos, qui non poterant aſcendere ſuper eum, & videre transfigurationem Filij Dei, vt vel qualem capere eum poterant, talem viderent. Iuſti ergo eſt, & charitatem habentis, & non quærentis, quæ ſua ſunt, vt cùm ab omnibus quidem ſit liber, omnium tamen ſe faciat ſeruum, eorum maximè, quorum vita deorſum eſt, vt plures lucrifaciat.* Qui tantæ charitatis eſt, vt velit proximorum ſaluti prodeſſe, huc oculos conuertat, & credat, ſine propriis incommodis, & diſpendiis minimè poſſe aliorum ſalutem obtinere. Vel libertati propriæ, vel commodis parcat, neceſſum eſt, qui pro aliis ſaluandis ſtare velit.

Luc. 22.

Leo.

Matth. 17.

Luc. 9.

Origen.

§. XXIII.

Sola illa ſtatuta, & leges, quæ conducunt in ſalutem, ſunt æſtimanda, & obſeruanda.

AVdei bona Eſther, & dicit: *Ingrediar ad Regem contra legem faciens.* Et mirabar, quod ſic fateatur ſancta fœmina ſe contra legem Perſarum facturam. De Maria autem Deipara illud extollunt Sancti Patres, quòd Cæſaris edicto obediens venerit Bethlehem, vbi contigit ei feliciſſimus Dei Filij partus. Et quando Maria ſic Cæſarum legibus, & edictis obediens fuit; cur Eſther gaudet contra legem Perſarum facere? Cur non magis procurat legis diſpenſationem? Cur relicta lege in ſuo vigore contra illam audet? Seruanda ſunt, & æſtimanda ſunt etiam ethnicorum Principum ſtatuta, ſed quæ non ad corruptelam, ſed ad ſalutem faciant. Ait D. Syneſ. lib. de Reg. ad Arcadium: *Neque ego patria inſtituta Romanorum Imperatori cenſeo eſſe infringenda; verùm ea patria inſtituta exiſtimes, non quæ heri, aut nudiuſtertius in laxam, ac deliciis deprauatam Rempublicam irrepſerunt; ſed, quæ, cùm ſeruarent, imperium ſibi compararunt.* Equidem, quæ inſtituta, & leges, & imperium crearunt, & adoleſcere fecerunt, & incolumitatem halant, hæc ſeruanda ſunt, & maximè æſtimanda, nõ quæ ad corruptelam faciunt. Deipara ſeruauit Romanorum edictum, quod erat pro pace Orbis terrarum: Eſther contempſit legem Perſarum, quæ ſaluti ingenuis populi occludebat aditum. Fuit etiam Darij ſtatutum, & edictum, ne quis ſubditorum triginta dierum ſpatio rogaret Deum. Quid tunc? Ait Daniel cap. 6. *Quod cùm Daniel compeeriſſet, id eſt, conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua.* &c. Circa quæ ait Theodoretus: *Cum didiciſſet Daniel poſitam legem, vehementer eam contemnens apertè contraria facere perſeuerabat. Nec enim clàm peccabat; ſed palam, omnibúſque inſpectantibus, ab ambitionis ſtudio, ſed impiam legem contemnens.* Sic Daniel affectauit facere contra legem, quæ ſaluti æternæ aduerſaria erat. Semper enim in ſtatutis humanis debet illud præualere, quod maximè ſaluti conuenit. Ioan. c. 7. dicit: *Moyſes dedit vobis circumciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex Patribus. Et in Sabbatho circumciditis hominem.* Ecce tibi duo ſtatuta: alterum ſtatutum erat circumciſionis, quæ octauo die à natiuitate infantis debebat fieri, alterum erat religionis Sabbathi, quæ omne officium ſeruile ab illo die arcebat. Sæpè autem hæc duo ſtatuta conueniebant

Syneſ.

Daniel. 6.

Theodoret.

Ioan. 7.

in

in memoriam, quando Sabbathum erat dies octauus alicuius pueri. Quid tunc? Circuncisio ob neceſſariam curationem aliqua ſecuſſa afferebat, à quibus cauebat religio Sabbathi, & nihilominus totum circuncisionis negotium fiebat Sabbatho. Et cur circuncisio præferebatur otio Sabbathi? Quia in circuncisionis opere maximè ſalus ſpectabatur, quæ attendi ſolet in ſtatutis humanis. Ait D.Aug. tract. 30 in Ioan. *Si octauus dies illius, qui natus eſt, occurrerit ad diem, primum, quod facietis? Vacabitis, vt ſeruetis Sabbathum, aut circumcidetis, vt impleatis ſacramentum diei octaui? Sed noui, inquit, quid faciatis: circumcidetis hominem. Quare? Quia circumciſio pertinet ad aliquod ſignaculum ſalutis, & non debent homines Sabbatho vacare à ſalute.* Ex ſalutis ſcopo æſtimantur, & præferuntur ſtatuta humana. Ioan. 20 *Maria ſtabat ad monumentum foris plorans.* Et cur plorat? Quia dum curauit legem ſeruare de Paſchate celebrando, Ieſum amiſit. Sic apud Orig. hom. vlt. de diuer. *Proh dolor! ego volui ſeruare legem, & dimiſi Dominum legis. Legi obediui, & eum, cui lex obediat, non cuſtodiui, quamuis eum Chriſtum venire non fuiſſet legem ſoluere, ſed adimplere.* Sic quæritur de lege cuſtodita, vbi relicta fuit maior alia cauſa ſalutis. August.

CAPVT X.

Oratio Mardochæi.

Textvs Historia.

NOn ſegnis Mardochæus fuit circa illa, quæ mandarat Eſther de congregando populo, de ieiunio trium dierum indicendo. Quin & ipſe, & religioſis, & humilitatis plenas fundit preces. Has ab omnipotentiæ diuinæ confeſſione orditur; deinde ſinceri animi cordis teſtem adducit illum, qui nunquam falli poteſt, diuinitatis oculum. Nouit ille, quam ab omni ſuperbia, & faſtu alienus fuerit eius animus, cùm honoris ſigna negauerit Amano: verebatur enim, ne crederetur hominem in honore illo æquare vero Deo, vt moris erat apud illas gentes. Qui prudentiſſimi hominis metus ſi abeſſet, non ſolùm honorem Amano tribuiſſet, ſed & pedibus eius ſeſe aduoluerat, & puluerem ab illo preſſum oſcularetur, ne quid mali Dei populum premeret. Quibus præmiſſis Mardochæus, & Abrahami nomen gratum Deo profert, & priſtina beneficia in Ægypto à Deo accepta meminit, vt inde trahat Deum in fauorem eius populi, cui vel ab auis, & atauis ſolitus eſt fauere.

MORALIA CIRCA TEXTVS Literam.

VIdeo Mardochæum ad orationem confugere, & etiam noto arma, quibus ſe viri ſancti muniunt, vt omnia poſſint ſuperare aduerſa.

Eſther. 13. Mardochæus autem deprecatus eſt Dominum, memor omnium operum eius, & dixit: Domine, Domine Rex omnipotens: in ditione enim tua cuncta ſunt poſita; & non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſraël. Tu feciſti cælum, & terram, & quidquid cæli ambitu continetur. Dominus omnium es; nec eſt, qui reſiſtat maieſtati tuæ.

§. I.

Veterum Patrum, & maiorum noſtrorum probatis veſtigiis hærendum.

AVdiuit Mardochæus edictum de populo Hebræorum perdendo. Et quid tunc? Ait Textus: *Mardochæus autem deprecatus eſt Dominum, memor omnium operum eius.* Non ad arma confugit; non de reſiſtendo egit, nec tractauit cum ſuis, vt ſe defenderent armis, vi, quod facilè poſſent, cùm penè innumeri captiui eſſent: ſed maluit confugere ad orationem. Et cur non armis, & iuſtæ defenſioni tãtum diſcrimen credidit, ſed orationi? Ait Text. *Memor omnium operum Dei.* Quippe præ oculis habuit, quæ dederat Dominus primorum parentum, & populi fundatorum orationibus. Vt illi ſine armis, oratione tantùm victorias reportauerant de hoſtibus: & prudentiſſimè Maiorum curauit veſtigiis inſiſtere potiùs, quàm confugere ad noua. Ex quo acriter pungebat Ioſephus Iudæos ſuos armis præliantes aduerſus Romanos. Ait enim apud Egeſippum lib. 5 cap. 16. *Temerarij, & veſtrorum immemores auxiliorum, ſcuta, & gladios paraſtis, & hoc aduerſus Romanos. Non talibus armis vincere ſolebatis. Quando in haſta, & gladio fuit Hebræorum victoria? Recordamini, vnde orti, & à quibus ſitis profecti, quomodo patres veſtri hoſtes ſuos vicerint.* Et pergit oſtendens, vt maiores omnes oratione proſtrauerint hoſtes. Quibus illa expendenda ſunt. *Recordamini, vnde orti, & à quibus eſtis profecti,* &c. Nulli noſtrûm non debent eſſe præ oculis Maiores illi, & primi Patres, à quibus cum ſplendore habemus ortum: & vt illi ſe geſſerunt in bonum; ita nos geramus: quas illi probatas habuerunt honoris, & ſplendoris vias, eiſdem inſiſtamus: nunquam enim non magnum, & auſpicatum eſt nobis, ſi inſiſtimus probatis veſtigiis veterum Maiorum noſtrorum. Temerarium eſt, & ſtultum aliter velle ad gloriam currere, quàm cucurrerunt noſtri Maiores. Illi in arena præliantes, in laboribus multis, & curis obtinuerunt totum familiæ ſuæ ſplendorem, & ſubſidium: cur temerè in deſidia, in otio, in ſomno, & ludis ſperes eadem obtinere? Crede mihi, ille ſolus magnam ſui præbet æſtimationem, qui in primis probatorum ſuorum Maiorum veſtigiis hæret. De omnibus Chriſti progenitoribus, qui fuerunt poſt diluuium vſque ad Abraham, nullum celebriorem in mundo inuenio, quam Heber, quem meminit D.Luc. c. 3. dicens: *Qui fuit Heber, qui fuit Sale.* Hic autem Heber adeò celebris fuit, vt ex illo credantur Iſraelitæ dicti Hebræi. Et vnde Heber ad tãtam venit gloriam, quòd nomen dederit populo, ex quo oriturus erat Dominus? Ait Cat. Græc. in Luc. ex D.Epip. *Sale genuit Heber inſignem pietate, ac religione virum, à quo & linguam Hebræam nomen accepiſſe tradunt: ipſe enim ſolus poſt linguarũ confuſionem, in primo illo, & antiquo idiomate permanebat.* Factus eſt Heber inſignis pietate, & religione, vt qui in ſe retinuit primum illud, & antiquum linguæ idioma, quo locuti fuerant ſancti illi primi Fundatores Orbis. Vtinam & nos glorioſiorum Maiorum retineremus idioma: fallar, niſi eorundem haberemus gloriam. Saul videns ſibi Dauidem peperciſſe in ſpelunca, 1. Regum, 24. dicebat: *Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc, pro eo, quòd hodie operatus es in me. Et nunc, quia ſcio, quòd certiſſimè regnaturus es,* &c. Quæ verba ſic proponit Ioſeph. lib. 6. cap. 14 *Et nunc quoque declaraſti te à priſcorum æquitate non degenerem, qui inimicos in ſolitudine ad iniuriam expoſitos nacti, incolumes dimittere maluerunt. Itaque hodie manifeſtò teneo regnum tibi à Deo repoſitum,* &c. Erat hæc virtus priſcis Patribus, quòd inimicis parcebant; quòd hoſtes iniuriæ expoſitos nacti, eos illæſos relinquebant, ex quo & ingentes glorias, & regios ſplendores ſibi acquiſiuêre. Dum autem Dauid hanc virtutem inuenitur retinere, meritò & ei ſperatur obuentura gloria, & regnum. Quid non habeat, qui ſic conſtringitur ad præcedentium Patrum normam? Iſai. c. 33. *Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum, ſublimitas eius.* De iuſto dicit, quod in excelſis habitabit, & quòd munimenta ſaxorum erunt eius ſublimitas. Et quorum ſaxorum? Dixerat ipſe cap. 51. *Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis: Attendite ad Abraham, patrem veſtrum,* &c. Itaque petras vocat antiquos Patres, in quorum æmulatione tota firmitas, & ſublimitas noſtra eſt. D.Greg. 31. Mor. c. 10. *Munimenta ſaxorum, ſublimitas noſtra eſt, cum fortium Patrum præcepta, & exempla reſpicimus, atque ab infima cogitatione ſeparamur.* Sic ibi: quaſi in eo ſublimitas

Marginal notes (right column): Egeſip. — Luc 3. — Cat. Græc. — 1. Reg. 24. — Ioſeph. — Iſaiæ 33. — Iſaiæ 51. — Gregor.

Fortunat. mitas vitæ monſtratur, quod ad veterum Patrum normam conformemur. Vt Fortunatus dicat de Chariberto, Rege Franciæ:

Charibertum adeſt, qui publica iura gubernans
Tempore præſentis gaudia priſca refert.

§ II.

Non tam domini, quàm patris inuocatio ſecurum reddit hominem.

AD inuocationem Domini confugit Mardochæus dicens: *Domine, Domine Rex omnipotens*, &c. De Chriſtianis autem dicit Paulus ad Rom. cap. 8. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater*. hoc eſt, Pater, Pater: Abba enim patrem ſignificat. Et quando ſanctiſſimi illi viri iam antiquitùs clamabant: Domine, Domine, cur factum eſt, vt Chriſtiani magis clamarent dicentes, Pater, Pater? Inuocatio Domini, Domini, inuenitur Matth. 25. aliquando irrita, vt Matth. 25. cùm dicebant fatuæ virgines: *Domine, Domine, aperi nobis*. reſponſum eſt illis: *Neſcio vos*. at, qui Patrem Deum inuocet, ad tantùmque Patrem confugiat, & irritus maneat, non memini me legiſſe. Imò Dominus, vt noſtras preces certiores faceret, dicebat Matth. 6. Matth. 6. *Sic ergo vos orabitis: Pater noſter, qui es in cœlis*, &c. Nihil prius in oratione facienda commendatur, quàm inuocatio Patris, de qua iam oſtenditur homo multa conſecutus bona. Vt dicat Chryſoſt. hom. 20. in Matth. Chryſoſt. *Patrem quippe dicendo, & veniam peccatorum, & pœnarum interitum, & iuſtificationem, & ſanctificationem, & liberationem, & filiorum adoptionem, & hæreditatem Dei, & fraternitatem cum vnigenito copulatam, & Sancti Spiritus dona largiſſima, vno ſermone ſignauit. Impoſſibile eſt enim Deum patrem vocare ab eo, qui non omnia hæc bona fuerit conſecutus.* Et quid non conſequatur boni permanentis, qui ſub tanti Patris inuocatione negotiatur? Crede mihi, Chriſtiane: ſi ad hunc Patrem confugis, ſi hunc Patrem inuocas, omnia in tuto habes. Memini Abſalonem à bello fugientem, & quercus brachiis comprehenſum pendentem interfectum à Ioabo, 2. Reg. 8. 2. Reg. 8. *Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalom, cùmque adhuc palpitaret, hærens in quercu*, &c? Proh dolor! Vnde tanta calamitas Abſalomo accidit? Erat miſer longè factus a patre, ad quem confugiens, ſi peruenisset, nihil non obtineret ſalutare. Egeſippus lib. 1. c. 44. Egeſipp. *Abſalom fugientem arboris ſuæ ramis iratus ſuſpendit, ne ad patrem perueniret, ad quem ſi perueniſſet, euaſerat*. In hoc tota fuit Abſalonis calamitas, quòd non peruenit ad patrem, ad quem ſi perueniſſet, euaſerat. Quid enim ſalutare non habemus ex patre? Vtinam verè poſſis dicere Deum patrem, & omnia tibi ſalutaria habes.

§. III.

De Mariæ patrocinio nihil magnum non habebimus ex Deo.

NOn ſemel, ſed bis inuocat Mardochæus Dominum, fatus: *Domine, Domine Rex*, &c. Forſan in Deo diſtinctionem notabat perſonarum, Patremque, & Filium deſignabat. Felices nos, qui & Dominum, & Dominam, & & Patrem, & Matrem poſſumus inuocare: de Matris enim Dei Mariæ patrocinio nihil non magnum ex Deo poſſumus impetrare. Aiebat enim Iſaias c. 8. Iſaia 8. *Antequàm ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci*, &c. Ex quo ſapienter admodum argumentatur Rup. lib. 6. in Iſaiam, c. 35. fatus: *Multùm ergo accelerabit, multum feſtinabit, qui antequàm naſcatur de matre; antequam patrem hinc, & matrem hinc debeat habere, auferat fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ, Regem quoque Aſſyriorum percutiendo de exercitu eius octoginta quinque millia in vna nocte. Planè aliud maius faciet, cùm patrem, & matrem inuocare ſciet, id eſt, cùm is, qui ante tempora ſæcularia de patre natus eſt ſub tempore de matre natus fuerit. Tunc enim ſpirituales hoſtes, id eſt, Diabolum, & omnes tactos eius ſuperabit.* Rupert. Et quidem ex quo Pater, & Mater Ieſu cœperunt inuocari, nulla non vincitur fortitudo contraria, totum, quantum eſt, regnum peccati ſuperatur. Primo viro creato, necdum creata muliere, dicebat Dominus Geneſ. 3. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*. Geneſ. 3. Iam tunc melius quid cogitabat Deus hominibus? Et quid melius cogitabat? Nimirum, vt non haberemus ſolum patrem; ſed & matrem: non haberemus ſolum Ieſum, licèt eſſet ſufficientiſſimus, ſed haberemus etiam Mariam. Ait Richard. à Sancto Laurent. lib. 2. de laudib. Mariæ, cauſa 34. Rich. à S. Laur. *Sufficere quidem poterat Chriſtus, quia ſufficientia noſtra ex eo eſt: ſed non erat bonum hominem eſſe ſolum, congruum magis erat, vt reparationi noſtræ neuter ſexus deeſſet, quorum corruptioni neuter defuerat. Ideò dicitur Eccleſiaſt. 33. Duo contra duo, & vnum contra vnum.* Ecce tibi, vt Ieſus, & Maria ponuntur, quorum inuocatione nulla non cadit aduerſaria fortitudo.

§. IV.

Oratio nos in id auxilium deducit, cui nulla anguſtia, nulla potentia poteſt reſiſtere.

POterat Mardochæus & ſimul orare, & ſimul agere cum ſuis de armis ſumendis aduersùs authorem tam nefarij edicti. Tractatio enim armorum ſumendorum non illis deteriorem conditionem faceret, quàm habebant; & fortè melior inde ſpes affulgeret, vel ſi cadendum eſſet, caderent in prælio, vt ſtrenui bellatores, & non vt miſeri captiui. Cur ergo Mardochæum nulla armorum memoria ſubit, ſed tantùm erat in oratione fixus? Planè in oratione ſola videbat auxilium, cui nulla poſſet potentia reſiſtere. Vt enim ſe ad preces recepit, ſtatim ait: *Domine, Domine, non eſt, qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati*. & poſt pauca iterum: *Nec eſt, qui reſiſtat tuæ maieſtati*. Ne miremur, quòd relictis armis, quibus ſæpè reſiſtitur, ad orationem confugiat, quæ illum ad auxilium deducit, cui nullæ anguſtiæ, nulla potentia reſiſtit. Phalanx erat Chriſtianorum militum in exercitu Licinij, qui circumſeptus ingenti barbarorum hoſtium manu adeò ſui laborabat, vt omnibus pereundum eſſet. Quid tunc Chriſtiani milites? Ait D. Nicæn. orat. in Quadrag. Martyr. Nicæn. *Tunc præclari illi, atque egregij, amiſſo armorum præſidio, auxilium, cui refiſti non poſſet, auxilium in rebus animaduerterunt. Atque coniuncta voce precibus petentes, vt ex deſperatis rebus, in quas inciderant, eriperentur. Atque illi quidem precabantur, preces verò extemplò in opus conuertebantur. Cùm enim adhuc ipſi in oratione perſeuerarent, flatu violento, nubes aliunde coacta ſublimis in aere ſuper hoſtium imminebat. deinde fragoribus ingentibus ſuperintonans, & fulgurum in ſubiectos incendia immittens, aquam fluminibus abundantiorem præcipitabat adeò, vt aduerſarios quidem tunc continentia fulmina, tunc continuationes imbrium vis extremi exitij cauſa exſiſteret: his verò, qui precum aciem oppoſuerant, ad vtraque ſufficeret, tam ad vincendos hoſtes, quàm ad ſitis leuamen.* Armati erant hi milites, ſed in rebus deſperatis abiiciunt arma, rati quærendum illud auxilium, cui nihil reſiſtere poſſit, nimirum, auxilium ex Deo, quod oratio parat. Vt autem precum aciem opponunt, ſtatim triumphus adeſt. Gen. 12. vbi Abraham, cum Geneſ. 12. formoſiſſima vxore ſua ingreſſus eſt Ægyptum, ſublata eſt ei vxor ſua, & ad Regem delata: ait enim Textus: *Sublata eſt mulier in domum Pharaonis. Abram verò benè vſi ſunt propter illam. Fuerúntque ei oues, & boues, & aſini, & ſerui, & famulæ, & aſinæ, & cameli. Flagellauit autē Dominus Pharaonem*, &c. In hoc Saræ dilectiſſimæ Abrahami coniugis raptu valdè miror lentitudinem Abrahami: nō enim iraſcitur in raptores, nec ad arma confugit, quibus coniugem poſſet recuperare. Præcipuè cùm paulò pòſt Gen. 14. vbi nouit conſobrinū ſuum Lot captum à quinque Regibus, non expauit quinque Regum potentiam, ſed numeratis trecentis famulis aciem parat, qua Reges perſequitur, & Geneſ. 14. expugnat: *Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Lot, fratrem ſuum*, &c. Cur ſimiliter in raptu Saræ non confugit ad arma, vt vel occiſo Rege vxorem recuperaret? Maius erat diſcrimen Saræ, & quod auxilium efficacius requireret, & ideò Abrahamus abiecit arma, & ad preces recurrit, quæ ſolæ homini monſtrabant auxilium, cui nullæ anguſtiæ, nulla potentia reſiſtit. Pulchre id ponderat Egeſipp. lib. 5. cap. 16. *Cùm abducta coniugis captiuam videret pudicitiam Abrahamus, bello tamen abſtinuit, aſſumpſit pro oratione arma, defenſorē adhibuit, qui diuinitùs & vinceret, & expugnato hoſte intaminatam ſibi coniugem repræſentaret. Redit Sara ſine armis, referens viro triumphalem victoriam. Dormiebat Abraham, & torquebatur Pharao.* Egeſipp. Quid pulchrius? Vbi auxilium requirendū erat, cui nulla poſſet potentia, nec anguſtia reſiſtere; arma abiecit, & ad orationem recurrit, de cuius ope

venit

venit tale auxilium. Sic Ezechias in arcto poſitus à Sennacheribo, Iſaiæ cap. 37. *Sciſsit veſtimenta ſua, & ſacco obuolutus eſt, & intrauit in domum Domini: Et orauit Ezechias ad Dominum :: Egreſſus eſt autem Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum*, &c. Circa quæ Egeſippus vbi ſupra, ait: Ezechias Rex inſulto Aſſyriorum populo genti Iudææ, vocis Rabſacis imperio Sennacherib Regis, quæ in Deum iacerentur conuitia, quæ populo quam ſuprema exitia denūciarentur, ſatis compertis inſinuantibus, non verba verbis, nec arma armis referenda credidit, *ſed exurgens, cilicio ſe, vt ſcuto, induit; pro galea cinere caput texit, pro iacula orationem intorſit, Aſcendit oratio, deſcendit Angelus, caſa per noctem centum octoginta quinque millia cadauera numerantur.* Expende illa: *Aſcendit oratio, deſcendit Angelus*, &c. Vbi enim Ezechiæ aſcendit oratio, ſtatim deſcendit auxilium, quod perdidit hoſtiles phalanges. Sed & Exod. 14. cùm Ægyptiorum exercitus Iſraelitas ſolicitaretur, cœpit Moyſes ad Deum clamare: dicit enim illi Deus: *Quid clamas ad me?* Non enim ad arma, ſed ad orationem confugit, qua hoſtes proſtrauit. Ea quo Egeſipp ſupra ait: *Cinxerant Hebræos Ægyptij, orabat Moyſes, & non dimicabat. Diuiſum eſt mare, & populus intrauit. Sequebatur Pharao. Moyſes inter fluctus poſitus orabat, demerſus eſt cum ſuis Pharao. Quis hæc conſiderans non admiretur, & non intelligat in oratione nobis meliora eſſe arma, quàm in virtute armorum?* Sic ille.

Iſai. 37.

Egeſipp.

Exod. 14.

Eſther is 13. Cuncta noſti, & ſcis, quia non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum. Libenter enim pro ſalute Iſraël etiam veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem. Sed timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem, excepto Deo meo.

§. V.

Spiritus humilitatis validiſſimus pro omni victoria obtinenda ex Deo.

NOn orioſè in orationis principio humillimum ſuum ſpiritum teſtatur Mardochæus dicens: *Scis, quia non non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloria cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſſimum. Libenter enim pro ſalute Iſraël etiam veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem.* Et meritò ab hac humilitatis teſtatione procedit Mardochæus, vt in qua non mediocris fortitudo conſiſtat pro qualiber victoria obtinenda ex Deo. Noui Deum iratum in Sodomitas, & properantem in ſupplicium eorum; quem tamen detinebat Abraham, dicens

Geneſ. 18. Gen. 18. *Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis, & cinis. Quid, ſi minus quinquaginta iuſtis, quinque fuerint? Delebis propter quadraginta quinque vniuerſam vrbem? Et ait: Non delebo*, &c. Sic vnus Abrahamus valet penè reuocare Deum à ſententia, & illum non paruo ſpatio detinet. Et vnde tanta fortitudo, & valentia Abrahamo? Ex illis: *Cum ſim puluis, & cinis.* de tanta enim humilitatis teſtatione ad eam fortitudinem peruenit, qua nihil non obtineret ex Deo. Rup. lib. 6. c. 4. *Fortis erat vera fortitudine homo, qui fortiſſimum Dominum tenebat: fortis, inquam, & fortior

Rupert.

ſe ipſum confringens, qui dicebat, Loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis, & cinis :: Hæc enim fortitudo vera eſt, ſcilicet, ſpiritus humilitatis, & mens ſubdita iuſtitiæ Dei.* Crede mihi: in humilitatis teſtatione magna eſt fortitudo pro obtinendo quolibet ex Deo triumpho. Iudic. c. 2. Iſraelitæ iuſſo Dei arma ſumunt aduerſus Beniamitas in vindictam ſceleratiſſimi facinoris ab illis perpetrati. Et vbi in certamē deſcenderunt, ſemel, & bis ſuperati ſunt Iſraelitæ: *Quamobrem omnes filij Iſraël venerunt in domum Dei, & ſedentes flebant coram Domino &c. Quibus ait Dominus: Aſcendite: cras enim dabo eos in manus veſtras.* Quod & factum eſt: & quando Iſraelitæ pro Dei cauſa pugnabant, cur permiſſi ſunt ſuperari ſemel, & bis? Cur vſque ad tertium congreſſum retenta eſt victoria? Volebat Deus in primis ab illis abſtrahere ſpiritus ſuperbiæ: & ideò permiſit, eos ſemel, &

Iudic. 2.

bis ſuperari, vt inde humiliarentur, & per humilitatem ad eam fortitudinem venirent, qua victoriam conſequerentur per Deum. Ait Petrus Bleſen. epiſt. 12. *Primò, & ſecundò victi, & humiliati ſunt, vt per humilitatem denuò vincerent, qui per ſuperbiam victi erant. Fides autem eorum ex prima, & ſecunda fractione non torpuit, ſed ex geminata diſtrimine etiam denuò ad conflictum, quantò humilius, tantò fortius ſe accinxit.* Equidem de humilitate orta eſt victrix fortitudo. Vt meritò dicat D. Chryſ. hom. 20. ad Rom. *Hæc itaque ſectates humilitatem exerceamus. Nihil enim illa potentius, ſed & petra eſt fortior, & adamante ſolidior, & in maiorem nos ſecuritatem collocat, quàm queant vel turres, vel vrbes, vel muri.* Sic ibi. Quippe potentiſſima ſemper virtus eſt, quæ radici humilitatis hæret. Dicebat Apoſt. ad Philipp. 4. *Omnia poſſum in eo, qui me cōfortat.* Quàm magnum erat illud: *Omnia poſſum.* Sed vide, cui radici hæreat, nimirum, ait: *In eo, qui me confortat.* Deo reddit acceptum, quidquid poteſt, & de hac humilitatis radice totam illam omnipotentiam ſeruat. Ait ibi D. Anſel. *Cum Apoſtolus ſtatim ſubderet: Omnia poſſum, adiunxit, in quo: In eo, qui me confortat. Ecce in altum eamus producitur, ſed, quia in radice ſe tenet, in viriditate permanſit. In altum enim ſurgens areſceret, ſi ſe à radice diuiſiſſet, ſibi enim nihil tribuit, qui omnia ſe poſſe non in ſe fateretur.* Sic ibi D. Anſelmus.

Petr. Bleſ.

Chryſoſt.

Philip. 4.

Anſelm.

§. VI.

Res maximè metuenda eſt, quòd Dei honor proprius creaturæ exhibeatur.

ETſi tota illa externa adoratio à Perſarum Regibus requiſita poſſet à pijs hominibus politicè exhiberi, cum interna deteſtatione totius idololatriæ: & ſic illam exhibuiſſe creduntur & Eſther Aſſuero, & Daniel Dario, & alij alijs. Nihilominùs Mardochæus omnibus meticuloſior apparuit, vt in re idololatriæ vel ſibi timeret à licitis: ait enim: *Timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem, excepto Deo meo.* Nec miror: ſemper enim pij viri ſolent eſſe in timore, ne alicui creaturæ tribuatur honor diuinus. Moriens Ioſeph Gen. 50. dicebat fratribus ſuis: *Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob :: Aſportate oſſa mea vobiſcum.* Et cur Ioſeph tam anxie curat, quòd oſſa ſua de Ægypto aſportentur? Timebat vir piiſſimus, ne Ægyptij oſſibus illis diuinum honorem impenderent, vt ſolebant Principibus ſuis beneficis. Ait D. Aug. quæſt. 25. de vet. Teſt. *Non otioſè iſtud mandaſſe Ioſeph filiis Iſraël in abſoluto eſt, cùm enim eſſet in Dei Creatoris deuotione propenſior, ſciens autem ab Ægyptiis ſe coli cauſa adminiſtrationis, qua in magna egeſtate Ægyptum gubernauit, poſt exitum ſuum errorem petiuit auferri. Certus vanitatem vulgi mortuos magis vt Deos venerari, quàm viuos; ne ei deſeretur debitus Creatori honor.* Hæc erat ſollicitudo viro pio, hic metus, ne creaturæ tribueretur honor diuinus. Quis enim pius ab hac iniquitate non maximè fugiat? Poſt comprehenſum Samſonem læti Philiſthiim in æde idoli ſui, laudabant Deum ſuum quaſi tantæ victoriæ auctorem. Samſon autem eò vocatus, amplexatus duas columnas, quibus domus ſuſtentabatur, concuſſit eas fortiter. Quid tunc? *Cecidit domus ſuper omnes Principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat, multoque plures interfecit moriens*, &c. Sic Iudic. cap. 16. Nec miror: vir enim pius nequiuit ferre, quòd honores, & laudes diuinæ tribuerentur creaturæ. Dicit D. Aug. ſer. de tempore barbarico: *Samſon ruina ſe ſimul, & illos voluit opprimi, ne laudes Dæmonum in contumeliam Dei ſui, à quoquam libenter pateretur audiri.* Vt ſenſit Dei laudes Dæmonibus impertiri, non ſuſtinuit diu viuere; nec cauit ſe inuoluere inimicorum ruinis.

Gen. 50.

Aug.

Iudic. 16.

Aug.

Eſth. 13. Et nunc, Domine Rex, Deus Abraham, miſerere populi tui: quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, &

CAPVT XI.

Eſtheris oratio.

TEXTVS HISTORIA.

DVm Mardochæus cum populo orat, non ſedit otioſa Eſther delitiis indulgens, quod ſolent facere Reges, vbi & ieiunia, & preces populus committunt. Quinimo prudentiſſima Regina ſacco induta, quod delitiarum fuit, ſignis notans pœnitentiæ, lacrymis, luctibúſque ſeſe maximè dedit. Interea fortiter deprecabatur Dominum, quem vnum ſibi auxiliatorem cognoſcebat, de cuiúſque manibus nihil non ſibi ſperare ab alio, à quo fert acceptum. Et vt propter peccata agnoſcit ſæpe illatam à Deo pœnam, ſic & diuinam miſericordiam in præſenti calamitate pulſare, & ſollicitare non deſinit, ne cultores idolorum triumphent, & rideant, ſuum videant contert, & diſſipari eos, qui ſuli Deum verum laudare nouerunt. Ad hæc & fiduciam ſibi, & ea verba petit, quibus efferum Aſſueri animum mollire poſſet, eiúſque etiam in Iudæorum hoſtes deflectere. Quod vt conſequatur, aliud nouum, & inauditum proponit, non quod in fornace ardenti illæſa vixerit, ſed quid mirabilius, quod media inter regias voluptates, gloriáque, nec minimum illarum ſaporem perceperit. Nec enim regius ſplendor, nec thronus, nec thalamus regius, ſed nec tacita Reginæ animum pupugére, quem integrum, & impollutum ſeruabat vni Deo.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

QVam aliter ornatus anima placitura Deo, aut placitura mundo? Vt mundo placeas ab auro, à gemmis ſplendorem emendices, neceſſum eſt: vt placeas autem Deo, à luctu, & lacrymis ornatus tibi luculentiſſimus venit.

Eſther. 14. Eſther quoque Regina confugit ad Dominum, pauens periculum, quod imminebat. Cúmque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus, & luctibus apta indumenta ſuſcepit, & pro vnguentis variis, cinere, & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiuniis: omniáque loca, in quibus anteà lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit.

§. I.

Nimium ornatus ſtudium non tam ad miſericordiam, quàm ad damnationem extorquendam pertinet.

ECce tibi nobilis Regina pro miſericordia extorquenda quid faciat in primis; nimirum, ait Textus: *Cùm depoſuiſſet veſtes regias.* &c. Quidquid ornatus, quidquid ſplendoris erat in veſtibus, exuit, ſordida quædam, & vilia induit. Et cur tanta Regina maluit ſine veſtibus regiis eſſe? Non, ſic aptus ornatus regius putabatur ad miſericordiam Dei obtinendam, cùm potiùs veſtium nimium ſtudium pro damnatione, quàm pro venia credatur eſſe. Apocal. 17. *Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ. Et mulier erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis,* &c. Ecce tibi & vocamur ad videndam meretricis damnationem; & mulier proponitur auro, margaritis, & purpura ornata. Quid tantus ſplendor veſtium cum damnatione? Nonne pro damnandis pulla, & vilis ſolet eſſe veſtis? Cur damnanda mulier in tanto ſplendore veſtium oſtenditur? Planè apud Deum veſtium nimius cultus magis pertinet ad damnationem extorquendam. Vt dicat Rupert. in præſenti: *Videras iam meretricem habitu & ambitam eiuſmodi, quæ etſi ſolum eſſet, ad damnationem eius ſufficere poterat.* In qua tantum ſit ornatus ſtudium, tantaque cura in ſplendidioribus veſtibus habendis, non putat Rupertus requiri aliud, vt damnari queat. Sufficiens damnationis teſtimonium profert, qui nimium luxum in veſtibus oſtendit. Dicebat Dominus Matth. 11. *Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.* Quorum Regum? S. Paulinus epiſt. 4. ait: *Qui mollibus veſtiuntur, in domibus, inquit, Regum ſunt. Hoc eſt, Principum aeris huius, & nequitiæ ſpiritualis ducum in quorum domibus, & regnum agunt, aut impietate duri, aut luxuria molles, quorum ſiue æterna gloria in inferno, domus in ſepulcro eſt.* Adeo deplorata creditur ſalus eius, qui mollibus veſtitur. Quò adduco dicta tom. 2. de Chriſto figurat. lib. 5. cap. 18. §. 5. & tom. 3. lib. 7. cap. 4. §. 11. & 12. & alibi.

Apoc. 17.

Rupert.

Matth. 11.

Paulin.

§ II.

Præſtantiſſimæ mentis eſt, in calamitatis tempore ab omni luxu, etiam veſtium, abſtinere.

NObilis Regina Eſther in populi ſui calamitate, & perditione imminenti, omnem à ſe luxum, ſiue in veſtitu, ſiue in cibo, ſiue in ſella abiicit: ſic enim Text. *Cúmque depoſuiſſet veſtes regias, fletibus, & luctibus apta indumenta ſuſcepit, & pro vnguentis variis, cinere, & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiuniis, omniáque loca, in quibus anteà lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit.* Proh præclara Regina! Nihil non delicioſum non abiicit, nihil non ſordidum, & luctuoſum amplectitur, vbi ſuis iamiam cladem videt imminere. Quod equidem magnæ, & excelſæ mentis teſtimonium eſt. De vltima mundi clade locutus Dominus, inter innumera mala propoſita illud addit Apocal. 11. *Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis. Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra,* &c. Itaque inter extrema mundi mala duo teſtes exurgent, duæ oliuæ, duo candelabra, qui prædicabunt populis amicti ſaccis. Et cur in iam vili, & aſpero amictu tanti Dei teſtes apparebunt? Planè magni, & celſi viri tempore anguſtiæ, quo & iniquitas creſcit, & iniquitatum fructus metitur, luctibus apta aſſument veſtimenta. Rupert. lib. 6. in Apocal. ait: Notandum valde, quod cùm dixiſſet: *Et prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta*, addidit: *Amicti ſaccis.* Quid eſt enim, amicti ſacco, niſi multùm humiliari, omnimodo pœnitentiæ ſtudio? Saccus nanque dorum pœnitentiæ auſteritatem ſignificat, qua lugentes operiri ſolent. *Sed quis non miretur teſtes iſtos tantæ dignitatis ſacco debere amiciri? Attamen ita eſt. Eorum namque eſt in ſacco, & cinere peccata hominum lugere, & tantò magis coram Domino humiliari, quantò magis in ſuo tempore eſt abundantia iniquitatis.* Equidem, quò præſtantior hominis dignitas eſt, eò magis debet humiliari, & vilibus indui, & à lætitia abſtinere, & luctibus vacare, quo tempore præſens calamitas fructum oſtendit iniquitatum. Id magnæ mentes præſtant, quarum eſt omnem mundanam dignitatem obliuiſci, cùm venerit tempus anguſtiarum. Ionæ cap. 3. vrbis excidium minitantem Niniuitis renuntiatur. Quid tunc? Ait Text. *Peruenit verbum ad Regem Niniue. Et ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit,* &c. Quid ſaccus, & cinis cum Rege? Sed in tam imminenti calamitate ſapiens Rex ſuam oblitus fuit dignitatem. Ait D. Amb. ſerm. 40. *Rex depoſitum imperiali purpura membra ſua cilicio dicitur præcinxiſſe, ac in ſacco ſe diebus, ac noctibus volutaſſe. Sapiens Rex, qui pro ſalute ſua non peccatorem ſe magis confitetur, quàm Regem.* Hæc eſt ſapientia, &

Apoc. 11.

Rupert.

Ion. 3.

Ambr.

præſtantia animi regalis, quæ anguſtis temporibus ſciat obliuiſci regiam dignitatem, & peccatoris amplecti humilitatem.

§. III.

Ieiunia pulchritudinem corporis augent.

QVæ pulchritudine oris ſui meditabatur Aſſueri ca- ... & delinire animum, ieiuniis corpus ſuum in primis macerat. *Et corpus ſuum,* inquit, *humiliauit ieiunijs.* Cur non magis cauet ſibi à ieiuniis, quæ à pulchritudine volebat remedium ſumere pro tanta calamitate ſuorum vitanda? Sed ieiunia non officiunt pulchritudini, ſed illam augent. Ait Clemens Alexand. 3. Pædag. cap. 11. *Ad ornatum autem ieiunium naturam magna prædita eſt artificio patim temperatura, & ibi commoditate. Non ſolum enim corpus ex his ſanitatem obtinet, ſed etiam fatit, vt ex bis appareat pulchritudo.* De potu, cibique temperatura, quali in ieiunio ſit, venit oris pulchritudo. Quod in noſtra Eſthere notauit D. Ambroſ. lib. de Elia, & ieiunio, fatus: *Eſther quoque pulchrior facta eſt ieiunio. Dominus enim gratiam ſobriæ mentis augebat.* Nec ſemel pulchritudo corporis petita eſt à ieiunio. Tres enim illi pueri Hebræi Dan. 1. menſam regiam fugientes, paucis leguminibus, & aqua pura ſuſtentabantur. *Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores.* De quorum Præpoſito locutus Theodor. ſic ait. *Duplicem quaſtum inde tulit: primum enim didicit poſſe aliquem vel ieiunio corporis robur, & decorem ſibi comparare; deinde alimenta, quæ illa præbebantur, ipſe accipiens, promptius eis concupita ſemina ſuppeditabat.* Hunc habebat quæſtum Præpoſitus trium illorum puerorum, nimirum, quòd in illis diſcebat decorem, & pulchritudinem comparari poſſe ieiunio. Quippe à ciborum parſimonia & decor, & viuidus oris ſplendor naſcitur, vt ab epulis, & compotationibus venit macies, & mortuorum pallor. Dicebant illi Iſaiæ cap. 22. *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Circa quæ acutè dicit D. Chryſoſt. homil. in epiſtol. ad Coloſ. *Ebrietatis ſunt hæc verba, ludibrij, & deliciarum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Non cras; ſed quando iſta dixeritis, iam mortui eſtis.* Ex quo epulas, & compotationes cœperis cogitare, iam tibi ineſt fœda macies, & mortis pallor.

Clem. Alex.
Ambroſ.
Dan. 1.
Theodor.
Iſaia 22.
Chryſoſt.

§. IV.

Cogitationes pro peccatis debellandis magni pretij ſunt apud Deum.

VIdeo Eſtherem in magno dolore conſtitutam confugiſſe ad Deum: de qua illud in dolore ſuo maximè notatur, quòd *omnia loca, in quibus antea lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit.* Quod fecit de communi more dolentium, vt Serarius notat ibi. Sed & video in dolore Magdalenam conſtitutam, quæ ad Filium Dei peruenit, &, vt ait Lucas cap. 7. *Stans retrò ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat.* Vtraque in dolore ad Deũ confugit, vtraque Deum orat, vtraque capillorum munus aliquod offert. Sed Eſther in dilaceratione capillorum, Magdalena non in dilaceratione, ſed in oblatione. Dicitur Eſther compleſſe loca lætitiæ crinium dilaceratione: Magdalena autem non crines lacerauit; ſed eos integros ad Dei pedes poſuit. Nec miror: Eſther enim, vt agebat pro temporali ſalute ſuorum, ſic paſſa eſt diuiſionem: diuiduntur enim, & ſcinduntur non parua tribulatione cogitationes ad temporalia hæc attendentium. Magdalena autem, vt non de temporali; ſed de ſpirituali ſalute agebat, déque tollendo peccato, ſic nullam vel in capillo ſciſſionem patitur, ... omnes eius crines, id eſt, cogitationes de peccatis tollendis, vt res magni pretij ſiſtuntur Domino. Vel cogitationes ſanctæ de peccatis tollendis, & ſalute ſpirituali acquirenda in magno pretio ſunt apud Dominum. Matri ... dicebat Dominus Cant. 6. *Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerant de Galaad.* Ecce tibi Matris capilli commendantur Domino de ſimilitudine caprarum. ... caprarum ſimilitudine dicit ... Maria adeo ... les Deus ... capilli ... an oblationes Deo pro peccatis populi ...: ex quo maximam commenda-

Serar.
Luc 7.
Cant. 6.

tionem apud Deum habebant Deiparæ cogitationes, vt quæ in eo verſabantur, vt tollerentur peccata ſuorum. Ait Guillel. Abbas apud Delrium: Ideò volo te (ait Filius Matri) infirmioribus memoriis meis materna pietate confouendis intendere, quia cauberas oculis, & non tantum actiones, ſed & cogitationes tuæ magnæ apud me, pro quibuſcunque volueris, propitiationes ſunt. Nã capilli tui, hoc eſt, cogitationes de hominis mente oaſcentes, ſunt ſicut grex caprarum. De capris, iuxta legis inſtitutum, fiebat oblatio pro peccatis: & forte de Galaad offerebantur capræ ſacrificio aptiores. *Cum ergo dilectæ gregi caprarum, quæ apparuerunt de Galaad, capillos piæ matris comparat, etiam ſimplices cogitationes eius excellente gratia non modicas pro peccatis filiorum propitiationes efficadit.* Equidem, vt capræ de Galaad præſtantiores erant victimæ pro peccatis: ſic cogitationes hominis pro peccatis depellendis pretioſiſſimæ ſunt Deo. Pro quo dicebat iuſtis hominibus Dominus Matth. 10. *Veſtri autem capilli capitis omnes numerati ſunt.* Et qui capilli ſic in numero, & pretio ſunt apud Deum, niſi ſanctæ, & piæ pro ſalute ſpirituali cogitationes? Hæ in pretio ſunt apud Deum, quæ ſi deficiant, & vita deficit. Ait ibi Imperfect. homil. 25 in Matth. *Capilli ſunt ſubtiles animæ, & innumerabiles ſenſus Sanctorum, qui de ſpiritu Chriſti, quaſi de capite ipſorum prodeunt. Si autem iuſtus tradidit ſe in poteſtate dilectionis carnalis, dilectio illa præcidit capillos ipſius, & tollit virtutem, quam habet in capite, ſicut Dalila Samſonis. Et nulla res ſic præcidit virtutem capillorum, ſicut corporalis voluptas. Si ergo perdidit virtutem capillorum ſuorum, apprehendunt eum alienigenæ, id eſt, immundi Spiritus, & alligabunt eum, &c.* Ecce tibi, vt pretium, & damnum hominis à capillis pendet, vt pendebat in Samſone. Si capilli tibi fuerint, nempe, ſanctæ cogitationes à Chriſto, vt à capite tuo, ortæ pro ſalute ſpirituali conſequenda, & robur, & virtus, & pretium tibi erit apud Dominum. Si autem obdormiſcens te in poteſtate carnalis amoris dederis, qui vt Dalila crines Samſonis, ſic tibi ſanctas abſtulerit cogitationes; proculdubiò alienigenis traditus ibis in perditionem.

Guill. Abb.
Matth. 10.
Imperf.

§. V.

Non ſic fœminea, vt virilis mens in pretio eſt apud Deum.

DIcitur de Eſther: *Omnia loca, in quibus antea lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit.* Verum de Magdalena Lucæ cap. 7. poſita iuxta Ieſum dicitur: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat.* Illa crines lacerat, & ſpargit: hæc minimè lacerat, ſed integros offert Domini abſtergendis pedibus. Et cur Magdalena non etiam lacerat, velitque crines præ dolore, vt Eſther? Muliebris ille luctus eſt, qui & per crinium lacerationem oſtenditur: ait enim D. Baſil. Sel. orat. 40. *Præter alia mala, hic morbus mulieribus imperat. Oſtentant, quanto ſint in luctu, vt gemant: crinem conuellunt.* Hinc Magdalena, vt à muliebri mollitie, ſic à laceratione crinium abſtinuit: magis amauit integris crinibus, virilem mentem offerre Deo, vt quæ magis diuinos oculos alliciat. Dicebat Dominus Matri ſuæ Cant. 6. *Capilli tui ſicut grex caprarum.* Et mirabar, quòd ſic capilli Matris placeant Domino de caprarum ſimilitudine. Quid eſt in capris adeò commendabile, vt de earum ſimilitudine placeant Deo Matris capilli? Eſt caprea animal barbatum, quod vel ab integritate capillorum virilitatem præſeferat. Id, quod in dilectis ſuis maximè æſtimat Deus, nimirum, quòd non fœmineum; ſed magis oſtendant animum virilem. Ait Guillel. Abbas apud Delrium: *Capra eſt mundum animal cornibus ſuis, & barba inſigne. Quia ergo grauitas Virginis, & Matris, tam piæ, ſanctæque cogitationes nihil in ſe ſordidum, nihil infirmum, nihil leue habere poterant; rectè capilli eius capræ, id eſt, animalibus mundis, & barbatis comparantur. Sanè per hæc animalia ſancti viri ſignantur, quia & munditiam habent in moribus, & per ſpiritum conſilij barbati eſſe videntur, eò quòd virili prudentia omnes in eis pueriles leuitas ſuperauit.* Non ex fœminea, & puerili leuique mollitie, ſed ex virili robore noſtræ cogitationes apud Deum pretium habent. Neceſſum eſt, vt vel fœmineæ infirmitatis odor auferatur, & totus fiat virilis animus, vt Deo pretioſus ſit. Quò ſpectans

Luc. 7.
Baſil. Sel.
Cant. 6.
Guil. Abb.

Dominus

Matth. 10. Dominus Matth. 10. dicebat : *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt.* Vt in numero, & pretio dicit eſſe capillos iuſtorum, ſimul oſtendit eos viriles eſſe, non fœmineos, quando nihil fœmineum apud Deum numeratur. Vt dicat Imperfectus homil. in Matth. *Quanta ſit dignitas numeratorum, etiam in libr. Numeri oſtenditur, quoniam electi, & ſoli numerantur à Moyſe per præceptionem Dei. Non numeratur inter eos fœmina. Fœmina autem intelligitur mollities. Omnis autem vir mollis animo fœmina intelligitur, & non numeratur cum Sanctis. Fœmina autem, ſi virilitatem ſanctam habuerit, unius eſt viri, & numeratur cum Sanctis.* Vide, vt nihil fœmineum, ſed virile eſt in pretio, & numero apud Deum.

Imperf.

Eſtheris 14. Et deprecabatur Dominum Deum Iſraël, dicens : Domine mi, qui Rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariam, & cuius præter te nullus eſt auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis eſt. Audiui à patre meo, quòd tu, Domine, tuliſſes Iſraël de cunctis gentibus, & patres noſtros ex omnibus retrò maioribus ſuis, vt poſſideres hæreditatem ſempiternam, feciſtique eis, ſicut locutus es.

§. VI.

Sancti viri eiuſdem linguæ, & ciuitatis ſunt.

ET Mardochæus deprecatus Dominum dicebat : *Domine, Deus ac Rex omnipotens*, &c. Et Eſther deprecabatur Dominum dicens : *Domine mi, qui Rex noſter es ſolus*. &c. Circa quæ ait noſter Salianus ibi, quòd cùm eadem cauſa eſſet orandi, & Mardochæo, & Eſtheri, eundem etiam Spiritum habuerunt, qui eadem poſtularet pro ipſis, gemitibus inenarrabilibus, pari fide, conſtantia, demiſſione animi, pari zelo diuinæ gloriæ, pari fiducia, & odio inimicorum Dei. Sic Salianus orationem Mardochæi, & Eſtheris penè ad eoſdem affectus, imò & voces traducit. Nec miror, quòd ſic conueniant Mardochæus, & Eſther in humilitate, & fide, & cæteris orationis virtutibus : ſancti enim viri omnes eiuſdem
Geneſ. 18. linguæ, & prouinciæ, & ciuitatis ſunt. Abrahamus oraturus ad Dominum Gen. 18. ait : *Loquar ad Dominum, cùm ſim puluis, & cinis.* Poſt hunc acceſſit Dauid Pſal. 21.
Pſal. 21. fatus : *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Ecce tibi plura intercelſerant iam ſæcula, ex quo Abrahamus ſe non hominem, ſed cinerem, & puluerem vocarat apud Dominum. Et nihilominùs poſt tot ſæcula veniens Dauid dicit ſimiliter, ſe non eſſe hominem, ſed vermem ; ſed viliſſimum, & abiectiſſimum quid. Vnde hæc tanta humilitatis, & abiectionis conformitas in oratione Sanctorum iſtorum? Erant equidem eiuſdem prouinciæ, & ciuitatis, & linguæ. Ait D. Macarius homil. 12. *Vides, quòd primus*
Macar. *pater noſter Abraham, cùm eſſet electus, terram, & cinerem ſe ipſum nominabat. Dauid etiam vnctus in Regem ait : Vermis ſum, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Qui volunt ergo horum eſſe cohæredes, & conciues ciuitatis cæleſtis, & cum eis glorificari, hac humilitate debent eſſe præditi. Quamuis enim gratia in vnoquoque Chriſtianorum varia opera edat, & diuerſa membra habeat, omnes tamen ſunt eiuſdem ciuitatis, animi, & linguæ.* Quid pulchrius? Vt qui ex eadem ciuitate, & lingua ſunt, licèt diuerſiſſimis, diſſitiſſimiſque temporibus naſcantur, eadem dicunt vocabula, eiſdem vtuntur phraſibus, eandémque pronunciationem verborum habent, adeò vt inde cuiates ſint, cognoſcantur. Sic omnes viri ſancti in orationis virtutibus, virtùtque moribus adeò conueniunt, vt qui cenſeantur eſſe eiuſdem linguæ, & ciuitatis.

§. VII

Quod de Deo in corde habet, id mediis etiam periculis inuenies.

SApienter Eſther vnum ſibi Deum adiutorem alto corde æſtimabat dicens : *Adiuua me ſolitariam, & cuius, præter te, nullus eſt auxiliator alius.* Meritò vnum Deum auxiliatorem ſpectabat in mente, & corde ſuo, vt ſic eum in effectu inueniret : nunquam enim homo non inuenit in Deo, quidquid magnum, & bonum mente concipit de illo. Solet nanque mundi huius fornax, aut conflatorium talem nobis Deum exhibere, qualem nos ſpectamus, & æſtimamus illum. Exod. 32. dicitur, quod Aaron tulerit inaures aureas multas, eáſque in conflatorium miſerit, & *fecit ex eis vitulum conflatilem.* ſic enim ait ipſe Aaron ibi : *Tulerunt, & dederunt aurum mihi, & proieci illud in ignem, egreſſúſque eſt hic vitulus.* Quaſi non ipſe fecerit, ſed ignis conflatoriis de accepto auro reddiderit vitulum. Tres autem pueri Hebræi miſſi in fornacem ardentem, vt ibi flammis comburerentur, non ſolum non combuſti ſunt, ſed mediis flammis Deum liberatorem, & auxiliatorem inuenerunt, dicente Rege Dan. 3. *Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Compone modo fornacem, & fornacem ; fornacem Aaronis, & fornacem Babylonis. In fornace Aaronis inuenit populus Iſraël vitulum cornutum, ſub cuius ducatu pereat. In fornace Babylonis inueniunt pueri Hebræi liberatorem, & auxiliatorem Deum. Et quando fornax Aaronis vitulum exhibuit populi peremptorem, cur fornax Babylonis Deum pueris exhibuit auxiliatorem? Dicebant ipſi ante fornacem. *Potens eſt Deus eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare.* Sic fornax ſequebatur humanarum mentium æſtimationem, & Iſraëlitis minimè æſtimantibus Deum liberatorem ſuum de Ægypto, exhibuit vitulum, cuius cornu poſſent è vita ventilari. Tribus autem pueris cogitantibus Deum liberatorem ſuum ; vel mediis flammis ipſum oſtendit Deum, à quo de facto illæſi conſeruabantur. Quò ſpectans D. Macar. homil. 11. dicebat : *Hoc autem mirum eſt, quòd ſecundùm propoſitum Iſraëlitarum, & prout intus in cogitationibus ſuis decreuerant idolis ſeruire, ſic etiã ignis ex iniectis vaſis idolum effinxit. Sicut ergo tres illi pueri, qui cogitabant ea, quæ pertinebant ad iuſtitiam, ſuſceperunt in ſe ignem diuinum, & adorauerunt Dominum in veritate*, &c. Cogitantes non Deum liberatorem de Ægypto ; ſed idolum, in fornace inuenerunt idolum, nempe, vituli caput. Cogitantes autem ea, quæ pertinent ad iuſtitiam, nimirum, vnum Deum verum liberatorem, & ereptorem à malis, eum inuenerunt inter flammas fornacis, ibique illæſi adorarunt.

Exod. 32.

Dan. 3.

Macar.

§. VIII.

Tribulationes exiſtentes non parum faciunt, vt orationes noſtræ efficaces ſint apud Deum.

NOn otioſe commemorat periculum ſuum præ manibus eſſe, dum ait : *Periculum meum in manibus meis eſt.* Sed vt inde orationis ſuæ oſtendat efficaciam. Tribulatio enim de periculis veniens omnimodam efficaciam orationi ſolet præbere. Ait Ionas cap. 2. *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me.* Non dubitat ſe exauditum, cùm videt ſe de tribulatione orare. Quò ſpectans Dauid Pſal. 129. ait : *De profundis clamaui ad te, Domine : Domine, exaudi orationem meam.* Quaſi inde credat non poſſe non exaudiri orationem, quòd de profundis malorum procedat. Circa quæ ait D. Zeno lib. 2. ſerm. 58. *Propheta dicit : De profundis clamaui ad te, Domine. Clamat de profundis, ſed quibus erat ſeptus mœſtus, & triſtis calamitatibus humanis ; & clamabat non voce, ſed corde ; non clamore, ſed fide, quam ſcit Deum libenter audire. Hoc igitur à profundo clamans ſimiliter Petrus, impetrauit à Domino, vt profunda maris lubricos ſinus, inſubditáque humanis greſſibus liquida æquoris terga, quibus viator trepidus abſorbebatur, & perambularet pariter, & euaderet. Clamat de profundis Paulus obrutus calamitatibus beatis, cum pro nomine Domini latrones in itineribus, latrones in ciuitatibus patitur, cùm in profundo*

Ion. 2.

Pſal. 129.

Zeno.

maris

marum diu demoratus, ac nocte, ad Deum clamans incolumis redo conſiſtitur. Et Dauid, & Petrus, & Paulus, qui de medijs periculis ad Dominum clamarunt, exauditi ſunt

Exod. 15. in ſalutem. Vt pateat, quam ſit efficax oratio, quæ de periculis exit, & ad Deum vadit. Exod. 15. *Murmurauit populus contra Moyſem dicens: Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum, qui oſtendit ei, &c.* Murmure populari agitatus Moyſes clamat ad Dominum, & exauditur. Circa quæ ait Lippom. in cat. *Murmurat itaque populus, Moyſes ad Dominum clamat. Confugiunt ad orationem Sancti, quoties homo, vel caro tentatur ipſorum, & id nunquam ina-*

Lippom. *niter.* Nunquam inaniter de tribulatione ad Deum confugitur.

§. IX.

Experientia diuinæ beneficentiæ, nos facit efficaciſſimè orare.

ALiud addit Eſther, quod ſuam orationem efficaciorem faciat, dum beneficiorum Dei in ſuos progenitorum memoriam agit dicens: *Audiui à patre meo, quòd tu, Domine, tuliſſes Iſrael de cunctis gentibus, & patres noſtros ex omnibus retrò maioribus ſuis, vt poſſideres hæreditatem ſempiternam.* Quæ bona à Deo in patres ſuos profecta nouerat Eſther, ad maiorem ſuæ orationis efficaciam memorabat: ſolet enim diuinæ beneficentiæ experientia à nobis extorquere orationem, quæ magnæ ſit apud Deum

Dan. 14. efficaciæ. Dan. cap. 14. miſſus eſt Daniel ab hoſtibus in lacum leonum, *& erat ibi diebus ſex.* Sex diebus erat Daniel in lacu, inter fameſcentes leones, & ipſe ſine pabulo. Quid tunc? Ait Prudentius in Hymno 4.

Sed, cum tenderet ad ſuprema palmas,
Expertúmque ſibi Deum rogaret

Prudent.

Clauſus iugiter, indigenſque victu:
Iuſſus nuncius aduolare terris,
Qui poſtum famulo daret probato,
Raptim deſilijt, obſequente mundo, &c.

Expende illa, *Expertúmque ſibi Deum rogaret.* quippe de experientia diuinæ benignitatis ad eam confugit orationem, quæ Angelum ex cælis traheret, cui totus mundus obſequeretur in parando Danieli pabulo, & incolumitate. Quando diuinæ benignitatis experientia non extorquet orationem efficacem? Ionæ cap. 2. *Erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad*

Ion. 2. *Dominum Deum ſuum de ventre piſcis, & dixit. Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me, &c.* Et vnde nouit Ionas, quòd oratio ſua exaudita eſt? Nónne orabat pro exitu ſuo de illo periculo, & tamen adhuc intra ventrem belluæ ſe videbat? Quando ergo adhuc erat in ventre ceti, vnde credit exauditam orationem factam pro felici exitu? Ex eo, quòd ſe tot diebus incolumem cernebat in ventre ceti, iam experiebatur Dei benignitatem erga ſe, ex qua experientia non poterat non credere ora-

Theophyl. tionem de exitu efficacem eſſe. Theophylact ibi: *Per hoc, quòd in eo ſeruatus eſt, cæpit credere, quòd vitam denuò ſit recepturus.* Acceptæ benignitatis diuinæ experientia faciebat hominem credere, quòd accepturus erat, quidquid vitæ ſuæ fauorabile oratione petebat. Matthæi cap. 4. dicebat Dominus pauperculis hominibus: *Venite, faciam*

Matth. 4. *vos fieri piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum.* Sic pauperes, & idiotæ homines currunt ad Dominum, vt fiant hominum piſcatores. Et vnde pauperculi credunt, ſe tales poſſe fieri? Ait D. Baſil. Sel. orat. 30. *Quod facturi erant, primùm opere experiebantur. Di-*

Baſil. Sel. *cebat: Venite, & vocati ſequebantur.* Vt ſe capi diuinis verbis ſentiebant, hac experientia inſtructi credebant ſimiliter à ſe homines eſſe capiendos Dei verbo.

§. X.

Deſtitutio creati auxilij certiùs diuinum auxilium allicit.

VT ſibi certiùs diuinum alliceret auxilium, ſapienter Eſther ſuam proponit deſolationem, & orbitatem, aſſerens: *Adiuua me ſolam, & cui nullus eſt alius auxiliator.* Quid enim efficacius ad diuinum auxilium trahendum, quam deſtitutio omnis auxilij creati? Quam in ſe pulchrè oſtendit D. Ennodius in Eucharistico de ſua vita, vbi ſe in morbo iam deploratum depingens ait: *Cùm*

Ennod. *viuere ſe ex his, qui aſſidebant mihi, & per ſingulos dies dicebant inæqualitatem meam deſpondere facultatum, laſſatum ſe fuiſſe teſtarentur, nec aliquid remanſiſſe, quod poſſet, illi ò ſpem mihi vitæ detulit deſperatio curatoris. Nam illis promptiora ſunt cæleſtia bona tuentibus, vbi ſe ſubtraxerint obſequia infauſta languentibus.* Ecce tibi, vt deſperatio, & deſtitutio curatoris prudenti ægro ſpem vitæ, & ſalutis acuit. Credebatur enim diuina poteſtas magis oſtendi velle, vbi ſe ſubtrahunt Poteſtates creatæ. Cùm mundi expugnatores quæreret Dominus, ait Matthæus cap. 4. *Vidit duos fratres*

Matth. 4. *Simonem, qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piſcatores, & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum.* Ecce tibi ad mundum trahendum, & expugnandum pauperes, & idiotas piſcatores vocat. Cur non magis vocat potentiſſimos Reges, clariſſimos Duces, & potentiſſimos Rhetores? Vt mundi expugnatio res erat auxilij diuini, & Poteſtatis increatæ: hic vocat illos miniſtros, in quibus nihil creati ſplendoris, nihil creatæ poteſtatis appareat. Tunc enim integrior Dei poteſtas claret, cùm ſe ſubtrahunt omnes creatæ Poteſtates. Sic apud D. Baſil. Sel. orat. 30 fa-

tur: *Fac mihi fuiſſent Regibus potiùs vti miniſtris: fac mihi fuiſſent* Baſil. Sel.

Rhetorum linguas doctrinæ adminiſtras, reaberet: poterit Angelorum Ordinibus prædicandi munus credere. Sed tunc famulantium ſplendor gloriam, ſummamque mihi animus forapiret. Vos ergo ſemper in fides miraculorum meorum cuſtodes. Quibus enim nullum humanum præſidium præſto eſt, apud hos Dei poteſtas retinetur integrior. Ne mireris, quod Dei poteſtas certiùs adſit, vbi mundiales Poteſtates deſunt: tunc enim illa apparet, & integrior, & fulgentior. Luc. cap. 2. de Maria Deipara locutus ait: *Peperit filium ſuum primoge-*

Luc. 2.

nitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat locus in diuerſorio. Itaque priùs oſtenditur, & locus, & commoda omnia defuiſſe, & tunc in præſepe omni ſplendore, omni commoditate vacuum oſtendit Dominus. Vt enim in defectu creatarum Poteſtatum magis claret diuina poteſtas: ſic & illa amat magis apparere, vbi omnia creata commoda deſunt. Quò ſpectans Theodotus hom. 3 de Chriſti Nat. habita in Concil. Epheſino, tom. 6 append. 5 cap. 2. ait: *Omnia paupera, &*

Theod.

vilia elegit; omnia mediocria, & pluribus ignota, vt Diuinitas ſola cognoſceretur Orbem tranſformaſſe terrarum. Propterea pauperculam elegit Matrem, pauperem patriam. Et hoc exponas tibi præſepio. Vide ergo quomodo per paupertatem, qui propter nos homo factus eſt, acceſſibilem vniuerſis oſtendit. Quippe nunquam Deus ſolet magis acceſſibilis nobis fieri, quàm vbi omnia alia creata commoda, & auxilia abſcedunt.

§. XI.

Operibus maximè illuſtrantur verba.

ILlud ad maximam Dei commendationem addit, nimirum: *Feciſtique eis, ſicut locutus es.* Nunquam enim Dei verba inueniuntur caſſa, ſed operibus fiunt magis conſpicua, & illuſtria. Matth 4. *Venite poſt me, faciam vos fieri*

piſcatores hominum. At illi continuò, relictis retibus ſecuti ſunt Matth. 4.

eum. Circa quæ ait D. Baſil. Sel. orat. 30. *Dicebat: Venite,* Baſil.

& vocati ſequebantur. O verba rebus demonſtrata! Quippe tunc verba conſpicua, & illuſtria apparent, quando illis ſtatim opera adiunguntur. De diſcipulorum ſuorum doctrina, & prædicatione locutus Dominus Luc. cap. 12. dicebat: *Lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Cur in manibus, & non potiùs in candelabro? Dicebat ſuprà: *Nemo*

Luc. 11.

lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio: ſed ſupra candelabrum, vt, qui ingrediuntur, lumen videant. Ecce ubi in præſenti oſtenditur lucerna ponenda ſuper candelabrum; ibi autem non ſuper candelabrum, ſed manibus tenenda dicitur. Et cur manibus tenenda? Vt lucerna intelligitur doctrina, & prædicatio: ſic meritò illi manus adiunguntur: opera enim manuum ſunt, quæ verbo ſuum lucem, & ſplendorem nutriunt. Ait ſic Titus

Boſtrenus: *Sit itaque doctrina noſtra lucerna animata, quam actis deinde ſuis accingat, & nutriat, ne quando obſcura, &* Tit. Boſt.

tenebroſa euadat. Verba ſine operibus mortua ſunt, & tenebris offuſa, illis ſi opera addas, & vitam das, & ſplendorem,

dorem, & commendationem. Dicit Geneſ. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. & facta eſt lux.* Ecce tibi, vt in principio omnia erant tenebroſa, & obſcura, vſque dum cœpit Dominus loqui, & facere lucem. Non cœpit ſolùm dicere, vel ſolùm facere, ſed ſimul & dicere, & facere. Et cur ſimul dixit, & fecit? Inde operi ſuo reſpondent verbis, & ſplendorem, & commendationem dabat. Ait D. Baſil. Sel. orat. 1. *Meritò nunc loqui occupat, vt cum, quod fit, ſenſu, & admiratione Angelorum turbas moueat, quorum perium effectionem commixtum conſpicata, idque perculſi ſpectaculo, ad cognitionem, & hymnum Creatoris conuertantur.* Adeò commendabile eſt verbum operibus coniunctum.

Geneſ. 1.

Baſil. Sel.

Eſther. 14. Peccauimus in conſpectu tuo, & idcircò tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum. Coluimus enim Deos eorum. Iuſtus es, Domine. Et nunc non eis ſufficit, quòd duriſſima ſeruitute nos opprimunt; ſed robur manuum ſuarum idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promiſſa, &c.

§. XII.

Non hoſtes, ſed peccata noſtra malorum cauſa ſunt.

ORat Mardochæus, orat Eſther; Mardochæus hoc intendit in ſua oratione, vt innocens appareat, iniquitatem Amani pati: ait enim cap. 13. *Sed, quia non pro ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloria cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Amanem ſuperbiſſimum.* Sic calamitatis radicem non ad culpam ſuam reducit, ſed ad ſuperbiam Amani. Eſther autem tutius calamitatis cauſam, non gubernantium ſuperbiam, ſed propria agnoſcit eſſe peccata. Dicit namque: *Peccauimus in conſpectu tuo, idcircò tradidiſti nos*, &c. Proh mulieris ſapientiam! Non eorumdem Principum ſuperbia, aut tyrannis; ſed noſtrum peccatum calamitates facit, & auget. Ait Philo Iudæus lib. de Ioſeph. *Nec ſunt audiendi, qui temerè culpam referendo in difficultates temporum, caſuſque prouentuum fructuum, agrorum ſterilitatem, loci ſitum, in maritimum, aut mediterraneum, & id genus alia, veritatem diſſimulant. Eſt autem vera cauſa, auaritia, & mutua perfidia*, &c. Ioſcitia eſt aliunde quærere calamitatum cauſam, quàm à peccatis: non enim perennes imbres, nec ſiccitas; non ſoli ſterilitas, nec tyrannis Magiſtratuum, ſed peccatum nobis ingentes calamitates trahit. Ionas Deo rebellis ingreditur nauim, & vix cœpit nauigare cap. 1. *Et Dominus miſit ventum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri.* Vnde venit periculum tantum? An ab inſcientia nautarum? An à nauis fragilitate? An à tempore inopportuno nauigandi? A nullo horum venit periculum, niſi à Ionæ peccato. Ex quo pulchrè monet D. Chryſoſt. hom. 14. de Peccato, & Confeſſ. habita tom. 6. fatus: *Vulgus hominum propterea quidem peccatorum patrem ſunt, alienorum verò accuſatores. Et multi ſæpe quoties dicunt malo loco effortum, & ciuitatis flatum, cauſamque ex imprudentia domnantium eſſe prohibiat. Ego verò dico, non Magiſtratus imprudentia, ſed noſtrum peccatum, illud omnia ſubuertit, illud omnes calamitates inuexit; nec aliunde rerum triſtium examina nobis ſuperfuſa ſunt.* Non equidem tyrannis Magiſtratuum, non temporum anguſtiæ, non elementorum intemperies; ſed hominum peccatum calamitates mundo inuexit. Daniel cap. 6. in lacum leonum miſſus eſt, iubente Dario Rege: ſed ibi nihil à leonibus paſſus eſt. *Tunc adducti ſunt viri illi, qui accuſauerunt Danielem; & in lacum leonum miſſi ſunt, ipſi, & filij, & vxores eorum. & non peruenerunt ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerent.* Ecce tibi, iubente Rege, & Daniel, & accuſatores eius leonibus dati ſunt: ſed Daniel illæſus manet, accuſatores miſerè vorantur.

Philo.

Ion. 1.

Chryſoſt.

Dan. 6.

Vnde hoc? Quia in eis erat malitia. Ait Ioſephus lib. 10. Ant. cap. 12. *Eos ſine mora deuorarunt. Acuit enim feraruin rabiem, non vexatio famis; ſed obrectorum malitia.* Itaque non Regis ſeueritas, nec leonum fames, ſed accuſatorum malitia fecit illos a beſtiis deuorari. Ioſeph.

§. XIII.

Qui ſceleſtorum hominum vitam ſectantur, ab illis nihil præter, quam ruinam metunt.

ILlud maximè ponderandum eſt, quod ait Eſther: *Tradidiſti nos in manus inimicorum noſtrorum. Coluimus enim Deos eorum. Iuſtus es, Domine.* De iuſtitia enim Dei venit, quòd qui idololatrarum mores ſectantur, ab ipſis idololatris extremum exitium metant. Quis ſceleſtum hominum ſecutus ſcelera, periſlorum manus in ruinam non venit? Apoc. c. 9. *Vidi equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & ſulphur. Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de igne, & ex fumo, & ſulphure, quæ procedebant de ore ipſorum.* Totus iſte equitius exercitus creditur eſſe gentilium omnium congregatio, quorum conſortio Iudæi aliquando fruebantur, & eorum mores in multis æmulabantur. Et quo ſuccubuſſam dicit, nimirum: *Occiſa eſt tertia pars hominum de igne & ex fumo, & ſulphure, quæ procedebant de ore ipſorum.* Illarum gentium opere interficiebantur, quarum mores, & vitam ſectabantur. Rem ponderat Rupert. lib. 5. aiens: Erat autem non initium; ſed incrementum quoddam, & profectus gentilis, & alienigenæ conuerſationis, propter impij Iaſonis nefarium, & inauditum ſcelus, ita vt Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent; ſed contempto templo, & ſacrificiis neglectis, feſtinarent participes fieri palæſtræ, & in exercitus diſci, & patrij quidem honoris nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur. *Ita & igne perculſi, & fumo elati, ſine obſcurati, & ſulphure corrupti ſunt, qua de ore procedebant eiuſmodi equitum, & idcircò ab illis occiſi, atque captiuitati ſunt, Deo iudice, vt quorum glorioſas, & libidines ſectabantur, eorum gladio occiderentur.* Hæc eſt iuſtitia Dei, vt ab illo cium perimaris, quem ſceleſtè colis, & cuius vitia ſectaris. Nota eſt fornax illa incenſa nutu à Nabuchodonoſor aduerſus tres pueros Hebræos: de illa ait Dan. 3. *Effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem, & erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem Chaldæis.* Ecce tibi flamma vorax, quæ parcebat pueris Hebræis, Chaldæos vrebat. Et cur non habens vrendi nimium in Hebræos, illam aduerſus Chaldæos retinet? Erant Chaldæi adoratores ignis; & ſic, Deo iudice, ab illo periere, cuius cultores erant. Theodor. ſer. 8. de Proud. *Propterea innoxiæ flamma iuſtiores, Dei verò ſeruos illæſos cuſtodiuit.* Væ tibi, qui ſceleſtum ſceleſtè colis: fallar, ſi eius opere non eas in ruinam.

Apoc. 9.

Rupert.

Dan. 3.

Theodor.

§. XIV.

Efficaciſſima oratio, quæ non tam de propria indigentia, quàm de zelo Dei gloria naſcitur.

HAnc ſuæ orationis cauſam proponit Eſther, nimirum: *Non eis ſufficit, quòd duriſſima nos opprimunt ſeruitute; ſed robur manuum ſuarum idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promiſſa, & delere hæreditatem tuam*, &c. Sic quaſi parui ducat ſeruitutem ſuorum duriſſimam, illud proponit, quod maximè formidat, ne, ſcilicet, quod Dei eſt, idolis tribuatur: vnde Dei gloria poſſit quoad nos periclitari: ex quo zelo orta oratio nunquam non efficaciſſima eſt. Egredientes Iſraelitas de Ægypto perſequebatur Pharao à tergo, & mare impediebat, ne progreſſus faceret. Exod. 14. *Leuantes filij Iſrael oculos, viderunt Ægyptios poſt ſe, & timuerunt valdè. Clamaueruntque ad Dominum.* Quid tunc Dominus? *Dixit Dominus ad Moyſem: Quid clamas ad me?* Clamabant Iſraelitæ, & Moyſes minimè dicitur clamaſſe, & nihilominùs

Exod. 14.

minùs Deus non de populi clamore ; ſed de Moyſis clamore agit. Et cur cùm omnes clamarent, & ſolus Moyſes non clamaret, Dominus vnius clamorem Moyſis percipit, & æſtimat ? Cæteri clamabant pro periculo ſuo temporali tollendo, vnus Moyſes, non tam periculo temporali, quàm zelo gloriæ diuinæ, diuinique nominis extendendi agebatur, quo vel eius ſilentium inſtar efficaciſſimæ vocis, & clamoris habebatur. Ait D. Ambroſ. in Pſal. 118. Octon. 19. *Non populo dictum eſt. Quid clamas ad me ? Non enim ad Deum clamabat populus, qui iniuſta, & voce indigna clamabat. Sed Moyſi dictum eſt. Quid clamas ad me ? Hoc eſt, tu ſolus ad me clamas, qui de me ſperas. Tu ſolus ad me clamas, qui per vniuerſam terram annuntiari nomen meum expectas.* Sollicitabatur Moyſes ſolus zelo diuini nominis, ne apud homines obſcuraretur : ſed magis ſuper omne aliud nomen ſplendeſceret, & inde vel eius ſilentium habebatur a Deo quaſi efficaciſſima, & clamoroſiſſima oratio. Quod non ſemel edoctus Moyſes pro imminenti alio diſcrimine populi Exod. 32. *Orabat Dominum Deum ſuum dicens. Cur, Domine, iraſcitur populus tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Ægypti, in fortitudine magna & in manu robuſta ? Ne, quæſo, dicant Ægyptij : Callidè eduxit eos, vt interficeret eos.* Hanc in primis propunit ſollicitudinem orationis ſuæ, ne nomen diuinum malè haberetur apud hoſtes ſuos. Qua ſollicitudine maximè accendebat orationem ſuam. Meritò enim dicit ibi Lippoman. in Cat. *Ardentiſſima oratio Moyſi, fideliſſimè in populum eam ſuum, & Dei, plena, nimirum, fidei, & ſinceritatis, & ad gloriam Dei, ad quam vehementè zelabat. Pia hominibus nihil grauius, & intolerabilius, quàm blaſphemia in Deum, & contemptus.* Non ſic propria ſalus, quam honor nominis Dei curæ eſt ei, qui efficacem, & gratam Deo componit orationem ſuam. Hinc tres pueri Hebræi in fornace orabant dicentes Dan. 3. *Ne, quæſumus, tradas nos in finem, propter nomen tuum.* Circa quæ ait Theodoret. *Vides, quo pacto pueri pluris faciunt nomen Dei, quàm propriam ſalutem.* Ne mireris, quòd oratio puerorum tot, tantaque conſequatur ex Deo, quando de illorum animo oriebatur, qui pluris faciebat honorem Dei, quam propria commoda. Latro ille feliciſſimus Luc. 23. vbi audiuit ſocium blaſphemias iacere in Ieſum, indigniſſimè tulit, & ait ad illum : *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es.* Et ſtatim ad Ieſum conuerſus ait : *Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Cui Ieſus : *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Quid velocius ? Latro orat, & continuò regnum accipit. Vnde tantum valorem eius accepit oratio ? Nata fuit ex animo zelante diuinum honorem aduerſùs blaſphemantem. Orig. homil. 35. in Matth. *Reſpondens autem Ieſus dixit ad eum, qui increpauerat blaſphemantem : Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.* Itaque blaſphemantis increpator ſtatim accipit ex Deo, quod poſtularat.

Ambroſ.
Exod. 32.
Lippom.
Dan. 3.
Theod.
Luc. 23.
Orig.

§. XV.

Templorum irreligio nunquam non lethalis.

NOn leue, ſed grauiſſimum, ſed lethaliſſimum telum contorquet Eſther in hoſtes ſuos, cùm de illis ait : *Volunt claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi, & altaris tui.* Qui enim non extinguantur cum extincta a ſe gloria templi, altariſque diuini ? Nahum cap. 2. oſtendit populoſiſſimam Niniuen ſe intra muros ſuos claudere aduerſùs hoſtes. Et tandem ſubdit : *Portæ fluminum apertæ ſunt, & templum ad ſolum dirutum.* Vbi Septuag. legunt *Portæ ciuitatum apertæ ſunt, & regalia conciderunt.* Ibi : noſter dixit, templum fuiſſe dirutum, dicunt Septuag. regalia omnia cecidiſſe : ſimul enim cum templorum religione amiſſa, neceſſum eſt, vt amittantur, & perdantur regna. Ibi D. Hieron. ait : *Quid niteris claudere portas, quas Dominus reſerat ? Apertæ ſunt portæ Niniues, quæ ad inſtar fluminum habebat ciuium multitudinem : & templum, id eſt, regnum eius deſtructum eſt, & miles captiuus adductus eſt.* Expende illud : *Et templum, id eſt, regnum deſtructum eſt.* Quippe pro eodem ponit, quòd templum, & quòd regnum deſtruatur. Stant regna, dum in eis ſtant religioſe tractata templa. Vbi autem cœperint templa à religione cadere, neceſſum eſt, vt in ruinam abeant & regna. Ait Euſeb. in Cat. Græca D. Luc. cap. 2. *Magnum erat Aſſyriorum regnum, longiſſimo quoque tempore floruit : à Nemrod enim inchoans ad Nabuchodonoſorem vſque perdurauit, nec prius deletum eſt, quàm Ieroſolymis Dei templum violaſſet : hoc enim facto Medi ſtatim Aſſyriorum regnum diſſoluerunt.* Ecce tibi totum illud Aſſyriorum regnum aureum, quod in aureo capite monſtratum eſt Nabuchodonoſor Dan. 2. tandem periit. Et cur periit ? Ait Euſeb. *Non prius deletum eſt, quàm Ieroſolymis Dei templum violaſſet.* Vna cum templo Dei ab Aſſyrus violato, & profanato corruit totum illud aureum imperium, quod tot ſæculis florentiſſimè durauerat. Stant equidem regna, cùm ſtat religio templorum, & ſacri altaris. Ex quo ſapienter Timotheus Ieroſolym. orat. de Simeone, in fine, nos hortatur : *Diuina, ac myſtica menſa operam demus, per quam mundus firmatur, per quam terrarum Orbis conſiſtit, per quam regnum conſeruatur, per quam Eccleſia augetur.* Sic ibi. De bonis autem in regna per religionem venientibus habes multa paſſim in tom. de Chriſto figurato.

Nahum 2.
Hieron.
Euſeb.
Dan. 2.
Euſeb.
Timoth.

Eſtheris 14. Ne tradas, Domine, ſceptrum tuum his, qui non ſunt, ne rideant ad ruinam noſtram ; ſed conuerte conſilium eorum ſuper eos ; & eum, qui in nos cœpit ſæuire, diſperde. Memento, Domine, & oſtende te nobis in die tribulationis noſtræ : & da mihi fiduciam, Domine, Rex Deorum, & vniuerſæ poteſtatis.

§. XVI.

Nihil peius quàm vitia exercere ſub ſpecie virtutis.

FAllar, ſi poſſet Eſther peiora dicere de idolis, & idololatris, quam dum ait : *Ne tradas, Domine, ſceptrum tuum his, qui non ſunt.* Poſſent vocari hi ab Eſther impij, tyranni, ſceleſti, ſed minori probro tunc afficerentur, quam cùm vocantur : *Qui non ſunt.* nimirum, qui non ſunt id, quod videri volunt, & cuius laruam induunt. Sic intelligit hoc adagium noſter Delrius ibi. Quòd dicamus idola vocari, qui non ſunt ; ſubaudiendo, Deus, quod volunt videri eſſe ; tunc adagialiter conuitium ad omnes pertinet, qui malunt aliquid videri eſſe, quam eſſe, vt boni, ſancti, &c. Quo conuitio nihil peius poteſt dici. Claudius Marius agens de peruerſis ſuæ ætatis moribus hæc illis attribuit iniquos :

Vetuſque vocabula recte
Iudicium, & parci cognomen ſumit auarus.

Et quando non peruerſiſſimum eſt, quòd ſimules te eſſe id, quod minimè es ? Et quòd ſceleſtus exiſtens prætendas laruam virtutis ? Luc. cap. 11. locutus Dominus de immundo Spiritu, ait : *Cùm immundus Spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & non inueniens dicit : Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios Spiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi.* Expende illud : *Nequiores ſe.* quippe ſeptem mali Spiritus nequiores ſe dicuntur aſſerti ab immundo Spiritu. Et qui Spiritus poteſt eſſe nequior Spiritu immunditiæ, & obſcœnitatis ? Ille ſine dubio eſt nequior, & peior, qui immundus cùm ſit, prætendit ſpeciem munditiei, quam minime habet. Ait D. Proſper de Promiſſ. & Prædict. part. 2. cap. 39. *Spiritus malus eſt ſpiritus ſuperbia, nequior ille ſimulatio humilitatis. Spiritus malus ſpiritus inuidiæ, nequior ille ſimulatio charitatis. Spiritus malus ſpiritus mendacij ; nequior ille ſimulatio veritatis. Spiritus malus ſpiritus luxuria : nequior ille ſimulatio caſtitatis. Spiritus malus ſpiritus auaritia, nequior ille ſimulatio miſericordia, &c.* Ecce tibi, quòd homo dicatur ſuperbus, luxurioſus, mendax, auarus, non id prius eſt ; illud autem peius, & nequius eſt, quòd cùm vere ſit in illis vitiis, nullamque [illegible] cat virtutem ; nihilominùs in ſuis facinoribus non veritatem ; ſed laruam virtutum induat. Quod

Del.
Claud. Mar.
Luc. 11.
Proſper.

forte

forte facere volebat ille nequiſſimus Spiritus, qui Iſaiæ *Iſaia 4.* cap. 14. dicebat: *Similis ero Altiſſimo.* in ſumma peruerſitate, & diſſimilitudine ſimilis Deo videri optabat. De quo Rupert. lib. 8. in Apocal. ait: *O veternoſum* Rupert. *patrem mendacij, quomodo in eo, quòd maximè mendax eſt, veracem ſe eſſe vult gloriari? Quid hac ſimilitudine diſſimilius? Altiſſimus de ore ſuo veritatem, verum, & bonum Verbum genuit, ipſúmque incarnari voluit, atque illi homini propter perfectam humilitatem, & obedientiam, poteſtatem ſuam verè magnam in cælo, & in terra dedit: hic autem, qui dixerat: Similis ero Altiſſimo mendacium de corde ſuo genuit*, &c. Veternoſus, & nequiſſimus Spiritus nihil corde, nihil ore, niſi mendacium, & nequitiam verſabat: & dum in his erat, ſe Dei ſimilem iactabat. Quid nequius hac prætenſione?

§. XVII.

Non parum acuitur iniuria dolor ab inferentium lætitia.

ILlud cauebat Eſther maximè ſibi, & ſuis acerbum, nimirum: *Ne rideant ad ruinam noſtram.* Non enim tam timebat ruinam ſuam, quàm quòd hæc à ridentibus, & gaudentibus veniret. Solet nanque de inferentis lætitia non parum acui, & acerbari iniuria. Ex quo Tertul. inuenit circumſtantiam, ſecundùm quam peccatum laſciuiæ magis iniurium poſſit eſſe Deo, quàm peccatum perfidiæ commiſſum ab eo, qui in tormentis defecit. Ait enim lib. de pudicitia, in fine: *Quis magis negauit,* Tertull. *qui Chriſtum vexatus, an qui delectatus amiſit? Qui cùm amitteret, doluit; an, qui cùm amitteret, luſit?* Equidem non abſolutè, ſed quantùm ex parte huius circumſtantiæ ſolius oſtenditur, acerbiùs quid reputari à Deo, offendi à lætante, & gaudente, quàm à dolente. Quòd enim quis inter tormenta, acutiſſimóſque dolores cogatur offendere, miſerabilius inde poſſet videri, quam quòd quis per gaudia, & luſus offenſam inferat. De lætitia nanque inferentis, non parum exacerbatur iniuria. Quò referenda ſunt dicta tom. 3. de Chriſto figur. lib. 7. cap. 8. §. 14.

§. XVIII.

Quod malum aliis infers, in te, tuiſque inuenies.

QVid vſitatiſſimum poſtulet Eſther à Deo, dum ait: *Conuerte conſilium eorum ſuper eos.* Rarò enim non meruit quis in ſuis malum, quod aliis voluit inferre. Exod. *Exod. 7.* cap. 7. locutus de Moyſe ait: *Eleuans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone, & ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem. Et piſces, qui erant in flumine, mortui ſunt, computruitque flumen*, &c. Vnde tantum malum in Ægyptios venit, vt eorum fontes manarent ſanguine, & putreſcerent aquæ? Sic ipſi opprimebant Iudæos, eos operibus duris affligentes, & ſanguinolentis flagellis verberantes, adeò vt miſerorum vulnera non curata putreſcerent. Ne miremur, quòd Ægyptij in ſuis inueniant, quod malum inferebant aliis. Ait S. Macarius Philadelph. orat. de Cruce, apud Gretſerum noſtrum tom. 2. *Poſtquàm* Macar. *vibices Iudæorum computruerant, æquum fuit, vt & flumine, & terra Ægyptiorum computreſceret, grauémque halitum ſpiraret.* Sic quam tabem Iudæis immerentibus inferebant Ægyptij, in ſuis inueniebant, illáque ipſi maximè affligebantur. Non aliter Exod. 12. *Percuſſit* *Exod. 12.* *Dominus omnem primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere.* Et eſto, quòd Deus voluiſſet percutere Ægyptios, cur eorum primogenitos percutere maluit? Cur in ſolos primogenitos armata eſt illa tanta plaga? Ægyptij primam perſecutionem, & primam afflictionem intulerant Iudæis, nimirum, populo Dei, indéque in ſuis primogenitis malum experiebantur. Vt Macar. dicat S. Macarius vbi ſuprà: *Loco primogenitæ afflictionis, quam ſubiit Iſrael, primogeniti eorum, qui afflixerunt, interfecti ſunt.* Crede mihi, homo, & nulli immerenti inferas malum: quod enim immerenti infers, in tua protinus cadet. Huc trahi poſſunt dicta tom. 3. de Chriſto figur. lib. 7. cap. 8. §. 15.

§. XIX.

Tribulatis Dei fauor proximus.

NOn otioſè ait Eſther: *Memento, Domine, & oſtende te nobis in die tribulationis noſtræ.* Vbi enim tribulatio eſt, iam ibi adeſt Dei fauor proximus. Iſaiæ cap. 40. dicebat Dominus: *Conſolamini, conſolamini, popule meus, dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate* *Iſai. 40.* *eam: quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.* D. Cyril. Alex. legit: *Quia completa eſt humiliatio* Cyril. Alex. *eius, ſolutum eſt eius peccatum.* D. Ambroſ. autem legit: *Quia repleta eſt deiectio, & ſolutum eſt peccatum eius*, &c. Quibus patet, quam ſit proxima deiectionis, & humiliationis tribulatio gratiæ Dei excludentis peccatum. Vt dicat D. Ambroſ. in Pſal. 118 Octon. 19. *Quàm citò dixit,* Ambroſ. *plenitudinem deiectionis ſolutionem eſſe peccati; & repetitur cauſam conſolationis, eò maius eſſe reconciliationis inſigne, quò numeroſior fuerit pœna, quàm culpa.* Simul ſanè ſunt, & deiectionis tribulatio, & diuinus fauor dimittens peccata. Cùm ob peccata tua deiectus, & humiliatus, & tribulatus fueris, homo, ne deſperes; imò tunc magis illas ſpes ales, quibus experieris Deum præſentem, & tollentem tribulationum cauſas, nimirum, peccata. Aiebat Pſal. 118. *Præueni in maturitate, & clamaui; quia in* *Pſal. 118.* *verba tua ſuperſperaui.* Vbi ærumnæ, & tribulationes hominem in clamorem excitabant, ille inter clamores doloris plenos magis ſperabat proximam ſanitatem. D. Ambroſ. vbi ſuprà: *Iuſtus ſemper ſperat, & in aduerſis poſitus, & frequentibus afflictus ærumnis deſperare non nouit;* Ambroſ. *ſed quò grauiora tolerauit, magis ſperat.* Et quidem meritò, quando afflictionibus, & tribulationibus fauor Dei non poteſt non eſſe proximus. Vnde monebat D. Macar. homil. 12. *Si quæſieris ergo Dominum in profundo, illic* Macar. *reperies eum ſigna facientem. Si quæras eum in lacu: ibi reperies eum in medio duorum leonum conſeruantem iuſtum Danielem. Si verò quæras eum in igne, reperies ibi opem ferentem ſeruis ſuis. Sin autem in monte, reperies eum ibi cum Elia, & Moyſe.* Nullúſque erit locus ærumnis, laboribúſque dicatus, in quo Deus ſuis opem ferens non inueniatur, & oſtendatur.

Eſtheris 14. Tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu leonis, & transfer cor illius in odium hoſtis noſtri, vt & ipſe pereat, & cæteri, qui ei conſentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, niſi te, Domine, qui habes omnium ſcientiam.

§. XX.

Verborum melos efferiſſimum quenque capit.

VT furentem Regem, & leoninam bilem prætendentem capiat Eſther, & ad ſe alliciat, non alia arma petit ex Deo, quàm ſermonem: dicit enim: *Tribue ſermonem compoſitum in ore meo, in conſpectu leonis*, &c. Sermonem compoſitum petit, forſan compoſitionem harmonicam, & muſica modulamina ſpectans, vt quæ ſciat, quàm ſoleat verborum melos etiam feriſſimos homines capere, & in manſuetudinem mutare. Et hanc vocis muſicam petiiſſe Eſther indicant illa verba, nimirum, *in conſpectu leonis.* Quippe contra leonem, cantus harmoniam optabat, vt quæ ſciret leonis ferociam conteri galli cantu: ait enim Solinus c. 30. de leonibus: *Cantus* Solin. *gallinaceorum timent.* Et quæ ferocia non frangatur, & in manſuetudinem mutetur melodia vocis? Quò reſpiciens Clemens Alexand. in exhortat. ad gentes, videns Clem. Alex. mundum per Chriſti Verbum mutatum, illam mutationem

nem diuinæ vocis refert modulamini. Ait enim: *Meus*
Clem Alex.
cantor ſolus quidem ex iis, quæ vnquam fuerunt, difficillimas feras, homines manſuefecit. Volucres quidem, eos, qui ex ipſis ſunt leues; ſerpentes verò, eos, qui deceptores; & leones, eos, qui ſunt ad iram concitati; lupos eos, qui ſunt rapaces; lapides autem, & ligna, ſunt inſipientes:: Has ergo omnes immaniſſimas feras, & tales lapides ipſe cæleſtis cantus in manſuetos homines transformauit. Et quam feram non manſuefaciant dulcia verborum modulamina? Habes 1. Reg. 16. Saülem furentem, Dauidis melodia curatum: ſic enim
1. Reg. 16.
dicit: *Spiritus Domini malus arripiebat Saul. Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat.* Ad ſonum citharæ Saülis furens animus ſedabatur, vt pateat, quam efficacia ſunt verborum modulamina, vt furentes homines in manſuetudinem abeant. Ait Richar. Victor. lib. 6. Allegor. cap. 2. *Cùm*
Rich. Vict.
ergo Saül ab immundo Spiritu arripitur, Dauid canente eius inſania temperatur: quia, cùm ſenſus potentium per elationem in furorem vertitur, dignum eſt, vt ad ſalutem mentis, quaſi dulcedine citharæ, locutionis noſtræ tranquillitate conuertatur. Aduersùs furentes homines verborum ſunt ponenda modulamina. Potens eſt enim vocis melos, vt furorem tollat, & manſuetudinem afferat. Dan. 3. ardentis fornacis flammæ pueros Hebræos accipiunt. Quid tunc? *Fecit*
Dan. 3.
medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos ignis, neque contriſtauit. Ecce ardentiſſimæ flammæ in auram roſcidam mutatæ ſunt. Et vnde nata eſt tanta mutatio? Ait Textus: *Hi tres quaſi vno ore laudabant*, &c.
Zeno.
Circa quæ D. Zeno ſer. 8. de tribus pueris, ait: *Incenſis hymnum canentibus flamma blanditur.* Dulcis puerorum vox Deo canens flammas in blanditias mutauit.

§. XXI.

Sermo, qui à Deo venit, è concinnitate, & compoſitione claret.

MEritò à Deo non niſi ſermonem compoſitum flagitat aiens: *Tribue ſermonem compoſitum in ore meo:* hoc eſt, ſermonem intra regulas iuſtitiæ, & modeſtiæ poſitum, qui nullò exorbitet, ſed vndique compoſitionem oſtendat, & concinnitatem. Is enim eſt ſermo, qui à Deo venit: à malo autem, qui venit, nunquam ſermo non cernitur exorbitare. Ioan. cap. 10. veri pa-
Ioan. 10.
ſtoris notas ponens Dominus ait: *Et oues vocem eius audiunt. Et cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur: quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur; ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.* Ecce tibi, vt vox paſtoris veri, nempe Dei, dicitur eſſe nota ouibus, vox autem falſi paſtoris ignota eſt illis. In quo ergo diſtinguitur vox paſtoris veri à voce falſi paſtoris, ratione cuius illa noſcitur ouibus? Sermo, qui per vocem Dei oſtenditur, ſermo compoſitus eſt, nihil habens exorbitantiæ, nihil abſurditatis: qui à malo venit ſermo, ſemper eſt incompoſitus, & inconcinnus. Vt dicat D. Ephrem ſerm. de Antichriſto: *Quæ oues à pertè vocem ſanctam veri paſtoris agnoſcunt, continuò*
Ephrem.
vocem ſeductoris agnoſcent. Neque enim ſimilis eſt ſancti Paſtoris voci. nam, cùm ſit vox furis, immitis, incompoſita, atque confuſa protinùs noſcitur. Expende illa, obſecro: *Incompoſita, atque confuſa protinùs noſcitur.* quippe qui diſcernere velit inter vocem Dei, & vocem Diaboli, ſtatim illud manifeſtum diſcrimen inueniet, quòd vox ſeductoris Diaboli incompoſita eſt, & maximè aliena à concinnitate, & compoſitione diuinæ vocis. Equidem, vt ſermo à Deo veniens compoſitus eſt, & concinnitate fulgens, ſic qui à Diabolo procedit, omnimodam incompoſitionem habet. Exod. 4. dicebat Dominus Moyſi: *Perge*
Exod. 4.
ergo, & ego ero in ore tuo. Ex Græco legitur: *Ego aperiam os tuum.* Circa quæ ait Orig. homil. 3. in Exod. *Beati ſunt,*
Orig.
quorum Deus aperit os, vt loquantur: Eorum, qui verba Dei loquuntur, os Deus aperit. Vereor autem, ne ſint alij, quorum è contrario Diabolus os aperiat. Nam, qui loquuntur mendacium, certum eſt, quod Diabolus aperiat os eorum. Qui falſum teſtimonium dicit, qui ſcurrilitates, ac turpitudines, & cætera eiuſmodi de ore ſuo proferunt, Diabolus aperuit os eorum. Sic totus ſermo, qui à Diabolo venit, incompoſitus eſt, & plenus maculis, vt è contra, qui à Deo venit ſermo, compoſitione gaudeat, & concinnitate.

§. XXII.

Poteſtatis diuina eſt, quòd mediis formidinibus vox ſalutaris non intercipiatur.

SApienter petit à Deo ſermonem ſtatura in conſpectu leonis, aiens: *Tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu leonis.* Scitum enim eſt, quòd, fremente leone, omnibus intercipitur vox animantibus, adeò vt nullus mutire poſſit. Summi namque timoris illud eſt ſignum Virgilianum:

Obſtupui, ſteteruntque comæ, vox faucibus hæſit. Virgil.

A Deo autem ſolo poteſt venire, quòd inter metuendos quis audeat loqui ſalutaria. In cruce erat Dominus vndique crudelibus ſeptus hoſtibus; ibi tamen aperiens os ſuum cœpit clamare Matth. 26. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Et qui coram Pilato ſic tacebat, *vt miraretur Præſes vehementer.* modò ſic loquitur poſitus inter tot hoſtes? Erant modò verba eius ſalutaria, in quibus proferendis ſuam oſtendebat diuinam potentiam, & virtutem, qua commutabat mundum. De iis locutus Arnold. Bonæuallis tract. 1. de ſeptem verbis, ait: *Modò vltrò eloquitur, qui paulò antè ad Herodis, & Pilati inquiſitionem conticuit. curioſitatem, & faſtum tumentium hominum aſpernatus, pauperes ſpiritu de patibulo docebat. ibique ſcholam religionis iterum inſtituens pauca proponit capitula, in quibus & affectum charitatis intimat, & zeli ſancti imitationem commendat. Non poſſunt impedire tormenta doctrinam; ſed quaſi habet contemnitur ſacrum. Sic igitur modò exhibet hominem, modò Deum*, &c. Non fuit timoris, quòd conticuit apud Herodem, & Pilatum; ſed poteſtatis contemnentis tumentium hominum faſtus. Quod monſtrauit in Cruce, vbi inter tremendos hoſtes non diſſimulat verba ſalutaria. Imò tormenta atrocia, cuſpideſque clauorum, aut lanceæ non potuerunt impedire doctrinam. Vt enim ſe hominem patiendo exhibebat; ſic loquendo conducentia inter hoſtes Deus monſtrabatur. Quis non Deus audeat terribilibus, & horrendis hominibus ſalutaria dicere? Iſaias cap. 6. *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum.* &c. Aliter Ieremias de ſe loquit cap. 1. nimirum: *Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me; Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, ædifices, & plantes.* Ad Iſaiam mittitur vnus Seraphim, ad Ierem. ipſe Deus venit. Iſaiæ labia forcipe tangit Seraphim: Ieremiæ autem os ipſa Dei manu contingitur. Inſuper & in Ieremiæ ore dicuntur poſita ipſiſſima Dei verba, quæ minimè dicuntur poſita in ore Iſaiæ. Et cur tot diſcrimina inter hos Vates? Cur ſingulariter dicitur Deus tetigiſſe os Ieremiæ, ibique verba ſua poſuiſſe, & non in ore Iſaiæ? Mittebatur Ieremias ad valdè metuendos Principes, ad terribilia mundi regna, quæ commutare debebat in bonam frugem. Interea autem, ne vox faucibus hæreat; ſed ſermo ſalutis proſiliat, opus eſt, non angelicæ virtutis, ſed poteſtatis diuinæ. Vt dicat Orig. hom. 1. in Ierem. *Quis ſit beatus eſt, vt regna multa, quæ Chriſto Diabolus oſtendit, regna Dæmonum, regna peccati eradicet; opus habet iis, qui à Deo ei dati ſunt ſermones: ſcriptum eſt enim: Ecce dedi ſermones meos in os tuum.* Non niſi quià Deo dati ſunt ſermones, manúmque prætendunt diuinam, in medium proſiliunt, vbi agendum eſt cum mundialibus potentibus, vt ad meliorem ſe frugem recipiant.

Arn. Bon.
Matth. 26.
Iſaia 6.
Ierem. 1.
Orig.

§. XXIII.

Vnius diuini auxilij fiducia nunquam non triumphat.

VIctricia ſunt illa Eſtheris verba: *Adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, niſi te, Domine.* Cur nò triumphet, quæ ſic ſe vni credit Deo? Aiebat Dominus Oſeæ cap. 13. *Perditio tua, Iſrael. tantummodò in me auxilium tuum.* Vbi perditionem Iſrael is notat, medelam ſubiicit, quòd, nimirum, vni Deo committat ſuum auxilium. Circa quæ ait Ruffinus lib. 3. in Oſeam: *Ex perſona Dei dicitur. Perditio tua, Iſrael tantummodo in me auxilium tuum. Atque*
Ruffin.

tunc;

[illegible] ſic cum in Deo liberationis fiducia [illegible]. Ne[illegible] quam [illegible] ei dicunt ho[illegible] quàm vel vni Deo crede[illegible] ſummum auxilium habere. Dicebant illi *Dan. 3.* tres pueri ſeruiti Nabuchodonoſori Regi Dan. 3. *Deus noſter, quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare.* Viuum auxiliatorem, & protectorem Deum opponunt furenti Regis poteſtati, & inde coniecti in fornacem glorioſe triumphant de flammis, quæ circunſtantes Chaldæos deuorant. *Zeno.* Vnde hoc? Ait D. Zeno ſer. 3. de tribus pueris: *Tanta eſt fidei virtus tantaque ſpes fiducia, cultoribus ſuis etiam ipſa elementa, contra naturam famulari compellat.* Proh fiduciæ vires in Deo fundatæ! Norunt equidem vel naturas rerum in ſui famulatum mutare, & de omnibus contrariis naturis triumphare. Video vnam fœminam Iudith *Iudith 10.* cap. 10. procedentem de ſua ciuitate, & aduerſùs ingentem Aſſyriorum exercitum ire. Et quibus armis? Ait *Orig.* Orig. hom. 19. in Iudices: *Proceſſit Iudith ad bellum non armis neque in equis belliconis in ſubſidiis militaribus freta, ſed virtute animi, & confidentia fidei, conſilio ſimul, & audacia hoſtem peremit, & quam viri perdiderant, fœmina reddidit libertatem patriæ.* Sic confidentia fidei, quæ Deo innititur, valet de omnibus triumphare. Deſint arma, deſint copiæ auxiliares, ſit tibi fiducia in Deo firmiter collocata, & de omni poteſtate contraria triumphos ages.

§. XXIV.

Mundiales ad calamitatis augmentum referunt, quòd vnum Deum auxiliatorem habeant.

FOrſan ad mentem mundialium locuta Eſther ait: *Adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, niſi te, Domine.* Quaſi inde exaggeret pondus, & augmentum calamitatis ſuæ, quod vnum Deum auxiliatorem habeat. Dicebat Dominus populo ſuo per Oſeam cap. 13. *Oſea 13.* *Ero eis, quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum: occurram eis, quaſi vrſa raptis catulis, & diſrumpam interiora iecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo: beſtia agri ſcindet eos. Perditio tua, Iſrael: tantummodò in me auxilium tuum.* Sto à ſententia putantium, omnia hæc verba pertinere ad calamitatem inferendam Iſraelitis. Sed, quomodo ad calamitatem pertineant illa, nimirum: *Tantummodò in me auxilium tuum?* Vnde poteſt eſſe homini calamitoſum, quòd in vno Deo habeat auxilium? Loquitur ad hominum mundialium mentem, qui, vt explicent eorum calamitatis augmentum, dicunt, penes vnum Deum eſſe remedium. Ait ibi Ruffi- *Ruffin.* nus: *Id de vſu ſermonis humani videbis illatum. Inde eſt enim, quòd ſi quando grauiter morbo aliquem, vel deſperabili neceſſitate oppreſſum viderimus, ſpem eius in Deo eſſe dicimus, non vtique mentis officium, ſed pondus cladis, quæ deperiret, indicantes. Indubitat igitur, inquit, perditio te comprehendet, & de qua nemo niſi omnipotens poſſit eruere.* Equidem nullò magis vulgariter exprimitur pondus calamitatis, quàm vbi oſtendimus eam tantam eſſe, quæ à ſolo Deo poſſet remedium acquirere. Languidus ille piſcinæ Bethſai- *Ioan. 5.* dæ intertugarus de ſalutis cupiditate, Ioan. 5. quaſi calamitatem deploratam oſtenderet, dicebat: *Hominem non habeo.* non potuit dicere, Deum non habeo: imò, quia in ſolius Dei manibus relictus erat, inde pondus calamitatis exprimebatur. Vt dicat D. Chry- *Chryſoſt.* ſoſt. homil. 36. in Ioan. *Audi ergo verba eius, & miſeriam. Cùm enim dixiſſet Ieſus: Vis ſanus eſſe? Domine, inquit, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Quid hoc miſerius? quid calamitoſius?* Equidem ſummæ calamitatis ſolet eſſe exaggeratio, quòd omnia auxilia creata diſpareant, & vnus Deus auxiliator relinquatur.

Eſtheris cap. 14. Et noſti, quia oderim gloriam iniquorum, & deteſter cubile incircunciſorum, & omnis alienigenæ. Tu ſcis neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud, quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei.

§. XXV.

Mundialia bona rarò non pariunt iniquitatem.

DIcit Eſther Deo: *Noſti, quia oderim gloriam iniquorum.* regalem ſplendorem, bonorúmque mundialium abundantiam, iniquorum gloriam vocans: quia rari homines de mundialium bonorum ſegete non metunt iniquitatem. De Saule dicitur 1. Reg. 13. *Filius vnius* *1. Reg. 13.* *anni erat Saul, cùm regnare cœpiſſet; duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael.* Magna innocentia Saulis explicatur, cùm dicitur filius vnius anni erat Saul: qua enim puer paruulus innocentia gaudet, ea gaudebat Saul, cùm primùm regnum aſcendit, quam conſeruauit in regno duobus annis. Sed poſt duos annos regni eius, quis eius iniquitates numeret? Inuidioſus fuit in Dauidem: trecentos Sacerdotes Domini iniuſtè peremit. Et quæ occaſio adeò innocentem hominem in tot iniquitates impulit, niſi regni gloria, in qua erat? Pulchrè huc reſpiciens Ioſephus lib. 6. Antiq. cap. 14. inquit: *Rex Saul* *Ioſeph.* *iam ſuo facinore perpetrato, ſtirpe pontificia internecione deleta, ſatis declarauit, quàm prauum ſit hominum ingenium. Tantiſper enim, dum humiles ſunt, atque plebeij, æqui ac boni viri eſſe videntur, mirúmque quoddam iuſtitiæ ſtudium profitentur. Quia & pietatem interea colant, Deúmque omnibus actionibus noſtris intereſſe, omnésdenique cogitationes intueri perſuaſum habent.* Ecce ibi, quot virtutibus floreant homines in humili, & plebeio ſtatu conſtituti, vt pij, vt iuſti, & Dei cultores ſunt. Sed ij ipſi, vbi ad potentiam veniunt, quales exiſtunt? Legit Ioſephus aiens: *Sed ſimul atque ad potentiam, & imperium prouecti ſunt, exutis preſtinis moribus in omnem audaciam, & inſolentiam, diuinarúmque æquè, ac humanarum rerum contemptum prolabuntur, &c.* Heu, miſera hominis conditio! Rarò enim homo de mundiali potentia, ſplendore, & gloria aliud metere, quam iniquitatẽ ſciunt. Crede mihi, de mundialibus bonis rarò non metes, aut ablationem, aut diminutionem virtutum. De Iſraelitis dicebat Oſeas c. 13. *Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.* Circa quæ ait D. Cyril. *Oſea 13.* Alex. *Luxus, & bonorum inexpectatorum ſplendor, ſatis magnam vim habent, vt eos in obliuionem Dei abducant, & ad quiduis illegitimum humanum animum diſſoluant. Ad probationem ſufficit Iſrael, qui reſiliuit, & felicitatis ſuæ tam grauis morbi occaſionem inuenit. Lubricum igitur quiddam, & moderatu difficilior res lota, & quaſi via plana ad defectionem à Deo.* *Cyril. Alex.* Quid pariat felicitas, & opulentia mundialis, niſi defectionẽ, & iniquitatem? Matth. 20. de primis illis Dominicæ vineæ cultoribus locutus ait: *Venientes autem primi arbitrati ſunt,* *Matth. 20.* *quòd plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus.* Et in quo portarunt iſti diei pondus? Vt primi in mundum venerunt, inuenerunt mundum in maiori ſplendore ſuo: vnde inter ſæculi ſplendores, & felicitates difficiliùs potuerunt virtutem ſeruare. Vt dicat Imp. hom. 34. in Matth. *Tunc mundus in in-* *Imperf.* *tegritate conſtitutus omnibus bonis proſperabatur, & felix erat: nunc autem mundus ſeneſcens omnibus aduerſitatibus premitur; & ideò contemptibilis non eſt. Qui ergo tunc fuerant homines, cùm maiori difficultate, & labore iuſtitiam ſeruarunt, quia ipſa felicitas mundialium rerum ſatis impedimentum eſt animæ ad iuſtitiam faciendam.* Sic ibi: vt pateat, quam ſoleant à glorijs mundialibus oriri iniquitates.

§. XXVI.

Oratio non parum ex caſtitate commendatur.

NOn parum commendatur Eſtheris oratio per illa verba, quibus ipſa teſtatur: *Cubile incircunciſorum deteſtor, &c.* Vt enim à coniugali Aſſueri thalamo abhorrebat; ſic efficaciùs ad Deum orabat. Quando oratio à continentia, & caſtitate maximè commendatur. Dicebat Dominus Gen. 4. *Vox ſanguinis fratris tui clamat* *Geneſ. 4.* *ad me de terra.* Et mirabar, quòd defuncto Abele adhuc vox eius clamaret, & audiretur à Deo. Vnde vox

hominis tantam potuit habere efficaciam. Ait D. Ambroſ. in Pſal. 118. Octon. 19. *Magna vox iuſtitia, magna eſt caſtitatis, per quam & mortui loquuntur, nec ſolùm loquuntur, ſed etiam, ſicut Abel, clamant.* Dat equidem caſtitas hominis orationi efficaciam, qua apud Deum valeat. Hinc Numer. 27. oſtenditur Moyſes orationem fundens ad Deum, dicens: *Prouideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc,* &c. Erant equidem Moyſi filij, cur ergo filiorum ſuorum non meminit, cùm de ſucceſſore agit cum Deo? Cur non proponit filium ſucceſſurum ſibi? Vbi oraturus acceſſit, ſic obliuiſcitur omne opus nuptiale, quaſi non coniux; ſed virgo fuiſſet, ſciens, quantùm efficaciæ addat orationi virginea puritas. De quo locutus Philo lib. de Charit. ait: *Sublatiſque ad cœlum puris, & virginea caſtitatis, vt ita loquar, manibus, ſic Moyſes precatus eſt: Deſpiciat Dominus Deus,* &c. Expende illud: *Puris, & virginea caſtitatis manibus.* quippe iis voluit Doctor oſtendere, quàm remotæ à carnalibus voluptatibus debeant eſſe manus orantis, vt quæ debeant videri æmulæ virgineæ virtutis. Moyſes enim ſic pro ſucceſſore orabat, quaſi non haberet filios, ſed à nuptiis abſtinens fuiſſet ſemper virgo. Annam Samuelis matrem orantem dum proponit Text. 1. Reg. 1. ait: *Porrò Anna loquebatur in corde ſuo.* Non dicitur in oratione Anna clamaſſe ad Deum, vt Moyſi dicit Dominus Exod. 14. *Quid clamas ad me?* Moyſes in oratione clamabat: Anna non clamabat, ſed loquebatur. Et quando Moyſes clamare cenſetur in oratione, cur Anna non clamare dicitur, ſed tantùm loqui? Ait D. Amb. vbi ſupra: *Anna tamen non clamabat in corde ſuo, ſicut Moyſes, ſed loquebatur, fortaſſe, quia filios poſtulabat.* Eo remiſſior oratio Annæ videbatur, quo non remotior à carnalibus voluptatibus, vtpote quæ filios poſtulabat.

Ambroſ. Numer. 27. Philo. 1. Reg. 1. Exod. 14.

§. XXVII.

Qualiter matrimonium ſit eligibilius virginitate.

AIt Eſther Domino: *Noſti, quòd deteſter cubile incircumciſorum,* &c. Et quando puella bona ſic deteſtabatur regias nuptias, cur non magis manſit in virginitate? Ipſa reſpondit aiens: *Tu ſcis neceſſitatem meam.* Neceſſarium erat coniugium illud commodo totius populi Iſraelitici bono, ſub qua neceſſitate conſtricta Eſther ſanctiùs prætulit coniugium illud virginitati. Ait Rupert lib. 8. de Vict. c. 17. Putáſne minùs iuſtitiæ nunc obtinet Eſther tolerando id, quod oderat, cubile incircumciſi, quàm ſi refugiſſet, ne vllo modo coniungeretur illi? Nequaquam: nam tu, Domine, inquit, ſcis neceſſitatem meam. Et vera ſententia eſt, neceſſitas parit coronam. *Nequaquam tantò debuit illi eſſe cuſtodia corporis ſui, vt proponeret eam communi ſaluti ſuæ gentis, imò ſalutis totius mundi cui, videlicet, ſaluti omnium mirabiliter cooperata eſt illa commiſtio captiuæ Eſther, & Regis Aſſueri,* &c. Planè anguſtiæ temporis, captiuitas totius populi Iſraelitici, in qua & totius mundi ſalus periclitabatur, eò adduxit Eſtherem, vt deberet præferre regium coniugium puritati virgineæ: etſi enim virgineus ſtatus perfectior ſit ſtatu coniugali, tamen quia virginitas virtus moralis eſt, quæ in medio conſiſtit; non debet ſic amari, vt præponatur communi regni ſaluti. Et ideò ob commune aliquod, aut mundi, aut regni Chriſtiani bonum, quod ſperetur de coniugio, eligibilius tunc coniugium eſt, quàm virginitas. Hinc D. Aug. lib de bono coniugali, multis oſtendit, ſanctorum Patriarcharum connubia eligibiliora fuiſſe virginitate, & tandem ait cap. 25. *At verò continentes, vel mares, qui defunctis vxoribus, vel fœminæ, quæ defunctis viris, vel vtrique, qui pari conſenſu continentiam Deo vouerunt, ſciant ſibi quidem mercedis amplius deberi, quàm coniugalis caſtitas poſcat: ſed ſanctorum Patrum nuptias, qui prophetice coniungebantur, qui neque in concubitu, niſi prolem, neque in ipſa prole, niſi quod in carne venturo Chriſto proficeret, requirebant, non ſolùm prò ſuo propoſito non contemnant; verùm etiam ſuo propoſito ſine dubitatione proponant.* Itaque nuptiale opus conducens mundi ſaluti inde orituræ eligibilius fuit, & maximè præponendum virginitati puriſſimæ. Quod ſatis nouit puriſſima Virgo Virginum, Maria, vbi audiens Angelum loquentem de Filio Dei orituro de eius viſceribus, vt reparaet mundum, ait Luc. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco.* Proponit virgineum votum à ſe emiſſum, & ſcire cupit modum, quo poſſit fieri mater tanti Filij, tantæque ſalutis, parata vel nuptiali paſſioni conſentire, ſi non aliter Deus diſpoſuiſſet tantæ felicitatis ortum in mundo. Sic dicta verba commentatur D. Bernard homil. 4. ſuper *Miſſus eſt.* inquiens: *Non dubitat de facto, ſed modum requirit, & ordinem. Nec enim quærit, an fiat iſtud, ſed, quomodo. Quaſi dicat. Cum ſciat Dominus meus teſtis conſcientia mea votum eſſe ancillæ ſuæ non cognoſcere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, vt fiat iſtud? Si oportuerit me frangere votum, vt pariam talem Filium. & gaudebo de Filio, & doleo de propoſito. Fiat tamen voluntas eius.* Sic Virgo prudentiſſima, etſi cum dolore, parata erat præponere tantæ felicitatis ortum puritati virgineæ. Quam ſententiam ex Bernardo loco citato, & Auguſtino probat, & ſequitur Cardinalis Tolet. ibi Annotat. 93. circa finem.

Rupert. Auguſt. Luc. 1. Bernard.

§. XXVIII.

Non eſt intrinſecùs virtus, quæ nunquam foras erumpit.

VT mundialium gloriarum contemptum teſtetur Eſther, non ſolùm ad intimos animi affectus confugit; ſed quid oſtendit extrinſecum: ait enim: *Quòd abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud, quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei.* Contemptus gloriæ, & ornatus non adeò intrinſecus erat, quòd non foras prodiret. Inde enim oſtenduntur ornatus illi glorioſi abominabiles Eſtheri fuiſſe, quòd vbi licebat, minimè illis vtebatur. Quis credat, te intimè abominari rem, à qua nunquam extrinſecùs diſcedis, etiam cùm potes? Equidem Eſther in receſſu ſuo, vbi Regis oculis non parebat, nullo glorioſo ornatu, nullo inſigni regio vtebatur, quo maximè oſtendebat, quam intimo animo illa contemnebat. Nequit enim virtus adeò intima eſſe, quin foris pareat, vbi occaſio dederit. Pſalm. 118. dicebat Dauid de multis: *Coagulatum eſt, ſicut lac, cor eorum.* Non lacti effluenti; ſed lacti coagulato comparatur illorum cor: lac enim ante coagulum ſic effluit, vt ſi vas illo plenum attingatur, facilè exteriùs effundatur. At, vbi coagulum accedit, ſic lac duratur intra vas, vt nullo modo foras ſupereffluat. Sic in corde hominis, vbi lacteæ virtutes ſunt, facili negotio ad extra effluunt. At, vbi nihil ad extra funditur, iam ſignum eſt coaguli vitio intrinſecùs virtutes corruptas eſſe, & in vitiorum duritiem conuerſas. Ad hæc pulchrè D. Amb. ibi Octonar. 9. ait: *Ergo coagulatum eſt cor per ſuperbiam, per inuidiam, quæ lenitate naturæ fluentem beneuolentiam malitia concretione vitiarunt.* Dum intus ſecus erat beneuolentia, facilè fluebat ad exterius, vt data occaſione aliis benefaceret, vt lac ante coagulum facilè effunditur ad extra. Acceſſit malitiæ coagulum, & tunc coagulatum cor ſic duratur, vt nihil virtutis foras effluat. Dicunt aliqui, ſibi mundum, ſæcularéſque dignitates odio eſſe; & tamen nunquam ab illis diſcedunt, nullúmque opus exhibent contrarium, imò nec temperatè illis vtuntur, ſed cum tota deſpotica iuris latitudine. Hi planè mentiuntur de internis: coagulatum eſt enim cor eorum per ſuperbiam, quæ fluentem virtutem malitiæ concretione vitiauit, ne foras effluat. Dicit alios, ſe amore ſeceſſus teneri, & nec tantillum à tumultu, actiuitatéque vnquam recedit. Necnon & alios hominibus odioſis maximum ſe bonum proteſtatur velle: ſed, etſi mille ſe offerant occaſiones, nullum vnquam illis bonum præſtat. Prorſus hi mentiuntur de internis, coagulatum enim eſt cor eorum per malitiam, ne quid virtutis foras exeat. Vbi enim virtus eſt in corde, nequit non expectari, quòd data qualibet occaſione, foras exeat. Iſaiæ cap. 6. dicebat Dominus: *Quem mittam? Et quis ibit nobis?* Cupiebat Deus mittere Iſaiam, imò & Iſaias cupiebat maximè mitti à Deo; quam Iſaiæ cupiditatem, & affectum iam nouerat Deus, & nihilominùs ab illo quærit: *Quem mittam?* Si noſti, Domine hominis affectum, cur adhuc quæris? Vt nouerat affectum Iſaiæ internum eſſe, expectabat illum facili [illegible] manifeſtandum eſſe. Ait D. Ambroſ. in Pſal. 118. Octon. 14.

Pſal. 118. Ambroſ. Iſaia 6.

Et

Ambroſ. *Et quamuis timuerit aſſ. diam, exaltaui tamen ut im.* Sciebat Deus non poſſe in meat. nius publican virtutem, quæ interius ſecus muidebat animo, & ideò publicationem expectauit.

Eſtheris 14. Et quòd non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit conuiuium Regis, & non biberim vinum libaminum: Et nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc tranſlata ſum vſque in præſentem diem, niſi in te, Domine Deus Abraham Deus fortis ſuper omnes, exaudi vocem, *&c.*

§. XXIX.

Abſtinentia a cibis omnium aliarum cupediarum facit abſtinentiam.

DIxerat Eſther regios ornatus, regias glorias à ſe mariis... fuiſſe contemptas, dum ait: *Et abominor ſignum ſuperbia, & gloria mea ... deteſtor illud tanquam pannum menſtruata.* Et ne de tam ... gloriarum contemptu dubites, addit ſtatim ... *Et quòd non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit conuiuium Regis.* Quæ enim hic ategns, la uiqne cibis abſtinebat, facile credi poteſt abſtinuiſſe & ab omnibus aliis mundi dialium gloriarum cupedijs. Dan. c. 1. dicit: *Propoſuit autem Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus eius, & rogauit eunuchorum præpoſitum, &c.* Quippe Daniel, & tres alij pueri captiui Babylone iuſſi fuerant a Rege nutriri de ipſius menſa Regis, & vino potari, quod Rex ipſe bibebat. At illi propoſuerunt in corde ſuo ab his cibis prorſus abſtinere, & pauca, & ſordida legumina edere. Sed & iuſſi erant edi... ſcere ſapientiam Chaldæorum. Quando ergo dicuntur propoſuiſſe abſtinere à cibis regiis, cur non proponere dicuntur abſtinere a ſapientia Chaldæorum? Vt dicuntur abſtinuiſſe à cibis regiis, ſimul etiam ... ab omnibus aliis abſtinuiſſe cupediis, quæ ſunt annexæ pe... Vt dicat D. Hieron. in prologo. *Qui ne mensa Regis ... de vino potum eius non vult comedere, ne polluatur, utique ſi ſciret ipſam ſapientiam, atque doctrinam Babyloniorum eſſe peccatum, nunquam acquieſceret diſcere, quod non licebat.* Quippe ab omnibus, quæ peccato vel proxima, vel adiuncta ſunt, abſtinere, qui a menſa, & potu regio abſtinebat. Abſtinentia enim a ciborum delicijs, omnium ſui ... ectarum cupiditatum ... abſtinentiam. De Iudith in ... ad conuiuium Holofernis dicitur cap. 12. *Accepit ... manducare, & bibit coram ipſo ea, quæ paraucrat illi ancilla ſua.* Non manducauit nec bibit de iis, quæ pa... erat Holofernis menſa, nec ... pretiolas ... ſed ... ab omnibus ... ſtineo ... ne ... quæ ... paraucrat. Quid tunc. Ait D. Ambroſ. *Ne vidua: Nec ebrietate, vel legimus, maculata, nec adulterio ... caſtitatem ex hoſtibus rapuit trophæum, quam patria liberata.* Expende illa: *Nec ebrietate maculata, nec adulterio ...* vincentus a lautis, regiiſque cibis abſtinuit, iam oſtendebatur, quam longe eſſet ab amplexibus laſciuis, quantum ad omni carnali voluptate triumphum erigeret. Caue tibi, lintea, à ciborum lautitia, niſi velis ſub aliorum cupidita tum iugo perire. Dan. 1. tres pueri Hebræi captiui Babylone erant, & in aula degebant: *Et conſtituit eis Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino, vnde bibebat ipſe.* Et tu habes ego tanta Regis beneuolentiam in pueros captiuos. Quo enim affuci potuit tyrannus Rex, vt ſic proſpiceret commoditati captiuorum, vt de menſa ſua, & de potu ſuo prouideret eis cibos? Planè non ea erat Regis beneuolentia, ſed Diaboli inſtinctu: qui regios cibos pueris propinabat, vt inde illos traheret in ... D. Ephrem ibi: *Cæterùm honeſtatis eximios ... nihil in obſidione ſanctitatis ... alliabere à Domino, atque ... ad ... ſe contaminaret, ... inducere potuit. Quare ... omnis Regis ... ſuadetque, vt per ſingulos dies, Rex ... eis annonam de cibis ſuis, & de vino, vnde bibebat ipſe.* Non eq. idem Regis pietas, ſed Diaboli aſtus erat,

Dan. 1.

Hieron.

Iudith 12.

Ambroſ.

Dan 1.

Ephrem.

quòd cibi regij darentur tribus pueris: inde enim putabat illos in omnem aliam malitiam deuenturos.

§. XXXI.

Non tam raritas, ſed continuata frequentia deliciarum ſuſpecta ſit.

DE menſa Aman comediſſe vnquam negat abſolutè Eſther: de menſa autem Aſſueri comediſſe non negat: dicit enim: *Quod non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit conuiuium Regis.* Forſan Aman, cui erat cordi Reginæ gratiam acquirere, creber erat, & continuus in mittendis eius delicatiſſimis, quibus inſectaretur Reginam. A quibus, vt frequentioribus, & continuis, prorſus abſtinuit Eſther, nec buccellam inde voluit accipere. Rex autem rarò ad menſam vocabat Reginam, & non niſi in die feſtiui alicuius conuiuij: de Perſarum enim Regibus dicitur apud Athen. lib. 4. cap. 6. *Rex apud Perſas ſæpius ſolus & prandet, & cœnat, quamuis aliquando vna mulier cœnet, &c.* Expende illud: *Aliquando,* quo oſtenditur rarò vocari Reginam ad Regis Perſarum conuiuium. Ad quod etſi minimè lubens accedebat; tamen Eſther, & vt hoc rarum erat, ſic minimè noxium fuit illi. Non enim quod rarum; ſed quod continuum eſt, deliciarum pondus, opprimit etiam iuſtos. Dan. 1. de tribus Hebræis pueris captiuis Babylone ait: *Et conſtituit eis Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino, vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis poſteà ſtarent in conſpectu Regis.* Ecce tibi regia menſa proponitur tribus pueris captiuis, qua fruantur continuò per tres integros annos, & poſtea ſtent coram Rege. Et cur non magis curantur ipſa educationis, & nutritionis? Equidem non rarò Rex diſponebat ea, quam Diabolus eius in corde exiſtens, qui non de raritate, ſed de longa & continuata ſerie conuiuiorum ſperat ad ſe homines iuſtos adducere. Ait D. Ephrem ibi: Cæterùm honeſtatis inimicos conſpiciens, nihil in obſidione ciuitatis eos valuiſſe abſtrahere à Domino: Quare in eos nuptij Regis ſeſe immittit, ſuadetque, vt per ſingulos dies Rex conſtituat eis annonam de cibis ſuis, & de vino, quo bibebat ipſe, ſicque eos enutriat annis tribus. *Et vide hic malignitatem Draconis, quandoquidem non ad diem vnum, neque ad menſam dierum conſtituit præſinitam tempus; verum ad tres vſque annos protegunt certamen, vt temporis diuturnitate tandem ſubſterneret amatores diuini cultus.* Sciebat nequam ille, quòd rari alicuius conuiuij telum facile ſoleret in caſſum ire: at continuata, & longa ſeries deliciarum rarò non opprimit etiam iuſtos. Cap. 1. Iob, vbi ſeptem numerantur eius filij, dicitur de illis: *Ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnuſquiſque in die ſuo. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent, & biberent cum eis. Cumque in orbem tranſiſſent dies conuiuij mittebat ad illos Iob, & ſanctificabat illos.* Dicebat enim: *Ne fortè peccauerint filij mei.* Expende illa: *Cum in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat Iob, &c.* Non poſt vnum, aut alium diem, ſed, poſtquam omnes tranſiſſent dies conuiuij, qui iuxta numerum filiorum ſeptem erant, tunc ſolicitus Iob, ne filij peccauiſſent, mittebat ad eos, vt ad ſacrificium expiationis veniſſent. Quæ ſollicitudo meritò implebat Iobum, non poſt vnum, ſed poſt ſeptem continuatos dies conuiuij: vt enim, quod rarò fit, conuiuium innoxium eſt, ſic continuata conuiuiorum frequentia ægrè ſine culpa eſſe poteſt. In ... Herodis conuiuio dicebatur illa Marc. 6. *Volo, vt ... des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Circa quæ ait D. Chryſol. ſer. 174. *Ecce quod pariunt tot noctibus protracta conuiuia.* De continuatione, & protractione conuiuiorum non mediocria mala proſiliunt.

Athen.

Dan. 1.

Ephrem.

Iob 1.

Marci 6. Chryſol.

§. XXXI.

Cui Deus affulget, mundialia omnia vileſcunt, contemnuntur.

HOc de ſe aſſerit Eſther nimirum: *Et nunquam lætata ſit ancilla tua ex quo huc tranſlata ſum, vſque in præſentem diem, niſi in te, Domine Deus Abraham.* Inter regalis

galis culminis lætitias poſita, vnam, quæ in Deo erat, lætitiam ſumebat. Sic ſolet Deus in animis ſuorum efficere, quibus dum affulget Diuinitas, cætera omnia facilè con-
Cant. 5. temnuntur. Dicebat illa Cant. 5. *Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt, &c.* Quæ liquefiunt metalla, & molliora, & puriora redduntur, omni ſcoria excluſa. Sic anima, cui Deus affulget, quidquid eſt mundialis ſcoriæ abiicit, & vni adhæreſcit Deo. Ait D. Greg. PP. hom. 25. in Euang.
Greg. *Anima liqueſacta eſt, vt dilectus locutus eſt. Mens namque hominis Conditoris ſui ſpeciem non quærentis, malè dura eſt: quia in ſemetipſa remanet frigida. At ſi ardere iam ex deſiderio cœperit ad ſequendum, quem diligit, liqueſacta per ignem amoris currit. Fit deſiderio anxia, vileſcunt ei ſæculo cuncta, quæ placebant, nihil eſt, quod extra Conditorem libeat. Nihil eam mæſtitiam conſolatur, quouſque, qui deſideratur, non aſpicitur.* Sic animæ ignem Dei ſentientes vileſcunt omnia, quæ extra Deum poſſunt inueniri. Explicatiùs comparationem liquefactionis perſequitur D. Macar. hom. 4 inquiens: *Quemad-*
Macar. *modum ferro, plumbo, auro, vel argento in ignem coniecto, reſoluitur eorum dura natura, & in molliorem mutatur: ſic & anima, quæ mundo abrenunciauerit, ſolum Dominum deſiderans, illum ignem cæleſtem diuini, ac ſpiritualis amoris conſecuta, tunc verè à mundo exoluitur, & cuncta procul à ſe repellit, reliqua omnia pro ſuperfluis habens, in ſolo ſponſo cæleſti quieſcens.* Nequit enim diuiniſſimus ille ignis, non mundare animam ab omni mundiali, & terreſtri affectu. Euntiad ardentem rubum Moyſi dicit vox de medio ignis prodiens
Exod. 3. Exod. 3. *Ne appropies huc, ſolue calceamentum de pedibus tuis.* Et cur non appropiaret cum calceamentis? Ait D. Nicæn.
Nicæn. de vita Moyſis: *Quæ quidem lux, cùm nobis illuxerit, primò docebit, quid faciendum ſit, vt poſſimus ad veritatis radios accedere. Quòd calces ſoluendi, exuendúſque ſit vndique omnis amictus pelliceus, ac terreſtris, & ſordidus paſſionum aſtus.* Hoc annuit lux diuina noſtris affulgens animis. Nec miror, quòd Deus ſic venire ad animam velit, vt exuat ante omnes affectus alius. Dicebat enim Adam Gen. 2. *Propter hanc*
Gen. 2. *relinquet homo patrem, ac matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Ex
Macar. quo ſapienter argumentatur D. Macar. hom. 4. *Si ergo carnis dilectio ſi hominem ſoluit ab omni alio amore, quantò magis ſoluentur ab omni dilectione mundi, quicunque digni habiti ſunt, vt ſancti, & ſemper amandi illius ſpiritus verè participes fierent? Et cuncta videbuntur eis inutilia, proptereà quòd vicli ſunt à deſiderio cæleſti.* Sic ibi.

§. XXXII.

Nunquam regalior animus, quam vbi non mundiali gloria, ſed ſola virtute capitur.

MAgnum hoc in Eſthere, quòd inter regales glorias, minimè ab illis caperetur: ait enim: *Nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo tranſlata ſum huc, vſque in præſentem diē, niſi in te, Domine Deus.* Inter glorias, & delicias regias vno Deo, & virtute contenta erat, ex quo ad regnum aſcendit. Cum regia dignitate illum ſimul imbibit animū, quo omnia huius temporis bona contemneret, virtutique vni habendæ vacaret. Et quid hoc regalius? Paul. ad Hebr. c. 11.
Hebr. 11. aiebat: *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filiū filiæ Pharaonis.* Nutriebatur Moyſes in Regia, tanquam nepos potentiſſimi Regis: vbi autē ipſe grandis factus eſt, quidquid gloriæ regalis erat, abnegauit, ſola virtute cōtentus. Quò
Nicæn. ſpectans D. Nic. de eius vita, ait: *Magnitudine animi omnem honorem humanum, omnem regiam dignitatem, omnemq; gloriā aſpernatus eſt. magnificentiſſimū enim, ac regiū iudicauit, nō ſatellitibus, ornatuq; regio, ſed virtute cuſtodiri, & virtutis ornata gloriari.* Expende ab illis: *Magnificentiſſimū, ac regiū iudicauit, non,* &c. In hoc enim totū regium ponebat, quòd non regiis mundi ſplendoribus gauderet; ſed Deo, & virtute appareret ornatus. Quòd enim virtutibus fulgeas, hoc regium maximè eſt, etiamſi nudus aliis videaris. Quòd autē vitiis plenus, & vacuus Deo regalibus mundi inſignibus fulgeas, non te Regem, ſed ridiculum facit. Matth. c. 27. lo-
Matth. 27. cutus de illuſionibus factis Ieſu meo, ait: *Chlamydem coccineam circumdederunt ei:::Et genuflexo ante eum, illudebant ei.* Purpura induunt eum, & ſic purpurato illudunt. Cur ob ante purpuræ indumentum illæ illuſiones, & irriſiones erant? Planè Ieſus meus tunc figuram, ſeu perſonam agebat peccatoris: peccator autem ſub purpura, regiaque gloria fulgens illuſioni, & riſui eſt Deo, & Angelis eius.
Drogo. Quò ſpectans Drogo lib. de Paſſ. ait: *Ractione illuſus? Quid veſte nitida gloriaris? Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum vermes erit: hæc tua veſtis eſt illuxerunt tibi, qui chlamyde coccinea circumdederunt.* Heu! homo peccator, quem expectāt, & vermes, & tinea pro veſtibus! Planè, qui æterno vermi mordendus deſtinatur quòd huic detur purpurea veſtis, regius ſplendor, regius comitatus, hoc ad riſum, & illuſionem pertinet. Miſerè illuditur in regio decore, qui vitiis ſuis ad vermē æternum feſtinare creditur.
De iis dicebat Hab. c. 1. *Et tyranni ridiculi eius.* Tyranni ſunt Habac. 1.
peſſimi Reges, qui multis inficiuntur ſceleribus; ii autem, dum purpura fulgent, dum magno ſatellitio circundantur, non parum riſum mouent Diabolo, qui aliqua ſua mancipia videt agere perſonas Regum: illud enim verè, & ſeriò regium eſt, quòd non in regali pompa; ſed in virtute conſiſtit, & Deo.

CAPVT XII.

Eſther Regem adit inuocata.

TEXTVS HISTORIA.

TErtio in luctu, & oratione peracto, quas maximè amabat Eſther ſordidas veſtes exuens, pretioſas accepit, magis ad accendam pulchritudinem conducentes. Et regali ornatu præfulgens duas adſciſcit ancillulas, quarum altera veſtes ſuſtentabat, alterius autem brachio Eſther innixa eò peruenit, quò videri poſſit à Rege ſedente in ſolio ſuo. Quem vbi ipſa vidit, penè exanimata corruit ſuper ancillæ brachia. Nec mirum: erat enim Rex, & maieſtatis gloria terribilis, & ad audacem Eſtheris ingreſſū ſic cœperat eius cōmoueri bilis, vt fulmina crederentur oculorum lumina. Adfuerunt tunc Eſtheri eæ orationes, & ieiunia, ob quæ Deus accenſam iræ regiæ fornacem conuertit in rorem placidiſſimum. Exiliens enim de ſolio Rex nō ferebat periclitari exanimem Eſtheris pulchritudinem, ſed blandis verbis excitabat chariſſimam, ne legem metueret ſibi minimè nocituram, ſed magis tangeret ſalutarem virgam, à qua certitudinem ſalutis acciperet. Et dum ipſa adhuc ſilet, extendit Rex virgam, qua tetigit caput eius, & oſculis ſollicitabat verbum aliquod ſibi à ſilente fieri. Tunc illa paulìſper recreata timorem ſuum profitetur ortum à maieſtate Regis, cuius in vultu angelicum quid, & ſuperhumanum viderat: quæ vix locuta in maius aliud incidit deliquiū. Turbatur Rex, & tota aula turbatur, quorū blanditiis reuiuiſcens Eſther, & non parum confirmata in primis auream Aſſueri virgam oſculatur: deinde petit à Rege, vt liceat ſibi, ei, & Amano parare conuiuium. Annuit Rex, & poſt conuiuiū peractum, iterum rogatur, vt veniret ad ſecundum. Cuius dum venit finis, eximia rogat Eſther, vt tertium ſibi adornare liceat, quo totam mentem ſuam aperiendam promittit. Lætiſſimi dies ii fuère Amano, ſed lætitiæ obſtitit inurbanitas Mardochæi, qui ſedens in Regiæ foribus, egredienti, aut ingredienti Amano minimè aſſurrexit, nec vllum reuerentiæ ſignum oſtendit. Id ille indigniſſimè tulit, collectaque intrinſecùs ira, amicos, & vxorem Zare vocat, & corā illis immenſas diuitias ſuas, gloriáſque, & poſtremò Reginæ ſibi præſtitos fauores exponit, vt ſolus eius conuiuio exceptus fuerat. Quæ omnia ſibi nihili erant, dum Mardochæi ruſticitatē, inurbanitatémque patiebatur. Ad hæc amici, & vxor reſponderunt, quòd iuberet quinquaginta cubitorum trabem parari, in qua, annuente Rege, Mardochæum ſuſpendat die craſtina, & inde lætus conuiuia Reginæ adſtet. Placuit conſilium, & in Amani domo paratur.

MORALIA IN TEXT. LITER.

ESTHER conuiuium parat Amano; Amanus autem parat Mardochæo crucem. Sed Mardochæus de cruce ſibi parata triumphat, at Amanus ad perditionem venit de conuiuio. Quo manifeſtè patet, quòd meliùs ſit ire in domum luctus, quam in domum conuiuij.

Eſther cap. 15. Die autem tertia, depoſuit veſtimenta ornatus ſui, & circundata eſt gloria ſua. Cumque regio fulgeret habitu, & inuocaſſet omnium Rectorum Saluatorem Deum, aſſumpſit duas famulas. Et ſuper vnam quidem innitebatur, quaſi præ delicus, & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens: altera autem famulatum ſequebatur dominam, &c.

§. I.

Sub Trinitatis Beatæ auſpicio maximè ad victoriam conſirmatur.

Minime innotatam relinquam dieto, qua Eſther ſe ac[illegible] ad [illegible] congreſſioni: dicit enim Textus: [illegible] Sic quod inuincibile robur non venit [illegible] auſpicio? Pſal 41. *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Cùm audio Deum fontem viuum, non poſſum ibi non intelligere diuinas, vt ſic loquar, ſcaturigines, & dimanationes perſonarum, quibus Trinitas Beata conſtituitur. At, vbi noſter legit *Ad Deum fontem viuum* in margine poſitum eſt primò, & deinde à Pontifice Maximo, in textum deductum: *Ad Deum fortem viuum.* Et quid fons cum forti? Quid fons diuinas emanationes ſignificans ad fortitudinem exprimendam? Meditor ibi aliquid de fortiſſimorum armorum fabricatione. Impenetrabiles enim thoraces ferrea, quæ ictibus hoſtium, plùs ictus globulis debent obſiſtere, aqua frigida aſpergia in ipſa fabricatione obdurantur. Ait N[illegible] orat in laudem Heron s. 23. *Candens ferrum frigida perſonat [illegible] obdurescit.* Et orat. de Bapt. 40. *Quandiu calet ferrum, frigida obduretur.* Vt ergo arma de aquarum frigidarum aſperſione, ita [illegible] operatione ſua obduramur, fortiaque fiunt, & impenetrabilia, ſic de Beatiſſimæ Trinitatis dimanationibus, quaſi de [illegible] lance omnes obduramur, [illegible] fortes ſimus, vt poſſimus de omni periculo triumphare. Quo pulchrè ſpectans D. Ephrem [illegible] de Anima [illegible] *Sumamus ergo clypeum fidei [illegible] tentationum ex diuino fonte ſpem [illegible] anima [illegible] conſtantiaque Trinitatem, fontem [illegible] ſemper manantem. Largiſſimo diuinarum [illegible] vnda. Sic [illegible] fuerit inſtructa, candida [illegible] diaue.* Ecce [illegible] vocat [illegible] ſcatam, & [illegible] arma [illegible] quibus ſi munitum, draconem [illegible] calcamus, & ſalutem [illegible] mus. O [illegible] fons mirabilis temperans, & obdurans arma, quibus maximè ſalutem noſtram propugnamus.

§. II.

Peccatoris veſtimenta propria ab ſqualore, & fœditate.

Vidimus c. 14. vt Eſther vacatura Deo per triduum, veſtimenta ſumpſit luctui conducentia, nimirum, ſaccum, cinerem, ſtercus, capillorum auulſione. Quæ triduo peracto exuit dicit enim de iis Textus præſens *Die autem tertia depoſuit veſtimenta ornatus ſui, &c.* Ecce ibi, vt ſaccus, cinis, ſtercus quæ deponebantur tunc ab Eſthere, vocantur veſtimenta ornatus illius, vt benè notat noſter Sanctius. Quin debent conuenire peccatores, vt noſcant, ex quo tela eorum propria veſtimenta ſint, nimirum, ex ſordibus, ex ſqualore, ex fœtore. Locutus Matth c. 27. de doloribus Ieſu, ait: *Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamyde & induerunt eum veſtimentis eius.* Planè Ieſus meus perſonam peccatoris agebat, cùm illuditur, cùm induitur chlamyde coccinea, cùm verberatur, cùm coronatur ſpinis Et qualia ſunt veſtimenta propria peccatoris, quibus induitur poſt chlamydem coccineam, cùm ad mortem feſtinat? Credo à proprio pædore, & vilitate peccatori veſtes venire. Quò reſpiciens Drogo lib. de Paſſ. ait: *Quid eſt, quòd poſt [illegible] chlamyde exuitur, & ſuis veſtibus rein-*

duitur niſi quòd ſæpè ſuperbus Adã, cùm per dolorem [illegible] [illegible] depoſita elatione ad putredinem [illegible]? Sic in purpura elatio, qua peccator [illegible] igitur: putredo autem, & pædor, propriæ veſtes peccatori efficiunt. Ad quas meritò côuertitur peccator, cùm in mortis confinio factus humilis à ſe carceras elationis exeluit. Hinc peccatori dicebat Iſaias c. 14. *Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Tandem miſer peccator ad proprias veſtes deſcendet, cùm putredini, & vermibus ſubiacebit. Vt dicat Drogo ſup. *Quid veſte nit. da glorians? Operimentum tuum vermes eſt. Sic Antiochus alienis veſtibus depoſitis, in ſuis vermibus expirauit.* Habes ex 2. Mach 9. vt Antiochus putredine, & pædore conſumptus animá exhalauit. Cui purpura aliena veſtis fuit, putredo, & vermes illi, vt proprium indumentum, acciderunt. Act. 12. ait: *Herodes, veſtitus veſte regia, ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini: & conſumptus à vermibus expirauit.* Meritò homo peccator cogitur exuere alienas veſtes, nimirum, purpureas, & propria induere reſumere, quæ erant vermes. An Drogo ſuprà: *Herodes, cum veſte regia praefulgidus, [illegible] à populo [illegible] ab Angelo, exutus chlamyde, [illegible] & [illegible] à vermibus expirauit.* Sicâ vermibus, à putredine, & ſtercore fiunt veſtes, quæ propriæ peccatoris ſunt.

Iſaia 14.

Drogo.

2. *Mach.* 9.

Actor. 12.

Drogo.

§. III.

Veſtium gloria vt præferenda eſt. Vbi de Beato Franciſco Xauerio.

De ſanctiſſima Eſthere dicitur: *Cùmque regio fulgeret habitu, &c.* Et ſordidas, & priuatas veſtes abiecit, illaſque induit, quæ pretioſiores erant, magiſque conducebant ad augendam pulchritudinem. Quis à iam ſancta fœmina tantam veſtium gloriam aſſ[illegible] miretur? Cur, ô bona, ſic curris ad veſtium mollitiem? Cur non magis fugis ab hac communi vanitate fœminarum, quæ in veſtium ornatu conſiſtit? Conducebant illæ veſtes ad hoc maximè, vt caperetur Aſſueri oculus, & inde traheretur populi Iudæici ſalus. Planè ob tantam populi ſalutem ob tenendam ſanctiſſima, & iuſtiſſimè præcedebatur veſtium regalium fulgor. Vt dicat Clemens Alex. lib. 3. Pædag c. 2. *Solam Eſther [illegible] in commune ornatam myſticè ornabatur Regi ſuo, ſed eius pulchritudo inueniatur pretium, quo liberatum fuit populus, qui interficiebatur.* Vbi ornatui pretium ſpectabatur, ſanti populi ſalus futura, iuſtiſſimè, & ſanctiſſimè ornatur Eſther Regi ſuo. Quis non ſapientiùs amet veſtium glorias, vbi illæ conducunt ad ingentis populi ſalutem? Sæpè mirarus ſum Sanctiſſimi Indiarum Apoſtoli nuditatem, vt nudis pedibus ardentiſſimas arenas perambulabat, vt vna paupere, & vili toga firmiſſimas lapidum plagas tranſibat. Tandem aliquando à prudentiſſimo gentilium Regé Bungi vocatus, quam glorioſè, & pompaticè ad illum iuit? Rem exprimit Hiſpano ſermone Petrus Grumanius in eius vita ex Turſellino tranſcripta. Ait enim lib. 4. c. 13. Præcedebant triginta nobiles Luſitani pretioſis ornati veſtibus, ſinguli ſingulis aureis catenis inſignes. Hos ſequebatur Xauier pretioſa toga indutus, ſuper quam pluuialis eccleſiaſtica ex purpura ornabat virum. Circa pectus erat aureum inſigne præfulgens. Adſtabant quinque iuuenes ſpecioſi, quorũ alter ferebat Breuiarium ſerica infula obductum; alter calceos ſericos; tertius pretioſum baculum; quartus galerum; quintus Mariæ Virginis referebat iconem. Poſtremò hinc inde multa Luſitanorum turba. Quò hæc pompa ſpectat, Franciſce? Tune ille es, qui ſine ſacculo, & pera Euangelium annuncias? Tune ille, qui nullo viatico accepto à Rege Luſitaniæ oblato, te longiſſimæ nauigationi commiſiſti? Cur modò ſic ornatus? Cur adeò glorioſè vadis? Equidem iuſtiſſimè ornatum modò ſumebat Xauier, myſticè ornabatur Regi ſuo, nimirum, illi Regi, qui poſtmodum ad Chriſtum conuerſus in honorem Xauieri vocatus eſt Franciſcus. Huius pompæ, & gloriæ pretium fuit regni Bungi ſalus.

Pſal. 41.

Nazian.

Ephrem.

Matth. 27.

Drogo.

Clem. Alex.

Grimon.

§. IV.

Salus non ſperanda, niſi à ſublimiore poteſtate, quæ ſupra omnes eſt.

MErito iactantes ſalutis procurandæ, & acquirendæ, [illegible] *mirabile eſt [illegible] Redemptorem Saluatorem Deus* [illegible], qui eſt ſuper omnia, Deus, poteſt hominibus [illegible] ſalutem impendere. Dicebant Arriani, Filium Dei eſſe creaturam, dicebant & Macedoniani ſimiliter, & Spiritum Sanctum creaturam eſſe. Contra quos inſurgens D. Nazianzen. orat. in [illegible] priorum aduentum [illegible] ait: *Audacius aliquid proloquar: O Trinitas, (ac temeritati venia detur; unum de animæ ſalute periculum eſt.) Dei quoque ipſe ſum imago, ſuperna, æquam gloria, licèt humi poſitus. Non adducor, vt credam, mihi ab æqualibus ſalutem offerri.* Sapienter quidem, & theologice dictum, ſi eiuſdem nominis communionis Filius, & Spiritus ſanctus eſſent, nec eſſent Deus ſuper omnia, de æqualibus tantam munus ſalutis minime ſperaretur. Nemo totam ſuam ſalutem æquali credit, ſed de ſuperexcellenti Diuinitatis poteſtate [illegible] ſperat. Vnde Paulus de ſalutari noſtro locutus ad [illegible] pp. 2. ait: *Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, &c.* Non dicit, quòd illi datum ſit nomen magnum, nomenque clariſſimum [illegible] nomen, *quod eſt ſuper omne nomen.* Et cur nec [illegible] quod Saluatoris mei nomen non diceretur [illegible] nomen magnum, ſed diceretur nomen, quod eſt ſuper omne nomen? Equidem, ſi relinqueretur [illegible] æqualitatis, nec exprimeretur, vt erat ſuper omnia Deus, minime crederetur daturus aliquid ſalutare. Quo ſpectans D. Athanaſius orat. de Incarnatione Chriſti, ait: *Primitias, inquit, Chriſtum Primitias igitur aſſumentibus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ſuſcitata eſt ſimul, & reliqua maſſa eiuſdem generis, pariter in eundem conſeſſum venit. Eáque de cauſa, ex gratia acceperunt homines, vt Dij vocentur, & Filij Dei. Primùm igitur Dominum ſuum corpus excitauit è mortuis, & in ipſo exultauit. Poſt hæc autem excitauit & membra ſui corporis, vt largiatur illis omnia vt Deus, quæ nunc ipſe vt homo accepit.* Ecce ibi non priùs oſtenditur Saluator dediſſe [illegible] ſalutem, quam oſtendatur accepiſſe nomen, quod eſt ſuper omne nomen, & exaltari [illegible] tanquam Deus: non enim largitur vt homo, ſed largitur vt Deus, iuxta illa: *Vt largiatur illis omnia vt Deus.* Niſi [illegible] Deus eſſet ſuper omnia, qui largiturus eſſet, ſalus mundi minime ventura ſperaretur. De hoc lib. 13. cap. 3.

(margin: Nazianz. — Philip. 2. — Athanaſ.)

Eſther. cap. 15. Ipſa autem roſeo colore vultum perfuſa, gratis, ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contractum. Ingreſſa igitur cuncta per ordinem oſtia, ſtetit contra Regem, vbi ille reſidebat ſuper ſolium regni ſui, indutus veſtibus regiis, auróque fulgens, & pretioſis lapidibus, erátque terribilis aſpectu. Cúmque eleuaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulam reclinauit caput.

§. V.

Nunquam non metuendum, quòd non vocatus te ingeras muneri.

IBat Eſther ſumma pulchritudine ornata, regio præfulgens veſtitu, ſed intima triſtitia, magnoque timore affecta. Sic ait Textus: *Roſeo colore vultum perfuſa, & gratis, ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contractum.* Sub pulchro, & pulchrè ornato corpore, triſtitia, & metu affectam animam fere at. Non minori diſcrimini ſe deuouerat Iudith pro populo ſuo, cuius gratia ad pretioſa veſtimenta confugit, ſeque illis maximè ornauit cap. 10. *Et orans Dominum transiuit per portam ipſa, & Abra eius.* Et minimè dicitur triſtem celaſſe animum, nimio metu contractum. Et quidem Iudith ibat ad ignotum tyrannum, Eſther ad notiſſimum maritum. Cur ergo Iudith non magis dicitur timuiſſe, quam Eſther? Et cur Eſther magis in expeditione illa triſtabatur, & metuebat, quam Iudith? Erat Eſtheri præ oculis periculum eorum, qui non vocati ad Regem accedebant, quod diſcrimen in Iudith nullum erat. Et ideo vt Eſther non vocata Regem adibat, ſic nouoquam poterat non timere. Crede mihi: magnum diſcrimen eſt, & nunquam non timendum, quòd te muneri ingeras non vocatus. Matth. 26. locutus de oratione Ieſu, ait: *Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus.* Quibus dixerat, vt dormirent, & quieſcerent, ſtatim ait, vt ſurgant, & viam arripiant. Cur, Domine, ſic feſtinas dicere: *Surgite, eamus,* quando immediatè antè dixeras: *Dormite iam, & requieſcite?* Quieſcunt, & dormiunt homines, dum ſibi ſolis vacant: ſurgunt, & ambulant, dum ſalutem aliorū procurant. Vtrunque illis ſimul Dominus iniungit, ne quid non vocati aſſumant, ſcientes, quantùm eſt illis periculum, quamque metuendum, qui non vocati ſe alicui ingerunt muneri. Ait D. Laur. Iuſtinian. lib. de Triumphali Agone, cap. 7. *Suos breui ſermone fideles admonuit, vt ſe ius propria, quàm aliorum debeant emendare delicta, atque magis in quiete ſe agnoſcere otio, quàm ad exteriorum tumultus foras exire. Facilè etenim quiſque, quod acquiſiuit, amittet, ſi non vocatus ſe inconſultè exponat. Difficile quippe eſt, quietis tranquillitatem deſerere, proximorum lucris inſiſtere. In talibus atque niſi vocatus ſe ingerat.* Hæc ille, vt oſtendat, quantùm ſit periculi, quòd non vocatus muneri te alicui ingeras. Vt meritò quiſque non vocatus triſtetur, & timeat, dum ſe in munere videt.

(margin: Iudith 10. — Matth. 26. — Laur. Iuſt.)

§. VI.

Virtus occulta lethalis hoſtibus.

IEiuniorum, & luctus triduani triſtitiam vultus hilaritate celabat Eſther, vt Regi appareret: ait namque Textus: *Roſeo colore vultum perfuſa, ac nitentibus oculis triſtem celabat animum.* Nullo enim leti aliùs armantur virtutes in hoſtes, quàm dum c[illegible] lantur, dum abſconduntur. Vt meritò circa hæc dicat D. Chryſoſt. homil. 10. ex diuerſis: *Eſther ſanctiſſima, dum læta facie, & capite vncto poſt triduanum ieiunium intelligi à Rege non potuit, Aman illum populi ſui inimicum iniquiſſimum interemit.* Sic occultata virtus, vt intelligi non potuerit, perdidit inimicum. Quod vt proprium virtutis, ſic de illo gloriatus Dominus ait Iob cap. 40. *Num extrahere potes Leuiathan hamo.* Quaſi vnus ſit Deus, qui velut hamus ſoleat perdere inimicos ſuos. Hamus enim, cùm ſub eſca celatur, & occultitur, tunc aptior redditur ad perdendos piſces. Et Deus vbi ſub eſca carnis noſtræ latuit, ſeſeque penitùs abſcondit, fortiſſimum hoſtem interemit. Rem ponderauit D. Greg. lib. 32. Moral. cap. 9. inquiens: *Leuiathan hamo captus eſt: quia in Redemptore noſtro, dum per ſatellites ſuos eſcam corporis momordit, Diuinitatis illum aculeus illum perforauit. Quaſi hamus quippe fauces glutientis tenuit, dum in illo, & [illegible] carnis patuit, & Diuinitas paſſionis tempore latuit, quæ necaret.* Tunc, cùm magis latuit Diuinitas, magis perdidit inimicum. Sic virtus vbi magis lateat, & abſcondatur, maiorem perditionem hoſtibus infert. Quò trahenda ſunt dicta tom. 2. in Euang. lib. 10. cap. 1. §. 10. & tom. 3. de Chriſto figur. lib. 7. cap. 9. §. 3.

(margin: Chryſoſt. — Iob 40. — Greg.)

§. VII.

Virtutis alacritas triſtitiam ſuperat, vt prodeat foras.

MAximè notandum illud, quod ait: *Roſeo colore vultum perfuſa, & gratis, ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contractum.* Triſtis enim animus, & timore contractus quomodo permitteret nitorem oculis,

lis, & roſeum colorem vultui? Cur non magis & oculis, & vultui pallorem immittebat? Quando nitentes oculi, & roſeæ genæ cum triſtitia? Eccleſiaſticus cap. 19. dicit. *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.* Quod ſi facies index eſt internorum affectuum, quomodo oculorum nitor, roſeus faciei color cum intima triſtitia extarent? Non præualebat triſtitia, & metus in Eſthere, quinimò maximè ſuperabantur affectus illi ab alacritate virtutis, qua, illis non obſtantibus, ſeſe offerebat periculo pro populo ſuo. Vbi autem ſic præualebat, non poterat non in hilaritate vultus, & oculorum prodire. Ait Carthuſ. ibi: *Diſpoſitio cordis ſolet relucere, & apparere in facie, præſertim in oculis, iuxta illud Eccleſiaſtici 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Tamen per gratiam, & virtutes poteſt, qui triſtis, & timens eſt, vultum, & viſum quaſi iucundum prætendere, & oſtentare. Virtus enim moralis reprimit paſſionem, & gratia vincit naturam.* Faciebat hoc virtus in Eſthere, & reprimebat ſic triſtitiam, & timorem, vt, iis non obſtantibus, hilarem prætenderet vultum, & in genis, & oculis reluceret virtutis pulchritudo. Ex quo monebat Dominus Matth. 6. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua.* Petebatne à ieiunantibus corporis cultum? Abſit: ſed petebat virtutem, qua ſopitetur pœnitentiæ triſtitia, & feſtiuus, & lætus appareret vultus. Ait Euthym. *Neque nunc ſimpliciter vngi, ac lauari iubet. Neque enim ipſe hoc fecit, cum quadraginta diebus ieiunaret, ſed per hæc aliud quippiam admonet occultare, videlicet ieiunium, quod comitatur, & ſequitur triſtitiam, cum alacer, & feſtiuus appareas.* Per lotionem, & vnctionem non petitur à ieiunatoribus corporis cultus, ſine quo Ieſus ieiunauit; ſed petitur ea virtus, quæ pœnitentiæ, & ieiunij triſtitiam pellunder, & reluceat in hilaritate, & feſtiuitate vultus: dicit enim D. Laurent. Iuſtin. de diſciplina, & perfect. cap. 16. *Fit, vt quantò ſapias, ſpiritualis homo irrationabilis paſſatus triſtitia, tantò vehementius animetur ad virtutes, roboretur in ſpi. alacritate, repleatur, Dei charitate dilatetur. Quod tanti Propheta dictat Pſal. 33. Accedite ad Deum, & illuminamini, & facies veſtra non confundentur.* Non confundit triſtitia faciem eius, qui operatur contra eam. Imò de eius obnixu magis roboratur, & alacrior fit homo, vt feſtiuiſſimus in vultu ſoleat apparere.

Eccl. 9. — Carthuſ. — Matth. 6. — Euthym. — Laur. Iuſt.

§. VIII.

Obſequij gratus color, non ex triſtitia, ſed ex hilaritate præſtatur.

Dicitur Eſther, dum iret rogatura pro populo, celaſſe triſtitiam roſeo colore, nitentibuſque oculis: ſic enim ibi: *Roſeo colore vultum perfuſa, gratis, ac nitentibus oculis triſtem celabat animum.* Cùm audio: *Triſtem celabat animum*, libens intelligo, triſtem vincebat, ſuperabat, tollebat animum, iuxta illud Pſal. 31. *Quorum tecta ſunt peccata.* Tecta, inquit, hoc eſt, abolita, ſublata. Celabatur ergo triſtitia Eſther, hoc eſt, vincebatur, & tollebatur roſeo colore. Et quomodo color roſeus poterat celare, & comprimere intimam triſtitiam? Metonymice loquitur ponens effectum pro cauſa: hilaritas enim præintelligi debet in Eſther, quæ triſtitiam ſupprimeret, & venuſtum illum colorem cauſaret. Color enim gratus non naſcitur ex triſtitia, ſed ex hilaritate operantis. Ait Pſal. 111. *Iucundus homo, qui miſeretur, & commodat.* Expende, qui dicatur ille, qui miſeretur, & commodat: dicitur quidem *Iucundus homo.* Cur iucundus? Cur non potiùs nobilis, fœlix, honoratus? Ex nullo, vt ex iucunditate, & hilaritate naſcitur obſequij color gratus. Vt dicat D. Bern. ſer. 71. in Cant. *Eſt candor, quem ſibi induit is, qui miſeretur, & commodat. Etenim, ſi intuearis illum, quem Propheta depingit iucundum hominem, qui miſeretur, & commodat, nónne tibi videbitur de ipſa animi iucunditate induiſſe candorem quemdam pietatis vultus pariter, & operi ſuo? Sicut è regione, ſi ex triſtitia, & velut ex neceſſitate quis tribuat, non candidam planè, ſed & ruſticam prætendet manu, & fronte colorem.* Ecce, tibi, vt triſtitia, & iucunditas ſuos colores pariant: qui ex triſtitia operatur, & opere, & fronte teter eſt; qui ex iucunditate, & roſeus, & candidus. Quis credat, Eſtherem ex triſtitia, & neceſſitate tam decantatum opus operatam? Erat illi triſtitia non parua in ſenſitiua parte: fateor: id Textus dicit. An operabatur ex illa? Minimè, ſed & erat quædam alacritas, & hilaritas ſpiritualis, quam in ſe excitabat, vt ſalutem populi perageret. Hæc faciebat oculorum nitorem, oris venuſtatem, & illam venuſtatem, qua Deum ad ſe traheret, quæ eſt in operantis hilaritate, alacritate. Gen. 4. dicitur: *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem non reſpexit.* Et cur ad Abel, & non ad Cain reſpexit? Hic ex triſtitia operabatur, & ex neceſſitate; ille ex hilaritate. Huic gratus candor erat & opere & fronte, illi teterrimus, & teterrimus pallor. D. Bern. ſupra: *Hilarem datorem diligit Deus. Nunquid & triſtem? Profectò qui reſpexit ad Abel ob alacritatis candorem, auertit faciem à Cain: quia concederat facies eius, vtique à triſtitia. Aduerte, qualis color triſtitiæ, qui Deum ſe auertit aſpectum. Pulchre in colorandis beneficiis candor iucunditatis laudatus eſt vocalia Poëta, Super omnia vultus, Acceſſere boni.* Nunquam in obſequiis non æſtimatur hilaritas vultus. Ex quo Dominus monebat nos Matth. 6. dicens: *Cùm ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritæ, triſtes: exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Tu autem, cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* An in die ieiunij mandatur corporis cultus, & faciei colorandæ cura? Abſit: mandatur hilaritas, quæ nouit faciem venuſtare, de qua maximè obſequium commendatur. Iuxta quæ ait D. Baſil. hom. de ieiunio, fatus: *Et Dominus ait. Noli fieri triſtis, ſed laua faciem, & vnge caput tuum. Vtamur igitur, vt edocti ſumus, ne item & nos triſtes in his ſuccedentibus ieiunij diebus efficiamur, ſed hilariter, (vt decet Sanctos, ergo nos diſponamur. Nullus nanque lugens, ac triſtis coronatur. Nemo item mœrens dejectus trophæum ſtgit. Abſurdum profectò in animæ ſalute non lætari.* Etiam triſtitiæ res agendæ ſunt hilariter ab eo, qui velit triumphare: de hilaritate enim ea venuſtas operibus ineſt, quam nulla lotio, aut vnctio valeret præſtare. Et quod ad ſalutem obtinendam, vel dandam pertinet, etſi triſte ſit, non eſt, cur non hilariter perficiatur.

Pſal. 31. — Pſal. 111. — Bernard. — Gen. 4. — Bernard. — Matth. 6. — Baſil.

§. IX.

Qua apparet afflictio in homine, efficacior omni voce ad trahendam miſericordiam.

Præierat ſuprà Eſther à Deo *ſermonem compoſitum in conſpectu leonis*, nimirum, irati Aſſueri. Et cùm ad id ventum eſt, iram eius tantùm ſuſpicata, muta, & exanimis corruit: ait Text. *Stetit contra Regem, vbi ille reſidebat ſuper ſolium regni ſui, &c. Cùmque eleuaſſet faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillam reclinauit caput, &c.* Ecce Eſther iam in conſpectu leonis, in conſpectu iraſcentis Aſſueri: & ibi muta corruit, & penè exanimis manſit. Vbi eſt ille ſermo compoſitus ad hanc occaſionem petitus ex Deo? An contempſit Deus petitionem eius, & negauit illi omnem ſermonem? Imò nunc maximè crediderim à Deo auditam eſſe: in eo enim, quod hoc deliquium, & afflictionem coram Rege paſſa eſt, quid accepit omni ſermone efficacius ad trahendam Regis miſericordiam. De Epiſcopo coram Imperatore acturo pro ſalute ſuæ ciuitatis locutus D. Chryſoſt. hom. 10. ad populum Antioch. ait: *Vt verò magnam ciuitatem illam aſcendit, regias ingreſſus eſt aulas, procul à Rege conſtitit mutus, lacrymans, deorſum inclinatus, latitans, tanquàm ipſe eſſet, qui cuncta illa patraſſet. Hoc autem faciebat, habitu, aſpectu, luctibus prius mouere volens ipſum ad miſericordiam, & tunc defenſionem pro nobis incipere.* Ante verba defenſionis prolata, ad luctum, & lacrymas, & corporalem afflictionem confugit, vt ad quid omni ſermone efficacius ad trahendam miſericordiam. At quando afflictio hominis viſa non ſit pro omni oratoria arte, vt miſericordiam perſuadeat? Ioan. 2. vidit Deipara imminentem defectum vini in nuptiis, ſimul & vidit miniſtrorum afflictionem, & nuptorum verecundiam. Quæ omnia repræſentauit Filio dicens: *Vinum non habent.* Afflictionem proponit, & fit muta, nihilque petit, nullas adhibet preces. Et cur propoſita afflictione tacet? Ait D. Bern. de gradib. humil. 12. § Pro tali. *Vinum, inquit, non habent. Vt diſcas in huiuſmodi magis piè gemere, quàm petere præſumptuosè. Non deſuit efficacia voto.* In re afflictionis loquaciſſimus eſt gemitus, vel mutæ linguæ eſt efficacia obtinendi. Luc. 22. poſt tertiam negationem enarratam dicitur de Petro: *Et*

Chryſoſt. — Ioan. 2. — Bernard. — Luc. 22.

egreſſus foras fleuit amarè. Totus in fletu, & afflictione poſitus ueniam petiit, & gratiam impetrauit: ait enim D. Bernard. vbi ſuprà: *Petri poſt grauem lapſum lacrymam quidem video, [illegible] precem non audio, nec tamen de indulgentia dubito.*
Bernard.
Vbi afflictionem, & lacrymantem, etſi muteſcentem videamus, [illegible] orationis efficaciùs credamus ab illo miſericordiam perſuaderi. Huc trahenda dicta tom. 2. in Euang. lib. [illegible] cap. 3. §. 1. & tom. 3. lib. 14. cap. 1. §. 5. & tom. 4. de Chriſto figur. lib. 8. cap. 15. §. 1.

§. X.

Quæ à Deo expreſsè veniunt, durabiliora, & firmiora ſunt.

AD iraſcentis iam Aſſueri venit Eſther conſpectum, & ſtatim *Reginam corruit, & in pallorem colore mutato*, &c. Totus ille roſeus color genarum, & nitor oculorum, mariti futurus hamus, euanuit. Non dicuntur talia de Iudith, quæ in conſpectum Holofernis venit, & vidit Principem multis cinctum armatis, & ſic coram illis eius pulchritudo floruit, vt dicerent ad inuicem cap. 11. *Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine,* &c. Vtraque fœmina erat, vtraque pulchritudinis arma pararat aduerſus Iſraelis hoſtem. Iudithæ autem venienti in Holofernis conſpectum non defecit pulchritudo, nec pallor eius occupat genas, licet videret armatos hoſtes: Eſtheri autem, vt vidit Aſſuerum, defecit pulcher color, & ſucceſſit mortalis pallor. Et quidem Aſſuerus maritus erat, & Holofernes tyrannus truculentiſſimus. Cur ergo Eſtheri eam pulchritudo deſerit, & non Iudithan? Cauſam però ex c. 10. Iudith, vbi dicitur: *Cui Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit.* Non de Eſthere; ſed de Iuditha dicitur, quòd in hoc diſcrimine Dominus dederit ei pulchritudinem. Ne miremur, quòd pulchritudo Eſtheris deficiat, & non pulchritudo Iudith: quæ enim expreſsè à Deo veniunt, durabiliora ſunt, & firmiora. Inuenio à Deo nomina impoſita hominibus. Gen. 32. dicit: *Nequaquam appellabitur nomen tuum Iacob; ſed Iſrael.* Similiter Mat. 3. duobus filiis Zebedæi *Impoſuit Dominus nomina Boanerges.* Ex quo illorum nominum durationem, & perennitatem ponderat D. Epiphan. hær. 78. fatus: *Ex ipſis enim nominibus epithetis, etiam virtutis ſigna eluxerunt. Dignitates etenim appellationum acceperunt iuſtè vnuſquiſque decenter, & prout congruum fuit. Et Abrahamo quidem impoſitum fuit epithetum, amicus Dei, & non diſſolutus; Iacob verò, vt Iſrael vocetur, & non alterabitur. & Apoſtolis Boanerges, hoc eſt, filii tonitrui, & non relinquentes,* &c. Vt à Deo illa nomina ponebantur; ſic perennitatem accipiebant, quæ non deficerent, ſed magis vigerent. Dicebat illa Samuelis mater 1. Reg. 2. *Exultauit cor meum in Domino, & exultatum eſt cornu meum in Deo meo.* Vbi noſter poſuit: *Exultauit cor meum.* legit D. Chryſoſt. *Confirmatum eſt cor meum.* ne credamus, quancunque exultationem, aut lætitiam, aut gloriam à Deo fuiſſe perceptam, ſed exultationem, aut gloriam confirmatam, & ſtabilitam, & tutam ab omni periculo, & quæ non excidat. Et vnde hæc gloriæ ſtabilitas oſtenditur? Nimirum, in eo, quòd oſtendit eius authorem non fuiſſe alium, niſi Deum. Ait D. Chryſoſt. hom. de Anna, habita tom. 6. *Ipſa erudiens auditoriam, quòd non ſit confugiendum ad iſta temporalia, ſed ad eum, à quo certiſſima [illegible] ſperanda, authorem ſuæ gloriæ indicat. Cum enim dixiſſet: Confirmatum eſt cor meum in Domino, ſubiunxit: Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. Duplicia nobis his verbis bona, vt indicant, & quòd liberata eſt ignominia, & quid [illegible] atque honorem conſecuta eſt. Ad hanc ſane modum Dei [illegible] ſe habeat ſimul enim & tutam, & illuſtrem longinquam vitam.* Hoc habet Deus propriiſſimum, vt faciat dona [illegible] tuta, & firma, quæ neſciant in occaſione deficere. [illegible] ſpectans Iſaias cap. 40. dicebat: *Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum, & decidit flos: Verbum autem Domini manet in æternum.* Circ[illegible] Chryſoſt. ſuprà, ait: *Propheta declarans tam illius [illegible] tatem, quàm huius ſtabilitatem, & durabilitatem, [illegible] fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit fœnum, & flos eius decidit. De Dei autem gloria non ſic. At quomodo? Verbum autem Dei in æternum manet. Id,*

Iudith 10.
Iudith 11.
Genel. 32.
Mat. 3.
Epiph.
1. Reg. 2.
Chryſoſt.
Iſaia 40.
Chryſoſt.

quod in hac muliere patet. Reges enim, qui nihil non tentarunt, vt immortalem poſt ſe relinquerent memoriam, & monumenta ſibi ſplendida ædificauerunt, & ſtatuas multis in locis poſuerunt, & rerum geſtarum commentarios non pauces reliquerunt, nunc tacentur, & ne nomine quidem noti ſunt. Hæc autem mulier vbique gentium nunc celebratur, &c. Sic quæ Deo nituntur, non excidunt. Apocal. 13. *Qui habent characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius.* Non enim nomen beſtiæ poſuit Spiritus diuinus, ſed numerum deſignauit, qui claudendus eſt eius nomine. Et qui nominis numerum poſuit, cur non magis expreſſit ipſum nomen? Ait D. Irenæus lib. 5. circa finem: *Nomen autem eius tacuit, quoniam dignum non eſt præconari à Spiritu Sancto: ſi enim præconatum ab eo fuiſſet, forte & in multum permaneret.* Noluit Deus proferre nomen, quod citò erat expungendum. Si enim à Deo proferretur, diuturniorem acciperet permanentiam. Quò trahenda dicta tom. 4. in Euang. lib. 16. c. 21. §. 1. & alibi.

Apoc. 13.
Ireo.

§. XI.

Temporalia bona nos in diſcrimine deſerunt.

AD Aſſueri conſpectum *Regina corruit, & in pallorem colore mutato*, &c. Roſeus ille color, & oculorum nitor, quibus parabatur Eſther, ad animum Aſſueri trahendum, vbi ad occaſionem ventum eſt, diſparuerunt, & in diſcrimine deſeruerunt fœminam. O quàm ſapienter dictum eſt Prouerb. 30. *Fallax gratia.* Fallaciſſimæ ſunt vniuerſæ temporales gratiæ, vniuerſa bona temporalia! Creduntur contra omnia pericula potentiſſima, ſed in periculo fallunt, & tunc euanent, quando erant neceſſaria. Dicit Ierem. 15. *Quarè factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? Facta eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium.* Plorat ſuam plagam redditam incurabilem. Et vnde plagæ reddebantur incurabiles? Oſtendunt illa, nimirum: *Facta eſt mihi*, nimirum, conſolatio, *quaſi mendacium aquarum infidelium.* Quippe torrentes aquarum hyeme fluentes non paruam promittunt refrigerationem ad æſtatem. At vbi æſtas apparet, ipſi diſparent: ſic omnis temporalis conſolatio, tempore neceſſitatis prorſus euanet. Ait Lyranus: *Dicuntur aquæ infideles, torrentes, qui ad tempus fluunt, quia adueniente ſiccitate deficiunt. Et per hunc ſimilitudinem inſinuat Propheta, quod conſolatio temporalis ſibi defecit, quando ea indigebat, ſicut aqua torrentis magis neceſſaria in æſtate, quàm in hyeme.* Quippe torrentis aquæ in hyeme, dum in magna copia affluunt, ſic hominem implent, quaſi illi ſimiliter affluxuræ ſint media æſtate, quando homo non paruum refrigerium ſumit ab aquis. At, cùm æſtas venit, æſtúſque cœperit excitari, & aquæ torrentum prorſus diſparent, quæ tunc maximæ erant neceſſariæ. Non aliter conſolationes temporales, & vniuerſa bona temporalia, cùm affluunt, creduntur hominem tutaturæ ab omni malo, ſed vbi diſcrimen accedit, prorſus ibi deficiunt, vbi magis eorum commoditas expectabatur. Non aliter exprimitur hæc bonorum mundalium fallacia, 2. Reg. 18. vbi de Abſalone fugiente à bello ait: *Cum ingreſſus fuiſſet mulus in condenſum quercum, & magnam, adhæſit caput eius quercui. Et illo ſuſpenſo inter cælum, & terram, mulus, cui inſidebat, pertranſiit.* Ecce tibi equus, qui ſublimem ferebat Abſalonem, illúmque reddebat omnibus conſpicabilem. & cui maximè ſeſe credidit Abſalom, vt ſaluus euaderet: vbi ad quercum ventum eſt, cui infelix adoleſcens adhæſit propriis crinibus implicatus, ſtatim equus pertranſit, deſerens dominum pendentem ab arbore. Et quis equus iſte adeò ad ſalutem fallax? Ait Gloſſa moralis: *Iſte mulus, ſuper quem ſedebat ſuperbus, eſt gloria mundana.* Nequeunt mundana bona aliud facere, quàm deſerere ſuos, vbi periculum ſentitur inſtare.

Prouerb. 30.
Ierem. 15.
Lyran.
2. Reg. 18.
Gloſſ.

§. XII.

Nullò magis, quàm temporalibus gloriis metuenda crudelitas gignitur, alitur.

DE Aſſuero dicit Textus: *[illegible] reſidebat ſuper [illegible] regni ſui, indutus veſtibus regiis, auróque fulgens, & pretioſis lapidibus,*

lapidibus,ac átque terribilis aſpectu. Crede mihi, manſueta columba reſidet ſupra fluenta pleniſſima: at ſuper aurum, pretioſoſque lapillos, non niſi dracones cubant. Merito de illis oſtendebatur Aſſuerus terribilis: ſunt enim mundiales gazæ, mundiales gloriæ, metuendæ crudelitatis nutrices Dan. 2. *Ecce quaſi ſtatua vna grandis, ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo*, &c.

Dan. 3.

Quippe ſtatua erat, quæ oculorum iactu terrorem, & pauorem immittebat. Et ex quo terribilitas iſta erat in ſtatua? Aiunt illa: *Huius ſtatuæ caput ex auro*, &c. Vt illi circa pectus argentum, & aurum in capite erat, non miror, quòd inde metuendus terror nutriebatur: nunquam enim mundiales gloriæ, & ſplendores non ſunt nutrices terrificæ crudelitatis. De crudeli illo epulone locutus

Luc. 16. Chryſol.

Luc. c. 16. ait: *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo*, &c. Ex quo ait D. Chryſol. ſer. 121. *Purpura, byſſo, delicatis veſtibus, epulis blandis ferrea viſcera crudelis animæ nutriebat.* Et vix vnquam à purpureis, auratiſque hominibus non exit durities maxima, & crudelitas

Dan. 3.

inexorabilis. Ad hæc Dan. cap. 3. ait: *Nabuchodonoſor Rex fecit ſtatuam auream cubitorum ſexaginta*, &c. Et cur tantum auri poſuit in vna conficienda ſtatua? Pulchre ait

Theodor.

Theodor. ibi: *Omnes materia, & arte, & magnitudine ſtatua perterrefacit.* Quidquid in temporariis gloriis pretioſum eſt, adhibitum fuit ſtatuæ, vt inde tantus terror gigneretur, qui cogeret omnes ad adorandam imaginem. Neſciunt enim mundiales gloriæ metuendas crudelitates non generare. Vnde de diuino Rege, qui non terrere, ſed allicere volebat, dicit Matth. 21. *Ecce Rex tuus*

Matth. 21.

venit tibi, manſuetus, humilis ſedens ſuper aſinam. De quo videndus tom. 1. in Euang. lib. 2. c. 1. §. 1.

Eſtheris cap. 15. Conuertitque Deus ſpiritum Regis in manſuetudinem: & feſtinus, ac metuens exiliuit de ſolio, & ſuſtentans eam vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur: Quid habes, Eſther? Ego ſum frater tuus: noli metuere: non morieris: non enim pro te; ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt. Accede igitur, & tange ſceptrum. Cùmque illa reticeret, tulit auream virgam, & poſuit ſuper collum eius, *&c.*

§. XIII.

Ab vno Deo certum auxilium.

ILlud venit notandum, nimirum: *Conuertitque Deus ſpiritum Regis in manſuetudinem, & feſtinus, ac metuens exiliuit de ſolio.* Quippe multa parata fuerant ad Regem trahendum, dilectæ ſponſæ pulchritudo, ſplendor ornatus, roſeus oris color, nitor oculorum, & tandem formoſæ puellæ deliquium in ipſa Regis præſentia. Quæ omnia inualida, & peſſundata fuiſſent ab ira, & furore Regis, niſi Deus adfuiſſet. Non equidem roſeus color, qui in pallorem mutatus eſt; non oculorum nitor, qui per deliquium obtenebrati ſunt, ſed Deus Regem conuertit in manſuetudinem. Et crede mihi, à ſolo Deo ha-

Pſal. 45. Ruffin.

bes certum auxilium. Pſal. 45. *Adiuuabit eam Deus manè diluculò.* Ruffinus lib. 3. in Oſeam legit: *Adiuuabit eam Deus vultu ſuo.* Non equidem fœminam adiuuit propria ſpecies, non proprij oris venuſtas, non oculorum nitor; ſed Dei ſpecies, pulcherrimus Dei vultus, diuinorúmque oculorum oculi certum immiſerunt auxilium. Vt dicat

Arnob.

Arnobius ibi: *Deus eam ea te non commouebitur, cùm adiuuat animam eam Deus aſpectu ſuo.* Ride mundialium ſplendorum, & gloriarum auxilium, quæ aut in occaſione diſparent, aut mutantur in contraria. Vnus Deus non mutatur, qui vel nutu oculorum certiſſimum præbet

Pſal. 32.

auxilium. Pſal. 32. *Non ſaluatur Rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ. Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum.* Equidem nihil ſunt omnia mundialia auxilia, ſiue à potentia, ſiue à diuitiis, ſiue à pulchritudine ſperentur. Vnus Deus eſt, qui poteſt ſuos à periculis liberare, & à quo certum auxilium venit. Vt dicat Euſeb. in Cat. Græca:

Euſeb.

Sine oculis, & inſpectione Dei, non eſt, quòd aliunde ſalutem ſperes: neque enim Regi militum copiis ſtipato; neque giganti de virium ſuarum magnitudine glorianti; neque equi celeritati ſe committente ſalus eſt: omnia enim hæc fallunt: ſed vos, qui Dominum inuocatis, confidite, nec inimicorum conſilia, quæ Dominus diſſipat, timete; neque Principum conſilia, quæ Dominus conuertit, formidate. In Deum tantùm ſperate, & in miſericordia eius, vt eruat à morte animas veſtras. Nihil mundiale eſt, quod homines non fallat: vnus Deus eſt, à quo certum auxilium debemus ſperare. De quo multa dicta ſunt nobis ſingulis tomis.

§. XIV.

Ad magnam hominis commendationem facit, quòd per vnum Deum euadat.

NOn otioſè in cauſa Eſtheris noſtræ dicitur: *Conuertit Deus ſpiritum Regis in manſuetudinem*, &c. Nihil tale dictum videmus in cauſa Iudith: imò de illa dici-

Iudith 10.

tur cap. 10. *Cùm intraſſet ante faciem Holofernis, ſtatim captus eſt in ſuis oculis.* Nihil dicitur Deus feciſſe in animo Holofernis erga Iudith: verùm erga Eſtherem dicitur conuertiſſe ſpiritum Regis in manſuetudinem. Et cur aliter in Aſſuero erga Eſtherem, quàm in Holoferne erga Iudith am ſe Dominus habuit? Fecit hoc ad maiorem commendationem Eſtheris: in Iudith enim forma, & pulchritudo parata Holofernem cœpit, ſic Deo permittente: at in Eſthere, nihil fecit forma, aut pulchritudo, quæ per deliquium euanuit; ſed ſolus Deus cor Regis immutauit, & in manſuetudinem traxit. Ex quo multò illuſtrior facta Eſther fuit, vt quæ nulli creaturæ debeat liberationem ſuam; ſed per vnicum Deum libera euadat. De tribus illis caſtiſſimis pueris Hebræis in fornacem

Dan. 3.

ardentem à Rege Babylonis immiſſis locutus Daniel c. 3. ait: *Non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit.* Non liberati ſunt ab ignis voracitate aliter, quàm per virtutem, ſuſpendentis concurſum ſuum, vt ſic pueri illuſtriores euaderent, qui non niſi per Deum liberabantur. Ait enim D. Chryſoſt hom. de Anna,

Chryſoſt.

& precat. habita tom. 6. *Idem & tribus pueris accidit: nam & periculum euaſerunt è rogo liberati, & hoc ipſo illuſtres ſunt facti, quòd ſupernaturali modo huius elementi potentiam ſuperaſſent.* Non ſic illuſtres euaderent, ſi per naturalem induſtriam flammas ſuperaſſent: at, quòd deſtituti omni induſtria, omni auxilio naturali, ſupernaturalis authoris virtutem promptam habuerint, per quam fuerint liberati, vnique Deo ſuam liberationem debuerint; hoc illos maximè illuſtres facit, & commendabiles: magnus enim gloriæ ſplendor eſt, quòd vni Deo te debitorem noſcas.

Act. 3.

Actor 3. petenti claudo eleemoſynam, dicit Petrus: *Argentum, & aurum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Nazareni, ſurge, & ambula.* Operaturus virtute ab vno Deo profecta, primùm teſtatur, ſe omninò carere argento, & auro. Et cur neceſſum fuit, ſe primùm teſtari vacuum argento, & auro ad ſubleuationem claudi? Sunt illa naturalia media, quibus pauperes ſubleuantur, curantur. Petrus autem inde maximè gloriabatur, quòd omni creato auxilio careret, nec aliud haberet, niſi id, quòd vni Deo acceptum referebatur. Ait D.

Ambroſ.

Amb. in exhortat. ad virgin. *Ideò gloriabatur, quia non habebat, quod non acceperat.* nempe, ex Deo. Quis neſciat ad magnam gloriam facere, quòd vni Deo debeas, quod habes? Vide infrà lib. 13. cap. 7. §. 11.

§. XV.

Qui amat, nullum detrectat, etiam deiectionis munus, vt amata rei proſpiciat.

VT Eſtherem exanimem penè Aſſuerus vidit: *Feſtinus, ac metuens deſiliuit de ſolio, & ſuſtentans eam vlnis ſuis, donec rediret ad ſe*, &c. Non ſeruos vocat, nec ſeruis rem committit; ſed à ſolio deſiliens, maieſtatem regiam in-

teſtim

terim diſſimulat, dum inſtat dilectæ Eſtheris ſaluti, ſuſtentans eam vlnis ſuis. Et vnde qui maieſtate terribilis erat, ſic ſe demittit, vt velit ſerui munera præſtare. Dictum eſt ſuprà Eſth. 2. *Et adamauit eam Rex plus quam omnes mulieres.* Ne miremur, quod qui amore ducebatur, ſuæ dignitati deroget, vt proſpiciat amatæ. Sic Principes, qui amant ſuos, non detrectant diſſimulare faſtus regios, & commilitonum munus aſſumere, vt ſuis proſpiciant. Dicebat ille ſapiens Rex apud Caſſiod. l. 1. Var. 5. *In nobis facilius conſentimus excedi, quàm Romanorum vtilitates patiamur imminui, non vt fauorem plauſúmque popularem, ſed vt (iuuante Deo) meum in illis compleam dilectionis arbitrium.* Ad amoris, dilectionisque ſuæ complementum teſtatur bonus Princeps ſuorum commodorum, & gloriarum diminutiones ſibi tolerabiliores eſſe, quàm ſubditorum damna. Propter hæc vitanda, non dubitat prætereire, & diſſimulare, quæ propria ſunt. Quod minimè ad popularitatem, ſed ad amoris, & dilectionis teſtationem referendum dico. Nonnulli enim prætextu fugiendæ popularitatis, à virtute beneficentiæ maximè fugiunt, neſcientes, quòd dum ſic popularitatem vitant, ferialem animum ſine affectione, & humanitate delineant. In quo enim amor, & affectus eſt, facilè ſua diſſimulat, nec vllum, abiectum etiam, detrectat munus, vt ſuis proſpiciat. De Rege Regum, Dei Filio, dicebat Paul. ad Philipp. 2. *Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens: & habitu inuentus vt homo.* Et cur tantus Dominus maieſtatis ſolium, regales ſedes diſſimulat, vt formam ſerui adimpleat? Amabat hominem, quem penè exanimem viderat, nullúmque pro illo detrectat munus. Ait D. Zeno lib. 3. ſer. 5. *Hic eſt [illegible] noſter, qui dignitate interim ſepoſita, non tamen poteſtate, amore hominis ſui ſuam formam fuerat ſubiturus, & tractatum, vt Angelus, homo, puer, ſponſus, crucefixus, ſepultus, primogenitus à mortuis ducerentur. Hic eſt, in quam, qui omnibus omnia eſt: quoniam per ipſum, & in ipſum ſunt omnia.* Quid pulchrius? Expende illud: *Amore hominis ſui.* quippe Deus erat potentiſſimus, celſiſſimo Deitatis throno ſublimis, omnium mundialium Regum regaliſſimus: vbi autem in eius corde amor increuit hominis ſui, cùm primùm illum penè exanimem vidit, à throno decreuit proſilire, dignitatem externam depoſuit, non poteſtatem, & nullum detrectauit officium, quo poſſit ſalutem hominis ſui procurare. Nunquam derogat poteſtati, quòd faſtus interim dignitatis deponas, dum affectum demonſtras, in tuis ſanandis, curandis.

§. XVI.

Non ſic à culminum maieſtate, vt ab humilitatis ſummitate, ſalus infirmo paratur.

MEritò ait: *Deſiliuit à ſolio, & ſuſtentans eam vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur: Quid habes, Eſther? Ego ſum frater tuus, &c.* Vbi penè exanimem Eſtherem vidit, non ſuſtinuit maieſtatem, thronum dimiſit, & manibus, & verbis blandiebatur fœminæ in ſalutem reuocandæ. Non enim à culmine maieſtatis, ſed ab humilitatis blanditiis ſalus infirmo datur. Baruch cap. 3. *Qui emittit lumen, & vadit, & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Ecce tibi Deus noſter in ſolio ſedens Diuinitatis ſuæ luminibus imperabat, quibus terribilis erat, ſtellas ſibi habebat audientes. Ingenitem Iſraelitarum populum gubernabat, & beneficiis implebat. Et tamen poſt tot maieſtatis, & gloriæ opera à ſolio deſcendit, in terras venit, & homo fit hominibus ſeruiens. Cur à ſolio deſcendit, vt veniret ad terras? Nonne vt è ſolio ſuo luminibus imperabat, & Iſraelem in ſalutem dirigebat, poſſet ſimiliter omnes homines gubernare? Cur neceſſum fuit ſolij dignitatem dimittere, & ad terras deſcendere? Homo infirmus apparuit, & penè enectus, cui vt ſubueniret Deus, à ſolio deſcendit, aliique ſeſe aptauit: non enim ſalus ſic à culminum altitudine, & maieſtate, vt ab humilitatis blanditiis venit. Ad hæc pulcherrimè D. Zeno lib. 3 ſer. 7. ait: *O noua ratio! Amore imaginis ſuæ coactus in infantem vagit Deus, patitúrque ſe pannis alligari, qui totius debita venerat ſoluturus. In ſtabulis ſæpe deponitur, populorum paſtorem, pabulúmque ſe eſſe conteſtatus. Subiicit ſe gradibus ætatis, cuius æternitas in ſe non admittit ætatem. Totum contra conſcientiam ſuam, vt homo infirmus patitur, vt homini mortis lege conſumpto immortalitas tribuatur.* Noua, inquam, ratio adminiſtrationis ſumitur à Deo: antea enim ſedens in celſiſſimo Diuinitatis ſolio luminibus imperabat, hoc eſt, lucidiſſimis Angelorum Spiritibus leges dabat, ſimulque populum electorum in paradiſo meditabatur. Vbi autem hominem dilectum ſuum peccato mortuum vidit, nouum modum procedendi arripit: à ſolio proſilit, deſcendítque à regalibus ſedibus, ſplendorem externum deponit dignitatis, per omnes hominis humilitates currit, cum infantibus vagit, cum infirmis infirmatur, per omnia fratribus aſſimilatur. Ad quid hæc? *Vt homini mortis lege conſumpto immortalitas tribuatur.* Quaſi non ſic à culmine maieſtatis, vt ab humilitatis blanditiis ſalus daretur infirmanti. Quò ſpectans Paulus 2. ad Corinth. 11. ait: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Eo enim ipſo, quòd aliquis Chriſtianus infirmaretur in fide, vel in virtute, ſtatim Paulus agebat perſonam ſimiliter infirmantis. Et cur oportebat, quòd Paulus ſeſe demitteret vſque ad infirmitatem? Ait Anſel. *Vt poſſim infirmitati eius, quam velut meam doleo, adhibere medicinam.* Ad præſtandam infirmo medicinam ſeſe demittebat Paulus vſque ad ſpeciem ſimiliter infirmantis: non enim felicitas ſalutis tam fœcunda eſt ad ſalutem alteri præſtandam, vt ſpecies humilitatis. Dicebat Angelus Paulo Act. 27. *Cæſari te oportet aſſiſtere.* Et ibat Paulus Romam vinctus, traditúſque cuſtodiæ Centurionis, nomine Iulij cohortis Auguſtæ. Et quando oportebat Paulum Romam ire, & Cæſari adſtare, cur vinctus catenis ibat? Ait D. Hieron. epiſt. ad Lucinium: *Romam vinctus Paulus ingreditur, vt vinctos ſuperſtitionis erroribus liberos faciat.* Quaſi non ſic de libertatis ſublimitate, vt de vinculorum humiliatione ſolutionem vinctis pareret.

§. XVII.

Nulla infirmitas non recedit ab eo, quem ſuſtentat Chriſtus.

AD hæc pondero illa, nimirum: *Suſtentans eam vlnis [illegible] donec rediret ad ſe, &c.* Suſtentans, ait, non ſanans, non pellens morbum, & ad ſanitatem reducens. Debilia enim ſunt hæc ad ſalutem, & ſolummodo tenent languentem [illegible]. Felix ille eſt, quem non homo, ſed Chriſtus ſuſtentat: eo enim ſolum, quòd ſuſtentetur à Chriſto, abit in ſalutem. Nota eſt illa ouis, quæ à Dei cauſa ſua fugit, vt poſt multos errores languida corruit. Hanc requiſiuit Paſtor Chriſtus Dominus, & languentem inuenit, & humeris ſuſtulit. Ait Lucas cap. 15. *Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens.* Mirabar, qui inueniens ouem languentem, multiſque morbis attritam, & penè exanimem, dicatur gaudere. Cur non potiùs dolet conſpectu tanti languoris in ſibi dilecta oue? Cur non magis eius mortem timuit? Planè Aſſuerus vidit Eſther in languore tem, ſcitus, & timens, *ne moriens exclamat de ſolio, & ſuſtentans eam vlnis ſuis, &c.* Suſtentans languentem non lætabatur, ſed dolebat, ſed metuebat. Et cur Dominus, quando etiam de cæleſti ſolio exiliit pro oue ſua languente, ſuſtentans eam humeris [illegible] dolet [illegible] eius languore? ſed magis gaudet [illegible] amabat ouem ſuam Ieſus meus, quam Aſſuerus Eſtherem? Alioquin. Sed Aſſuerus ſuſtentans Eſtherem, non [illegible] bat illi languorem, ideo dolebat, & timebat. At Ieſus meus, eo ipſo, quod humeris ſuis ſuſtentabat ouem, omnem ab illa languorem ſuſtulit, ideò lætabatur de eius ſalute. Accinit Prudentius in Hymno 8. poſt ieiunium dicens:

Ille ouem morbo reſidem, gregique
Perditam ſanat, male diſſipantem
Vellus affixis vepribus per hirta
Dencia ſylua.
Impiger paſtor reuocat, lupíſque
Geſtat exclusis humeris gr[illegible]atum,
Inde [illegible] [illegible] [illegible] apricо
Reddit ouili.

Expende

Margin notes: Eſther. 2. — Caſſiod. — Philip. 2. — Zeno. — Baruch 3. — Zeno. — 2. Cor. 11. — Anſel. — Act. 27. — Hieron. — Luc. 15. — Pruden.

Expende illa. *Humeris granatus inde purgatam reuehens, &c.* Ex quo illam humeris excepit, inde iam purgata, ab omnique morbo apparuit libera. Felix, qui tali nititur fulcro, qui languens, imò deficiens ſuſtentatur à Chriſto: per ſolam enim adhibitionem tanti ſuſtentaculi, languor abit, & confirmatur vita. Meritò clamabat illa Cant. 2. (Cant. 2.) *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Expende conſequentiam, ex quo ſuppoſita fuit manus læua ſuſtentatura caput languens, iam creditur dextera dare amplexus ſuos. Et qui ſunt hi dexteræ amplexus? Ait Prouerb. 3. (Prouerb. 3.) *Longitudo dierum in dextera eius, in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria.* Non perit, qui ſuſtentaculum habet Chriſtum Dominum; cuius ſiniſtra manus vbi apparuerit ſuſtentans languentem, ſtatim accedit dextra cum prolongatione vitæ, languore abſumpto. At hæc monet Orig. hom. 2. in Cant. (Origen.) *In Ezechiele ſcriptum eſt: Væ his, qui conſuunt ceruicalia ſub omni cubitu manus. Noli conſuere ceruicalia, noli capiti aliunde requiem quærere, habe Sponſi læuam ſub capite tuo, quã cum habueris, omnia quæ ſunt in læua, tibi tribuuntur. Dicit enim: In ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria & dextera eius amplexabitur me. Totũ te Sponſi dextera complectitur. Longitudo quippe vitæ in dextera eius, & ob id longa vita, & multorum annorum eris ſuper terram bonam, quam Dominus Deus dat tibi.* Dum mundialia ceruicalia, humana ſuſtentacula effugias, & vnam Chriſti manum admittas, quæ te languentem ſuſtentet, nihil tibi à languore, imò neque à morte timendum: accedit namque ſtatim Dei dextera, quæ ablato langoore in vita confirmet & æternet. De tanto enim ſuſtentaculo omnia noſcuntur in melius abire. Ideo mirabundi dicebant illi Cant. 8. (Cant. 8.) *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum.* Septuag. legunt. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata innitens ſuper fratruelem.* Ipſa dixerat cap. 1. (Cant. 1.) *Nigra ſum* & etiam dixerat: *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim.* Quod ſcientes Angeli valde mirabantur, dum aſcendentem vident candidiorem niue. Si nigra, ſi fuſca erat, vnde ei candor tam repentinus, & ſplendor pulchritudinis? Ait: *Innitens ſuper fratruelem.* Vbi enim dilectus Ieſus apparuit ſuſtentans fuſcam, ſtatim reddita eſt candore lucidior. Vt dicat D. Amb. in Pſal. 118. Octon. 19. (Ambroſ.) *Quæ ante per diem fuſca erat, iam ſplendet in noctibus, & videtur.* Hoc habuit à ſuſtentante Chriſto, quòd à nigredine in lucem, & candorem iuit.

§. XVIII.

Regina Cæli, Maria, ex intima coniunctione cum Deo, ab omni lege mortis, ſiue ſpiritualis, ſiue temporalis immunis.

Dicebat Aſſuerus Eſtheri: *Non morieris; non enim pro te; ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Lex illa mortis, in eos lata, qui non vocati ad Regem intrabant, dicitur conſtituta pro omnibus ſubditis, & non pro Eſthere. Et quando pro omnibus erat, cur etiam Eſtherem non comprehendebat? Erat Eſther Regi perſona coniuncta, vt vxor marito, ideóque non comprehendebatur lege, à qua maritus abſolutus erat. Quò reſpiciens Ioſeph. lib. 11. cap. 6 ait: (Ioſeph.) *Iubet Aſſuerus Eſtherem bono animo eſſe, & ſecuram, quod innocata venerit. Legem enim illam latam eſſe in ſubditos: ipſi verò, vt regni ſociæ, licere omnia.* Expende illa: *Vt regni ſociæ.* vt enim ſocia erat regni, & perſona Regi coniuncta, à tali erat immunis lege, eandémque, quam Rex, immunitatem habebat. In quo maximè ſplendet gloria Reginæ cæleſtis, Mariæ, quæ, vt coniuncta Deo, à lege omnium mortis temporalis, & ſpiritualis per omnes filios Adæ diffuſæ immunis erat. Poſt primum hominis peccatum adeſt Deus pœnas tranſgreſſoribus decernens, quæ vim habeant legis latæ aduerſus omnes eorum poſteros. Gen. 3 (Geneſ. 3.) *Mulieri quoque dixit Deus: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Adæ verò dixit: In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Duas condit pœnales leges Dominus aduersùs duos primos homines cum poſteris ſuis. Alteram aduersùs mulierem, vt in dolore pariat, vt ſub viri poteſtate ſit. Alteram aduersùs virum, vt in ſudore veſcatur pane, vt reuertatur in puluerem. Itaque neceſſitas moriendi poſita eſt in ſententia lata aduersùs Adamum, non aduersùs Euam, vt acutè notauit noſter Bellarmin. lib. 1. de gratia, cap. 11. (Bellarm.) Cur ergo lex mortis non indicitur Euæ, ſed vni Adamo indicitur? An vt maneret Eua immunis à mortis lege? Abſit: eò enim, quòd Adamo indicitur lex mortis, ſub illa intelligitur comprehenſa & Eua, vt perſona Adamo intimè coniuncta. Ex quo manifeſtè elicitur Beatiſſimæ Virginis Mariæ exēptio ab illa mortis lege, vt perſona etiam coniuncta Deo, qui illa lege non poterat teneri. Sic ſapienter ait D. Damaſcen. orat. in Aſſumpt. Mariæ, habita apud Metaphraſtem: (Damaſc.) *Eua quidem quæ aures præbuit nuncio ſerpentis, accepit ſententiam dolorum, & moleſtiæ, & partus ſubit dolores, & cum Adamo mortis damnatur ſupplicio, & in Inferorum collocatur penetralibus: Mariam autem omni ex parte beatam, quæ aures inclinauit Dei verbo, & abſque viri opere concepit Dei Verbi perſonam, & peperit abſque doloribus, & tota Deo fuit vnita, quomodo mors deuorauerit? Quomodo audebit interitus in corpus, quod vitam ſuſcepit? Sunt hæc aliena, & prorſus remota à diuina anima, & corpore.* Quid pulchrius? Incurrit Eua mortis ſententiam, & mortis lege fuit comprehenſa, non quòd illi dictum fuerit, in puluerem reuerteris, hoc enim vni Adamo dictum fuit: ſed, vt Eua veneno ſerpentis infecta Adamo erat perſona coniuncta; ſic cum Adamo conſtricta fuit mortis lege, & in puluerem fuit reuerſa. Maria autem è contra nihil habuit ſerpentini veneni; ſed *tota Deo fuit vnita*, & vt perſona adeò coniuncta Deo, nulla mortis lege debuit teneri. Quæcunque enim lex, aut mortis ſpiritualis, aut temporalis ex debito Adami ortum habuit, Mariam non comprehendit, vt nec Filium Dei attigit, cui Maria tota vnita, & coniuncta erat. Quò ſpectans D. Damaſcenus vbi ſuprà, ait: *Mariam mors tantùm aſpiciens extimuit. Eius enim Filium aggreſſa, didicit ex iis, quæ paſſa eſt.* (Damaſc.) Quid didicit? Didicit ſibi timere ab eo, qui ex nullo peccati debito, aut lege venit ad finem vitæ. Quippe Maria non ea vi legis peccati, aut Adami debito, ſed ob conformitatem cum Filio ad mortem tandem deuenit. Quam vt mors vidit ſibi appropinquantem, vehementer timere cœpit. Et quid timebat ſibi mors à Maria? Idem timebat ſibi obuenire, quod in Filio Dei obuenerat. Aggreſſa enim aliquando fuerat Filium Dei, vt ſibi pabulum debitum; ſed ipſa ibi abſorpta eſt, & ſuas vires perdidit. Videns poſteà Mariam adeò vnitam Deo, adeò in omnibus conformem Filio Dei, iam in illa timebat, quod in Filio Dei fuerat experta: ſimiliter enim Filio Dei erat Maria exempta à mortis lege, quæ per peccatum fuerat in mundum ingreſſa.

§. XIX.

Singularis præcellentiæ perſona non comprehenditur lege communi. Vbi de Mariæ exēptione immunitate.

Illud notandum, quod ait Aſſuerus ad Eſther: *Non pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* Si adhuc aſſeritur lex pro omnibus conſtituta, quomodo non & pro Eſthere conſtituta erat? Nónne & Eſther vna ex omnibus erat? Minimè: nam, quæ in throno erat regali, maximéque chara omnium Regi, minimè quaſi vna ex omnibus cenſenda erat. Quippe in verbo, *omnes*, in communibus legibus poſito nunquam comprehenditur perſona ſingularis præſtantiæ, & excellentiæ. Quò refero illud ex Paulo ad Rom. ſumptum cap. 3. vbi ait: *Omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei. Omnes*, ait, nec tamen per verbum, *omnes*, cogimur credere, Deiparam Mariam ibi comprehenſam eſſe: quia tantæ excellentiæ fœmina iniuriosè cenſeretur vna ex omnibus eſſe. (Rom. 3.) Quod deſumpſi ex Ariſtotelis doctrina 3. Politicor. cap. 9. ſtantis: *Quòd ſi vnus ſit vſque adeò ſuperexcellens virtute, vt neque comparanda ſit aliorum omnium virtus, neque facultas gerendi Remp. ad hunc, non ampliùs is ponendus eſt ciuitatis pars. Fieret enim ille iniuria, ſi pariter, atque alii cenſeatur, cùm ſit vſque adeò ſuperior ſecundùm virtutem, & ciuilem potentiam. Putandum eſt enim talem virum, tanquàm Deum eſſe in hominibus. Ex quo manifeſtum eſt, poſitionem legum neceſſariam eſſe circa æquales, genere, & potentia. Sed in illos tales non eſt lex: ipſi enim lex ſunt.* (Ariſtot.) Quid pulchrius? Meritò ſapientiſſimus Philoſophorum

phocum putat præſtantiſſimum virtute, & potentia hominem iniurioſe cenſeri partem ciuitatis, & vnum ex omnibus eſſe, qui legibus comprehendatur communibus. Quin potiùs talis, vt Deus haberi debet ab iis legibus abſolutus. Ne quis ſapiens audeat in verbo, *omnes*, Deiparam intelligere, quæ vnica eſt Filio ſuo, & Regi ſæculorum Christo, quæ ſic ſupereminet, vt omnium hominum, Angelorúmve virtus eius nequeat æquiparari virtuti. Imò illa, tanquàm Deus, in hominibus haberi debet, quantùm eſt ad hoc, quòd à lege originalis
Geneſ. 49. maculæ ſit immunis. Geneſ. 49. *Catulus leonis Iuda Ad prædam, fili mi, aſcendiſti, requieſcens accubuiſti, vt leo, & ſicut leæna*, &c. Meditabatur equidem iis verbis Iacob futurum ex ſuo ſemine Christum, quem & leoni aſſimilat, & leænæ. in leone Patrem Deum, in leæna Matrem Mariam intelligens. Et quando Deum, Patrem Ieſu, leonem nominat, cur Mariam voluit vocare leænam? An, vt oſtendatur ea eſſe Mariæ præſtantia, qua ſit tanquàm Deus in hominibus? Equidem & crediderim Mariam dici leænam leoni ſimilem, vt pateat, quid debeant timere, qui illam modò in lege communi, omnibus æquiparare velint: ait enim Ariſtoteles vbi ſupra, locutus de viris ex-
Ariſt. cellentibus: *Etenim ridiculus foret, qui illos legi ſubiicere conaretur. dicerent enim fortaſſe, quemadmodum de leone ſcribit Antiſthenes concionantibus lepuſculis, atque cenſentibus æquum omnes habere debere.* Planè non minùs ridiculus haberetur, qui excellentem virum communibus ſubiiceret legibus, quàm lepuſculi illi, qui in concilio animalium, æqualia omnia clamabant debere eſſe, & leoni, & lepori.

§. XX.

Crux Chriſti ſalutaris.

NOn ſolùm verbis Aſſuerus conſolabatur Eſtherem, ſed & factis metum mortis ab illa remouebat. Ait enim Text. *Tulit auream virgam, & poſuit ſuper collum eius.*
Ioſeph. &c. Circa quæ ait Ioſephus lib. 11. cap. 6. *Hæc locutus ſceptrum in manu eius inſeruit, & ceruicem eius virga permulcens aurea à legis metu omninò fecit liberam.* Et protectionis, & liberationis à mortis metu index erat virga ſuper collum eius poſita. Vt recordemur, quanta nobis veniat protectio à Crucis Dominicæ virga: vbi enim hoc ſacrum ſignum fuerit, medio abeſt omnis metus. De templi ædificio à Salomone peracto locutus Textus, 3.
3. Reg. 6. Reg. 6 ait: *Et ædificauit ſuper parietem templi tabulata per gyrum in parietibus domus per circuitum templi.* Sic parietum lapides in templo ligneis tabulis operiebantur. Et quid hoc lignorum operimentum prænotaret, niſi protectionem, quæ à ligno Crucis venit ſuper omnes, qui vt lapides viui in Dei Eccleſia ædificantur? Ait D. Iſidor. Hiſpalen. in lib. 3. Reg. cap. 1. *Porrò quod parietes templi in-*
Iſid. Hiſp. *teriùs ligno teguntur, hoc ob myſterium Dominicæ Crucis imaginatum eſt. ſub cuius tutela proteguntur omnes Sancti, qui in diſrupta pœnè perſeuerantia, tanquam lapides viui, in ſtructura Eccleſiæ, vnitate fidei ſolidantur.* Sic diuiniſſimi templi viui lapides, nempe, fideles ſancti, ex ligno Crucis protectionem habent. Aduersùs quam inſurgens hoſtis no-
Apoc. 13. ſter Apocal. 13. *Faciet omnes puſillos, & magnos, diuites, & pauperes, liberos, & ſeruos habere characterem beſtiæ in dextera manu ſua, & in frontibus ſuis.* Id maximè curat hoſtis, vt fidelium dexteræ, & frontes occupentur charactere beſtiæ. Ad quid hoc? Ne ibi ſignum Dominicæ Crucis imprimatur, quæ & fideles protegit, & perdit omnes inimici artes. D. Ephrem orat. de Antichriſto, ait: *Dat autem ſignum ſuum impurus ille latro, non ſimpliciter, neque*
Ephrem. *paſſim in quolibet corporis membro; ſed dextera, ac frontis hominis impium inſigit characterem, ut poteſtatem habeat homo ſignandi ſe dextera, ſigno Ieſu Chriſti, Domini noſtri, neque in fronte Crucis ſignaculum penitùs imprimere poſſit. Scit enim verſutus ille, quòd vbi Crucis Chriſti ſignaculum poſitum fuerit, ſoluitur continuò virtus eius omnis.* Sic ibi: ad quæ plura alia potes adducere, quæ paſſim ſunt per omnes tomos ſparſa.

Eſther. 15. Quæ reſpondit: Vidi te, Domine, quaſi Angelum Dei: & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valdè enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena gratiarum. Cúmque loqueretur, rurſus corruit, & penè exanimata eſt. Rex autem turbabatur, & omnes miniſtri eius conſolabantur eam.

Cap. 5. Cúmque vidiſſet Eſther Reginam ſtantem, placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam, *&c.*

§. XXI.

Reuerentia maximè conducit ad humanam, & diuinam maieſtatem conciliandam.

NOn iræ Regis, ſed eiuſdem gloriæ tribuit Eſther ſuum deliquium, ne videatur timore, ſed reuerentia turbati. Ait enim: *Vidi te, Domine, quaſi Angelum Dei: & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ.* Cauit dicere, præ timore iræ tuæ, & dixit, *præ timore gloriæ tuæ*. Et cur non dixit, præ timore iræ, quando, & veriſſimum erat, quòd metu iræ, & ſeueritatis Regis fuerat exanimata, ſed maluit exanimationem, perturbationem vocare à timore gloriæ, & maieſtatis cauſatam? In metu iræ aliquid eſſet Regi indecens, & ingratum; ideò id diſſimulauit: in timore gloriæ reuerentia exprimebatur, qua ſolent homines ad conſpectum ſupremæ magnitudinis perturbari, & quam maximè ſibi conciliant maieſtates, & diuinam & hu-
manam. Luc. 1. locutus de Angelo Mariam ſalutante, ait: Luc. 1.
Ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue, Maria, gratia plena. Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt. Ecce tibi ad colloquium Angeli Maria turbationem patitur. Et qualis hæc turbatio? Ait Andreas
Ieroſolym. ibi: *Mente fuit perculſa præ tanta imagine, ac reuerentia*, &c. Vt angelicæ gloriæ, vel nuncii allatæ maieſtatis reuerentia Mariam turbant. Sic ergo dicitur Eſther fuiſſe turbata ad conſpectum Aſſueri, vt ſic maximè eius caperet animum. Iſai. c. 6. *Vidi Dominum ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem.* Qui Seraphim creduntur velare non faciem Dei, ſed facies ſuas. Et quando ex viſione diuinæ maieſtatis tot bona poſſunt percipere, cur facies ſuas velant? Sic oſtendebant timorem reuerentialem à tanta profectum maieſtate, quò magis illa ſibi conciliabant. Ait D. Chryſoſt. hom. 1. in illa verba: *Et Seraphim ſtabant, inquit, in circuitu eius [illegible], & quid de bonis, quæ [illegible] dum [illegible] quidem nulla, verùm timoris, ac ſtuporis erant [illegible] ſe cum [illegible] metum ineffabilem de[illegible]rantia. Duabus enim alis velabant faciem ſuam excludentia [illegible] prodentiam eo quod non poſſe ſuſferre immenſam eius gloriam, ſimul autem & ſuam religionem, ac reuerentiam ſignificantia. Aſſiſtit alicuius terreno Regi, omni ſi quo modo molitur, vt quamplurimam erga illum reuerentiam exhibeat, qui per hoc maiorem illum erga ſe conciliet beneuolentiam.* Crede mihi: nulla eſt maieſtas, ſiue diuina, ſiue humana, quæ non maximè concilietur, & trahatur, per timorem illum reuerentialem, quo in conſpectu eius turbamur & cadimus. Hinc de ipſis Seraphim Iſaiæ cap. 6. dicitur: Iſaia 6.
Chryſoſt.
Duabus velabant pedes. non ſolùm duabus alis faciem velabant, timorem reuerentialem in videnda Dei maieſtate teſtantia; ſed & pedes eodem conatu duabus aliis velabant. Et pedes cur velabantur? Vt dicebantur Seraphim illa ſtare in circuitu throni, inde minor in illis timor credebatur eſſe reuerentialis, vt qui permittebat pedes illorum adeo firmos manere, ne caderent, ſed ſtarent. Id ergo, quod minoris poſſit videri reuerentiæ in pedibus ſtantibus, tanta diligentia curant velare. Ad hæc D. Chryſoſt. Chryſoſt. vbi ſupra: *Cùm plurimam habebant erga Conditorem reuerentiam & hanc vndique oſtentare præſtare: deinde quoniam non aſſequuntur, quod exigunt, quod deeſt affectus, hoc velo contegunt. Hanc ob cauſam faciem, ac pedes tegere dicuntur.* Venit equidem à magna reuerentia, quòd homini deficiant vires, deficiant pedes, quibus poſſit ſtare in conſpectu maieſtatis. Sic Ioann. Apocal. 1. ad conſpe-
ctum lucidiſſimi Angeli, *cecidit ad pedes eius tanquàm mortuus.* Sic Dan. cap. 10. ad ſimilem viſionem *iacebat conſternatus ſuper faciem, & vultus hærebat terræ.* Cùm autem ta- Apoc. 1. Dan. 10.
lis

... accidere non po... , pe... ... ... maximam. ... ... cadere, & proſterni in ... ... quam debramus ca... ... ... cum ſacris ... ...

§. XXII.

Bona inſperata gratiora ſunt.

Recreata iam Eſther paulisper à metu, vt vidit Aſſue... ... ... *Valdè enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena gratiarum.* Non adulatorie, ſed verè & ex animi ... ... Eſther ... in facie Aſſueri. Nec mirum: ... enim ex ... ... & amicus apparebat Eſther, ... & gratior, & ſuauior illi multò erat: ſolent enim, quæ ex inopinato veniunt bona, gratiora apparere. Rem pulchrè exe... ... D. Damaſ. orat. de Aſſump. Mar. ... ... *Sicut imperatori qui ... ... menſam, & omnigenis cibis affluentem, Regem aute ... ... quam ... ...* & ... ... inopinato, media brumali ... ... , & gratior, & ſuauior meritò ... ... , quæ tanquam ... abundant Matth. ... nur Ieſus interrogaſſet Diſcipulos ... *Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon, &c.* ... ... gratam ... ... confeſſionem in præ... ... ... tantiſque ... Deum ... ... *Atque prius diſcipuli ... ... Vere Filius Dei es ... Matth. 14.* ... ... Quid ergo diſcipuli ... antea dixerant: *Vere Filius Dei es*, nec inde beati prædicari ... Ieſu, cur Petrus ob ... confeſſionem beatus dicitur, & Eccleſiæ fundamentum ... ... confeſſio D. ... ... apparuit, quam cófeſſio facta ab aliis Diſcipulis ... ... confeſſione gratiorem ... ... ex tempore ... ... miracula ... à Ieſu, & eius ... ... , opportune ... ... opinione, nullam Diuinitatem ... ... Ieſu, quam ... alij cum dicebant Ioannem, ... Eliam, ... Ieremiam, ex ... & hoc tempore ... ... Filium Dei prædicauit Et ... ... confeſſio, ranq. iam ... ... placuit. ... ... Damaſ. ... ... *... primum ... ...* ſtructam ... tempore, hoc eſt, ſine tempore, quando, nimirum, tempori ... opiniones, & cómune ... ... erant, vt non poſſet tunc confeſſio illa ſpeciari. Ne mireris quod inde tantis confeſſio plùs placeat.

§. XXIII.

Vnius Dei irati, vel conſpectus ſic concutit hominem, vt non maneat locus ſecundæ plagæ.

Illud maximè notandum, quod ait: *Cùmque loqueretur, rurſus corruit, & penè exanimata eſt.* Iraſcentè viderat paulò ante Aſſuerum Eſther, & ſic regiæ iræ timore concuſſa eſt, vt corruit ... penè exanimata. At in ſe reuerſa, & blanditiis mariti delinita, dum blandienti aliquod reddit reſponſum, *rurſus corruit, & penè exanimata eſt.* Conſeptus de ira Regis metus adhuc ſecundum deliquium Eſtheri facit. In quo meditor ingens diſcrimen inter iram humanam, & iram diuinam: humana enim ira nunquam ſic perdit hominem, quin relinquat in eo locum ſecundæ plagæ. Verùm diuina ira tanta eſt, vt vel Dei irati conſpectus ſic hominem quatiat, ne plagæ ſecundæ excipiendæ locus relinquatur. Pſal. 37. dicebat: *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* Non ait, ab ira tua; ſed, *à facie iræ tuæ.* Ecce tur, à facie? Vt oſtendat, quàm ſit lethalis vel conſpectus Dei irati, qui nullum relinquit locum plagæ alteri. Ait Origenes hom. 1. in Pſal. 37. *Poterat dicere, ab ira tua; ſed nunc ait, à facie iræ tuæ. Quoniam quidem ſola facies iræ tuæ, ſed eſt conſiderata ipſa indignatione, ita me perterruit, & conuertit, vt ira tua iam in me locus eſſe non debeat.* Sic conſpectus irati Dei hominem concutit, vt ſecundæ plagæ locum neget. Quæ enim iam alia plaga poteſt æſtimari, vbi irata Dei facies cernitur? Apocalyp. 6. dicitur: *Et Reges terræ, & Principes, & Tribuni, & diuites, & fortes, omnis ſeruus, & liber abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium. Et dicunt montibus: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni.* Hæc dicta creduntur ab impijs reprobis, æternis mancipatis ſupplicijs, qui maximè detrectant in conſpectum irati Dei venire, & optant potiùs tenebris Inferni cauernis includi. Et quota pœna eſt videre faciem Dei irati reſpectu æterni ignis? Equidè vix ſentiunt æternas flammas in comparatione doloris à conſpectu irati Dei prodeuntis. Vt dicat D. Ambroſius ibi: *Sceleſtos poſt mortem ſic Infernas pœnas eſſe paſſuros, cupiebant, vt montibus, ſub quibus delitefcebant, opprimerentur, & abſconderentur à facie Dei, & à facie Chriſti eius.* Adeo leuis, aut nulla erat eis æterna ſulfuris pœna in comparatione pœnæ tolerandæ, ſi in irati Dei conſpectum venirent. Apoc. 1. dicebat Ioan. ... *veſtitum podere, & oculi eius, vt flamma ignis: ... Et cùm vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius, tanquàm mortuus.* Ex quo ait Carthuſ. lib Sap. c. 5. *Si ergo imaginaria viſio Iudicis huius fuit tam terribilis, vt etiam S. Ioannes, quod ex timore horrore caderet tanquàm mortuus, quid mirum, ſi impij & reprobi in die Iudicij ex reali, & ſenſitiua Iudicis viſione turbabuntur timore horribili?* Sic ibi.

§. XXIV.

Vita, mortiſque felicitas à Ieſu per Mariam.

Eſther in ſpem vitæ dicitur oſculata ſummitatem virgæ à centum lexi. *Quæ accedens oſculata eſt ſummitatem virgæ.* Similiter & Iacob moriens oſculatum fuiſſe virgæ ſummitatem, ſed hanc oſculabatur moriturus: nam de illo in extremis poſito Gen. 47. *Adorauit Iſraël Deum num conuerſus ad lectuli caput.* Græcè autem ibi legitur: *Adorauit Iſraël ſuper ſummitatem virgæ eius.* Ecce tibi duo, qui ſummitatem virgæ oſculantur, adorant, & venerantur, nempe, Eſther, & Iacob: ſed Eſther ſummitatem virgæ oſculatur, vt protendat vitam; Iacob autem, vt eat in mortem. Et quæ virga ſuerit hæc, quæ Eſtheri vitam, & Iacobo mortem læ... tam, & felicem faceret? Cùm virgam audio, ſtatim feror in virgam illam Ieſſæam, Mariam, cuius à ſummitate ſplédet viuificus fructus ... Ieſus, qui per Mariam, & vitam lætam, & felicem mortem nobis facit. Gen. 49. dicebat Iacob Iudæ, filio ſuo: *Ad prædam, fili mi, aſcendiſti.* Septuag. verterunt *Ex germine, filiemi, aſcendiſti.* Quæ referens ad Chriſtū ex Maria natum, D. Ambr. de bened. Patriar: *Mirificè incarnationem eius expreſſit dicens: Ex germine mihi aſcendiſti; eò quod tanquàm fructu terra in Maria aluo germinauit, & vt ... bonus odor, ad redem... totius mundi emiſſus aſcenderet, ſicut ... ait ... Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Radix, familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ, Chriſtus eſt, qui fœtorem mundana colluuionis aboleret, odorem vitæ æternæ infuſit.* Et quæ vita ab hoc flore, & fructu Marianæ virgæ non decerpitur? Accedat Eſther, accedat anima fidelis, & ſummitatem virgæ, hoc eſt, fructum Mariæ Ieſum oſculetur, venerétur; & ſallat, nihil inde poſſit viuere in æternum. Et ſi eo mortem venerit, omnia feliciſſima per hanc ipſam virgam, & fructum eius inuenies. Pſalm. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, filij, merces fructus ventris.* Qui ſub hoc diuiniſſimo fructu Mariæ, nempe, Filio eius, in mortem venerit, ò quam omnia feliciora inuenit! Ait D. Amb. lib. 2. de interpellatione, cap. 4. *Cui hæreditas Domini eſt, & merces ex Maria benigna fructu, hic in exitu, ſepulcra laudibus*

Pſal. 37. Apoc. 6. Ambroſ. Apoc. 1. Carthuſ. Geneſ. 47. Geneſ. 49. Septuag. Ambroſ. Pſal. 126. Ambroſ. Damaſc. Matth. 16. Euthym. Damaſc.

laudibus prædicatur, quoniam non habuit quid [illegible] qui nihil eorum quæ ſunt ſeculi concupiuit, [illegible] continentiæ vulnerauit, vt obſtrepere et in huius vitæ fine [illegible] ſet, [illegible] claudus, & virtutum admiratione confuſus. Quippe cui merces ex Mariæ Virginis fructu eſt, nimirum, qui ex Mariana virga fructum eius Ieſum habet, hic [illegible] met in exitu, ſed omnia ſibi felicia inueniet. Accedat ergo Iacob, & vt in mortem felicem eat, ſummitatem tantæ virgæ adoret, hoc eſt, fructum ſalutiferum Ieſum decerpat. Non ſolum virga, & fructus, ſed vel vmbra eius vitam [illegible] mam vitam nobis facere debet. Ierem. Thren. 4. *In vmbra eius viuemus in gentibus.* Vmbra magis facit ad mortem, quam ad vitam. Cuius autem eſt hæc adeò vitalis vmbra, quæ nobis halat vitam? Fallar, niſi hæc vmbra veniat à virga Mariæ, & fructu eius Ieſu. Ait Orig. hom. 3. in Cant. *[illegible] de vmbra Chriſti præbet gentibus dixit. Et quomodo non nobis vitam præbeat eius vmbra, cum in conceptu corporis eius ad Mariam dicatur: Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi? Si ergo obumbratio fuit Altiſſimi in conceptu corporis eius, meritò vmbra eius gentibus vitam dabit.* Vt vmbra Altiſſimi fuit, quæ virgam Mariam germinare fecit, & fructum ſalutiferum Ieſum edere; ſic non mirum eſt, quòd hæc vmbra nobis halet vitam: de tantæ enim, tamque fructuoſæ arboris vmbra omnes venimus in vitam, ſeu mortem vitaliſſimam.

Thren. 4.

Orig.

§. XXV.

Quidquid ſecuritatis venit iuſtis in morte, habuit Deipara in vita.

Itaque Eſther *accedens oſculata eſt ſummitatem virgæ*, vt inde viueret: Iacob autem iam iam moriturus iuxta Paulum ad Heb. 11. *Adorauit faſtigium virgæ eius.* Nec ſine myſterio Iacob ſolum cum moriturus erat, & cum de ſepultura agebat, dicitur adoraſſe faſtigium virgæ, ſo quo adorabatur regnum Ieſu iuxta Procopium ad cap. 47. Gen. Eſther autem non de morte, ſed de vita tractans, eiuſdem virgæ culmen oſculatur, & adorat. In Iacob enim virtute ſi iuſti exprimebantur, qui niſi in morte ad faſtigium, & culmen ſecuræ felicitatis non accedunt: Eſther autem agebat Deiparæ Mariæ perſonam, cui mors nihil ſecuritatis contulit, ſed in ipſa vita totum ſecuritatis felicis culmen habebat. Quæ pulchritudo expendit D. Damaſc. [illegible] de dormitione Mariæ, circa finem, aiens: *Quamuis omnibus Dei ſeruis [illegible] beata dicitur, ab ipſa vita [illegible] comparetur, vt Deo grata [illegible] vita in tuto ſit [illegible], eòque nouiſſime mors ipſorum ſancta, ac [illegible] habeatur (mors enim eo, perfectis, beatiſque oſtendit, [illegible] afferens, vt in eorum virtutem nulla iam cadat mutatio, iuxta illud. Ante mortem neminem beatum dicas.) minimè tamen hoc in Maria vſurpauimus. Nec enim mors tibi beatitudinem attulit, ne migratio perfectionem conciliauit, nec rurſus hoc tibi afferet è vita diſceſſus, vt iam perfectè nihil extimeſcas. Omnium etenim bonorum ſecuritas, ac [illegible] confirmatio, in illa ſeminis experte conceptione, in illa denique à labe omni remoto partu poſita fuit.* Ecce tibi euidens diſcrimen Mariæ, & aliorum iuſtorum: alij enim non niſi in morte in tuto ſunt, ab omni periculo immunes, & ideo cum Iacob ſolum in morte oſculantur ſummitatem virgæ, quæ eſt ſecuritatis inſigne: Maria autem cum Eſther non pro morte, ſed pro vita faſtigium virgæ oſculatur, vt quæ in ipſa vita in tuto ſit & nihil habet, quod extimeſcat periculi, ſed quaſi manu apprehenſam habeat ipſam beatitudinem. Monebat Eccleſiaſticus c. 11. *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* Legi Damaſc. vbi ſupra: *Ante mortem neminem beatum dicas.* At Maria Luc. 1. vbi Deum ſuis viſceribus incluſum ſenſit, ait: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Non à morte, ſed à concepto Deo ſe beatam dicendam aſſerit. Nec miror quod cum Sancti alij ex morte habeant, hoc Maria in vita tenuit, quantum ad ſecuritatem, & periculorum ſpiritualium carentiam. Ait ſupra Damaſc. *Vere ab ſe, non à morte, ſed ab ipſa conceptione [illegible] eſt, ſiue, vt te generationes beatam dicerent. Quare ea non te mors beatam reddidit, ſed tu mortem exornaſti.* Ad mortem acceſſit Maria nihil ſecuritatis ab illa accipiens, ſed ipſi multum ornatum præſtans.

Hebr. 11.

Procop.

Damaſc.

Eccl. 11.

Damaſc.

Luc. 1.

Damaſc.

§. XXVI.

Cui Maria datur, ſimul & datur Chriſtus.

Dicit textus: *Extendit contra eam virgam auream, quam tenebat in manu. Quæ accedens oſculata eſt ſummitatem virgæ eius.* [illegible] bat, quod virga, quælibet ex [illegible] [illegible] vbi ad ſe virgam extendit, ſummitatem tenuit, & oſculata eſt. In quo non poſſum non notare felicitatem [illegible], cui virga [illegible], Maria Deipara, protenditur: ex eo enim, quod illi [illegible] datur, certè [illegible] ſummitatem eius, nempe, benedictum eius fructum, Ieſum, poteſt tenere. Ad hanc virgam ſpectabat Iſ. c. 11. dicens: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*, &c. Quod notans Richard. à S. Laur. lib. [illegible] de laud. Mariæ, ait: *Virga florida, vel fructifera, ſi deorſum flectitur, ſecum inclinat florem ſuum, vel fructum. Studeas igitur ad terram, idest ad te, quæ terra es, amore, & feruenter flectere virgam iſtam, & ſecum ille quia ſecum florem ſuum proculdubio inclinabit.* Virga Maria, cuius in ſummitate, nempe, in materna fœcunditate albicat flos, imò, & nitet fructus Chriſtus. Ad quem inclinetur virga, inclinabitur & flos, & fructus eius: ſi ad te facias inclinari Mariam, illamque tibi affectam habeas, proculdubio habebis & Chriſtum floridum eius fructum. Vnde dicebat illa Cant. 7. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructum eius.* Niſi enim palmam apprehenderit prius, in illamque aſcenderit, non agit de tenendo fructu. Aſt vbi palmam tenet, non dubitat de habendo fructu. Ex quo ait Richard. à S. Laurent. vbi ſupra: *Aſcendit ad palmam qui fide per dilectionem operante propinquat ad Mariam, Sed quaſi aſcendit in palmam, qui quomodocunque poteſt, proficit in amorem, & ſeruitium eius. Fructum verò palmæ palma colligit mediante, qui precibus Mariæ, à Filio eius veniam impetrat & gratiam, & ſalutem.* Expende illa *Fructum palmæ palma colligit mediante.* Mundiales alios fructus ab arboribus decerptos habes, illoſque è foro colligis, etſi nunquam videas eorum arbores: at diuiniſſimum Mariæ fructum Ieſum, tunc ſolum certiſſime habebis, cum Mariam habeas. Niſi enim hanc diuiniſſimam palmam teneas, eiuſque ramos ad te inclinaueris, fructum eius non capies: qui certè ſine [illegible] capi, vbi virga Deipara mediauerit.

Rich. à S. Laur.

Cant. 7.

Rich. à S. Laur.

§. XXVII.

Maternitatis virgineæ in Maria cultus maximè conducit in ſalutem.

Adhuc notandum, quod Eſther non quamlibet virgæ partem ſuerit oſculata, ſed ſummitatem: ait enim Text. *Oſculata eſt ſummitatem virgæ eius.* Cuius ſummitatem Richard. à Sancto [illegible] contemplatur [illegible] cultum virgineæ maternitatis, quæ ſumma ſunt [illegible] Mariæ. Dicit enim [illegible] laud. Mariæ: *Summitatem virgæ aureæ excellentiſſimæ Mariæ dignitas eſt, ex hoc, quòd facta eſt Mater Dei. Hanc ſummitatem deoſculatur, qui [illegible] tanto priuilegio Mariæ congratulatur. Oſculum enim ſignum [illegible], ex qua congratulatio [illegible] ſignum eſt etiam [illegible] & pacis. Hoc igitur exemplo euidenter oſtenditur, qu[illegible] ad [illegible] beatitudinem, quæ Chriſtus eſt, prævalet [illegible] hominis virga.* Sic ete ſit Richardus, [illegible] virgineæ maternitatis cultum [illegible] Nec miror: [illegible] excellentiæ [illegible] captus Deus vehementer in humanum genus miſericordiam ſuam inclinat. Eccleſ. [illegible] *Vide arcum, & benedic, qui fecit illum: valde enim [illegible] plendore ſuo.* Non [illegible], non cœlum, non Solem, non ſtellas modò iubemur ſpectare, ſed arcum cæleſtem, & eius pulchritudinem. Et cur arcus potius ſpectandus, quàm Sol, quàm ſtella, quàm roſa, quàm lilium? Componitur arcus pulchritudo ex duobus coloribus, nimirum, [illegible] aqua, & igne, quorum coniunctio pulchritudine facit gratiſſimam oculis diuinis, & hominibus inde [illegible] in aqua enim fœcunditas maxima exprimitur, vt quæ mater ſit & piſcium, & volatilium. In igne autem virginitas maximè commendatur, quando nolluto animal [illegible] igne. [illegible] autem ſplendor ex virginea maternitate [illegible] exurgit, & [illegible] rapit, & facit illum, vt a [illegible] miſericordiæ [illegible] erga homines. Ait Cardinalis [illegible] apud Delrium. Cantic. cap. 7. *Reſplendet arcus duobus coloribus, quorum vterque eſt altero ad [illegible]. Habet enim [illegible] aqua, quæ mater eſt multorum animantium habet*

Richard à S. Laur.

Eccli. 43.

[illegible] *qui* [illegible] *animal* [illegible] *Pecam arcum meum* [illegible] *in* [illegible] *vt recordetur Dominus miſericordiæ, quam hominum generi promiſit.* Ecce tibi, vt in virginea maternitate Mariæ habes arcum ſummæ pulchritudinis, qui Deum faciat recordari miſericordiæ ſuæ, & te intromittat in vitam.

Eſther. 15. Dixit ad eam Rex: Quid vis, Eſther Regina? Et quæ eſt petitio tua? Etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. At illa reſpondit: Si Regi placet, obſecro, vt venias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium, quod paraui. Statimque Rex: Vocate, inquit, citò Aman, vt Eſther obediat voluntati. Venerunt itaque Rex, & Aman ad conuiuium, quod eis Regina parauerat, &c.

§. XXVIII.

Virtus hominem Regem facit.

Mirè [illegible] ait Aſſuerus: *Quid vis, Eſther Regina?* Quomodo [illegible] virtutibus pollebat. Plane ex [illegible] virtutes, ob quas non poterat non eſſe in [illegible] Ariſtot. [illegible] c. 9. hanc propoſitionem [illegible] *In optima Repub. magna habetur* [illegible] *non per excellentiam aliorum bonorum,* [illegible] *qui excellat virtute, quid de* [illegible] Non equidem [illegible] qui excellat opibus, aut [illegible] eo, qui excellat virtute, quæ [illegible] quid faciendum in Repub. optime compoſita. [illegible] ſponde[illegible] Stagirites [illegible] *Reſtat ergo* [illegible] *talem eſſe, vt omnes* [illegible] *Itaque huiuſmodi quidem homines eſſe Reges perpetuos* [illegible] aliqua Philoſophus pro [illegible] virtutibus [illegible] quibus colligit illos [illegible] perpetuos Reges. Non equidem qui [illegible] coronam imponit, ſed qui [illegible] in virtutibus conſtituit, [illegible] regnum Apoc. [illegible] *Qui dilexit nos, & lauit nos* [illegible] *& fecit nos regnum, & ſacerdotes* [illegible] nos Reges. Et [illegible] do nos Reges [illegible] Eo ipſo, quod lauit nos [illegible] peccata [illegible] a nobis, [illegible] Reges eſſe oſtendit. Vt meritò dicat Rupert. [illegible] *non ad* [illegible] *nos emit tam caro pretio* [illegible] *ſuo,* [illegible] *nos regnū Rex* [illegible] *Reges* [illegible] *peccato, de filiis mortis propter* [illegible] *ſanguinem fundebat.* Vt de eius ſanguine cœpimus calcare peccata [illegible] & cœpimus purpurati [illegible] oſtendere dignitatem. Vt [illegible] omnium, quæ in homine [illegible] credatur coronarū, quibus [illegible] Zachar. 6. *Sumes aurū,* [illegible] *coronas, & pones in capite Ieſu, filij Ioſedech.* Quibus [illegible] coronæ omnium iuſtorum, quæ Ieſu [illegible] filio, attribuuntur. Et cur coronæ omnes [illegible] Q. [illegible] vt ipſe author eſt omnium virtutum [illegible] ſimul & author eſt [illegible] & Reges ſint coronati. Ait Rupert. lib. 11. Apocal. [illegible] *coronæ* [illegible] *quia per ſingulas virtutes noſtras* [illegible] *coronatur* [illegible] *Vere ergo, Domine, admirabile* [illegible] *Principem* [illegible] *ſplendidi* [illegible] *Nobis per virtutem* [illegible] gerite in homine effulget & corona [illegible] omnibus. Et vt Ieſu filij [illegible] ſic & illis [illegible] tunc noſtræ [illegible] Reges exiſtimus, vt ipſe inde merito Rex Regum dicatur.

§. XXIX.

Principes mundiales non niſi magnus & potentibus ſciunt benefacere.

Reginam meminit Aſſuerus, vt ei aliquid impertiatur, euiſque annuat petitionibus. Quippe dicit: *Quid vis, Eſther Regina? Et quæ eſt petitio tua? Etiamſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.* Quid magnificentius? Quid liberalius? Dimidium regni offert petenti; ſed Reginæ: ideo enim daturus aliquid, ait: *Quid vis, Eſther Regina?* Niſi enim Regina eſſet, nihil acciperet: habent enim hoc mundiales Principes, quòd niſi in plenum nihil mittant. Eliſeus 4 Reg. 4. præſtiturus aliquid dicebat viduæ inopi: *Pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua, nō pauca.* Quod meditatus Petrus Bleſenſ. epiſt. 14. vehementer mordet curialium, aulicorumque Principum abuſum. Ait enim: *Illud eſt in Curia deteſtabile. Impinguantur,* [illegible] *ſi* [illegible] *beneficiis amplianture diuitias accumulantur diuitibus, neque eſt qui reſpiciat ad inopem, & mendicum. Eliſeus* [illegible] *vaſa vacua, & deficientibus vaſis vacuis ſtetit oleum. In Curia vero* [illegible] *vaſa vacua, & plena implentur* [illegible] *aqua in marin deferantur.* Hæc eſt conditio Palatinorum, quod neſciant, niſi in maria, aquas mittere, dum ſolis diuitibus, & potentibus præbent dona ſua. Maximus Iſraelitarum Rex fuit Salomon, cuius diuitiæ, & gloriæ pene ad miraculum numerantur in Scriptura. Hoc tamen, quod dicitur: *Salomon dedit.* bis tantum refertur in Textu ſacro. Et quibus dedit? 3. Reg. 9. *Dedit Salomon Hiram viginti oppida.* erat autem Hiram Rex Tyri. Similiter 3. Reg. 10. *Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba omnia, &c.* In iis duobus locis ſolùm dicitur, Salomon dedit & Regi Tyri, & Reginæ Saba, non enim niſi in plenum ſciunt mittere dona ſua mundiales Principes.

§. XXX.

Beneficentia in hoſtes ſalutaris.

Illud ſtupeo, quod ait Eſther Aſſuero, nimirum: *Obſecro, vt venias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium, quod paraui.* Aman acceſſimus hoſtis erat Iſraelitarum, aduersùs quem loqui Eſther decreuerat, & nihilominùs illum ad conuiuium inuitat. Et cur perdendum hoſtem maluit ſic inuitare & ſemel, & bis ad conuiuium trahere? Nonne facilius poſſet Regem in ſuam ſententiam trahere in abſentia Amani? Sanè ſi abſenti potiùs caueret præſentiam eius, cui detrahere volunt apud Regem. Cur Eſther magis amauit præſentiam Amani, imò & illum conuiuio excepit, & regia menſa honorauit? Vt non ea amore vindictæ; ſed ex alio Dei & deſiderio ſalutis populi ſui procedebat aduersùs Aman: ſic priùs illum conuiuiis excipiens, & honorans, ſuum in hoſtem beneficentiſſimū animum declarabat. Quod maximè fuit illi ſalutare. Dauid vt nouit infenſiſſimi ſibi hoſtis Saulis nepote remanſiſſe claudum pedibus, Miphiboſeth nomine, ait ad illū 2. Reg. 9. *Faciens faciam in te miſericordiam propter Ionathan, patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in menſa mea ſemper.* Propter Ionathan promittit illi miſericordiam: at vbi meminit, illū eſſe filium Saul, id ſtatim addidit: *Et tu comedes panem in menſa mea.* Nihil enim magis ſanctum, & ſalutare putauit ſibi, quàm ſi cibaret inimici infenſiſſimi filium. Rem pulchrè expedit D. Chryſoſt. hom. 3. de Saul. & Dauide, inquiens: *Filium Saulis ſtatim* [illegible] *a debitis* [illegible] *in ſuam* [illegible] *domum induxit, ſuaq. menſa fecit participem, ſummo illum honore dignatus,* [illegible] *regiā menſā* [illegible] *ſed* [illegible] *Quid illius menſa ſanctius? Quam* [illegible] *hoſti, hoſtis,* [illegible] *occidere conatus. Quid illo conuiuio ſpiritualius?* [illegible] *multa abundabant benedictiones ſiquidem inimici filium amplecti, facit, vt ille celebretur.* Meritò Chryſ. putat, nihil ſanctius, nihil ſpiritualius, nihil ſalubrius eſſe illo conuiuio, quo vel hoſtes honorantur, cibantur: non enim ibi venum, aut alterum poculum, ſed totum conuiuium integrum vertitur in parantis ſalutem. Quæ tutior tunc eſt, quando beneficentia etiam hoſtes attingit. De ipſo Dauide ait 1. Reg. 26. *Venerunt ergo Dauid, & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, & dormientem in tentorio.* Ecce Dauid habes perſecutorem tuū, acerrimumque hoſtem tibi in manus traditum: ſi eum percutis, magno liberaberis metu. Quid ergo nónne percutis hoſtem? Nonne

Nonne huius morte amas in tuto manere? Imò tutius ſibi Chryſoſt. potat, hoſti benefacere. Chryſ. hom. 2. de Dauide, & Saule, ait: *Ipſi facto docuit, nihil eſſe tutius, quam parcere inimico contrà nihil periculoſius, quàm velle vlciſci, ac vindictam ſumere. Alter igitur, nempe, Saul, quem ſtatuerat inuadere, andem inermem, omnibúſque deſtitutus auxiliis, non aliter quam captiuum in manus inimici traditum ſpectat: hic verò* Dauid, *dum cedit, & vbique dat locum, dúmque nec iuſtè quidem vult manus inferre, ſine machinis, ſine armis, ſine equitatu, ſine militibus, hoſtem in poteſtatem ſuam accepit, & quod eſt omnium maximũ, Deum erga ſe beneuolentiorem reddidit.* Ecce vobis, & Dauid, & Saul: hic putabat ſibi hoſtem eſſe Dauidem, & illum cum ingenti exercitu perſequebatur, ſi poſſet vindictam ſumere de hoſte excogitato: ille Saulem verum hoſtem expertum, ab eius offenſa declinabat, nihil aliud cogitans, quam ex ſe hoſti benefacere. Quid tunc? Ille, qui perſequebatur cum exercitu, cum armis, tandem nudus, inermis, ſine auxilio, ab omnibus deſtitutus in lecto iacebat, expoſitus cuius malo. Qui autem parcebat, ſine armis, ſine exercitu inuenit hoſtem nudum, & inermem ſibi in manus traditum,
Chryſoſt. Meritò ergo ait Chryſoſt. *Nihil eſſe tutius quàm parcere inimico, nihilque periculoſius, quàm velle vindicare.*

§. XXXI.

Eucharistia contrarias perdit funditus poteſtates.

AD conuiuium confugit Eſther, vt populi ſui hoſtem perdat efficaciùs, non fugaret: ait enim: *Obſecro, vt venias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium,* &c. Sic & Abſalom, vt ſororis ſuæ ſtupratorem perderet, ei parauit
2. Reg. 13. conuiuium. Id habes 2. Reg. 13. *Fecerat Abſalom conuiuium,* &c. Sæpiſſime enim conuiuiorum prætextu, celatæ ſunt inſidiæ, quæ vitari non poſſent ad odioſos homines perdendos. Et quod ingens non potuiſſet exercitus, conuiuium perfecit. In quæ miratus ſum Dei ſapientiam, qui, vt ſuos muniret aduersùs contrarias Poteſtates, non tam Angelorum dedit exercitus, quàm ſacram Euchariſtiæ inſtituit menſam. Barac, validiſſimus Dux Iſraelitarum, ingentem protulit exercitum aduersùs Siſaram, quem fugare potuit, tenere, & occidere non potuit. Fugiens ergo Si-
Iudic. 4. ſara peruenit ad domum Iahel Iudic. 4. *Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere.* Et cum ille lacteo potu obdormiſceret, ab ipſa Iahele interſectus eſt. Ecce tibi, quod arma Barac non potuerũt, mulier ſola per lactis conuiuiũ perfecit. Ea enim eſt vis cõuiuij cæleſtis, quæ ſuperet ingẽtes
Ambroſ. exercitus in cõtrariis Poteſtatibus perdẽdis. Ait D. Amb. lib. de Vid. *Iahel proſtrauit Siſaram, quem, duce Barac, manus veterum fugauerat Iudæorum ... Eccleſia autem non armis ſæcularibus vincit aduerſarias Poteſtates, ſed armis ſpiritualibus, quæ ſunt fortia Deo ad deſtruendas munitiones, & altitudinem nequitiæ ſpiritualis. Eodem Siſara etiam lactis poculo reſtringitur, quia oratione ſuperatur. Quod enim nobis ſalutare ad eſcã, hoc aduerſariæ poteſtati lethale ad infirmitatem.* Totius exercitus Barac fugare hoſtem Siſaram, funditùs perdere non potuit. Hoc vna Iahel per exhibitionem lactis perfecit, in quo Eccleſiæ triumphos, Chriſtianorum victorias adumbrauit. Quod enim nobis ſalutare eſt ad eſcam, animum, fide, & oratione accepta Chriſti caro, hoc aduerſariæ poteſtati prorſus eſt lethale. Et qui per alias virtutes fugatur hoſtis, per hanc ſacratiſſimam menſam eo deuenit, quo funditùs perdatur. Huc trahe dicta ſuprà cap. 1. §. 7.

§. XXXII.

Eucharistia nullum permittit contrarium effectum celari.

VOcat ergo Eſther ad conuiuium Regem ſata: *Obſecro, vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuium.* Et cur priùs ad conuiuium vocat, quam petitionem ſuam explicet? [illegible], vt in conuiuio prænoſcat Regis intimum
Serar. animum, ait Serarius, & meritò: quia in nullo magis, quam in conuiuio intima hominum præcordia reſerantur. Sic & conuiuium Euchariſtiæ nihil contrarium in
Pſal. 41. corde conuiuarum celari patitur. Pſal. 41. *Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei, in voce exultationis, & confeſſionis ſonus epulantis.* Ecce [illegible] vox confeſſionis dicitur *ſonus epulantis.* Et quid confeſſio cum epulis? Idem crediderim, quod cum equuleo. Vt enim equuleus extorquet rerum intimarum confeſſionem a reo; ſic conuiuia, ſic diuinæ epulæ faciunt intimos quoſque affectus propalari. Vt meritò dicat Plutarchus Sympoſ. lib. [illegible] in pro-
Plutarch. œmio. *Quid quæris? vinulum caput, illa feneſtra per quas in alterius cogitationes vlter potest inſpicere? Vinum enim nos aperit atque oſtentat, nec ſinens latere, ſed ſpeciem, atque laruam admittit ſiue tanquam pedagogo quàm longiſſime ſummoto. Proinde Æſopus, ac Platoni, & ſi qui alij examinare quemquam volunt, tormenti loco ſit merum.* quippe quæ ſunt equulei tormenta ad extorquendam internorum confeſſionem, hæc ſunt conuiuiorum compotationes, nihil latere ſinentes. Qui effectus etiam in conuiuio, & vino euchariſtico planè cernitur, qui nihil contrarium Deo in corde latere ſi-
Prouerb. 31. nunt. Prouerb. 31. dicit: *Nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrie-*
Homer. *tas.* Et Homerus in Odiſſæa relatus a Plutarcho ſuprà ait:

Nam vinum vel prudentem cantare coëgit,
Et tenerum ridere, pedeſque inferre choreis,
Atque tacenda loqui.

Ne miremur, quòd illud viuificum Euchariſtiæ vinum in nobis habeat eoſdem effectus, ne quid ſibi contrarium lateat in corde; ſed per confeſſionem exeat.

§. XXXIII.

Ea concordia cum Deo in Euchariſtia acquiritur, qua perdat hoſtem.

PErditura Amanum Eſther parat cõuiuium dicens: *Obſecro, vt venias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium, quod paraui.* Et cur ſoadeo odioſum hoſtem Amanum non
Plutarch. magis milites paras, quàm conuiuium? Dicebat Plutarch. in Sympoſ. 1. q. 2. *Paulum Æmilium Imperatorem aiunt, cum debellato Perſeo in Macedonia conuiuia agitaret, ... admirabile ordine, atque apparatu dixiſſe: Eiuſdem viri eſſe, & armatam aciem quàm maximè terribilem, & conuiuium quàm iucundiſſimũ inſtruere.* Qui nouit inſtruere terribilem aciem, quæ hoſtem perdat, is certè nouit & inſtruere conuiuiũ, cuius iucunditate ſic amicorum animos ſibi conciliet, & vniat, vt inimicum perdat. Quod ego mecũ iſtor accidere in inſtructione conuiuij euchariſtici: eiuſdem enim ibi artis fuit, aciem terribilem efformare, & mẽſam euchariſticam inſtruere, quæ nos cum Deo iungens aduerſarios prorſus
Prouerb. 9. eliminet. Vnde eadem Sapientia Prou. 9. *Propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis.* Mitti ancillas vocaturas ad arcẽ, hoc eſt, claſſicum intonare, phalanges ordinari: proponi autẽ menſam, eſt, conuiuium parari. Ab eadem autem arte, & ſapientia phalanges inſtruebantur ad arcem, ſiue tuendam, ſiue expugnandam, & conuiuium parabatur, quod amicos faceret, & adunaret, quo nullus hoſtis non caderet. Vt meritò di-
Chryſoſt. cat D. Chryſoſt. hom. 46. in Ioan. de euchar. ſanguine poti: *Hic myſticus ſanguis Dæmones procul pellit. Angelos, & Angelorum Dominum ad nos allicit.* Ecce paratum, & inſtructum conuiuium, vt nobis vniat amicos, nempe Deum cum ſuis Angelis, ſic Dæmones abigit. Ex quo tota cõuiuij [illegible] redditur Dæmonibus terribilis, & formidabilis. Cant. 6. dice-
Cant. 6. bat de Dei amaſia: *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Vnde tanta terribilitas in Dei ſponſa, quæ refert ordinatam aciem? Ex conuiuio Euchariſtiæ ordinato ad Deum nobis alliciendum, conciliandum. Ait D. Ignatius Martyr
Ignat. Mar. epiſt. 11. ad Epheſ. *Date operam, vt crebriùs conueniatis ad Euchariſtiam, & gloriam Deo agendas. Cum enim aſſiduè in idem conuenitis, deſtruuntur vires Satanæ, & ignitæ eius retorquentur ſagittæ ad peccatum: nam veſtra concordia, conſonaque fides, eius eſt exitium, ac ſui [illegible] tribulatio, ... terminatum. Nihil melius, quam pax in Chriſto, per quam bellum omne aboletur aëreorum, & terreſtrium ſpirituum.* Equidem vnitas, & concordia fidelium inter ſe, & cum Deo, quæ per Euchariſtiam acquiritur, terribilis Dæmonibus eſt, eoſque perdit.

§. XXXIV.

Pulchritudo, & ſpecioſitas ornatus in cultu diuino trahit homines ad Euchariſtiam.

DIxit [illegible] *venerunt itaque Rex, & Aman ad conuiuium, quod parauerat ei Eſther.* Et [illegible] ad conuiuium [illegible] eſt [illegible] Eſther *induta regalibus* [illegible] *vultum,* [illegible] *nitentibus oculis* [illegible] *oculos eius.* ex quo cum veſtis [illegible]

oculo[illegible] gis maxi[illegible], quo [illegible] conui[illegible] condu-cit pul[illegible] mas ornatus in culta [illegible] iam [illegible] in ſedeamus. Quot v[illegible] ſp[illegible]ificat m,& pul[illegible] inurnatus [illegible] Ieſu,temp[illegible] Rex [illegible] dum p[illegible] iam mirantur,[illegible] vt veſci v[illegible]

Iſaia 65 le[illegible] ane[illegible] cap. 65 *[illegible] hæc dicit Do[illegible] ecce ſer-ui mei bibent, & [illegible]* Ibique [illegible] Dominum de præ[illegible] charistiæ, credit noſte. Turrian. c. 10. cum D.

Turrian. Ambr. lib. [illegible] c. 9 & Cypr. [illegible] contra Iud[illegible] c. [illegible]. &

Ambroſ. cum Hier. [illegible] quaſi de re mirabili loqueretur, potuit

Cyprian. illam particulam, *Et c.* Mirabile enim valde eſt, quod ho-

Hieron. mines carnales carnibus ſemper inhiantes ſic veniant, imò currant ad abſtemi in Euchariſtiæ menſam. Et quò addu-ctiſunt carnales homines, vt diuinæ mei [illegible] accumbante

Cyrill.Alex A[illegible] D. Cyril. Alex. lib. 5. in Iſaiam, tom. 6. *Comedent enim, inquit, qui erant [illegible]. Nam, qui naturæ & vere Deum agno-uerunt, veriqui cultus pulchritudinem admirati [illegible] tur [illegible] ſupernis benedictionibus, ſagina [illegible] mentis accedentes ad [illegible] Saluatoris Christi, panem vitæ [illegible] voluptatis participes.* Expende [illegible] *altius pulchritudinem admirati ſunt* &c. quippe in primis capti à [illegible] pulchritudinis cultus exhi-biti Deo paulatim alliciuntur, vt ad menſam diuinam ac-cedant, ibique perfruantur pabulis cæleſtibus.

§. XXXV.

Euchari[illegible] ſceſ[illegible], morum dierum præ-[illegible] præcedat.

PEtebat Eſther ab [illegible] *enim ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium.* Eſt[illegible] Text. [illegible]-*[illegible] itaque [illegible] Rex, & Aman ad conuiuium,* &c. Suſpecta [illegible] poſſet eſſe tam [illegible], & tam feſtinatus ad conuiuium [illegible] conuiuas di[illegible]ntur, aut peruoitur [illegible] ſemul vocantur, & veniunt, & accumbunt [illegible] non aliquid ma-

Plutarc. [illegible] s gr[illegible] erat, & de conuiuiis pro-[illegible] conuiuio ſeptem Sapientum: *S[illegible] conuiuas inuitare ſolitis vt eis li-[illegible] ad cœnam venire. Ego aut[illegible] puto probè cœnaturis legitimam præparationem [illegible] mores decore componere, quàm corporis cura[illegible] conquirere.* Itaque, quando[illegible] bat [illegible] corporis ornatum requirebant in conui[illegible] grum annum præparationi præ-mit[illegible] autem morum compoſitio require-batur ex conuiu[illegible] ſolùm integer annus, ſed & am-pl[illegible] præmitte[illegible] dic Plutarcho, ne infauſtum totum co[illegible] uiuium redderetur. Vt videam, qui ad diuinam menſam [illegible] quandiu ſe præparare debeant, ad conuiuium, quod morum exactiſſimam compoſitionem petit. Vbi enim hæc petitur, ſemper aliqua prærequiritur

Exod. 19. mora temporis. Exod 19 dicebat Dominus Moyſi: *Vade ad populum, ſanctifica illos hodie, & cras, lauentque veſtimen-ta ſua, & ſint parati in diem [illegible]. in die enim tertio deſcen-det Dominus,* &c. Tridu[illegible] præparatio ibi requireba-tur [illegible] Deum accederent. Et cur non ſtatim acc[illegible] triduo in præparatione expectarent? [illegible] probe, & ſancte acceſſuri, non minimo indige-ban[illegible] præparationis, in quo morum compoſitio

Cyrill.Alex. p[illegible] formari. Ait D. Cyril. Alex. lib. 4 in Ioan. c. 51. *[illegible] præparare modo oportet, atque mundari, vt per fidem C[illegible] coniungi poſſimus. Quoniam omnis intentio noſtra eſt per C[illegible] Deo connecti. Cuius rei habes imaginem, quod à Deo ad Moyſem dicitur. Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, & cras, lauéntque veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium: in die enim tertio deſcendet Dominus,* &c. *Pro-bitatem enim morum ſtudiosè acquirendam ſignificat.* Sic, vbi probita[illegible] morum acquirenda requiritur, tridui terminus præ[illegible] acceſſum: nemo enim bonis moribus informatur ſubit[illegible]. Vt videas, quàm ſapienter dictum, plùs tempori[illegible] ceſſa[illegible] eſſe probe cœnaturo ad præpara-tionem. Qu[illegible] enim ſubitò illa neceſſaria morum probi-tate informa[illegible]tur, quæ requiritur ad probè cœnandum in conuiuio: Quis ſubitò ſe componere poteſt ad accum-bendum diuinæ menſæ, in qua Deus ſuſcipitur? Planè vt ad diuinũ conuiuium accedas, longas temporis moras in præparatione abſumas: vt enim ibi morum prærequiritur compoſitio, ſic largæ neceſſariæ ſunt temporis induciæ.

§. XXXVI.

Nihil diurnum à corruptibili manu potes accipere.

ILlud tandem notandum, quod ait Eſther Aſſuero, primùm: *Vt venias ad me hodie, & Aman tecum, ad conuiuium, quod paraui.* Et peracto conuiuio etiam ait: *Veniat Rex, & Aman ad conuiuium, quod paraui eis, & cras aperiam Regi vo-luntatem meam.* Non in primo conuiuio ſtitit; ſed & ſecun-dum in craſtinum parabat. Quot diebus enim differebat petitionem, tot parabat conuiuia: vt enim Eſther erat, quæ parabat, ſic diaria erant conuiuia, quæ parabantur. Nequit enim de mortali manu aliquid ſperari diuturnum. Eliæ ſe-denti ad torrentem Carith 3. Reg. 17. *Corui deferebant ei pa-nem, & carnes manè, ſimiliter & panem, & carnes veſperè.* Sin- 3 Reg. 17.
gulis diebus manè, & veſperi afferebat coruus eſcam Eliæ. Sed & c. 19. ſemel die vno attulit ei Angelus cibum: *Qui cùm ſurrexiſſet, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine ci-bi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Plures ci-bos afferebat coruus: afferebat enim panes, & carnes. An-gelus autem ſolùm ſubcinericium panem appoſuit. Et panes, & carnes allatæ à coruis non poterant ſufficere ad duos dies, ſed ſingulis diebus nouæ afferebantur: at panis allatus ab Angelo, ad quadraginta dies ſuffecit. Et quan-do vel vnus panis allatus ab Angelo ſuffecit ad quadra-ginta dies, cur panes, & carnes allatæ à coruis pro vno tã-tùm die ſufficiebant? Vt corui corruptibiles, & mortales erant, ſic ab illis nihil poterat venire diuturnum; ſed dia-rium. Vt dicat Orig. hom. 3 in [illegible] 35. *Et tunc quidem Elias* Origen.
paſcebatur ab Angelo, quando & abiit in viam eſto illius, & permanſit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: nunc autem coruis miniſtrantibus paſcebatur, cùm ei in matutino pa-nes deferrent, & ad veſperum carnes, &c. Ex duratione cibi noſcebatur manus afferentis. Vbi vno ſumpto cibo dura-uit ſatur quadraginta diebus, iam manus Angeli oſtende-batur: vbi autem nec ad diem integrum ſufficiebant cibi ſemel allati, corui officium patebat, de adeò enim mortali manu nihil poterat eſſe non diarium. De cibo Corporis ſui locutus Dominus Ioan. 6 ait *Hic eſt Panis, qui de cælo de-ſcendit. Non, ſicut manducauerunt Patres veſtri manna, & mor-* Ioan. 6.
tui ſunt. Qui manducat hunc Panem, viuet in æternum. Itaque manna non dedit æternitatem: Panis autem euchariſticus æternitatem præbet; quia deſcendit de cælo. Sed etiam manna de cælo venit; cur ergo ſimiliter æternitatem non præbet? Manna venit de cælo aereo: formabatur enim in corruptibilibus elementis, ideò ab illo nihil poterat veni-re æternum. Panis autem euchariſticus de Altiſſimo ve-niens Diuinitatis cælo, vt filius à Patre genitus, Deus de Deo, æternitatem præbet ſumentibus. Ait D. Amb. lib. de iis, qui myſteriis initiantur, c. 9. *Manna illud è cælo, hoc ſupra* Ambroſ.
cælum: illud cæli, hoc Domini cælorum: illud corruptioni obnoxiũ, ſi in diem alterum ſeruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicunque religiosè guſtauerit, corruptionẽ ſentire non pote-rit: illis aqua de petra fluxit; tibi ſanguis à Christo. illos ad ho-ram ſatiauit aqua; te ſanguis diluit in æternum: Iudæus bibit, & ſitit, tu, cùm biberis, ſitire non potes. Nihil manna, aut petra non diarium, aut horarium præſtarunt, vtpote quæ à cor-ruptibilibus elementis procedebat: diuiniſſimus autẽ Eu-chariſtiæ cibus, vt in quo Deus de Deo eſt; ſic æternã no-bis ſaturitatem efficit, vbi ampliùs nec ſitire, nec eſurire poterimus. A menſa enim Dei ſemel guſtata omnis eſu-ries, & ſitis abſcedit. Hinc Exod. 26. *Facies & velum de hya-* Exod. 26.
cintho, & purpura &c. *Menſámque extra velum.* &c. Ante Dei tabernaculum velum ponendum erat, quod Sancta à pro-fano conſpectu arceat, & extra velum menſa ponebatur. Et quo myſterio non intra velum; ſed extra ponebatur menſa? Rem explicat Cellenſ. Abb. de Panib. c. 1. *Nulla intra velum eſca neceſſaria, quia nulla vnquam ibi indigen-tia. Vna ibi ſatietas, vbi gloria perennis incommutabilitas. Se-* Cellenſ.
mel intraſſe, ſimúlque guſtaſſe, eſt ſemper ſatiatum manere. Sa-tiabor, inquit Pſal. cùm apparuerit gloria tua. Extra velum autem, & defectio, & refectio; defectio pro potentes naturam cor-rumpentibus, refectio pro præceptis, & diuinis beneficiis nobis mi-ſericorditer ſubuenientibus. Itaque vt intra velum gloria, quæ à Dei viſione venit, conſideratur; ibi non menſa ſtruitur, quia ibi nulla indigentia: ſemel namque guſtata,

quæ a Deo immediatè proficiſcitur gloria, tanta inde venit ſatietas, & tam æterna, vt nunquam ſit vlla neceſſitas. Non ſic accidit in his, quæ extra velum, ut ſic, nempe, quæ in ſublunaribus inueniuntur: ibi enim & menſa eſt quotidiana, & defectio, & refectio. Vt propter imbecillitatem deficimus, ſic vnde reficiamur, habemus.

Eſther. 5. Egreſſus itaque illo die Aman lætus, & alacer. Cumque vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores Palatij, & non ſolùm non aſſurrexiſſe ſibi, ſed neque motum quidem de loco ſeſſionis ſuæ, indignatus eſt valdè. Et diſſimulata ira reuerſus in domum ſuam, conuocauit ad ſe amicos ſuos, & Zares vxorem ſuam. Et expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum, filiorúmque turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes Principes, & ſeruos ſuos Rex eleuaſſet, *&c.*

§. XXXVII.

Felicitates mundiales fallaciſſimæ.

QVantùm lætitiæ, & gaudij percepit Aman ex conuiuio Eſtheris ſibi parato? Ait Text. *Egreſſus itaque eſt die Aman lætus, & alacer*, quippe veniebat à primo Eſtheris conuiuio, & veniebat inuitatus in craſtinum, ad ſecundum: ſicque poſitus inter vnum, & alterum conuiuium, vnum habitum iam, alterum habendum in craſtinum, maximam inde lætitiam percipiebat. Et quæ hæc conuiuia erant nisi Amanum lætificantia? Erant ab Eſthere parata, vt inde perditionem inferrent Amano certiſſimam. Heu fallaciſſima conuiuia. Creduntur ad lætitiam eſſe, & perditionem inferunt. Sic, ſic decipimur in mundialibus felicitatibus. Lætamur in acquiſitione dignitatis, in receptione honorum, in fauorabili fortuna; quæ omnia, etſi lætitiam faciunt, veniunt, vt nos ad perditionem adducant. Dicebat Habacuc cap. 2. *Quomodo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus.* Quod facit vinum in corpore bibentis, idem faciunt mundiales felicitates. Sedet homo in conuiuio, & inter crebra pocula lætatur: quò plures calices exhaurit, eò lætior agit, in riſu, & dicteriis iucundior. Inter hæc alacer ſurgit: & ecce tibi pes labat, caput laborat vertigine, omnia illi creduntur mobilia, & ſæpè cadens ad lapidem impingit, ibi omnia vomit, & ſanguine, & vomitu iacet illitus. Quid turpius? Placè vinum, quod videbatur lætitiam inferre, horæ momento ingentem intulit turpitudinem. Sic felicitates mundiales, dum affluunt, dum arrident, lætiſſimè excipiuntur, at tandem inueniuntur non ad riſum, ſed ad luctum, ad perditionem, & extremam ignominiam veniſſe. Ad hæc D. Hieron. *Quomodo vinum contra potantem facit, & poſtquàm ſurrexerit, neque pes, neque mens ſuum officium tenent; omni quo lætitia, & mentis exhilaratio vertitur in ruinam: ſic & vir ſuperbus non decorabitur, & iuxta Symmachum in rerum omnium erit penuria.* Æque fallaces ſunt lætitiæ, quæ fundantur in bonis temporalibus, ac quæ in vino fundantur. Vt enim vinum eam lætitiam infert, quæ in turpitudinem, & ignominiam deſinat: ſic mundiales felicitates ſæpè lætificant, quos in extremam perditionem raptant. Dicebat Sapiens cap. 14. *Quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.* Mirabar, quòd creaturæ Dei fierent in odium, & tentationem, & muſcipulam. Si creaturæ Dei ſunt, quomodo in tot mala vertuntur? Id oſtenditur per illam particulam, nimirum, *pedibus inſipientium*, qui enim inſipientes ſunt, in creatis bonis habent muſcipulam, qua pereunt. Rem pulchrè explicat Carthuſ. ibi fatus: *Creaturæ iſta huius mundi inferioris, puta, diuitiæ, delicia, & honores, facta ſunt in odium, in tentationem, & in muſcipulam inſipientibus. Quia in iſtis rebus creatis eſt aliquod bonū delectabile, vtile, & honeſtū, videlicet, aliquid pulchritudinis, & vtilitatis, & voluptatis, per quod appetibil ſunt, & humanum alliciunt appetitum. Homines verò carnales trahuntur ab eis, ſicut mures alliciuntur à nucleo in muſcipula poſito. Non enim conſiderat ea per comparationem ad Deum, ſed ſolùm quoad propriam voluptatem ſuam: ſicut mures capiuntur muſcipula; ſic ipſi per obiecta ſtrictura ratione diabolica.* Expende hæc: *Sicut mures capiuntur muſcipula* quippe, muſcipula lignea apponitur, quæ operculum ſublatum habeat, & ſuſpenſum à clauo, qui intus in muſcipula nucleum, ſeu caſeum exhibeat. Adeſt mus, & odore caſei raptus ingreditur muſcipulam: exultat caſeo inuento, ſicut exultant victores capta præda. Quam lætus, quàm alacer veſcitur? Intereà commoto clauo, operculum à ſummis cadit dato aliquali ſono. Et ecce tibi tota euolat muris exultatio, qui dato ſono operculi cadentis deterritus euaſionem meditatur; ſed interclusos mortem cogitur expectare. Non aliter inſipientes, & carnales homines rapiuntur bonorum temporalium ſpecie, quorum voluptatibus dum lætantes implentur, facto à ſupernis ſonitu miſerè pereunt. Ad huc ſpectat Pſalm. 9. inquiens: *Periit memoria illorum cum ſonitu.* Quid eſt, *cum ſonitu?* Crediderim, quòd pereunt vt mures in muſcipulis cum ſonitu cadentis operculi. Paruus enim ſonitus deſuper cadens ſic nopedit miſeros ab omni gaudio, & lætitia, vt nihil guſtent niſi amaritudinem mortis. *Pſal. 9.*

§. XXXVIII.

Deplorata perditio, quæ ſub ſpecie latiſſimæ felicitatis venit.

AB vno conuiuio, & inuitatione alterius dicitur Aman *Egreſſus itaque illa die lætus, & alacer.* Conuiuia Eſtheris, quæ ad perditionem Amani diſponebantur, eum lætitia implebant. Quid miſerius? Crede mihi: deploratiſſima erat perditio, quæ ſub ſpecie conuiuij lætificantis veniebat. Ait Prouerb. 14. *Riſus dolore miſcebitur: & extrema gaudij luctus occupat.* *Prouerb. 14.* Vbi noſter poſuit: *Riſus dolore miſcebitur*, ponit Tilmannus in Allegoriis: *Riſus dolore miſcebitur* quaſi velit, quòd doloribus ſuperaffundi, & ſuperponi ſoleat lætitia qua ipſa res doloris adeò appareat læta, vt nec minimam ſuſpicionem doloris inferat. *Tilman.* Et quid inde? Verè ait: *Extrema gaudij luctus occupat.* Vbi res doloris ſub ſpecie riſus, & lætitiæ venit, neceſſum eſt, vt deſinat in irreparabilem luctum. Galfridus apud Tilmannum inquit: *Infelix mixtura eſt, ſi materia lugubris fallacem ſibi formam induat gaudiorum, & effectum lætitiæ cauſa triſtis vſurpet. Si in huiuſmodi perniciosa gaudij commixtione perſtiterit, luctus ante non mixtus miſtis gaudij ſuccedet extremus, vt cum dixerit Pax, & ſecuritas ſubitaneus illi ſuperueniat, nunquam effugiendus, interitus.* *Galfrid.* Illa equidem eſt deplorata, & penè inextricabilis perditio, & ruina, vbi materia lugubris fallacem ſibi formam induat gaudiorum, & cauſa triſtis effectum vſurpet lætitiæ.

§. XXXIX.

Nimius cultus hominem audaciorem facit.

ETiam in periculis conſtitutus Mardochæus ab Amani cultu abſtinuit: dicit nanque Textus: *Cumque Aman vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores Palatij, & non ſolùm non aſſurrexiſſe ſibi; ſed nec motum quidem de loco ſeſſionis ſuæ, &c.* Itaque ſciens Mardochæus totam iram Amani in Iudæos, totamque Iudæorum calamitatem inde ortam fuiſſe, quod ipſe illi cultum negaret: nihilominùs in eo adeò firmus perſtitit, vt non ſolùm adorationis, & geniculationis illi cultum modò non daret, ſed neque ei aſſurrexerit. Et cur ſic etiam in tanto diſcrimine voluit ab Amani cultu abſtinere? Vt Mardochæus erat prudentiſſimus Iudæorum, certiſſimè norat nimium cultum exhibitum priuato non ad aliud deſeruire, quàm ad effrænem promouendam eius audaciam; ſicque ſanctiſſimè cauit, cultu ſuo Amani inſolentiſſimæ audaciæ fomentum addere; ſed magis voluit illū humiliare. Herodes ille magnus, qui primus ad regnum venit, ſtatuens, quibus honoribus accipiendi erant tres ſui filij, quos regni hæredes deſignabat, nihil priùs cauit, quàm ne immodicis honoribus afficerentur: ait enim apud Egeſip. lib. . c. 39. *Honor filiorum haud dubiè patris gloria eſt. Si tamen ſupra modum quis liberos meos extollat, reus eſt mihi etiam pro liberis meis, quibus author prolapſionis eſt. Nimius enim cultus audaciæ ſumptus eſt. Nunquid vitiabo liberos meos? Abſit.* *Egeſip.*

ſit [illegible] ſtam [illegible] cum gratia [illegible], quàm plurimum: tum [illegible]. [illegible] [illegible] incommoda [illegible] credat [illegible] tanto cultu [illegible] mira Regem exhibito [illegible], audacia, & ſe [illegible], & tandem ruinam pa[illegible]. Quod maximè debent animaduertere R[illegible] [illegible] exaltant, & admittunt a[illegible] ſingularem [illegible]. [illegible] ne inferiores illum [illegible], nec nimios cultus exhibeant. A[illegible] elationis, & effrænem au[illegible] [illegible] & tal[illegible] [illegible]. Verum ſuperbiæ, & rapinæ eſt, [illegible] admittat cultus illos immodicos: ſic cumùs ibit in ruinam. Quare ſuperbientibus de mund[illegible] li fortuna non ſolùm nimius debet negari cultus, ſed & ſapienter communis aliquan[illegible] do negatur honor. [illegible] ad
1. Timoth. 6. Timoth. *Diuitibus huius ſæculi præcipe.* Circa quæ D. Anſel.
Anſel. *Humilitatis Doctor memoriam diuitum faciens, non ait, Roga [illegible], Præcipe [illegible] quia etſi impendenda eſt charitas, vel pietas inſinuitari, [illegible] tamen [illegible] debetur elationi.* Tollendus eſt autem honor, qui nutrit, & facit periculoſam elationem.

§. XL.

Non ſic afficimur donis acceptis, quàm debitis negatis.

DIcit adhuc T[illegible]. *Cumque [illegible] Mardochæum ſedentem ante fores [illegible], [illegible] non aſſurrexiſſe ſibi, [illegible] nec motum quidem [illegible], [illegible] indignatus eſt valdè. Et diſſimulata ira, &c.* A[illegible] Amanus, quòd ſibi cultum, honorem que debitum negaret Mardochæus, vt præ hoc dolore, cætera omnia bona nihil æſtimaret. Poſt enumerata [illegible] glorias ſuas, & fauores Reginæ, quibus fruebatur [illegible] tandem ipſe ait: *Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere [illegible] videro Iudæum Mardochæum ſedentem ante fores regias.* Et cur tot fauores, tot gloriæ, tot aliorum adulationes non lætificant magis Amanum, quàm mordet vnius captiui hominis ruſticitas, & inurbanitas? Ea planè eſt conditio noſtra, quod magis mordeamur negatis debitis, quàm lætemur acceptis donis.
Egeſipp. Ait Herodes apud Egeſipp. lib. 1. cap. 39. *Non tantùm quis delectat eum, quem [illegible] honorat, quantùm lædit eum, cui debitum negat.* Hæc læſio maxima eſt, quæ hominem mordet, & omnium donorum acceptorum immemorem fa[illegible], nimirum, quando ei aliquid honoris, aut voluptatis debitæ negatur. Lege totum Deuter. c. 14. ibi
Deuter. 14. comedenda animalia, & non comendenda aſſignantur. *De iis, quæ ruminant, & vngulam non findunt, hæc comedere non debetis.* Et ſtatim in particulari multa nominat de terra, de aqua, de aere, quæ minimè comedenda ſunt. Et quando vniuerſa hæc permiſſa erant Noemo in cibum, cur Iudæis auferuntur, nec [illegible] ab illis comedi? Vt ex negatis haberent, vnde magis morderentur, & recordarentur Dei, qui ea negauerat. Ait D. Iuſtinus Mart. in colloquio cum Tryphone Iudæo, [illegible]: *Sic & cibis*
Iuſt. Mar. *quibuſdam vobis interdixit Deus, vt inter comedendum, bibendumque, hab[illegible] præ oculis, alioquin ad obliuionem eius procliues, & faciles, ſicut Moyſes [illegible]: Comedit, bibit que populus, & ſurrexit, [illegible] luderet. Et rurſus: Impinguatus, [illegible], dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum.* Ecce tibi [illegible] accepta bona populus datorem non recordabatur, nec illum æſtimabat, & ideò illis Deus multa abſtulit. Abſtulit enim de terrenis animalibus, de piſcibus, de auibus, vt ablatione debiti ſibi cibi morderentur magis, & Deum præ oculis haberent, qui abſtulit: nunquam enim homo non magis afficitur ablatis debitis, quàm lætatur donis ſibi datis.

§. XLI.

Honor exhibitus non merenti lethalis, vt odioſus Deo.

SVas glorias iactare dum incipit Aman, ſimul ſuam imminentem perditionem oſtendit. Ait enim inter alia magna: *Regina quoque Eſther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege, præter me, apud quam etiam cras pranſurus ſum.* Magnum hoc erat felicitatis argumentum, ſi Amanus dignus tanto honore eſſet: at, quia non vt dignus, ſed vt prorſus indignus vocabatur, id non ſibi felicitati, ſed perditioni erat: eſt enim odioſiſſimus Deo honor, qui accipitur ab immerente. Ait D. Chryſoſt. homil.
Chryſoſt. de Principatu, habita [illegible] 6. *Nihil adeò Deum irritat, quàm quod quidam, præter meritum, honoribus ornentur.* Honor collatus [illegible] immerentes maximè prouocat Deum, vt in illos inſurgat, & perdat illos. Ioan. 13. loquens de Ieſu cœ-
Ioan. 13. nante cum diſcipulis ſuis, ait: *Cùm intinxiſſet panem, dedit Iudæ.* Non Regina Eſther, ſed ſæculorum Rex panem intinctum manu ſua potentiſſima dedit [illegible] Iudæ. Quod maximus eſſet honor Iudæ, ſi meruiſſet: at, quia indignus erat, inde accepit exterminium. Vt dicat Ruper. ibi lib. 11.
Rupert. *Adeò patienter Ieſus tanquàm puer innocens, inimicum ſuum cibabat, ſed velut antiquus dierum carbones ignis ſuper caput eius congerebat.* Quis antiquus dierum? Ait Dan. cap. 7.
Dan. 7. *Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedet. thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignes accenſus. Fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius.* Sic Ieſus mundum iudicaturus, mundialiaque omnia ſimul cum impiis flammis combuſturus, dicitur antiquus dierum. Itaque, dum Ieſus panem intinctum Iudæ immerenti porrigit, ſimul agnum pacificum, & Iudicem terribilem agebat. Agnus erat, cum inimicum cibat, & honorat: at honor, & fauor exhibitus immerenti, illum in Iudicem terribilem conuertebat, qui ignibus immerentem perderet. Sic, qui immerentibus fauet, non tam illis fauet, quàm exponit diuinæ iræ in illos currenti. Oſtenſa eſt Nabuchodonoſor Dan.
Dan. 4. 4. *Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cælum: ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres cæli.* Præſtantiſſima hæc erat figura regni, in co[illegible] administrati, quòd volucres cæli, hoc eſt, præſtantes viri, in culminibus haberet, indignos autem in terra de[illegible]tos. Quod miratus ait Richard. Vict.
Rich. Vict. lib. 2. de erud. inter. homin par. 1. cap. 17. *Beſtiales animos coercebat, ſpirituales verò in alta ſubleuabat. Quid, quæſo, hoc genus monſtri eſt, quod noſtris temporis arbores, vrſos, & leones, vel alias beſtiales mentes portant in ramis, volucres verò cæli contra conditionis iura, Creatoriſque inſtituta premunt in imis. Quid, quæſo eſt, quod facitis, qui inſenſato bruta, & beſtialia corda in ſublime attollitis? Si veretis dilectis, cur eis non parcitis? Quid, quæſo, eſt aliud, quàm ruinam paratis, dum eos ad alta ſuſpendetis, & quaſi in ramis portatis?* Nunquam non indigni, & immerentes in honoribus conſtituti patent, & iræ diuinæ, & extremæ ruinæ.

§. XLII.

Nimia felicitas mundialis non tam prodeſt malis curandis, quàm in mala impellit extrema.

REfert Aman adeò ſummum felicitatum ſuarum incrementum, vt videatur nimium, & exceſſiuum. Ait enim Textus: *Expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum, filiorúmque turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes Principes & ſeruos ſuos Rex eleuaſſet. Et poſt hæc ait: Regina quoque Eſther nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege, præter me, apud quam etiam cras pranſurus ſum. Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum, &c.* Ecce tibi Amanum hinc exceſſiuo felicitatum cumulo oppletum; illinc leuiſſimo quodam tactum infortunio. Felicitas eius componebatur ex multitudine diuitiarum, ex filiorum gratiſſima turba, ex potentiſſimi Regis familiaritate, & formoſiſſimæ Reginæ fauoribus. Infortunium totum conſiſtebat in captiui vnius ruſticitate, qui illi negabat cultum. Et cur tot illæ felicitates, tam magnæ, tam exceſſiuæ non præualebant in corde Amani, vt tollerent ſenſum tam minimi infortunij? Cur totus ſenſus ruſticitatis Mardochæi captiui non ſuffocabatur à tot exceſſiuarum felicitatum cumulis? Vt magnæ, vt nimiæ, vt exceſſiuæ erant Amani felicitates, ſic minùs prodeſſe poſſent vel minimo malo tollendo; ſed magis impellerent hominem ad extremam ruinam. Eſt modus in rebus omnibus ſublunaribus, ſunt certi denique fines, intra quos ſe continent, vt ſint proficuæ: quos ſi excedant, minimè iam ad aliud conducunt, quàm ad præcipitium.

cipitium. Quò videtur reſpexiſſe D. Chryſoſt. orat. de Principatu, habita tom. 5. vbi inquit: *Res humana, qua excelſiore, & illuſtriori loco poſita ſunt, tanto grauiores lapſus ruunt.* Quis vidit, quod id, quod eſt proprium omnium rerum ſublunarium, ſit etiam commune humanis rebus, quæ in tantum conducunt ad ſalutem, in quantum ſuum modum, certoſque tenent ſuos fines: ſi autem vltra eos conſtant, exceſſiuámque petant celſitudinem, iam non ad vitam conducant; ſed ad lapſum, & præcipitium. Dan. 4. *Ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cælum. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea.* Quis non crederet tam pulcherrimam, & tam vtilem arborem debere conſeruari vſque in ſæculum? Sed ſtatim cæleſtis vox intonat dicens: *Succidite arborem, & præcidite ramos eius,* &c. Et cur pateat ſucciſioni arbor tam vtilis? Cur ei non profuit tanta proceritas, & altitudo? Cur non magis ei profuerunt fructus, quibus implebat terram? Et fructus eius, & altitudo dicuntur creuiſſe vſque ad nimietatem, & inde non profuerunt ad ſalutem, ſed magis impulerunt ad ruinam. Ait Richard. Victor. lib. 2. de erud. inter. hom. part. 1. c. 14. *Hoc fortaſſis in hac deſcripta arbore reprehenſibile fuit, hoc fortaſſis ſucciſionis cauſa extitit, quod eius altitudo nimia fuit. Et altitudo, nimis enim nimia Forti Nabuchodonoſor ambulabat in magnis, & in mirabilibus ſuper ſe, & hoc ei extitit cauſa ruina.* Vt arbor figurabat Nabuchodonoſoris gloriam, & felicitatem: item in vtroque ponitur perditionis cauſa, in eo, quòd certos terminos exceſſerunt, & peruenerunt ad nimietatem: ſolùm enim illi ad ſalutem, & ſtabilitatem pertinent, qui nimium abiurant contenti ſuis finibus, & mediocritate. Illud in anni partibus pro ſui conſeruatione notabat Theodor. lib. 4. de curandis Græcorum affectionibus, nimirum: *Quatuor item anni ſtationes, commoda ſucceſſione ſeſe excipiunt, ac ſeruata inter ſe temporis æqualitate quod nimium ſit, minimè appetunt.* Inde anni continua ſucceſſione æternantur, & permittunt hominibus viuere, quòd anni partes inter ſe æqualiter tempora diuidunt, minimèque appetunt, quod nimium eſt. Habet Æſtas certos ſuos fines, & Hyems ſuos, & Ver item, nec Ver vltra fines ſuos ad Æſtatis terminos tranſit; nec Æſtas terminos Hyemis aſſumit. Quilibet enim exceſſus, ac nimietas, & annum turbaret, & homines non ſineret viuere.

Chryſoſt. *Dan. 4.* *Rich. Vict.* *Theod.*

§. XLIII.

Temporalium hominum conatus nullam habent firmitudinem; ſed euaneſcunt.

QVàm ſecurus erat Aman de æternitate gloriæ ſuæ? Ait Textus: *Expoſuit illis magnitudinem diuitiarum ſuarum, filiorumque turbam, & quanta eum gloria ſuper omnes Principes, & ſeruos ſuos Rex eleuaſſet.* Quàm longè erat iſte ab Abrahami ſuſpirio? Dicebat Abraham Deo Geneſ. 15. *Domine Deus, quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis. Mihi autem non dediſti ſemen, & ecce vernaculus meus hæres erit.* Acceperat Abraham diuitias à Deo, & gratiam apud Reges mundi, imò de quinque Regibus triumpharat: inter hæc omnia carebat filiis ſucceſſoribus. Verum Aman, & diuitias ingentes acceperat, & ingentes glorias, & fauores Regum, inſuper & filiorum turbam, qui eius æternarent familiam. Cur, Domine, qui Abrahamo tamdiu filium negas, facíſque in tanta orbitate manere, Amano non vnum filium, ſed filiorum concedis turbam? An magis amas domum Amani æternari, quàm domum Abrahami? Minimè: Abraham enim, vt verus Dei cultor erat, & Deum ſemper habebat in primis, non eſt, cur timeat ſucceſſioni ſuæ, vel inter ipſam orbitatem firmiter ſperare poteſt æternitatem domus ſuæ. Amanus autem, vt homo temporalis, qui non Deum; ſed gloriam domus, ſed diuitiarum cumulos, ſed Regis familiaritatem habet in primis, vel in turba filiorum, non habet ſucceſſorem vllum. Illi & diuitiæ, & filij, & fauores Regis non veri ſunt; ſed falſi, ſed euanidi, qui horæ momento diſperibunt, ita vt omnia ad alienos tranſeant. Michæas cap. 1. *Dabit Dominus emiſſarios ſuper hæreditatem Geth, domos mendacij, in deceptionem Regibus Iſrael. Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Mareſa.* Quæ verba ſic transferunt Septuag. *Dabit emiſſarios vſque ad hæreditatem Geth, domos vanas. In vana fuerunt Regibus Iſrael, donec hæredes adducam,* &c. Gethæorum domos vocat domos mendacij, & domos vanas, qui & Iſraelitis perſuaſerant ſimiles vanitatis, & mendacij domos facere. In eoque oſtendit, eorum domos eſſe vanas, quòd ex ſe hæredes, nempe, filios non habeant, ſed adducendi ſint aliunde, nempe, ab exteris, qui ipſorum hæreditatem capiant. Et hoc quare? Quia & Iſrael, & Gethæi in primis temporalia hæc ponebant, in poſtremis virtutem, & Deum. Ait D. Cyril. Alex. ibi: *Vana enim domus Ephraim, & Gethæorum, quòd neque Deum venerari ſuſtinent & cultum ſculptilibus impendunt, & ſolum carnalia ſapiunt, & terrenis affixi, virtutem in poſtremis ducunt. Indignans itaque Propheta, in vana, inquit, fuerunt Regibus Iſrael, donec hæredes adducant. Vana ſtudere rebus Reges non deſierunt, donec in miſeria deuenerunt, vt alterum hæreditas fierent, quæ illis à Deo deſtinata erant.* Expende cauſam, quæ Gethæis, & Iſraelitis domos mendacij, ſeu domos vanas fecerit, nimirum ait è illis Cyril. *Solum carnalia ſapiunt, & terrenis affixi, virtutem in poſtremis ducunt.* Ecce tibi, vnde homines temporales domos efficiant non veras; ſed vanas, ſed mendacij. Seſe mundiales viri Regibus aſſuunt, illorum gratiam venantur, inde ampliſſimas domos excitant, ſplendidam familiam, ingentem cumulum diuitiarum: ſed, quia in iis habendis ſolùm carnalia ſapiunt, commune bonum, virtutem, Deúmque in poſtremis ducunt, excitatæ domus non ſunt veræ; ſed vanæ, ſed mendacij: quia in illis non filij ſuccedent; ſed externi, & alieni illas hæreditabunt. *Eò miſeria deuenerunt, vt alterum hæreditas fiant, quæ illis à Deo deſtinata erant.* Sic, qui Deum in poſtremis habent, domos oſtendunt vanas, & domos mendacij, vt quæ nullam firmitudinem habeant; ſed ab illis, quamprimùm tranſituræ ſint ad extraneos.

Geneſ. 15. *Mich. 1.* *Septuag.* *Cyril. Alex.*

§. XLIV.

Lethale eſt homini, quòd maxima honoris, & gloria contemnat pro minimis.

ILlud deplorati hominis eſt, quod ait Aman poſt expoſitas glorias ſuas, nimirum: *Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Iudæum ſedentem ante fores regias.* Itaque diuitias, filios, Regis familiaritatem, gloriam ſuper alios Principes, Reginæ, conuiuia nihili facit Aman propter vnius captiui negatum ſibi cultum. Quanta hæc Amani infirmitas? Puto id in homine, niſi à lethaliſſimo animi morbo, non potuiſſe venire. Quis propter adeò leuem rem, tantam honoris, & gloriæ, in gratia Regis, & in Reginæ conuiuiis contemnat, & non extremam incurrat ruinam? Ioan. 13. Ieſus meus conuiuio excepit Diſcipulos ſuos, inter quos ſimul excepit Iudam. *Et cùm intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Iſcariotis. Et poſt buccellam introiuit in eum Satanas.* Vni Iudæ Rex Regum Ieſus porrexit manu ſua intinctum panem: de tanto autem honore, & beneficio, id oſtenditur accidiſſe, quòd hoſtis humani generis irremediabiliter poſſideret Iudam. Et cur de tanto honore, & de tanta gratia ad tam irremediabile malum itur? Totum illud honoris, & gratiæ à ſummo Rege exhibitum contemnebat miſer propter lucellum pecuniolæ, quod potuit non procedere, niſi à morbo lethaliſſimo. Ait D. Cyril. Alex. lib. 9. in Ioan. cap. 16. *Proditor autem ſapius redargutus non erubuit charitatem Chriſti, contempſit honorem, & gratiam eius abiecit, benedictionem aſpernatus eſt, in vno fixus hærebat, illud ſolummodo voluebat, quomodo pecuniolam ſibi pararet, non ergo vt conſiliatorem; ſed vt cogitationum ſuarum dominum in corde Diabolum tenet.* Dum honorem, gratiam, & benedictionem contemnit, vt vnius pecuniolæ iuſtæ acquirendæ, à malo ſe iam oſtendit poſſeſſum.

Ioan. 13. *Cyril. Alex.*

Eſtheris 5. Reſponderúntque ei Zares, vxor eius, & cæteri amici: Iube parari excelſam trabem habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic manè Regi, vt

appendatur

appendatur ſuper eam Mardochæus : & [illegible] Rege lætus ad conuiuium. [illegible] conſilium, & iuſſit excelſam præparari crucem.

§. XLV.

Crux bonis auſpicata eſt, inauſpicata malis.

Vide, quomodo ſe fallat iniquitas : vt perdat Mardochæum, meditatur crucem : dicunt enim : *Iube parari excelſam trabem.* &c. & ſtatim *iuſſit excelſam præparari crucem*, &c. Dum autem parant crucem, iam oſtendunt, ſibi parari mortem, Mardochæo vitam. Crux enim non poteſt non eſſe piis victoriæ auſpicium, impiis [illegible] ruinæ. Ioan. 19. de Ieſu locutus ait : *Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. Et baiulans ſibi Crucem* [illegible] &c. Circa quæ verba D. Athanaſ. in Euang. de [illegible] omnium, ait : *Impoſuerunt ei Crucem, inſigne* [illegible] *monumentúmque* [illegible] *contra ſe ipſos educentes.* Dum Crucem parant in Ieſum, inuiti edocent monumentum contra ſe ipſos, & inſigne victoriæ [illegible] Ieſum. Habet enim hoc Crux, quod & malis ſignum ſit perditionis, & auſpicium vitæ præbeat rectis. Quo reſpiciens Pſal. [illegible] ait : *Infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt.* Fecerant nanque iniqui Crucem, vt in ea Ieſum [illegible] & Ieſus viuit, & illi infixi permanent. Ait Theophanes Ceramens erat in exalt. Crucis, habita apud Græcos ſer. tom. 2. *Infixæ ſunt gentes in interitu, quem* [illegible]. *Quid ſibi vult hoc verbum? Quia* [illegible] *ſit in Cruce, in qua Dominum* [illegible] *arbitrabantur funditus interierunt.* Non iuſtus, ſed iniuſtus in Cruce perditur. Vbi enim Crux eſt, non poteſt [illegible] in vitam non ferri. Habacuc cap. 3. dicit : *In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ* [illegible] *in ſalutem populi tui*, &c. Cùm Ieſus [illegible] egreſſus eſt in ſalutem populi ſui, in ſplendore haſtæ fulgurantis, hoc eſt, in ligno ſplendidiſſimo Crucis acceſſit, per quod maligni in morte remanent, iuſti in vitam ibunt. Rem explico pulcherrimo exemplo, petito ab hiſtoria, quam refert Sigibertus in Chronico ſuo [illegible] Longobardorum [illegible] ait : *Horum primus fuit Rex Agelmundus. ſecundus* [illegible] *quod à lama* [illegible] *eſt, ex ea* [illegible] *fuit extra* [illegible] *Nam mater eius ſeptem vno partu enixa, eum* [illegible] *in piſcinam* [illegible], *& Rex Agelmundus iter faciens eos haſta* [illegible] *haſtam eius* [illegible] *tenuit, & ab eo nutritus,* [illegible] *pro eſſe, vt* [illegible] *ſuccederet, & necem eius in Bulgares* [illegible] *fit.* Quid pulchrius? Ecce tibi tota Chriſtianæ crucis œconomia. Longobardorum fœmina, vno enixa ſeptem peperit filios, quos omnes morituros in piſcinam proiecit : ſic prima fœmina Eua quotquot peperit, morituros expoſuit, & ante infectos abiecit. Agelmundus Rex iter faciens vidit in piſcina coaceruatos ſeptem illos puerulos à matre abiectos, & haſta ſua extenſa eos reuoluit : eorum vnus haſtam manu preſſit & inde extractus, & nutritus à Rege, in regnum venit, & ſui Saluatoris hoſtes contregit. Sic Rex Regum Ieſus, veniens in mundum, dum viatoris ageret vitam, vidit [illegible] ſos Euæ natos morti expoſitos, & in perditionem abiectos. Qui tunc haſtam Crucis [illegible] eam [illegible] apprehenderunt, à maſſa perditionis extracti ſunt, & cæleſtis Regis menſa nutriti, co[illegible] vt [illegible] quæ hoſtes Saluatoris ſui prorſus [illegible] Ergo Crucis haſta maximè auſpicata bonis [illegible].

Ioan. 19.

Athanaſ.

Pſal. 9.

Theoph.

Habac. 3.

Sigibert.

§. XLV.

Fœminarum conſilium ſuſpectum, vt etiam propriis commodis contrarium.

Ait Textus : *Reſpondérúntque ei* [illegible] *uxor eius, & cæteri amici : Iube parari excelſam trabem* &c. Sic conſilit fœmina neſciens in illa trabe periturος, & filios ſuos, & miſerum maritum. Rarò enim fœmina omconſilium non laborat aduerſus propria commoda. Maximi Imperatores, Honorius, & Theodoſius, leg. *Si pater. Cod. de ſponſalibus*, ſic cauebant : *Periniquum eſt, vt aut paternam voluntatem, redemptę forſan matris, aut curatoris admittatur arbitrium, cum plerunque etiam ipſius fœminæ aduerſus propria commoda inueniatur laborare conſilium.* Expende ab illis : *Etiam ipſius fœminæ aduerſus propria commoda.* rarum eſt conſilium fœminarum, ſub quo non lateat vel propria ipſius perditio. Hinc Abraham, vbi de immolando filio vnico oraculum accipit, Geneſ. 22. *De nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filium ſuum* &c. Nec Saram vxorem adit, nec alli rem explicat, nec eius placitum ſperat : ſciebat enim ſapiens vir, quam ſuſpectum ſit fœminarum conſilium, & quam aduerſarium etiam commodis ſuis. Procopius in Gloſſa ait : *Sunt, qui tradunt, Saram ignoraſſe, quæ mandata marito dederit Deus, videlicet, ne materna comploratione totum negotium inuerteret. Nec Eua benè conſuluit Adamo, & idem forte & hic eueniſſet.* Ex quo Euæ conſilium, & ſibi, & marito, & filiis perniciem attulit, rarò non ſimiliter errat fœminarum conſilium. Quò adduco dicta tom. 2. de Chriſto figur. libr. 5. cap. 2. §. 8.

Honor. & Theod.

Gen. 22.

Procop.

CAPVT XIII.

Deiecti Amani initium.

Textvs Historia.

TVnc primùm largi calices ſomnum fecere breuem, cum Aſſuerus ab Eſtheris conuiuio iuit in lectum. Qui poſt noctis médium, cùm dormire non poſſit, petit ſibi proximorum annorum hiſtorias legi. Vbi autem ventum eſt ad Mardochæi fidem, qua Palatinorum eunuchorum inſidias Regi patefecit; ſubſtitit paulisper Rex interrogans de mercede pro tanto officio reddita. Quam cùm nullam comperiſſet, & iam illuceſceret, ſcire voluit, quis Principum maturauiſſet venire in Regiam. Venerat Aman multò citius quàm ſolebat, vt impetrata Mardochæi morte, rem perficeret, ante horam conuiuij, qua debebat Reginæ adeſſe. Vocatus ergo Aman in regium cubiculum ingreditur : & ab illo Rex ſciſcitatur, qua gloria extollendus erat vir ille, cui Rex honorem vellet impendere. Non hæſit Aman : vt enim totum illud honoris ſibi a Rege parari credidit, ſic citò reſpondit, illum virum veſtimentis regiis eſſe induendum. Inſuper addit, quòd ille talis regio imponatur equo, diademate redimitus, & ante illum eat primarius aliquis Principum, & equum ducat, & ſimul clamitet per compita, & plateas ciuitatis, honorem illum à Rege eſſe decretum tanto viro. Annuit Rex, & omnia illa iubet ab Amano fieri Mardochæo Iudæo, nihil mutans multa, ſi quid eorum prætermitteret. Ecce tibi, agente Amano, regiis ornamentis Mardochæus veſtitur, & equo vectus per plateas ciuitatis, ab ipſo Amano publicabatur, toto illo honore maximè dignus. Qua pompa finita redit Mardochæus ad fores Palatij, abit Amanus in domum ſuam, operto capite, intimam animi conſternationem ſignificans. Cuius euentus conſcia vxor Zares, conſcij amici, inauſpicatum quid Amani rebus præuident, nec credunt in eo eius ſtaturam fortunam, quin inde hominem in extremam ruinam præcipitet. Intereà regij adſtant miniſtri, qui mœrentem Amanum acceſſant ad Eſtheris conuiuium, ad quod ille, Mardochæo interfecto, lætus ſperauerat ire.

MORALIA IN TEXT. LITER.

ECCE Amani gloriæ inclinari incipiunt: licèt enim tardare videatur, tandem exaltatur virtus, & vitium deprimitur.

Eſtheris 6. Noctem illam duxit Rex inſomnem, iuſsitque ſibi afferri hiſtorias, & Annales priorum temporum. Quæ cùm illo præſente legerentur, ventum eſt ad illum locum, vbi ſcriptum erat, quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagathan, & Thares, eunuchorum, Regem Aſſuerum iugulare cupientium.

§. I.

Conuiuium eucharisticum cognatorum amatoribus prodeſt.

A Conuiuio Eſtheris iuit Aſſuerus, non in ſomnum, ſed in vigilias, quæ maxime Mardochæo profuerunt: dicit enim Textus: *Noctem illam duxit Rex inſomnem, iuſſitque ſibi afferri hiſtorias, & Annales priorum temporum. Quæ cùm, illo præſente, legerentur, ventum eſt ad illum locum, vbi ſcriptum erat, quomodo nunciaſſet Mardochæus*, &c. Sapienter putat Serarius noctes vigilias adeo vt ie... accidiſſe Regi ex conuiuio Eſtheris: ait enim quæſt. ... præſenti. *Neſcio, an Eſtheris conuiuij fructus hi ex ... non debeat.* Nec mirum, quòd Eſtheris conuiuium ... ingerat vigilias Regi, quæ Mardochæo amatori populi ſui, eiúſque ſalutis procuratori prodeſſe, ... eucharisticum conuiuium cognatorum amatoribus multùm fauere ſolet. Nota eſt hiſtoria Abrahami, vbi Geneſ. 14. agnouit Lotum conſobrinum ſuum captum duci à quinque Regibus, cum trecentis viris aggreſſus eſt hoſtes, illos perdidit, & Lotum in priſtinam libertatem reduxit. A tanta autem reuerſo victoria, *Melchiſedech, Rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi) benedixit ei, & ait. Benedictus Abram Deo excelſo.* In hoc bello, & in hac victoria primùm accipit Abrahamus panem, & vinum, de manu Sacerdotis, quod ſacrificium in eucharisticum referat, & illum repleat benedictionibus. Cur in hoc bello primùm datur Abrahamo conuiuij ſalutaris figura, niſi quia bellum ſuſceperat pro fratre liberando, eúmque redemerat de manibus hoſtis? Ait D. Ambroſ. lib. de iis, qui myſteriis initiantur, cap. 8. *Abraham, victis hoſtibus, & nepote recepto, cùm potiretur victoria, tunc illi occurrit Melchiſedech, & protulit ea, quæ Abraham veneratus accepit*, &c. Expende illa *Et nepote recepto*. ex quo enim ſtetit pro nepote, illúmque redemit ab hoſte, ei ſaltem in vmbra viuificus panis adfuit, qui benedictionibus impleret hominem. Adeo enim ſane diuiniſſimum hoc conuiuium cognatorum amatoribus, vt aſſeruet eos, qui in cognatos ſunt duriores. Diſſipatorem ſubſtantiæ filium reuertentem Pater conuiuio excepit: dixerat enim Luc. 15. *Adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.* Ecce tibi cæleſti in conuiuio reuectus in ſe prodigus filius. Quod cùm alius filius, frater eius, cognouiſſet, *indignatus eſt, & nolebat introire.* Manſit ergo iſte extra conuiuium, dum ille ſalutariter reficitur. Et quando prodigus ille conuiuio excipiet atus cæleſti, cur hic pater aſſiduus filius extra conuiuium manere permittitur? Ait Ruffin. lib. 1. Hiſtor. cap. 18. *Nec probabilis extitit apud patrem ſenior filius, quod tamdiu receptus, nec tantùm meritis habuit non delinquendo, quantum noto contraxit non indulgendo germano.* Qui durus in germanum fuit, non immerito finitur eſſe extra viuificum Euchariſtiæ conuiuium.

Gen. 14. — Ambroſ. — Luc. 15. — Ruffin. — Serar.

§. II.

Conuiuium eucharisticum mentem illuminat ad veræ cognitionem.

MEritò Eſtheris conuiuio tribuit Serarius quæſt. 15. & Aſſueri vigiliam, & Annalium lectionem, qua ſaluti regiæ author cognoſcatur Mardochæus. Quippe immediatè ad illud conuiuium dicitur: *Noctem illam duxit Rex inſomnem, iuſſitque ſibi afferri hiſtorias, & Annales priorum temporum. Quæ cum illo præſente legerentur, ventum eſt ad illum locum, vbi ſcriptum erat, quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagathan, & Thares, eunuchorum, Regem Aſſuerum iugulare cupientium.* Ecce tibi, quando homines à conuiuiis veniunt ad crapulam, ad ſomnum, largiſſimúmque ſoporem, ad craſſiſſimam inſidiarum ignorationem, Aſſuerus à conuiuio venit ad vigilias, ad hiſtoriarum lectionem, ad cognitionem veri Authoris ſalutis ſuæ. Et quale hæc conuiuium cauſare potuit? Vnum illa effecit conuiuium Eſtheris, vt quæ euchariſtici conuiuij lineamina præpoſuit. Hoc enim propriiſſimum eſt euchariſtici prandij, quòd mentem illuminet, & quod in veritate bonum eſt, ſecurè cognoſcat. Dicebat Iſaias cap. 30. *Et dabit vobis Dominus exiguum panem arctum, & aquam breuem. Et non faciet auolare à te vltrà Doctorem tuum. Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis.* De pane accepto, eo accedit homo, vt verum Doctorem, & præceptorem habeat, cuius voce moneatur, ne vlli fallaciæ ſubiaceat. Quod oſtendunt Septuag. ſuperiora verba legentes: *Dabit Dominus vobis panem tribulationis, & aquam anguſtam. Et nequaquam vltrà appropinquabunt tibi decipientes te. Quia oculi tui videbunt decipientes*, &c. Itaque de pane illo arcto accepto iuxta Vulgatam habes, quòd erit tibi Doctor, & præceptor, qui vera doceat, & moneat. Et iuxta Septuag. habes, quòd fugient à te decipientes, & ſic expergefactus, vt deceptores noſcas, & amplectaris veritatem. Et quis eſt panis, qui talia in te operatur? Non creditur eſſe communis panis, ſed Panis viuificus Euchariſtiæ, qui Chriſtus eſt, de cuius epulo habes, quòd ſic expergiſcaris, vt deceptiones percalleas, & verum monitorem, & Doctorem naciſcaris. Ait D. Cyril. lib. 3. in Iſaiam, tom. 2. *Factus eſt nobis Panis vitæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Dixit enim diſertè: Ego ſum Panis, qui de cælo deſcendi. Hunc itaque Panem ſi acceperis, tunc ſies etiam ſolertior, neque in errorem procliuis, nec verbis decipientium faciliè abreptus: ſed Pane hoc accepto videbis omnino eos, & quo affectu, ac indole ſint, planè cognoſces.* Planè de Chriſti epulo adeò vigilantem mentem acquires, vt deceptores agnoſcas, & rectè percalleas, vbi ſunt inſidiæ, & mortes: vbi autem ſecuritas, & vita; illaſque repellas, has tibi aſciſcas. Luc. cap. 24. poſt reſurrectionem apparuit Ieſus diſcipulis ſuis, *& cùm manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum: quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas*, &c. Primùm conuiuium adornat, illis eſcam porrigit: deinde de Scripturis loquitur, eorúmque ſenſum aperit, vt illas intelligant. Et quando eos ad Scripturas reuocaturus erat, & ſimul facturus, vt illas intelligerent, cur priùs conuiuium parat, & eſcas præbet? Nónne per immediatas eſcas hebetiores fierent, vt in Scripturis inuenirent ſalutem? Adumbrabatur ibi virtus epuli diuini, de qua venit, vt mens excitetur ad intelligendum, ne fallaciæ ſubiaceat vlli. Ruper. lib. de intellectu a duno, cap. 1. inquit: *Glorificato Domino Ieſu, & in ipſa eius glorificatione condito ſalutis noſtræ Sacramento, datus eſt continuò Spiritus. & in ipſo dato eius primum actus conſeſtim enituit, qui à Spiritu ſapientiæ ſecundus eſt, ſpiritus intellectus. Tunc enim aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas*, &c. De accepto viuifico, ſalutarique Sacramento epuli diuini ventum eſt ad acceptionem diuini Spiritus, & ad donum intellectus accipiendum, quo in Scripturis ſacris agnoſceretur tota ſeries humanæ ſalutis.

Iſa. 30. — Septuag. — Cyril. — Luc. 24. — Rupert.

§. III.

Non dormientibus, ſed vigilantibus, & laborantibus datur, quod agnoſcant authorem veræ ſalutis.

VIgiliæ deduxerunt Aſſuerum in cognitionem Mardochæi, qui ... lucem ... erat, dicente Textu: *Noctem illam duxit Rex inſomnem, iuſſitque ſibi afferri hiſtorias, & Annales priorum temporum. Quæ cùm illo præſente legerentur, ventum eſt ad illum locum, vbi ſcriptum erat, quomodo nunciaſſet Mardochæus inſidias Bagathan, & Thares eunuchorum,*

[illegible] vi-
[illegible], in
[illegible] p
pe la[illegible] R[illegible]m
liber[illegible] Pe[illegible] ſed
v[illegible] c[illegible] liber[illegible] & verum [illegible] ux
auctorem ſacit depr[illegible]. Qui amant dormire, & otio vacare, & delicijs ind[illegible] ſe excutiunt, vt regni populatores ſ[illegible] cernant, & veros ſeruatores agnoſcant p[illegible] Quam alte[illegible] euenirct, ſi vigilaſent, ſi negot[illegible] cum [illegible] egrudis attendiſſent [illegible] ſuæ quis author eſſet. Ait Dauid Pſal. [illegible] *Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Ephrata, inuenimus eam in campis ſyluæ.* Pro ſalute ſua, imo pro totius mundi ſalute inuenienda laborabat Dauid. & etiam Rex eſſet, in Aulæque delicijs viueret, ſtatuit in corde ſuo decernit, minime vigilijs vacare, quiete [illegible], & multum laborare, donec certò inueniret, vbi ſalus illa eſſet. Et cùm hoc ſtatuiſſet, continuo [illegible] ait. *Ecce audiuimus eam in Ephrata* vix ſomnum excuſſit, vix quietem abiecit, & ſtatim ſalutem veram inuenit in Ephrata, nimirum, in Bethlehem, hoc eſt, in domo panis. Et cur tam cito in domo panis, & ſalutem, & auctorem [illegible] inuenit? Dicebat. *Si dedero ſomnum oculis meis*, &c. & vt excuſſit ſomnum, & abiecit quietem, & vigilare laborareque cœpit, ſalutis veræ auctorem reperit. Ait D. Cyril. Alex. lib. 3. in Iſaiam, tom. 2. *Panis igitur, & aqua viuifica eſt Chriſtus, ſed cum ſudore, & labore inuenitur. Magna enim bona, & eximia non percipiuntur ab ijs, qui vacant, & deliciantur, ſed ab ijs, qui ſudores, & labores in hac re tollerare contemnunt. Sic Dauid dicit: Si conſcendero lectum ſtrati mei, ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum*, &c. Itaque, vt Dauid pro auctore ſalutis inueniendo, vigilijs, & laboribus ſe deuouit, & per hos ſtatim ſalutem inuenit: ſic vniuerſi diſcant & vigilare, & laborare, alioquin ſic excutient, vt ſalutis ſuæ cauſas proſtus ignorant. Quo ſpectaos Iſaias cap. 30. ait: *Et dabit vobis Dominus exercituum, & panem arctum, & aquam breuem. Et non faciet auolare à te vltrà Doctorem tuum*, &c. Quæ ſic Septuag. reddidere: *Et dabit vobis Dominus panem afflictionis, & aquam anguſtam. & nequaquam vltrà appropinquabunt tibi, qui decipiunt te. Quia oculi tui videbunt decipientes te.* Magna hæc promiſſio eſt, quod, mirum, [illegible] obis abſint deceptores, & veritatis adſint Doctores, [illegible] quod oculis noſtris videamus clare, quis ſit deceptor, aut quis ſit in veritate Saluator noſter. Et qualiter ad tantum perueniemus bonum? Id oſtendunt verba illa *Dabit vobis panem arctum.* vel cum Septuag. *panem afflictionis.* non enim niſi in afflictione, & labore, eo peruenies, vt qui ſint fallaces, aut veri ſeruatores, agnoſcas. Ait D. Cyril. Alex. vbi ſupra: *Promiſit igitur vniuerſorum Deus Iſraelitis ad ſe conuerſis, panem afflictionis, & aquam anguſtam daturum ſe, id eſt, vitam, quæ eſt in Chriſto degentium, ſiquidem neceſſariam, quam colligere quis poterit, non in voluptates delabendo, non ignauam vitam ducendo, non latam, & laxam viam ingrediendo; ſed potius per anguſtam portam ſubintrando.* In pane arcto, aut pane afflictionis præmiſſo oſtenditur, vt Chriſtus ſalutis veræ authoris eiuſque notitia quærenda ſit vigilijs, laboribus. Nemo enim, qui ignauam ducit vitam, & ſomno, & delicijs deditus, eò perueniet, vt falſum, aut verum dignoſcat. Putabit enim ſæpe Saluatorem illum, qui deceptor eſt, & proditor: vt autem verus agnoſcatur, & vigilijs, & laboribus eſt opus. Hinc Luc. 2. nato vero Saluatore, ait: *Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos: & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus. Nolite timere, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator.* Sic verus Saluator ſolis vigilantibus tunc reuelabatur. Vt meritò dicat D. Bernard. ſerm. 3. de Nat. *Accedit ad conſolationem ipſa, quæ paſtoribus vigilantibus exhibita eſt, viſitatio, & allocutio Angelorum. Væ vobis, diuites, qui habetis conſolationem veſtram. Quàm multi nobiles, quàm multi potentes, & ſapientes huius ſæculi, hora illa in ſtratis mollibus quieſcebant, & nemo eorum dignus habitus eſt nouam videre lucem, ſcire magnum illud gaudium.* Necnon &

Pſal. 31.

Cyril. Alex.

Iſaia 30.

Septuag.

Cyril. Alex.

Luc. 2.

Bernard.

D. Chryſoſt. homil. de Nat. fatur: *Non inueniunt Chriſtum, niſi vigilantes, paſtorum ad vigilans. Non inuenitur Chriſtus, niſi vigilantibus paſtoribus. Vnde dicit & Sponſa. Ego dormio, & cor meum vigilat. Erat Herodes, Pontifices erant, Phariſæi erant illis dormientibus. Chriſtus in oriente inuenitur.* Sic vigilantibus, & laborantibus verus reuelatur Saluator. *Chryſoſt.*

§. IV.

Diuina Scriptura lectio vtiliſſima ad omnia.

AD vigiliarum laborem leniendum confugit Aſſuerus ad hiſtorias legendas, ait enim: *Noctem illam duxit Rex inſomnem, iuſſitque ſibi afferri hiſtorias, & Annales* [illegible]. Et ſalus [illegible] ſi cui malo medelam non inuenias ex hiſtoriarum lectione. De Hiſtorijs ſacris locutus Paul. ad Rom. 15. ait: *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ad quos fines ſæculorum deuenerunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Nobis itaque reliquit Deus Scripturas, vt inde & conſolationem in laboribus habeamus, & ſpem ſalutis firmemus. Vt dicat D. Chryſoſt. homil. 36. in Ioan. *Omnium medicinarum theſaurus diuina Scriptura ſunt: & ſiue ſtultitiam exuere, ſiue affectus ſedare, ſiue cupiditas, in cap illere, ſiue fortem animum induere, ſiue aduerſa æquo animo tolerare volumus, quam hinc bene remedia inuenire poſſimus.* Nihil mali eſt, cui remedium non inueniatur in ſacris Scripturis: in iis ſi mediraris, omnia tibi inde proſpera obuenient. De Iſaac locutus Textus Geneſ. 24. ait: *Egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die, cùmque leuaſſet oculos, vidit camelos venientes procul Rebecca quoque*, &c. Et quis erat ager, in quo meditabatur Iſaac. Creditur Scriptura ſacra ager fertiliſſimus, in quo, qui meditatur, ingentem meus bonorum ſegetem, qua æternùm poſſet viuere. Rem ſic expendit Aelred. apud Tilman. 10. lleg. *Dico vobis, fratres, nihil poteſt aduerſi contingere, nihil tam triſte, vel amarum emergere, quod non mox, vt nos Pagina ſacra exceperit, aut euaneſcat, aut [illegible] toleretur. Hic eſt ager, in quem Iſaac pergit ad meditandum, vbi ei occurrit Rebecca, cum, qua accederat, ſua ſuauitate leuit dolorem.* Nunquam ad ſacram Scripturam accedes, quin tibi ſtatim occurrat, quod dolori tuo medelam inferat. Et pergit Aelred. vbi ſuprà: *Quid ſunt cantica, quæ video. Quid ſunt? Ex eo certè ad meditandum in agrum, ſacrum codicem reuolue, Meditationes meas caris imprimo, cum ſubitò mihi occurrens Rebecca, ſeducet, ſua gratia, Ieſu bona ſua luce tenebras diſcutit, pellit faſtidium, duritiam frangit. Inſolites, quos cum triſtia quæque perturbant, non hunc agrum ingrediuntur, vt gaudeant.* Quid pulchrius? Huc trahe dicta tom. 4. de Chriſto figur. lib. 8. cap. 10. §. 26.

Rom. 15.

Chryſoſt.

Gen. 24.

Aelred.

§. V.

Principibus plures morbi officiunt.

AIt tandem Textus: *Noctem illam duxit Rex inſomnem*, &c. Nunquam enim vigiliæ, & cruditates, & morbi non crebriùs inuadunt Principes. Ait Eccleſiaſtes cap. 5. *Dulcis ſomnus operantis, ſiue parum, ſiue multum comedat; ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.* Vbi noſter poſuit: *Dulcis ſomnus operanti*, legit D. Chryſoſt. de Virgin. cap. 70. *Dulcis eſt ſeruo ſomnus*, &c. quippe Principes à conuiuiis ad moleſtiſſimas vigilias propter ciborum cruditatem ſolent ire: ſerui autem poſt exacta opera quietiſſime, & ſaluberrimè dormiunt. Pro quo eleganter Theodor. ſer. 7. de Prouidentia Dei, expendit æqualitatem diuinam in diſtributione temporalium bonorum: ait enim: *Hanc quoque Dei prouidentiam videre, & gubernationis ipſius æqualitatem perſpicere oportebat. Quandoquidem enim peccati neceſſitas in herilem, & ſeruilem conditionem humanum genus diuiſit, illis quidem cum imperio curas quoque coniunxit, & vigiliarum moleſtiam tradidit; ſed & morbos eis illos plures effudit. his verò corporum præſtantiorem valetudinem, & ſuauiorem cibi uſum, ſomnum etiam dulciorem, longæuitatemque, qui corpus à laboribus exercet, & illud ipſum ad craſtinos diei labores robuſtius reddat, conceſſit.* Cum imperio datæ ſunt hominibus vigiliæ moleſtiſſimæ, frequen-

Eccleſ. 5.

Chryſoſt.

Theod.

tes

res morbi; cum ſeruitute autem & ſanitas vegetior, & ſomnus dulcior, ac quietior venit.

Eſtheris 6. Quod cùm audiſſet Rex, ait: Quid pro hac fide honoris, & præmij Mardochæus conſecutus eſt? Dixerunt ei ſerui illius, ac miniſtri: Nihil omninò mercedis accepit. Statímque Rex: Quis eſt, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt ſuggereret Regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo, quod ei fuerat præparatum. Reſponderunt pueri: Aman eſt in atrio. Dixítque Rex: Ingrediatur.

§. VI.

Magnæ mentis eſt in maiori æſtimatione habere, quæ accipit, quàm quæ dat.

AVdito Mardochæi officio circa regiam vitam, ait Aſſuerus: *Quid pro hac fide honoris, ac præmij Mardochæus conſecutus eſt? Dixerunt illi ſerui illius, ac miniſtri: Nihil omninò mercedis accepit.* Miniſtri Regis audacter aſſerunt nihil mercedis adhuc fuiſſe à Mardochæo acceptum. At Textus dicit cap. 12. *Præcepit ei Rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus.* (*Eſther. 12.*) Et quando hæc dicuntur munera data Mardochæo pro delatione, cur miniſtri dicunt nullam ab eo mercedem acceptam? (Ioſeph.) Ioſephus lib. 11. cap. 6. putat, à miniſtris datum illud reſponſum ex vi ſcripturarum, quæ lectæ erant, in quibus nulla erat datæ mercedis mentio. Ait enim: *Percunctatus Rex, an non ſit adſcriptum aliquod ei datum præmium? Illo verò negante, quicquam tale ſcriptum, iuſſit, &c.* Dederat itaque Rex mercedem aliquam, ſed non ſcripſerat, & qui curauit, vt officium ſibi à Mardochæo præſtitum ſcriberetur, nullam curam habuit de ſcribendis datis mercedibus. Sic magnæ mentes, vt multæ ſunt in æſtimandis officiis acceptis, ſic nullæ ſunt in memorandis, quæ ipſæ dederunt. De bono, & præſtanti ſeruo, multiſque talentis ornato loquitur Dominus Matth. 25. ait: (*Matth. 25.*) *Et accedens, qui quinque talenta acceperat, dixit: Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.* Quæ acceperat in primis poſuit, & quæ dederat poſuit in vltimis. Et cur hæc in vltimis? Vt quæ nihili faciebat, ſolùm æſtimans, & ponderans, quæ accepta tenebat. Ait Auctor Imperfecti (Imperf.) putatus Chryſoſt. homil. 45. in Matth. *Non primùm lucri talentorum memoriam facit; ſed primùm memorat, quæ accepit, poſteà quæ inuenit: vt oſtendat non ſtudij ſui, aut laboris eſſe, quod acquiſiuit, ſed beneficiorum domini ſui.* Hoc bonus curabat, ne quid à ſe præſtitum videretur, ſed ſola, quæ acceperat, in ſuis, & in omnium oculis eſſent. Non aliter Paul. 1. ad Corinth. 15. inquit: (*1. Cor. 15.*) *Gratia Dei ſum id, quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit; ſed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed gratia Dei mecum.* Dixerat, à ſe gratiam acceptam, & cum illa laborauiſſe plus omnibus, & ſtatim addit: *Non ego autem*, quaſi ſe laboraſſe abſolutè neget. Et cùm certum ſit, quod cum gratia accepta laborauerit, cur abſolutè aſſerit: *Non ego autem*, quaſi labores ſuos neget? Magnus equidem vir, vt quod acceperat, præ oculis habebat, nihili ducit, quod ipſe dederit. Ait D. Anſel. ibi: (Anſel.) *Quia enim cæleſti dono præuentum eſt, quaſi alienum ſe à bono opere agnouit dicens: Non autem ego.* Ecce tibi, vbi accepiſſe ſe meminit, quæcunque inde ipſe præſtat, non reputat, ſed ſic ſe habet, quaſi nihil fecerit. Nonne hoc à magna mente venit? (Senec.) Ait Seneca lib. 3. de benef. cap. 6. *Noſtri maiores, maximi ſcilicet, viri ab hoſtibus tantùm expetierunt beneficia, magno animo dabant, magno perdebant.* Magnianimi eſt, ferre perdere bona, quæ à te proficiſcuntur.

§. VII.

Ad gratitudinis culmen accedis, non in feſtinatione retributionis, ſed in maturitate.

LEcto Mardochæi officio, dicit Aſſuerus: *Quid pro hac fide honoris, & præmij Mardochæus conſecutus eſt?* Nec illi animi ingrati nota inurenda eſt, quod tandiu diſtulit de retributione tractare. Vbi enim officium accepit, ſcriptis illud mandauit, ne poſſit à memoria elabi: retributionem autem non feſtinauit, ſed magis diſtulit, vt opportuniori tempore, & occaſione redderetur, quod & factum eſt. In hoc autem tota conſiſtit gratitudinis perfectio. De qua re pulchre diſſerit Seneca lib. 4. de benef. cap. 40 dicens: (Senec.) *Quidam, cum aliquod illis miſſum eſt munuſculum, ſubinde aliud intempeſtiue remittunt, & nihil ſe debere teſtantur. Reiiciendi genus eſt protinus aliud inuicem mittere, & munus munere expungere. Qui feſtinat vtique reddere, non habet animum grati hominis, ſed debitoris. Et, vt breuiter dicam, qui nimis cito cupit ſoluere, inuitus debet: qui inuitus debet, ingratus eſt.* Quid pulchrius? Non equidem habet animum grati hominis, ſed debitoris, qui nimis feſtinat remunerationem præbere. Qui verè gratitudinem habet, ſcit cunctari retributionem, & maturiùs expectare tempus, quò maius bonum in retribuendo faciat. Dicebat populus Iſrael Domino, Iſaiæ cap. 63. *Vbi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, & multitudo viſcerum tuorum, & miſericordiarum tuarum? Super me continuerunt ſe. Tu enim pater noſter.* (*Iſaiæ 63.*) Confeſſionem fecerat Deo, contritique cordis libauerat hoſtias, & requirebat diuinam remunerationem, quam minimè recipiebat. Quin potiùs omnem diuinam beneficentiam, & miſericordiam erga ſe dicit eſſe detentam, & ideo detentam, quia Deus in eo patrem agebat. Dicit nanque: *Tu enim pater noſter.* Quia patrem agebat, beneficentiam ſuam continebat, differebat, ne quamprimùm veniret in effectum. Sed illud mirum, quòd in eo, quod Deus detineat, & differat beneficentiæ ſuæ opera, dicatur, & reputetur patrem agere. Quid pater ad detentionem bonorum? Nullo melius, quàm patris conditione explicatur, qualis debeat eſſe retributio profecta ab animo benefico, & grato in ſuos creditores. Vt enim pater non feſtinat dare bona ſua filiis; ſed illa retinet, & conſeruat, túncque ſolum dat, quando occaſio maiora pollulat. Sic retributio ab animo grato, & benefico profecta, non in feſtinatione, ſed in maturitate procedit. Ait D. Baſil. in Pſal. 7. *Parentum eſt colligere, ſiue theſaurum recondere liberis, vt præter hoc, quod illos ad vitam genuerunt, etiam viuendi ſubſidia ſubminiſtrent. Ad hunc modum in Scriptura, redditionis, ſeu vicariæ retributionis dictio vſurpari ſolet.* (Baſil.) Cum parentum prouidentiæ erga filios comparari ſolet in Scriptura ſacra retributio illa, quæ à benefico, & grato animo fieri debet. Vt enim patris prouidentia non conſiſtit in eo, quòd feſtinet dare bona ſua filiis; ſed in eo, quòd illis opportunè largiatur: ſic gratæ retributionis præſtantia, non in feſtinatione; ſed in maturitate conſiſtit. Quò ſpectabat illud boni viri inſigne, de quo ait Pſal. 1. *Et erit tanquàm lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* (*Pſal. 1.*) Vbi D. Hilar. ait: *Lignum ergo hoc viuens eſt, neque ſolum viuens; ſed & rationale. Rationale autem in tantum, vt fructum det. Dat verò non confusè, non importunè, ſed tempore ſuo.* Boni, & grati animi eſt ſeruare retributionem vſque ad opportunitatem, vt ſuos fructus ſeruat vſque ad tempus bona arbor.

§. VIII.

Semel exhibitum officium perpetua facit gaudia animo grato.

ILlud etiam notandum, quod ait: *Quod cum audiſſet Rex, ait: Quid pro hac fide honoris,* &c. Audit Rex ſibi à Mardochæo quondam exhibitum officium, & adeo lætus audit, vt de noua mercede reddenda agat. O gratiſſimi animi ſubtile ſingulare, cui ſemel oblatum officium, & poſt multa tempora, & perpetuo lætiſſima parit gaudia. De illo ait Seneca lib. 11. epiſt. 82. *Mali vna ... ingrati eſſe*

Senec. *eſt. & hæc breuis, dum accipimus beneficium, ex quibus ſupereſt longum gaudium manet, at perenne: non enim illum accipere, ſed accepiſſe delectat, quod immortale eſt, & aſſiduum.* Ingrato odioſum eſt, quod notit ſe accepiſſe: ſolùm gaudet, cùm accipit: at gratus animus longius, & diuturnius habet gaudium: accepiſſe enim, vt perpetuum eſt, ſic illi perpetua facit gaudia. Exod. cap. 3. Exod. 3. *Hæc dices filiis Iſrael: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, miſit me ad vos. Hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione, & generationem.* Aliud nomen oſtenderat Deus, cùm dixit, *Qui eſt*, &c. ſed de ſolo hoc nomine, quod ab Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, deſumitur, ait: *Hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione, & generationem.* Et cur hoc ſolùm æternum, & perpetuum exprimitur eſſe Deo? Ait Rupert. Rupert. *Hic addidit. Hoc nomen mihi eſt in æternum, ſcilicet, propter dignè nominandam fidem illorum, vel obedientiam illorum*, &c. Quippe officia illorum patrum ſemel exhibita Deo in fide, & obedientia, vt beneficentiſſimo, & gratiſſimo ſpiritui exhibita fuerunt, ſic perpetuam, & aſſiduam illi faciunt lætitiam, qua glorietur in omnem generationem. Habet enim gratus animus in ſemel accepto officio, vnde in perpetuum gaudere poſſit.

§. IX.

Gratus animus amat ſemper debere gratiam.

QVærenti Regi de mercede reddita Mardochæo, *Dixerunt ei ſerui illius, ac miniſtri: Nihil omninò mercedis accepit.* Nouum hoc, & mirabile aulicorum ingenium, qui ſic loquantur coram Rege in fauorem alterius. Imò quòd ſic audeant dicere Regi, quod illi videbatur eſſe dedecori, nimirum, quòd pro tanta fide nihil adhuc dediſſet. Quod ſi dederat aliquid, vt ait cap. 12. & id, quia paruum erat, reputatur ab his Palatinis pro Carthuſ. nihilo, vt Carthuſianus credit; magis miror eorum audaciam, qui & coram Rege pro nihilo ducant eius dona. Quis hoc a Palatinis ſperaret? Quis de illis non magis crederet, quòd mentirentur Regis beneficentiam, quòd vel minima dona ingentem dicerent retributionem fuiſſe? Dixiſſent equidem hæc viri aulici, niſi benefico, & grato Aſſueri animo magis adulatorium crederent, ſi officij debitor oſtenderetur. De grato enim Senec. homine ait Seneca lib. 11. epiſt. 82. *In hanc partem inclinabit, huc verget, vt cupiat debere gratiam.* Ne mireris, quòd Palatini debitorem gratiæ dicant Regem, quando ſic eius ſeruiant cupiditi. Eſt equidem hoc propriiſſimum gratis mentibus, quòd ament debitores gratiæ eſſe. Dice- Pſal. 115. bat Dauid Pſalmo 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Retribuit, ait, non, tribuit: quaſi Deus magis gaudeat agnoſci debitor, quàm dator. Ait Baſil. D. Baſil. homil. in Martyrem Iulitam: *Quid retribuemus Domino, pro omnibus, quæ retribuit nobis? Etenim rurſus magnificus dator haudquaquam dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe, ac ſi is non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre, ſed reſolueret acceptam.* Amat equidem magnificus dator magis videri Iſai. 2. debitor. Hinc Iſaias cap. 2. ait: *Et dicent: Venite, & aſcendamus ad montem Domini; & ad domum Dei Iacob.* Iam dictus fuerat Iacob Iſrael, quod nomen ei indiderat ipſe Deus poſt conſummatas luctas in cauſa Dei. Cur ergo non magis dicit: Aſcendamus ad domum Dei Iſraelis, quàm, ad domum Dei Iacob? Nomen Iſrael fuit præmium à Deo datum Iacobo poſt conſummatas luctas in cauſa Dei; ideò Propheta morem gerens beneficentiſſimo, & gratiſſimo Deo abſtinuit à nomine, quo oſtendebatur datum aliquod præmium, & merces, & magis propoſuit nomen Iacob, quod non mercedem acceptam, ſed quaſi luctam adhuc repræſentabat præſentem, cui Deus debe- Baſil. ret. Ait pulchrè D. Baſil. ibi: *En, qui prius ad Dei cognitionem acceſſiſſent, hanc voluit inſignem notam de Deo adiectis dicens: Ad domum Dei Iacob, quandoquidem Iacob nomenclatura eſt adhuc ſupplantantis, & athletæ. Iacob enim ſupplantator vocatur ob fortem luctam contra inflictas aduerſitates. Deinque is obtenta victoria accepit præmium, nomen reportans Iſraelis.* Prætermittitur equidem nomen Iſraelis, quod fuerat præmium victoriæ obtentæ; ponitur nomen Iacob, quod eſt nomen *adhuc ſupplantantis*, quaſi lucta Iacob ſemper ſit coram Deo, & nuſquam præmium, aut merces, cuius agnoſcatur Deus debitor. Quod ad maximam oſtentionem diuinæ magnificentiæ pertinet.

§. X.

Malitia citiſſimum in exitium mittit ſuos.

NOndum prorſus eluxerat dies: & cùm iuberet Rex requiri, quis in atrio Regiæ eſſet, inuenitur Aman: ait enim Text. *Aman quippe interius atrium domus regiæ intrauerat, vt ſuggereret Regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo*, &c. Matutinus venerat Aman, vt Mardochæum ad mortem peteret: & factum eſt, vt inde, quia matutinus venerat, Mardochæo obſequium præſtaret: ſic malitia ſolet citiùs in ſuos exitium trahere. Quo ſpectans Habac. c. 2. ait: *Væ, qui multiplicat non ſua. Vſquequò? Et aggrauat contra ſe denſum lutum.* Habac. 2. Hæc dicebat aduerſus homines crudeles, & prædones, qui vigilabant, vt malum facerent, & vt ait Iob c. 24. *vigilantes ad prædam.* Job 24. Qui dum alios a ſe opprimi putabant, in ſe denſum lutum aggrauabant. Et quid eſt, in ſe denſum lutum aggrauare? D. Cyril. Alex. id refert ad malos Cyril. Alex. malum, quod illi ſibi faciunt. Pro quo explicando accipe Senecam lib. 11 epiſt. 82. dicentem: *Minimum ex nequitia, leuiſſimúmque ad alios redundat; quod peſſimum ex illa eſt, &* Senec. *(vt ita dicam) ſpiſſiſſimum, domi remanet, & premit habentem. Quemadmodum Attalus noſter dicere ſolebat: Malitia ipſa maximam partem veneni ſui bibit. Illud autem venenum, quod ſerpentes in alienam perniciem proferunt, ſine ſua continent, non eſt huic ſimile, hoc habentibus peſſimum eſt.* Expende illud: *Quod ex illa eſt, & ſpiſſiſſimum*, ſiue denſiſſimum. Quippe cùm vas aliquod vnguento liquido plenum eſt, ſi rumpatur, illud quod liquidius eſt, & leuius per rupturas guttatim exprimitur, quod autem ſpiſſum, & denſum eſt, intus manet: ſic in malitia cogitandum eſt: quod enim foras exit, gutta eſt, leue eſt, ſi comparetur cum eo, quod intus manet: quod vt ſpiſſiſſimum, & denſiſſimum fit, ſic celeriùs perdit habentem. In hoc venenum malitiæ a veneno ſerpentum diſſimile; quòd hoc ſerpentibus non nocet, ſed aliis, illud verò in primis perdit poſſeſſores ſuos. De Palatinis illis, qui Danielem perdere curarunt, illúmque leonibus dederunt, loquitus Textus ſacer Dan. c. 6 ait: *Iubente autem Rege adducti ſunt viri illi, qui accuſauerant Danielem; & in lacum* Dan. 6. *leonum miſſi ſunt ipſi, & filij, & vxores eorum, & non peruenerunt vſque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt.* Quanta hæc celeritas mortis? Mittuntur in lacum, & nõ permittuntur cadere in ſolum, ſed in ipſo laci initio miſerè conteruntur. Et vnde nata eſt tam feſtinata ruina? An à fame leonum? Crediderim magis natam ab eorum malitia, cuius minimum Danieli obfuit: quod autem eius ſpiſſiſſimum erat, remanens celeriùs perdidit ſuos. Ait Ioſeph. lib. 10 c. 12. *Acuit autem ferarum* Ioſeph. *rabiem non vexatio famis, qua iam eis exempta fuerat, ſed obiectorum malitia.* Non fames fecit leones currere ad horum perditionem, ſed eorum malitia acuit leonum rabiem, illóſque quàm feſtinantiſſimè traxit in nefariorum ruinam.

§. XI.

Quò citiùs exurgis in aliorum ruinam, eò velociùs curres in tuam.

EQuidem multo mane *Aman interius atrium domus regiæ intrauerat, vt ſuggereret Regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo.* Pro perdendo Mardochæo multo citiùs ſurrexerat: quo factum eſt, vt velociùs in ſuam confuſionem veniret. Sic ſolent homines nefarij permitti feſtinare in aliorum ruinam, vt velociùs inueniant ſuam. D. Athan. orat. 2. contra Arrianos de Arrij morte locutus, ait: *Cùm Sabbathum eſſet, & poſtridie ſe ſperaret Arrius in communionem recipiendum, ac magno certamine laboraretur, illis quidem contentionantibus, Alexandro verò precibus incumbente, Dominus ſe iudicem, præmiatorémque contra impios præbuit. Nondum enim Sol exortus erat, cùm neceſſitas Arrium in eum locum detraxit,* Athanaſ. *vbi collapſus eſt, vtraque re ſimul, & communione, & vita ſpoliatus.* Expende ab illis: *Nondum enim Sol exortus erat*, &c. Quippe, cùm multum eſſet certamen inter Arrianos, & Alexandrum, de Arrio accipiendo in Eccleſiam; ipſe Arrius fretus ſuorum violen-

naſperabat ſe in craſtinum accipiendum. Propter quod illa die ante Solem ſurrexit, in ſpecie enim deſiderium fecerat hominem manicare, in veritate velociſſime ferebatur eò, vbi periret. Sic impiis accidit. Ioan. 13. dicebat Dominus Iudæ, vel Diabolo in Iuda reſidenti: *Quod facis, fac citius.* Non facinus, ſed feſtinationem, ſed celeritatem in facinore proponit, vt ſic celeriùs & cadat, & perdatur. Ait D. Cyril. Alex. lib. 9. in Ioan. cap. 17. *Dominus noſter, Ie, ut Chriſtus, velociùs currere Diabolum ad ea, quæ parauerat, iubet, vt citius victus, atque vinctus à tyrannide ſua orbem dimittat.* Facit nefariorum celeritas in malis faciendis, vt celeriùs ſupplicium obueniat. Iob cap. 24. dicebat: *Alij, quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, vigilantes ad prædam.* Aquila legit: *Mane ſurgentes ad prædam.* At Zachar. cap. 5. ait: *Ego video volumen volans. Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur.* Et quando Deus pigritè ire ſoleat in vindicta intercoda; cur modò oſtenditur ſententia in prædones non venire, nec currere, ſed volare, vt celeritate ſua perpetes auium æmuletur volatus? Equidem, quia prædones manicare dicebantur ad prædam, ideò & pœna ad illos volabat: celeritas enim maturat celeritatem pœnæ, & confuſionis facit. Non aliter dicebat etiam Iob cap. 24. *Mane primo conſurgit homicida, interficit egenum,* &c. Et Pſal. 110. ait Dominus: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ,* &c. Sic enim celeritatem malefactorum celeritas vindictæ æmulatur; vt quò celeriùs currunt in aliorum ruinam, eò citiùs incurrant ſuam.

Ioan. 13. — Cyril. Alex. — Iob 24. — Aquil. — Zachar. 5. — Iob 24. — Pſal. 110.

Eſtheris 6. Reſponderunt pueri: Aman ſtat in atrio. Dixitque Rex: Ingrediatur. Cùmque eſſet ingreſſus ait illi: Quid debet fieri viro, quem Rex honorare deſiderat? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans, quòd nullum alium Rex, niſi ſe, vellet honorare, reſpondit: Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, &c.

§. XII.

Beneficia minimè conſultanda ſunt cum eo, qui accepturus eſt.

NVnc video prudentiam Aſſueri, & Amani ſtultitiam: Aſſuerus enim honoraturus Mardochæum, non à Mardochæo; ſed ab Amano quærit: *Quid debet fieri viro, quem Rex honorare deſiderat?* Aman autem credebat, id honoris ſibi decerni, in quo non parum deſipiebat. Benefici enim ſapientis eſt non agere de beneficio præſtando cum eo, qui accepturus eſt. Deut. 34. dicitur: *Mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino, & ſepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo ſepulcrum eius vſque in præſentem diem.* Ecce tibi ſepultura Moyſis dicitur nulli hominum cognita. Circa quæ poteſt eſſe quæſtio, an ipſi Moyſi adhuc viuenti fuerat nota? Cur enim negaretur Moyſi cognitio ſuæ ſepulturæ à Deo paratæ, etiamſi hæc negetur vniuerſis aliis hominibus? Nihilominùs credit Philo minimè Moyſi oſtenſum eſſe ſepulturæ propriæ locum, aut modum. Vt enim beneficium illud ſepulturæ per Deum paratæ magnum erat, & inuſitatum; ſic beneficentiſſimus Deus noluit de eo agere cum eo, qui accepturus erat. Ex quo ait Philo lib. de ſacrificio Abelis: *Nemo ſepulcrum eius ſcire dicitur. Quis enim eſt idoneus, vt cogitatione comprehendat migrationem perfectæ animæ ad eum, qui eſt? Equidem opinor, ne ipſam quidem, cui migratio contigit, ſciſſe, quantò meliora ſortiretur, quippe quæ tunc correpta erat Numine. Nam Deus, cùm alicui benefacit, non vtitur eius conſilio; ſed inexpectata beneficia ſolet porrigere liberaliter.* Expende illa: *Deus, cùm alicui benefacit, non vtitur eius conſilio.* quippe & ſapientis, & verè benefici animi eſt, de beneficio impertiendo non conſulere eum, qui accepturus eſt. Quò reſpiciens Iſaias ait cap. 4. *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Quis menſus eſt pugillo aquas? Et cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis terræ molem, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera? Quis adiuuit ſpiritum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? Cum quo iniit conſilium,* &c. Tria his verbis nobis proponuntur: in primis ingentia illa beneficia ad nos à Deo proficiſcentia per aduentum Chriſti eius, nimirum, vt ab illo paſcimur, vt eius humeris portamur, vt in diuinam adſciſcimur ſortem. Deinde, vt illa beneficia certiſſimè credantur, proponitur benefactoris infinita valentia, cui nihil poteſt reſiſtere, quando cælos, terras, maria manu tenet. Tandem explicatur modus beneficiorum præſtandorum, omnium, quòd de illis dandis homini, cum nullo hominum conſilium iniit. Quippe ait: *Quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? Cùm quo conſilium iniit?* Quæ ſic legit Symmac. apud D. Hier. *Quis parauit ſpiritum Domini, & virum conſilij eius, quis oſtendit ei?* Siquidem in homine ſaluando, & redimendo, & deificando, nullus homo purus affuit ei conſiliarius, cum quo conſilium iniret. Ait Tertul. lib. in Hermogen. *Quis cognouit ſenſum Domini? Aut quis illi conſiliarius fuit? Nemo vtique. quia nulla vis, nulla natura ſubſtantia alterius aderat illi: Sophia ſola cognouit ſenſum Domini: hæc illi conſiliarius fuit. Cùm pararet, inquit, cælum aderam illi; cùm firmos ponebat fontes eius, quæ ſub cælo eſt, ego eram compingens cum illo. Quando oblectabatur, cùm perfeciſſet orbem, & inoblectabatur in filiis hominum.* Ecce tibi, vt in mundo ſtruendo homini, & in ipſo homine extollendo, & glorificando, cauit Deus cum homine conſilium inire: vnam æternam ſuam ſapientiam vocat ad conſilium, malens inexpectata beneficia porrigere. Vt videant Potentes, & Prælati, quàm ſint alieni à Dei ingenio, cùm conſilium ineunt cum amicis, de beneficiis, quæ in eos conferre volunt. Hoc vt alienum eſt à Deo, ſic in religioſa œconomia maximè eſt perniciosum.

Deuter. 34. — Philo. — Iſaia 4. — Symmach. — Tertul.

§. XIII.

Superbi homines in ſuis rebus maximè ſe fallunt.

DE honore alicui impertiendo cùm ageret Aſſuerus, non dubitat Amanus totum id conſilium ad ſe pertinere: dicit namque Text. *Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans, quòd nullum alium Rex honorare deſideraret,* &c. Vnum ſe ſuperbus homo inuenit, qui poſſet honorem accipere à Rege, nec alium credidit potuiſſe ad id fortunæ accedere. Sic ſe miſerè fallũt in ſuis rebus animi ſuperbi. Conſuluerat aliquando Dominus Matth. 7. *Eiice primum trabem de oculo tuo.* & mirabar, quòd hominis oculus trabem in ſe continere poſſet. Et qualem trabem habeat in ſe oculus? Ait D. Bern. tract. de grad. humil. *Trabes in oculo grandis, & groſſa, ſuperbia in mente eſt, quæ quadam corpulentia ſui vana, non ſana, tumida, non ſolida, oculum mentis obſcurat, veritatem obumbrat: ita vt ſi tuam occupauerit mentem, iam iam te videre, iam te talem, qualis es, vel qualis eſſe potes, non poſſis ſentire, ſed qualem te amas, talem te vel putes eſſe, vel ſperes fore.* Et quidem non ſic trabes intimè oris adhærens viſum impedit oculorum, vt ſuperbia animo inſita mentis obſcurat oculos, ne te videas, ne te agnoſcas, ſed magis in tuis rebus cæcutias, & putes de te, quod non eſt, nec eſſe poteſt. Dauid Pſal. 115. *Ego dixi in exceſſu meo. Omnis homo mendax. Omnis,* dicit, nullum excipit, & ſe inter mendaces inuenit. Phariſæus autem Luc. 18. dicebat: *Non ſum ſicut cæteri homines, iniuſti, raptores,* &c. Ecce tibi, & Dauid, & Phariſæus contemplantur vniuerſas vias peccatorum: Dauid autem ſe inter mendaces inuenit; Phariſæus autem in nulla mendacij, aut iniuſtitiæ via ſe agnoſcit. Et quando Dauid ſe inter mendaces inuenit, cur Phariſæus minimè ſe agnoſcit inter peccatores? An quia ſanctior Dauide? Abſit: ſed, quia ſuperbior. Dauidem enim humilitas illuminabat, Phariſæum obtenebrabat ſuperbia: ideò ille falli non potuit; hic autem non ſe videns, miſerè ſe fallebat. Vt dicat D. Bernardus ſuprà: *Dauid ait: Omnis homo mendax. Neminem excipit, ne quem decipiat, ſciens, quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Phariſæus ſe ſolum decipit, quem ſolum excipit, dum cæteros damnat.* Vt fugit Dauid ſuperbiam, fugit deceptionem: ſuperbus

Matth. 6. — Bernard. — Pſal. 115. — Luc. 18. — Bernard.

autem

autem Phariſæus, vt ſe ſolitarium credit in meritis, & honoribus, ſic ſe ſolum fallit, nec id, quod eſt, agnoſcit. Adeo autem inſulſus eſt ſuperbus, quòd in veritate, & ſine fallacia ſe agnoſcant, vt nihil terribilius illis oſtendi poſſit, quam propria ipſorum figura, & ſpecies. Scitum illud ſomnium eſt, ex quo Nabuchodonoſor non
Dan. 2. paruam turbationem accepit Dan. 2. *Ecce, ait, quaſi ſtatua vna grandis, ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis: huius ſtatuæ caput ex auro optimo.* Erat equidem ſtatua poſita contra Nabuchodonoſor, cuius caput aureum erat, & oculi terribiliter intuitu hominem confodiebant. Et quod erat illud caput aureum, quod ſic conturbabat Regem, & adeò illum terribiliter percutiebat? Ait ſtatim Daniel: *Tu es ergo caput aureum.* Ipſe Nabuchodonoſor erat caput illud aureum: nulla enim res terribilior aſpectu eſt viro ſuperbo, quam ipſe ſibi conſpectus, & in veritate, & ſine fallentia notus.

§. XIV.

Superbus vilis eſt, & inhonorus.

AGebat Aſſuerus de honore impertiendo alicui, cùm ait: *Quid debeat fieri viro, quem Rex honorare deſiderat? Cogitans autem in corde ſuo Aman, & reputans, quòd nullum alium Rex, niſi ſe honorare vellet, reſpondit,* &c. Ecce tibi Aman vnum ſe putabat honorandum à Rege: & mirabar, quòd qui in culmine regni, & familiaritate Regis gaudebat, & quaſi diuinum honorem, & cultum ea omnibus recipiebat, adhuc cogitaret de honore accipiendo. Cur adhuc, Aman, honorem exquiris? An tibi aliquid honoris deeſt? Sed, cùm noto hominis ſuperbiam, mirari deſino, quòd vel in ſuis culminibus poſitus honorem requirat, tanquam honore carens: ſuperbus
Nahum 1. enim animus ſemper inhonorus eſt. Loquitur Dominus ad Niniuitam ait Nahum 1. *Ponam ſepulcrum tuum, quia inhonoratus es.* Hoc eſt, te morti tradam, quia inhonoratus es. Deus bone, & hæc eſt cauſa mortis, quia honorem non habet? Loquitur de inhonoratione, quam facit ſuperbia, non quam fortuna facit: ait enim ibi Rupert.
Rupert. *Quam ob cauſam ponam in Inferno ſepulcrum tuum? Quia inhonoratus es. Inhonoratus, id eſt, ſuperbus. Superbus namque inhonoratus eſt: quantùm quiſque ſuperbus, tantùm eſt inhonoratus.* Non habet ſuperbus honorem, ſed longiſſimè abeſt ab illo: vndique enim inhonoratus apparet. Ab-
Abd. 1. dias cap. 1. dicebat Edom: *Ecce paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es valdè. Superbia cordis tui extulit te.*
Cyril. Alex. D. Cyril. Alex. legit ex Græco: *Inhonoratus tu es valde. Superbia cordis tui elevauit te.* Ecce tibi inhonorationis cauſa, nimirum, ſuperbia cordis eius, vt dicat Rupert vbi ſu-
Rupert. prà. *Cùm dixiſſet ad Edom. Contemptibilis tu es valde. Harum cauſam haud ſubiunxit: Superbia cordis tui extulit te.* Nunquam enim cum ſuperbia ſtat honor: vbi illa eſt, honor non eſt; ſed quam longiſſimè abeſt.

§. XV.

Animus à Deo alienus, nihil prius amat, quàm dominari in mundo.

EXpende Amani ſententiam de honore à Rege impertiendo: nimirum ait Text. *Aman reputans, quòd nullum alium Rex, niſi ſe, vellet honorare, reſpondit: Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis, & imponi ſuper equum, qui de ſella Regis eſt, & accipere regium diadema,* &c. Vbi ſibi totum illum decernit honorem credidit, non alio
Lyran. contentus eſt, quam regio diademate, regiiſque veſtibus: *ex quo, vt ait Lyra, ſatis patet, quod aſpirabat ad regnum.* Huc enim ſpectat animus a Deo alienus, nimirum, vt ornatum acquirat regium, & imperium teneat. Ait D. Auguſt. lib. 1.
Auguſt. de Doctrina Chriſt. cap. 23. *Fugax enim animus ab incommutabili, omnique omnium regnatore, id agit, vt ipſe ſibi regnet, ac corpori ſuo. Magnum autem aliquid adeptum ſe putat, ſi etiam ſociis, id eſt, aliis hominibus dominari potuerit. Innatum eſt enim vitioſo animo id magis appetere, & tanquam debitum ſibi vendicare, quod vni proprie debetur Deo.* Quippe animus, qui ab incommutabili lumine fugit, eò confugit, vt hominibus poſſit dominari. Gentilis enim erroris eſt, & hominis

non habentis Deum, quòd rapiatur dominandi affectu. Hinc Diſcipulis ſedes regni petentibus ait Dominus Matth. 20. *Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum: Non ita erit inter vos.* Non alij, ſed Principes gentium dicuntur dominari; & cur ſolis Principibus gentium tribuit dominandi affectum, niſi vt pateat, quàm turpis ſit affectus talis, & quam fugiendus, vt qui ſolum inueniatur in homine gentili, & veri Dei cognitionis experte? Ea quo D. Chryſoſt. homil. 66. in Matth. ait: *Gentium autem idcircò mentionem fecit, vt ea ratione opprobrij plenam, & deteſtabilem hanc rem eſſe oſtendat.* Quis enim deteſtabilem non credat affectum, qui proprius eſt eorum, qui minimè noſcunt, nec habent verum Deum? Ait etiam D. Bernard. lib. 2. de conſider. *Vox Domini eſt in Euangelio: Reges gentium dominantur eorum. Et infert. Vos autem non ſic. Planum eſt, quòd Apoſtolis interdicitur dominatus. I ergo tu, & tibi vſurpare aude, aut dominans Apoſtolatum, aut apoſtolicus dominatum. Planè ab alterutro prohiberis. Si vtrunque ſimul habere voles, perdes vtrunque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur Deus ſic. Ipſi regnauerunt, & non ex me. Iam ſi regnare ſine Deo iuuat, habes gloriam; ſed non apud Deum.* Itaque dominandi affectum à ſuis alumnis aufert Deus, vt qui ſit proprius gentium, & illorum hominum, qui Deum non habent, qui ideò ad dominatum currunt, quia longè ſunt à Deo. Matth. 20. Chryſoſt. Bernard.

§. XVI.

Regium decus ab internis virtutibus, non ab externis ornamentis.

DVm Aman credit ſibi honorem illum ab Aſſuero decernendum, dicebat: *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis,* &c. Et quando ſibi illum honorem futurum credebat, cur maius quid non conſulebat? Cur contentus eſt veſtibus indui regiis? Amabat homo ambitioſiſſimus regale decus, quod minimè conſtat ex veſtibus externis, ſed ex internis virtutibus. Hæ vbi adſunt, nihil efficiunt externa omnia, licet viliſſima ſint, quominùs regale, imò diuinum in te oſtendas decus. Cùm Ieſus meus deſcendiſſet de monte, Matth. c. 8. dicit: *Ecce leproſus veniens adorabat eum dicens: Domine, ſi vis potes me mundare.* Matth. 8. Videbat hominem communem in ſimilitudine carnis peccati venientem, & nihilominùs adorabat in eo regium, imò diuinum decus. Et cur non magis arcetur, ne credat in abiecto, & vili carnis indumento aliquid adorandum poſſe eſſe? Videbat virtutes eius, & tanti æſtimabat vel abiectionem carnis, vt meritò ſibi totum regalis Diuinitatis fulgorem ineſſe crederet. D. Athanaſ. orat. 5. ad Adelphium ait: *Leproſus adorabat Dominum in corpore, eúmque Deum eſſe profitebatur, his verbis vtens. Domine, ſi vis, potes me mundare. Neque ob carnem arbitratus eſt eſſe creaturam Dei Verbum, neque quia Verbum erat opifex rerum, carnem prauibile habuit, quam indutus erat; ſed vt in re creata Creatorem adorabat, ideòque mundatus eſt.* Athanaſ. Equidem vile, & abiectum erat indumentum carnis humanæ, quam Verbum diuinum induerat, nec tamen vile hoc indumentum ei obfuit, quominùs, vt Dominus Deus crederetur, & adoraretur. Non deſpexit leproſus vilitatem carnei indumenti, ſed in illo agnouit dominatricem Diuinitatem, cuius decus virtutibus fulgebat. Nec ſolùm caro Ieſu erat vilis; ſed in Cruce poſita ſciſſa erat, & magis vilis, vt ſolet veſtis magis vileſcere. Nihilominùs tunc ait Lucas cap. 23. *Tenebræ factæ ſunt in vniuerſam terram, vſque in horam nonam. Et obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt.* Luc. 23. Imò & iuxta Matth. 27. *Petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt,* &c. Sic vniuerſa natura ſuum reddebat authori teſtimonium. Et quale erat illud teſtimonium? D. Athanaſ. vbi ſuprà ait: *Non eo, nempe creatam, rerum natura adorabat, neque ob carnem eius recuſauit Dominum adorationibus proſequi; ſed ideò adorauit, quem vidit ſuum opificem, architectúmque in carne conſiſtere. Et in nomine Ieſu omne genu flectebatur,* &c. Athanaſ. Ob ſciſſæ, & decerptæ carnis vilitatem non recuſauit natura adorationem impendere Domino, cuius virtutes cognouerat. Nec mireris, quòd vile indumentum carnis non obfuerit diuinæ Ieſu maieſtati, quando nec viliſſimus paſtoris amictus obfuit Dauidi, quominùs in illo fulguraret regius ſplendor. Ait enim Pſalmus 77. *De poſt fœtantes accepit eum.* Paſto- Pſal. 77.

K 2 rem

rem vidit & habitu, & exercitio, & vocat ad regnum, nec ornatus vilitas impediuit. Ait Baſil. Sel. orat. 15. ait: *Tales animaduertit nomini gratia mare & cura gregis detentum vocauit ad regnum. Nam cognita animi mente minimè erubeſcit artem.* Et tanto longè abeſt, vt externorum vilitas officiat virtutibus exterius, quòd potius per internam virtutem viliſſima quæque externa in gloriam promouentur. De Ieſu nico locutus Paul. ad Philip. 2. ait: Philip. 2. *Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo.* Ecce tibi, in vili hominis habitu ponitur Princeps Regum terræ, & in ſerui ſpecie. Et quid ſibi vilis habitus, & ſeruilis ſpecies? Planè hæc illi minimè obſtuerũt, ſed ipſa tranſierunt in gloriam. Ait D. Athanaſ. ſuprà: *Non enim caro ignominiam attulit Verbo* Athanaſ. *Dei, abſit: ſed potiùs caro per Verbum Dei glorificata eſt. Neque ideò quia ſeruilem formam aſſumpſit Filius, qui in forma Dei eſt, quicquam diminutus eſt in ſua Deitate: ſed potiùs vniuerſæ rerum, rerumque creatarum inde liberator, & vindex effectus eſt. Neque, ſi Deus emiſit Filium ſuum genitum ex fœmina, ex ea re nobis aliquid probri, ſed potiùs honeſta gloria, & magna gratia obuenit.* Crede mihi, externas vilitates maximè dignificat, & extollit virtus interna.

§. XVII.

Nulli magis ſeruire ſolent diuinæ diſpoſitioni de iuſtis promouendis, quam qui conantur repugnare.

DIcebat Aman honorem ſibi credens parari: *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui veſtibus regiis, &c.* Quo dum ſibi regium cultum procurat, illum neſciens Mardochæo parabat. Nullúſque magis, quàm Aman, ſeruiuit Mardochæo exaltando, quando ſuam gloriam, & illius infamiam procurabat. Sic ſæpè ſolet accidere, quod nulli magis ſeruiant diſpoſitioni diuinæ de iuſto exaltando, quam qui conabantur repugnare. Dauid adhuc paſtor adiit Saulem, a quo petit facultatem exeundi cum Goliath ad ſingulare certamen, 1. Reg. 17. Saul autem perſuaſus, *induit Dauid veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eum lorica.* Et cur neceſſum fuit, Dauidem ſic à Saule veſtiri ornamen- 1. Reg. 17. tis regalibus, vt prodiret in certamen? Diſpoſitum iam erat à Deo, vt nudato Saule, & ſceptris ſpoliato regium honorem Dauid caperet. Quod nullus priùs impleuit, quam ipſe Saul, dum ſibi conſulere putat Dauidem ornando veſtibus, & armis. Ait D. Baſil. Sel. orat. 15. *Ora-* Baſil. Sel. *tione perſuadetur Saul, & remiſſo timore propriis armis Dauidem loricat, regiaque belli ornamento exuto Dauidem circundat, ſimulque ipſi Dauidi regiam publicitùs adſcribit poteſtatem. Imprudens Saul diuina gratia decreto obſecundabat, & eum ornaret armis, quem antè ornarat gratia, ornamenta dignitatis exuebat.* Putabat Saul ſua intereſſe, quòd Dauid armaretur aduersùs communem hoſtem, in cuius caſu ſibi ſuum regnum ſtabiliri credebat. At imprudens ſeruiebat diuinæ diſpoſitioni, quæ decreuerat, Saulem ſpoliare, & Dauidem in regnum trahere. Nullúſque prior, quam Saul & ſe ſpoliat, & æmulo ſuo regni decorem tradit, dum veſtimentis ſuis Dauidem inſignit. Matth. 27. Non aliter Iudæi Matth. 27. accipientes Ieſum, *Chlamydem coccineam circundederunt ei*: putabant enim per ignominiam, & mortem Ieſu, ſibi ſuum regnum firmare: at neſcientes, & ſe regno ſpoliabant, & primi in Ieſu regiam dignitatem publicabant. Ait D. Athanaſ. de Paſſ. & Cruce Domini: *Quem per ludibrium, ſubſannationémque* Athanaſ. *pulſabant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, & coronam ſpineam, & calamum. Nam, tametſi ea, per contumeliam agebant; efficiebatur tamen inde, vt ab eo latenter ſpoliarentur.* Dum regia ornamenta congregant, vt ſibi per illa illuſo, & perdito Ieſu, regnum confirment Iudæi, neſcientes ſeruiebant diuinæ diſpoſitioni de Iudæis regno ſpoliandis, & Ieſu ad regnum exaltando. Similiter Ioſephi fratres, vt imperium ſibi haberent, ne illo Ioſephum adorarent, puerum Iſ- Geneſ. 36. maelitis vendiderunt. Geneſ. [illegible]. *Vendiderunt eum Iſmaelitis triginta argenteis.* Quo neſcientes ſeruierunt diuinæ diſpoſitioni de Ioſepho in regno adorando. Vt dicat Theodor. ſer. 8. de Prouid. *Qui fratrem propter ſomnia vendiderant, ne ipſum aliquando, vt in ſomniis prædictum* Theod. *erat, adorarent, venditione ſua adorationem præuenerunt.* Venditio illa fuit primus gradus factus à Ioſeph, vt ad eum ſtatum veniret, quo adoraretur à fratribus. Vt credantur fratres primi extitiſſe, qui Ioſephum ad regium culmen impulerunt, per ea, quibus ſibi aſſerere regnum volebant, & Ioſephum ſpoliare.

§. XVIII.

A magna ſuperbia venit, quòd ab æqualibus vile ſeruitium ſibi extorqueat.

NOn ſolùm regiis veſtimentis Aman cupiebat ornari, ſed & illud addidit: *Primus de regiis Principibus, ac tyrannis teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens clamet, & dicat: Sic honorabitur, &c.* Vt Aman totum illum honorem ſibi adſcribendum putabat, non contentus eſt in regali veſte fulgere, niſi & regni primos, & ſuos in principatu commilitones ad tam vile ſeruitium traheret, vt pedites ducerent equum eius, & anteambulones eius gloriam clamarent. Quid ſuperbius? Quid inſolentius? Ait D. Auguſt. lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 23. *Cùm verò etiam eis, qui ſibi naturaliter pares ſunt,* Auguſt. *hoc eſt, hominibus, dominari affectat, intolerabilis omninò ſuperbia eſt.* Metuiſſem id dicere ex alio, quàm ex D. Auguſtino, quem quidem ſapientiſſimus, & ſanctiſſimus Doctor putat, ſuperbiam intolerabilem eam, qua quis affectat paribus dominari, vt dominus ſeruis dominatur. Quod ego ſaltem ad Religioſorum Prælatos traxerim, qui vt filios Dei ſubditos habent, & eos, qui in regno cæleſti primi ſunt, & nullam rationem habent obediendi Prælatis, niſi propter Deum à ſe ſupra vitam, & libertatem dilectum: ſi filios tales ſubditos ſeruiliter tractent, & eorum virtute ad ſua commoda, & honorem abutantur, planè inde ſuperbiam oſtendunt prorſus intolerabilem, & à Deo maximè mulctandam. Iſraelitæ quondam prælati ſunt aduersùs Tribum Iuda, ex illiſque multa millia occiderunt, alios autem ſeruos fecerunt. Tunc Propheta obuiam victoribus occurrens 2. Paral. 28. ait. *Ecce iratus Deus Patrum veſtrorum contra Iu-* 2. Paral. 28. *da, tradidit eos in manibus veſtris, & occidiſtis eos atrociter, ita vt ad cælum pertingeret veſtra crudelitas. Inſuper filios Iuda, & Ieruſalem, vultis vobis ſubiicere in ſeruos, & ancillas: quod nequaquam facto opus eſt: peccatis enim ſuper hoc Domino Deo veſtro. Sed audite conſilium meum: reducite captiuos, quos adduxiſtis de fratribus veſtris: quia magnus furor Domini imminet vobis.* Erat Tribus Iuda præſtantior cæteris Tribubus, & Deo charior, vt ex qua Ieſus oriturus erat. Hanc propter peccata eius tradidit Deus Iſraelitis caſtigandam. Iſrael autem, præterquàm quòd multos occidit crudeliter, inſuper illud addidit, vt reliquos de Iuda faceret ſibi ſeruos: in quo grauiſſimè Deum offendit, idcóque Dei furor maximè in Iſraelem exardeſcebat. Et quando Deus tradiderat Iudam Iſraeli, vt ab illo percuteretur, cur ſic indignatur, quòd eos ſibi faceret ſeruos? Tradiderat Deus Iudam Iſraeli, vt eius peccata vindicaret: at Iſrael eò ſuperbiæ peruenit, vt Iudæ Tribu, & præſtantiori, & chariori Deo, tanquàm ſeruis vteretur: quod minimè tolerabile viſum eſt Deo. Ait ibi Theudor. *Volebat Deus vos pœnas* Theod. *ſumere de impietate. Ea fuit cauſa, vt illi vincerentur, & vos victoria potiremini. Vos autem, parta victoria, obliti eſtis nobilitatis eorum, neque natura vobis venit in mentem; ſed vſi eſtis tanquàm barbaris, & alienigenis. Neque vobis ſuffecerunt cædes innumerabiles: ſed & ſeruire cogitis eos, qui ſunt eiuſdem generis. [illegible] ergo, quod grauiora patiemini.* Iſrael cœpit Iudam in manu ſibi traditum à Deo, & cùm illum haberet ſub poteſtate, oblitus eſt nobilitatis eius, eóque vſus eſt tanquàm alienigena, & ſeruo. Quid ſuperbius? Meritò timeat ſupplicium ex Deo, qui talibus ſubditis, tam æqualis conditionis, vtitur tanquam ſeruis. Sic ſæpe Deus tradit ſuos filios Prælatis aliquibus ob filiorum culpas caſtigandos: Prælati autem videntes eos ſibi ſubditos, iis vtuntur tanquam ſeruis, & famulis ſuis, obliti nobilitatis eorum, & præſtantiæ apud Deum. Hi vt ſuperbè ita ſe gerunt, expectent ſupplicium à Deo.

§. XIX.

Vt res timores ſit melioribus dominari.

SIbi honorem a Rege decretum adſcribens Aman dicebat: *Primus de regiis Principibus, ac tyrannis teneat equum eius*, &c. Non quemlibet de aula, ſed illum, qui omnium aulicorum primus eſſet, amabat ſibi in ſeruum Nec timebat miſer præſtantiorem ſe, & longe priorem nobilitate, & meritis, ſibi videre ſubiectum. Quod vt magnæ ſuperbiæ indicium, neſcio cui Prælato tribuebat D. Nazianz.

Nazianz. orat. in laudem Baſilij quippe ait: *Ille quidem inferiori ſede acquieſcit, humilis que ſtat, qui ſublimiora promeretur, atque & multiloquum, dicit que in diuinorum ſermonum meditatione verſatus eſt, & multilum, diuque cuius leges ſanxit ad virtutis parandum. nec contrà ſuperbè, & arrogantes præſidet, ſuperciliumque aduerſus meliores attollit, nec thronis intremiſcit, nec aſpectus horrorem accipit, hominem continentiæ ſtudiosum infra ſe videns.* Expende illa: *Nec thronus intremiſcit*, &c. non enim paruæ ſuperbiæ, & arrogantiæ deputat, quod quis non cum timore, & terrore in eo throno ſit, qui & virtutum ſtudioſus, & doctiores, & ſpiritualiores, & ſanctiores infra ſe habeat. Nunquam equidem talis thronus non tremendus eſt his, qui bene ſapiunt

Luc. 2. Luc. 2. de Sapientia incarnata, Verbo Ieſu, dicebat: *Et erat ſubditus illis.* nimirum, Mariæ, & Ioſeph. Habebat Ioſeph Ieſum ſubditum ſibi, quem nouerat Sapientiam Patris. Et quanto id timore?

Orig. Ait Orig. homil. 20. in Lucam: *Intelligebat Ioſeph, quod maior ... eſſet, qui ſubiiciebatur ſibi, & ſciens maiorem eſſe ſubiectum, trepidus moderabatur imperium.* Trepidabat equidem vir prudens in imperio, ſub quo nouerat ſe meliorem, & ſanctiorem eſſe. Ex quo pergit Orig. monere: *Videat ergo vnuſquiſque, quòd ſæpè melioribus præpoſitus ſit inferior, & nonnunquam accidat, vt ille, qui ſubiectus eſt, melior ſit eo, qui ſibi videtur eſſe præpoſitus. Quod cum intellexerit dignitate ſublimior, non eleuabitur ſuperbia*, &c. Imò cum Ioſeph trepidus imperium moderabitur in eos, qui ſunt meliores ſe.

Eſtheris 6. Dixitque ei Rex: Feſtina, & ſumpta ſtola, & equo, fac, vt locutus es, Mardochæo Iudæo, qui ſedet ante fores palatij. Caue, ne quicquam de his, quæ locutus es prætermittas. Tulit itaque Aman ſtolam, & equum, indutúmque Mardochæum in platea ciuitatis, & impoſitum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus eſt, quemcunque Rex voluerit honorare. Reuerſúſque eſt Mardochæus ad ianuam palatij.

§. XX.

Nunquam non repentina, & inopinata calamitas ſuperbum obruit.

CVm Aman illum ſibi honorem à Rege expectarit, audit ex Rege: *Fac, vt locutus es, Mardochæo Iudæo.* Et adhuc audit: *Caue, ne quicquam de his, quæ locutus es, prætermittas.* Qualis ad hæc Amanus? Qui ſibi honorem cogitarat, & mortem Mardochæo, cogitur, vt Mardochæo parer purpuram, & tanti illius honoris, & triumphi miniſter fiat.

Ioſeph. Dicebat Ioſephus ibi: *Hic præter omnem ſpem audiens, vix ſuiſſe compos ſui.* Sic ſemper ſuperbi repentinis, & inopinatis malis obruuntur. Pſal. 122.

Pſal. 122. *Opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.* nempe, fiat Et qualem deſpectionem optet ſuperbis. Quæ illos inopinatè, & repentè opprimat. Ait D. Chryſoſt. ibi: *Sem-*

Chryſoſt. *per ſuperba cogitantes repentinæ humilitati obnoxii ſunt: nihil enim ſuperbia inſtabilius, nihil arrogantia crudelius reperitur.* Repentina equidem, & inopinata calamitas ſuperbos opprimit. Iſaias cap. 14. *Qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte*

Iſaiæ 14. *teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo. Veruntamen ad infernum detraheris*, &c. Ex Græco legitur: *Nunc autem ad Infero. deſcendes.* Quid eſt nunc? Nimirum, quando aſcenſiones illas meditaris, quando minùs cogitas de deſcenſu, totus poſitus in aſcendendo, vt pateat, quàm inopinatè ſuperbo caſus obtingat. D. Cyril. Alexand. lib. 2. tom. 2. in Iſaiam fatur: *Inopinatis calamitatibus inuoluendum eſſe ait, qui in malis, præter ſpem, & opinionem verſatur.* Cyril. Alex. Hoc ſemper accidit viris ſuperbis, quod in repentina, & inopinata mala deſcendant.

Iſaias c. 16. *Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valdè ſuperbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius plusquàm fortitudo eius.* Iſaia 16. Quæ ſic ex Græco leguntur apud D. Cyril. *Audiuimus inſolentiam Moab: valdè inſolens eſt. Superbiam ſuſtuli. Non ſic diuinatio tua, non ſic.* Cyril. Magna equidem erat inſolentia, & ſuperbia Moab: ſed agente Deo, à ſuperbis cogitationibus in vltimam miſeriam deuenit. Et in eam miſeriam, quam nunquam diuinarat. Cecidiſti, ſuperbiſſime Moabita, qualiter nunquam potuiſti cogitare: *Non ſic diuinatio tua.* Præter ſpem, & inopinatè tibi mala euenerunt. Ait D. Cyril. Alex. lib. 2. in Iſaiam, tom. 3. *Suſtuli, inquit, ego ſuperbiam, hoc eſt, excidi Moab ſed hæc tibi non prænuntiarunt vaticinia apud te. Annunciarunt enim falſiducè Vates, quòd bellicas incurſiones ſuperares, ac facilè vinceres aduerſarios, neque capi poſſes ab hoſtibus. Verùm hæc ita ſe non habent: at pluſimùm abeſt, imò in diuerſum euenit, & non pro voto, ac ſpe, rerum erat exitus.* Cyril. Alex. Inopinata omnia mala ſuperbo euenerunt.

§. XXI.

Crux eius poteſtatis inſignia creat, quæ cadant hoſtes, & ſui eant in ſublime.

QVi Mardochæum petiturus ad crucem tunc paratam venerat, ipſum purpura, regiiſque ornamentis induit, dicente Textu: *Tulit itaque Aman ſtolam, & equum, indutúmque Mardochæum in platea ciuitatis, & impoſitum equo præcedebat*, &c. Quid agis, Aman? Nonne tu ille es, de quo immediatè ante cap. 5. dicitur: *Iuſſit excelſam præparari crucem?* Eſther. 5. Nónne ille es, qui citiùs ſolito hoc mane veniſti, *vt ſuggereres Regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo?* Quando totus es occupatus in paranda cruce, in negotio figendi Mardochæum in cruce, vnde habes manus, vt illum regiis veſtibus induas? Quando toto mane nihil aliud tua lingua ſonabat, quam crucem parandam Mardochæo, vnde tibi modò lingua eſt, quæ eius prædicet exaltationem, & triumphum? Faciebat id crux illa: ex quo enim auditur crux Mardochæo parari, ſimul & exaltationis eius verba audiuntur, ſimul & Mardochæus veſte induitur purpurea, regium equum aſcendit, & hoſtem Amanum habet deiectum ad pedes ſuos. Sic Crux veſtit ſuos illius poteſtatis inſignibus, qua premant hoſtem, & ipſi euolent ad ſublimia. Paul. ad Rom. 6. 3: *Quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus.* Rom. 6. Et ad Galat. cap. 3. addit: *Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Galat. 3. Itaque, vt in Baptiſmo Chriſti morti, & Cruci adhæreſcimus; ſic Chriſtum induimus: Crux nanque nos Chriſto veſtit, vt de omnibus malis triumphemus. Ait D. Damaſ. lib. 4. Fidei Orthod. cap. 12. *Quicunque enim, inquit Apoſtolus, in Chriſtum baptizati ſumus, in mortem ipſius baptizati ſumus. Quicunque autem in Chriſtum baptizati ſumus, Chriſtum induimus. Chriſtus porro eſt Dei virtus, & ſapientia. En quo pacto Chriſti mors, id eſt, Crux vera, ac viua Dei ſapientia, ac potentia nos communiuit.* Damaſc. Nulla creata poteſtas ſic nos veſtit, vt Crux Chriſti ſuos veſtit alumnos, hæc non corruptibili purpura, ſed æterna, nimirum, viua Dei ſapientia, ac potentia ſic adornat ſuos, vt hoſtibus infernè relictis ad ſublimia euolent. Monebat Paul. ad Rum. 6. *Exhibete vos Deo, tanquàm ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo.* Rom. 6. Et in quo erunt membra noſtra arma iuſtitiæ, niſi in Cruce, & per Crucem? Ait ad hæc D. Method. apud Gretſerum tom. 2. de Cruce: *Primogenitum Verbum Dei muniit armis iuſtitiæ hominem, in quo hubitauit poteſtatibus, quæ nos in ſeruitutem redigebant per Crucis figuram, ſuperatis...* Method. *Eſt enim Crux victoriæ firmamentum, machina, per quam ea, quæ ad Eccleſiæ ædificium adaptata ſunt infernè, lapides quadrati inſtar, attrahuntur ſurſum, adaptanda diuino Verbo.* Non ſolùm a cruce ſumuntur

arma victricia; ſed ex illa machina facta eſt, quæ homines ferat ad ſublimia. Vidiſti, in ædificiis quotidianis, dolatos inferne lapides adhuc terræ hærentes, & per quandam ligneam machinam ſurſum attolli, vt vel in coronide ſedeant: ſic Crux humi hærentes homines ad ſublimia facit aſcendere; vt vbi Crux eſt, ibi iam ſit aſcenſus, & altitudo, ſine qua nihil aliud quàm opprobrium, & infamia cernitur. Dicebat Pſal. 122. *Opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.* Circa quæ ait Genebrar. *Opprobrium, ſiue deriſio fit abundantibus, id eſt, opulentibus, qui nullas ſentiunt Cruces.* Itaque, vbi Crux non ſentitur, opprobrium, & deriſio reſtat. Pſal. 122. Genebrar.

§. XXII.

Illis maximè innitendum, in quibus auxilium diuinum ſumus experti.

POſt pompam finitam dicitur: *Reuerſus eſt Mardochæus ad ianuam palatij.* Mirabar, quod de tanta pompa, tamque glorioſa acclamatione non maiores ſpiritus ageret Mardochæus, quibus ad altiora aſpiraret, & vellet adſcendere ad Regem, vt pro vita ſua precaretur. Cur id non agit Mardochæus? Cur non magis fidit Regi de ſe benemerito? Cur à Rege modò ſciente ſe viuere per Mardochæum, detrectat Mardochæus petere vitam; ſed magis ſilet, & ad primas regiæ ianuæ ſedes ſilens, & humilis reuertitur? Expertus fuerat in illa humilitate, & ſilentio, quo ſedebat ad ianuas palatij, auxilium diuinum, quo ad purpuram, & regiam pompam, humiliato Amano, deuenerat: ideò noluit ad ea reuertere, à quibus ad tantam gloriam aſcenderat. Sic Dauid aliquando regiis Saulis veſtimentis, eiuſque validiſſimis armis ornatus apparuit, quæ arma, & ornamenta ille depoſuit, vt cum Philiſthæo congrederetur. Ait 1. Reg. 17. *Et depoſuit ea, & tulit baculum ſuum*, &c. Et cur præliaturus depoſuit ahenea arma, & ad paſtoralia redit, aſſumens baculum, & peram? In paſtoralibus his cùm eſſet, electus fuit ad regnum, & vnctus à Samuele; ideò maluit depoſitis armis ad illa redire, quæ ſibi norat à Deo fuiſſe auſpicata. Sic D. Baſil. Sel. orat. 15. *Recuſat thoracem, galeam abiicit, ſcutum deponit, manum haſta liberat, bellicam ſtolam excutit, ſtola paſtoritia, & virga, & pera obarmatur, quibus iam rebus ad regnum promouit gratia.* Auſpicata ſemel paſtoris ornamenta retinuit, in eiſque ſperat diuinam opem ad Goliath perdendum, vt in eis ſenſit diuinum auxilium, quo vocatus eſt ad regni ſublimia. Crede mihi: in illis Deum tibi propitium inuenies, in quibus eum propitium inueniſti ab initio Luc. 2. *Et paſtores erant in eadem regione vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce Angelus Domini ſtetit iuxta illos*, &c. Sic per Angelum certiores erant paſtores de natiuitate Dei Filij. Et cur Angelus ad paſtores, & non magis ad ſcribas, & ſapientes? Ait Titus Boſtren. ibi: *Ob id pro cæteris hoc beneficium paſtoribus obtigit, quia ſectabantur adhuc veterum conſuetudinem: vt enim Patriarcha, & ipſe Moyſes ouibus paſcendis erant intenti, ita & nunc iſti.* Inter paſcendas oues, & inter vigilias pro ouibus facti ſunt veteres Patriarchæ Iſraelitici populi fundatores; & Moyſes Deum in rubo ardenti vidit: quando ergo has ouium curas, hanc paſtoritiam vitam adhuc retinebant ij paſtores, ne miremur, quòd inde ad Regis cæleſtis nati cognitionem euocentur. Quæ ſemel enim nobis auſpicata fuere, ſemper tenenda, vt ad maiora inde extollamur. Itca idem etiam dicebat D. Thom. in cat. ex Chryſoſtomo: *Non autem Angelus iuit Ieroſolymam, non requiſiuit ſcribas, & Phariſæos, erant enim corrupti, & pra inuidia cruciabantur. Sed paſtores erant ſinceri, antiquam conuerſationem Patriarcharum, & Moyſis colentes.* Vt in antiqua illa, & Patribus auſpicata conuerſatione inueniebantur, ſic ad magnam illam gratiam efferebantur.

1. Reg. 17. Baſil. Luc. 2. Tit. Boſt. Chryſoſt.

§. XXIII.

Quæ ab homine veniunt beneficia, deficiunt; non ſic quæ à Deo.

ECce tibi, quàm rapidè præteriuit tota illa Mardochæi pompa. Ait enim Textus: *Tulit itaque Aman ſtolam, & equum, indutúmque Mardochæum in platea ciuitatis, & impoſitum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus eſt, quemcunque Rex voluerit honorare. Reuerſúſque eſt Mardochæus ad ianuam palatij.* Glorioſus Mardochæus ferebatur per ciuitatem, & eius honor ab Amano prædicabatur, quibus omnibus, illo ipſo mane, finitis, Mardochæus in primo luctu iterum ſedet ad palatij ianuas. Nec miror: totus enim ille honor, & pompa veniebat à Rege Aſſuero ſic Mardochæo gratificante: quæ autem ab homine veniunt, rapidiſſimè finiuntur; non ſic, quæ à Deo. Matth. 25. dicebant illæ virgines ad ſocias: *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.* Matth. 25. Quippe oleum in lampade habitum prorſus deficiebat, & ſic lampades extinguebantur. Sed & 4. Reg. 4. vidua quædam parum oleum habens, de præcepto Eliæ. *Clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filios ſuos, illi offerebant vaſa, & illa infundebat.* Et quod mireris magis, dum vaſa fuerunt, non defecit oleum. Et cur illud virginum oleum defecit in vaſe; hoc autem viduæ oleum non defecit, dum adfuit vas? Illud oleum à temporalibus veniebat, & in temporalibus nitebatur, propterea deficiebat. Hoc autem Deum, & æterna ſpectabat, ideò nullum defectum ſentiebat, dum eſſent vaſa. Ait Hugo Victor. lib. 1. Miſcellanear. tit. 51. *Habet oleum Deus, habet oleum mundus. Ad oleum Dei vaſa deficiunt, oleum mundi in vaſis deficit. Oleum Dei dulcedo æternorum, oleum mundi delectatio præſentium. Illa ſufficit, iſta deficit. Propterea vaſa ſtultarum virginum, vacua fuerunt, vaſa viduæ ſapientis plena.* Hugo Vict. Quod à mundo eſt oleum, in ipſis deficit vaſis: & ſi adhuc tu permaneas; tamen in te deficiet, quidquid conſolationis, quidquid gaudij habes à mundo. Quòd autem à Deo habes, & per Deum nunquam deficit: deficiunt vaſa, at illud ex ſe non deficit. Hinc Ioan. 1. dicebat: *Omnia per ipſum facta ſunt.* Ex quo D. Athanaſ. ſer. 4. contra Arrian. fatur. *Nihil autem eſt omnium, quod non per Filium efficiat Pater, ita etiam, qui accipit, & totam, & certam gratiam adipiſcitur.* Huc adduco dicta ſuprà cap. 12. §. 10. Ioan. 1. Athanaſ.

Eſth. 6. Aman feſtinauit ire in domum ſuam lugens, & operto capite. Narrauitque Zares vxori ſuæ, & amicis omnia, quæ euenissent ſibi. Cui reſponderunt Sapientes, quos habebat in conſilio, & vxor eius: Si de ſemine Iudæorum eſt Mardochæus, ante quem cadere cœpiſti, non poteris ei reſiſtere, ſed cades in conſpectu eius. Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi Regis, & citò eum ad conuiuium, quod Regina parauerat, pergere compulerunt.

§. XXIV.

A mundialium Principum fauoribus rarò non lacrymæ, luctúſque metuntur.

ECce tibi Amanus ille exaltatus ab Aſſuero, eique inter familiares primus, in fauoribus vnicus modo executus Aſſueri imperium: *Feſtinauit ire in domum ſuam lugens, & operto capite.* Vix tandem aliud metitur de fauoribus mundialium Principum, quàm lacrymæ, quàm luctus. Concupierunt quondam Iſraelitæ ad inſtar gentium vicinarum, habere ſibi Regem temporalem, ſub cuius auxilio, & fauoribus viuerent: ventum eſt ad Regis electionem, & tunc ait illis Samuel, 1. Reg. 12. *Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias; & ſcietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos Regem. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias, in die illa.* 1. Reg. 12. Ecce tibi abolitio regiminis diuini in populo, & introducti temporalis teſtimonium per nubila, & tonitrua, & pluuias tempore inſolito, & inopinato oſtenditur à Samuele. Eſt enim propriſſimum mundialium Principum, vt illo ipſo tempore, quo maioribus illorum fauoribus fruaris, inopinatè turbentur omnia, nubila fiant omnia, ex quibus & tremenda ſonent tonitrua, & pluuiæ

lacrymarum cadant, & non rarò iaculentur fulmina, quæ ſibi extremam inferant perditionem. Ioan. 19. Patrum ſuorum ſimiles Pontifices Ieroſolymitani contemnentes Ieſum, Filium Dei à Patre Regem conſtitutum, clamauerunt: *Non habemus Regem niſi Cæſarem.* Et quid

Ioan. 19.

ſub huius Regis patrocinio habuerunt? Quot inde nubila? Quot inde tempeſtates in Iudæos? Ait D. Athanaſ. orat. 2. contra Arrian. *Ita & eius tempore Iudæi, Verbum Dei aſpernantes, his verbis: Non habemus Regem, niſi Cæſarem, omnibus bonis ſimul ſpoliati ſunt, ac inopes facti ſunt luce, lucerna,*

Athanaſ.

odore, vnguento, prophetia, cognitione, ipſiúſque adeo veritate, ſine etiam nunc intelligentes nihil, quaſi in tenebris oberrant. Accedant, quæſo, huc vniuerſi illi, qui toto animi conatu ſtudent habere ſibi familiaritates Principum mundialium, ac Regum: & qui vt ſibi gratos, & deuinctos Principes, Regéſque mundiales habent, non dubitant Deum contemnere. Quid aliud inde ſperant, quàm quòd omnes prædeceſſores ſui habuerunt? Inopinate quidem, & cùm minùs timentur, & nubila, & tonitrua, & pluuiæ venient, & tenebræ, vt cum horribili tempeſtatis ſonitu miſere pereant.

§. XXV.

Ambitioſi, & ſuperbi cadentis nulla domus ſupereſt.

NOtanter dicitur de Amano poſt prædicatum Mardochæum: *Feſtinauit ire in domum ſuam lugens, & operto capite.* In tanto enim ambitionis ſuæ, & ſuperbiæ caſu bene dicitur ire in domum ſuam operto capite: niſi enim caput haberet opertum, & oculos opertos, videret plane, nullam iam ſibi ſupereſſe domum ſuam, ſed omnia ſimul in perditionem ire. Cadenti namque ſuperbo nec domus ſupereſt, ſed ſola perditio. Pſal. 36. *Vidi*

Pſal. 36.

impium ſuperexaltatum, & eleuatum, ſicut cedros Libani. Tranſiui, & ecce non erat. quæſiui, & non eſt inuentus locus eius. Ille, ille, qui ſe ſuper omnes exaltabat, & diuitiis multis, & Regum fauoribus extollebatur, repente cœpit cadere, & immediatè poſt eius caſum, quæſiui locum illum, domum illam, quæ eius erat memoriam æternatura, *& non eſt inuentus locus eius.* Euthym. addit: *Huiuſmodi hominis non dicitur locus aliquis eſſe, ſed perditio.* Nec locus, nec domus

Euthym.

manet ſuperbi cadentis, ſed ſola apparet perditio. Nequit talium caſus non omnia ſecum inuoluere in ruinam. Dicebat equidem idem Pſal. 36. *Et adhuc puſillum, & non erit peccator: quæres locum eius, & non inuenies.* Circa quæ

Pſal. 36.
Orig.

ait Origen. hom. 2. in eum Pſal. *Non ſolùm autem peccator non erit, ſed nec locus peccatoris erit. Sine dubio enim ipſo peccato, quod præterijt, etiam locus præterijt peccatoris.* Rapit ſuperbi caſus omnia ſecum, nec ſinit manere & locum, nec domum, nec aliquid, quod poſſit dici ſuum. Dicebat ſuperbo cuidam Iſaias cap. 14. *Omnes Reges gentium vniuerſi dormierunt in gloria, vir in domo ſua. Tu autem*

Iſai. 14.

proiectus es de ſepulcro tuo, quaſi ſtirps inutilis, &c. Vbi D. Cyril. Alex. lib. 2. in Iſaiam tom. 2. *Verum eſt, quod dixi:*

Cyril. Alex.

ſiquidem non pare forte cum reliquis poteſt eam contingit, quæ ſic faſtuoſus eſt, & ceruicoſus, & incomparabili dignitate euectus, vt in alto culmine locatus videatur. Illi enim, inquit, obdormierant non abſque honore, neque ſine clariſſimis ſibi loculis. At tu horum expers, omninò in montibus iacebis execrandus, & proiectus, &c. Non eſt cum aliis Principibus communis ſors hominis ſuperbi, faſtuoſi, & ceruicoſi, qui omnes peſſundat, vt ipſe ſolus appareat in dignitate. Multi enim Principum dormiunt in gloria, vir in domo ſua, habentes domos proprias, quas poſt ſe glorioſas relinquunt, & habentes magnifica ſepulcra in quibus defuncti habitant. Superbi autem, & ceruicoſi hominis caſus nihil poſt ſe relinquit, nec domum, nec ſepulcrum: ab omni enim honore eiicitur, vt execrandus iaceat in extrema ruina.

§. XXVI.

Miſerum eſt, quòd à vana incogitantia non cadas, niſi prius in calamitatem cecideris.

EQuidem Amanus poſt exhibitum officium Mardochæo, quod ſibi dandum crediderat, *Feſtinauit ire in domum ſuam lugens, & operto capite. Narrauitque Zares vxori ſuæ, & omnibus amicis omnia, quæ ſibi accidiſſent.* Qui putabat, totum honorem à Rege excogitatum ſibi obuenturum, de quo, vt de proprio, cum Rege diſputarat, nunc poſt exhibitum Mardochæo, narrat ſuam fallaciam, ſuámque incogitantiam vxori, & amicis. Quid miſerius? Crede mihi: miſerrimum eſt, quòd non niſi caſus, & malus effectus tuam ſiniſtram incogitantiam indicet. Iſaiæ 14. *Qui*

Iſaia 14.

dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium ſimilis ero Altiſſimo. Veruntamen ad Infernum detraheris, in profundum laci. Dum nihil non ſublime non cogitat ſibi, dum in corde ſuo ſolas aſcenſiones meditatur, & cum Deo æqualitates, rapitur ad ima Inferni, ad profundum laci. Et cur priùs non dicitur ei, quàm fallaciter cogitarit? Apud D. Luc. cap.

Luc. 12.

12. diues quidam aiebat: *Dicam animæ meæ. Anima, habes multa bona poſita in annos multos. requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te.* Cogitabat iſte de epulis, de conuiuiis in plurimos annos duraturis, cui ſtatim Dominus oſtendit ſtultitiam, dicens, *Stulte.* Cur ſimiliter ſuperbo illi tot, tantáſque aſcenſiones ſibi meditanti, non dicitur, quàm ſtultus ſit, quàm falsò cogitauerit: ſed, antequam ei verbum de ſtultis cogitationibus dicatur, ad Infernum rapitur? Pertinebat ad maiorem illius miſeriam, quòd non niſi caſus, & ipſe calamitatis effectus ei ſiniſtram ſuam monſtraret incogitantiam. D. Cyril. Alexandr. lib. 2. tom. 2. in Iſaiam:

Cyril. Alex.

Paululùm te inquit, à diuina præſtantia celſitudine abeſſe putaſti, cælúmque fortè ipſum tibi fore peruium expectaſti, tuum ſolium ſupremo throno adæquaniſti, Deo æqualem te eſſe, & ſupra creaturam ſolide exiſtimaſti. Cæterùm captus es, ut fruſtrà hæc cogitaſti. Arguit tuam ſiniſtram incogitantiam rerum exitus. Ecce non leue, ſed magnum ſuperbi hominis ſupplicium, nimirum, *Arguit tuam ſiniſtram incogitantiam rerum exitus.* Solus calamitatis effectus te fecit certiorem de tua præſumptione, & ſiniſtra incogitantia. Heu, quàm miſere ſapit qui non niſi in calamitate ſapit! Pſal. 101. dicebat Da-

Pſal. 101.

uid: *Quia eleuans alliſiſti me. Alliſiſti*, ait, quaſi iam præteritam luget alliſionem ex eleuatione ortam, quam illam vidit futuram, cùm eleuabatur. Vnde meritò ait D. Bernardus lib. 2. de conſiderat. *Qui eleuauit, & deiicere poteſt.*

Bernard.

Sera querela, quia eleuans alliſiſti me. Non eſt, quod blandiatur celſitudo, ſollicitudo magna. Equidem & ſero, & miſere in celſitudine, & exaltatione non agnoſcis alliſionem, niſi poſt eam factam Feliciùs ageres, ſi in ipſa celſitudine alliſionem, ante alliſionem præuidiſſes. Dicebat ille Pſal. 36.

Pſal. 36.

Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum, ſicut cedros Libani. Tranſiui, & ecce non erat. Non ante tranſitum, ſed poſt tranſitum agnouit exaltatos illos nihil eſſe. Feliciùs ageret, ſi ante tranſitum id vidiſſet. Ruffin. ibi ait: *Modò cernimus aliquos honoribus, & diuitiis florere: & ecce quaſi in tranſitu, atque in momento videmus eoſdem interire. Vnde dicimus: Vbi eſt ille? Vbi tanta gloria? Heu nihil eſt homo. Sed*

Ruffin.

imperfectorum eſt gloriam morituræ in ipſa morte deſpicere. Qui hoc quidem rectiùs agerent, ſi cùm in gloria hominem cernerent, tunc eius interitum cogitantes tranſitoriam potentiam nihil eſſe cenſuiſſent. Tunc humana elatio penſanda eſt, quàm nihil ſit, cùm ſeſe ſuper cæteros ſucceſſibus extollit. Quid vtilius? Planè parum ſapit, quem mors, & calamitas docent inanitatem mundialium gloriarum. Ille, ille ſapiens, & felix eſt, qui in ipſis gloriarum culminibus olet earum ruinam.

§. XXVII.

Malitia inſultus vbi fortiter repelluntur, funditùs deſtruuntur.

NOta ſapientum Amani reſponſum, nimirum: *Si de ſemine Iudæorum eſt Mardochæus, ante quem cadere cœpiſti, non poteris ei reſiſtere; ſed cades in conſpectu eius.* In Iudæorum ſemine notabant gentes accidere, quod experimur quotidie in cæleſti Ieſu ſemine. Neſcit enim malitia conſiſtare aduerſùs Iudæos, aduerſùs verum Deum confitentes: ſi enim cœperit ab illis repelli, & funditùs deſtruetur. Dicebat Anthoninus, Epiſcopus Conſtantie. epiſt. ad Arcadium pro Chriſto exulem: *Ecce iam ſerpens ille ſub pedibus tuis iacet, ipſe conſtigere potuit; ſed ipſe cecidit; quem te elidere non potuit.* Non ob aliud vulnus acceptum abiit ſerpens malitioſus in extremam perditio-

Anthonin.

nem.

nem, niſi ob id, quòd iuſtum hominem aggreſſus repulſus eſt, & illi nocere non potuit. Repellantur in te, homo, inſultus malitiæ, & æſtima, quòd tota illa fundiùs deſtruetur. Paul. 1. ad Corinth. 15. aiebat: *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis.* Et quando primus homo de terra, cur ſecundus non de terra, ſed de cælo? Vt de terra erat primus homo, & facile commutabilis apparuit, & primo halitu ſerpentis fuit infectus. Quæſitus ergo fuit homo de cælo, aduersùs quem nullus ſerpentis aſſultus poſſet præualere, vt ſic fundiùs ſerpentis malitia perderetur. D. Athanaſ. orat. 2. contra Arrian ait: *Primo homine mutato, & per peccatum morte in mundum ingreſſa, neceſſa omnino fuit, ſecundum Adam immutabilem eſſe, quò, ſi denuò ſerpens eum inuaderet, impoſtura illius vim nullam, aut efficaciam haberet. Ideò enim ſerpens in conatibus ſuis elangueſcit, & viribus deſtituitur, quia Dominus eſt inconuertibilis, & inalterabilis: ſicuti enim præuaricante Adamo in omnes homines peccatum demanauit, ita quoque Domino homine iam facto, & ſerpentem euertente, in omnes homines iſtiuſmodi vigor tranſmeauit.* In primo aſſultu ſerpentis Adamus periit, vtpote terrenus, & hoſtem repellere neſcius. Et qui de ſemine eius ſunt, vt primo illo halitu ſerpentis infecti aduersùs illud præualere nequeunt. Neceſſum ergo fuit aliud initiari nobis ſemen, nempe, cæleſte per Ieſum Filium Dei introductum in terram. De quo ſemine illud habemus, vt ſicut Ieſus non potuit vulnerari à ſerpente, & inde ille ſerpens elanguit, donec funditùs perderetur, ita & nos, dum eius inſultus repellimus, totum illum ruinæ damus extremæ. Huc ſpectat Pſal. 90. *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis & conculcabis leonem, & draconem.* Non dicimur conculcare aſpidem, nec baſiliſcum, ſed tantùm ambulare ſuper illos: dum enim his beſtiis nos ſuperponamus; hoc eſt, dum primos malitiæ inſultus ſubiiciamus, de cætero tota eius feritas datur conculcationi. Vt dicat Arnob. ibi: *Si ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulemus, id eſt, ſuper Diabolum, & regnum eius conculcare poſſumus, & leonem, & draconem.* Nos ſemel ſuper Diabolum, malitiamque eius ſuperponamus, & regnum eius ſub pedibus conculcandum, & funditùs perdendum habebimus.

1.Cor.15. Athanaſ. Pſal.90. Arnob.

§. XXVIII.

Vel minimum dignitatis, quod tribuas iuſte merenti, ad ſe rapiet totum, quod reſtat.

ADhuc pondero illud: *Si de ſemine Iudæorum eſt Mardochæus, ante quem cadere cœpiſti, non poteris ei reſiſtere, ſed cades in conſpectu eius.* Vt enim in Iudæis erat vera iuſtitia, & ſanctitas: ſic hoc proprium illorum credebatur, quòd non ſiſterent in limine felicitatis, ſed vſque ad culmen peruenirent. Hæc equidem hæc iuſtitiæ, & ſanctitatis dos, quod ſi vel minimum dignitatis dederis iuſte merenti, ad eundem etiam totum reſiduum accedat. Saul 1. Reg. 17. habens coram ſe Dauidem conflicturum cum Goliath, *Induit Dauid veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eum lorica.* Itaque Saul veſtes ſuas regias, & arma regia impoſuit modò Dauidi. Quid inde? Non mirer, ſi cum veſtibus modò datis totum poſteà transferat ad Dauidem regnum, & illo Saul nudetur. Aiebat D. Baſil. S. orat. 15. *Imprudens Saul diuina gratia decretâ obſcundabat, & cum ornaret armis, quem antea ornarat gratia, ornamenta dignitatis exuebat.* Iam in illo initio, & Dauidis regnum, & Saulis videbatur ſpoliatio. Vt enim Dauid erat de ſeminello, per quod ſalus ventura erat; vt item erat gratia diuina ornatus: ſic cui primo illo dono purpuræ non poterat non ad ſe totum regnum repere, & oſtendere intra ſe genus Saulis regno ſpoliatum. Non aliter filio Dauidis, Ieſu meo, accidit, de quo cùm iam in paſſionis prælio exiſteret, ait Matth. 27. *Chlamydem coccineam circumdederunt ei.* Et Ioan. cap. 19. *Veſte purpurea circumdederunt eum.* Quid agitis, ô [illegible] Purpuram imponitis Ieſu? Hoc certum eſt, quod ſi tantorum meritorum iuſtus vel filum purpuræ à vobis captat, quòd & totum regnum ad ſe rapiet, & vos ſpoliatos regno ſub pedibus conculcabit. Ait D. Athanaſ. orat. de Paſſion. & Cruce: *Quem per ludibrium,*

1.Reg.17. Baſil.Sel. Matth.27. Ioan.19. Athanaſ.

ſubſannationemque pulſabant, ei triumphalia addiderunt ornamenta, coccineam chlamydem, coronam ſpineam, & calamum. Nam, tametſi ea per contumeliam agebant, efficiebatur tamen inde, vt ab eo latenter ſpoliarentur. Quippe vt tantorum meritorum iuſtus, & iuſtorum Pater, & radix erat, ſic accipiens, vel per irriſionem, purpuram, totum Iudæorum regnum ad ſe euocabat, & illos relinquebat miſere ſpoliatos: neſcit enim diuina gratia vel de paruo arrepto initio non peruenire ad ſummum.

§. XXIX.

Quò magis voluntarium obſequium eſt, eo gratius Deo.

HOc iam ominoſum Amano erat, quòd coactè magis, quàm voluntariè ad Eſtheris ibat conuiuium. Dicit nanque Textus: *Citò eum ad conuiuium, quòd Regina parauerat, pergere compulerunt.* Non gratus ibat conuiua, qui compellebatur ire, & ſaltem Dei menſa nunquam non ominoſa eſt illi, qui coactus accedit. Obſequij enim valor apud Deum ea voluntario creſcit. Video Iudicum filiam Iephte patri ſacrificandam ſeſe offerre *Et fecit ei, ſicut vouerat,* nimirum, pater illam mactauit Domino. Sed & 2. Mach. 7. mater ſeptem filios hortabatur mori pro Deo. Vter parens gratius Deo obtulit ſacrificium, an mater illa Machabæorum, an Iephte? Nazian. or. de Mach. *Hoc Iephte ſacrificio ſecundus, & magnificentius fuit: nequaquam enim neceſſitate eſt perſolutum, quemadmodum ibi promiſſionis ſeruare, ac victoria factum eſt deſperatione. Verum oblatio iſta ſpontanea fuit, & quæ ſolùm mercedem haberet ſperandam.* Multùm coactionis, & impulſionis intercesſit in ſacrificio Iephte, quando pater non niſi coactus, & neceſſitate compulſus filiam mactabat: ex quo magnificentius apparuit apud Deum ſacrificium, quod obtulit Machabæorum mater, quod prorſus ſpontaneum fuit, & voluntarium. Samuelis etiam mater habuit filium, 1. Reg. 1. *& adduxit eum ſecum, poſtquàm ablactauerat in vitulis tribus,* &c. Quippe adduxit puerulum recens ablactatum in tabernaculum Dei, vt offerretur Deo. Ibi puer Samuel non ipſe ibat, ſed à matre ferebatur. Vnde mater Machabæorum ſacrificium ſuorum filiorum extollit atque apud Nazianz. vbi ſuprà: *Anna quidem [illegible] à Deo datum, illumque nuper genitum; ego autem viros ſeptem, [illegible] voluntarios [illegible].* Expende illud: *Eóſque voluntarios,* &c. Samuel enim, vt recens natus, nihil voluntatis habuit in oblatione. at verò Machabæi glorioſi voluntarij currebant ad certamen, & glorioſiorem inde victoriam reportabant. Tunc enim ad gloriam pertinent actus noſtri, cùm voluntarij ſunt. Dicebat illa Cant. 5. *Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ diſtillauerunt myrrham.* Circa quæ ait D. Nicæn. hom. 11. in Cant. *Surrexi, proptereà quòd ſepulta cum eo fuerim per Baptiſmum in mortem. Nec enim ea myrrha qui[illegible] efficacitatis habuiſſet, niſi mortificatio voluntaria præ[illegible]. Voluntarium autem inditum eſt illud; idcirco illud myrrha fluentis ex ipſius manibus. Non enim aliunde myrrham in manum ipſius ait peruenire.* Quippe, vt myrrha eſt, indicabatur ea intrinſecus manuum oſtaſis, illi erat voluntaria, & ideo faciebat, vt ſurgeret, & eleuaretur ſupra ipſam.

Indic. 11. 2.Mach.7. Nazianz. 1.Reg.1. Nazianz. Cant.5. Nicæn.

§. XXX.

Conſcientia mala ſtimulus metum ingerit, etiam vbi ſecuritas apparet.

TEmpus inſtabat conuiuij, & Amanus tandiu morabatur, quod *Venerunt eunuchi Regis, & [illegible] eum ad conuiuium, quod Regina parauerat, pergere compulerunt.* Cur, Amane, non magis tu [illegible] ad conuiuium? Quæ tibi res iucundior aut [illegible] curior eſſe poteſt, quam quod [illegible] tua Regis ſi cum Regina [illegible] ad tam lætam menſam non magis aduolas [illegible] nectaris, & expecta vocari, imò compelli à nunciis, vt vadas? Iam nominem ſtimulus malæ conſcientiæ agitabat, & metum ingerebat dere, quæ nullam habebat ſpeciem mali. De tali dicitur Iob cap. 15. *[illegible] pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Cùm [illegible] crediderit ad onerandum panem, nouit, quod paratu[illegible] manu eius tenebrarum dies.* Hæc vltima ſic Græce po[illegible]

Iob 15.

Nonit

... in ipſo, quia manet in ruinam. Equidem impiè iam vadens ad conuiuia, ad lætiſſimam menſam, ... tremendum habet teſtimonium extremæ ruinæ: nunquam enim conſcientia ceſſat vaticinari illi metuenda. Sic Olympiodor. in Cat. Græca: *Illud granum, quòd impius conſcientia coactus talia ſibi pronunciat, ac vaticinatur.*

Olympiod. *In ... ſibi conſcius ſubſequentis ſupplicij: ſiquidem peccanti non deeſt conſcientia improbum, ad in perniciem conſtitutis.* Sic & in rebus ab omni mali ſuſpicione alienis mala conſcientia vaticinatur ruinas, metúmque illatum ingerit. Ioan. c. 18.

Ioan. 18. loquens de Iuda ait: *Iudas autem cum accepiſſet cohortem, & à Pontificibus, & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.* Sciebat ille Ieſum inermem eſſe, paucis Diſcipulis comitatum in oratione pernoctare. Et tamen non audet ad Ieſum accedere ſine exercitu, ſine armis. Ad quid arma, miſer? Quid times à manſuetiſſimo Agno? Paulò antè eras cum eo intra cœnaculum, nec vllum tibi intulit malum: cur modò non audes accedere ſine armis? Ait D. Cyril. Alexand. lib. 11. in Ioan. cap.

Cyril. Alex. 32. *Magna quadam res, conſcientia ſtimulus eſt: quo quando perpetrarit aliquid ag... etiam nullo præſente, ingenti nos metu exagitat. Tale quid paſſus proditor, vt ... & cohortem armis munitam, & Iudæorum miniſtros ſecum adduxit*, &c. Expende illa: *Magna quadam res, conſcientia ſtimulus*: quippe hic etiam in rebus, quæ ſecuritatis eſſe videntur, ſic confodit impios, vt nihil non ſibi tremendum videant. Hortus, manſuetudo Chriſti, inermes Diſcipuli ſecuritatem præmonſtrabant Iudæ. Tamen ille mala conſcientia coactus vaticinabatur ſibi perniciem, nec audet illo ire niſi armis, exercituque munitus.

CAPVT XIV.

Amani extrema ruina.

Textvs Historia.

ASsvero, & Amano ſecundum Eſther adornarat conuiuium, cuius inter pocula lætus Rex Eſtherem monet, vt tandem proferat petitionem ſuam, vel regni dimidium (ſi poſtulet) impetraturam. Tunc Regina prudens multis cœpit vitam ſibi, populóque ſuo deprecari. Sumus enim, ait, ego, & populus meus in extremo diſcrimine, vt iam neceſſum ſit funditùs perire. Placeret perpetua, & irreparabilis ſeruitus, cuius ſub iugo nullus noſtrûm mutiret, verùm mortis ruina amariſſima nobis eſt; & tantò amarior, quantò excogitata fuit ab hoſte, qui ſimul in Regis deſæuit ſalutem. Nec abeſt hoſtis ille: aſſidet enim nobis peſſimus Aman, & mihi, & populo meo inimiciſſimus. Obſtupuit Aman ad Eſtheris vocem, nec ferre vlträ potuit Regum ira fulminantes vultus. Dúmque Rex iratus nimis hortum vicinum intrat, miſer ille Reginæ pedibus obuoluitur pro vita deprecaturus. Interea redit Aſſuerus, & videns hominem Reginæ ſtrato decumbentem, eò credidit deueniſſe eius audaciam, vt vellet, præſente Rege, vim inferre Reginæ. Vix hæc voce ſignificat Rex, & aſtantes miniſtri deiecti Amani operiunt faciem, quaſi iam morituri. Nec defuit, qui crucem altiſſimam in domo Amani eſſe iam diceret, in qua affigendus erat Mardochæus Regi fideliſſimus. Tunc Rex in ea ſuſpendi Amanum iubet, ſic impius in eandem foueam incidit, quam parauerat Mardochæo iuſto.

MORALIA IN TEXTVS Literam.

IN cruce Mardochæo parata perit hoſtis eius Aman, qui parauerat illam: ne miremur, quòd in Cruce Ieſu Filij Dei affixus, & interemptus ſit Satan, hoſtis eius, & inimicus infenſiſſimus.

Eſther cap. 7. Intrauit itaque Rex, & Aman, vt biberent cum Regina. Dixitque ei Rex, etiam ſecunda die, poſtquam vino incaluerat: Quæ eſt petitio tua, Eſther, vt detur tibi? & quid vis fieri? Etiamſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa reſpondit: Si inueni gratiam in oculis tuis, ô Rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obſecro.

§. I.

Pater diuinus poſt Filij ſui Sanguinem acceptum, amat ex ſe beneficia peti in omnium ſalutem.

ASſuerus Rex non ante vinum, ſed poſtquàm vino incaluerat, agit de petitione Eſtheris acceptanda, dicente textu: *Dixitque ei Rex, etiam ſecunda die, poſtquàm vino incaluerat: Quæ eſt petitio tua, Eſther, vt detur tibi?* Expende illa: *Poſtquàm vino incaluerat.* Vinum ſumptum impulit Regem eo liberalitatis, vt ex ſe beneficia peti vehementer amaret, quæ abſque dubio præſtaret. Quid aliud credam contigiſſe ſummo illi Regi, nimirum, Patri diuino, vbi viuifico Sanguinis Chriſti ſui vino quaſi bene potus apparuit? Ex tunc haud dubium, quin multa ex ſe beneficia, & poſtulari, & proficiſci amet. Dicebat Paul. ad Hebr. cap. 10. *Habentes itaque fratres fiduciam in* Heb. 10.
introitu Sanctorum, in Sanguine Chriſti: quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei, accedamus cum vero corde, &c. Quibus iubemur accedere ad Deum Patrem poſtulantes ab eo, quidquid neceſſarium eſt ad ſalutem, habentes fiduciam *in Sanguine Chriſti.* Et quid faciet Sanguis Chriſti ad hoc, vt fiduciam habeamus conueniendi Deum, petendique ex eo ſalutem? Multa eſt virtus Sanguinis Chriſti, & inter alia habet virtutem diuiniſſimi potus, quo exhilaratus Pater bilem deponit, & amat magna ex ſe peti. Petrus Cellenſis lib. 4. Panth. cap. 1. ait: *Ieſus* Pet. Cel.
autem penetrauit cælos, & aſcendit ſuper firmamentum. In Sanguine verò intrauit, quia per paſſionem, potum, imò pretium noſtræ redemptionis paternis labiis miniſtrauit ipſum, quod dedit ei pater perbibendum, & Sanguinem de latere fuſum ad copioſam redemptionem ei offerendo. Ecce tibi, vt Dominus Ieſus paternis labiis pretioſi Sanguinis ſui potum appoſuit, quo incaleſcens Pater, & ab iræ frigore releuatus nullis non annueret poſtulatis de ſalute generis humani. Tanto equidem potu exhilaratus multa ex ſe iam amat poſtulari. Hinc Luc. 15. in prodigi filij reditu clamabat bonus Luc. 15.
pater: *Adducite vitulum ſaginatum, & occidite. Et manducemus, & epulemur.* Concors eſt Patrum ſententia, per hunc vitulum intelligi Chriſtum Dominum, qui occiſus eſt, vt eius Sanguine mundaremur. De quo Pater ſibi iubet parari epulum. Et cur, bone, adeò vnius vituli carnes, & ſanguinem in epulas tibi cupis? In aliorum conuiuio dicebat Matth. 22. *Tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia*
parata. & tauros, & altilia offert conuiuis; modò vnius Matth. 22.
vituli ſaginati epulis gaudet. Cur modò in vnius ſaginati vituli epulis quieſcit, potens & habere tauros, & altiles? Vt vitulus hic erat Chriſtus, in eius ſolius epulis, & conuiuio gaudebat, vt ex quo haberet, qui continuò poſſet pro omnibus poſtulare. Habebat equidem in hoc vitulo, quo excaleſceret ad bona præſtanda, & qui poſtulatorum famem ſatiaret, multa petens pro ſalute humana.
D. Chryſoſt. hom. 4. in Lucam ait: *Addidit & vitulum ſa-* Chryſoſt.
ginatum iugulandum in exhibitione conuiuij, ſine dubio Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem dedit Pater in victimam pro ſalute noſtra. Quem vitulum nominat propter hoſtiam corporis immaculati. Saginatum autem verè dixit: quia pinguis, & opimus ita inuentum eſt, vt pro totius mundi ſalute ſufficiens ſit, odorem ſuauitatis ad Deum mittere, & pro omnibus exorare. Duo efficiebat potus diuiniſſimi Sanguinis, & animum potantis calefaciebat in bonum, & indeficientem poſtulatorem parabat. Ideò Pater diuinus in vnius huius vituli diuini quie-

uit Sanguine, in quo habuit incaleſcere in bonum, & ita incaleſcere, vt vehementer amaret ex ſe multa poſtulari, quod ſimiliter præſtitit vitulus diuiniſſimus ſaginatus. Occidatus ergo Ieſus totus, & ſit in epulis Patri, ad eius animum exhilarandum, & cupidum facere multa præſtandi: inſuper & valeat ſimul pro omnibus exorandi munus capere. Vt erubeſcat Chriſtianus, qui tanto Sanguine potus, tam viuifico vino recreatus, adeò friget pectoris duritie, vt horreat aliquid ex ſe à proximis poſtulari.

§. II.

Diuinum epulum nos faciat in proximos liberales, & miſericordes.

ITaque Aſſuerus in Eſtheris conuiuio dixit: *Poſtquàm vino incaluerat: Quæ eſt petitio tua, Eſther, vt detur tibi?* Calor equidem vini hominē impulerat in liberalitatem, qua petitioni cuique vellet annuere. Et nos non impellet calor viuifici vini, Sanguinis Domini in Euchariſtia ſumpti, vt amemus egentium petitionibus annuere, illiſque ſuccurrere? De iræ dominicæ calice locutus Ierem.

Thren. 4.

Thren. 4. ait: *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus; ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.* Sic calix iræ diuinæ impleuit Idumæos, vt eos nudos relinqueret. Nec aliter faciet calix diuinæ miſerationis, nimirum, calix euchariſticus, de cuius hauſtu illud eueniet, quòd incaleſcentes iuſtorum animi ſic gaudeant pauperum poſtulatis, ſic annuant illis, vt non ſolùm cum Aſſuero dimidium regni, aut cum Martino chlamydis dimidium; ſed omnia, quæ habent, velint largiri, etiamſi maneant prorſus nudi. Et quidem vbi huius diuiniſſimi vini calor accenditur, nullius paupertatis, aut nuditatis valet prætextus, quominùs velis egentibus ſuccurrere. Quò aptatur illud Prouerb. 31. *Date ſiceram mœrentibus, & vi-*

Prouerb. 31.

num his, qui amaro ſunt animo. Bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ. Chaldæus: *Obliuiſcantur detrectarum veſtrum ſuarum.* Sunt equidem, qui continuo mœrent ſub egeſtate, & amariſſimo ſunt animo in vniuerſos pauperes, qui ab illis eleemoſynam petunt, continuò clamantes, non habeo, non habeo. Hi viuificum Euchariſtiæ vinum accipiant, & bibant illud: de eius hauſtu habebunt, quòd obliuiſcantur paupertatis ſuæ, & ſic attenti ſint pauperum poſtulationibus, atque illis ament occurrere, quaſi propriæ indigentiæ prorſus obliti. Et credam hominem viuifico vino Euchariſtiæ ſumpto incaleſcere, qui egentium petitiones horret audire, qui petenti pauperi nihil tribuit? Planè de hoc viuifico calice nullus eſt ſenſus, qui non proſiliat ad bona præſtanda. Pſal. 22. ait:

Pſal. 22.

Calix meus inebrians, quàm præclarus eſt! Et inebriantem vocat, & præclarum. Calor enim tanti calicis proficit ad præclara præſtanda. Dicit Cyprian. orat. de Cœna Dom. *Hæc ebrietas non accendit, ſed extinguit peccatum: Mira ſunt, quæ ſentit, magna, quæ videt; inaudita, quæ lo-*

Cyprian.

quitur, quem Agnus iſte paſchalis inebriauit, cuius animam mori huius fortitudo hilaritate inexplebili laſſificat. Expende illa: *Inaudita, quæ loquitur.* Vt qui totam loquitur miſericordiam, qui totam loquitur pietatem; & ad omnes clamet, vt poſtulent, quidquid velint ſibi dari.

§. III.

Euchariſticus potus hominem ad apoſtolicam nuditatem reducit.

AIebat Aſſuerus Eſtheri: *Etiamſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis.* Et hoc dixit, *Poſtquàm vino incaluerat.* Vinum enim hauſtum ſic implebat Regem, vt non dubitaret, ſe nudare dimidia parte regni ſui. Vtinam & nos incaleſceremus vino illo ſuauiſſimo euchariſtico, & fallar, niſi nudi eſſe velimus ab omnibus mundialibus

Pſal. 22.

bonis pro Chriſto. De hoc potu dicebat Pſal. 22. *Calix meus inebrians quàm præclarus eſt!* Quos implet calix hic diuiniſſimus, ſimul & inebriat, vt ſic quaſi inebriati

Cyprian.

ab [illegible] mundialibus bonis appareant nudi. Quod [illegible] Cyprian. epiſt. 63. ait *Si autem calix Domi-* [illegible] *& Noe in Geneſi vinum bibens inebriatus eſt.*

Quippe de Noe ait Geneſ. 9. *Bibénſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo.* Calore vini Noe in illam ebrietatem venit, qua abiectis veſtibus maneret nudus. Quam ebrietatem diuinam præbet ſuis calix euchariſticus, vt diuiniſſimo poculo calefacti nuditatem euangelicam amplectamur, ſpoliati omnibus bonis mundi. Filiæ Edom dicebat Ierem. Thren. 4. *Inebriaberis, atque nudaberis.* Ne miremur, quòd diuino poculo incaleſcentes nuditatem amplectamur, & tædium omnium bonorum temporalium habeamus: dicit enim D. Cyprianus ſer. de Cœna Domini: *Qui de ſacro calice bibit, amplius ſitit. & ad Deum viuum integrum deſiderium, ita ſingulari fame illo vino appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis ſapor delectamentorum carnalium ſit ei quaſi rancidum, radenſque palatum acuta mordacitate acetum.* Sic diuiniſſimi vini calor nos à mundialibus facit abhorrere.

Geneſ. 9.

Thren. 4.

Cyprian.

§. IV.

In gratiis præſtandis nunquam ſiſtendum.

ET illud notandum, quod ait Textus, nimirum: *Dixitque ei Rex, etiam ſecunda die, poſtquàm vino incaluerat: Quæ eſt petitio tua, Eſther?* &c. Non contentus ſemel id dixiſſe, prima conuiuij die, eadem repetit die etiam ſecunda, & repetiiſſet pluries. Nec miror: in re enim gratiæ præſtandæ ingenuus animus nunquam debet ſiſtere. Author naturæ Deus poſt ſex dies, quibus operatus eſt mundum, venit ad diem ſeptimum, in quo *requieuit ab omni opere, quod patrarat:* Gen. 1. In cuius rei memoriam cauebat lex Exod. 20. *Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo: Sex enim diebus fecit Deus cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo, idcircò benedixit Dominus diei Sabbathi,* &c. Itaque præcepit Deus Hebræis, vt Sabbathum colerent ceſſatione omnium operum, in memoriam Dei ceſſantis illo ipſo die ab omni opere, quod patrarat. Et cur idem non iuſſit Chriſtianis? Quando digniſſimum erat, quòd omnes meminiſſemus Creatoris Dei, eiúſque quietis, & ceſſationis ab operibus die ſeptima; cur non mandata fuit & Chriſtianis Sabbathi celebritas? Erat populus Iudaicus vicinior primæ creationis mundi, & ideò debuit eius aſſimilari regulis, operans cum Creatore naturæ, & cum Creatore quieſcens. Chriſtianus autem, vt ad legem gratiæ pertinebat, ſeptimi diei ceſſationem non ſeruat: in gratia enim exhibenda nulla ceſſatio eſt, ſed ſemper debet eſſe in ea nouus progreſſus. D. Athan. orat. in dictum illud: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* inquit; Priorem igitur creationem cum abſoluiſſet Deus, quieti ſe dedit. Ac propterea Sabbathum in die ſeptimo obſeruabant homines illius generationis. Cæterùm ſecunda ætas, ſiue creatio finem non habet; ideò neque quietem aſſumpſit, ſed ſemper operatur. Ideò Sabbathum iniunctum eſt priori populo, vt agnoſcat finem & principium creaturæ. *Cæterùm, non æquè tamen præcepit obſeruationem Sabbathi, Initium quidem in Dominica die agnoſceret, ſed tamen inſinibilem eſſe, & nunquam deſituram gratiam, certum haberet.* Habuit principium gratia Dominica die, reſurgente Domino: at finem, aut quietem, aut ceſſationem nullo vnquam die habebit. Pertinet enim ad gratiam, nunquam ceſſare, ſed continuo eſſe in progreſſu. Hinc Ieſus meus Sanguinem ſuum ad Sacramentorum fontes direxit. Et cur Sacramentum confecit ex Sanguine, niſi vt Sanguis, qui ſemel effuſus gratiam donauit, in Sacramento manens continuo eſſdem præſtaret. Vt dicat D. Cyprianus orat. de Paſſione *Aqua, & ſanguis emanant, ad complementum totius iuſtitiæ, Sacramenta in perpetuum duratura: & fontis illius vbertas pertranſi lapſu vniuerſam Eccleſiam irrigat, & fœcundat.* Quippe manauit Chriſti Sanguis, vt perpetuo duratura Sacramenta ſcaturiret, ne vnquam ſiccaretur fons gratiarum.

Geneſ. 1.

Exod. 20.

Athanaſ.

Cyprian.

§. V.

Virgo Maria ſine peccato originali.

ASſuerus, quantum eſt ex ſe, dimidium regni ſui [illegible] Eſtheræ donabat: dicit enim Textus *Etiamſi dimidiam partem*

partem regni mei petieris, impetrabis. Sed veriùs, & ſecuriùs quam Aſſuerus, Chriſtus Dominus dimidium regni ſui dedit Mariæ Matri. Et in quo Chriſtus Dominus dedit Matri dimidium regni ſui? In eo, quòd illam fecit liberam ab omni originali macula. Conſtabat enim regnum Ieſu ex iuſtitia, & miſericordia; ſed ante Mariam iuſtitia habebat maiorem regni partem, vt minime cum miſericordia eſſet regnum dimidiatum. Vigebat enim iuſtitia aduersùs peccata actualia, & aduersùs peccatum originale, ex quo manabat natiuitas, & mors hominum miſerabilis, & limbi carcer. Venit Maria, in qua vt prorſus deſuit peccatum actuale, & originale, iuſtitiæ regnum circinnatum fuit, & miſericordiæ pars fuit aucta, quo regnum inter Ieſum, & Matrem manſit dimidiatum. Dicebat Richard. a Sancto Laurent. lib. 6. de laud. Mariæ:

Richard. à S. Laur.

Quamuis regnet Aſſuerus, id eſt, Chriſtus, in miſericordia, & iuſtitia; tamen ante beatam Virginem, non erat dimidiatum regnum, neque erat dimidiata miſericordia cum iuſtitia, quando maior ſentiebatur ſeueritas iuſtitiæ, quàm clementia miſericordiæ. Quando Iob cap. 9. dicebat: Multiplicat vulnera mea, etiam ſine cauſa, ſine meo actuali peccato. Et dicit vulnera pluraliter, quia multiplex erat vulnus, ſcilicet, corruptibiliter naſci, miſerabiliter mori, pro originali damnari, iuſtos etiam in limbo Inferni detineri. Ecce tibi quatuor vulnera, quæ faciebant maiorem iuſtitiæ partem ante Mariam, nimirum, corruptibilitas natiuitatis, miſeria mortis, peccati originalis reatus, limbi carcer. Venit Maria, & regnum cum miſericordia dimidiauit: vt enim in tanta fœmina nullus fuit originalis culpæ reatus, ſic miſericordia in illa ſuos terminos ampliauit, vt haberet regnum dimidiatum cum iuſtitia. Habebat iuſtitia intra terminos ſuos, peccatoris originalis reum, quem puniret limbi carcere; habet & miſericordia Mariam omnis immunem maculæ originalis, nec vlli obnoxiam carceri. Nec me pœnitet dixiſſe, Mariam immunem ab originali labe: patet enim id ampliùs ex ipſa Dei conſuetudine ab antiquitùs obſeruata, qua in nouo Teſtamento omnia vetera referebantur. Pro quo

Pſal. 86.

locutus Pſal. 86. *Nunquid Sion dicet: Homo, & Homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam Altiſſimus? Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & Principum horum, qui fuerunt in ea.* Omnibus in confeſſo eſt, hæc verba de Dei Eccleſia dici, quæ fundata fuit à Deo in primis iuſtis, nempe, in Adamo, & Eua, & peruenit ad nos per omnes fideles. Quorum fidelium, ſiue iuſtorum, ſiue Eccleſiæ magnalia, dicuntur à Deo narrari dupliciter, nimirum, in ſcripturis populorum, & in ſcripturis Principum. Et quæ differentia eſt inter ſcripturas Principum, & ſcripturas populorum? Crediderim, ſcripturas Principum vocari, ſcripturas Archiuorum, quorum in ſcriniis aſſeruantur à Principibus protocolla, & originalia beneficiorum ab illis collatorum in ſuos: ſcripturas autem populorum, crediderim vocari ſcripturas populares, quæ communiter circumferuntur, & quæ tranſcriptiones quædam ſunt illorum originalium. Eo enim ipſo, quod Princeps beneficium facit alteri, originalem ſchedulam in Archiuis obſeruari iubet; tranſcriptum autem illius datur illi, qui accepit beneficium; quod tranſcriptum communiter, & populariter cernitur. Sic Deus beneficia à ſe collata dupliciter narrat, nimirum, & in originalibus Principum, qui fuerunt ab Adamo, & vſque nunc; & in tranſcriptis, quæ poſteà in nouo Teſtamento communiter cernuntur. Inuenio ergo in Archiuis Adami ſchedulam originalis iuſtitiæ, qua donatus fuit à Deo, in primo inſtanti vitæ ſuæ. Cuius neceſſum eſt in nouo Teſtamento inueniri tranſcriptum, quod ſimilem iuſtitiam oſtendat, & quod in nullo puro homine inuenitur niſi in Maria. In ea enim ideò inueniri debet, quia nihil eſt in Principum antiquorum Archiuis, cuius nõ inueniatur in nouis tranſcriptum. Quam rationem ſapienter confirmat, & probat D. Leo

Leo.

ſer. 14. de Paſſ. inquiens: *Omnia igitur, quæ Dei Filius ad reconciliationem mundi, & fecit, & docuit, non in hiſtoria tantùm præteritarum actionum nouimus, ſed etiam in præſentium operum virtute ſentimus. Ipſe eſt, qui de Spiritu Sancto ex Matre editus Virgine, incontaminatam Eccleſiam ſuam eadem inſpiratione fœcundat, vt per Baptiſmatis partum innumerabilis filiorum Dei multitudo gignatur. De quibus dicitur: Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo nati ſunt. Ipſe eſt, in quo ſemen Abrahæ toti mundi adoptione benedicitur, & fit Patriarcha gentium pater, dum promiſſionis filij fide, non carne naſcuntur, &c.* Sic ſapientiſſimus Doctor probat nihil à Deo factum in hiſtoria præteritarum actionum, quod non ſentiatur in præſentium operum virtute vt quondam Abrahæ dati ſunt filij ex repromiſſione, ſic modò ex fide dantur Abrahæ filij. Vt operãte Spiritu S. ex Maria natus eſt Dei Filius, ſic modò operante Spiritu Sancto ex aquis naſcuntur Dei filij. & ſic in aliis, vt pateat, nihil de veteribus hiſtoriis inueniri in Archiuorum ſcriniis, cuius non detur in nouis populare aliquod tranſcriptum. Et quia in ſcriniis Principis Adami, imò Principis Chriſti nati in Maria, & de Maria aſſeruata eſt originalis ſchedula, de eorum originali iuſtitia, neceſſum eſt, vt huius detur etiam tranſcriptum in Maria, quæ populariter clareat, quàm fuerit ab originali infectione liberã.

§. VI.

Humilitas validiſſima.

ACcipite Eſtheris orationem ad Aſſuerum, de qua ait Textus: *Ad quem illa reſpondit: Si inueni gratiam in oculis tuis, ò Rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obſecro.* Et mihi valdè mirandum venit, quòd tantum populi Dei diſcrimen tam paucis vnius fœminæ verbis credatur. Vt à ſeruitute Pharaonis hunc eundem populum extraheret Deus, prouidit Moyſem, adiutum eloquentiſſimo fratre Aarone, munitum virga, qua miracula faceret, & Regem Pharaonem concuteret. Vt autem eum à morte eriperet, vnam Eſtherem prouidit, quę paucis illis verbis oraret pro illo. Et cur illic Moyſes tot miraculis armatus, hic autem in re maioris diſcriminis ſola Eſther ſine miraculis, ſed ſolis

Rupert.

ſuis verbis prouidetur? Ruper. lib. 8. de Victor. Verb. Dei, cap. 19. putat prudentiſſima hæc Eſtheris verba à ſumma humilitate orta fuiſſe: ait enim: *Laudabilis in tali eloquio Eſtheris prudentia eſt, cuius doctrix eſt ſancta & matura humilitas.* Quæ enim tanquam Regina, & dilecta Sponſa pro medietate imperij poterat ſupplicare, *pro anima ſua, pro vita ſua ſupplicabat, tanquàm captiua, tanquàm proſcripta, velut ſi ab ipſo Rege fuiſſet condemnata.* Armauit ergo Moyſem Dominus miraculis, vt in oſtenſione potentiæ Deitatis ſuæ populum à ſeruitute eriperet: armauit autem Eſtherem verbis humilibus, vt potentia humilitatis oſtenderetur, quæ ad omnia inuenitur validiſſima: dicebat enim

Chryſoſt.

D. Chryſoſtomus homilia 10. in Epiſtolam ad Romanos, in fine: *Humilitatem exerceamus, nihil enim illa potentius.* Non ſigna, non miracula à te facta poſſunt, quæ poteſt humilitas, quæ planè eſt validiſſima. Iſraelitarũ certamen cum Beniaminitis notum eſt Iudic. c. 20. vt quadringenta millia virorum, monente Deo, exierunt in certamen confidentes multitudine, & fortitudine ſua. Vt ſemel, & bis certauerunt adeò aduerſo Marte, vt primò viginti millia Iſraelitarum caderent, & ſecundò decem, & octo

Iudic. 20.

millia. Quid tunc? *Omnes filij Iſrael venerunt in domum Domini, & ſedentes flebant coram Domino, ieiunaueruntque die illo,* &c. Ecce validi illi pugnatores ad fletum veniunt, & ieiunium. Quid agitis, validiſſimi pugnatores? cur ad fletum recurritis? Nònne paulò antea exultabatis in arena? Nònne arma capiebatis inuincibilia? cur modò ſedetis flentes? Sic pugnam fugitis, & ad fœminarum lacrymas curritis? Non fugiunt pugnam: ſed, dum coram Deo ſedent, dum flent, potentiora alia humilitatis arma aſſumunt, quibus certiùs vincant. Ait Petrus Bleſenſ. epiſt.

Petr. Bleſ.

112. *Primò, & ſecundò victi, humiliati ſunt, vt per humilitatem denuò vincerent, qui per ſuperbiam victi erant. Fides autem eorum ex prima & ſecunda fruſtratione non tepuit; ſed ex geminato diſcrimine creſcens denuò ad conflictum, quantò humilius, tantò fortior ſe accinxit.* Quid pulchrius? Semel, & bis proſtrati, & humiliati non franguntur; ſed ab humilitate arma petunt, quæ vt ſunt validiſſima, ſic per illa victoriam acquirunt.

§. VII.

Virtus viſa, & ſine miraculis, potens eſt ad expiſcandos animos.

PRo eruendis à morte Hebræis vna Eſther eligitur, quæ dicat: *Si inueni gratiam in oculis tuis, ò Rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum,*

pro quo obſecro. Et pro eiſdem eruendi ab Ægyptiaca ſeruitute Moyſes, & Aaron eliguntur, qui ſignis, & prodigiis multis Pharaonem trahantur in libertatem dandam populo ſuo. An maius erat ſeruitutis, quam mortis malum, vt pro illo vitando tanti eligantur viri, tot miraculorum patratores: pro hoc autem tollendo vna ſola eligatur mulier, nullum miraculum faciens, ſed tantùm pro vitæ donatione locuta? Cur & Eſtheri non datur miraculorum gratia, vt maioris momenti rem perficiat, quæ & data fuit Moyſi pro minori tollendo diſcrimine? Fuerat tunc Eſtheris virtus vel barbaris magis conſpicua: contemnens enim ſibi oblatum regnum, pro ſuorum incolumitate ſupplicat. Vbi autem tanta apparebat in fœmina virtus, non neceſſaria erant miracula, vt Aſſueri mentem in bonum conuerterent. Huc ſpectabat D. Chryſoſt. hom. 6. in 1. Epiſt. ad Corinth. de primis Chriſtianis locutus: ait enim: *Tum igitur, & vnum omnium cor erat, & anima vna, nemo quicquam ſibi proprium vendicabat. Et pro ſingulorum neceſſitate ſuum cuique pars conferebatur, & vitam viuebant Angelorum. Quod ſi in præſenti fieret, vniuerſum ſanè orbem, & ſine ſignis conuerteremus.* Non ſunt neceſſaria ſigna, vbi ſuppetunt virtutes conſpicuæ, quæ propria commoda abiiciant, & proximorum bonis proſpiciant. Matth. 4. dicit de Ieſu meo: *Cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſteà eſuriit. Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant.* Miracula requirebat malignus à Filio Dei, vt eius innoteſceret Diuinitas, quæ ſapientiſſimus Dominus negauit. Et cur non magis tunc vſus eſt miraculis Dei Filius? Cùm eſſet in ieiunio, in conſpicuo eius virtus, meritò à miraculis abſtinuit, quæ nulla erant neceſſaria. Vt dicat D. Cyprian. orat. de ieiunio, & tentat. *Superfluum igitur erat ad ſuggeſtionem eius, ubi nulla profutura miracula operari, cùm ſatis eſſet diligenter conſideranti, quòd eſurientem ubi non ſuperabat appetitus, & deſiderij motus defectio non eſſet, ſed virtus.* Vbi tot clarebant virtutes, miraculorum erat neceſſitas nulla.

Chryſoſt.

Matth. 4.

Cyprian.

§. VIII.

Ad rapiendos mundialium animos efficaciores ſæpè inueniuntur fœminarum blanditiæ, quam potentiſſima cæleſtium miraculorum virtutes.

Datus fuit Moyſes in Deum Pharaonis Exod. 7. vt miraculis multis, hominem traheret in libertatem dandam populo Iſraelitico. Data eſt Eſther dilecta puella, & ſponſa Aſſuero, vt ab illo Iſraelitici populi extorqueat vitam. Et quæ hæc miracula fecit, vt Aſſuerum traheret in ſuum conſilium? Tantùm ait: *Si inueni gratiam in oculis tuis, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meum, pro quo obſecro.* Non libertatem, ſed vitam indigentis populi petit, & nullis miraculis deterret Aſſuerum, nullis portentis allicit eundem. Et cur, Deus, puellæ ſupplicaturæ pro vita populi non das, vt miracula faciat, qui Moyſi dediſti ea facere pro libertate acquirenda? Et cur tu, Eſther, non magis miraculorum virtutem requiris? Habebat illa fœmineas blanditias, ad quas recurrit dicens: *Si inueni gratiam in oculis tuis.* Sæpè enim gratioſa puella efficacior inuenitur ad rapiendos mūdialium animos, quàm miraculorum virtutes. Apud Eſdram cap. 9. lib. 1. dicitur: *Non eſt ſeparatus populus Iſrael, Sacerdotes, & Leuitæ à populis terrarum, & abominationibus eorum, Chananæi, videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorrhæorum. Tulerunt enim de filiabus eorum ſibi*, &c. Sic Iſraelitæ in omnium nationum inciderant idololatriam. Et mirabar ego, quòd homines, qui tot Dei miracula præ oculis habebant, vt mare ſciſſum fuit, vt Iordanis conuerſus retrorſum, vt Sol ſteterat Ioſuè, vt mille alia quotidie accidebant, & nihilominùs obliti Dei tot mirabilium opificis viliſſima idola adorabant. Et quæ potentia miraculis tot viſis inueniebatur efficacior ad eos rapiendos in facinora adeò nefaria? Textus indicat ſatis: *Tulerunt enim de filiabus eorum ſibi.* Accipiebant vxores ſibi de ethnicis illis nationibus, quarum blanditiis quaſi cogebantur ire in vana. Ait D. Cyril. Alex. in cap. 2. Malachiæ Prophetæ: *In vxorum Iſraëlitarum locum peregrinas introducebant Ammonitidas, & Idumæas, ex quo Iſrael magnoperè contaminabatur: non enim illo patrios mores deſerebant, ſed etiamnum idola venerabantur, & militiam cæli adorabant, & cogebantur penè, qui cum fœminis adeò mente corruptis habitarent, ſimul inquinari, & Deum offendere.* Expende illa: *Et cogebantur penè*, &c. quippe dilectarum fœminarum blanditiis ſic rapiebantur illi tot miraculorum ſpectatores, vt penè cogi viderentur ad eorum conſilia, & inſtigationes amplexandas. Crede mihi; ille non rapitur fœminarum blanditiis, qui eas in deliciis non habet. Iob cap. 2. dicebat vxori: *Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es.* Quæ ponderans Anthoninus, Epiſcopus Conſtant. epiſt. ad Arcadium exulem, ait: *Iob non attendit vxorem, & ideò vicit, non familiam, non diuitias, non amicos, & meritò ſuperauit. Adam mulierem ſuam plus ſatis dilexit, & ideò tam lacrymabiliter cecidit.* Vt apud Adam mulier habuit gratiam, eum ad ſua conſilia traxit: non ſic Iob fuit tractus ab vxore, qui eam duris excepit verbis, & à ſe ablegauit. Et quidem Adam magnorum miraculorum fuerat ſpectator in creationis reuelatione, in ipſius fœminæ fabrica. Numer. 25. *Morabatur autem eo tempore Iſrael in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum.* Quid miſerius? Tantùm dicuntur Moabitæ fœminæ vocaſſe Iſraelitem, & ipſe cucurrit in omnia illarum mandata, etiam iniqua. D. Nicæn. in vitam Moyſis, ait: *Viros illos, qui Ægyptiorum equitatus diuinis tùm teſti non timuerunt, qui Amalecitas fuderant, qui ipſorum Madianitarum legiones fugarunt, ſimul à riuo ſa ſunt mulieres, voluptatis mancipia facti aſſerit.* Proh fœminarum illecebræ, quàm validæ ſunt, vt humana corda ſub imperio trahant!

Eſdr. 9.

Cyril. Alex.

Iob 2.

Anthonio.

Numer. 25.

Nicæn.

Eſtheris 7. Traditi enim ſumus ego, & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in ſeruos, & famulas venderemur, eſſet tolerabile malum, & gemens tacerem: nunc autem hoſtis noſter eſt, cuius crudelitas redundat in Regem. Reſpondens Rex Aſſuerus ait: Quis eſt iſte, & cuius potentiæ, qui hæc audeat facere? Dixitque Eſther: Hoſtis, & inimicus noſter peſſimus eſt iſte Aman. Quod ille audiens, illicò obſtupuit, &c.

§. IX.

Dilectorum mors ſecuturam mortem propriam ſuauiat.

Non otioſè ait Eſther. *Traditi ſumus ego, & populus meus, vt conteramur*, &c. Non, inquam, otioſè ſe primam in mortis diſcrimine poſuit, quam populum aiens: *Traditi ſumus ego, & populus meus.* ſed ad calamitatem ſe acerbandam: ſi enim non ipſa, ſed dilectus populus priùs periret, iam inde ipſa periret ſuauiùs: quippe mors dilectorum non parum ſecuturam mortem propriam homini ſuauiat. In fortiſſimorum fratrum martyrio 2. Machab. 7. adſtabat illis pereuntibus mater, de qua ait Text. *Nouiſſimè autem poſt filios & mater conſumpta eſt.* Et quando validiſſimi athletæ ſic pro Deo, & virtute perdebantur, cur non antè omnes mater occubuit? Cur Deus prouidit, vt ipſa in poſterum reſeruaretur? An, vt ipſa viſa puerorum perditione manus cruciaretur? Imò crediderim ita factum, vt poſt filios eius mors, & ipſa tormenta ſuauiora eſſent. Dicebat illa apud Nazianz. orat. de Machab. *Vtinam per omnia tranſeam ſupplicia, vt & cruorem meum ſanguini, & carnes meas ſcaliis illorum admiſceam carnibus amo propter filios tormenta.* Etſi atrociſſima eſſent tormenta à filiis ſublata, etſi duriſſimæ eorum mortes, tamen quia & mortes, & tormenta in filiis dilectiſſimis à matre videbantur, inde et amabilia reddebantur, & chara. Simon 4. Reg. 25 di[illegible] de mi[illegible] ruina Sed[illegible]: *Apprehenſum ergo Regem duxerunt ad Regem Ba[illegible] Reblatha: qui locutus eſt cum eo iudicium. Filios autem Sedeciæ occidit*

2. Mach. 7

Nazianz.

4. Reg. 25.

occidi coram eo. Quid crudelius? Babylonius tyrannus filios Sedeciæ occidi mandabat coram patre, vt ſic patris acerbior fieret calamitas: at ex viſa filiorum morte mors patris ſecutura non parum ſuauiabatur. Sic Matthias quondam, cùm ante ſe videret filios occidi, dicebat Simoni tyranno id mandanti apud Egeſippum lib.5. cap.22. *Quod egi ut ad pœnam præceptiſti, proficiet ad pietatem mihi. Cadam ſuper funera mea, & inſepulta adhuc, velut corporis mei ceſpite tegam.* Eſth.p. *Feſtinus artifex dum cruentum ſanguine filiorum gladium geris, percute patrem, vt vulnus refrigeret. Hoc ſolum mutanto medicamentum eſt: hoc ſolum non ſentitur ictus morientis, dolor vulnerum.* Planè nullo medicamento aut ſopitur, aut tollitur citiùs mortis propriæ ictus, quàm ſi anteà charisſimorum funera videantur.

§. X.

Vna peccati ſeruitus cauenda.

AIt Eſther: *Vtinam in ſeruos, & famulas venderemur, eſſet tolerabile malum, &c.* Non multùm formidat Regina ſeruitutem, quæ à fortuna venit: illa enim ſola, & fugienda, & timenda eſt ſeruitus, quæ per peccatum coaleſcit. ... proderat Ieſus Phariſæis libertatem adipiſcendam. Ioan.8. ... reſpondent Ioan.8. *Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam, quomodo tu dicis Liberi eritis? Reſpondit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Euidentius, quoad humanos ſenſus, poterat Dominus conuincere Iudæos, quòd ſeruierant, proponens eis ob oculos Ægypti ſeruitutem, apud Babylonios captiuitates, ſed his prætermiſſis vnam oppoſuit ſeruitutem peccati. Et cur præter hanc, non etiam illas ſeruitutes in medium adduxit? Planè, vt nouerat Ieſus, ſolam eſſe deteſtandam, & fugiendam ſeruitutem peccati, quam ſolam propoſuit, cæteras nihili faciens. Ait D.Cyril. Alex. lib. in Ioan.c.2. *Et ipſi in Ægypto datam ſeruiturunt* Cyril.Alex. *ſeruitutem. Quid? Nonne in Babylonica captiuitate ſub Nabuchodonosore iam ſubierunt ſeruitutis conditionem? Nonne tandem Romano imperio ſubiecti, & tributa pendebant? Quid ergo glorian tur, ſe nunquam ſeruiſſe cuiquam? Cæterum Dominus de corporali ſeruitute, cum contendere recuſat, alteram multo longe duriorem aſſerit ſeruitutem, quam clanculum innuit, res grauiter eſſe apprehendi, & potius ... ſtatuit.* Hæc vna fugienda eſt ſeruitus, vt quæ nec morte finiatur, & innumera afferat mala: corporalis autem alia ſeruitus pro nihilo habenda. Iſaac Geneſ.27. Geneſ.27. benedicens filio ſuo Eſau ait *Viues in gladio, fratri tuo ſeruies.* Nec horret filio prædicere ſeruitutis malum. Et cur nū magis cauet ... hominis ſeruitutē nominare? Non ... habēda à ſeruitus, quę non eſt a peccato: ... cauenda eſt, & vitanda. Ibi dicebat D.Amb. Ambroſ. *... non habet ... ſeruitia ... delectat ... vel inquinatus ... quoniam qui facit peccatum, ſeruus eſt ... multorum ſeruus eſt, qui ... ſe dominis addixit. Bonū autem ... liber eſt.* Meritò nullam aliam ſeruitutem ... aut noſcit, niſi ſeruiturem eius, qui peccati, vitiorumque ſeruus eſt.

§. XI.

Principem lædit, qui eius ſubditos opprimit.

SApienter de Aman dicit Eſther: *Cuius crudelitas redūdat in Regem.* Cur non redundaret in Regem crudelitas eius, qui tot Regi populos ſubiectos opprimebat? Vtinam hanc ſapientiam ebiberent Principes vniuerſi, & ſibi inimicos ducerent eos, à quibus affliguntur, opprimuntur ſubiecti. Poſt durum datum à Roboamo reſponſum 3. 3.Reg.12. Reg.12. ait Text. *Miſit ergo Rex Roboam Aduram, qui erat ſuper tributa. & lapidauit eum omnis Iſrael, & mortuus eſt. Porrò Rex Roboam feſtinus aſcēdit currum. & fugit in Ieruſalem* Cur fugis, Roboam? Iſrael tibi nec verbum malum dixit, nec vllum telum aduersùs te contorſit, cur fugis nemine perſequente? Lapidauerat Iſrael Aduram, ſeruum Roboam, eumque peremerat, quod facinus ſibi factum credebat Rex, & ideò à perpetratoribus fugiebat. Ait Ioſephus lib. Ioſeph. 8.c.3. *Aduramum, ne auditum quidem, lapidibus obruerunt. Quo facto Roboamus ratus, id, quod erat, ſe in famulo ſaxis impetitum, veritusque ne conceptum ſemel odium in ipſum impetu effunderetur, trepidè conſcenſa curru, quantùm potuit, Ieroſolyma properauit.* Expende illa: *Ratus ſe in famulo ſaxis impetitum.* In hoc Principum ſtultiſſimus ſapuit, quòd in famulo dilapidato, ſe credidit dilapidari, & à dilapidatore fugit. Vtinam ſic vouerſi Principes ſaperent, & ſcirent ſibi cauere à dilapidatoribus principatus. Planè cùm vident ſub miniſtrorum duritie ſubditos opprimi, dilapidari regnū, cur ſe in ſuis non ſentiant dilapidari? Cur non magis fugiant dilapidatores tales? Nouerat regium Nabuchodonoſoris ſpiritum miniſter ille, qui Dan.1. dicebat tribus pueris Hebræis: *Timeo ego Dominum meum Regem, qui conſtituit vobis cibum, & potum: qui, ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris adoleſcentibus veſtris coæuis, condemnabitis caput meum Regi.* Dan.3. Expende in quo ponebat totum punctum ſuæ condemnationis, nimirum: *Si Rex viderit vultus veſtros macilentiores, &c.* Quis enim Regum videns regni totius, & ſubditorum vultus macilentiores ſub aliquo miniſtro, non illum damnet, & fugiat ab illo. Videant Reges, & conſiderent regni ſui, ſubditorum ſuorum vultus, an macilentiores ſint ſub præſentibus miniſtris: & dum appareat, miniſtri, ſub quibus regnum macilentius eſt, expuantur, damnentur, fugiantur à Rege.

§. XII.

Impij inter ipſa pocula tutam venientis ſupplicij amaritudinem ſolent prægustare.

INdignatur erat Eſther Amanum hoſtem ſuum. *Quod ille audiens ilico obſtupuit, vultum Regis, ac Reginæ ferre non ſuſtinens.* Ecce tibi in quantum ſtuporem, & amaritudinem deuit conuiuium Eſtheris, cui Aman adſciterat. Nondum finitum conuiuium fuerat, adhuc & poculis, & dapibus ſumendis inſtabat Amanus, & ad Eſtheris vocem, totā illicò venientis calamitatis amaritudinem cum ſtupore bibit. Sic de impio dicebat Iob c.15. *Cum ſe mouerit ad quærendum panem, nouit, quod paratus ſit in manu eius tenebrarū dies.* Iob 15. Tigur. lect. ait: *Sit quod ſuis factis periculoſa tēpora accerſierit.* Itaque hoc accidet impio, quod dum ſe moueat in cōuiuio, ad dapes accipiendas, extremæ calamitatis præſentiet amaritudinē. Rē illuſtrat caſus Flacci Præfecti Palæſtinæ, hominis in Iudæos crudeliſſimi. Is in conuiuio lætiſſimus erat, cùm latenter acceſſerat Baſſus à Cæſare miſſus, vt illum comprehenderet. Quid plura? Ait Philo in Flaccum: *Qui vbi cognouit ... ditum veſtibulum, & Flaccum decem, aut quindecim comitatum ... dato ſigno ſuo curſim irrupit.* Philo. *Pars militum diſcumbentem ex improuiſo circumſtetit, propinantem cuidam, & cum ... agentem comiter. Sed, poſtquàm Baſſus in medium prodiit, ad primum eius conſpectum attonitus obmutuit, cumque vellet ſurgere, vbi ſe circumuentum animaduerteret, intellexit, priuſquàm audiret, Cæſ. voluntatem, quid mandatum ſit militibus, quid ipſi mox euenturum.* Sic miſer dum ſe mouit ad pocula propinanda, ad dapes accipiendas, nouit, quod paratus ſit in manu eius tenebrarum dies, quòd ſuis factis periculoſa tempora accerſierit. Dan.5. in conuiuio cantatiſſimo Baltaſaris ait: *Bibebant vinum, & laudabant Deos ſuos: in eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis, ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ, & Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis. Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eū, &c.* Dan 5. Quando conuiuium lætius procedebat, quando manus extentæ erant ad calices, tunc manus ſcribentis apparuit, & Rex immutatur, & cogitationes eius conturbant eum. Quæ ibi cogitationes cōturbatrices? Vnde tales cogitationes potuerunt fabricari? Et mēſa in conſpectu erat dapibus plena, & calices in manibus ſola manus ſcribentis videbatur, nihil legebatur, nihil audiebatur. Quis ibi locus cogitationi perturbanti? Equidē impius homo non tam ad conſpectū Baſſi, vt Flaccus ſupra, quam ad conſpectum vaſorū, inter ipſa pocula, *intellexit, antequàm audiret, quid ipſi mox euenturū.* Carthuſ ibi ait: *Cogitauit, quòd res tā inſueta, aliquid mali prætenderet.* Carthuſ. Sic ſolēt impij in ipſa re lætitiæ, inſtantis calamitatis amaritudinē prælibare. Vt illis credam dictū illud Deuter.32. *Vua eorum, vua fellis, & botri amariſſimi. Fel draconū, vinū eorum, & venenum aſpidū inſanabile.* Deuter.32. In ipſis lætitiarū rebus prægustant amaritudines irreparabiles mali. Quò ſpectans Pſal.68. *Fiat menſa eorū coram ipſis in laqueum.* Pſal.68. Vbi Symmach. legit apud Theodoretum: *Fiat menſa eorum coram ipſis, in laqueum, & in ſupplicium, vt comprehendantur.* Symmach. Inter ipſas dapes, inter comporationes

datur impiis, quòd præſentiant totum amarorem ineuitabilis calamitatis. Circa quæ ait D. Auguſt. *Coram ipſis fiat menſa in muſcipulam, non optantis eſt, ſed prophetantis. Non vt fiat, ſed quia fiet. Fiat ergo, nec poteſt aliter fieri, niſi vt talibus iſta eueniant.* Sic ibi. (August.)

Eſther.7. Rex autem iratus ſurrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus conſitum. Aman quoque ſurrexit, vt rogaret Eſther Reginam pro anima ſua: intellexit enim à Rege ſibi paratum malum. Qui cùm reuerſus eſſet de horto arboribus conſito, & intraſſet conuiuij locum, reperit Aman ſuper lectum corruiſſe, in quo iacebat Eſther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere, me præſente, in domo mea.

§. XIII.

Principes auidius nemorum ſaltus in venationibus, quam ſubſellia negotiorum arripiunt.

INgentia Amani flagitia Eſther manifeſtarat, erudelia Iudæis, Regi ipſi detrimentoſa, quæ bilem Regi mouerant. At quid Rex ad hæc? Textus ait: *Rex iratus ſurrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus conſitum.* Inter tantas iratum cauſas, inter tam ingentis populi calamitates, inter manifeſtationes tanti perduellis, nec verbum loquitur, neque ait, neque negat, ſed ſurgens in hortum arboribus conſitum abit. Proh ingenium Principum ſingulare! Adſtant iam patefacti perduelles, res agitur de populi vita, & interea nulla illorum vox auditur, ſed ſurgentes in nemora, in ſaltus abeunt, vt feras exagitent. Hinc Henricus II. Angliæ Rex vocatur à Pet. Bleſenſi epiſtola 66. *vehementer nemorum amator.* & de Vladiſlao ait Cromer. lib. 20 Polon. Hiſt. *Venationũ ſine vllo modo auidus fuit. Itaque Lituania nemoribus vniceè delectabatur.* Et Volater. lib. 23. Anthrop. de Alexandro Græcorum Imper. *Viginti annorum iuuenis ſingulares deſidia rebus cæteris omiſſis, tantùm venationi, equis, canibus vacabat.* Longum eſſet ire per Reges, quibus nemora, & luci, ſaltus in primis erant, circumſepti iure negotiorum difficultatibus, nihil priùs cogitabant, quàm ad nemora, ad ſaltus iter pararent. Vereor intrare hanc ſyluam, vt prodam Principes, qui inter maximas temporum difficultates, quæ vel deſidiſſimos excitarent, hoc ſolum de illis auditur, quòd ſurgunt à conuiuio, & in nemus vadunt. Quòd illis eſt in primis cura ſaltus, vt in eo feræ viuant ad delicias, quando res agitur de populi vita. Quod lugens Pet. Bleſenſ. in tract. de inſtit. Epiſc. ait: *Illud nihilominùs abſurdum, deteſtandúmque dicitur, quòd effracta Eccleſiarum immunitate, & dignitate ſacri Ordinis conculcata, quidam Principes terra de ſola immunitate cogitent ferarum, & hominibus gementibus inter ſeruiles angarias, cerui, capreoli, damæ, & lepores, priuilegio ſumma libertatis exultent.* Planè hoc eſt in mundo deteſtandum abſurdum, quòd conſractis legibus de immunitate Eccleſiæ, ſeu Reipublicæ, peſſundatis, & afflictis populis, leges de cuſtodia nemorum, de ceruorum, damarúmve conſeruatione inuiolabiles ſint. Vt habeant Principes, quo ſe recipiant, vbi venerit temporum difficultas.

Petr.Bleſ. Cromer. Volater. Petr.Bleſ.

§. XIV.

Ira viri ita exardeſcat in reos, vt nihil in ea timoris innocentes habeant.

IRatum Regem videns Aman timet maximè, & ait de illo Textus: *Aman quoque ſurrexit, vt rogaret Eſther Reginam pro anima ſua intellexit enim à Rege ſibi paratum malum.* Tres erant menſæ accumbentes, nimirum, Rex, Eſther, Aman. Rex, audita Eſthere, maximè iraſcitur: Aman ab irato Rege multa ſibi timens, nequit quieſcere; ſed ſurgit defenſorem quæſiturus. Sola Eſther nec ſurgit, nec mouetur ira Regis; ſed ſecura quieſcit. Cur, Eſther, in Regis ira non ſurgis, non turbaris? Nónne in ira potentum ſoleat etiam innocentes timere? Cur tu ſecura es? Quod ego tribuerim maximè Regis irati prudentiæ, qui inter iras, vt reum facit timere, & facit innocentem bona ſperare. Scio ſæpè ſub patrefamilias irato vniuerſos domeſticos tremere, inquietari, nec dilectiſſimam coniugem, nec innocentiſſimã filiam audere ab illo bonũ verbum expectare, ſed omnes eſſe turbatos. Quod prouenit ex nota iræ illius cæcitate, quæ non diſtinguit inter bonos, & malos; ſed dum viget bilis, dum ira exardet, omnes indiſcriminatim peſſum habet. Non ſic ſapientis hominis ira, ſed in maiori ſuo augmento, vt reos perterrefacit, ſic innocentibus præſtat gratiam, & ſecuritatem. Gen. 18 iratus Dominus aduersùs Sodomitas, & cupiens illos perdere, apparuit Abrahæ ſub trium iuuenum ſpecie, hoſpitiũ eius intrat, cibum ſumit, filium promittit, multóſque illis fauores impartitur. Tandem ait: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam, & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint an nõ eſt ita, vt ſciã. Conuerterúntque ſe inde, & abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino.* (Geneſ.18.) Et mirabar ego, quòd inter tot effectus iræ diuinæ qua deſcenderat puniturus Sodomitas, vacaret Deo Abrahæ adeo gratioſus adeſſe, vt nihil ille ſibi timeret, ſed ſecuriſſimus eſſet, & ageret cum Deo. Cur Abraham non magis fugis à Deo, quem audis iratum in Sodomitas? Cur non vereris eſſe iuxta eũ, qui iratus gladium ſtringit, vt ſibi iniurios perdat? Ea eſt ira Dei, quæ licèt maxima appareat, ſciat diſtinguere iuſtos ab iniuſtis, & hos perdere, illis gratiam, & ſecuritatẽ præbere. Vt meritò concinat Claud. Marius lib. [illegible] in Gen.

> *Cúmque indignatio iuſta,*
> *Vltorem ſtimulet, mortales non tamen ille*
> *Reſpuit aſpectus nam, cum damnare pararet*
> *Crimina terrarum, flammiſq; abolere nocentes,*
> *Et nomen, numerumq; Abraham prodidit [illegible]*
> *Illi namque domi Mambre in conualli ſedenti*
> *Tres ſubito apparent augusta luce micantes, &c.* (Marius)

Non equidem ira ſapientiſſimi Dei ſimilis eſt ſtultorum hominum cæcis iris, vt indiſcriminatim feratur, nec dum ira eſt, neſciat niſi irarum effectus parturire. Scit ira prudens ire in reos, & iuſtorum gratiis non paruum locum relinquere. Vt hinc diſcant homines [illegible] ita [illegible], vt ſolis reis metum incutiant, inculpatis autem ſecuritatem efficiant. Dan. 3. locutus de flamma fornacis Babylonicæ ait: *Et erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. [illegible]* (Dan.3.) Statim ſubdit, vt deſcendit Angelus, *& fecit medium fornacis, quaſi ventũ roris flantem,* &c. Itaque flamma erat Chaldæis ignis, roſ iuſtis. De quo ait Theodot. [illegible] de Nat. tom 6. Concilij Epheſini, appe[illegible] c. 2. *Babylonica quoque flamma, quomodo vel tribus facta eſt [illegible] & [illegible] & ambo hæc [illegible] Quia [illegible] tres pueri per hominis [illegible] & flamma fuit qui per hanc exuſti [illegible]* (Theodot.) [illegible] ſapiens à Deo gubernata, & noxia [illegible] erat [illegible] erat ſalutaris.

§. XV

Bona fœmina maritum in ſtudiis, quæ ad Deum poſſunt pertinere, ſequatur.

ITaque ait Textus: *Rex iratus ſurrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus conſitum. Aman quoque ſurrexit, vt rogaret Eſther.* &c. Surrexit Rex, vt intraret in hortũ ſurrexit Aman, vt rogaret Eſther. Sola Eſther non ſurrexit. Et quando ſurrexit Rex, cur & Eſther non ſurrexit poſt illũ? Cur non ſecuta eſt maritum in hortum. In hortum, nemus quemaritus [illegible], non ad Deum: bona autem fœmina in iis ſolis maritum ſequitur, quæ ad Deũ pertinent. Cum de filio habendo poſt annum ex Sara loquerentur Angeli cum Abrahamo, dicit Textus Gen. 18. *Quo audita, Sara riſit poſt oſtium tabernaculi.* Sept. poſuère: *Sara autem audiuit ad oſtium tabernaculi, exiſtens poſt eum.* Poſt quem? Explicatiùs Origenis lectio: *Audiuit autem Sara ſtans poſt oſtium tabernaculi ſui poſt Abraham.* Exierat equidem Sara ab intimo penetrali vſque ad tabernaculi fores; ſed exierat poſt Abraham, nimirum, ſequens maritum. Et quando maritus foras exibat, nimirum, ad ilicetum nemus Mambre, cur neceſſum fuit, vt Sara poſt illum iret vſque ad fores vicinas loco? Ibat maritus ad quercetum miniſtraturus Deo in illis tribus peregrinis, bona autem fœmina in iis, quæ ad Deum pertinent, non potuit non maritum ſequi. (Geneſ.18. Septuag. Orig.)

ſequi. Ait Orig. hom. 4. ſuper Gen. *Diſcant mulieres exemplo Patriarcharum, diſcant, inquam, mulieres ſequi viros ſuos. Neque enim ſine cauſa ſcriptum eſt, quod Sara ſtabat poſt Abraham; ſed, vt attenderetur, quia vir ſi præcedit ad Dominum, ſequi mulier debet. Quod dico ſequi debere mulierem, id eo dico, ſi adſtare virum ſuum videat Deo.* Deus in primis eſt ſpectandus innuptæ, & nec aliud in marito ſectari debet, niſi quod ad Deum pertineat, eiuſque virtutes. Iudith vidua c. 10. exitura ad Holofernem perdendum, patriæ hoſtem, *induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ*: illas ſibi induit veſtes, quibus vſa fuerat coram viuente marito. Et cur ad illas ipſas recurrit? Vt vel in veſtibus priſtini coniugij oſtenderet, ſe nunc exire ad ea ipſa, ad quæ exibat ſequens viuentem maritum, nempe ad ſolum Deum pertinentia. Ait D. Ambroſ. lib. de viduis: *Veſtem iterum iucunditatis, quam viuente viro veſtire ſolebat, induit, quaſi placitura viro, ſi patriam liberaret ſed virum alium videbat, cui placere quærebat, de quo dictum eſt: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt.* Equidem in veſtibus coniugij priſtini reſumptis, vt aduerſus tyrannum procederet, oſtendebat, quàm ſemper viri ſui placita ſequebatur, ſed, quando in viri ſui placitis virum illum diuinum, & maritum animarum noſtrarum ſpectabat. Qui in primis ab omnibus, etiam coniugibus, debet ſpectari. Hinc locutus Dominus de Iſraelitis exeuntibus de Ægypto, ait Exod. 13. *Dominus autem præcedebat eos, ad oſtendendum viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Cur neceſſe fuit, quod Dominus præcederet eos in illis columnis? Nonne ad viam oſtendendam ſuffeciſſent ſolæ columnæ? Cur & Dominus illis ſuperadditur? Hoc fiebat, vt ducerentur, vnum Dominum ſequi in omnibus, ad quæ ſpectamus. Siue mulier ſequatur maritū, ſiue ſeruus quærat libertatem, ſiue Dux expeditiones faciat, in omnibus principaliter Deus eſt ſpectandus. Origen. hom. 4 in Gen. *Præcedebat Deus in columna nubis per noctem, & in columna ignis per diem. Et Synagoga Domini ſequebatur poſt ipſum. Sic ergo intelliga, & Saram ſecutā eſſe, vel ſtetiſſe poſt Abraham.* Et ſi columnæ præcedere videbatur, Synagoga non ibat poſt columnas, ſed Deum ſequebatur, qui in columnis erat: ſic & Sara non tam Abrahamum maritum, quam Deum: ſic vniuerſi in omnibus vnum Deum ſequamur.

Iudith 10.

Ambroſ.

Exod. 13.

Orig.

§. XVI.

Conuiuia efficaciſſima ſunt ad expiſcandos animos, etiam diuinos, vt nobis blandi ſint, duri contrariis.

DIcit adhuc Textus: *Rex iratus ſurrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus conſitum. Aman quoque ſurrexit, vt rogaret Eſther Reginam pro anima ſua: intellexit enim à Rege ſibi paratum malum.* Ecce tibi, quam omnia mutarunt duo conuiuia exhibita ab Eſthere Aſſuero. Placidiſſimum Aſſuerum in Aman reddiderunt iratum, & adeo iratum, vt ab illo iam miſer Aman non niſi mortem ſperaret, à quo tot honores, tot dona ſperauerat & inde res Iudæorum proſperabantur. Quis talia effeciſſet niſi quæ conuiuiis appoſitis nouit animum regalem expiſcari? Et non metuant Iudices, & Principes, & Prælati ſuæ integritati ab eſculentis, & poculentis oblatis? Crede mihi: efficaciſſima ſunt eſculenta, & poculenta oblata ad trahendos animos, quo volueris. Si bonus es, trahes conuiuiis hoſpitis animum, vt faueat bonis, & noceat malis. Tres Angelos excepit quondam conuiuio Abrahamus ſub ilice Mambre, Gen. 18. Quid tunc? Text. ait: *Cùm ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam. & Abraham ſimul gradiebatur deducens eos. Dixitque Dominus: Nū celare potero Abraham, quæ geſturus ſum cùm futurus ſit in gentem magnam, & robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ? Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum.* &c. Surrexerunt ergo viri illi tres à menſa, ſurrexerunt à conuiuio Abrahami, & non ſe continent, quin exprimant ſtatim gratiam ſuam in Abrahamides, & iram in Sodomitas. Quo ſpectans Orig. hom. 4. in Gen. ait: *Quid ergo poſt tantum, ac tale conuiuium, quod Abraham Domino, & Angelis ſub arbore viſione exhibuit?* Origenes conuiuij effectum quærit, quem explicat D. Ambr. l. 1. de Abrah. c. 5. *Datur iuſto benedictionis gratia, & poſteritatis hereditas; offenſo autem peccatorum exponitur. Clamor, inquit, Sodomorum, & Gomorrhæ impletus eſt apud me.* E[illegible]m Angelo[illegible]ani, imo Dominus Angelorum erat, qui conuiuium acceptauit Abrahæ, & poſt conuiuium acceptum, ait: *Num celare potero*, &c. quaſi nihil valeat celare Abrahæ, ſed tam iuſtitiæ opera, quam gratiæ in eius porat manu, omnia illi pãdit. Vt gratus Abrahamidis, vt Sodomitis iratus. Et præſumet homo, quòd non mutabitur, & transferetur totus in conuiuatoris ſui voluntatem? Cant. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbra.* Quippe, vbi lilia cœperunt paſtum dare Deo: nimirum, vbi Maria, & Ioſeph cœperunt paſcere Ieſum, & res vmbrarū nimirum, Synagoga cœpit inclinari, & filij lucis, nempe, Eccleſia cœpit ſurgere. Proh mutatio terribilis! Sed quam fecit paſtus exhibitus Chriſto à Maria. Rupert. ibi ait. *O quàm terribile eſt tempus, quàm venerabile eſt pretium, quod intelligitur in verbis iſtis deſcribitur, inquit, inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbra. Quænā ſunt lilia illa niſi dilectus Ioſeph, & Maria? Verè ambo lilia pro virginalibus nuptiis, & cohabitatione caſtiſſima. Inter hæc modò lilia paſcitur dilectus, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ: comedit Emmanuel butyrum, & mel, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Dicit & nunc: quia clamor Prophetarum ſanguinis quem effuderunt Iudæi, venit ad me, deſcendam*, &c. Qui ſic Iudæos amabat, vt qui tāti æſtimabat Synagogæ vmbras, vbi Chriſtiana virginitas in Maria, & Ioſeph illi cœpit paſtum offerre, totóque affectu animi eſcas ei dare, ſic mutatus eſt, vt transferens gratias in Eccleſiam, ſub flagello diuinæ iræ Iudæos ſinat. Crede mihi: ſi vel ipſum Deum eſcis pauperi exhibitis excipias, ſic illum mutabis de duro in blandum, vt tibi gratias, hoſtibus tuis dira accumulet. Valent equidem eſculenta, & poculenta ad expiſcandos animos, etiam ſeueritatum Iudicum, etiam diuinos, qui mirè afficiuntur ad eos, qui norunt Deo eſcas parare in pauperibus ſuis.

Geneſ. 18.

Orig.

Ambr.

Cant. 4.

Rupert.

§. XVII.

Vel à paruo edulij munuſculo accepto caueat Princeps in ſententiis dandis.

AVdita Eſtheris petitione, & Amani crimine audito ab Eſthere repræſentato in conuiuio: *Rex iratus ſurrexit. & de loco conuiuij intrauit in hortum.* Inter iras excitatas ab Eſthere in Amanum, hoc attendit Rex, vt in primis fugeret locum conuiuij accepti, & inde exiret. Cur ſic fugit conuiuij accepti locum? Meritò fugit locum conuiuij accepti: quia amabat minùs agere cum Amano, quam Eſther poſtulabat, cui cogebatur conſentire per acceptum conuiuium. Dicebat enim Seu. Sulpit. lib. 2. Hiſt. *Tunc Eſther, arrepto tempore, Aman mortem flagitat in vltionem gentis, quam perditam cupiebat. Sed Rex amici memor, paulisper cunctatur, deliberandique gratia medium ſeceſſit.* Vt amabat mitiorem ſententiam ferre in hominem altas amicum ſibi, quam poſtularat Eſther, loco conuiuij ab illa accepti ſeceſſit, ne conuiuij memoria cogeretur ab Eſthere nō diſſentire, etiam contra amiciſſimum ſibi caput: ſic enim vel parui edulij munus animum iudicantium ad ſe trahit. Vt meritò dicat Iſai. c. 33. de homine beato: *Qui excutit manum ſuam ab omni munere. Ab omni*, ait, nullum excludit, etſi parui momenti, & leuidenſe videatur. Rarus enim eſt, quem vel paruum munuſculum non ad ſe trahat. Dicit Pet. Bleſenſ. ſer. 45. *Pauci inueniuntur, quos odor munerum non attineat, & incuruet: ſed beatus qui excutit manum ſuam ab omni munere.* Expende illud *Odor munerum*: quippe vel piſcis accepti odor ſic Iudicem afficit deſiderio placendi muneratori ſuo, vt miraculum ſit, ſi non incuruetur, non flectatur. Pſ. 25. ait: *In quorum manibus iniquitates ſunt, & dextera eorum repleta eſt muneribus.* Vbi dextera ad munus capiendum extenditur, vix fieri poteſt, quòd in iudiciis iniquitas non appareat. Pro quo Bleſenſ. ep. 10. ait: *Peremptorium eſt in Principe, vel auram odorare munerum, vel fauorem quærere perſonarum. Teſte ſiquidem Propheta. In quorum manibus iniquitates ſunt, & dextera eorum repleta eſt muneribus.* Itaque vel aura munerum odorata peremptoria eſt Principis & non erunt peremptoriæ odoriferæ dapes, quæ in conuiuiis dantur? Viuorum, mortuorúmve Iudex Chriſtus Dominus egrediens de hoc mundo illam mortem elegit, qua in Cruce patulas, & extentas manus haberet, quaſi nullo meliùs teſtaretur Iudex ſuam innocentiam, quam ſi patulas manus oſtendat ab omni munere accipiendo alienas. Vt dicat D. Cyprianus oratione de Paſſione: *Dextera, læuáque extenſis, clauis fixis innocentiam demonſtrant.* Sic meus Iudex demonſtra-

Solpit.

Iſaia 33.

Pet. Bleſ.

Pſal. 25.

Pet. Bleſ.

Cyprian.

bat innocentiam, manus extenſas, & patulas figendas clauis præbens, vt quæ ab omni munere accepto vacuæ eſſent.

§. XVIII.

Vbi eſt vera amicitia, etiam longè poſitus amicus noſcitur in bonum.

INſuper Aſſuerus poſt Eſtheris petitionem, & Amani notum factum, *de loco conuiuij intrauit in hortum*, &c. Circa quæ ait Seuer.

Sulpit.

Sulpit. lib. 2. Hiſt. *Rex amici memor, paulisper cunctatus, deliberandique gratia modicum ſeceſſit.* Illud difficile poteſt videri, quod dicatur Rex amici memor, & quòd ab eius afflicti cõſpectu ſeceſſerit, deliberandi gratia. Si amici memor es, cur ab illo ſecedis in afflictione? Cur non magis amas illum in conſpectu habere, vt ſic ſaniùs de illius cauſa agas? Eſſet in Aſſuero vera amicitia cum Amano, & parùm officeret ei, quòd ſecederet ab eo, quod longè abeſſet. Vbi enim vera amicitia eſt, etiam longè poſitus amicus curatur, illiúſque conſulitur malis. Quando Iob in ſterquilinio iacebat, amici eius venerunt,

Iob 2.
Cat. Græc.

vt conſolarentur eum, de quibus ait c. 2. *Cùmque eleuaſſent procul oculos ſuos.* Græcè autem in Cat. legitur: *Videntes eum de longè.* Longe ab illo adhuc erant, & tamen illum videbant, illum præ oculis habebant, vt miſerarentur ei. Nec miror: veri amici tunc erant, needum à vera amicitia hominis declinauerant, & ſic etiam ab illo elongati, non poterant non proſpicere eius calamitati. Ait Orig. lib. 3. in

Orig.

Iob: *Videntes, inquit, illum de longè. Qui? Tres ſodales eius, necdum adhuc immutati, nec præuaricati, ſed cùm eſſent puri videntes eum de longè De longè enim reſpexerunt, & contemplati ſunt, atque viderunt eum.* Dum in illis vera amicitia, & pura durabat, etſi longe eſſent, tamen præ oculis habebant eius neceſſitatem: neſcit enim verus amor oculos ab amico vel abſente ſeparare, vt illius proſpiciat miſeriæ. Diſſipator ille ſubſtantiæ filius de reditu ad patrem cogitabat: & ait

Luc. 2.

Luc. 15. *Cum adhuc longè eſſet, vidit illum pater ſuus, & miſericordia motus*, &c. Equidem longè erat a patre, & longè ab illo erat pater, & nihilominùs illum præ oculis habebat pater, eiúſque vicem miſerabatur. Vnde hoc? Erat purus adhuc, & verus patris amor. Vt dicat Chryſol. ſerm. 2.

Chryſol.

Iacens eſt in patris pectore, ipſe, qui interuenit, & exerat affectus. Sit in pectore affectus, & parũ officit diſtantia loci, & receſſus, quominùs præ oculis amicum habeas, & illi faueas.

§. XIX.

Non omnium eſt ſibi, & aliis ſufficere: quod ſingulare Mariæ eſt.

SVrrexit Aſſuerus vt iret in hortum: Aman autem ſibi malum ſuſpicatus, *Surrexit, vt rogaret Eſther Reginam pro anima ſua*, &c. Dicitur miſer ad Eſther confugiſſe, rogaturus pro anima ſua, nec dicitur Eſther vllũ illi verbum dixiſſe fauorabile. Nec miror: eò enim erat tunc Eſther intenta, vt pro ſe, & pro populo ſuo oraret; nec vacabat illi pro aliis orare: nõ enim omnium eſt ſufficere ſibi, & aliis. Matth. 25. dicebant virgines virginibus: *Date nobis de oleo

Matth. 25.

veſtro: quia lampades noſtræ extinguuntur.* In tanto diſcrimine virgines ad prudentiſſimas confugiunt virgines, vt ea illis remedium olei habeant. Quid ad hæc prudentes virgines? Aiunt: *Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis ite potiùs ad vendentes*, &c. Cur virgines adeò ſtrictæ ſunt cum ſororibus ſuis, vt nullam eis faciant olei gratiam? Orig. hom. 32. in Matth. ait: *Vt intelligant, quòd non omnium habentium oleum eſt, etiam dare ex eo volentibus aliis; ſed eorum tantummodo, qui ad hoc ipſum poſiti ſunt*, &c. Vnuſquiſque habet

Orig.

donum a Deo, hic vt ſibi, ſuiſque proſpiciat; ille, vt ſibi, & ſuis, & aliis etiam extraneis. Non quiſque ſufficit ſibi, & aliis: ſed ille, qui ad hoc per Deum vocatur. Eſther poſita erat in regno, vt ſuis proſpiceret, non extraneis: Maria cœlorum Regina, hoc habet: vt non ſolùm pro ſuis, ſed etiã pro omnibus valeat. Dicit ad Mariam Angelus Luc. 1. *Aue gratia plena.* Circa quæ pulchrè, & doctè Hugo Victorinus

Luc. 1.
Hug. Vict.

collat. 3 de Verbo incarnato, ait *Gratia plena, Maria, in tantum plena, vt ex tuo redundante ſatus hauriat mundus. Si enim prudentes virgines oleum acceperunt in vaſis; tu, tu, prudentiſſima Virgo, non vnum tantùm vas habuiſti oleo gratia repletum, quo lampadem tuam inextinguibiliter ardentem nutrires, ſed aliud geſtaſti vas redundans, & indeficiens, ex quo, effuſo oleo miſeris, & aridis, omnium lampades illuminares. Prudens ergo fuiſti, vt tibi prouideres, nec timida, vt aliis ſubuenires.* Sic ſibi. Vt pateat, quàm ſibi, & omnibus Maria fuerit nata. Pſalm. 59.

Pſal. 59.

Moab, olla ſpei meæ. Alij legunt: *Moab, aula ſpei meæ.* Siue Moab olla, ſiue aula dicatur, manifeſtè oſtenditur non ſibi vni ſufficere, ſed & aliis abundare. Olla enim carnibus plena, illas aliis effundit, necnon & aula totius regni negotiis vacat. Sed in quo Moab eſt tam proficua aliis? In Maria, quæ vt à Moabite auia deſcendit, ſic Moab nuncupatur, quæ non vni ſibi, ſed mũdo effudit ſalutis gratiam. Vt dicat D. Amb. de inſtit. c. 12. *Maria aula regalis eſt Vir-*

Ambroſ.

go, quæ non eſt viro ſubdita, ſed Deo. Eſt & olla vterus Mariæ, quæ ſpiritu feruentis, qui ſuperuenit in eam, replenti orbem terrarũ, cũ peperit Saluatorem Sic ſpiritus feruẽs fecit feruere Mariã, vt & gratia eius ſupereffluerent ad ſalutem vniuerſi mundi.

§. XX.

Externis ſplendoribus aſſuetus maximè in domeſticis ſolet errare.

IAcebat Aman ſupplex in ſtratu Eſtheris, rogaturus pro anima, dum Rex aberat: *Qui cùm reuerſus eſſet de horto arboribus conſito, & intraſſet conuiuij locum, reperit Aman ſuper lectum corruiſſe, in quo iacebat Eſther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere, me præſente, in domo mea.* Quid ſtultius? Quid inſanius? Homo accuſatione Reginæ perterritus, metu exanimatus, humi deiectus pro obtinenda miſericordia à Regina, creditur ad Reginæ concubitum ruere in aulicorum omnium conſpectu. Et figuratur Regi, quaſi inter tot diſcrimina auderet publicum adulterium patrare in ipſa aula. Vnde tam ſtulto errore potuit corripi mens regalis? Textus indicat cauſam aiens: *Cùm reuerſus eſſet de horto arboribus conſito.* Veniebat Rex de externis deliciis horti, eiúſque aſſuetus pulcherrimis floribus, lucidiſſimis arborum campis, domi vehementer errabat. Frequentiſſimum enim eſt, quòd qui de externis ſplendoribus venit, domi erret, & offendat. Et ſæpe videmus homines externis ſplendoribus feliciſſimè ſe dare; in domeſticis autem turpiſſimè errare. Gen. 25. ait: *Coxit Iacob pulmentum ad quem cùm

Geneſ. 25.

veniſſet Eſau de agro laſſus ait: Da mihi de coctione hac rufa.* Nec ſolùm petijt coctionẽ illam, ſed pro illa primogenituram vendidit. Mirabar, quòd lentis coctio tanti fuiſſet apud Eſau, quòd pro illa primogenituram daret. Quis non videat, maximum ibi fuiſſe errorem circa æſtimationem coctionis? Et vnde tantus error ortum habuit. Ait Text. *Cùm veniſſet Eſau de agro* De lucidis externorũ actionibus veniebat: ne miremur, quòd in domeſticis erraret. Pet. Damian. opuſc. 12. de contempt. ſæc. c. 21. ait: *Actionum*

Damian.

ſæcularium fumo ſuffuſi oculos reddunt, atque ideircò propriis liminibus redditi, vbi pedem operis ponere debeant, non attendunt. Quod profectò Eſau patenter oſtendit, qui de agro rediens damnoſum valdè pepigit cum fratre commercium, magnum primogenitorum decus vili parua lenticulæ coctione diſtraxit. Sic nimirum, exterioribus deditis, &c. Expende: *Actionum ſæcularium fumo ſuffuſi oculos*, &c. Dicendum planè, actionum ſæcularium luce, ſeu ſplendore ſuffuſi oculos reddere; in eo enim euidenter vis comparationis apparet: quia, cùm quis à lucidiſſimo, ſplendidiſſimóque Sole intrat cubiculũ, nihil videt, in omnibus errat, & vel in leuiſſimum calculũ offendit: ſic, qui ſæcularium lucidis actionibus, ſplendentibus gloriis intendit, dum ad domeſtica venit, in iis vehementiſſimè ſolet errare. Vel lẽticula illa quaſi diues, & glorioſa primogenitura figurabitur. Quò refero illud Iobi c. 18.

Iob 18.

vbi locutus de impio ait: *Lux obtenebreſcet in tabernaculo ipſius.* & Sept. legunt: *Lux eius, tenebræ in domo.* quippe quò

Septuag.

lucidioribus externis operibus fuerit intentus, rediens ad domum omnia tenebroſa inuenit, & plena offenſionibus, expoſita erroribus. Rem in vno Herode expendit Egeſip.

Egeſipp.

lib. 1. c. 45. fatus: *Vtinam tã domeſtico vſus fuiſſet, quàm publicis lætus ſucceſſibus, nanque ita foris ſecundo ei res aſpirauerunt, vt priuatus in regnum aſciſceretur, eóque per multa vſus annorum curricula, relinquens liberis imperij ſucceſſionem, quam ipſi à ſuis non acceperat: ſed intra domum infeliciſſimus, quam acerbo ſuorũ ſanguine, & luctu repleuit.* Intẽtus externis ſæculi gloriis obtinendis ſic felix fuit, vt ſub regio ſplẽdore diu luceret, regnúmque ſuis reliquerit: at in domeſticis infeliciſſimus fuit, in nullo non errauit, honeſtiſſimam coniugem Mariamne fallaciſſimo, leuiſſimo indicio vt adulteram credidit, repentina rabie occidit, perduellem filium in d[illegible] tis habuit, fidiſſimos autẽ nullo argumento tyrannidis mo[illegible]tis

dedit

dedit. Sicque qui foris omnia feliciter egit, donec veniret ad regnum in nullo non errauit circa domeſtica.

§. XXI.

Crucis vel vmbra, vel veſtigium populo Dei ſalutare.

NOn otioſè Textus inculcat, quod venerit Aſſuerus de horto arboribus conſito: ait enim Textus: *Qui cum reuerſus eſſet de horto arboribus conſito*, &c. Sed & poſt auditam Eſtheris petitionem dicit, *Rex autem iratus . . . intrauit in hortum arboribus conſitum.* Ad hiſtoriam ſuffeciſſet dicere, quod intrauit in hortum, & quod reuertiſſet de horto, cur adeò curauit Scriptor explicare hortum fuiſſe arboribus conſitum; vt nec ſemel memoret hortum, quin addat ſtatim arboribus conſitum? Cur tanta anxietas in notandis arboribus horti? Volebat diuinus Spiritus oſtendere, illum Regis ingreſſum ad hortos, & regreſſum ab hortis non poſſe non eſſe auſpicatum Dei populo, ideo memorabat hortum eſſe arboribus conſitum: vt enim in arbore Crucis dominicæ vmbra erat, ſic quod inde exiret, populo Dei in vitam, & ſalutem auſpicatum foret. Vbi eſt Crucis vel vmbra, vel veſtigium, de quo auſpicium non ſumat vita, & ſalus hominis? De hominis cadauere ad ſepulcrum deducto locutus Paul. 1. ad Co-
1. Cor. 15. rinth. 15 ait: *Seminatur in infirmitate, ſurgit in virtute.* Ad infirmitatem pertinet, quòd hominis mortui corpus reponatur in foſſa humo, in terræ ſepulcro: at, quòd inde redituus ſurgat, hoc de aliqua ſuperiore virtute Dei venit, nimirum, de virtute Crucis, quando Crux abſolutè vocatur Dei virtus [illegible] virtus Crucis operatur in ſepulcris, vt [illegible] de humo ſes habeant [illegible] ſurgendi in vitam. Ex quo [illegible] Chriſti Domini [illegible] in ſe crucifixi Corpus, inde cætera omnia ſepulcra imbiberunt in ſe eam crucifixi [illegible] vmbram, ex qua non poteſt non venire populo Dei auſpicium æternæ vitæ, & ſalutis. Prudent. in hymno de [illegible] Sancti [illegible] Martyris ait:

Prudent.

Hinc nos & ipſum non perire credimus
Corpus ſepulcro, quod vorandum traditur:
Quia Chriſtum in ſe mortuum Corpus Cruce
Secum extra [illegible] vexit ad ſolium Patris.

Ex quo enim Corpus Chriſti mortuum Cruce in ſepulcro iacuit, & inde tranſit in vitam, iam nullum in ſepulcro corpus perire creditur; ſed de relictis ibi crucifixi veſtigiis omnes auſpicium vitæ habemus, quo in ſalutem reſurgamus. Quando enim à Crucis vmbra non refrige-
Cant. 2. rium, & vita, & ſalus? Cant. 2. *Sicut malum inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios, ſub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi.* Et cur non magis in tantæ arboris brachiis ſedere amabat? Sufficiebat vel Crucis vmbra, vt refrigerium, & protectionem vitæ daret. Vt dicat Honor. *Arbor*
Honor. *vitæ, ſcilicet, malus eſt Crux, fructus eius Chriſtus, vmbra intelligitur refrigerium humani generis.* Et merito totum refrigerium humanæ ſalutis intelligitur vel per vmbram arboris Crucis. Mulier illa Sareptana 3 Reg. 17. dicebat Eliæ: *En*
3 Reg. 17. *colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Et ea quæ ait D. Aug. lib. 12.
Auguſt. contra Fauſt. c. 34. *Quia duo ligna Crucem portant quærebat moritura, vnde ſemper eſſet victura.* Poſt duorum lignorum collectionem, & cibi præparationem, mortem expectabat: at quia in lignis illis Crux adumbrabatur, non mortem, ſed vitam inuenit.

§. XXII.

Sapientia mundialis minor eſt ſapientia Crucis ad ſeruandum populum Dei.

POſt petitionem Eſtheris de vita populi Iudaici, de perditione Amani, Rex iratus *intrauit hortum arboribus conſitum*, quaſi [illegible] ſententiam deliberaturus, & poſt paululum, *cum reuerſus eſſet de horto arboribus conſito.* Solent Principes in ſententiarum deliberatione ad ſapientum conuentum [illegible], & de conuentu Sapientum venire ad [illegible]. Aſſuerus autem in deliberatione tantæ [illegible] ſalutis populi Hebræorum, & Amani ſupplicio non [illegible] ſapientes [illegible] git, ſed ad arbores horti, nec [illegible] ſententiam [illegible] dit de conuentu Sapientum, [illegible] cur non magis de Sapientum calculo, [illegible] um con[illegible] ectu venit Aſſuerus, vt

Bozza de Chriſto ſign. [illegible] om. VI.

annuat Eſtheris petitioni? Vt in liberatione illa temporali populi Iudaici exprimeretur futura liberatio æterna humani generis, ſic prouiſum eſt à Deo, quod non veniret à ſæcularibus Sapientibus, ſed ab arborum conſpectu qui ſententiam daret liberationis. In re enim liberandi, ſaluandique homines minor eſt ſapientia mundialis, quam ſapientia, quæ inſpiratur ab arbore Crucis Saluatoris noſtri. D. Paul. 1. ad Corinth. 1. ait: *Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum.* Itaque quærentibus Græcis ſapientiam, prædicatur illis Chriſtus crucifixus. Et quid Crux cum ſapientia Græcorum? Equidem ad ſeruandum homines maior eſt ſapientia Crucis, quam ſapientia Græcorum. D. 1. Cor. 1.
Athanaſ. q. 128 ait: *Sapientes, & Philoſophi etiam præſtantiores, inaniter multum laborarunt, & occupati fuerunt nec quidquam boni bene, rectèque egerunt. Crux verò, quam illi ſtultitiam reputarunt, mundum ſeruauit, & propterea omnes excellit ſapientia, eo quòd tanta bona operata ſit.* Itaque, quod nullus mundialis ſapiens fecit circa homines morti obnoxios liberandos, hoc per Crucis Dominicæ ſapientiam factum eſt, vt in liberandis hominibus præſtantior Crucis ſapientia appareat omni ſapientia mundiali. Nota eſt hiſtoria Exod. Athanaſ.
7. vbi Aaronis virga conuerſa fuit in ſerpentem, ſimiliter & Magorum virgæ in ſerpentes conuertebantur; ſed *deuorauit virga Aaron virgas eorum.* quippe virga Aaron ſerpens factus deuorauit ſerpentes factos ex virgis Magorum. Et quid eſt, quòd ſerpentes ex virgis Magorum facti deuorentur à ſerpente virgæ Aaronicæ? In ſerpentis ſymbolo ſapientia, vue prudentia monſtratur, & per verbum Crucis ea ſapientia oſtenſa eſt mundo, quæ omnes mundiales ſapientias voraret. Orig. ibi ait: *Quod autem virga proiecta ſit draco, vel ſerpens, & deuorat Magorum ſerpentes, ſerpentem per [illegible] ſapientiam [illegible] euangelicus [illegible] dicit. Eſtote prudentes, ſicut [illegible] ſerpentes. Crux ergo Chriſti, cuius prædicatio ſtultitia videbatur [illegible], Crux, poſtquam in terram proiecta eſt, [illegible] ad crudelitatem, & fidem hominum venit, conuerſa eſt in ſapientiam, & tantam ſapientiam, quæ omnem huius mundi ſapientium deuoraret.* Abſorpta equidem manet mundi ſapientia, poſtquam ſapientia per verbum Crucis in mundum intrauit, quâ homines in ſalutem vadunt. Exod. 7. Orig.

§. XXIII.

Per virtutem Crucis qui putabatur amicus, verus hoſtis cognoſcitur.

ILlud tandem notandũ, quod ait Text. *Cum reuerſus eſſet de horto arboribus conſito, & intraſſet conuiuii locum, reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe, in quo iacebat Eſther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere*, &c. Ecce tibi, qui amicus Regis dicebatur, qui [illegible] gratiosſiſimus videbatur, & ob quem omnia faciebat: modò adeo horribilis oſtenditur, ſi Regi, vt in re execrabiliſſima perduellis, & hoſtis appareat. Vnde Rex potuit putare tam hoſtile facinus eſſe in Amano, in quo antea credebat tot eſſe gratias? Textus ait: *Cum reuerſus eſſet de horto arboribus conſito.* Veniebat Rex ab arbore, in qua Crucis Dominicæ arboris virtus repræſentabatur. Eſt autem [illegible] Crucis arboris propriiſſima hæc virtus, quòd, qui vere inimici, & hoſtes noſtri ſunt, apparere faciat. Dicebat ad hæc D. Athanaſ. orat. contra Idola in principio: *Per Crucis aduentum omnis ſimulacrorum cultus ſubmotus eſt, omnisque Dæmonum præſtigia hoc ſigno propelluntur, ſolusque Chriſtus in veneratione eſt.* Quippe antiquitùs [illegible] Dæmon deludebat oculos mortalium, vt vitioſorum nocentiſſimorum ſimulacra amiciſſimi Diui haberentur. In Venere voluptas, vt Dea [illegible] culebatur, in Mercurio furtum, in Saturno parricidium, homicidia in Marte. Sic decipiebantur oculi mortalium ad vana idola, vt crederent Deos, cui peſtes erant, & corporum, & animarum. Sola virtus horrenda erat, & fugienda credebatur. Poſt aduentum autem Crucis, poſtquam homines cœperunt ſub hoc arbore deambulare, omnia Dæmonum præſtigia auolarũt, & res, ſicuti ſunt, apparere cœperunt: hic vitia non Dij metuendi, aut colendi, ſed veri, & lethales hoſtes apparuerunt, virtus autem non fugienda, ſed amanda. Exod. 7. *Tulit Aaron virgam coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum. Vocauit autem Pharao ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam ſimiliter. Proieceruntque ſinguli virgas* Athanaſ. Exod. 7.

ſuas,

ſunt, quæ verſæ ſunt in dracones, ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Per virtutem diuinam virga Aaron in ſerpentem fuit mutata, ſed & Magorum virgæ incantationibus, & præſtigijs Dæmonum in ſerpentes etiam mutabantur. Circa quæ eſt celebris Patrum quæſtio, an ſerpentes facti ex Magorum virgis fuerint veri ſerpentes? Quod negant aliqui credentes, ſerpentes illos à Magis factos, non fuiſſe ſerpentes in rei veritate, ſed in apparentia: Dæmon enim præſtigijs ſuis faciebat, vt in oculis hominum apparerent ſerpentes, qui minimè ſerpentes erant, ſed tantùm virgæ ligneæ. Quid tunc? *Deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Acceſſit virtus diuiniſſimæ virgæ, & tulit Dæmonis præſtigias ab oculis mortalium, & nihil eorum, quæ ante apparebant, videbantur, ſed prorſus contraria. In quo tota crucifixi œconomia exprimebatur: qui enim Dij habebantur, & colebantur, & metuebantur ob præſtigias Diaboli, ablatis iis præſtigiis per virtutem Crucis, nocentiſſimi hoſtes apparuerunt generis humani. Ait Rupert. lib. 1. in Exod. c. 3. *Virga Aaron deuorauit virgas eorum. Et verè: illæ enim virgæ erant quod fuerant; ſed per incantationes, & arcana quædam faſcinauerant Magi oculos hominum, vt virgæ viderentur in ſpeciem habere draconum. Deuorari ergo & non deuorare potuerunt, quæ deuoratrices eſſe videbantur, & non erant. Porrò virgæ Magorum fallacia ſunt Dæmonum, qui ſe pro Dijs coli fecerunt. At illos ſcilicet, ſermo Dei carne indutus Deos gentium Dæmonia eſſe conuincit.* Proh dominicæ virgæ efficaciam! Dij gentium præſtigijs Dæmonum terribilia, & venerabilia Numina credebantur, à quibus homines, & timebant ſupplicium, & venerationem illis impendebant: ſed per virtutem Crucis ablatis præſtigijs apparuerunt Numina illa non potentia caſtigare, ſed ipſa caſtigata, apparuerunt Dij gentium non habere Deitatem hominibus fauorabilem, ſed eſſe Dæmonia crudelia. Apparuerunt vitia non amica, ſed maximè inimica hominis, voluptates non ad delicias, ſed extremam perditionem natæ.

Rupert.

Eſther 7. Nec dum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius. Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui ſtabat in miniſterio Regis: En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit Rex: Appendite eum in eo. Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo: & Regis ira quieuit.

§. XXIV.

Zelotypiæ affectus miſereri neſcit, nec cunctari in vindicta.

EXpende illa: *Nec dum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius:* id eſt, illum morti adiudicarunt. Sed multa anteà dixerat Eſther in Aman, ex quibus maximè iratum ſe Rex exhibuerat, adeò, vt ipſe Aman imminens ſibi malum videns ſurrexerit, vt rogaret Reginam. Nec vllus miniſtrorum ei aliquid mali dixit, ſed omnes permittunt, quod roget pro anima ſua. Cur modo tam præcipites inueniuntur, vt eum morti obeundæ diſponant? dicitur enim: *Nec dum verbū de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius?* Cur, qui viſo irato Rege, audita Regina de populo ſuo per Aman trucidando, nihil faciunt, modò audito Rege cōtra Aman, illicò aduolant, vt hominem diſponant ſupplicio? Modò Rex in Reginæ oppreſſione credita per Amanum intētata, affectu agebatur zelotypiæ, vt noſter Salianus notat ibi, à quo affectu, nec miſericordia ſpectatur, nec toleratur mora vindictæ. Sic præceps, ſic durus eſt ad vindictā affectus zelotypiæ.

Salian.

Oſea. 1.

Oſeæ 1. ait Dominus: *Vade, & ſume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationum quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Et abijt, & accepit Gomer, filiam Debelaim, & concepit, & peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen eius, Iezrahel, quia adhuc modicū, & viſitabo ſāguinem Iezrahel ſupra domum Iehu, & quieſcere faciam regnum domus Iſraël.* Propheta proponitur in primis nuptijs cum muliere fornicaria, quo exprimebantur nuptiæ Dei cum populo ſuo Iſraël: erat enim ille populus Dei ſponſa, ſed ſponſa adultera. Et ideo oſtendit Deus quam ſeuerè caſtigaturus erat Iſraëlitas. Et cur neceſſum eſt præmitti nuptias illas cum muliere adultera, ad hoc vt oſtendatur Deus Iſraëlitas caſtigaturus? Ait Ruffinus ibi: *Quia imaginem, nimirum, & magnitudinem charitatis erga pios, & vehementiam ſeueritatis, qua hoſtes impios proſequatur, expreſſit: quia non ſolum ſicut cenſor, aut Iudex, ſed quaſi fremens ad vindicandum maritus inſurgat.* Equidem vt exprimeret vehementiam ſeueritatis, qua caſtigaturus erat Iſraëlitas, habitum ſumpſit mariti, qui in adulterum excandeſcit. Poſſet enim à cenſore, ſiue Iudice, ſperari venia, aut ſaltem dilatio ſupplicij: at à marito offenſo, quæ venia aut dilatio ſperetur? Exod. 20. nonum præceptum Decalogi vetat deſiderari *vxorem proximi:* & Exod. 10. in caſtigatione Ægypti per duriſſimas plagas proponuntur nona loco denſiſſimæ tenebræ: ait enim Textus: *Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti.* Compone modò nonam plagam cum nono præcepto, vt videas, quàm horrendus hic zelotypiæ affectus. Circa quæ D. Auguſt. ſer. 105. de tempore ait: *Nonum præceptum, Non concupiſces vxorem proximi tui. nona plaga, denſa tenebra. Verè denſa ſunt tenebræ. Nihil enim ſic dolet in corde patientis, quomodo ſi vxor illius appetatur. Alia mala ſolent homines patienter excipere: hoc autem neſcio, vtrùm inuenire poſſis qui patienter ferat. O quàm denſas tenebras patiuntur, qui talia faciunt! Verè exitiumque furore horribili. Furor enim indomitus eſt.* &c. Sic ibi. Vt videas quàm vana ſperetur vlla remedio ex eo, qui laborat zelotypia.

Ruffin.

Exod. 10. & 20.

Auguſt.

§. XXV.

Mali expectatio quaſi ipſum malum videtur intuliſſe.

ET illud ait Text. *Statim operuerunt faciem eius.* Opertione illa capitis oſtendebatur morti addictū, vt aiunt Serar. noſter, Sanch. & alij. Et cur velatur caput iam morituri, niſi vt oſtendatur & mortuus, ex quo eſt in expectatione certam duræ? Equidem ſolet mali expectatio, & ipſum malum iam videri intuliſſe. Clamauerat quondam Ionas c. 3. *Adhuc quadraginta dies ſunt, & Niniue ſubuertetur.* Tranſierunt autem dies, & minimè ſubuerſa eſt Niniue, nec Niniuitæ effectiuam deſtructionem viderunt. Fallax ergo fuit illa prophetia? Abſit: imò veriſſima: ex quo enim Niniuitæ tantam calamitatē cœperunt expectare, & mortui iam, & ſubuerſi apparuerunt. Ait D. Ephrem ſer. in Ionam: Iuſtus longè ſtetit, proſpiciens, ac metuens, ne ſorte mendax deprehenderetur. & eadem hora, qua ipſe id ſperabat, ciuitas à morte liberata eſt. Nam Deus pro infinita ſua bonitate reſpiciens ipſorum lacrymas, miſericordia in eos motus eſt. *Et licet non fuerunt mortui, mala tamen mortis expectatione iam antea mortui erant. Adeò enim omnia erant eis ſecta periculorum comminatione, vt velut vmbræ viderentur.* Ecce ibi, vt ex eo, quòd malam mortem expectabant, iam mortui ab Ephræmo credebantur. Nec multùm ab hoc differt D. Luc. c. 21. dicens: *Erunt ſigna in Sole, Luna, & ſtellis, & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum, areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo Orbi.* Expende illa: *Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione.* Malorum enim expectatio humorem vitæ auferebat hominibus, & illos mortuorum ariditati aſſimilabat. Vt dicat ibi Beda: *Tunc itaque ſuperuenientia vniuerſo Orbi timore & expectatione deflectis examinis, multi, qui in hoc mundo florere videbantur, tūm ſe ſine fructu conſpexerunt, areſcent.* Ita eſt expectatio mali, quæ faciat caſum.

Serar. Sanch.

Ione 3.

Ephrem.

Luc. 21.

Beda.

§. XXVI.

Lethaliſſimum homini, quòd nullum habeat locum confeſſionis faciendæ.

TAntùm Aſſuerus facinus Amani publicarat, & miniſtri eius aduolant, vt hominis faciem operiant, dicente Text. *Nec dum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius.* Operuerunt equidem faciem eius ſtatim, nec vllum locum dederunt, vt verbum diceret aut confeſſionis

confeſſionis faceret. Quanta hæc miniſtrorum crudelitas? Equidem nihil magis tremendum accidere poteſt homini Chriſtiano, quam ſi in eam calamitatem veniat, in qua ſic eius operiatur facies, & os, vt nullum valeat verbum confeſſionis proferre. Hanc calamitatem extimeſcebat ſingulariter Dauid, cùm dicebat Pſal. 68. *Pſal. 68.* *Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* Et qui puteus claudit ſuper nos os ſuum, niſi profunda iniquitas, quando nos in eam calamitatem proiicit, in qua os noſtrum clauditur, ne poſſit confiteri? Ait D. Auguſt. ibi: *Auguſt.* *Magnus eſt puteus profunditas iniquitatis humanæ. Illud quiſque ſi ceciderit, in altum cadit. Sed tamen ibi poſitus, ſi confiteatur peccata ſua Deo, non ſuper eum claudit puteus os ſuum.: Si autem factum fuerit in illo, quòd Scriptura dicit: Peccator, cùm venerit in profundum malorum, contemnet: clauſit ſuper eum puteus os ſuum. Quare clauſit os ſuum? Quia clauſit os illius. Perdidit enim confeſſionem verè mortuus eſt. Metuenda iſta res eſt vehementer, Fratres. Amiſſa confeſſione, non erit locus miſericordiæ.* Hoc vehementer eſt timendum malum, quòd os operiatur, quòd os claudatur, ne fiat confeſſio: inde enim ineuitabilia omnia mala veniunt. Quæ non difficilè vitarentur, ſi os ad confeſſionem pateret. Concubuerat Thamar cum ſocero ſuo Iuda Geneſ. 38. & poſt concubitum dicitur de Iuda, *Geneſ. 38.* *Miſit autem Iudas hœdum per paſtorem ſuum Odollamitem. qui cùm non inueniſſet eam, &c.* Sapienter peccati merces hœdus fuerat, & reprobationem, & perditionem extremam exprimebat. At cum hœdus mittitur, in quo & peccatum, & merces proponebatur mulieri, illa minimè comparuit, nec inuenta eſt. Et cur auariſſimum genus mulieri non comparuit, ſaltem vt hœdum acciperet? Credit D. Auguſt. ibi ſignificatum myſterium Eccleſiæ, quæ peccatrix cùm fuiſſet, & quæreretur, vt acciperet peccati mercedem in reprobatione æterna, non inuenta eſt, vt quæ per confeſſionem a tantis malis receſſerat. Ait D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 86. *Auguſt.* *Mittitur promiſſus hœdus tanquàm meretrici, hœdus exprobratio peccati, per Odollamitem, tanquam increpantem. Sed non eam inuenit peccati exprobratio, quam mutauit confeſſionis amaritudo.* Vbi apertum fuit os ad confeſſionem faciendam, nullum manſit malum, quod non fugeretur. Sola opertio oris, ne confiteantur, lethaliſſima, & ineuitabilia mala poteſt afferre.

§. XXVII.

Altis dignitatum culminibus improuiſus caſus non venit.

Miniſtri ergo Aſſueri *ſtatim operuerũt faciem eius.* Operuerunt, inquam, faciem Amani nihil dicentis, nec ad tam ſubditam mutationem exclamantis, aut gementis. Et cur in tam inopinatis caſibus non proponitur Amanus, vt ſtupuerit, vt clamauerit? Equidem homini palatino, aulicis fauoribus eleuato, ſublimibúſque dignitatibus potito nullus caſus eſt improuiſus: ſunt enim ſemper culmina admonitoria ruinæ. Matth. 4. poſt omnia mundi regna oſtenta dicebat Satanas: *Matth. 4.* *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me.* Et regna offert, & inter offerendum, caſum meminit, dum ait, *Si cadens adoraueris me.* Et cur improbè non magis caſum celas? Cur vel caſus ſuſpicionem non tollis? Regalia culmina offerebat, mundiales altitudines, quæ vt ſunt ruinæ monitoria, ſic in illis caſus improuiſus venire nequit. Ait D. Cyprian. orat. de ieiunio, & tentat. *Cyprian.* *Pretium, quod petitur, Diabolum vt adores proſtratus, & eum tibi Deum conſtituas, quem non dubitas ſeductorem: ſi conſenſeris, vt concedas, caſus tui te non potes excuſare improuidum, cùm ipſo tibi caſum, & ruinam pronominet, & præcipitium exigat, qui tanti ſe fuerit mundinatorem culminis, & tanta tibi promittit faſtigia dignitatis.* Expende illa: *Caſus tui te non potes excuſare improuidum, &c.* quippe adeò culmina vniuerſa ruinas ſibi habent familiares, & crebras, vt nullus, qui per culmina ambulet dignitatum, & gloriarum mundialium, non præ oculis habeat frequentiſſimos caſus, quorum ſic vndique præuenitur rumoribus, vt nunquam improuidus ad ruinam peruenire videatur. De iis dicebat Pſalm. 9. *Pſal. 9.* *Periit memoria eorum cum ſonitu.* Quid eſt cum ſonitu? Id eſt, quòd nunquam ad perditionem venient, de qua antea non audiant, & notam, & auditam excipiant. De Dathan, & Abiron locutus Textus, vt culmina ſacerdotij ambiuerint, ſtatim ait Num. 16. *Diſrupta eſt terra ſub pedibus eorum:: deſcenderúntque viui in Infernum operti humo. Quid, deſcenderunt viui?* Id eſt, non in caſum improuiſum; ſed in notum ſibi caſum deuenerunt. *Num. 16.* Quam pœnam ad alios ſimiles honorum ambitores detorquens Petrus Dam. lib. 7. epiſt. 1. ait: *Dathan, atque Abiron, atque Core ad memoriam reuocent, & ex eorum perditionibus colligant, quis finis etiam ſe, qui non diſſimilia ſectantur, expectet. Quamobrem, ſicut illos vtique viuentes terra deglutiit; ſic iſti prudentes, & ſcientes merguntur in Tartarum.* *Damian.* Expende illud: *Prudentes, & ſcientes, &c.* quippe de ambitioſis mundialium gloriarum culminibus, non venit ruina in improuiſos, ſed in ſcientes, & noſcentes, & videntes ipſam. Hinc Iſaias ait de ambitioſiſſimo illo: *Dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis:: Veruntamen ad Infernum detraheris, ad profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur.* *Iſaia 14.* D. Cyprian. epiſt. 55. legit hæc vltima: *Qui videbunt te, mirabuntur ſuper te.* *Cyprian.* In tanta ambitioſi ruina, & tam miſera ſolt dicuntur mirari, qui illam vident, non qui illam patitur. Et quando videntes mirantur tam ſubitum caſum a tot culminibus, cur non magis dicitur mirari, & ſtupeſcere ille, qui patitur? Solùm quod inopinatum, & improuiſum eſt, admirationem cauſat: ruina autem, & caſus non improuiſè, nec inopinatè venit in eos, qui inter culmina ambulabant, & ideò de illa tanquàm de re nota non mirantur.

§. XXVIII.

Impius in ſuis habet, quo pereat.

Vt morti deſtinatum Amanum vidit Harbona, vnus de eunuchis Regis, dixit: *En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, &c.* Indignabat enim vbi promptius eſſet lignum, quo Aman perderetur, neque, in domo eius erat. Et quidem qui impietate excellent, non in longinquis, ſed in ſuis habent, quo pereant. Cùm Angelus Domini percuſſiſſet exercitum Sennacherib, 4 Reg. 19. ipſe Sennacherib euaſit gladium Angeli, & veniens habitauit in Niniue. *Et cùm adoraret in templo Neſroch, Deum ſuum, Adramelech, & Saraſar filij eius percuſſerunt eum gladio.* *4 Reg. 19.* Et quando Angelus caſtigaturus blaſphemum Sennacherib veniebat, cur percutiens eius exercitum permiſit, vt Sennacherib euaderet, & ſe in ſua reciperet? Cur magis voluit ferire milites, quàm Regem, cuius maior erat culpa? Vt Rex nocentior erat, ſic Angelus ab eius percuſſione deſtitit, vt qui in domo ſua haberet, per quos periret, vt de facto periit percuſſus à filiis. Ait Gloſſa in Iſaiam. cap. 37. *Sennacherib nequior populo ſuo in hoc oſtenſus, quòd non in terra non ſua ab Angelo percuſſus; ſed ad gloriam Dei reſeruatus à filiis in templo Dei ſui occidendus.* *Gloſſ.* In hoc oſtẽdebatur iſte, quàm nequior eſſet populo ſuo, quòd in terra Iſraelitarum, ſed in terra ſua, à proprijs filiis fuerit occiſus. Tales enim, non in externis ſolùm; ſed in ſuis habent, quo debeant perire. Hinc Ezech. 28. dicebat Dominus Principi Tyri: *Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te.* *Ezech. 28.* Non de cælo, nec aliunde ignem vocaturum ſe dicit, vt perdat Tyrum, ſed de medio eius, de domo eius, vel de viſceribus illius: habet enim ſemper impius in ſuis, quo pereat. Pro quo ait D. Chryſoſt. in Pſal. 9. *Improbo homini nihil eſt imbecillius, proprijs armis capitur, quemadmodum ferrum à rubigine, & lana à tinea.* *Chryſoſt.* Vt ferrum rubiginem, & lanea tineam ex ſe in ſe producunt, quibus & perduntur, ſic impij in ſuis habent, quibus perdantur. De quibus dicebat Iſaias cap. 50. *Ite in lumine ignis veſtri, & in flamma, quam accendiſtis.* *Iſaia 50.* Ex quo enim quis ſeſe impietati dedit, intra proprios lares, & focos habet, vnde eius proſiliat perditio. Id quod notabat Petrus Damianus lib. 4. epiſt. 16 quando in contrarium de homine iuſto dicit: *Iſte non in domo ſua ignem accendit. quia omnes vitiorum fomites, & ira, & ſimultatis igniculos ex domicilio ſuo mortua extinguit, ab illa cauens igne, de quo ſcriptum eſt: Ite in lumine ignis veſtri, & in flamma, quam accendiſtis.* *Damian.* Quippe iuſtus homo, vt alienus eſt ab omni impietate; ſic in domo ſua non nutrit inſtrumenta perditionis ſuæ, quod faciunt impij.

§. XXIX.

Præſtantis virtutis opus, quod ſciat in defenſionem conuertere, quod veniebat in ruinam.

NOn otioſè ait Textus: *Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui ſtabant in miniſterio Regis: En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, &c.* Sufficiſſet dixiſſe lignum ſtans in domo Aman, inſinuatum ab vno miniſtrorum; cur neceſſum fuit explicare nomen proprium miniſtri, dum ait: *Dixitque Harbona, vnus de eunuchis?* Ioannes cap. 18 agens de paſſione Ieſu apud Caipham ſolùm dicit: *Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu.* Et cap. 19. ait: *Vnus militum lancea latus aperuit.* Et quando nomina eorum prætermittuntur, qui ad paſſionem Ieſu fecerunt ea; cur nomen eunuchi non tacetur, qui ad Amani mortem incitabat Regem, lignum oſtendens? Tam magnum eſt in mortem proximi inclinari, vt inde eunuchus ille nominari ſuo proprio nomine debeat? Equidem eunuchus iſte principaliter [illegible] tendebat, vt lignum paratum in ruinam Mardochæi, in eius defenſionem verteretur, eius hoſtem perimens: ait enim: *En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, &c.* Sic proferens Mardochæi merita in Regem [illegible], vt lignum illi in ruinam paratum, debeat in defenſionem conuerti, eius hoſte perempto. Quod vt magnæ virtutis inſigne eſt, ſic inde eunuchus iſte nominatiſſimus redditur. Notum eſt factum Dauidis, quo Goliam peremit. ait Textus 1. Reg. 17. *Præualuitque Dauid aduerſus Philiſthæum in funda, & lapide percuſſumque Philiſthæum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina ſua & interfecit eum.* Plane magnum fuit, quod lapide [illegible] eus armatus proſterneretur: ſed [illegible], quod gladius ille, qui in latere [illegible] ad percutiendum Iſraelem, & Dauidem, in [illegible] eorum verteretur, eorum hoſtem [illegible]. Ex hoc maximè Dauidem extollit Macar. Phi[illegible] ait. Creuit habita apud Grethſer tom. [illegible] ait: *Superna gratia Dauid [illegible] munitus, lapide [illegible] principium proſtrauit deinde micantem contra [illegible] gladium [illegible] eoque blaſphemum trucidauit. & abſtulit [illegible] ex Iſrael. Hunc in modum Dauid, Prophetæ [illegible] quod mortis aliquando [illegible] erat, [illegible] eſſe docuit.* Quid pulchrius? Dauid [illegible] nominatiſſimus, dum gladium adu[illegible] Iſraelem conflatum in eius hoſtem Philiſthæum conuertit, illud effecit, vt doceremur mortis noſtræ cauſas in [illegible] ſalutis conuertere. Quod præſtantiſſimæ virtutis eſt argumentum. Hinc dicebat Ioan. 3. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ſic exaltari oportet Filium hominis.* Moyſes exaltauit ſerpentem, vt ſerpentes, qui lethaliſſimi hominibus erat, in ſalutares conuerteret. Quod & Ieſus meus fecit, quando exaltatus in Cruce, cruces, mortéſque in ſalutem, & præſidium noſtrum conuertit. Vt dicat Macarius ſupra: *Chriſtum [illegible] conflatum verum Rex lignum Crucis quod Dæmon aduerſus [illegible] excitat, [illegible] libertatem largitum eſt.* Diſcamus & nos de ſerpente [illegible] facere, & cruces, mortes, má[illegible] cunctas inſtrumenta vitæ, ſalutiſque conuertere. Et peccatum, quod aduersùs nos eſt, ſic mortificare, vt inde [illegible] ad vitam æternandam procedat. Hinc Chriſti Domini virtutem maximè extollebat Ioannes cap. 13 de quo dicebat: *Sciens Ieſus, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Omnia, inquam, habebat Ieſus in manu, hoc eſt, in poteſtate, vt vel mala illata in bona conuerteret, & mortem in vitam, & in lucem tene[bras]. [illegible] Gregor. Moral. relatus à D. Thoma in Cat. [illegible] commiſit ei Pater in manus, hoc eſt, in opere [illegible]. *[illegible] in manu ſua ipſos etiam [illegible] ad vitam pietatis interimunt, quidquid eorum [illegible] malitia permiſſu ſaniunt.* Quæ [illegible] noſtra præſ[illegible] quorum manu eſt in bonum mala [illegible] illata [illegible] torquere.

§. XXX.

Non effugies malum, quod iuſto intuliſti.

AIt Harbona: *En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, &c.* Stabat equidem lignum illud in domo Aman, ne poſſet Aman ab illo fugere. Sic malum, quod iuſto inſers, ſtat ſemper, te detinens, ne effugias ab illo. Dicebat Pſalm. 9. *Infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt.* Vbi Chryſoſt. ait: *Infixæ ſunt, hoc eſt, per vim retentæ ſunt, ſunt inexuſtabiles paratæ inſidiæ.* Itaque malum conflatum iuſto ſic permanet tenens authorem ſuum, quaſi illum clauis confixum detineat, ne effugiat. Quod vt in omnibus videre licet, maximè in Iudæis, de quibus Euthym. in præſenti, ait: *Per gentes, hoc in loco Iudæi intelligendi ſunt, veluti malitia, & inuidia ipſis gentibus ſimiles facti. Studentes enim Iudæi vitæ Principem morti tradere, ipſi à Romanis prorſus perditi ſunt; & cum Chriſto mortem paraſſent, ipſi contrà ab illa detenti fuerunt.* Expendenda hæc maximè ſunt, vltimum: *Ipſi contra ab illa detenti ſunt.* quippe mors, & crux parata iuſtiſſimo Ieſu, ſic authores ſuos detinuit, quaſi & ipſi Ieroſolymis confixi eſſent, ne extremam perditionem effugerent. Videndus eſt Egeſippus, videndus eſt Ioſephus, qui obſidionem Ieroſolymitanam narrantes, illud ponderant, quantus fuiſſet Titus in offerenda ſalute obſeſſis: illi autem extremam famem patientes, & omni præſidio murorum, arcium, templi deſtituti, nec deditionis verbum audiebant, nec ſalutem oblatam æſtimabant: infixi enim erant illi ipſis Crucis Dominicæ clauis, ne euaderent. Chryſoſt. Euthym.

§. XXXI.

Non iuſti; ſed perduelles, & impij virtute Crucis pereunt.

ILla ſunt verba Harbona, nimirum: *En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman. [illegible] dixit Rex: Appendite eum in eo.* Paratum erat lignum Mardochæo, & in eo appendi iubetur Aman. Et quando Mardochæo erat paratum, cur non Mardochæus, ſed Aman iubetur ſuſpendi in eo? Cauſam inſinuat Text. de Mardochæo ait: *Qui locutus eſt pro Rege.* Steterat Mardochæus pro Rege, iudicans duos eunuchos, qui de Amani con[illegible] in Regem rebelles, [illegible], vt ſupra viſum eſt. Ide[illegible] prouidentia factum eſt, [illegible] Mardochæo, ſed Amano erectum lignum fuiſſet exitiale. Virtus enim Crucis non iuſtos, ſed perfidos perduelles mactat. [illegible] illo certamine inter rebellem Abſalonem, & Dauidem patrem, exercitus Abſalonis aduerſo Marte pugnabat, adeo, vt eng[illegible] fugæ [illegible], de quibus ait Textus 2. Reg. 18. *Facta ibi plaga magna [illegible] omnem terram, & multò plures erant, quos ſaltus conſumpſerat de populo, quàm [illegible] quos vorauerat gladius* [illegible] in vicinum montem, & plures [illegible] cadebant, quàm cadebant ſub gladio. De quo loquitus [illegible] Damianus Opuſcul. 37. dubit. [illegible] ait: *Non autem videtur quia [illegible] & inſirmitis, quorum A[illegible] perduellionis extiterant [illegible], cæcos arbuſtis occurrentibus impingebant, atque id [illegible] dicatur quia plures [illegible] ſaltu [illegible] peremptos, quàm [illegible] gladio necarent [illegible].* Itaque Abſalonis milites, vt fugerent à facie gladij percutientis, ad montem vicinum currebant, & adeo cæci currebant in montes, vt impingentes in arbores, ibi caderent. Et cur prouiſum fuit à Deo, quòd ij non caderent ſub gladio; ſed alliſione arborum perirent? Indigitat cauſam Damianus illis verbis: *Quia vaſani, & inſirmitis, qui cum Abſalom perduellionis extiterant.* Perduelliones erant, ideò permiſſi ſunt alliſi ad arbores, vt perirent, quo demonſtraretur, quanta eſt virtus Dominicæ ligni perduellionibus contraria. Nec aliter accidit ipſi Abſaloni perduellionum capiti [illegible] ait 2. Reg. [illegible] *Adhæſit caput eius quercui, & [illegible] inter cælum, & terram, [illegible]* [illegible] D. Chryſoſt. [illegible] ait [illegible] lignu. *O [illegible]* [illegible] Chryſoſt.

Ioan. 18.

1. Reg. 17.

Macar.

Ioan. 3.

Macar.

Ioan. 13.

Greg.

1. Reg. 18.

Damian.

2. Reg. 18.

diuunt ligna, & arbor vlciſcitur, ramis defendunt. Erant equidem innumeri gladij ſtricti in Abſalom, erant ſpicula, iacula miſſilia innumera contorta in illum, à nullis tangitur, donec impingit in arborem. Arbor fuit, lignum fuit, quod omnia arma præuenit in perdendo perduelli homine, vt hinc iam pateat, quam ſit lignum Dominicæ Crucis perduellionibus contrarium. Crede mihi: virtus Crucis vt bonis, & pijs ſalutaris eſt; ſic impijs, & malis eſt lethalis, & quæ ſoleat pœnam à iuſtis, in impios mutare.

§. XXXII.

Dominica Crucis virtus eſt, quòd pœna à bonis commutetur in malos.

ADhuc noto verba Harbonæ, quæ dicunt: *En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman. Cui dixit Rex: Appendite eum in eo.* Ecce tibi lignum paratum Mardochæo, non ad Mardochæum; ſed ad Amanum perdendum tranſit. Proh iuſtiſſimam mutationem! A quo potuit prouenire talis mutatio? Crediderim, illam mutationem veniſſe à Dominicæ Crucis virtute in illo ligno præſignata. Non ſemel enim Crucis virtus pœnas à bonis tranſmutauit in malos. Gen. 48. erat Manaſſes in dextera Iacob, Ephraim autem in ſiniſtra eiuſdem: Iacob autem *extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim* [...] *ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe.* Faciliùs poſſet dextrum ſibi nepotem dextera amplexari, & ſiniſtrum ſiniſtra; vel ſi aliud vellet, illos facere de loco ad locum mutari. Cur maluit ipſe mutare manus? Vt in manuum tranſmutatione Crux efformatur, voluit oſtendere ab vna Crucis virtute venturam tantam mutationem, qua impij Iudæi in Manaſſe præſignati à dextra tranſirent ad ſiniſtram, & fideles gentes in Ephraim oſtenſæ ſiniſtram fugerent, & dexteram haberent. Sic ſiniſtra reprobatio gentibus parata per Crucis virtutem in Iudæos impios eſt tranſlata. D. Iſidor. in Geneſ. cap. 31. ait: *Iacob cancellatis manibus Crucis myſterium præfigurans, tranſlata in minorem dextera, maiori ſiniſtram figuraliter ſuperpoſuit: ſicq; crucis ſimilitudo ſuper capita eorum demorata Iudæis ſcandalum, Chriſtianis futuram gloriam præſignauit, ſenioremque per Crucis myſterium ſiniſtrum factum de dextro, & iuniorem dextrum de ſiniſtro; quia Iudæis in noſtra deſerta labentibus, nos illorum gloriam adepti ſumus.* Ecce tibi Crucis virtutem, quanta mutatio ſequatur: quæ enim erant ſiniſtra, & mala populo gentium, in perfidos Iudæos tranſlata ſunt, & illorum bona Chriſtianis fidelibus data. Et quando virtus Crucis non ſimiles mutationes facit? Iſraelitæ Ægyptum fugientes peruenerunt vſque ad mare, cuius in vndas conijciendi erant ab Ægyptijs, qui eos armati inſequebantur. Sed factum eſt, vt aperto mari tranſirent ſecuri Iſraelitæ, & redeuntibus vndis, Ægyptios ſuffocarent aquæ. Vnde hæc mutatio? A Crucis virtute in virga Moyſi præſignata. Sic Exod. 14. ait Macar. Philadelph. Epiſcop. orat. in exalt. Crucis, habita apud Grethſer. tom. 2. *Miracula edit per virgam Moyſes, Crucem præfigurans, dum mare diuidit, ſubſque traiicit, & aduerſarios demergit.* Vbi Crucis virtus operatur, ſemper pœna, & calamitas à bonis tranſmutatur ad malos.

Gen. 48.

Iſidor.

Exod. 14.

Macar.

§. XXXIII.

Diuinitas monſtratur in celeritate operandi.

EXpendendum eſt illud: *Cui dixit Rex: Appendite eum in eo. Appenſus eſt itaque Aman in patibulo,* &c. Dictum, factum. Rex dixit, vt ſuſpenderetur: & ſtatim abſque vlla mora ſuſpenſus eſt. Agebat equidem rem diuina potentia, cuius eſt celeritatem in factis oſtendere. D. Leo ſer. de S. Vincent. expendens, vt ſanctum eius cadauer fuerit per coruum cuſtoditum, ait: Elias quondam impias Achab manus declinans, in deſerto coruis miniſtrantibus paſcitur: aſſertor autem veritatis Vincentius feris exponitur conſumendus, ſed coruo famulante ſeruatur illæſus. Obtinuit ergo Elias diuino nutu, coruis præſtantibus, quo aleretur, præſtitum eſt Vincentio, obſequente quoque coruo, ne comederetur. *Qui vt cæleſtis ſe cuſtodem deſignatum oſtenderet; aduolantes reliquas aues ominis, non ſegni impetu perturbabat.* Itaque coruus, vt ſe cuſtodem cæliuùs deſignatum oſtenderet, non ſegni impetu, ſed quantociùs aduerſarias aues à ſancto cadauere propulſabat. In eo enim maximè oſtenditur cæleſtis, & diuinus halitus, quòd res ſine ſegnitie, & ſumma celeritate peragantur. Exod. 12. vbi poſtrema Ægyptiorum plaga agitur, dicit: *Factum eſt autem in noctis medio percuſſit Dominus in noctis medio primogenita in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui ſedebat in ſolio eius, vſque ad primogenitum captiuæ,* &c. Quis negget, in tam amplo regno innumeros fuiſſe primogenitos? Et tamen omnes vna noctis hora cadunt. Cur tam breui tempore omnes necantur? In eo maximè Dei manus oſtendebatur, quæ omnia celeriter facit. Macar. Philadelph. Epiſcop. orat. in exaltat. Crucis, apud Greth. tom. 2. ait: *Vna nocte omnes perimuntur, & ſoli ex tota multitudine primogeniti interemuntur. Vt perinde hoc loco, & potentia, & iuſtitia Dei, & cura, & humanitas elucefiat. Potentia quidem, quòd vno momento res tanta ſit peracta.* In celeritate operis Dei maior, & potentia claret. Matth. 27. vbi Ieſus meus crucifixus erat, blaſphemabatur à prætereuntibus Iudæis, qui dicebant: *Vah, qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud.* Sic opponebant Ieſu, quòd dixiſſet, à ſe templum deſtructum triduo reædificandum. Nec dixit Ieſus reædificandum, ſed ſuſcitandum, quod vt celerius opus monſtrabat, ſic à diuina potentia faciendum oſtendebat. Vt dicat Orig. homil. 35. in Matth. *In eo, quòd dicebant. Qui deſtruis templum, mentiti ſunt, & etiam illud, quod dixerunt. Et ego in triduo reædificabo illud. Nec enim dixit, reædificaturum ſe templum; ſed reſuſcitaturum: ſermo enim reædificationis non oſtendit ſubitaneum opus; ſuſcitationis autem oſtendit.* Notanter enim poſuerat Ieſus Verbum, quod celerrimum, & momentaneum opus declararet, vt in eo pateret diuinus actiſea: ſunt enim Dei opera ſumma celeritate peracta. Qui crucem latro aſcenderat, & in ea fuerat blaſphemator; audit tamen ex Deo Luc. 23. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Quid celerius, eo ipſo die, & latro, & blaſphemator, & ſocius indiuiduus Chriſti, & ciuis cæli declaratur? Rem ponderans D. Cyprian. orat. in Cœnam Domini, ſaiut: *Vna hora huic collatum eſt præmium, ad quod alij per tot diſcrimina peruenerunt. Sic tu, Domine, armentarios ſtatim facis Prophetas, opiliones Reges, telonarios Apoſtolos, piſcatores Doctores. Neque ab his, quos ſanas, lentè languor abſcedit; ſed illicò, quem reſtituis, ex integro conualeſcit: quia conſummatum eſt, quod facis, & perfectum, quod largiris.* Sic ibi Dei opera ex celeritate monſtrantur.

Leo.

Exod. 12.

Macar.

Matth. 27.

Orig.

Luc. 23.

Cyprian.

§. XXXIV.

Nihil pendenda ira, quæ temporis huius eſt.

ILlud tandem notandum, quod ait: *Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo: & Regis ira quieuit.* Poſt ſuſpenſum Amanum Regis ira quieuit, nihil habens, quod vlterà faceret. Parua equidem ira eſt, & prorſus contemnenda, quæ in temporalibus iis perditionibus quieſcit; nec vltrà progreditur. Ioan. 19. dicit: *Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totam. Dixerunt ergo ad inuicem: Non ſcindamus eam,* &c. Quando Ieſus dedit corpus ſuum ſcindendum, cur cauit, ne tunica illa inconſutilis ſcinderetur? In tunica illa oſtendebatur anima hominis: & ideò Ieſus eruenta illam à carnificum manibus, monſtrabat, quàm nihili faciendæ erant ſciſſiones, & percuſſiones, & mortes, in corpore; dum nihil poſſet animæ nocere. Circa quæ ait Germanus Conſtantinop. oratio Crucem, Domin. 3. Quadrag. apud Grethſerum, tom. 2. *Diſcimus etiam hinc nihil morari, ſi qui diuidunt veſtimenta ex quadruplici elementorum ſerie coagmentata. quid enim nocumenti afferre queant, ſi tunica ſuperſit in orbis contexta, anima, inquam, ſalua, & integra permaneat?* Equidem dum in corpore ita conſiſtat, neque ad animam accedat, nihili eſt pendenda. Hinc dicebat Lucas cap. 16. *Erat quidam mendicus nomine Lazarus. ulceribus plenus; ſed & canes veniebant, &*

Ioan. 19.

German.

Luc. 16.

lingebant

lingebant vlcera eius. Quid miſerabilius? Sed, quia totum hoc malum in corpore quieſcebat, nihil fiebat. Pulchrè ad hæc D. Hilar. in Pſal. 122. fatur: *Fame tabidus pauper, vlcerum ſanie deſlaurus ſedebat, canibus vulnera diſſoluta lingentibus: ſed hoc erat moleſtia corporis, hæc aduerſus famulam pugna. exteriùs tamen anima eius per fidem inuulnerabilis, & ad omnis totum voluptatis, & vitia ſaucita; & idcirco ab Angelis poſt carnis diſſolutionem beata in Abrahæ ſinum fertur.* Ride tela, quæ in ſolo corpore hærent: miſeranda Lazari vulnera erant; ſed, quia nulla vltra corpus procedebant, nulla attingebant animam, inde prudenti homini erant contemptui. Quid, quòd corpus percutiatur? Quod rumpatur? Quòd pereat? Dum anima inuulnerabilis eſt, cætera non multùm metuenda. Vt enim rectè Egeſippus lib. 5. cap. 22. ait: *Tolerabiliora corporis, quàm mentis vulnera ſunt.* Trahe dicta infrà lib. 13. cap. 4. §. 26. Hilar. Egeſipp.

CAPVT XV.

Mardochæi exaltatio.

TEXTVS HISTORIA.

SVBLATA Amani vita, vt pleniorem lætitiam Eſtheri conuiuij dies afferret, & illi data fuit Amani domus, & Mardochæus admiſſus inter præcipuos Regis familiares. Extulit hominem fides, qua Regis perduelles indicauerat, & Eſtheris cognatio tandiu occulta, & ex tunc omnibus propalata. Necnon & inſignitur Mardochæus annulo regio, quem Rex Amano extraxerat, & præficitur Reginæ aulæ. Stabat adhuc Iudæorum diſcrimen; nec tolli poterat, niſi primas litteras de illorum internecione ſecundæ aliæ antiquarent. Pro quibus accipiendis, multa Eſther apud Regem lacrymatur, contendens populi ſui ſecuritatem, cuius periculum illi prorſus erat intolerabile. Annuit Rex, iubetque Mardochæo eas epiſtolas dare pro Iudæorum ſalute, quæ ſibi magis placeant. Nec mora, epiſtolæ mittuntur iuxta Mardochæi placitum, quibus Magiſtratus vniuerſi admonentur, vt Iudæi debeant pro ſalute ſua ſtare, & notos ſibi hoſtes, & aduerſarios, cum familiis, & vxoribus, & filiis trucidare. Interea Mardochæus à Rege veniens fulgebat aureus regiis veſtibus decoratus; conuerſúſque eſt Iudæorum luctus in lætitiam. Vbique epulæ, vbique conuiuia, & gaudia; multique viri ethnici religionem Iudæorum ſunt amplexati.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

DEPOSITO Amano, Mardochæus exaltatur: nihil enim crebrius in mundo, quam ſimiles mutationes repræſentantur.

Eſther. 8. Die illo dedit Rex Aſſuerus Eſther Reginæ domum Aman, aduerſarij Iudæorum, & Mardochæus ingreſſus eſt, ante faciem Regis. Confeſſa eſt enim ei Eſther, quòd eſſet patruus ſuus. Tulitque Rex annulum, quem ab Aman recipi iuſſerat, & tradidit Mardochæo. Eſther autem conſtituit Mardochæum ſupra domum ſuam.

§. I.

Iuſtorum ærumnæ diuiſim, merces, & præmium coniunctim veniunt.

NOn otioſè ait Textus: *Die illo dedit Rex Aſſuerus Reginæ Eſther domum Aman*, &c. Quippe illo ipſo die, quo Eſther locuta eſt, & Aman ad patibulum ductus, & ibi ſuſpenſus, data fuit Eſtheri domus Aman, & Mardochæus admiſſus ad Regis familiaritatem. Tot, tantáque bona ſimul venerunt ad Eſther intra vnius diei ſpatium. Et quando edictum de perdendis Iudæis inducias integri anni dabat, eorum reſtitutio, & Eſtheris, Mardochæique triumphus, & corona vno ſolùm die clauditur. Vt hinc diſcas, quam diuiſim ærumnæ à iuſtis capiantur, & quam coniunctim coronas, & præmia capiant. Celebris fuit mater illa Machabæorum iuuenum, 2. Machab. 7. ſeptem filiorum carnificinis imperterrita affuit, vidit primum, & ſecundum, & ſic diuiſim ſingulos torreri, laniari. *Nouiſſime autem poſt filios mater conſumpta eſt.* Et cur prouiſum eſt, vt mater vltima poſt filios conſummaretur? Eò tyrannos intendit, vt inde magis exacerbarentur fœminæ cruciatus, dum in ſingulis filij tormenta patitur. At Deus eò intendebat, illi coniunctim gloriæ coronas accumulare, dum omnes ſimul filios in requie videt, nec vllius deſiderium habet. D. Leo ſerm. de Machab. cap. 1. ait: *In ſingulis quidem filiis paſſa, ſed in omnibus coronata.* Ad paſſionem non omnes ſimul venerunt; ſed ſinguli, nimirum, vnus poſt alium: verùm ad coronam matris iam omnes ſimul coniuncti aderant. Sic, ſic ærumnæ à iuſtis diuiſim tolerantur: coronas autem ſimul ipſi capiunt. Pſal. 125. *Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua. venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* Quid pulchrius? Lacrymæ, ærumnæ, labores, inſtar ſeminis ſunt, & vt ſemen diuiſim, & minutatim ſpargitur: ſic ærumnæ diuiſim capiuntur. At coronæ inſtar meſſis coniunctim veniunt. Quo ſpectans D. Proſper ait. *Tempus flendi, tempus eſt ſeminandi: quia opera charitatis, quæ releuandis hominum miſeriis adhibentur, æternorum meſſem pariunt gaudiorum. De fructu enim bonorum operum pij ſaginabuntur agricolæ.* Semen ſpargitur, vt fructum faciat; meſſis congregatur in vnum: ſic iuſtorum coronæ, inſtar meſſis, ſuos pios operarios iunctim implebunt. Huc trahe dicta tom. 2. in Euang. lib. 9. cap. 2. §. 15. 2. Mach. 7. Leo. Pſal. 125. Proſper.

§. II.

Magna eſt libertas bonorum temporalium, cùm ab impiis tolluntur, & iuſtis dantur.

ILlo ipſo die domus Aman ad Eſtherem tranſit, dicente Textu: *Die illo dedit Rex Aſſuerus Eſther Reginæ domum Aman.* nimirum, die illo, quo populi Dei libertas agebatur, quo Mardochæi affinitas cum Eſther reuelabatur; & domus Aman impij in Eſtheris poſſeſſionem tranſit. Quanto id ipſius domus bono? Non dubito, quin temporalia bona in ſumma libertate, & felicitate aſſerantur, cum impiis eripiuntur, & iuſtis dantur. Dicebat Paulus ad Rom. cap. 8. *Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: ſcimus enim, quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.* Dum filij Dei non apparent, creatura mundi, nimirum, omnia bona temporalia in ſeruitute duriſſima ſunt, in gemitu, in anxietate. Et cur ſic gementes creaturæ expectant reuelationem filiorum Dei? Quia tunc & illæ ſunt in libertate, cùm ſeruiunt bonis, & ſanctis: cùm autem ſeruiunt impiis, quaſi in ſummis ſunt cruciatibus. D. Ambroſ. ibi: *Magis ergo creatura ingemiſcit, quæ neque adiutorium habet Spiritum Sanctum, neque in ſua cauſa laborat, addito hoc, quòd ea, quæ labore ſuo generat, vt aliamentis ſeruorum Dei proficiat, contra ſua videt Idolis immolari. Vnde plus dolet, & optat citiùs liberari ſtatim hoc ad iuſtitiam proficere Creatoris.* Ambitionem ab impiis & tranſlationem ad iuſtos, tanquàm magnam libertatem bona temporalia exoptant: vt quæ in ſumma anxietate ſint cùm impietatibus hominum ſeruiunt & ad ſummam f[illegible]ci t tem Rom. 8. Ambroſ.

tatem accedant, cùm ſeruiendis impiis dant operam. Oſeæ 2. Hinc Oſeæ cap. 2. ait Dominus: *Et hæc neſciuit; quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Baal; ideircò conuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meum* &c. Ecce tibi, quaſi magnum liberationis beneficium promittitur bonis temporalibus, quòd auferenda ſint impiis. Vt dicat Ruffinus ibi: Ruffin. *Ipſaq; opes liberationis quoddam beneficium conſequuntur, cùm profanorum vſibus ſubtrahuntur.* Vt enim ingemiſcentia, & quaſi parturientia ſunt, dum impietatis vſibus ſeruiunt; ſic impiis ſubtrahuntur, & dantur iuſtis, & non parum æſtimant liberationis beneficium.

§. III.

Mimus agitur in bonorum mundialium ſucceſſione.

ELecto Amano Eſther, & Mardochæus in eius venerunt bona: dicit enim Textus: *Dedit Rex Aſſuerus Eſther, Reginæ domum Aman. Tulitq; Rex annulum, quem ab Aman recipi iuſſerat, & tradidit Mardochæo.* Heri Aman in ſplendida domo, in fauore Regis: hodie, illo eiecto, in eiſdem apparent Eſther, & Mardochæus. Qualis hæc rerum ſpecies? Pulchrè ait D. Auguſt. in Pſal. 127. Auguſt. *Mimus eſt generis humani tota vita.* In mimorum ludo quædam ſucceſſiua repræſentatio eſt prætereuntium. Hic vt mimum agat, neceſſarium eſt, vt ille priùs excedat: ſemper enim expectatur exceſſus alterius, vt mimus alter poſſit apparere. Sic in rebus humanis continua eſt ſucceſſio, nemo poteſt in eodem permanere; ſed neceſſariò hic a bonis eiicitur, vt alter in eis ſuccedat. Aiebat Pſal. 127. Pſal. 127. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ.* Hoc ad magnam hominis felicitatem pertinere videtur, quòd ſplendidam, & opiparam menſam habeat, domumque fartam diuitiis, eò quod hæc poſſideat vna cum chariſſimis ſibi filiis. Tamen in tota illa felicitate mundiali aliquid etiam tragicum exprimitur, dum filij in circuitu menſæ dicuntur ſtare, & ſtare dicuntur, ſicut nouellæ oliuæ. Quippe oliuarum nouellæ vbi cœperint adoleſcere, nihil anxiùs poſtulare videntur, quam ſeneſcentis arboris ſucciſionem. Vt enim nouellæ fœcundentur, arbor alta, & ſenex ſuccIditur: ſic filij parentum ſucciſionem expectant, & ideò dicuntur etiam eſſe in menſæ circuitu, quaſi vallo circundent ſubſtantias patris, vt excluſo patre capiant illas ſibi, & repræſentent etiam ipſi figuram huius mundi. Pro quo ait ibi Auguſt. D. Auguſt. *Nati enim ſibi ſi in terra tecum viuunt, an te per in excluſuri & ſucceſſuri? Ad eos gaudes, qui nati ſunt, vt te excludant? Nati enim pueri, quaſi hoc dicunt parentibus ſuis. Eia cogitate & ite vos hinc, agamus & nos mimum noſtrum.* Hæc vox creditur eſſe omnium filiorum circundantium parentes ſuos, qua velint, vt abeant parentes, & decedant, vt ſicut in theatro filij agant perſonam ſuam: *Agamus & nos* aiunt, *mimum noſtrum.* Vt enim in theatro expectatur regreſſus vnius perſonæ, vt alia incipiat: ſic in humana vita. Et ſicut in choreis, vbi tantum eſt vnum crepitacillorum par, neceſſum eſt, vt deſignat primus ſaltator, & crepitacilia ad ſecundum tranſeant, & ipſe ſaltet. Et ſicut in equitum palæſtra, quibus vna eſt fiſtorum linea, expectatur finis peracti curſus ab vno, vt alius fiſtrorum lineam equo ſuo apponat, & ſimilem curſum faciat. Sic, ſic bona temporalia fiſtra ſunt currentium, vel crepitacilla ſaltantium, quæ finientibus aliis ad alios tranſeunt, vt quiſque ſuum mimum, ſuámque perſonam agat.

§. IV.

Chriſti, vt Regis, conſpectus ad vltimam pertinet felicitatem.

INde explicatur Mardochæi felicitas, quòd ad Regis peruenit conſpectum: *Mardochæus*, inquit, *ingreſſus eſt ante faciem Regis.* Vt hinc pateat, quanta electorum Iſaiæ 33. ſit felicitas, quam ſimiliter exprimit Iſaias cap. 33. dicens: *Regem in decore ſuo videbunt.* Hinc electorum exprimitur felicitas, & reproborum infelicitas; vtriſque dabitur Ieſus in nubium throno videndus. Sed reprobi videbunt formam ſeruilem: at electi regiam in illo Diuinitatis formam videbunt. De quo D. Gregor. 31. Moral. 10. ait: *Regem in decore ſuo oculi noſtri conſpiciunt: quia Redemptor noſter in iudicio, & à reprobis homo videbitur; ſed ad Diuinitatis eius intuendam celſitudinem ſoli, qui electi ſunt, ſubleuantur. Quaſi enim quandam fœditatem Regis videre, eſt ſolam ſeruilem formam, in qua ab iniquis deſpectus eſt, cernere. Sed ab electis in decore ſuo Rex cernitur: quia vltra ſemetipſos rapti in ipſo Diuinitatis fulgore oculos mentis figunt.* Greg. Hæc eſt vita æterna, hæc eſt ſumma felicitas, quod ad tanti Regis faciem videndam admittamur. Hinc dicebat Pſal. 127. *Benedicat tibi Dominus ex Sion & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.* Pſal. 127. Hoc vnum optat feliciſſimo cuique, nempe, vt videat bona Ieruſalem. Et vnde tanta creduntur Ieruſalem bona, quæ ſola ſufficiant feliciſſimo? D. Auguſt. ibi ait: *Conſolatur ergo te Deus, vt videas bona Ieruſalem. Illa enim bona ſunt. Quare ſunt? Quia æterna ſunt. Quare ſunt? Quia ibi eſt Rex.* Auguſt. Bona, inter quæ Rex Regum conſpicitur, ſic implent animum, vt, nihil vltra requirat. Quippe in viſione illa totum Dei regnum conſpicitur. Quid dico in viſione? Si vel figura, vel vmbra cernatur, quaſi in glorioſiſſimum regnum introibis. Luc. 9. ait Dominus: *Sunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei.* Luc. 6. Et quod regnum Dei potuerunt videre Apoſtoli ante mortem? Dicit Ioann. Xiphilin. Patriarch. Conſtantinop. orat. in Crucis adorat. apud Gretherum tom. 2. *Transfigurationem regnum Dei nominat, quid Dei ac tunc clariſſima eluxerat. Neque verò idcirco tantùm regnum Dei nominat Transfigurationem, ſed, quod figura ſit futuræ gloriæ, quam conſequentur, qui vitam ea dignam duxerint.* Xiphil. Vt Chriſti Domini transfiguratio figuram oſtendebat regalis gloriæ, manentis in æterna vita: ſic videntes hanc figuram, cenſentur, quaſi ipſum cæleſte regnum iam viderint, & potiti fuerint felicitate ſumma.

Eſtheris 8. Nec his contenta procidit ad pedes Regis, fleuítque, & locuta ad eum orauit, vt maliciam Aman Agagitæ, & machinationes eius peſſimas, quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri. At ille ex more ſceptrum aureum prætendit manu, quo ſignum clementiæ monſtrabatur: illáque conſurgens ſtetit ante eum, & ait: Si placet Regi, *&c.*

§. V.

Dilectorum afflictiones, & lacrymæ maximè rapiunt humana corda.

MOrtuus erat Aman; Eſther, & Mardochæus multis donati muneribus: nec iis contenta Eſther, dum adhuc populus Iudæorum in diſcrimine remanebat: ſed *procidit ad pedes Regis, fleuitq;, & locuta ad eum orauit*, &c. Dum populi ſalutem poſtulat, meritò poſtulationi addit lacrymas: erat enim difficile valdè, quòd Regis Perſarum edictum aboleretur; ideo precibus lacrymas Eſther adhibet, quæ efficaciſſimæ eſſent ad trahendum Regem. Sed cùm in conuiuio oraret, pro ſua, & pro populi vita, non dicitur fleſſe, cur modò flet ſalutem populi petens? Anteà incerta regij amoris erga ſe, ad conuiuia paranda confugit, vt inde traheret Regem. Modò multis certificata, quòd amaretur à Rege, tam ex Regis ſollicitudine, in eius deliquiis, cùm inuocata accederet, quàm ex donis acceptis ſibi, & Mardochæo, ad lacrymas confugit, ſciens nihil efficacius, quàm dilectorum lacrymas, ad corda humana trahenda. Quis enim neſciat in lacrymis amicorum magnam vim eſſe, vt humana corda valeant mouere? Actor. 21. dicebat Paulus amicorum Actor. 21. turbæ eius diſceſſum lugenti. *Quid facitis, flentes, & affligentes*

gentes cor meum? Nec in flagellis, neque in carcere, neque in ipſa morte afflictionem vllam cordis oſtendit Paulus, & nunc in amicorum fletibus, non ſe continet, quin vim oſtendat, quam patitur in corde ab illis fletibus. Pro quo ait D. Chryſoſt. hom. 4. in epiſt. ad Coloſſenſ.

Chryſoſt. *Paulus cùm videret quorundam lacrymas, ita perfrangebatur, & conterebatur adamas ille, vt mox diceret. Quid facitis, flentes, & conterentes cor meum? Quid ais, dic, quæſo? Adamantinum hunc animum lacrymæ conterere potuit? Etiam, inquit, nam omnibus reſiſto, vna dempta dilectione. Abyſſus aquarum ipſum non contriuiſſet, & modicæ lacrymæ contriuit. Multa namque lacrymæ vis eſt.* Qui adamas erat contra inferorum ictus, & tela, dilectorum lacrymis penitus prorſus conteritur. O vis lacrymarum validiſſima ad humana corda conterenda! Dum Ioſeph iram ſimulat aduerſùs Benjamin, affligebantur fratres pro puero, & multa anxietate, imò & lacrymis orabant pro eo. Quid tunc Ioſeph? Ait Textus cap. 45. Geneſ.

Gen. 45. *Non ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph.* Circa quæ ſapientiſſimè D. Ambroſ. ait epiſtol. 43.

Ambroſ. *Ioſeph quoque vt fratrem teneret, ſimulabat iracundiam fratribus, & compoſitam à ſe fuiſſe fraudem indignatus eſt: tamen cùm aduolueretur ad genua eius vnus ex fratribus Iudas, & flerent alij, fraterno victus, & compulſus affectu, diutius tenere non potuit ſimulationem ſeueritatis, remotiſque arbitris aperuit fratribus, quod germani ſui eſſent.* &c. Non potuerunt fratrum lacrymæ non emollire Ioſeph, etiam inter affectatas iras aduerſùs Benjamin. Tanta eſt dilectorum lacrymarum potentia.

§. VI.

In anguſtiis, & afflictionibus conſtituti non patiuntur repulſam apud Deum.

NOtanter dicitur hac vice de Eſther: *Procidit ad pedes Regis, flebitque, & locuta ad Deum orauit,* &c. Non iam conuiuium adornat, vt anteà ſolebat, ſed lacrymas profert, vt capiat Regem. Et cur non magis ad conuiuium parandum, vt antea, ſed ad lacrymas præferendas confugit? Minus in lacrymis, & afflictione, quam in conuiuiis, & feſtis repulſam timet à Rege. Nec mirum, quando tanta res ſimul agenda erat à Rege cæleſti, cuius eſt contriti cordis lacrymas non repellere. Luc. 13.

Luc. 13. dicebat Dominus de malorum reprobatione. *Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis: Neſcio vos.* Habebant iſti conuiuia, & compotationes, quæ præſentarent cælorum Regi. habebant etiam & doctrinas auditas in plateis: & inter hæc omnia, repelluntur à Rege. Et cur repelluntur? Crede mihi: tunc certiùs non venit repulſa, quando non in conuiuiis, & dilatatione viuendi, ſed in anguſtiis, & lacrymis accedimus. Ex quo dicebat Theophil. *Obſerua autem, quod reiecti ſunt illi, quorum in plateis docet Dominus. Verùm ſi ipſum habuerimus*

Theoph. *docentem, non in plateis, ſed in anguſtiis, & triſtibus, & compunctis cordibus, non erimus reiecti.* Accedat equidem quis non in comeſſationibus, nec in latitudine vitæ, ſed in anguſtia, & compunctione, ſi velit repulſam non timere à cæleſti Rege. Ieremi. Threnor. cap. 2. ſic luget miſeram ſuorum conditionem:

Thren. 2. *Matribus ſuis dixerunt: Vbi eſt triticum, & vinum: cùm deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis.* Vulnerati cadebant, & peribant, nihil boni obtinentes. Et vnde tantus caſus illis? Non in anguſtiis, neque in compunctione, ſed in plateis verſabantur, hoc eſt, in latitudine vitæ, in comeſſationibus, & ebrietatibus. Paſchaſ. ibi ait:

Paſchaſ. *Noſtra Ieruſalem amara plorat, quia numeroſior eius pars vulnerata in plateis, exhalatur, cùm relicto anguſto itinere vias arripit latiores. Quia paruulus, & lactans latiores vias expetunt, & longiùs plateas huius ſæculi requirunt, peruagando vnà cum prodigo ex Euangelio filio, vniuerſis ſe ſpoliantur bonis.* Omnia perdit, certaque patitur repulſam, qui relictis anguſtis viis ad latiſſimas viuendi rationes confugit, comeſſationibus, compotationibus indulgens.

§. VII.

De vnius Dei poteſtate venit, quòd ab vniuerſis liberemur malis.

ORabat itaque Eſther, & petebat ab Aſſuero, *Vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius peſſimas, quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri.* Pro ſolius Amani malitia, & machinationibus aduerſùs Iudæos tollendis orat Eſther, quaſi vnum illud malum inſtans à populo auertere intenderet. Nec miror: non enim à creata potentia, ſed ab increata, & diuina venit, quòd ab omnibus malis liberemur. Geneſ. 48. ait: *Benedixitque Iacob filiis Ioſeph, & ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Iſaac, Deus, qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentem diem. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.* Et Deum meminit, & Angelum in benedictione hac; ſed tam ſub Dei vocabulo, quam ſub Angeli eandem ſubſtantiam increatam, & diuinam ſignificari in confeſſo eſt omnibus Patribus. Et vnde poterit conſtare, quòd ibi nomine Angeli eadem ſubſtantia diuina, & increata ſignificetur? Ex eo, quòd ait: *Angelus, qui eruit me ex cunctis malis.* quòd enim ab omnibus malis liberemur, non poteſt venire, niſi à liberatore diuino, & increato. Ait D. Athanaſ. ſerm. 4. contra Arrianos, ſatus: *Quia diſertè locutus eſt Iacob de Angelo, qui illum ab omnibus malis liberauit, ſatis per ſe indicat, non ex creatitiis Angelis aliquem, ſed Filium fuiſſe Patris, quem Patrem in ſuis precibus coniunxit, per quem Deus liberat quos vult.* Non ab Angelo, non ab aliqua creatitia ſubſtantia; ſed à diuina, & increata, & Patri conſubſtantiali poſſumus ab omnibus malis liberari. Pſal. 17. ait David: *Diligam te, Domine, fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* Sed & David alios etiam liberatores habuit: à Ionatha filio Saul habuit, vnde liberaretur aliquando: ab vxore Michole item liberatus fuit, demiſſus per feneſtram, & ab aliis ducibus. Cur modò vnum inuocat Deum liberatorem? An non meminit alios ingratus? Abſit. omnes meminit: ſed in præſenti agit de liberatione generali, qua ab omnibus malis liberatus eſt. ſic enim ait titulus huius Pſalmi, tantum: *In die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.* In tanta ab omnibus inimicis, & malis liberatione vnus Deus potuit notari, à quo ſolo venit, quod ab omnibus liberemur malis. Athanaſius vbi ſupra: *David quoque nullum alium, quàm Deum pro ſua liberatione inuocabat. Hinc quoque hoc beneficium acceptum ferendo aiunt eſt verba oda ſua, in decimoſeptimo Pſalmo, in die, qua liberauit eum Dominus ex manibus omnium inimicorum ſuorum, & è manibus Saul. Et dixit: Diligam te, Domine fortitudo mea, & refugium meum, & liberator meus.* Itaque David vbi liberationem, quo omnibus malis liberatus eſt, meminit, vnum Deum inuocat, à quo ſolo poterat venire tam vniuerſalis liberatio. Quo etiam ſpectans Paulus ait 2. ad Timotheum, cap. 4. *Liberauit me Dominus ab omni opere malo.* Sic ibi.

Geneſ. 48.

Athanaſ.

Pſal. 17.

Athanaſ.

2. Tim. 4.

§. VIII.

Vnius Chriſti ſpiritus eſt, tam ſuos, quàm alienos ab hoſtibus liberare.

EO tendebat Eſteris oratio: *Vt malitiam Amã Agagitæ, & machinationes eius peſſimas, quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri.* Edicta, & chartas contra Iudæos datas orat irritas fieri; non, quæ contra alios fuerint datæ. Solus Ieſus eſt, qui irritas facit chartas, tam aduerſùs Iudæos ſuos, quam aduerſùs alienas gentes, datas. Dixit enim Paul. ad Coloſſ. 2. locutus de Chriſto Ieſu: *Delens, quod aduerſùs nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud Cruci.* Chryſoſtomo, Anſelmo, & aliis videtur chirographus iſtud fuiſſe lex, per quem damnabantur peccatores. Quam legem deleuit, ſiue euacuauit Ieſus tollens eam de medio, gratum inde faciens tam ſuis Iudæis, quam gentibus. Iuxta quod ait D. Bruno ibi: *Chirographum, id eſt, memoriam peccati, quod de decreto, id eſt, de lege veniebat.*

Coloſſ. 2.

Bruno.

venìebat, & aduerſabatur nobis, illud deleuit, nec ſolum chirographum, ſed ipſum decretum, ipſam legem. Ipſum, inquam, decretum tulit de medio, id eſt, de communitate, vt nec Iudæa relinqueret, nec gentes legem tenendam. Non equidem in abolendo chirographo decreti, in euacuanda lege, per quã damnabantur peccatores, proſpexit Dominus ſolis Iudæis; [illegible] etiam proſpexit gentibus: tam enim à populo ſuo, quàm à populo gentium tulit grauamina, quibus à ſalute deficiebant. Hinc Exod. 12. locutus iterum de Agno paſchali ait: *Immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Et ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrumque poſtem:.. Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios, cùmque viderit ſanguinem in vtroque poſte, tranſcendet oſtium,* &c. Ecce tibi, vt ſanguis Agni in vtroque poſte domus poſitus arcebat percuſſorem ab Iſraelitis nondum ſanctificatis. Ex quo D. Cyprian. orat. de Baſi. magis extollit virtutem, & efficacitatem Chriſti Sanguinis: *Iam vides Hebræe, & quicunque de ſeruitute Ægyptia ad repromiſſa patria libertatem anhelas, quod Sanguis Chriſti efficacius, quàm ſanguis Agni illius, quem in Ægypto Iſrael immolauit, contemptas abigat poteſtates, cum hodie tanta ſit auctoritas, & poteſtas, vt non ſolum Iſraelitica limina muniat, ſed etiam ab iis, quæ Iſraelitica non muniunt, ſolum Sacramenti ſignum repellat Dæmonia: & vbicunque conſpecta fuerit, terribilis ſit eis ſacri Nominis virtus, & ſanguinis nota.* Expende ab iis: *Vt non ſolum Iſraelitica limina,* &c. Sanguis enim Chriſti, eiuſque virtus Nominis non ſolùm Iſraelitis; ſed & gentibus proficit: non ſolùm populum ſuum, ſed & alienigenas, & contrarios protegit, & defendit à [illegible] aduerſariis. Imo in odioſiſſimis etiam ſibi hominibus virtus Chriſti aduerſùs Dæmones operatur Act. 19. *Tentauerunt autem quidam de circumeuntibus Iudæis Exorciſtis inuocare ſuper eos, qui habebant Spiritus malos, Nomen Domini Ieſu dicentes: Adiuro vos per Ieſum, quem Paulus prædicat.* Et quid facebat audacia hominis. Ieſu notiſſimi aduerſarij. Etſi aduerſarij ſunt, tamen Nomen Ieſu & in aduerſariis operatur. Ait D. Cyprian. ſer. de Baptiſ. Chriſti. *Obediunt Dæmones Exorciſtis Chriſtiani, nequaquam ſcimus, & Paulum nouimus. & in Nomine Chriſti quem Paulus prædicat, egrediuntur adiurati. Vos autem penitus ignoramus. Ecce in Nomine ſuo quæſtuarij Exorciſtæ nihil agunt, nec ſe eis deferre ipſi Dæmones profitentur, ſed Nomen Chriſti etiam per lucrorum ſectatores ſuo gloria retinet poteſtatem.* Non dedecet Chriſti virtus oſtendi etiam in iis, qui ei ſunt maximè contrarij. Vt & nos, qui ſpiritu imbuimur Chriſtiano, etiam aduerſarios proficuos eſſe ſciamus. Vide, ... infenſiſſimos ſibi hoſtes dicebat Ieſus in Cruce: *Pater, dimitte illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Circa quæ ait Theophanes Cerameus orat. de Cruce apud Greiſ. Ierſum. ... *Multos ob ſententiæ crudelitatem exultantes, ſubſannantes ... [illegible] ... aceto, & tandem crux ... [illegible] ... Pater, ignoſce illis ... [illegible] ... longanimitatem ... aduerſarium ... via ... vincendi ... ab ... [illegible] ... maleſuetudine ... qui nos moleſtia afficiunt, ... Domini efficiamur.* Sic ibi.

§. IX.

Et literæ, & verba profana perdunt populum Dei.

IN [illegible] ſæculari illud petit Eſther ab Aſſuero, nimirum. *[illegible] Aman literæ inſidiatoris, & hoſtis Iudæorum, quibus in cunctis Regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.* Itaque [illegible] corrigi literas inſidiatoris Amani, quibus Iudæi pe[illegible]bantur [illegible] tunc ſolùm fuiſſent literæ, & verba [illegible] pe[illegible]rent populum Dei. At nunc tot literæ ad[illegible] populum [illegible] circumferuntur, quot profana ſcripta & verba vulgantur. Iſaias cap. 9. *Eleuabit Dominus hoſtes R[illegible] ſuper eum, & inimicos eius in tumultum vertet: Syriam ab Oriente, & Philiſthiim ab Occidente, & deuorabunt Iſ[illegible]* Planè [illegible]amnoſum hoc veniet Iſraeli, quòd [illegible] perdatur. Et quomodo tam [illegible] pul[illegible] ſic poteſt vorari? Ait D. Cyril. Alex. [illegible] 6. *Deuorant & alio modo Iſraelem Nam [illegible] ad ſummum apicem facundia peruenire [illegible] ſtate præſtantes, ac viri ſapientes, Iſraelem [illegible] contemplatricem Dei abripiant. [illegible] ſedentur. [illegible], vt malint tam [illegible] Creaturæ adorare. Hi itaque Iſraelem deuorant [illegible]*

runt, in quibus dictionis ſplendor, &c. Heu quàm fidelium mentes abripiuntur à profana facundia Poetarum, & aliorum? Crede mihi: hæ literæ Poetarum, & Comicorum, quæ præ omnium manibus ſunt: illæ etiam amantium fabulæ, quæ paſſim leguntur, audiuntur toto ore, deuorant Iſraelem, hoc eſt, populum Dei maximè iugulant. Nullas literas dedit peſſimus Aman nocentiores Iſraeli, quam ſunt hæ Poetarum, fabularúmque amatoriarum nocentes animis illis, qui in virtutem nutriuntur.

§. X.

Acerbiſſima eſt ingenuis mentibus ſuorum perditio.

HOc regaliſſimi animi Eſtheris patentiſſimum indicium eſt, quòd ait: *Quomodo enim potero ſuſtinere necem, & interfectionem populi mei?* Non eſt ingenuus animus, qui talia ſuſtineat: nunquam enim non amariſſima eſt præclaris mentibus ſuorum perditio. Ionæ cap. 4. poſt ſalutem Niniuitarum viſam dicitur de Propheta: *Et triſtatus eſt Ionas triſtitia grandi.* Ion. 4.
Dolebat, quòd bonus Propheta ſic reſtaretur in bono Niniuitarum, aduersùs quos tantam calamitatem annuntiarat. Cur non potiùs gaudet, quod calamitates illæ non ſortiunt effectum ſortitæ? Michæas c. 2. poſt denunciata mala multa ait: *Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potiùs loquerer.* Mich. 2.
Amat ac bonus mendax potiùs æſtimari, quàm quod illa mala venirent. Cur non ſimiliter Ionas? Cur de felici euentu Niniuitarum maluit triſtari? Non erat Ionas tanta humanitas in homines, quanta Michææ? Erat equidem: ſed Ionas in Niniuitarum felicitate videbat populi ſui Iſraelis ingentem ruinam: & licèt gratam haberet Niniuitarum ſalutem, non poterat indolenter ſuſtinere ſuorum ruinam. Ait ibi Rupert. *Inde afflictus eſt Ionas afflictione magna, quia Iſrael tradi[illegible] diuinos adebat, & in comparatione eius iuſtificata ac Niniue.* Rupert.
Videbat Ionas in Niniuitarum ſalute, & Gentium vocationem, & Iſraelis repulſam, quam ſine ingenti dolore non videt. Vt dicat D. Hier. *Videns ſubintrare gentium plenitudinem: [illegible] deſperat de ſalute Iſraelis, & magno dolore contriſtatur.* Hieron.
Quis enim ſuorum calamitatem ſine ingenti dolore videre ſuſtineat? Dominus meus Ieſus poſt longam expectationem paſſionis ſuæ, vbi ad eius horam acceſſit, ſic enim deprecabatur Luc. 22. *Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me.* Luc. 22.
Sic, Domine, refugis amarum calicem? Quid tibi modo in illo amarum eſt, ob quod fugias illum? An verbera? an contumeliæ? an ſpinæ? an crux? Aliud tibi omnibus iis amarius videbatur, nempe, populi ſui extremam ruinam. D. Cyril. in Cat. Græca ait: *De perditione, ac ruina Synagogæ dolebat. Non enim volebat occiſorem eſſe Domini ſui, ne propterea extrema lueret ſupplicia.* Sic Dominus Cyril.
meus Ieſus afficiebatur dolore in populi ſui ruina.

Eſther. cap. 8. Reſponditque Rex Aſſuerus Eſther Reginæ, & Mardochæo Iudæo: Domum Aman conceſſi Eſther, & ipſum iuſſi affigi cruci: quia auſus eſt manum mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis, ſicut vobis placet, Regis nomine ſignantes literas annulo meo, *&c.*

§ XI.

Beneficentia præcellentiſſima virtus.

AIt Aſſuerus: *Domum Aman conceſſi Eſther, & ipſum iuſſi affigi cruci.* Prius iubente Rege crucifixus fuit Aman, & poſt domus eius data Eſtheri: at modò Aſſuerus in relatione non eundem ordinem ſeruat: ſed priùs oſtendit à ſe datam domum Eſther? Equidem illud priùs meminit, quod præcellentiſſimæ virtutis erat, nimirum, quòd à ſe munificentia regia datum eſt. Præcelſæ nanque ſedes nunquam non commendantur ex beneficentia. De Romanorum imperio locutus Egeſipp. lib. 5. cap. 15. ait: *Ideò Auguſtum apud illos nomen eſt Imperij, quod augeat ſuos, non quòd alienos opprimat.* Egeſipp.
Vocabantur eumdem Imperatores Auguſti: nec aliunde denominari poſſent præcelſæ ſedes, niſi ex præcellentiſſima virtute beneficen-

tiæ, quæ & oſtendit Reges, & Deos. Dominus aiebat Diſcipulis ſuis Matth. 10 *Tradent vos in Conciliis, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos, & ad Præſides, & Reges ducemini propter me & eritis odio omnibus hominibus.* Sic quos faciebat [illegible] Idolorum expugnatores, vt idolorum imperium de medio [illegible] ferrent, permittebat ſimul, vt eſſent odioſi, & inuiſi omnibus. Cur non magis facis illos, & amabiles, & charos omnibus? Cur quaſi times illos amari, & permittis, vt magis eant in odium omnium? Vt Apoſtoli erant benefici in omnes [illegible] eorum curantes infirmos, & ſuſcitantes mortuos, & Dæmonia excutientes ab obſeſſis corporibus, ſi ſimul eſſent amabiles, crederentur Dij, & illos adorarent homines, & ſic per illos gentiliſmus non caderet, ſed magis præualeret. Tota enim gentiliſmi cæcitas venit ex beneficentia aliquorum Principum, qui, vt benefici, ſic Dij habiti, & adorati à populo. Ne autem crederentur Apoſtoli Dij, ex beneficentia, ſed potiùs eſſent Deorum falſorum euerſores, beneficentiæ eorum permiſſum eſt adiungi commune odium. Ait D. Chryſ. hom. 1. ad pop. Ant. *Multi enim, qui & bella benè geſſerant, & vrbes ædificauerant, & alia eiuſmodi præſtiterant ſuo tempore homines, Dij à multis æſtimati ſunt, & templa, & aras habuerunt. Sic omnis gentilium Deorum numerus ex his omnibus conflatus eſt. Ne hoc & in Sanctis fieret, permiſit ipſos Deus continuò pelli, flagellari, in varios incidere morbos, vt nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba præſentibus perſuaderet, quòd homines erant talia edentes miracula.* Tanta equidem eſt beneficorum potentia, vt Dij eſſe credantur, vt inter tot beneficentiæ miracula ab Apoſtolis peracta, neceſſarium fuerit, & illos flagellis, & odio permitti, ne illos tanquam Deos adorarent mortales. Sic beneficentia & regiæ, & diuinæ naturæ opinionem valet ingenerare. Act. 14. Paulus homini claudo impertiuit ſanitatē. Quid tunc? *Vocabant Barnabam Iouem, Paulum Mercurium quia ipſe erat Dux verbi. Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatem, tauros, & coronas afferens cum populis volebant ſacrificare.* Ecce tibi, vbi Paulus te beneficum præbuit claudo, gentiles [illegible] eum crediderunt, & voluerunt illi ſacrificare. Et cum beneficium vidit Diabolus, ſtatim credidit ſe habere rationem [illegible] colorata in perſuadendæ idololatriæ. Adeò opus beneficentia ſpirat Diuinitatem. D. Chryſ. ſup. aiebat: *Paulo, & Barnabæ tauros ſacrificare aggrediebantur. Vide Diaboli malitiam [illegible] eminus tempeſtates ex mundo exturbare ſtudebat, [illegible] ille [illegible] curabat, ruere perſuadens Deos homines eſſe putare, quod & præ vrbibus ſuis ſepeliebat. Et hoc maximè eſt quod idololatria principium, & eadem introduxit. Multi enim, qui [illegible] &c.* Vbi tota radix, & principium idololatriæ credentes [illegible] à beneficiis hominibus, qui ob beneficentiam ſuam Dij putabantur: ſic aſtutiſſimus Diabolus, videns Paulum, & Barnabam beneficos in claudum, eorum beneficentia abutebatur, vt homines in eorum adorationē traheret, & gentiliſmum cōſeruaret per eos, per quos deſtruebatur. Adeò enim expertus fuerat beneficentiæ inſitam opinionem Diuinitatis. Quid [illegible]? Vbi beneficentia eſt, ibi iam non opus creaturæ, ſed opus creditur Diuinitatis c[illegible]ociari. Sic precabatur Paul. 1. ad Theſſal. 3. *Ipſe autem Deus, & Pater noſter, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos.* Sic non ſolùm à Patre Deo, ſed & à Ieſu, Filio eius, directionem viæ Paulus petit. Ex quo patet, Filium Dei non creaturam, ſed Deum eſſe, quando quid dat, ſolus Deus debet credi. D. Athanaſ. ſer. 4. cont. Arrian. ait. *Nō dixit, dirigant, quaſi à duobus id dominæ, duplexque gratia eſſet, ſed, dirigat, inquit, vt oſtenderet Patrem per Filium eandem gratiam largiri. Nam, ſi vnitas ibi eſſet, ſed diſcreparet natura à Patre, ſufficeret, Patrem ſolum dare, nulla ex creaturis in ratione dandi in ſocietatem admiſſa; nunc ipſe donandi modus clarè oſtendit [illegible] Patris, & Filij ſiquidem per Filium dantur ea, quæ in dationem veniunt.* Vbi aliquid ex Patre, & Filio petitur, manifeſtè oſtēditur vna Diuinitas, vnaque ſubſtantia eſſe in Filio, & Patre. Omne enim datum optimum à Patre deſcendit, neque eget Pater nec ſolet admittere conſortium creaturæ in ratione dandi. Vnde ſufficienter oſtenditur, quàm ſit Filius vnum cum Patre, quando per Filium dantur omnia, quæ in dationem veniunt: ſemper enim in beneficentiæ operibus Deitas adeſſe oſtēditur. Benedicturus Iacob nepotes ſuos Gen. 48 ait: *Deus qui paſcit me ab adoleſcentia vſque in præſentem diem Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.* Benedictionem petit à Deo, & ab Angelo. A quo Angelo? An ab Angelo, qui creatura ſit? Abſit: non meminit Angelum à Deo diſtinctum, ex quo beneficentiæ opera requirit. D. Athan. ſuprà ait: *Non tunc aliquem Angelorum creatorum, & qui natura Angeli erant, in vnum copulauit cum Creatore Deo, nec omiſſo nutritore ſuo Deo, ab Angelo benedictionem poſtularet ſuis nepotibus.* In ratione dandi non adiungit creaturam Deo, vt qui expertus fuerat à Deo omnia beneficentiæ opera venire, id eſt, omnia bona data.

Matth. 10.

Chryſoſt.

Act. 14.

Chryſoſt.

1. Theſſ. 3.

Athanaſ.

Geneſ. 48.

Athanaſ.

§. XII.

Regium decus in operatione conſiſtit.

EXpende illud: *Reſpondit[que] Rex Aſſuerus Eſther Reginæ, & Mardochæo Iudæo: Domum Aman conceſſi Eſther, & ipſum iuſſi affigi cruci, quia auſus eſt manum mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis, ſicut vobis placet,* &c. Epiſtolas in ſalutē Iudæorum ſcribendas, reliquamque totam agendam Mardochæo tā ſibi familiariſſimo remittit. Sed, quomodo remittit ea ſamiliari ſuo? Proteſtans primò, ſe non pauca iā in illam rē feciſſe, cùm ait: *Domū Aman conceſſi Eſther, & ipſum iuſſi affigi cruci. Scribite ergo vos,* &c. O regaliſſimū Regis ingenium! Cōmittit equidem res gerendas familiari alicui ſibi fideliſſimo, & regno vtiliſſimo. Sed non eas cōmittit, quin ſimul oſtēdat, à ſeipſo iam multa, & peracta, & iuſſa fuiſſe. Eſt enim in eo regiū decus, quòd Rex per ſe, ante omnes, & multa iubeat, & operetur. De primo Rege mortali locutus Dominus Gen. 1. ait. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit.* &c. Vbi Rex efficiendus erat homo, ad ſupremi Principis ſimilitudinem efficitur: & in quo erat hæc ſimilitudo, niſi in eo, quòd per ſe multa iuberet, multa efficeret? Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 1. *Solus homo oſtentat ſiſtimus ſua modo nobilitatem. At velut in throno conſidens, [illegible] dignitate Creatoris imaginem præfert, factis, quaſi coloribus eum imitans.* Expende illa: *Velut in throno conſidens [illegible] dignitate Creatoris imaginem præfert.* Quippe non intelligitur eſſe in throno, niſi ea operibus, quibus ſummi Principis refert imaginem. In operatione enim thronus oſtenditur, & regius decor. Vnde 2. Paral. 9. ait: *Fecit quoque Rex ſolium eburneum grande, & veſtiuit illum auro mundiſſimo. Sex quoque gradus, quibus aſcendebatur ad ſolium, & ſcabellum aureū, & brachiola duo altrinſecus* [illegible] in throno inſenſibili poſuit brachia, vt cōſtaret ſupremi Regis thronū in operatione adumbrari. Quò ſpectans D. Baſil. Sel. ſup. aiebat: *Deinde Rex verus, & legiſlator Deus, cui decem millia myriadum Angelorū miniſtrant. Et poteſtatem ſuam dat in ſubiectos, vera dicit ſuper hominum peccatis homo, & ſententiæ dictione gloriatur denique rerum geſtarum vmbra, veri Regis habitum gerit.* Expende illa: *Rerum geſtarum vmbra, veri Regis habitum gerit.* Vbi verus Rex omnium ſuam poteſtate homini dedit, vt Rex etiā in temporalibus eſſe, iura daret, ſententias decerneret, in nullo habitum veri Regis [illegible], niſi in rebus geſtis. Qui nihil ipſe efficit, ſed omnia aliis facienda cōmittit, quàm longè abeſt ab habitu veri Regis. Faciat aliquid Rex per ſe, iubeat ipſe, & faciat, niſi pleniſſimum habeat regnum. Tota illa aquarum immēſa capacitas vacua erat antiquitus habitatoribus. Gen. 1 *Dixit etiam Deus. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile,* &c. Quid tunc D. Baſil. Sel. ait vbi ſup. *Vnū dedit imperium Deus. & natatilibus mox abyſſus inundabat, aerq[ue] volatilibus frequentabatur, at mundus iam conſummatus per miracula exclamabat. Quàm magnificata ſunt opera tua, Domine! Omnia in ſapientia feciſti.* Expende illa, nimirum: *Vnum dedit imperium,* &c. Quippe vacuatus erat aer, vacuatæ erant aquæ ciuibus, dum tacebat ſummus Princeps. Tandem vnum dedit imperium, ſemel locutus eſt, & aer, & aquæ ciuibus implentur. & vniuerſæ creaturæ clamant opera eius, & ſapientiam in operibus. Vtinam Reges non ſemper ſilerent, ſed aliquando ex ſe darent imperium: & fallor, niſi totus regni ſtatus melioraretur.

Athanaſ.

Geneſ. 1.

Baſil. Sel.

2. Paral. 9.

Gen. 1.

Baſil. Sel.

§. XIII.

Prudentia regalis eſt nulli omnia committere.

ITerum expendo verba illa *Reſpondit[que] Rex Aſſuerus Eſther Reginæ, & Mardochæo Iudæo:* [illegible] *conceſſi Eſther, & ipſum* [illegible] *cruci* [illegible] *ergo Iudæis, ſicut vobis placet.* [illegible] ad de[illegible]um

decernendum aſſumpſit. & cætera Mardochæi placito commiſit. Commiſit, inquam, Mardochæo totam rem ſalutis Iudæorum procurandæ: ſupplicium autem Amani, & bonorum eius diſtributionem omninò illi commiſit. Pertinet enim ad regalem potentiam nulli omnia committere.
Geneſ. 2. Gen. 2. *Tulit Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno Paradiſi comede. De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Data in omne lignum Paradiſi poteſtate, vnum reſeruat Dominus, & cur vnum reſeruat? Cur præſtantiſſima concedens nõ concedit omnia? Agebat tunc Regem Deus, Regis autem prudentia nulli omnia concedit. D. nã D. Baſil. Sel. orat. 3.
Baſil. Sel. *Prima Regis edictio alimẽta dat, & terniarij legem ponit. Accipe poteſtatem in omnia, vno ſolo te abſtine, in omnia manus extẽdatur, ad vnum contrahatur. Vt prohibitore cogitato, prohibitorẽ quoque agnoſcas, & vnius priuatio recordationem illius exciteſ, qui dedit vniuerſa, ne voluptas vndequaque circunfuſa beneficij memoriam ſpoliet.* Ecce tibi prima Regis edictio, quæ proculdubiò eſt ſinceriſſimum omnium Regum documentum, ne cui omnia permittant, ne voluptas vndequaque circunfuſa beneficij memoriam ſpoliet. Sed negata aliqua faciant ob oculos verſari præſtitorum authorem.

§ XIV.

Vnius Chriſti ſpiritus eſt, quod immediatè tractetur hominum ſalus.

PEtebantur ex Aſſuero literæ, quæ veteres de perdẽdis Iudæis reuocarent, & eos in ſalutem aſſererent. Pro quo Aſſuerus reſpondet: *Domum Aman conceſſi Eſther, ipſúmque iuſſi affigi cruci: Scribite ergo Iudæis, ſicut vobis placet*, &c. Et quidem ſcriptura hæc vicinior, & immediatior erat ſalutis Iudæorum, quando hæc de facto tollebat decretum mortis, & immunitatem illis præſtabat. Cur ergo Aſſuerus, qui Amanum interfecerat, non progreſſus eſt, vt reuocato mortis decreto, ſalutem Iudæis mandaret? Cur potentius Amani ſublatione, immediatiora illa negotia ſalutis Iudæorum agenda Mardochæo tradidit? Erat in Mardochæo, & Eſthere vmbra Chriſti venturi ſaluare genus humanum: de votis autem Chriſti virtute eſt, ſalutem hominum immediatè
Matth. 10. agere. Matth. 10. *Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis Ieſus dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Ecce tibi Apoſtoli, qui creabantur Orbis Principes, accipiunt a Deo Ieſu meo eam poteſtatem, qua ipſi immediatè ſalutem infirmis præſtent, & liberationem a Diabolo. Quis Principum ſic immediatè tractauit ſalutem populi ſui? Nihil certè: nec Moyſes hanc poteſtatem habuit; ſed vni ſpiritui Chriſtiano fuit reſeruata. Dicebat Rupert. lib. 1. de oper. Trinit. cap. 21. Conferamus modo poteſtatem, quam dedit Moyſi Deus in forma Dei, poteſtati, quam dedit Apoſtolis Deus in forma ſerui. In quo fuit illa poteſtas Moyſis? In proiiciendo virgam coram Pharaone, vt draco fieret, & virgas maleficorum voraret, in educendo ranas, &c.
Rupert. *Magna quidem magnæ poteſtatis opera ſunt hæc; veruntamen conſiderandum, quia non adeò vicina ſaluti humanæ poteſtas illa operata eſt. Nam extra hominis ſubſtantiam cuncta peracta ſunt. His autem & ipſe poteſtatis Dominus circa ipſam hominis ſubſtantiam operatur, & ipſi, quibus poteſtatem largitur, vt curarent omnem languorem. Vbi maior clementia ratio, ibi maior venerandæ poteſtatis dignitas. Hæc opera viciniora humanæ ſalutis, idcircò rectè reſeruata ſunt aduentui Saluatoris.* Expende illa: *Hæc opera viciniora humanæ ſalutis, idcircò rectè reſeruata ſunt aduentui Saluatoris*; quippe non ab alio venit, quàm à Chriſtiano ſpiritu, quòd immediatus, & vicinus adſis humanæ tractandæ ſaluti. Aliquid Chriſtianum deſiderabat in Principe, qui Principatũ fugiens dicebat Iſ. c. 3.
Iſaiæ 3. *Non ſum Medicus: nolite conſtituere me Principẽ populi.* Quid Medicus cum Principe? Multùm per omnem modum: Medicus enim & vicinus, & proximus, & immediatus fit infirmo, eiúſque notat manu ſua pulſum, vt tractet eius ſalutem. Quæ omnia præſtare debet Princeps, qui agitur Chriſtiano ſpiritu, & immediatus, & vicinus ſuæ tractandæ ſuorum ſaluti. Id in vero
Baſil. Sel. Principe Ieſu notabat D. Baſil. Sel. orat. 35. *Medicus abſque pharmaco Chriſtus Dominus ad ægrum hominum genus diuerſatus eſt. Quorum enim fuerat conditor, eorum & Medicus apparet.* Quod minùs habet Princeps de Medico, hoc eſt, de immediato, & vicino aſſiſtente ſuorum explorandæ, tuendæque ſaluti, id minùs habet de ſpiritu veri Regis Chriſti. De quo ait etiam Habacuc cap. 3. *Egreſſus es in ſalutem populi tui.* Non alios mandaſti ire, ſed tu ipſe egreſſus es. Circa quæ D. Hieron. ait. *Egreſſus eſt Deus de loco ſuo. ſicut enim Michæas cap. 1. loquitur: Et egredietur de loco ſuo, vt ſaluet.* Sciuit Deus de loco ſuo, de palatio ſuo egredi, & adhærere infirmis, vt illis effundat ſalutem. Sed D. Cyril. Alex. ait: *Exiuit igitur, vt ſi quis Rex aduerſus hoſtium globos militari modo armatus egrediatur.* In illa ſalutari egreſſione Ieſus Regem agebat, & vt Rex non domi ſedet; ſed ſaluaturus populum ſuum armatus aduersùs hoſtes procedit. Sic Ieſus meus proceſſit in ſalutem ſuorum, vtinam & hunc Chriſtianum ſpiritum omnes Principes exhiberent. Fallar, niſi eis eſſet longe ſalubrius. Quiſquis enim legerit hiſtorias profanas, & diuinas, longè plures inueniet domi, quàm in campo occiſos. Habac. 3. Hieron. Cyril. Alex.

§. XV.

A Trinitate auſpicium lætitiæ fidelibus.

CVm ventum eſt ad epiſtolas de ſalute Iudæorum ſcribendas, non otioſè tempus notatur. Dicit enim Text. *Acciti ſunt Scribæ, & Librarij Regis, erat autem tempus tertij menſis, qui appellatur Siban*, &c. Tertio menſi ſcribuntur epiſtolæ pro Iudæis liberandis; etenim ſub vmbra Trinitatis non poterat non eſſe illis auſpicium lætitiæ ſingularis. Nota eſt hiſtoria Abrahæ, vt centenarium agens annum vidit tres peregrinos, quos excipiens conuiuio, vnum adorauit Geneſ. 18. Qui centeſimus ætatis annus, Geneſ. 18.
non potuit non eſſe auſpicatus, & feſtiuiſſimus Abrahamo, vtpote in quo expreſsè notauit typum Beatiſſimæ Trinitatis. Vt dicat Rupert lib. 5. in Geneſ. cap. 37. *Hic annus ætatis Abrahæ centeſimus ad illam ſecundum Diuinitatis conſilium temporis plenitudinem pertinet, de qua Apoſtolus: Proinde totus ille feſtiuus, atque ſolennis ei diuinis eſt reuelationibus, maximè, quia quam haltenus vidiſſe non legitur, figuram Sanctæ Trinitatis, hoc tempore vidit in Mambre. Ecce enim apparuit, inquit Scriptura, ei Dominus in conualle Mambre. Cumque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri*, &c. Ex quo in tribus peregrinis myſterium perceſſit Sanctæ Trinitatis, Rupert.
ſub eius typo non potuit non eſſe ille annus ſolennis, & feſtiuus, & auſpicatus. Nunquam enim Sanctæ Trinitatis vel vmbra fidelibus hominibus non eſt auſpicata. Ionæ cap. 3 iuxta Septuag. lectionem ait: *Adhuc tres dies ſunt, & Niniue ſubuertetur.* Cur poſt tres dies? Cur non ſtatim? Ion. 3.
Dum tres dies præmittit, auſpicium ſalutis dabat, quando in Sanctæ Trinitatis vmbra omnia auſpicata pronuntiantur D. Ephrem. ſer. de Pœnit. *Tres dies lex, & Euangelium peccatoribus ad pœnitentiam prædicant. Quid ita? Quoniam gratia Trinitatis remiſſionem ea nimia benignitate ſua præbet. Per tres dies mors ſoluta eſt, per tres remiſſio datur; quoniam & per tres dies reſurrectio facta eſt. Poterant & in momento, & in ictu oculi, omnia fieri; ſed ob myſterium Trinitatis intra triduum, hoſtem gratia ligauit.* Sic, vbi triumphus, & victoria, & gaudium diſponebatur, Sanctæ Trinitatis vmbra præmittebatur, quæ bonorum omnium auſpicium daret. Ephrem.

§. XVI.

In re ſalutis ſpiritualis multum intereſt, ſi veteris hominis characteres deleantur nouis.

PRo Iudæorum ſalute aſſerenda veredarij deſignati ſunt: *Qui per omnes prouincias diſcurrentes, veteres literas nouis nuncijs præuenirent.* In eo conſiſtebat tota Iudæorum ſalus, ſi veteres literæ nouis præuenirentur, tollerentur. Necnon & ſalus ſpiritualis fidelium in eo maximè conſiſtit, quod ſic in nouitate vitæ ambulemus, vt veteris hominis characteres prorſus videantur diſpuncti. Marc. cap. 2. aiebat: *Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit veſtimento veteri, alioquin aufert ſupplementum nouum à veteri, & maior ſciſſura fit.* Nunquam non tollenda ſunt vetera a nouis, niſi in maius piaculum venire velis. Quod ſapienter tra- Marc. 2.

Bachiar. ctat Bachiar. epiſtol. de recipien. lapſis, vbi ait: *Si verò ſerui, hoc eſt, peccatores viua es, ſemper officio, maior tibi detur ad conſurgendum audacia, quia cui, qui de humili labitur, leuior eſt ruina. Et minoris iracundiæ pondere prægrauatur is, qui ſemper in errore ver atus rectam ſe aliquando conuertit ad vitam, quàm is, qui poſt ſanctas actiones turpiter vixerit, & veterem pannum nouo aſſuerit veſtimento* Ecce maioris, grauiſſimique lapſus indicium, nimirum: *Veterem pannum nouo aſſuerit veſtimento.* ſi enim vetera non prorſus tolluntur à nobis, ſed adhuc manent nouis aſſuta, in grauiores lapſus facient homines venire. Tota autem hominis felicitas in eo eſt, quod funditùs perditis veteribus nouitatem induat. Isaiæ 2. Dicebat Iſaias cap. 2. *Et eleuabitur Dominus ſolus in die illa. Et idola penitus conterentur.* Quæ verba ſic leguntur ex Hebræo à Caietano: Caiet. *Et renouabitur Dominus ſolus in die illa. Et idola in vniuerſum concidentur* Noſter itaque ait: *Eleuabitur Dominus.* Hebræus ibi legit: *Renouabitur Dominus.* Nec miror, quòd in renouatione intelligatur & eleuatio: dicit enim, quòd idola penitùs conterebantur. Vbi enim idolis funditùs peremtis, hoc eſt, veteris hominis affectibus prorſus excisis, omnimodam accipimus vitæ nouitatem, maxime cum Deo eleuamur, exaltamur. Quò ſpectat D. Athan orat de incarnat. Chriſti, ait: Athanaſ. *Verbo placuit et gere humanam progeniem, eiúſque naturam peccato, corruptione, & morte diſſolutam eam in ipſo conſolidare per imaginem nouitatis.* Vt peccati, corruptioniſve notæ penitus tollerentur, introduxit Ieſus nouam formam, nouámque vitæ imaginem. Qua mirè humana progenies erigitur, exaltatur.

Eſtheris 8. Mardochæus autem de palatio, & conſpectu Regis egrediens fulgebat veſtibus regiis, hyacinthinis, videlicet, & aëreis, coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio, atque purpureo, omniſque ciuitas exultauit atque læta eſt. Iudæis autem noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium. Apud omnes populos, vrbes, atque prouincias, quocunque Regis iuſſa veniebant, &c.

§. XVII.

Quiſque ſe gerere debet iuxta ſtatum, in quo inuenitur.

VIde qualis nunc ſplendeat Mardochæus, de quo ait Text. *Mardochæus autem de palatio, & de conſpectu Regis egrediens fulgebat veſtibus regiis,* &c. Eſther. 4. Ille ipſe Mardochæus, qui ſupra cap. 4. *ſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco,* &c. modo nulli purpuræ, nulli ſplendenti amiculo parcit; ſed in omni ſplendore regio graditur. Et cur, qui anteà cucurrit ad ſaccum, modo lugubri veſte abiecta, ſolas illas veſtes induit, quibus gloriam valeat oſtentare? Prudens, & ſapiens Princeps ſe componit, iuxta rerum ſtatum, in quo eſt. Antea videbat populum ſuum in ſumma calamitate, & ideò ille ſeſe calamitoſis accómodabat indutus ſacco Modò iam ipſe direxerat populum in ſalutem, & ad lucidiſſimos dies traxerat, ideo & ipſe fulget in ſplendenti, & regio habitu. Sic, ſic prudētes viri ſe nouerunt formare iuxta rerum ſtatum. Interrogantibus Apoſtolis Marci cap. 13. de die Iudicij, reſpondit Dominus: Marci 13. *De die autem ille, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque Filius, niſi Pater.* Itaque dicit, ſe neſcire illum diem: verùm Actor. 1. ſimilia interrogantibus ait: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta,* &c. Act. 1. nec modò verbum dicit, quo oſtēdat à ſe illum diem ignorari. Et quando anteà non detrectauit illam ignorationis ſpeciem ſubire, cur modò cauet ſibi ab illa? Antea verſabatur Ieſus homo mortalis inter homines mortales, & ideò omnes mortalitatis ſpecies ſubibat, etiam prætendens ſpeciem ignorantiæ. Modò iam erat in glorioſo ſtatu, populúmque ſuum in lucem direxerat, ad ſpem immortalitatis, per reſurrectionem traxerat, ideo à ſe omnem ſuſpicionem abiectionis, & ignorantiæ arcet. D. Athan. ſer. 4. contra Arrianos ait: Athanaſ. *In Actis Apoſtolorum, rurſus percunctantibus, quando finis futurus eſſet, & quando eius aduentus expectandus, diſertè illis, & expreſsè locutus eſt. Non eſt veſtrum cognoſcere tempora, & rerum agendarum articulos, quos Pater collocatos habet in ſua poteſtate. neque per id tempus dixit, neque Filium quidem ſcire, quemadmodū anteà dixerat. Iam enim cum carne illius ſurrexerat, depoſueratq; mortalitatem, ac deificata eſſet, non decuit eū carnaliter reſpondere, vtpote iam in cælum aſcendentem.* Alter quidem reſpondebat Ieſus in arena conſtitutus, aliter in triumpho poſitus. Cùm erat in arena ſubiectus morti, in manus hoſtium datus, mortalis inter mortales, & calamitoſos agens, quidquid glorioſū erat, occultabat, & vel in verbis prætendebat abiectionis, & ignorantiæ ſpeciem: at in triumpho iam poſitus nihil non glorioſum, & ſublime oſtentabat. Vtinam hanc Ieſu mentē omnes, maximè Principes, æmularentur, & ſe ſe iuxta rerū ſtatum formarent, nec in bellorum, calamitatúmque diſcriminibus ſe ſe gererent eodem modo, quo illi, qui triumphos agunt. In quo maxima eſt pernicies totius ſtatus. Amos cap. 6. *Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael::: Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris:: Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph* Amos 6. Nomine Ioſeph intelligit decem tribus, quæ tunc erant in ſummo diſcrimine, hoſtibus cinctæ, & iam iā penè rapiebantur in captiuitatem. Interea illarum Principes, & capita ſic delicijs, Feſtis, ludis, cōuiuijs, voluptatibus vacabant, quaſi in triumpho eſſent, nihili pendentes inſtantem calamitatem. Quo quid crudelius? Hi planè non Principes, ſed proditores regni à ſapientibus æſtimabantur. In Reipublicæ Romanæ calamitate, quando Cæſarem rebellem patiebatur, factus eſt Conſul Pompeius, eique armorum negotia ſunt tradita. Qui intereà Corneliam duxit, magno apparatu, & pompa nuptiis celebratis. Ad hæc Plutarchus ait in eius vita: *Honeſti verò viri Pompeium exiſtimabant Rempublicā depoſuiſſe iis iactatam fortunis, quarū elegerat ipſum medicum, atque vni ſe commiſerat Cùm interim ille coronatus ſacra nuptialia faceret, quæ illum deberet pro calamitate ducere Conſulatum.* Plutarch. Meritò non Conſul, ſed populator Reipublicæ à viris honeſtis cenſebatur, qui inter arma capienda aduersùs rebelles, cùm validiſſimi exercitus hoſtium inſtabant, ipſe nuptiarum Feſtis vacabat, & coronatus in conuiuiis, in ludis viſebatur.

§. XVIII.

Poteſtas mundialis in externis ornamentis, diuina in nuditate.

RVrſus Mardochæus *fulgebat veſtibus regiis, hyacinthinis, videlicet, & aëreis, coronam aureā portans in capite, & amictus ſerico pallio, atque purpureo.* Quàm vilis eſt potentia mundialis, quæ nequeat oſtendi, niſi ex his externorū bonorum radiis. Illa potentia maxima, & vera, & diuina eſt, quæ in ſumma bonorum mundialium nuditate vires ſuas pandit. Ideò dicebat Ieſus meus Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnū Dei.* Ioan. 3. Ecce tibi ad perdēda peccata, ad debellandos hoſtes noſtros, ad regnum cælorum comparandū obligamur mergi Baptiſmi aquis. Et cur in aquarum merſione poſuit Deus vires ad peragenda opera adeò triūphalia? Qui aquis immergitur, prius omnibus veſtibus nudatur, & ideò quæſiuit Dominus nuditatis neceſſitatē, vt inde magis clareſceret diuina potentia, in qua tot, tantaſque virtutes peragimus. Tert. lib. de Bapt. ait: *Nihil adeò eſt, quod obduret mentes hominū quàm ſimplicitas diuinorum operum, quæ in actu videntur, & magnificentia, quæ in effectu repromittitur: vt hic quoq; quoniā tanta ſimplicitate ſine pompa, ſine apparatu nouo aliquo, denique ſine ſumptu homo in aqua demiſſus, inter pauca verba tinctus. Mentior, ſi non è contrario idolorū ſolennia, vel arcana, de ſuggeſtu, & apparatu, deq; ſumptu fidem, & authoritatem ſibi extruunt.* Tertul. Compone modò ſimplicitatem diuinorum operum, & apparatum profanarum poteſtatum. Promiſſus effectus à Deo magnificus eſt promittitur enim contritio aduerſariorum, cæleſtium expugnatio. Et ad hunc effectū conſequendum, id ſolùm requiritur, quòd puer ſubmergatur aquis, in quo omnium bonorum nuditas explicatur. Nudus enim ſit, neceſſum eſt, qui mergitur aquis, ſit in ea nuditate diuina potentia claret. Non ſic poteſtates idolorum, poteſtates profanæ, quæ à

vc ium

veſtium fulgore, a miniſtrorum pompa, ab [illegible] & temporali authoritatem inlent eminentia. [illegible] civitatem mun[illegible] potellatum [illegible] illa, illa [illegible] poteſtas eſt [illegible] in [illegible] [illegible] mon[illegible]. Ex Michæa dicit [illegible] Matth. cap. 2. *Et tu, Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet Dux* &c. Ecce tibi Dux orituras pro[illegible] [illegible] bat [illegible], qui Orbem [illegible] [illegible] expugnaret. Vbi autem [illegible] natum eſt ad tantæ Ducis [illegible] [illegible], ait Lucas cap. 2. *Et [illegible] Filium suum primogenitum, & pannis eum involuit, & reclinavit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diversorio.* Quid pauperius? Et [illegible] [illegible] dux expugnaturus [illegible] [illegible] [illegible], cui in tanta paupertate, & nuditate? Ait Theodoretus homil. de Nat. tom. 6. Concilij Epheſ. append. 5. cap. 2. *Omnia paupera, & vilia elegit, omnia mediocria, & plurimum obſcura, ut Divinitas ſola cognoſceretur Orbem transformaſſe terrarum.* In nullo enim magis cognoſcitur divina potentia, quam in triumpho per extremam nuditatem peracto.

Matth. 2.
Luc. 2.
Theod.

§. XIX.

Perfecti viri eſt, nec viles fugere veſtes, nec pretioſas detrectare, ubi opus eſt.

F[illegible] *veſtibus regijs, hyacinthinis, videlicet, & aereis, coronam auream portans in capite, & amictus ſerico pallio atque purpureo.* Hic ille Mardochæus, qui ſacco indutus [illegible] [illegible] Orbem peragrabat, modò purpuram induit, & coronam auream accipit, nec detrectat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Eſther cap. 14. ſic de veſtibus pretioſis [illegible] loquebatur: *Tu ſcis, Domine, neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ quod eſt ſuper caput meum,* &c. Sic Eſther inter glorioſas veſtes induendas teſtabatur quanta illas abominatione, & odio proſequebatur. Nihil tale Mardochæus [illegible], qua facilitate ſordes induebat, nunc purpura induebatur. Et quando Eſther ſic glorioſas veſtes abominabatur, cur non [illegible] Mardochæus illas ſibi oblatas abominabitur? An minor Mardochæi virtus, quam virtus Eſtheris? Imò crediderim hoc ex majori perfectione Mardochæi emanaſſe, qui nec ſordidas fugiebat, nec pretioſas æſtimabat, ad utraſque paratus, prout opus erat, & prout utilitas communis poſtulabat. Ad hæc Petrus Damian. Opuſcul. [illegible] cap. 19. [illegible] *Fiunt multis omnia corporum ornamenta dedecori, deformitas honeſtati. Horum quidem Eſther ſpeciem tenuit, cùm dicebat: Tu ſcis, Domine, neceſſitatem meam, quòd abominer, &c. Hi ſancti deſiderij ardore [illegible], adhuc tamen adverſis paſſionum tentamenta confligunt. Alij autem ad tantæ mortificationis celſitudinem pervenerunt, quod iam ad utraque velut inſenſibiles facti, ſicut vilibus indui conuenit exſpectant, ita etiam ubi res exegit, pretioſa quoque vel [illegible] nullatenus perhorreſcunt.* Viri in quibus magna eſt præſtantia virtutis, magna paſſionum mortificatio, ſic ſunt parati ad omnia vilia, ut nec vilia perhorreſcant admittere, nec detrectent magna. Iudith cap. 10. *Exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lavit corpus ſuum, & unxit ſe myro optimo, & diſcriminavit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum,* &c. Cur, bona, aſſueta ſordidis veſtibus ſic audes nitidas, & pretioſas modò capere? Ait Petrus Damian. ſupra: *Cilicio catenam uſa, cùm neceſſitas poſtulit, diverſis ſe corporea venuſtatis inſulis adornavit. Cum his igitur ornamentis ſancta fœmina & vera circa humilitatis cuſtodiam tenuit, & eam, qua locupletata eſt, paupertatis ſpiritum non amiſit.* Sciunt enim perfecti animi inter ipſas glorias eſſe humiles, & inter abundantias pauperes. Quod de ſe affirmabat Paul. ad Philipp. 4. aiens: *Vbique & in omnibus inſtitutus ſum, & ſaturari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati.* Quam cordis latitudinem in parvis, & magnis, ad ſummam vitæ perfectionem trahit Seneca epiſt. 36. fatus, *Tranquilliſſimus ille animus ad perfectum venit, qui nec ablatum ſibi quicquam ſentit, neque adiectum, ſed in eodem habitu eſt, quocunque res cadunt. Cui, ſive aggeruntur vulgaria bona, ſupra res ſuas eminet, ſive ex iſtis aliquid, vel omnia caſus excuſſit, minor non fit.* Sic ibi

Eſther 14.
Damian.
Iudith 10.
Damian.
Philip. 4.
Senec.

§. XX.

Bonorum magnatum gloria non ſibi ſolis ſint.

INſuper notandum, quod ait: *Mardochæus autem de palatio, & de conſpectu Regis egrediens fulgebat veſtibus regijs.* Omniſq. civitas exultavit, atque læta eſt. *Iudæis autem nova lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.* Itaque egrediente Mardochæo in purpura, in regijs ornamentis, credebatur nova lux oriri Iudæis, novuſque honor, & gaudiū, & quaſi iā cernebantur hæc omnia illis advenientia. Et cur cernebantur advenientia hæc bona Iudæis? Quia erant in Mardochæo: tanti enim viri gloriæ non in illo uno ſtagnari debebant, ſed & alijs communes erant. Quò ſpectans Ioſephus lib. 11. cap. 6. ait: *Mardochæum verò cultu regio, coronaque aurea, & torque ornatum è palatio prodeuntem ut videre Iudæi, felicitatem illam ſibi quoque communem* [illegible] *ſunt.* Quippe ſciebant, magnorum virorum glorias tunc cenſeri, cum ad alios perueniunt. Non enim cenſetur magnitudo, quæ alijs non proficit. Et ut nota erat omnibus in Mardochæo magnitudo ſanctitatis, ſic eius gloriæ omnibus proficuæ credebantur. Pſal. 144. *Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur.* Expende: *Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ,* &c. Vbi enim gloria ſanctitatis expenditur, ſimul illi apponitur magnificentia. Non enim magna eſt gloria ſanctitatis, quæ ſe ſola contenta eſt, tunc cenſetur, cùm alijs proficit. Ad hæc [illegible] D. Hilar. ibi: *Et ſanctitas quidem tam bona eſt, neque tantum ſibi proficit, neque hoc, quod ex ſe eſt, intra v[illegible] commodi propria conſumit. Nam etiam ad prædicandum in ſe aliorum beneficentiam ſanctitatis officio [illegible] ipſa commendat.* [illegible] *nihil de ſe dignum admiratione protulit, ſi ſibi ſoli ſit. At verò hoc proprium eſt, & mirabile ſanctitatis, cum hoc, quod ex ſe eſt, in uſum alterum concedat, ipſa aliquo non egens, niſi fortè eo tantum, ut ſe alij utantur.* Quid pulchrius? Vix creditur ſanctitas, ubi magnificentia non eſt, quæ conſulat alijs, eóſque trahat in bonorum ſocietatem. Vide lib. 13. cap. 2. §. [illegible].

Ioſeph.
Pſal. 144.
Hilar.

§. XXI.

Temporalis homo ibi ſolùm divinum, magnúmque aliquid ſuſpicatur, ubi bona ſplendeat mundialia.

ITaque *Mardochæus de palatio, & de conſpectu Regis egrediens fulgebat veſtibus regijs,* &c. Quid tunc? Quid ex tanto ornatu viſo in Mardochæo? *Iudæis autem nova lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.* Totus ille Mardochæi ſplendor in purpura, in diademate, in regio ornatu æſtimabatur a Iudæis, quaſi ſi novum iubar affulſiſſet. Sed in veritate natus fuit Iudæis verus Sol iuſtitiæ Chriſtus Dominus, & ſanitas in pennis eius. De illo tamen dicit Iob cap. 12. *Lampas contempta apud cogitationes divitum.* Verus Sol oritur apud Iudæos, & contemnitur: Mardochæus autem ab illis lux, & ſanitas æſtimatur. Et quando Mardochæus ſic æſtimatur, cur luciſſimus Ieſus contemnitur? Splendebat Mardochæus in auro, Ieſus in auro non veniebat, temporales autem homines nihil magnum, aut divinum æſtimant, niſi quod in auro, bonorúmque mundialium ſplendore venit. Ait Rupert. lib. 1. de Sapientia, cap. 10. locutus de vero Salvatore Ieſu: *Lampas iſta lucens dictis vel doctrinis, ſplendens miraculis, contempta eſt apud cogitationes divitum. Quare? Quia non lucebat, quomodo volebant, non ſplendebat, quomodo ſplendere volebant ſuum Meſſiam, ſcilicet, ad præſentem diem, & vanam illorum glorium.* Quia Ieſu ſplendor non erat ab aureis veſtibus, à pompa ſæculari, a miniſtrorum apparatu, contemnebatur ab hominibus temporalibus, qui in ſolis illis magnitudinem, & Divinitatem ſuſpicantur eſſe. Baruch cap. 6. dicebat: *Nunc autem videbitis in Babylone Deos aureos, & argenteos, in humeris portari oſtentantes metum gentibus.* Et unde oſtentabant metum? ex pompa, ex auro, ex [illegible] ſa materia, in quibus ſolis homines temporales Divinitatem ineſſe credunt. Ut dicat Lact. li. [illegible] *Veniunt ad Deos, non tam religionis gratia, quàm ut aurum oculis hauriant, nitorem*

Iob 12.
Rupert.
Baruch 6.

rem lauigati marmoris, aut eboris aſpiciant, aut inſignes lapillis, & coloribus veſtes, vel diſtincta gemmis fulgentia ornamenta inſatiabili contemplatione contrectent. Et quanto fuerint ornatiora templa, & pulchriora ſimulacra, tanto plus maieſtatis habere credunt. Sic temporales homines ex his materialibus bonis maieſtatem, & Diuinitatem metiuntur. Quæ omnia vera Diuinitas & à ſe alieniſſima, & nihili putat. Iſaiæ cap. 20. dicit Dominus: *Locutus eſt Dominus in manu Iſaiæ, filij Amos, dicens: Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis*, &c. Erat equidem Iſaias ſacco veſtitus, quem exuere mandatur. Et ad hominem ſolo ſacco veſtitum loquitur Deus. Proh Dei ingenium! Nonne erant plures fulgentes veſtibus aureis? Cur maluit loqui ad hominem viliſſime veſtitum? Non æſtimat Deus externa hæc decora, ſed intimam virtutem. Petrus Dam. Opuſcul. 11. de contemptu ſæculi, cap. 16. ait: *Quanta tunc erant Regum triclinia decorata! Quot pictis cortinis ſola thoris purpurata cubilia! Quanta pendentium ornamenta gemmis micantibus inſignita! Et tamen omnibus ſpretis, hunc ſaccina deformitate contectum dignatus eſt omnipotens Deus templum ſibi rationale conſtruere, & per eum quaſi organum ſecreta ſua myſteria mortalibus reuelare.* Nihili ſunt mundana omnia decora oculis, qui Dei aguntur ſpiritu.

Lactant. — Iſaia 20. — Damian.

§. XXII.

In vno Ieſu Nomine, & miſericordia, & lenitas, & ſuauitatum plenitudo.

Tandem illud expendo, quod dicit: *Grandis enim in illos Iudæis nominis terror inuaſerat.* Iudaicum enim nomen non niſi terrorem poterat immittere. A ſolo enim Ieſu Nomine, & miſericordia venit, & ſuauitatum plenitudo. De columba emiſſa à Noemo poſt diluuium locutus Textus Geneſ. 8. ait: *At illa venit ad eum ad veſperam portans ramum oliuæ, virentibus foliis in ore ſuo.* Qualis hic erat ramus oliuæ in ore columbæ? Ait D. Thomas in Proœm. ad epiſt. Pauli: *Quia enim oliua miſericordiam ſignificat, congruè per ramum oliuæ accipitur Nomen Ieſu, quod etiam miſericordiam ſignificat. Hunc autem ramum virentibus foliis detulit ad arcam, ſcilicet, Eccleſiam, quando eius virtutem expreſſit, Chriſti gratiam, & miſericordiam oſtendendo.* Planè Nomen Ieſu tunc oſtenditur, quando diluuio malorum excluſo, gratia Dei, & miſericordia cœpit hominibus apparere. Et ſic appareat, vt dicat Paul. 1. ad Corinth. 15. *Gratia eius in me vacua non fuit.* De Nomine enim Ieſu venit, quod gratiæ vacuum non detur, ſed illa inueniamur pleni. Actor. 9. de Paulo dicit Dominus: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum*, &c. Et quando enim vocat vas, eum non explicat, an vacuum, vel plenum? Vbi dixit vas, quod nomen eius portabat, iam ibi innuebat plenum eſſe: nomen enim Ieſu vacuitatem neſcit, ſed ſuos replet. D. Thom vbi ſupra: *Hoc autem vas plenum fuit pretioſo liquore, ſcilicet, Nomine Chriſti, de quo dicit Cant. 1. Oleum effuſum nomen tuum. Vnde dicitur: Vt portet Nomen meum. Totus enim videtur fuiſſe hoc Nomine plenus.* Quippe ab hoc diuiniſſimo Nomine, & vacuitas abeſt, & plenitudo ſuauitatum venit. Quod vt ſuos replet ſuauitate, etenim & aduerſarias poteſtates replet metu. Apocal. 14 innuitur eſſe aliquos, qui *acceperint characterem nominis beſtiæ.* Inuritur enim miſeris hominibus nomen beſtiæ, ne in illis maneat locus Ieſu Nomini, quod vehementer expauent Dæmones. Pro quo dicebat D Ephr. ſerm. de Antich. *Draco ſignum ſuum pro Cruce, modis omnibus molitur imprimere, vt Nomen Domini Saluatoris, nulla prorſus ratione nominetur. Metuunt enim, ac tremunt ſanctam virtutem Nominis Saluatoris, tota id cura nititur extinguere.* Planè nihil magis curdi eſt draconi, quàm tollere de medio Nomen Ieſu, ſub cuius virtute ipſe perit, & fideles non paruum habent iuuamen. Ex quo patet, quàm ſint Draconis diſcipuli vniuerſi Sectarij, qui capitis ſui nomine vocantur, vt abiiciant à ſe Nomen Chriſtianum. Rem ponderat D. Athanaſ. orat. 2. contra Arrian. *Qui etiam nunc ex gentilibus omiſſa idololatria ad Eccleſiam veniunt, non catechizantium, fideique documenta tradentium nomina, ſed Saluatoris in ſe transferunt, & pro gentibus Chriſtiani incipiunt appellari. Qui verò ab Eccleſia ad hæreſim tranſitum faciunt, nomen Chriſti derelinquunt, & Arrianorum vocabulo induuntur.* Equidem nihil priùs moliuntur expungere, quàm Chriſti nomen inimici veritatis, vt qui timeant ſub tanto nomine cruciari.

Geneſ. 8. — Thom. — 1. Cor. 15. — Act. 9. — Thom. — Apoc. 14. — Ephrem. — Athanaſ.

CAPVT XVI.

Literæ pro Iudæis.

Textvs Historia.

Rex magnus Artaxerxes prouinciarum Ducibus, ac Principibus S. Multi felicitate elati beneficia in ſe à Principibus profecta non ſolùm faciunt aduerſaria ſubiectis, ſed ſæpè in ipſum beneficiorum authorem retorquent. Imò corrupti inopinatis honoribus, eis abutuntur, in malum eorum, à quibus illos accepêre, nec vllum Deo exhibent timorem, quem etiam à ſe credunt falli poſſe. Eóque horum veſania progreditur, vt nulli parcant bonorum; ſed afflictis mendaciis animos Principum opplentes, illis ſuſpectos reddant & fidiſſimos, & ſanctiſſimos quoſque. Inueterarum malum ante oculos refloruit noſtros, eundum occurrimus, mutata ſententia, non leuitas eſt; ſed prudens ſtudium prouidendi meliora, quæ res cognitæ poſtulant. Fuit enim vir, Aman nomine, filius Amadathi, animo, & gente Macedo, alienus a Perſarum ſanguine, primùm apud nos hoſpes, deinde tam arcto amoris, & familiaritatis vinculo conſtrictus, vt patrem eum haberemus, & ſecundus poſt Regem adoraretur ab omnibus. His ille correptus, vel oppreſſus tantæ noſtræ beneficentiæ onere, conuerſus eſt noſtram moliri ruinam, dum fidiſſimum Mardochæum, & thalami conſortem Eſtherem, inauditis aggreditur machinis, & nouis. Amabat proditor nos peterere tam fidis amicis deſtitutos, vt faciliùs nobis ereptum imperium ſuis daret Macedonibus. Nos autem à mortalium peſſimo deſtinatos morti Iudæos cùm viderimus innoxios, ſanctis vtentes legibus, Altiſſimúmque Deum colentes, cuius beneficio noſtrum imperium conſtat, literas, quas ille nomine noſtro in facinus direxerat, irritat, & nullas eſſe volumus. Et pro patrato ſcelere, dum ipſe, & tota eius cognatio ſuſpenſi crucibus ad portas Siuan videntur, pœnas debitas non nobis; ſed Deo ſuorum aſſertori exſoluunt. Iubeo itaque noſtrum hoc edictum vniuerſis propono, vt liceat Iudæis vti legibus ſuis; quibus vos auxilium præſtabitis, vt die decimatertia menſis Adar, de hoſtibus ſuis vindictam ſumere poſſint. Quæ dies vt illorum erat luctui deſtinata, ſic a Deo verſa eſt illis in gaudium, & exultationem. Necnon & inter feſtos dies hanc celebrari in perpetuum volo, vt ſemper omnibus innoteſcat, quanta bona recipiant à Perſarum Principibus, qui fidi illis ſunt: & quanta diſcrimina inſidiatores deuoluant. Caueant prouinciæ aliquid derogare huic decreto, niſi velint irreparabiliter venire in perditionem. Huc vſque epiſtola.

MORALIA CIRCA TEXT. LIT.

Ro Iudæorum nece datæ epiſtolæ reſcinduntur: ſic Saluator noſter deleuit, quod aduersùs nos erat chirographum.

Eſther. 16. Rex magnus Artaxerxes, &c. Multi bonitate Principum, & honore, qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam: & non ſolùm ſubiectos Regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos, qui dederunt, moliuntur inſidias. Nec contenti ſunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in ſe iura violare; ſed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiam. Et in tantum veſaniæ proruperunt, &c.

§. I

§. I.

Temporalibus beneficiis acceptis eò ſolent homines deduci, vt in benefactorem inſurgant.

NOtum eſt illud à temporalibus beneficiis diſcrimen, quibus qui afficiuntur, *Non, ſolùm ſubiectas Regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos, qui dederunt, moliuntur inſidias.* Heu miſera in temporalibus beneficiis humanis conditio? Quibus magis debebat obſtringi benefactori ſuo, Regi ſuo, citiùs ſolet ab eo deficere, & illum capetere in ruinam. De primo illo in Deum inſurrectore locutus Paul. ad Epheſ. cap. 2. ait: *Secundum Principem poteſtatis aeris huius, ſpiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.* D. Thom. in præſenti exiſtimat ab aliquibus putari primum Numinis deſertorem fuiſſe de infima Angelorum Hierarchia, quibus tradita erat a Deo terrenorum bonorum adminiſtratio. Iuxta quod infimus Angelorum chorus materialium omnium habebat principatum. Et in eo choro primus, & cæterorum Princeps erat Lucifer, qui ſtatim inſidias authori ſuo parauit. Et vnde occaſionem ſumpſit in authorem rebellandi, niſi ex ipſa poteſtate accepta circa hæc infima, & temporalia? Habent enim hanc conditionem bona hæc, vt plurimis inſurgendi in authorem eorum fiant occaſio. Quo ſpectans D. Damaſcenus lib. 2. fid. orthodox. cap. 4 ait. *Qui terreſtris ordinis principatum tenebat, cuibus cuſtodienda terra cura à Deo commiſſa erat. ſplendorem eum, & honorem, quem Creatoris beneficio conſecutus fuerat, non ferens aduerſus opificem ſuum ſe ſe extulit, rebellare aduerſus eum in animum inducens.* Terreni principatus beneficium a Deo acceptum, temporaliúmque horum adminiſtratio ſic Angelum affecit, vt non ferens huius honoris gloriam in authorem rebellarit. Et eius rebellionem adhuc explicatiùs exprimit D. Baſil. Sel. orat. 2. 3. fatus: *Aeris adminiſtrationem eſt à mundi opifice Deo creatus, vt Paulus ait. Secundum principem poteſtatis aeris huius, qui nunc operatur in filios diffidentiæ. Ad naturam talem enectus dignitate excidit per mentis altitudinem. variúmque eff. ctorum abominatus varias machinas adhibuit ad obliterandam Dei imaginem. Nam cùm contra Deum belligerare non valet, alia via pugnam inuit, dum creaturas contra Creatorem ſuccendit ad ſeditionem.* Eò Angelus adductus ex accepta adminiſtratione mundiali, vt nihil amplius quærat, quàm benefactori ſui veſtigium a rerum natura obliterare. Notum eſt omnibus & Cain, quem primogenitum ſuum natura fecerat humana, primogenitique honore cumulauerat. Quid iſte? Ait Gen. 4. *Conſurrexitque Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eũ.* Timuiſſem ego magis mortem Caino ab Abele fratre; quando viſitatius eſt, quod minores fratres grauiùs ferant primogenitorum vitam, & magis illorum exitu gaudeant. Vnde tunc factum eſt, vt qui maior, vt qui primogenium ex natura acceperat, ſic inſurgeret in fratrem. Crediderim ipſum primogenij beneficium à natura acceptum eò occaſionis deduxiſſe hominem, vt vellet ipſam beneficiatricem naturam extinguere in fratrem. D. Baſil Sel. orat. 4 ait: *Primus partus eſt, qui primus naturæ fuit infeſtus. qui primus aperuit partiens vulnus, primus mortis portas patefecit, qui naturæ munere primus ad vitam venit, primus vitio voluntatis in vitium ruit.* Naturæ munus fuit, quod primus Cain naſceretur, & de illo munere naturæ accepto venit ille in eam mentem, vt naturæ infeſtus eſſet. Sic beneficia temporalia videntur quaſi exigere a recipiente muneratoris ruinam. Laborabat Saul Spiritu arreptitio, quo cùm corriperetur, Dauid ſono lyræ Spiritum abigebat, & Regem trahebat ad ſalutem. Cùm autem quadam die in eo officio Dauid eſſet, 1 Reg. 18. *Tenebat Saul lanceam, & miſit eam, putans, quod configere poſſet Dauid*, &c. Quod facinus ſic ponderat D. Baſil. Sel. orat. 15. *Paululum à Dæmonis oeſtro leuatus Saül, in Dauidem haſtam iaculatus medicinæ pretium eadem obtulit.* Ecce tibi, quale pretium credebatur exigere illa temporalis medicina, nimirum benefactoris ruinam.

Epheſ. 2.

Damaſc.

Baſil.

Geneſ. 4.

Baſil. Sel.

1. Reg. 18.

Baſil. Sel.

§. II.

Regia munera immodicè collata citiùs ſolent & perduelles, & regni populatores nutrire.

IVxta communiorem euentum locutus Aſſuerus de his, qui regiis beneficiis immodicè exaltantur, ait: *Non ſolùm ſubiectos Regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos, qui dederunt, moliuntur inſidias.* Habent enim hoc communiter regia in aliquos immodicè collata beneficia, quòd regni populatores nutriant. Exod. 2. filia Regis Pharaonis in Nili ripis inuenit puerulum Hebræum, quem nutriendum dedit, & ablactatum tulit in domum ſuam, *& adoptauit in locum filij, & vocauit nomen eius Moyſes.* Erat paruulus iſte a Deo ordinatus in deſtructionem regni Ægypti, & Pharaonis ipſius. Et mirabar, quòd Ægyptiorum futurum populatorem ſic diuina prouidentia regeret, vt illum ad ipſam Ægypti aulam deduceret, ibique inter incredibilia beneficia a Rege in illum profecta vellet nutriri: erat enim ſummum Regis beneficium, & planè immodicum, quòd puerulus expoſitus, à nemine notus, nutriretur in aula, haberetur in ſinu Reginæ, adoptaretur filius tanti Regis. Cur, Deus, quem diſponis Ægypti populatorem, vis, tot, tantiſque Regis Ægypti oppleri beneficiis? Nónne iis maximè deuincietur Regi? Nónne iis, quaſi arctiſſimis, & validiſſimis vinculis obſtringetur, ne noceat Ægyptus? Memini dixiſſe Ioſephum Gen. 39. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua; nec quicquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non dederit mihi præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* Sic ſe Ioſeph obſtrictum beneficiis ab hero acceptis putat, vt rem impoſſibilem ducat illi officere. Cur Deus non cauet, ne ſimiliter obſtringatur Moyſes beneficiis à Rege Ægypti acceptis? Nouerat ſatis Deus, quam alij erat regulariter regalium beneficiorum immodicorum euentus, quæ magis ſolent regni populatores nutrire: & inde permiſit inter illa immodica Pharaonis beneficia Moyſem nutriri, à quibus ipſe in regni deſtructionem veniret. Dicebat Lippom. in Cat. *Ipſum intra regiam aulam educari oportuit. Intra aulam certè proficere commodiùs potuit ſcientia rerum multarum ob conſortia ſapientium, experientia rerum omnium, authoritate quoque eo cere, velut adoptiuus filius Reginæ, & potentia rerum agendarum. Sic igitur parabatur à Rege contra Regem, volente Deo.* Expende illa: *Sic parabatur à Rege contra Regem.* Sic, inquam, eum adoptando in filium, eum honoribus, ſapientia, authoritate, & potentia augendo parabatur à Rege contra Regem. Et ſic ſæpiſſime immodicis beneficiis a ſuis plurimi parantur à Regibus contra Reges, & regnum.

Exod. 2.

Geneſ. 39.

Lippom.

§. III.

Imperij faſtus contemptus Dei ſolet creare.

ET illud Aſſuerus addit de iis, qui ad poteſtatem exercendam, & imperium ſublimantur, nimirum: *Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiam.* Tam vili æſtimant diuinam potentiam, quaſi illam ipſi valeant ſuperare. Quorum ingenium ſapienter etiam exprimit Ioſephus lib. 6. Ant. cap. 14. fatus: *Simul atque ad potentiam, & imperium prouecti ſunt: exutis priſtinis moribus, & tanquàm in ſcena, mutato habitu, nouáque perſona aſſumpta, in omnem audaciam, & inſolentiam, diuinarúmque æquè, ac humanarum rerum contemptum prolabuntur: Tunc maximè, quaſi diſſimulante Deo, aut ex ipſa poteſtatem eorum formidante in ſubditos debacchantur.* Quid verius? Planè imperij faſtoſa eas tenebras animis hominum infundunt, ſub quibus ſic ſe gerant, quaſi nihil ſibi a Deo veliot metuere. Luc. 18. *Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non metuebat, nec hominem verebatur.* Sic vbi introducendus erat homo, qui ab omni Dei timore eſſet alieniſſimus, introductus eſt homo Iudex. Cur non magis introducitur homo publicanus, aut adulter, aut latro? Cur iis omiſſis Iudex introducitur? De nullo affectu ſic crederetur timor Dei perſum dari, vt de poteſtatis mundialis, & imperij faſtu: de iis enim dicebat Iob cap. 22. *Quaſi nihil poſſet facere Omnipotens, æſtimabant eum.* De imperij faſtu hæc ſoſaoia bibi-

Ioſeph.

Luc. 18.

Iob. 22.

tur, qua credatur Deus poſſe [illegible], & [illegible] mundialem poteſtatem vinci. Hinc falluntiſſimi [illegible] ty-
Dan. 3. rannus. Dan. cap. 3. *Fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexaginta, &c.* Qui quidem paulo ante viderat in ſomnis ſtatuam, etiam magnam, cuius caput aureum erat, pectus argenteum, venter æneus, crura ferrea, pedes & ferrei, [illegible] quam tamen lapis a monte ſine manibus [illegible] miſſus contriuit, & redegit in puluerem. Quando [illegible] tantam illam imaginis molem a lapillo vno vidit contritam, cur non magis cauit, & ipſe ſtatuam erigere etiam? Cur non timuit ſibi vel ab alio lapillo? Theo-
Theodor. dor [illegible] ait: *Breui interiecto tempore ad ingenium ſuum rediit, & conflauit imaginem auream & ſibi ſubiectos eam iubet adorare. Non ſimplex hic motiuus ſuperbia fuit, ſed Deo apertè repugnas, & Deo infeſtus. Nam, quia Deus in ſomnis maximam illi imaginem oſtenderat è quadruplici materia confectam, per quam ipſi quatuor regnorum ſucceſſiones declarauit, proprium faſtum, quaſi caſtra Deo opponens, ipſe quoque ſtatuam conſtruit, ratus [illegible] ex ea falſas oſtenſurum ſe Dei prædictiones.* Expende illa: *Proprium faſtum, quaſi caſtra Deo opponens, &c.* quippe poteſtatis faſtus non veretur Deo aduerſari, neque con-
Iſaia 14. temnere Dei poteſtatem, etiamſi ſuis oculis videat ab illa perdi omnia mundialia. Iſaias cap. 14. *Quomodo cecidiſti, Lucifer, qui manè oriebaris? Corruiſti in terram qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo: In cœlum aſcendam, &c.* Per illum Luciferum intelligunt Regem Chaldæorum D. Hieron. Baſil. Cyril. Thomas, Haymo, D. August. relati a Patre [illegible] Quia primis oſtenditur lapſus à culmine deiectus in terram, & cum ſic eſſet deiectus, adhuc aſcenſiones meditabatur, & cæleſtes thronos à ſe credebat poſſe expugnari. Sic enim poteſtatis primæ faſtus hominem deturbarat a mente, vt in ruina conſiſtens adhuc cogitabat ſe ſummam [illegible], illiſque opprimebat alios. Ait D.
Cyrill. Alex. Cyrill. Alex. ibi: *Cum in malis propter ſpem verſatur, vix tandem ex [illegible] hominem eſſe, & hominibus ante ſe [illegible] Quantum enim ſpectat ad animum Dei odio flagrantem, & ad ſummam inſolentiam, ac faſtum plenum, [illegible] à diuina celſitudine abeſſe putauit.* Expende [illegible] *inſolentiſſimum.* poteſtatis enim faſtus ſic hominem implebat, vt in ipſa deiectione vel adhuc ſe ſupra alios eſſe putet, & ſupra Deum ipſum.

§. IV.

Qui Deum præ oculis habet, neſcit iniuriam inferre proximis.

Ille [illegible] progreſſus, nimirum *Deo quoque [illegible] ſe effugere ſententiam [illegible] ita tracta agunt, vt omnium laude digni [illegible] conantur [illegible]* Mendacijs cu[illegible] opprimere fideliſſimos [illegible] tanta [illegible] ante illud: *Deo quoque [illegible] poſſe effugere ſententiam.* Ex qui-
Pſal. 53. te a Deo [illegible], ſtatim in proximos inſurgunt. Ait Pſal. 53. *Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.*
Theodoret. Ibi Theodoret. *Hæc contra me audent, quia tuam prouidentiam ignorant.* Nemo [illegible] qui Deum præ oculis [illegible],
Nahum 2. ſcit [illegible] proximis iniuriam, aut contumeliam. Nahum cap. 2. [illegible] ſeptuaginta legit [illegible] ait: *Quoniam auertit Dominus contumeliam Iacob, ſicut contumeliam Iſrael.* Loquitur [illegible] de contumelia [illegible] de contumelia illata [illegible] enim, antequam [illegible] Iſrael, quaſi contumelia-
Geneſ. 32. [illegible] cum Angelo [illegible] cum eo luctatus nec [illegible] Simul autem [illegible] catus fuit, nimirum, *vidit Deum* propter Deum præ oculis habitum ſtatim à lucta ceſſauit, nec amplius moleſtus fuit Angelo. [illegible] eo, quòd Deum videamus, vniuerſis ab iniuria inferenda
Hier. ceſſabimus. Vt dicat D. Hieron. ibi: *Poſtquàm luctatus eſt Iacob cum Angelo, Iſraelis nomen meruit accipere, & quia vidit Deum, iniuriam facere ceſſauit. Sicut ergo [illegible] vir videas Deum, & ſemper de Deo cogita [illegible] facere neſcis iniuriam. [illegible] contumelia [illegible] eſt à Iacob.* Ne metuas contumeliam aut [illegible], aut ullo teſtimonia ab eo qui
Matth. 11. Deum præ oculis habet. Matth. [illegible] in natali Feſto clamabat [illegible] *Dei mihi in diſco caput Ioannis.* Circa quæ ait D. Baſil. Sel. orat. 12. *Herodiadis inſtudium*
Baſil.

nobis hodie [illegible] Euangeliorum [illegible] & mulierum illorum publicitus [illegible] eſt, qui non habet Deum, vt videas quàm [illegible] vocetur [illegible] ſaturum [illegible] Deo enim eſt, quæ [illegible] ſenſit ſe malum. Huc trahenda [illegible] in Euang. lib. 9. cap. [illegible] §. 19. & alibi.

§. V.

A cæleſti aula niſi ſe homo excludat, à nullo poteſt excludi.

Hoc malum eſt in mundialibus aulis frequentiſſimum, nimirum: *Eos, qui creata ſibi officia diligenter obſeruant, & ita [illegible] agunt, vt omnium laude digni ſint, mendaciorum [illegible] conantur ſubmittere.* Si enim aliquis familiaritate Principis potiatur, in eiúſque laboribus ſit primus, & ſingularis, eò maximè intendit, vt fideliſſimi quique alij, & meritiſſimi longè alienentur a Principe, a totaque aula maneant excluſi. In eo credit ſuam potentiam conſiſtere, ſi nulla aliorum præſtantia nota ſit Principi: & ideo, quò præſtantiores alij ſunt, eò vel m[illegible] curat eos ab aula excludere, vel faſtidiis. Heu miſera eorum conditio, qui operam impendunt, vt ſeruiant mundialibus Principibus! Quo ſplendidiora opera exhibent, vt gratiam mereantur [illegible] à Principe, eo citiùs, & [illegible] excluduntur à Principis famulatu, & amico. Feliciores, qui Regi ſæculorum Deo ſeruiunt, quos nullus poteſt excludere à cæleſti aula, niſi ipſi ſe [illegible] facinoribus excludant. Luc. 14.
Cælorum Rex multos inuitabat ad cœnam. *Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit [illegible]. Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam. Rogo te habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire.* Ecce [illegible] nullus proponitur, qui propria voce, propriíſque [illegible] non ſe excuſet a cœna tanti Principis. Et cur omnes ſeſe excuſantes proponuntur? Crediderim, quod niſi ipſi proprijs verbis, proprijs commodis ſe excuſarent, nemine poſſent excludi. D. Ambr. ibi
ait: *[illegible] quia nemini inſtitudine regnum, niſi ei, quem ſua profeſſio vocis excluſerit. Dominum autem omnes [illegible] ſanitat, [illegible] aut [illegible] noſtra, aut error vniuerſi.* Niſi nos verba noſtra, aut opera noſtra excludant, nulla poteſtas creata [illegible] mundana poteſt [illegible] cæleſti aula excludere. Sint opera tua ſplendida, & nulla erit potentia quæ [illegible] regno cælorum
vaicat [illegible] Dominus [illegible] *exiuit ſanguis & aqua* [illegible] Domini [illegible] in quo vino [illegible] & aquæ ſit in calice [illegible] ex vino, & aqua [illegible] neque ab inuicem ſeparari, ſi [illegible] populo [illegible] per [illegible] & hiſto, [illegible] poteſtas ſeparare [illegible] epiſt. 63 ait: *Quo copulatio, & [illegible] aquæ, [illegible] in calice [illegible], vt commixtio illa non poſſit ab inuicem ſeparari. Vnde Eccleſiam id eſt, plebem in Eccleſia [illegible], [illegible] & [illegible] in eo, quod [illegible] nulla [illegible] ſeparare per [illegible] a Chriſto, quominus hæreat ſemper [illegible]* Expende [illegible] *Perſeuerant in nulla [illegible] poterit ſeparare a Chriſto.* Dummodo enim in bonis fide, [illegible] ribus ſe ſeueres, [illegible] à Chriſto poterit [illegible] excludere. [illegible] tamſi petaris mendacijs, non [illegible] magis in [illegible] *Beati eritis cum maledixerint vobis [illegible] & dixerint aduerſum vos omne malum, mentientes propter me.* Circa quæ ait
D. Hieron. [illegible] *dum eſt, quod beatitudinem creat quod [illegible] profertur.* Quippe maledictum, quod falſo maledicentis ore profertur, tantum abeſt, vt noceat apud Deum, [illegible] potius beatitudinem creat. Excluduntur ab aulis [illegible] mundianorum ſæpè fideliſſimi quique [illegible], & mendacibus [illegible] à [illegible] apud Deum [illegible] alia mendacia, ſi propter [illegible] ſuſtineantur, ad beatitudinem fideles euehunt.

Luc. 14.
Ambroſ.
Ioan. 19.
Matth. 5.

§. VI.

Qui apud Principem valet, eò maximè ſpectat, vt nullius præſtantia innoteſcat Principi, niſi quam ipſe retulerit.

HAbent hoc commune, qui valent apud Principem, eiuſque fauoribus ſingulariter vtuntur, nimirum: *Eos, qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt, vt laude digni ſint, mendaciorum cuniculo conantur euertere.* Nihil magis curant, quam quod præſtantes fidelitate, & ſapientia viri non innoteſcant Principi, ſicque omnium præclara facinora vel mendaciis afflictis obnubilant, vt ſoli appareant præſtãtes, quos ipſi dixerint. Rem ab iis politicis obſeruatam explico cantatiſſima illa hiſtoria relata à Paulo Oroſ. lib. 7. cap. 4. & Tertul. in Apolog. cap. 5. (Oroſ. Tertull.) Vbi Pilatus diuina opera Chriſti Domini vidit, eiuſque a mortuis reſurrectionem audiuit, de tantis miraculis Tiberium Imperatorem Romanum certiorem fecit: Imperator autem Chriſti magnalibus motus Senatum monuit, vt eum referrent in Deorum numerum. Quid tunc Senatus? Ait Greg. Turonenſis lib. 1. Hiſtoriæ, c. 24. (Greg. Tur.) *Quod Senatus cum ira reſpuit, pro eo, quòd non ad eum primitus aduenisſet.* Vnam hanc rationem Senatus habuit in aſcendendo, & reſpuendo Chriſtum, quòd ad Imperatorem non per ſe relata eſſent eius magnalia, nec ipſi ea primitùs probauiſſent. Nec ſolùm Senatus, ſed id etiam indigniſſime tulit Seianus apud Imperatorem validiſſimus: quippe ait Paul. Oroſius ſuprà: (Oroſ.) *Senatus indignatione motus, quòd non ſibi prius ſecundùm morem delatum eſſet, conſecrationem Chriſti recuſauit, edictoque conſtituit exterminandos eſſe vrbe Chriſtianos, præcipuè cùm & Seianus Tiberij præfectus, ſuſcipiendæ religionis obſtinatiſſimè contradiceret.* Et Seianus, & Senatus Chriſti Domini nomen curant perſundare, eo ſolùm, quod eius magnalia innotuerant Principi, antequàm ipſi retuliſſent, & probauiſſent illa. Vt meritò dicat Tertul. vbi ſuprà: (Tertull.) *Niſi homini Deus placuerit, Deus non erit.* Habeat, licèt, quis diuina opera, niſi eis, qui apud Principem valent, placuerit, erit nihil. Dux feliciſſimus, & glorioſiſſimus ſit, niſi iis placuerit, nihil erit, multiſque impetietur calumniis. Prudentiſſimus Magiſtratus ſit, rerúmque agendarum prudentiſſimus, niſi amico Principis placeat, non proficiet, & ſi ſe inſinuauerit Principi magnas aduerſùs ſe excitabit iras. Solus ille, & ſapiens, & fortis, & optimus eſt, quem talem dixerit Principis amicus, cæteri omnes & nihil ſunt, & contemptibiles.

§. VII.

Principes facilè falluntur à malignis.

ET illud etiam notandum, quod ait Aſſuerus de malignis illis, qui valent apud Principes, nimirum: *Aures Principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes callida fraude decipiunt.* Vt ſimplices vocat Principes, & ex ſua nobili natura alios æſtimantes: ſic eos aſſerit facilè decipi a malignis. Id quod notabat Nazianzen. orat. 3. aduerſùs Iulianum, in Imperatore Conſtantio, qui cùm Chriſtianorum eſſet amator, nihilominùs Iulianum propinquum ſuum Cæſarem deſignauit. Et cur non magis Chriſtianorum hoſtem cauit? Ait Nazianzen. (Nazianz.) *Parum cauta eſt ſimplicitas, ac benignitate adiuncta eſt imbecillitas, minimeque it improbitatem ſuſpicatur, cuius animus ab improbitate liber, ac purus eſt. Propterea, quòd futurum erat, ignoratum eſt, nec fucus, & ſimulatio deprehenſa, ſeniimque obrepſit impietas.* Itaque de ſimplicitate, & puritate animi regij venit, quòd nullum timeret malum a Iuliano, homine tot beneficiis obligato; non enim facile eſt, quòd qui vitio caret, illud ſuſpicetur eſſe in aliis. Id, quod etiam Elias, Nazianzeni Scholiaſtes, ibi notans ait: (Elias.) *Conſtantius ſimplicitate, & futuræ ignoratione ad id adductus eſt. Nam parùm cauta eſt ſimplicitas, quæ quidè ab improbitate, & verſutia ſibi cauere, eámque declinare non poteſt, nec quod futurum eſt, compertum habere. Nam, quod à vitio purum, & liberum eſt, ad ſuſpicandum quoque vitium, ſegne, ac lentum eſt. Ea de cauſa Imperator, nec hypocriſim, ac morum ſimulationem deprehendit.* Planè, vt nobiles Principum animi ab omni dolo, & fraude puri ſunt; ſic nec ea vitia in aliis ſuſpicari valent, quo fit, vt ſæpè à malignis fallantur.

Eſther. 16. Et, vt manifeſtiùs, quod dicimus, intelligatis, Aman, filius Amadathi, & animo, & gente Macedo, alienúſque à Perſarum ſanguine, & pietatem noſtram ſua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis ſuſceptus eſt: & tantam in ſe expertus humanitatem, vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus poſt Regem ſecundus: qui in tantum arrogantiæ tumorem ſublatus eſt, vt regno priuare nos niteretur, & ſpiritu.

§. VIII.

Paterna diſciplina plurimùm intereſt bonis filiorum moribus.

QVi inuentus eſt Perſarum regni inſidiator, meritò notatur caruiſſe Perſis parentibus, & illos habuiſſe ex Macedone, dum dicitur: *Aman filius Amadathi, & animo, & gente Macedo, alienúſque à Perſarum ſanguine.* Ne miremur, quod a Perſis deficiat, qui diſciplina caruit Perſarum parentum: intereſt enim maximè filiorum moribus diſciplina a parentibus accepta. Daniel cap. 13. dicebat adultero ſeni: (Dan. 13.) *Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te.* Sed & Chanaan nepos erat ſanctiſſimi, religioſiſſimique Noe, cum quo fuerat in arca, diluuij tépore, cur ergo eius ſemen ſcelerum origo habetur? Fateor Chanaan auum habuiſſe, Noemum: ex quo autem per ſancti aui maledictionem excluſus fuit a tam ſancto genere, carens diſciplina parentum enormibus ſe inuoluit ſceleribus. Vt dicat Lactant. Firmianus lib. 2. cap. 14. (Lactant.) *Chanaan fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quoniam Princeps eius, & conditor cultum Dei à patre non accepit, maledictus ab eo. Itaque ignorantiam Diuinitatis minoribus ſuis reliquit.* Expende radicem malignitatis Chanaan: quippe, *quoniam cultum Dei à patre non accepit, maledictus ab eo.* Qui a per maledictionem fuerat à paterno genere ſeparatus, caruit diſciplina paterna, & inde præcipitem ſe dedit in mille ſcelera. Vtinam ſub parentum diſciplina aleretur, educaretur: qui enim ſic educatur, virtutes inde acceptas vel mediis contrariis facilè conſeruat. Pſalm. 104. locutus de præuentione facta à Deo pro ſaluandis, fouendiſque Iſraelitis in Ægypto, (Pſal. 104.) ait: *Miſit ante eos virum: in ſeruũ venundatus eſt Ioſeph.* Venditus fuit Ioſeph, & factus Ægyptiorum ſeruus. Et quando præmittebatur Ioſeph in ſalutem populi ſui, cur permittebatur fieri ſeruus? Nónne ſeruilia negotia obliterarent ab animo iuuenis vel memoriam ingenuitatis ſuæ? Quinimò in ipſa ſeruitute maximè retinebat, quos a nobilibus parentibus mores ebiberat. Vt de illo dicat D. Baſil. Sel. orat. 8. (Baſil. Sel.) *Non vnà cum habitu animi nobilitatem exuit, neque violentis malorum procellis libertatem dedecorauit: neque enim pro rerum euentu alios induebat animos, neque per ſeruitij conſuetudinem paulatim libertatem exuit, verùm erat vel in ſeruitute nobilitatis Abrahameæ progenies.* Quid pulchrius? Expende illa: *Erat vel in ſeruitute conſpicuus nobilitatis Abrahamidæ progenies.* Inter ipſa ſeruitutis ſtemmata, inter negotia ſeruilia, inter fortunæ illas procellas, ſeſe Abrahamidum progeniem oſtendebat. Quas à tantis parentibus biberat diſciplinas, in moribus referebat. Ait etiam Theodor. de illo ſer. 8. de Prouid. (Theodor.) *In ea quoque conditione ſeruitutis agens patriam libertatem cuſtodiuit, & maiorum nobilitatem retinuit, nec morum alteratio calamitates baſeo ſecuta eſt.* Sic ineſt diſciplina paterna filiorum mentibus.

§. IX.

Ille in muneribus proponendus, qui nunquam alienus.

ILlud de Amano fatetur Aſſuerus, nimirum: *Peregrinus à nobis exceptus eſt. Et tantam in ſe expertus humanitatem, vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus poſt Regem ſecundus.*

fecundus Quale Regis ingenium, quòd ſe in hominem peregrinum, & alienum ita effudit? Ad hoc ingenium Principibus commune, & fatale Principibus confugit Nathan, vt inde ſpeciem parabolæ ſumeret, qua Dauidem
a.Reg.12. percuteret. Dicit enim 2. Reg.12. *Cùm autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem, parcens ille ſumere de ouibus, & de bobus ſuis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis.* Ecce tibi introducitur a Nathane diues homo, qui conuiuium parat peregrino, & alieno. Longè aliter ſuam efformauit parabolam meus Ie-
Luc.11. ſus Luc.cap.11. fatus: *Quis veſtrûm habet amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum.* Sic à Ieſu meo introducitur homo, qui panem velit apponere, & conuiuium facere amico ſuo. Cur Nathan non amico, nec noto; ſed peregrino, & alieno oſtendit conuiuium paratum? Ieſus autem non peregrino, nec alieno, ſed amico dicit parari panes? Nónne liberum erat Nathano formare parabolam ſuam de conuiuio parato amicis, & notis? Nónne & liberum erat Ieſu agere de quæſito pane peregrinis, & aduenis? Cur Ieſus in conuiuio ſuo cauet peregrinum memorare, & ſolum amicum nominat: Nathanus autem nec amicum meminit, ſed peregrinum exceptum conuiuio fatur? Nathanus eò ſpectabat, vt Regis morderet animum: ſic parabolam formauit ex conſuetiſſimis mundialium Principum abſurdis, quæ ſemper illis cedunt in malum: ideò peregrinum à diuite exceptum conuiuio proponit. Eſt enim hoc & abſurdum, & lethale; & tamen familiare Principibus mundialibus, quod ſe ſe effundant in peregrinos, & extraneos. Ieſus autem communes omnium mores volens informare, parabolam proponit ex iis, quæ prudenter debent facere, qui ſpiritu Dei aguntur, quorum eſt notos, & amicos præponere alienis, & extraneis. Quò ſpectans D. Leo epiſt.58. valdè queritur apud Pulcheriam Auguſtam de promotione ad munus eccleſiaſticum hominis aliquando ab Eccleſia alienati: dicit enim. *Doleo eum nunc inſtituiſſe Archidiaconum, quem ipſe profeſſus eſt à ſe eſſe electum, qui Eutychianæ hæreſeos ſe apud nos præ dideras defenſorẽ. Qui etiamſi magna ſatisfactione potuiſſet in*
Leo. *dulgentiam promereri, nequaquam debuit his, qui in fide permanſerant, anteferre.* Quid ſapientius? Planè ſententia hæc digna eſt Leone Magno; quòd qui ſemel alienatus inuentus eſt, etſi magnam ſatisfactionem exhibeat, qua in amicitiam reuocari, & admitti debeat; in muneribus tamen non præponendus eſt, qui nihil in ſe alienum ab ipſa natiuitate monſtrauit. Hinc Petrus Actor.1. agens de eligendo Apoſtolo, loco Iudæ ait: *Oportet ergo ex his viris, qui*
Actor.1. *nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore, quo intrauit, atque exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioannis, teſtem reſurrectionis*, &c. Poſſet dicere ex ſanctioribus, vel ex ſapientioribus; ſed maluit dicere, ex his, qui nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore, &c. Quaſi innueret, quàm præponendi ſint muneribus, ij, qui non noui, recentesque venerunt; ſed omni tempore & iuncti illis, & familiares extiterint, nihilque alienum, aut peregrinum ab eis monſtrarunt.

§. X.

Ille pater Reipublicæ habetur, cuius ſapientia præſtat, quæ nec maxima poteſtas præſtaret.

EO deductus eſt Aman, vt pater Regis haberetur, dicente Aſſuero: *Tantam in ſe expertus humanitatem, vt pater noſter vocaretur.* Sic datum erat Amano, quod non dabant niſi illis, qui ſapientia ſua præſtabant Regibus, quod illorum potentia, etſi maxima, minimè conſequeretur. Hi enim patres Regum, & meritò nominabantur.
Geneſ.41. Gen.41. poſtquam Ioſeph explicauerat Regi ſomnium de vbertate, & penuria Ægypti, dederátque conſilium, quo tantæ penuriæ prouideret, Textus ait: *Feciſque eum Rex aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante Præcone, vt omnes coram eo genu flecterent.* Symmachus legit: *Et clamauit coram eo Abrech.* Onkelus autem ponit tertium præſentem:
Onkel. *Præconizabant coram Ioſepho, & dicebant. Viuat pater Regis, qui eſt Princeps in ſapientia.* Inde Regis pater dicebatur Ioſeph; quia per ſapientiam ſuam fecit, vt Rex prouideret panis penuriæ, cui prouidere ſine Ioſephi ſapientia tota Regis potentia minimè poſſet. Caſſiod.6.var.3. ait: *Cùm Pharao Rex Ægyptius de periculo futuræ famis inauditis ſomniis vrgeretur, nec rationem tantam humanum poſſet releuare*
Caſſiod. *conſilium, Ioſeph vir beatus inuentus eſt, qui & futura veraciter prædiceret, & periclitanti populo prudentiſſimè ſubueniret. Ipſi primùm huius dignitatis infulas conſecrauit, ad hoc gloriæ culmen euectus, vt per ſapientiam conferret populis, quod præſtare non poterat potentia dominantis. Ab illo namque Patriarcha, & nunc pater appellatur imperij.* Quod non poterat præſtare tota Pharaonis Regis potentia, hoc præſtitit ſapientia Ioſeph, indeque & ipſe pater Regis fuit dictus, & hunc titulum poſteris reliquit, quo habeantur imperij patres, qui per ſapientiam Reipublicæ præſtant, quod nulla poſſet potentia præſtare.

*Eſther.cap.*16. Nam Mardochæum, cuius fide, & beneficiis viuimus, & conſortem regni noſtri Eſther cum omni gente ſua, nouis quibuſdam, atque inauditis machinis expetiuit in mortem: hoc cogitans, vt, illis interfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Macedonas.

§. XI.

Veræ fidei alumni & Principibus temporalibus ſunt fidiſſimi.

FAtetur Aſſuerus, quòd Aman Mardochæum, & Eſtherem repetierit in mortem, *Hoc cogitans, vt, illis interfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini.* Hoc eſt, vt deſtitutum, & ſolitarium Regem impeteret, & occideret, curabat priùs Mardochæum, & Eſtherem occidere. Et cur in tanto facinore ab vno Mardochæo, & ab vna Eſthere timebat? Gaudeo, cùm huc perueni, & video perduelli homini ſolos eſſe timori Mardochæum, & Eſtherem: vt enim ij ſoli in aula veram fidem tenebant, ſic ſoli eſſent etiam ſæculari Principi fidiſſimi. Scio, ſcio veræ fidei alumnos impedimento eſſe perduellibus, ne manus inferant Principibus. De Tryphone locutus 1. Machab.12. ait: *Cùm cogitaſſet Try-*
phon regnare Aſiæ, & aſſumere diadema, & extendere manum 1.Machab.7.
in Antiochum Regem, timens, ne fortè non permitteret eum Ionathas, ſed pugnaret aduerſus eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Erat Tryphon Dux exercitus Antiochi, domini ſui, cui regnum eripere volebat. Et illud mirandum, quòd in hoc facinore perpetrando è totius Aſiæ Principibus, qui ſeruiebant Regi, vnum timeat Ionatham. Et cur vnum Ionatham timebat? Erat Ionathas Machabæus veri Dei cultor, diuinæ fidei profeſſor, qui vt erat Antiochi illius Regis amicus, non poterat non ab eius parte contra perduelles ſtare. Et vt Deo vero fidelis exiſtebat Ionathas, ſic fidus erat Regi amico, vt eum à debita fidelitate deturbare perduellis Tryphon deſperaret. Crede mihi: imò non mihi crede; ſed hiſtoriis, quæ proditiones in Principes ab iis, qui diuina fide carent, ortas narrant. Nullum enim cor, ſic execratum, vt cor eius, qui fidem Dei non habet. Vt Baſil.
dicat D. Baſil. Mag. hom.9. in Hexam. *Si fide cares huiuſ feram habes magis exitialem, quàm eam, quæ prodit in ei fidei vanitatem.* Diuinæ fidei vacuitas in corde hominis, totibi venena trahit, quæ mundum inficere valeant, & nihil inde prodit, quod non ſit exitiale. Valens Imperator Gothos Chriſtianos eſſe volentes fecit Arrianos, quos ſtatim perduelles paſſus eſt, & ab eis fuit crematus. De quo agẽs D.
Iſidor. Hiſpal. in Chronico de Gothis, ait: *Ipſum Valentem* Iſidor.
iaculo vulneratum in quandam villam fugientem incenderunt, vt Hiſpal.
meritò ipſe ab eis temporali cremaretur incendio, qui tam pulchras animas ignibus æternis tradiderat. Vbi fidem diuinam ab
illorum cordibus expulit, quid in illis niſi perduelles experiretur, a quibus perderetur? De quo item dicit Oroſius Oroſ.
lib.7. cap.[illegible] *Magnum reuerà hoc eſt ad noſtrum dolorem, magiſque miſerum, quo magis nouum* N[illegible], & pene inauditum, quòd Chriſtia[illegible] ſu[illegible] p[illegible] nt Imperatorem, nec [illegible] fa[illegible] ne niſi qui pinus [illegible] an ſeruat Cathe[illegible] am

§. XII.

§. XII.

Suſpectus proditionis fit, qui Principis amicis auxiliatoribus infeſtus eſt.

COgitabat Aman interficere Mardochæum, & Eſtherem: nam ait Aſſuerus, *Vt, illis interfectis, inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarum transferret.* &c. Ex eo ſolum, quòd nouerit Aſſuerus Amanum infeſtum Mardochæo, & Eſthers, indubitanter aſſerit, quòd inde in caput Regis iret. Nec mirror: fuerat enim Mardochæus Aſſuero fideliſſimus in aperiendis perduellium inſidiis: Eſther item erat Aſſuero in deliciis, & non poterat non ſuſpectus eſſe proditionis homo, qui tam chara Regis pignora petebat in ruinam. Moyſes Exod. 2. cum in Pharaonis aula eſſet, iam Regis nepos adoptiuus, & deſignatus hæres vidit vnum Ægyptium percutientem Iſraelitam, *& percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo: Audiuit Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moyſem.* Mutabat tam Regis iram in filium adoptiuum, & regni hæredem propter vnius hominis interfectionem? Quid fieri potuit, vt vnius Ægyptij interfectio ſic accenderet animum Regis in Moyſem, quem habebat vt filium? Adeò inuſitata erant homicidia in Curia Ægyptia, vt propter vnum peteretur ad mortem regni hæres. Non homicidium, ſed odium Moyſis, in Ægyptios Regi ſuſpectum fuit, ne qui Regis ſeruos chariſſimos interficiebat, inde in Regis interfectionem veniret. Dicit Philo lib. 1. de vita Moyſis: *Hoc autem Rex ægrè tulit, vt indignum facinus, non quod aliquis occiſus eſſet, aut accidiſſet, ſiue iure, ſiue iniuria: ſed, quòd nepos ab eo diſſentiret, neque eoſdem quos ipſe, haberet pro ſocijs, & hoſtibus, amans, quos ille oderat, ex ſed ſuſtinens autem dilectis ab eo. Hanc occaſionem nactæ purpurati patulas aures impleuerunt calumniis, vt de amittendo principatu reddiderunt ſollicitum dicebant enim: Te ipſum aggreditur,* &c. Sic vbi Moyſes viſus eſt infenſus chariſſimis ſeruis Regis, & factus eſt Regi, & purpuratis omnibus proditionis ſuſpectus. Cur Regem non aggrediatur, qui eius amicos perdit? Matth. cap. 14. narrat, vt Ioannes Baptiſta fuerat occiſus ab Herode, & ſtatim ſubdit: *Quod cùm audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in nauicula in locum deſertum ſeorſum.* Cur, audita Ioannis morte, ſecedit Ieſus, & videtur quaſi fugere? Vt Ioannes erat amicus Ieſu qui Ioannem occiderat, iam inde parabatur ad Ieſum occidendum, ideò meritò ſe illi ſubtraxit. Dicit D. Chryſol. ſer. 174. *Iam tunc auidus draco in ſetus capitis Domini deguſtabat paſſionem, iam tunc nouello ore antequiſſimus ſerpens Chriſti Domini tendebat ad mortem.* Qui iam amicum caput Principis noſtri de medio ſuſtulit, quis dubitet inde parari, vt ipſum ſuſtulleret Saluatorem?

Margin notes: Exod. 2. — Philo. — Matth. 14. — Chryſol.

Eſther. 16. Nos autem à peſſimo mortalium Iudæos neci deſtinatos, in nulla penitùs culpa reperimus; ſed è contrario iuſtis vtentes legibus, & filios Altiſſimi, & maximi, ſemperque viuentis Dei, cuius beneficio, & patribus noſtris, & nobis regnum traditum eſt, & vſque hodie cuſtoditur. Vnde eas literas, quas ſub nomine noſtro ille direxerat, ſciatis eſſe irritas.

§. XIII.

Innocentia, & vitæ puritas in hominibus verum Deum manifeſtat.

VB[illegible]ſque culpa & iuſtis vtêtes legibus nouit Iudæos A[illegible]tus, a[illegible]onem veri Dei ab illis cultu de[illegible] inquiens *In[illegible] neci deſtinatos, in nulla penitùs culpa reper[illegible], [illegible] legibus, & filias Altiſſimi, & maximi, [illegible]que viuentis Dei, cuius beneficio, & patribus n[illegible] [illegible]m traditum eſt.* Quis ethnico Aſ[illegible] & Altiſſimo, ſemperque viuenti D[illegible], regnorum [illegible]latore, & datore? Cur non magis vocat Iudæos filios Deorum, & iuxta mentem Gentilium? Cur penè Chriſtianus factus vnum Deum viuum, maximum, altiſſimum regnorum diſtributorem? Ex eo, quod in nulla culpa Iudæos vidit, ſed eos iuxta ſanctiſſimas leges operantes nouit, eis de Deo viuo, & vero, & maximo credidit. Sic vita inculpata, & pura hominis ad agnitionem veri Dei adducit. Vt dicat Pſal. 46. *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham: quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.* Venerunt, inquam, Principes populorum in agnitionem veri Dei, ſummi Dei, qui apparuit Abrahamo: quia viderunt, & in terris homines adeò vitæ puritate, & innocentiæ candore ſuper terrena omnia eleuatos, vt viderentur Dij. Ad hæc Euthym. ibi: *Apoſtoli terrena, & mundana omnia ſuperauerunt; nec voluptatibus vllis, aut tribulationibus victi ſunt, ſed vita, ac ſermone ſemper eluxerunt, atque ideò per eos ſummi etiam Principes, ac Reges ad Chriſtum adducti ſunt.* Vitæ claritas Apoſtolorum, eorúmque innocens progreſſus fecit Principes venire in agnitionem veri Dei, ſummi Dei. Nec mirror: in quo enim meliùs, & clariùs vera Deitas poſſet relucere, quam in innocentia, & claritate vitæ, quæ ſimillima Deo eſt? Deus aiebat Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Vt ergo per imaginem venitur in agnitionem eius, qui in illa imagine repræſentatus eſt, ſic & per hominem, vt per Dei imaginem, in agnitionem Dei poſſumus venire. Sed, quando talis imago apparet in homine, quæ nos ducat in agnitionem Dei? D. Athan. orat. contra idola, ait: *Cum omnem affuſam peccati maculam exterſerit, & nihil niſi exemplar, quod ad imaginem Dei conditum eſt, purum ſeruauerit, meritò iam tunc in eo, vtpote in ſplendorem redacto, quaſi in ſpeculo contemplatur imaginem Dei, Verbum, ſcilicet, ſuis rationem, vtriſtemque in ipſo Verbo Patrem,* &c. Itaque in abolitione, & extertione peccatorum, & in vitæ immaculatæ ſplendore, & puritate, velut in ſpeculo, reſulget Dei imago, quæ nos in veri, & ſummi Dei agnitionem trahit. Quo alludens Pſal. 18. ait: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum.* quaſi Deus ſe in Sole manifeſtiſſime videndum dederit. Et quando ſic ſe Deus in Sole manifeſtauit? Ait Euthymius ibi: *In Sole poſuit tabernaculum illic, quod Chriſtus in homine habitat, in eo, inquam, homine, qui virtutum radiis coruſcauerit.* Ex quo enim viſi ſunt homines virtutum radiis, innocentia vitæ coruſcare; viſus eſt Deus verus, & ſummus manifeſtiſſimè in illis eſſe. Qui maximè ab illis abeſt, qui immerſi ſunt ſceleribus multis, & peccatis. Dicebat enim Dominus ſceleratis Iudæis Matth. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei.* quod ſedes Dei veri ab illis eſſet auferenda. Iuxta quæ fatebatur Ioſephus in euerſione Ieroſolymitana apud Egeſippum lib. 5. cap. 6. *Nec mirum eſt, ſi receſſit à Iudæis diuina gratia, quos tanta flagitia circumuallarunt. At vero bonus vir plenum horroris refugit diuerſorium, & domum ſuam deſerit, ſi quod in ea commiſſum ſcelus agnouerit. declinat indignabundus atrocis conſortia, execratur conuerſantium iniquitates: & dubitamus de ſummo, & immaculato Deo, quòd abhorreat tantorum contagia flagitiorum, qui Datan, & Abiron ſeparari ab eius nexu precepit, ne ſcelus, aut macula contaminaret, de conſortio nexiorum, aut pœna inuolueret.* Pulchrè oſtendit, vt Deus ſummus, & immaculatus ſe longè facit à ſceleratis, & noxiis. Vt enim bonus vir horret eſſe inter peſſimos: ſic Deus, qui ſummè bonus eſt, maximè debet abhorrere à nefariis. Vt vbi vitia appareant, maximè debeat eliminari Deitatis opinio. Sic Seneca in ludo de Claudij Imperatoris morte, eius flagitia proponens negat illum poſſe referri in numerum Deorum, vt ſolebant referri cæteri Imperatores: ait enim: *Hunc Deum quis colet? Quis credet? Denique dum tales Deos facietis, nemo vos Deos eſſe credet.* Non poteſt eſſe vel Deitatis veſtigium, vbi peccata ſunt, vel probantur, non vitæ innocentia, non morum probitas.

Margin notes: Pſal. 46. — Euthym. — Geneſ. 1. — Athanaſ. — Pſal. 18. — Euthym. — Matth. 21. — Egeſipp. — Seneca.

§. XIV.

Plusquàm homo eſt, & Diuinitati propinquus, qui omni peccato caret.

DVm Iudæi in nulla culpa inueniuntur, ſed iuſtis vtentes legibus, meritò creduntur ab Aſſuero ſupra homines eſſe, & Filij Dei facti: dicit enim: *Iudæos neci deſtinatos in nulla penitùs culpa reperimus, ſed è contrario iuſtis*

vtentes

viuentes legibus, & filios Altiſſimi, &c. Vnde nouit illos filios eſſe Altiſſimi Dei? Ex eo, quod præmiſerat: nimirum, *In nullo penitùs culpa reperimus, ſed è contrario iuſtis viuentes legibus*. Ex quo enim quis ab omni inimunis peccato, iuſtitiæ ſtudens apparet, ſupra homines aſſeritur, & proximus Diuinitati. Ioan. 1. de Ieſu in mundum ad homines

Ioan. 1. veniente ait: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. Et in quo tanta poteſtas data eſt hominibus, qua poſſint ſupra homines euolare, & Diuinitati appropinquare? In eo, quòd auferens ab eis peccatum, dedit, vt poſſint iuſtitiæ operam nauare. Ait D. Auguſt. ibi: *Ille venit vnigenitus, vt ſol-*

Auguſt. *ueret peccata, quibus peccatis implicabamur, ne adoptaret nos propter impedimentum eorum, quos ſibi fratres facere volebat, ipſe ſoluit, & facit cohæredes: ſic enim dicit Apoſtolus: Si autem filii, & hæredes per Deum*. Qui homines ad adoptionem filiorum Dei vocabat, id prius fecit, nimirum, vt eliminarentur peccata: deſtructis enim peccatis, ſic ſe homines ſupra homines efferunt, vt operantes virtutes ex gratia Dei in ſortem filiorum Dei abeant. Pluſquàm homo enim eſt, qui ab omni cenſetur liber peccato. Paul. ad Philippen. 2. de Filio Dei: *Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, & habitu inuentus vt homo*. Græcè dicitur.

Philipp. 2. *Et figura inuentus vt homo*. S. Amb. legit epiſt. 47. *Et ſpecie*

Ambroſ. *inuentus vt homo*: quaſi non ſubſtantiam, ſed figuram ſolam, aut ſpeciem hominis haberet. Et cur non dicitur homo ſubſtantia; ſed ſola figura, aut ſpecie? An, quia in veritate homo non erat? Abſit: homo enim erat in ſubſtantia carnis, & veritate; ſed, quia ab omni erat immunis peccato, ſic ſupra hominem efferebatur, & Deitati inde appropinquabat, vt videretur, quaſi ſolùm eſſet homo in ſpecie, & non in ſubſtantia. Vt dicat D. Amb. *Quia ſine peccato erat ſolutionem autem hominis peccato, in ſpecie hominis videbatur*. Peccatum oſtendit hominem: qui autem peccato caret, ſupra homines eſt, & per virtutum opera valet Deo appropinquare. Paul. 1. Cor. 3. mordens eos de culpa diſſenſionis ait: *Cum enim quis dicat: Ego quidem ſum Pauli, alius autem, Ego Apollo, nónne homines eſtis?* Cul-

1. Cor. 3. pæ illorum tribuit, quod homines ſint, qua ſi carerent, Deo ſimiles fierent. D. Auguſt. tract. 1. in Ioann. *Quid eos volebat facere, quibus exprobrabat, quia homines erant? Vultis*

Auguſt. *noſſe, quid eos facere volebat? Audite in Pſalmis: Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Ad hoc ergo nos vocat Deus, ne ſimus homines*. Culpa noſtra nos tenet intra hominum ſortem, vt meritò exprobrari, & caſtigari mereamur, quod homines ſimus, cùm habeamus ex Deo, vt culpis eliminatis poſſimus tranſire in filiorum Dei ſortem. Matth.

Matth. 18. cap. 18. *Simile factum eſt regnum cælorum homini Regi*, &c. Nec multum eſſe putabam, quod regnum cælorum non excederet ſimilitudinem hominis. Nonne parua, & exilis hæc gloria eſſet, quæ non videretur ſuper hominem? Planè parua eſſet, ſi in eo maneret: at magna eſt, quia ablatis peccatis homo tranſire poteſt in diuinam ſortem. Di-

Orig. xit enim ibi Orig. hom. 20. *Tunc ceſſauit regnum cælorum ſimile eſſe homini, cùm ceſſante zelo, & contentione, & reſiduis paſſionibus, & peccatis ceſſauerimus ſecundùm hominem ambulare, & digni facti fuerimus audire à Deo: Ego dixi, Dii eſtis, & filii Excelſi omnes*. Sic de abolitione peccati itur in diuinam ſortem.

§. XV.

Mundialium honorum contemptus in ſummam altitudinem euehit homines.

Illud etiam notandum, quòd placuit Aſſuero vocare Iudæos *filios Altiſſimi*. Dicebat Ioannes cap. 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. Et hoc ad magnam hominum [illegible] gloriam, quod eſſent filii Dei. [illegible] placuit Aſſuero vocare [illegible] eos, non [illegible] Dei, ſed filios Altiſſimi. Subolue-[illegible] Regi ille mundialium contemptus, de quo [illegible] ma [illegible] vxor Eſther [illegible] Domino, cap. 4. *Noſti,*

Eſther. 14. *quia oderim gloriam iniquorum: quòd abominer ſignum ſuperbiæ, & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum [illegible] oſtentationis mea, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ*. [illegible] gloriam [illegible] [illegible] [illegible], Regie, & difficulter non ſub[illegible] marito. [illegible] maximam inde altitudinem vxoris [illegible] exhibet [illegible] gloriarum temporalium con[illegible] ingentem in homine altitudinem Diuinitatis.

Pſal. 36 aiebat. *Dii fortes terræ vehementer eleuati ſunt*. Cul-

Pſal. 36. tores veri Dei vocantur meritò Dii fortes terræ, de quibus ait, quòd vehementer eleuati ſunt. Et in quo ſic in altum eleuabantur? Ait D. Cyril. lib. 11. in Ioan. c. 19. *Quia in terris cæleſtem vitam viuebant, & carnis cupiditate ſuperata, imò autem omni procella victa, ad ſublimem, atque diuinam vir-*

Cyril. *tutem progreſſi ſunt, vt in Pſalmis legitur: Quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati ſunt. Fortes enim propter Deum terrenis omnibus ſpretis, ad ſuperiora nimium animo eleuati ſunt*. Sic de terrenorum deſpectu eleuabantur, vt altiſſima quæque tenere viderentur. Quis altiùs quàm Abraham, Iſaac, & Iacob euolauit? Sane nos eo peruenimus, vt filii Dei nominemur: ab Abrahamo autem, & Iſaac, & Iacob

Exod. 3. ipſe Deus nominatur: ait enim Exod. 3. *Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob*. Et vnde in tantam altitudinem hi deue-

Hebr. 11. nère? Dicit Paul. ad Heb. 11. de illis: *Confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram: . Ideò non confunditur Deus*

Chryſoſt. *vocari Deus eorum*. Accipite ad hæc ſanctum D. Chryſoſtomum hom. de Anna, & precat. habita, tom. 6. *Non erubeſcit, inquit, Dominus à ſeruis nomen accipere. Quare non erubeſcit? Quia hoſpites ſunt, inquit, & aduenæ. Ita erant hoſpites, quòd Orbem vniuerſum deſpicerent, & paruifacientes terram ad cæleſtem illam ciuitatem reſpiciebant*. Terrenorum bonorum contemptus ſic homines in altum eleuabat, vt non erubeſceret Deus ab illis appellationem habere.

§. XVI.

Familiare ſolet eſſe Principibus, quòd ſeruorum ſuorum cupediis ſeruiant.

HOc de ſe confitetur Aſſuerus, nimirum: *Eas litteras, quas ſub nomine noſtro ille direxerat*, &c. Quaſi non opus ſuum, ſed Amani opus confitetur primas literas de internecione Iudæorum fuiſſe. Et vtinam ſemel accidiſſet, quod Principes ſic ſe ſuis ſeruis crederent, vt nihil facerent, niſi quod vellent ſerui, quorum in omnibus ſeruiant cupediis. De Conſtantio Imperatore locutus D. Athan.

Athanaſ. epiſt. ad ſolitar: *Homo erat familiaribus ſuis dementius alligatus ſuis. Inde ego fieri puto, vt nunc ſcribat, mox ſcriptorum pœniteat, denuo mutata ſententia, incenſeat, idque rurſum deploret, prorſuſque incertus fluctuet, quid agat. ex quibus omnibus facilè colligo: celſitudinem eius mente deſtitutum eſſe. Talis igitur cùm ſit, reclàmet eius vicem dolendum, quòd, in libertatis titulo, & nomine ſeruus ſit eorum, qui ipſum pro ſua cuiuſque libidine, quoquo verſum trahunt*. Sub regio & nomine, & cultu ſeruiebat cupediis ſeruorum.

Eſther. cap. 16. Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis, id eſt, Suſan, & ipſe, qui machinatus eſt, & omnis cognatio eius pendet in patibulis; non nobis, ſed Deo reddente ei, quod meruit. Hoc autem edictum, quod nunc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus ſuis. Quibus debetis eſſe adminiculo, vt eos, qui ſe ad necem eorum parauerant, poſſint interficere tertiadecima die, *&c.*

§. XVII.

Deus ab oculis reiectus in perſequendo fratre, conuertit mala in perſecutorem.

SApienter ait Aſſuerus: *Qui machinatus eſt, & omnis cognatio eius pendet in pat[illegible] ad Deo reddente ei, quod meruit*. Machinatus fuerat Aman non [illegible] Mardochæum, ſed omnem cognationem & [illegible] eius perdere: [illegible] ecce [illegible] A[illegible] omnis cognatio [illegible] [illegible] ab A[illegible] D[illegible] [illegible]

Dixerat ſupra de Amano, [illegible]

ternenti arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiam. Et in tantum veſaniæ proruperunt, vt eos, qui credunt ſibi officia diligenter obſeruant: mendaciorum cumulis conentur ſubuertere. Deum ab oculis arcent, & in fratres ſæuire contendunt, indeque ad Deum ſolum pertinet, in eos mala intentata conuertere.
Pſal. 53. Dicebat Pſal. 53. *Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum. Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. Auerte mala inimicis meis.*
Hilar. D. Hilar. legit: *Conuerte mala inimicis meis.* Non ſolùm liberabit me, & ab inimicis reddet illæſum, ſed in inimicos mala ipſa conuertet. Et cur in inimicos mala conuertet? Dixerat de illis: *Non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* vbi autem Deus ab oculis reiicitur, mala ipſe conuerterit in eos, qui inſerunt ea. Dicit ibi D. Hilar.
Hilar. *Ad id verò, quod ait: Et non propoſuerunt Deum in conſpectum ſuum. hoc competenter adiecit: Conuertes mala inimicis meis. Deus ergo, & aduerſus inſurgentes adiuuat, & quæſitam à fortibus animam ſancti ſui ſuſcipit, & non propoſitum ante oculos, neque ab impijs cogitatum ad inimicos mala ipſa conuertit. Dum Deum non cogitant iuſti, animam quærendo, adiuuit eo, atque ſuſcepto eo, quem inter iniquitatum opera non cogitabant, vltorem malitiæ ipſius retributione ſentirent.* Expende illa. *Non propoſitus ante oculos ad inimicos mala ipſa conuertet.* quippe vbi nulla habetur Dei ratio in facinoribus præſtandis, mala intentata à Deo in ſuos authores conuertuntur. Id, quod notum fuit ipſis ethnicis: iuſſerat enim aliquando militibus ſuis Cæſar, vt ſuccideren lucum, qui licèt eſſet religione ſacer, tamen erat impedimento pugnæ. Cæſar, inquam, non habita ratione religionis, lucum ſuccidi imperat. Timent milites, nec audent non reſpicere religionem. Et quid timent? Accipite Lucanum pulchrè rem decantantem lib. 3.

Lucan.
Hunc iubet immiſſo ſyluam procumbere ferro:
Nam vicina operi, belloque intacta priore
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes:
Sed fortes tremuere manus, motiq; verenda
Maieſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,
In ſua credebant redituras membra ſecures.

Credebant planè, quòd ſi non habita ratione Diuinitatis, ſecures in arbores, immitterent, ſecures in ipſos reuerſuras. Adeò notum eſt, quòd Deus ab oculis reiectus conuertat mala in eos, qui ſuſtulerunt illa.

§. XVIII.

Impiorum propinqui, illorum pœnis inuolui ſolent.

AMani ſupplicium omnem ſuam cognationem inuoluit, dicente Textu: *Ipſe, qui machinatus eſt, & omnis cognatio eius pendet in patibulis.* Sic ſolent impiorum propinqui illorum pœnis inuolui. Elias 3. Reg. 17. mandauit cælis, ne pluerent, vt ſiccitate, & fame Iſraelitæ Reginæ Iezabel morem gerentes caſtigarentur. Deinde ipſe mittitur in Sarepta Sidoniorum, ad viduam, à qua victum
3. Reg. 17. accipiat, quæ ait: *Viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria. En colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur.* Quippe fame, qua Iſrael vapulabat, & Sidonij vapulabant, & ſimul vidua illa. Et cur illa fames ad Sidoniorum populos extendebatur? Vt Iezabelis peccata caſtigabat, debuit etiam inuoluere Sidonios; erat enim Sidon patria Iezabelis, & vt vicina, & propinqua tam impiæ fœminæ, ſimul eius pœnis inuoluebatur.
August. D. Aug. lib. 1. de mirab. ſacræ Scrip. cap. 16. ait: *Ne quem moueat, quòd Sidoniorum terra hanc eãdem plagam pariter cum Iſraele perpeſſa erat, dum inde Iezabel perſecutrix Prophetarum, & totius vindictæ, & faciendis cauſa, Sidoniorum Regis filia paternum originẽ ducebat.* Vt Sidon patria erat Iezabelis: ſic inuoluta fuit illius pœnis. Ægrè enim, & difficulter liberantur ab impiorũ temporalibus pœnis, qui ad illos cognatione, aut propinquitate pertinent. Sic quando Deus vindictam ſumebat de Adamo Gen. 3. ait: *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.* Et mirabar, quòd non ſimili maledictione aquas ferirer. Quando in vindictam peccati Adami terra maledictione percutitur; cur non ſimiliter percutitur aqua? Aut quando aqua à maledictione liberatur, cur non & terra? Fructus, qui cauſam dedit tantæ maledictionis, à terra ortum trahebat, non ab aquis. Et ideò non mirum eſt, quòd ſimul terra maledictionem illam temporalem incurrat, à qua maneant aquæ immunes. D. Auguſt. lib. 1. August.
de mirab. ſacræ Scripturæ, cap. 4. ait: *Quare Deus etiam aquas in Adæ maledicto non maledixit? Cui facillimè reſpondetur, quòd non aquam contra interdictum Domini bibit, ſed de terræ fructu homo comedit.* Fuerat fructus ille peccati cauſa de terra ortus, & ſic illius pœna temporalis inuoluit omnem cognationem ſuam, nempe, terram, non aquas, quæ nullam propinquitatem habebant cum illo. Luc. 24. ap- Luc. 24.
paruit Ieſus diſcipulis ſuis, poſt reſurrectionem: *At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi:* Et cur piſcem, non carnes permiſſus eſt Ieſus ſibi apponi? Vt de terra ortus fuerat fructus, qui peccato materiam dederat: ſic tunc omnes terræ fructus excluſi ſunt à Deo, non fructus aquarum, qui immunes à terræ cognatione erant. Vt dicat D. Auguſt. vbi August.
ſuprà: *At per hoc, & Dominum cùm mortem humana maledictum reſurgendo depoſuerat, non terreſtrium; ſed aquatilium carnem animalium comedebat, cùm ad confirmationem reſurrectionis coram diſcipulis piſcis aſſi partem, & fauum mellis accipiens manducauit.* Vt mel ex rore cæleſti, & piſcis ex aquis ortum habent: ſic à Ieſu accipiuntur, nolente fructus terræ guſtare, qui propinqui erant fructui, per quem peccatum intrauerat. De hoc plura in alijs Tomis.

§. XIX.

Deus & in fouendis iuſtis, & in caſtigandis impijs agnoſcitur.

NOn immeritò Deus ab Aſſuero agnoſcitur Amani punitor, cùm dicit: *Ipſe, qui machinatus eſt, & omnis cognatio eius pendet in patibulis; non nobis, ſed Deo reddente ei, quod meruit.* Vbi enim videbatur & pœna nocentibus dari, & iuſtis Iudæis ſalus; horum author non homo, ſed Deus monſtrabatur. Gen. 18. tres viri venerunt Genes. 18.
ad tabernaculum Abrahæ ibique hoſpitio excepti, Abraham promiſſione filij ditarunt, & ſtatim quàm ſint infenſi Sodomitis oſtendunt, aduerſuſque eos iram vehementer exacuunt. Tunc ait Textus: *Abraham adhuc ſtabat coram Domino.* Paulò antè dixerat: *Apparuerunt ei tres viri.* & nunc non tres viri; ſed quaſi vnus Dominus Deus eſſe monſtratur. Et quando anteà tres viri, cur modo vnus Deus dicitur apparere? Vt filij promiſſione iuſtum Abrahamum ditauerat, & Sodomitis malis ſupplicium inferre parabat, iam clariſſimè non homo, ſed Deus eſſe monſtrabatur. D. Auguſt. lib. 2. de Trinit. cap. 10. ait: *Viſus eſt, inquit, Dominus Abrahæ lauitur ergo & pedes lauat, & deducit abeuntes, tanquàm homines: loquitur autem tanquàm cum Domino Deo, ſiue cùm ei promittitur filius, ſiue cùm ei Sodomis imminens interitus indicatur.* Qui homines antea credebantur, vbi cœperunt iuſtum filij promiſſione muneraré, & Sodomitas nefarios caſtigare, iam Deus eſſe apparuit. Hinc liberaturus Iſraelem Deus de Ægyptia captiuitate, & percuſſurus Ægyptios, virgam tradidit Moyſi Exod. 7. quæ *verſa eſt in draconem: & eleuans virgam percuſſit aquam fluminis, coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in ſanguinem.* Sic è decem plagis non omnes, ſed aliquas paucas virga effecit. Et cur non datum eſt virgæ, quòd omnes efficeret plagas aduerſùs Ægyptios? Vt plagæ illæ Ægyptios caſtigabant; ſic Iſraelitis ſalutem parabant: & ſi omnes illæ per virgam efficerentur, crederetur virga illa Deus eſſe, ſub quo impij caſtigantur, & iuſti liberantur. Macarius Philadelphienſis orat. in exaltat. Sanctiſſimæ Crucis, habita apud Gretſer. tom. 2. poſt numeratas decem has plagas ait: *Non tamen omnia per virgam fiunt, ne à ſuis Dei loco haberetur.* Macar.
Hanc crederetur ab aliquibus virga Deus eſſe, ſi inceſſanter videretur ſalutem bonis, & pœnam malis irrogare.

§. XX.

Feſtiuiſſimum omnibus eſt, quòd innocens euadat, & nocentes mulctentur.

POſt Iudæorum liberationem, & mortem Amani cum omnibus ſocijs mandatam, feſtum diem celebrari

mandat Aſſuerus dicens: *Hanc enim diem Deus omnipotens mœrorem, & luctum, eis vertit in gaudium. Vnde & vos inter caeteros festos hanc habetote diem,* &c. Nec miror: feſtiuiſſimum ſemper eſt, quod innocens liberetur, & nocentes patiantur. De Iudæorum Feſtis illud feſtiuiſſimum erat, quod Paſcha nominabatur. De quo agens Ioan. 13. ait: *Ante*
Ioan. 13. *diem feſtum Paſcha.* Et cur tanto Feſto impoſitum fuit no-
Beda. men Paſchæ? Rem explicat Beda ibi: *Paſcha quippe tranſitus interpretatur, nomen ex eo vitus habens, quòd tranſierit in eo Dominus per Ægyptum percutiens primogenita Ægypti, & filios Iſrael liberans.* Inde equidem feſtiuiſſimi quique dies nominantur, quòd nocentes in pœnam, & iuſti in ſalutem abeunt. Dicebat Matth. cap. 22. de ſummo omnium Rege,
Matth. 22. *qui fecit nuptias filio ſuo.* Quid feſtiuius in regno, quam dies nuptiarum regalium? Ibi gaudium, & lætitia, & conuiuia celebrantur. Interea, *Impleta ſunt nuptiæ diſcumbentium. Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes: vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali::. mittite eum in tenebras exteriores.* In ipſo Feſto nuptiali, imò in ipſo nuptiali conuiuio intrauit Rex, vt videret diſcumbentes. Et quid coonducebat ad Feſtū illud, quòd Rex intraret? Nónne omnia iam parata fuerant, & diſpoſita? Nónne feſtiuiſſime omnia peragebantur? Quid ampliùs boni afferre poſſet Regis ingreſſus tantæ Feſtiuitati? Multùm equidem attulit, imò id totum attulit, in quo tota illa Feſtiuitas nuptiarum fundabatur. Accipite Origenem hom. 20. fantem: *Ideò*
Orig. *Rex ingreditur, vt videat diſcumbentes, priuſquàm apponatur prandium paratum eis; vt videns retineat quidem habentes nuptialia veſtimenta, ad quæ delectetur; condemnet autem contrarios.* Ij nuptiales dies ſunt, ij feſtiuiſſimi dies ſunt, quos ſummus omnium Rex facit mundo, & Filio ſuo, nimirum, cùm iuſtos ad ſalutem ſeruat, malos in tenebras mandat. Si quem feſtiuiorem diem expectas, maximè falleris.

CAPVT XVII.

Vindicta de Amani ſociis.

TEXTVS HISTORIA.

TANDEM Aſſueri literas excepit decimatertia dies menſis Adar, tam Iudæis glorioſa, & læta, quam eorum hoſtibus fatalis, & lugubris; in qua Iudæi, fauentibus populorum Principibus, irruerunt in hoſtes, non paruámque de illis ſumpſerunt vindictam. Quæ enim dies Iudæos expectarat occidendos, eos triumphatores vidit, & longè ſuperiores hoſtibus ſuis. Inter quos fuerunt decem Amani filij, qui poſt illos, qui cum patre perierant, ſuperſtites extiterant. Cùm autem Aſſuerus interfectorum numerum nouiſſet, idque videretur ferre ſubmoleſtè; nihilominùs ab illo impetrauit Eſther, vt & ſequenti die, nimirum, decimaquarta die, idem in hoſtes liceat, & vt Amani filij decem iam occiſi, totidem ad infamiam ſuſpendantur crucibus. Itaque poſt hoſtium cædes peractas decimaquarta, & decimaquinta die, decretum eſt, vt decimatertia dies alibi, decimaquinta Suſis ſolennis haberetur, & celebris. Quod vt Mardochæus, & Regina decreuerunt, ſic alij omnes ſuſceperunt libenter, & impleuère conſtanter. Nec aliud inuenitur à ſacris Scriptoribus de Mardochæo, & Eſthere ſcriptum.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

HOCUS in hiſtoriæ Eſtheris finem deuenimus, nec tamen in ea apparet Eſtheris finis: tanta enim fœminæ virtus nullo potuit obtenebrari funere.

Eſther. cap. 9. Igitur duodecimi menſis, quem Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hoſtes eorum inhiabant ſanguini, verſa vice Iudæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de aduerſariis vindicare. Congregatíque ſunt per ſingulas ciuitates, oppida, & loca, vt extenderent manum contra inimicos, & perſecutores ſuos. Nullúſque auſus eſt reſiſtere, &c.

§. I.

Diuinus triumphus in præſenti per abiecta fit, & obſcura.

DE Iudæorum triumpho locutus Textus ait: *Igitur duodecimi menſis, quem Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hoſtes eorum inhiabant ſanguini, verſa vice Iudæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de aduerſariis vindicare.* Decimatertia die Iudæi arma ſumunt, & hoſtes occidunt: expectabatur enim dies ab illis, vt hoſtes perimerent. Non ſic Exodi cap. 12. vbi dicitur: *Factum eſt autem in noctis medio percuſſit Dominus omne primogenitum Ægypti.* Vtrobi- Exod. 12.
que hoſtes Iudæorum occidebantur: vtrobique Iudæis ſalus, & libertas parabatur, ſiue Perſis, ſiue Ægyptiis occiſis. Cur Perſæ occiduntur in die; Ægyptij autem in nocte? Iudæi occidebant Perſas; Deus occidebat Ægyptios, in qua occiſione obſeruauit noctis obſcurum, vt oſtenderet, quam itur per obſcura, & abiecta ad diuinos triumphos. Speculatus cælum Eliæ ſeruus, 3. Reg. cap. 18. ait: *Ecce nubecula parua, quaſi veſtigium hominis* 3. Reg. 18.
aſcendebat de mari. Veſtigium hominis dicitur apparere in nube. Et cuius hominis? Quis homo eſt, qui in nube relinquat veſtigia? Quis non gaudeat magis in Sole ſplendeſcere, quam obſcurari in nube? Crediderim ibi denotari Filij hominis, nempe Ieſu veſtigium currentis ad triumphum: huius enim curſus ad triumphum neſcit eſſe niſi per abiecta, & obſcura. Quò ſpectans Petrus Damianus ſerm. de exaltat. Crucis, ait: *Ecce nubecula parua, quaſi veſtigium hominis aſcendebat. Quia enim non eſt* Damian.
quaſi homo; ſed quaſi veſtigium hominis aſcendiſſe dicitur, recte per hoc Crux, quæ membris eſt aptata Dominicis, deſignatur. Et benè Crux veſtigium hominis dicitur: quia per eam Deus homo tranſitum fecit, cùm ad Patrem rediit:: ſicut enim per Virginem deſcendit ad noſtra, ſic per Crucem eſt reuerſus ad ſua. Chriſti Domini veſtigia euntis ad Patrem in nube, & in Cruce viſuntur. Quid nube obſcurius? quid Cruce abiectius! Planè Dei eſt, per abiecta, & obſcura in præſenti ire ad triumphos. Hominum ambitio petit lucem; diuinus Spiritus in proceſſibus ſuis quærit nubila. Exo- Exod. 19.
di cap. 19. dicebat Dominus Moyſi: *Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem.* Cur in caligine nubis? Cur non in ſplendidiſſima luce? Non eſt huius temporis lux, & ſplendor; ſed obſcuritas, & abiectio, quibus Dominus ſuos triumphos perficit. Ait D. Ba-
ſil. Sel. orat. de Transfigur. *Quoniam Dei totum ſui conſilij* Baſil. Sel.
n eſt ſcopus, quo eius in homines declaret benignitatem, ad vſum hominum humiles figuras induit: ſic inter eum ad homines loquentem nubes interceſſit: & cùm in nouiſſimis diebus apprehendiſſet humanitatem, ſemper conuenienter legibus naturæ. Huiuſmodi ſunt præſepe, faſcia, Crux, Paſſio. Sed ſic quidem fuit prima carnis ſuſcepta œconomia, humili figura ſe ad hominum vſum accommodantis. Si ad expugnandum mundum venientis Dei quæris veſtigia, non inuenies ea niſi in nube, in obſcuris, & abiectis, vt ſic doceat, qualis vſus hominum debeat eſſe.

§. II.

Peccatores vnum Deum latere non poſſunt.

NOn nocturnis tenebris, ſed clara *tertiadecima die: verſa vice Iudæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de aduerſariis vindicare.* Sed Deus aduersùs Ægyptios media nocte

noćte arma ſumit. Exod. 12. dicitur: *In noćtem media percuſſit Dominus omne primogenitum Ægypti.* Et quando Deus noćturnis tenebris in hoſtes inſurgit, cur Iudæi non ſimiliter? Non miror, quod in perſequendis reis Iudæi tenebras effugiant: vnum enim Deum non poſſunt peccatores latere.
Matth. 12. Matth. 12. cum nuptiarum menſæ plenæ eſſent
Gloſſa. conuiuis, *intrauit Rex, vt videret diſcumbentes.* Nimirum, ait Gloſſa, *vt videri faciat iudicandorum merita, & diſcernat.* Et cur Rex per ſe ipſum id munus præſtat? Nónne illud alicui poſſet committere? Abſit: ſolius enim Dei eſt diſcernere peccatores pœna dignos, quem vnum latere non poſſunt. Ideo ait: *Et vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.* Rex vidit, non miniſtri viderunt, etſi multi adeſſent. Pro quo ait D. Hilar. ibi: *Quia malos intelligere non omnium eſt, & humana ſimplicitas difficilè fraudulentiam ſimulatæ mentis intelligit. ideircò hunc malum, & indignum cœnæ nuptialis Deus ſolus inuenit.* Intrauerat ille cum multis aliis, aſſederat non paucis, multi circa illum tranſierant miniſtri, & omnes latuit, ſed non potuit latere Deum vnum. Hinc dicebat ille prodigus Luc. 15. *Pater, peccaui in cœlum, & coram te.* Quæ verba creduntur facta non ad alium, quam ad Patrem Deum. Et cur non ad alium, quam ad Deum? Quia, cùm ait, *coram te*, fatetur peccata ſua non potuiſſe latere illum, quod ſolùm ſpectat ad perſpicaciam diuinam D. Chryſoſt. hom. 4. in Lucam: *Oſtendit Scriptura, hunc patrem non hominem intelligi debere, ſed Deum. quando non ſolum cœlum nominat in confeſſione peccatorum pœnitens, ſed adiicit, in conſpećtu tuo. Deus enim eſt inſpećtor omnium ſolus, à quo nec per cogitationem meditata peccata abſcondi poſſunt.* Plane vnum ſolum Deum non poteſt latere, quis peccator ſit ſupplicio, & pœna dignus.

§. III.

Mundialia bona in nullo ſolent ſplendere ſine alterius diminutione.

Vide mundialis fortunæ rotam, nimirum, ait: *Verſa vice Iudæi cœperunt ſuperiores eſſe.* Fuerunt, qui culmen fortunæ tenebant, gratia Regis potiti, ſub qua Iudæos perſundabant, & à ſe ſperabant perdendos funditus. Sed verſa eſt rota, & ij miſere proſternuntur, dum apparent Iudæi poſiti in ſummo. Sic voluuntur ſæpè mundialia bona, quod nequeant ſine alterius diminutione apparere
Matth. 17. ſplendentia in vno. Matth. 17. locutus de Ieſu in monte Thabor ait: *Reſplenduit facies eius ſicut Sol.* Duo ibi noua, & inaudita miracula creduntur, alterum, quod humana caro in tanto ſplendore ſit; alterum, quod ſplendens Ieſus vt Sol, nihilominùs Solem cæleſtem non obſcuret: ſimul enim & Sol in cœlo fulgebat, & Ieſus in Thabor ſollaris Solis radios emmittebat ſuos. Quantum hoc! Equidem miraculum magnum id erat: in mundo enim nullus ſolet eſſe ſplendor in vno, quin de alterius diminutione
Baſil Sel. fulgeat. Pro quo ait D. Baſil Sel. orat. de Transfig. *O miraculum! Ex humana forma ferebantur radij, qui emittebantur diuinis operationibus. Vidit Sol, quæ non prius didicit, vt qui deceptus fit abſcondi alterius luminis illuſtratione.* Equidem Sol, qui vel Lunæ, vel ſtellarū apparitione abſcondi ſolebat, nunc in conſpećtu, & præſentia alterius lucidiſſimi Solis, nec occidit, nec abſconditur; ſed in ſua præfulget claritate. Quod non poteſt non eſſe nouum, & inauditum miraculum, quando id proprium habent omnes ſplendores mundiales, vt nullus ſplendeat, niſi de alterius occaſu.

§. IV.

Corporalis hominum congregatio, & adunatio non tam eſt neceſſaria pro Deo paſſuris, quàm bellatoribus.

De Iudæis in præſenti dicitur: *Congregatique ſunt per ſingulas ciuitates, oppida, & loca, vt extenderent manum contra inimicos, & perſecutores ſuos.* Sic Iudæi congregabantur oppidatim, adunabantur. Cùm autem nobiliſſimus noſter Dux Ieſus crudeli hoſtium phalange cinćtus eſſet,
Matth. 26. locutus Matt. c. 26. de eius Diſcipulis ait: *Omnes relićto eo fugerunt.* Ecce tibi Iudæi congregantur, Chriſti Diſcipuli diſperſi, diſcedunt. Et illi pro ſalute ſtabant, & Ieſus etiam ſtabat pro ſalute mundi. Et quando ſtantes Iudæi pro ſalute populi congregantur, cur Ieſus meus ſtans pro ſalute mundi ſinit ſuos diuidi, diſpergi? Non erat obtinenda ſalus mundi armis, ſed morte: paſſuris autem pro Deo non neceſſaria eſt corporalis congregatio; ſed diſperſio
proficit. Quo ſpećtans Zachar. c. 13. aiebat: *Framea, ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum. Percute paſtorem, & diſpergentur oues.* Zachar. 13
Et cur non magis Deus curat ſuarum ouium adunationem? Nónne tota Chriſti œconomia eò ſpećtabat, vt qui erant diſperſi, congregarentur in vnum? Cur ergo in primo congreſſu permittit ſemel congregatorum diſperſionem? Non otioſe dixit: *Diſpergentur oues.* vt enim oues erant occiſioni deſtinatæ, non illis erat neceſſaria corporalis adunatio, quæ magis ſeruit præliaturis. Hinc D.
Cyprian. epiſt. 56. ait: *Nec quiſquam, Fratres charisſimi, cùm populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis, & ſpargi, conturbetur, quod collećtam fraternitatem non videat, nec tractantes Epiſcopos audiat. Simul tunc omnes eſſe non poſſunt, quibus occidere non licet, ſed occidi neceſſe eſt.* Qui non occiſuri, ſed occidendi pro Deo parantur, *ſimul*, ait, *eſſe non poſſunt.* non curant de corporali coadunatione, quæ amica eſt præliaturis, non eſt paſſuris neceſſaria. Cyprian.

§. V.

Separatio à Corpore Chriſti nos hoſtibus ſubiicit.

Planè Iudæi *congregati ſunt per ſingulas ciuitates, oppida, & loca, vt extenderent manum contra inimicos.* Meritò congregantur in vnum, vt poſſint ſtare aduersùs inimicos. Vt hinc diſcant Chriſtiani, quam meritò hoſtibus ſubiiciuntur, qui non congregantur, ſed ſeparantur à Corpore Chriſti. De ſceleſto homine locutus Paulus 1. 1. Cor. 15.
ad Corinth. 5. ait: *Iam iudicaui vt præſens eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu, tradere huiuſmodi Satanæ.* Et quomodo hominem Satanæ tradere poterat? Eo ipſo, quòd illum ſepararet, & abijceret à congregatione Chriſtianorum, manebat ille ſubiećtus Ambroſ.
hoſtibus, & aduerſariis quibuſque. Vt dicat D. Ambr. lib. 1. de Pœnit. c. 14. *Benè dicitur tradi Satanæ, qui ſeparatur à Chriſti corpore.* In hoc manebis expoſitus aduerſariorum incurſibus, ſub quibus pereas, ſi non aggregeris ad Chriſtum, ſed ab illo maneas diſiunćtus. Et quid non patiatur ab hoſtibus, qui ſe diſiunget à Chriſto? Matt. cap. 26. de Ieſu comprehenſo à Iudæis ait: *Tunc diſcipuli omnes relićto eo, fugerunt.* Circa quæ piè, ac ſapienter ait Simon à Caſſ. Simon. à Caſſ.
c. 57. *Quia reliquerunt fugiunt. quia relinquens Deum, relinquit ſecuritatem, ideò agitur in timorem, ideò fugit: & relinquens vitam fugit in mortem, relinquit lucem, ingreditur tenebras, dulcedinem, & intrat amaritudinem, relinquit fidum amicum, inuenit hoſtem.* Heu miſer, qui ſe à Ieſu ſeparat, innumeris ſeſe exponit hoſtibus. Non enim vita, & perfećtio inuenitur, niſi in vnione cum Chriſto. Quis neget, à Moyſe, & Elia multas operatas eſſe virtutes, multos Diuinitatis hoſtes peremptos? Tamen Matth. 17. vbi in Matth. 17.
Thabor transfiguratur Ieſus, *apparuerunt illi Moyſes, & Elias cum illo loquentes.* Apparent ibi ad Ieſum congregati. Et ad quid neceſſum fuit illò venire Eliam, & Moyſem, niſi vt oſtenderent, tunc ſolùm veram libertatem, veram perfećtionem attigiſſe, cum adhæſerunt Ieſu? D. Gregor. dial. Gregor.
cum Herbano ait: *Moyſem, & Eliam tunc perfećtos Deus reddidit, cùm eos ſua perfećtionis, id eſt, gratiæ participes effecit, nempe, cùm Ieſu carne indutus in monte Thabor transfiguratus eſt. Tunc enim iuſſit, & ecce Moyſes, & Elias ſpiritu virtutis eius adducti ſunt, & ei adſtiterunt, &c.* Tunc totam in ſe libertatem, & perfećtionem oſtenderunt, cùm videntur congregati ad Ieſum.

Eſtheris 9. Itaque percuſſerunt Iudæi inimicos ſuos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis, quod ſibi parauerant facere. In tantum vt etiam in Suſan quingentos viros interficerent extra decem filios Aman Agagitæ, hoſtis Iudæorum, quorum iſta ſunt nomina, *&c.*

§. VI.

Glorioſior triumphus eſt de internis affectibus, quàm de externis hoſtibus.

COmponc modò Iudæos, & Iudæum; Iudæos iſtos Iudæum Dauidem. Hi nacti facultatem, & poteſtatem percutiendi hoſtes ſuos, illos miſere perdunt: dicit enim. *Percuſſerunt Iudæi inimicos ſuos*, &c. Dauid autem 1. Reg. 24. latens in ſpelunca vidit inſenſiſſimum ſibi hoſtem Saulem ibi eſſe, & audita ſuis: *Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te Ego tradam tibi inimicum tuum.* Quaſi ei facta eſſet poteſtas à Deo inimicum occidendi, nec tamen adductus eſt Dauid, vt vllam iniuriam inimico prætendat. Vter glorioſior triumphus, ille, qui inimicos peſſundat; an ille, qui abſtinet ab affectu eos percutiendi? Ait D. Chryſoſt. hom. de Dauide, & Saule, 2. *Non enim eo beatum prædico ſanctum illum Dauidem, quòd hoſtem viderit ſub pedibus ſuis iacentem, ſed quòd illi in manum date pepercit, quorum alterum fuit opus diuina potentia, alterum Dauidica Philoſophia.* Maior fuit, & glorioſior virtutum Dauidis triumphus in parcendo hoſti, quam in hoſte ſubiiciendo. Hinc miratus Dan. c. 14. inter leones ſedentem, & inde egredientem illæſum, & Dauidem ab ſpelunca, ſeruato hoſte procedentem, ait. *Quemadmodum enim ille aſcendit è lacu, ſuperatis feris, ... ſtidem hic è ſpecu prodiit, alia beſtia longè ſuperioribus dentibus. Nam, ſicut iuſto illi leones hinc, atque hinc ... ita ſunt omnibus leonibus efferatiores, ac validiores animi motus innaſcuntur vbi indignatio de præteritis; hinc futurorum metus: verùm horum vtrunque coërcuit.* Non equidem maior, qui leonum rabiem coercuit, quàm qui validiſſimos coercuit animi motus. Nunquam enim non glorioſius fuit animi ſuperare affectus, quam hoſtiles vincere exercitus. Aſſumpſerant Iſraelitæ ſibi alienigenas vxores, ex quibus filios habebant. Quos vehementer increpat Eſdr. lib. 1. c. 10. Quid tunc illi? *Percutiamus*, aiunt, *fœdus cum Domino noſtro, vt proiiciamus vniuerſas vxores, & eos, qui nati ſunt ex eis.* Quid dicitis, ô viri? Sic amatæ vxores, ſic chariſſimi filij eiiciendi? Planè hoc duriſſimum erat bellum, ſed glorioſiſſimus triumphus inde venit. Ait D. Petrus Damian. opuſcul. de contemp. mundi, c. 19. Ad prædicationem Eſdræ non ſolùm illicita connubia diſſoluerunt: ſed & omnem ſobolem, quæ ex eis genita fuerat, abiecerunt. Quis neſciat, quantus virorum amor, circa vxores proprias vigeat, quanta circa filios pietas paternum pectus adſtringat? Quis ignoret, ad diſſoluendum duplex huius neceſſitudinis vinculum, quo mœrore, qua amaritudine ſe potuerunt viſcera humana concutere? Quo vehementiſſimi doloris incendio paternus affectus, coniugalis animus compulſus eſt æſtuare? Habentes tamen veram circa Deum pietatem, ad nihilum redegerunt falſæ pietatis imaginem, *atque vt eſſent in ſpiritu veraciter pij, facti ſunt contra carnem, & ſanguinem laudabiliter rigidi. Armauerunt ſe contra iura naturæ, vt naturarum Authori fideliter militarent.* Hæc glorioſior Deo militia eſt, quæ arma ſumit contra affectus naturales, eóſque nouit vincere, & de eis triumphare.

Margin: 1. Reg. 24. — Chryſoſt. — Dan. 14. — 1. Eſdr. 10. — Damian.

§. VII.

Vnius ſpiritus, & poteſtatis Dei eſt, hoſtium malitiam in ipſorum ſalutem conuertere.

INferunt Iudæi hoſtibus ſuis mortem, quam hoſtes illis inferre parauerant, dicente Textu: *Percuſſerunt Iudæi inimicos ſuos: reddentes eis, quod ſibi parauerant facere.* Hucvſque enim peruenire poteſt poteſtas creata, vt ſibi illatum malum in inferentes conuertat. Diuinus autem Spiritus, & manus longè altiùs effertur, dum de illatis ſibi malis medelam facit, qua ipſos inferentes prorſus ſanet. Quò ſpectans Proclus hom. de Chriſti Dom. Natiuit. habita in Concilio Epheſ. tom. 6. c. 7. ait: *Conſidera immenſum illius benignitatem ad mortem condemnatus, mortem, quæ cruciſixoribus debebatur, vltrò exſoluit, occidentiúmque iniquitatem in ſeruatorum eorum ſalutem conuertit.* Quid diuinius? quid potentius? Planè vna Dei poteſtas, vnus Dei ſpiritus id efficere poſſet, quòd malum illatum ſibi conuertat in ſalutem inferentium. Poſt primorum hominum creationem permiſſus eſt antiquus ſerpens tentare eos, qui perſuaſit mulieri comedere fructum vetitum, *quæ comedit, & dedit viro ſuo, qui comedit*, &c. Gen. 3. Sic tentantur à Diabolo primi homines in eſu pomi, & facillimè rapiuntur in vetitum, & rebellant in Deum, & ſe ſe miſerè perdunt. Cur ergo Deus permiſit tentari eos, quos ſciebat & caſuros, & ſibi inſenſos futuros eſſe? Cur permiſit, vt in creatura ſua, tam nefarij pullularent affectus in Deum? An ex hac permiſſione eò ſpectabat, vt homo funditùs periret, vt Angeli perierant? Abſit: imò inde ſuam oſtentaturus erat potentiam, quæ de nefariis affectibus ſciret, & poſſet medelam conficere, qua & ipſi homines ſanarentur. Ad hæc ait D. Aug. lib. 11. de Geneſ. ad liter. cap. 4. *Cur itaque tentari non fineret, quem conſenſurum eſſet ipſe præſciebat, altitudine quidem conſilij ſui, quoniam id facturus eſſe propria voluntate per culpã, & ordinandus eſſet illius æquitate per pœnam, vt etiam ſic oſtenderet animæ ſuperbæ ad eruditionem futurorum ſanctorum, quàm rectè ipſe vteretur animarum voluntatibus etiam malis, cum illæ peruerſè vterentur naturis bonis.* Vt ſunt poteſtates creatæ, quæ de bonis etiam naturis, de præſtantiſſimis etiam virtutum actibus occaſionem ſumunt, vt homines perdant per ſuperbiam: ſic debuit oſtendi poteſtas, & ſpiritus Dei in eo, quòd de nefariis, & iniurioſis actibus medelam ſciat facere, qua homines iniuriatores ſanentur. O quoties Deus ſpicula peccatorum in ſe contorta eò conuertit, vt peccator inde in tutiorem ſalutem eat! O quoties blaſphemiæ in Deum iactatæ occaſiones fuerunt, quò blaſphemator contritus acciperet cælorum regnum! Hæc planè vnius Dei eſt poteſtas, & de ſolo diuinitatis ſpiritu tanta hæc virtus venit.

Margin: Proclus. — Geneſ. 3. — Auguſt.

Eſther. 9. Qui dixit Reginæ: In vrbe Suſan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman, quàm iram putas eos exercere cædem in vniuerſis prouinciis? Quid vltrà poſtulas, & quid vis, vt fieri iubeam? Cui illa reſpondit: Si Regi placet, detur poteſtas Iudæis, vt, ſicut fecerunt hodie in Suſan; ſic & cras faciant, & decem filij Aman in patibulis ſuſpendantur. Præcepitque Rex, vt ita fieret.

§. VIII.

Per Deiparam Virginem ea venit ſalus mundo, quæ non in feriendo, ſed in patiendo conſiſtat.

QVingentos à Iudæis occiſos in Suſis propoſuit Aſſuerus, non ſine dolore Eſtheri: *Cui illa reſpondit: Si Regi placet, detur poteſtas Iudæis, vt ſicut fecerunt hodie in Suſan, ita & cras faciant.* Et quid aliud venire à muliere, niſi cædis poſtulatio, & hominum ruina? Vna Virgo Maria eſt, quæ nobis ſalutem gignat, quæ non in feriendo, ſed in patiendo conſiſtat. Quò ſpectans Proclus hom. de Chriſti Nat. habita in Concil. Epheſ. tom. 6. c. 7. ait: *Qui ex Virgine naſcitur, nec ſolùm Deus eſt, nec rurſus purus homo ſed vtrunque ſimul. Natus ſalutis oſtium id eſſe oſtendit, quod peccati quondam introitus extiterat: vnde peccator Cain primus emerſit, inde generis noſter aſſertor Chriſtus ſine ſemine prodiit. Clemens Deus ex muliere naſci non erubuit: quod enim agebatur, vita erat.* Expende illa: *Vnde peccator Cain primus emerſit*, &c. quippe mulieris corruptæ prima proles Cain fuit homicida, vt videas, quid in primis offerant mulieres, nimirum, homicidia, generis humani ruinas. Ideò volens Deus etiam ſalutem à fœminis venire, meritò deſpexit mulieres corruptas, & elegit puriſſimam Virginem Mariam, ex quo non qui interficeret; ſed qui viuificaret, natus eſt; non qui feriendo, ſed qui clementiſſimè patiendo humanam negotiaretur ſalutem. Dicebat Paul. ad Epheſ. 1. *In quo habemus redemptionem per Sanguinem ipſius.* Cur non magis per gladium, per arma ferientia hoſtes, quàm per Sanguinem proprium effuſum? Dedit illi hanc viam tutiſſimam ſalutis humanæ obtinendæ per Sanguinis effuſionem Virgo Mater Maria. Vt dicat Proclus vbi ſup. *Viam mortis, condemnationique addictis aperuit tutiſſimã Dominus, mortiſque ſolutionem decentiſſimam, dum, nimirũ, ex Virgine humanam naturã aſſumit: aſſumptámque in mortem tradit, cúmque in modum* redemptionis

Margin: Proclus. — Epheſ. 1. — Proclus.

i. ſemptionis pretium diſſoluit iuxta illud. In quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius. O rem ſtupendam! immortalitatem, quam ipſe habebat, per ſuam mortem aliis conciliat. Huiuſmodi nullus vnquam fuit, nec eſt, nec erit, quàm vnus ille, qui ſecundum diſpenſationem ex Virgine natus eſt Deus ſimul, & homo. Nullus prudens fuit, nec eſt, nec erit, qui non per gladium ſuos ſerendo, ſed per ſanguinis proprij effuſionem ſalutem, & vitã daret hominibus, niſi vnus homo Deus, qui natus eſt ex Virgine Maria. De Virgine ergo habet mundus hunc fructum. Leuit. cap. 23 de Feſto ſeptimi menſis locutus ait: *Sumetiſque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini, &c.* Iubebantur quondam verè Iſraelitæ in Feſto ſeptimi menſis, pulcherrimæ arboris decerpere fructum, inque ſpatulis palmarum, ramiſque arborum fructiferarum, & ſalicum maximè lætari. Et quis fructus hic pulcherrimæ arboris, cuius Feſtum agitur non in gladiis ferreis, ſed in palmarum ſpatulis, & ramis arborum? Crediderim nullum fructum a pulchriori arbore venire, quàm fructum ventris virginei: is enim fructus non ferendo, ſed patiendo egit triumphos ſuos. Quo reſpiciens Rupert. lib. 2. in Leuit. c. 37. ait: *Hoc planè nos gentes facimus in prædicto noſtri anni exitu, toto tripudio virginei ventris excipiente fructum: Et ſic officium præfatæ Solemnitatis inſtituimus, vt Natiuitatem Chriſti Filij Dei præ omnibus ſubſequatur Stephanus: Deinde Ioannes dilectus Domini, tertio loco Innocentium excercitus. Et in illo Protomartyre, veluti ſpatulas palmarum Eccleſia ſuſtollit, in dilecto Domini quaſi ramum ligni denſarum frondium, in paruulis Innocentibus quaſi ſalices de torrente, quippe qui nihil operati ſubitò per ſolam gratiam ad hæreditatem æternæ patriæ.* Sic a pulcherrima arbore Virgine Maria is fructus natus eſt in mundo, nempe Chriſtus Ieſus, qui Feſtiuitates ſuas, non de gladiis, ſed de paſſione ſuorum maximè confirmat. Hinc quando triumphator inter ramos palmarum ingreſſus eſt Ieroſolymam, aſello ſedens ingrediebatur, dicente Textu Ioan. 12. *In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent, quia venit Ieſus Ieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant. Hoſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eum.* Quid triomphus palmarum cum aſello? Oſtendebatur Chriſtianus triumphus, non in bello, ſed in Paſſione peragi debere. Ait D. Cyril. Alex. lib. 8. in Ioan. c. 10. *Non enim ſedet in curru aureo, pretioſa purpura fulgens, neque aſcendit ſuper equum ferocientem, amatorem diſcordiæ, & litis, qui inflatum gloria pectus habet repletum, qui de longinquo odoratur bellum, & gaudet ad vocem tubæ, & cum viderit ſanguineam pugnam, dicit in corde ſuo: euge, ſed ſedet ſuper aſellum tranquillitatis, & pacis amicum, oneris patientiſſimum, & laboris.* Sic ibi: repulit enim Ieſus a ſe quidquid amicum erat belli, & illud ſumpſit, quod magis erat amicum patientiæ.

Leuit. 23.

Rupert.

Ioan. 12.

Cyril. Alex.

§. IX.

Non tam in corporalibus hoſtibus, quàm in peccatis tollendis populi bonum conſiſtit.

Illud tandem petebat Eſther, nimirum: *Et decem filij Aman patibulis ſuſpendantur.* Quot Amani erant filij, tot petit erigi cruces, quibus ſuſpenſi viderentur, & inde tutiorem haberent Iudæi ſalutem. Et Dominus dicit Ioan. 3. *Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet Filium hominis.* Vt Moyſes in deſerto ſerpentem in Cruce poſuit; ſic Dei Filius in cruce ponendus eſt Ieroſolymis. Sed Moyſes vnum ſerpentem in vna cruce poſuit, in deſerto: Eſther autem ad minus decem hoſtes fidelis populi in decem crucibus poſuit, & hoc in Suſis, in regia ciuitate, pro ſalute ſui populi. Cur, Domine, magis afficeris ad vnam crucem eleuatam à Moyſe in deſerto, quàm ad decem cruces eleuatas ab Eſthere in Suſis? Cur vnam crucem decem præponis? In Eſtheris crucibus tollebantur corporales hoſtes; in Cruce Chriſti tollebantur mundi peccata, ſerpentinum vitiorum virus; & tunc clariùs firmatur commune bonum, quando peccatum tollitur. Exod. 14. eleuauit Moyſes virgam, *reuerſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis.* Sed & Elias 3 Reg. 19. quadringentos & quinquaginta Prophetas Baal occidit. Quanta hæc ad fidelis populi bonum, quòd tot hoſtes perdantur funditùs? Quid virga Moyſis præſtantius? Quid gladio Eliæ vtilius? Equidem vtilius eſt illud, per quod non homines, ſed peccata perduntur. S. Gregent. in diſputat. cum Herbano Iudæo, ait: *De Elia autem, & Moyſe nullus tibi ſit ſermo. Non in eis miraculis Reſpublica præclara, & beata perfectio continetur; ſed in Cruce Domini noſtri Ieſu, per quem omne peccatum ſublatum eſt.* Non, qui perimunt hoſtes, vt Moyſes, & Elias; ſed, qui tollunt peccata, vt Crux Chriſti, beatam, & præclaram Rempublicam conſtituunt. Poſt reædificatum templum Ieroſolymitanum per Nehemiam, venit Eſdras, & inuenit ciuitatem euerſam, muros ſolo æquatos, hoſtes in circuitu eminentes, & concionem habuit ad populum de alienigenis vxoribus dimittendis, 1. Eſdr. 9. de muris inſtaurandis nec verbum fecit. Et quando hoſtes imminebant, cur non ſollicitus fuit ſanctus vir, pro muris faciendis? Ait D. Seuerus Sulpitius lib. 2. Hiſt. *Cæterùm Eſdras nihil ſuper reficienda vrbe egiſſe comperio, credo, potiorem curam ratus plebem corruptis moribus reformare.* Non ſic procurandi ſunt muri in ciuitatibus, nec munimenta illarum, vt curandum, ne in illis ſint peccata, & vitia. Hæc ſi abſint, & ſine muris ſecuriſſimæ ſunt, & floreutiſſimæ, ſi vero adſint, & concident etiam Ierichuntini muri.

Exod. 14.

3. Reg. 19.

Gregent.

1. Eſdr. 9.

Sulpit.

Eſtheris 9. Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad Iudæos, qui in omnibus Regis prouinciis morabantur, tam in vicino poſitis, quàm procul, vt quartamdecimam, & quintamdecimam diem menſis Adar pro Feſtis ſuſciperet, & reuertente ſemper anno ſolenni celebrarent honore: quia in ipſis diebus ſe vlti ſunt Iudæi de inimicis ſuis, &c.

§. X.

Vindicta breue gaudium, condonatio æternam parat lætitiam.

Totum à Mardochæo mandatum gaudium duobus clauditur diebus, nimirum, *Vt quartamdecimam, & quintamdecimam diem menſis Adar pro Feſtis ſuſciperent.* Et cur tam breue gaudiorum tempus præſcribit? Ait Textus: *Quia in ipſis diebus ſe vlti ſunt Iudæi de inimicis ſuis.* Ne miremur, quod victo, & vindicta breue pariat gaudium; condonatio enim æternam parit lætitiam. Cauebat lex Leuit. 24. *Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum, ſicut fecit, ſic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente.* Chriſtus Dominus aliter iubebat, qui Matth. 5. ait: *Ego autem dico vobis. Non reſiſtere malo. ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & ſiniſtram.* Et quando lex ſic vindictam ſumere de malo, vt dentem pro dente, oculum pro oculo perdere iuberet; cur Ieſus meus non vindictam ſumere iubet, ſed magis parcere iniurianti? An, quia lex illa iniuſta erat? Abſit: ſed Ieſus volebat ampliorem, & durabiliorem ſuis lætitiam facere, qualis non ex vindicta, ſed ex condonatione naſcitur. D. Auguſt. quæſt. 69 ex nouo Teſtam. ait: Senſus legis ad ſalutem hominis pertinet, vtputa oculum pro oculo, dentem pro dente, vt timens, ne pateretur, quod aliis facere prohibitus eſt, cohiberet ſe nequitia. Saluator autem ſuperiorem in hunc ſenſum addens iuſtitiam: Ego autem, inquit, dico vobis: Non reſiſtere malo: ſed, ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & ſiniſtram, vt dum vicem non reddit malo, perfectus ſit. *Reddere enim vicem iuſtum eſt, non plenum: ſi verò diſſimulet ab iniuria, plena iuſtitia eſt. Retribuere enim gaudet ad tempus, remittere autem in futurum præſtat lætitiam.* Equidem vindicta, quantumuis iuſte fiat, temporaneum gaudium gignit; condonatio autem diuturnorum gaudia facit, quæ non clauduntur anguſtiis huius temporis, ſed in futuro æternentur.

Leuit. 24.

Matth. 5.

Auguſt.

§. XI.

In Feſtis maximè habenda eſt cura egenorum.

NOluit Eſther in Feſtis ſuis illud deficere, quo maximè fidelium Feſta commendantur, nimirum, egenorum curam: ait enim: *Eſſentque dies iſti epularum, atque lætitiæ, & mitterent ſibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largirentur.* Tunc equidem Feſta fidelium, & conuiuia auſpicatiſſimè peraguntur, cùm in illis maximè habetur egenorum cura. In vltimo Paſchate celebrato à Ieſu, cùm recumberet cum Diſcipulis ſuis, dedit buccellam Iudæ Ioan. c. 13. *Et dixit ei Ieſus: Quod facis, fac citiùs. Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis vt aliquid daret.* Quando Iudas permittebatur ire in perditionem, quidam diſcipuli Ieſu putabant, illum mitti ad procurandum pro Feſto celebrando, aut pro egenis iuuandis. Vt dicat Rupert. ibi: *Multùm longè à vera ſententia fuerunt: quia putabant illi mentionem factam eſſe de cura egenorum, cum permiſſio daretur de eundo ad mortem putre ꝓſanorum.* Et cur boni ſic errarunt? Habebat loculos Iudas, & Feſti tempore putabant boni nihil aliud agere debere pecunias habentes, quam Feſti cultum, & curam pauperum. Hæc enim eſt, qua maximè Feſta commendantur. Ex quo ait D. Cyril. Alex. lib. 9. in Ioan. cap. 18. *Perutile autem nobis exemplum proponitur: oportet enim, qui feſtum diem piè acturi ſunt, non de ipſis tantummodo curare, nec quomodo ipſi ſolùm hilarè celebraturi ſint; verùm etiam egentium propter charitatem rationem habere.* Tunc piè, & ſanctè Feſtum agitur, quando ſimul cura habetur pauperum. Quorum obliuio, & contemptus vt in omnibus Feſtis ſuſpecta apparent, in Feſtis, in quibus ad Euchariſtiam accedimus, fortaſſe ab aliquo lethalia mala putabuntur. Cauet Deuter. 23. *Ammonites, & Moabites, etiam poſt decimam generationem, non intrabunt in Eccleſiam Domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane, & aqua.* Moabitæ, & Ammonitæ viderunt Iudæos armatos, hoſtes reputarunt; & quia hoſtes putabant, etſi egentes noſcerent, noluerunt eis porrigere panem. Pro quo etiam poſt decimam generationem excluduntur à populo Dei. Quis non paueat panem egenti negare? Ait inde Petrus Dam. Opuſcul. 9. de eleemoſ. cap. 4. *Idcircò ab Eccleſia Dei irreuocabiliter excluduntur, quoniam inimicis etiam ſuis per humanitatis officium occurrere neglexerunt. Quàm terribili ſententia digni ſunt, qui viſcera ſua ab indigentibus proximis claudunt? Cum quibus Dominici Corporis, & Sanguinis menſam participant, his cibum, qui in ſeceſſum dirigendus eſt, negant.* Terribilem ſententiam veretur, qui cibum negat his egenis, cum quibus ſæpè ad menſam eucharisticam vadit.

Ioan. 13.

Rupert.

Cyril. Alex.

Deuter. 23.

Dam.

§. XII.

Mala, & abiectiones non ſunt dedecori, ſed honori, vbi faciunt ad manifeſtationem virtutum.

QVæ in hac populi liberatione Feſta inſtituuntur à Mardochæo, & Eſthere, vocantur *Phurim*, dicente Textu: *Atque ex illo tempore dies iſti appellati ſunt Phurim, id eſt, ſortium: eò quòd phur, id eſt, ſors, in vrna miſſa fuerit.* Quippe ſors ab Aman fuit miſſa in vrnam, vt videret, quo die occidendi erant vniuerſi Iudæi. Quando ergo iſte ſortium dies potiùs oſtendit Iudæos in calamitate, in abiectione, & ruina; cur inde nomen ſumpſit Eſther, quo vocaret Feſtum triumphi? Cur non magis nomen Feſti ſumit à triumphali vindicta de hoſtibus? Cur maluit tanti triumphi memoriam fœdare nota diſcriminis, quod ſortes pepererant? Quando diſcrimen illud è ſortibus natum occaſio fuit Eſtheri tot virtutum manifeſtandarum in charitate ad populum ſuum, in fortitudine ad contemnendam mortem; & honori, & gloriæ maximè illi erat, non dedecori. Iſaias c. 11. locutus de Ieſu meo, dicebat: *Erit ſepulcrum eius glorioſum.* Et quomodo infamis mors, crux, & ſepulcrum potuit fieri Deo glorioſum? Nónne per illa inter iniquos deputatus eſt? Non ſimul cum mortalibus peccatoribus in ſepulcrum deſcendit? Quæ peccatorum ſupplicium præ ſe ferebant, quomodo poterant eſſe gloriæ Deo? Per illa ingentes Ieſu mei virtutes manifeſtabantur, quod illi non potuit non eſſe decori, & gloriæ. Ad hæc Theodotus homil. 1. de Chriſti Nat. habita in Concil. Epheſ. tom. 6. c. 9. ait: *Ne ergo perpeſſiones Deo impropereε, ſed perpeſſionum vtilitatem ſuſpicias. In humilitatem Deus ſeſe demiſit, nullam ſecundùm propriam naturam perpeſſus diminutionem, ſed hanc nobis gratiam faciens. Quod autem tu es, id factum eſt ab illo ob ſuam in te benignitatem. Ne igitur creationis modum in contumeliam vertas, nec improperes Mediatori, ſi in corporis humilitate conſtitutus, tuam operatus eſt ſanitatem: non enim eſt illa humilitas ignominiæ coniuncta, ſed certum humanitatis illius erga nos argumentum extitit. Amplectere contumeliam, quæ tuam peperit gloriam.* Quando tota illa abiectio, & perpeſſio Ieſu certiſſimum erat argumentum eius erga nos humanitatis, & affectionis, non poterat ei eſſe ignominiæ, ſed gloriæ, ſed honori. Nunquam enim perpeſſiones, quæ virtutem hominis teſtantur, non illum nobilitare. Vt dicat Caſſiodor. 8. Var. 10. de cantatiſſimo Duce: *Vulnera factorum ſuorum ſigna ſuſcepit. vulnera, inquam, opima inſeparabilis, ſiue aſſertore præconium, propria lingua virtutis, quæ, licèt præſens periculum ingerant, reliquum tamen vitæ tempus exornant.* Sic ibi, & ſapienter.

Iſaia 11.

Theodot.

Caſſiod.

§. XIII.

Dedecora non ſunt mala, in quorum ſalebra non hæretur.

ITaque notanter ait Textus: *Dies iſti appellati ſunt Phurim, id eſt, ſortium.* Sic non triumphi, ſed periculi nomine voluit Eſther celebrari tantum Feſtum. Nec mirum: pericula enim, & mala, in quibus non hæremus, ſed facilè ab illis expedimur, gloriæ ſunt non decori. Hinc Theodot. hom. de Nat. Chriſti, habita in Conc. Epheſ. tom. 6. c. 9. extollens Filij Dei ad nos deſcenſum, ait: *Deſcendit ad te, non vt inferioribus perpetuò hæreas; ſed, vt te ad ipſum ſubuehas. Non ergo inſiceris deſcenſum, vt non amittas aſcenſum.* Expende illa: *Non vt inferioribus perpetuò hæreas.* quippe mala, & pericula, & abiectiones, quibus perpetuò non hæremus, ſed citò illa excutimus, non cenſenda ſunt inter pœnas, ſed inter glorias. Pſal. 18. *Exultauit vt gigas ad currendam viam, à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius.* Loquitur Pſalmus de Filio Dei deſcendente à regalibus ſedibus ad viam humanitatis currendam. In qua & præſepe, & falces, & flagellum, & crux, & opprobria expectabant Dominum. Et cur ſic exultat in tam ſalebroſa via arripienda? Eſtne exultationis res, quòd quis naſcatur in vilitate præſepij, quòd ſaturetur opprobriis, quòd inter iniquos ad mortem deputetur? Cur ergo ad hæc ineunda exultat? Non illis hærendum erat, ſed per illa ad gloriam tranſcurrendum. Vt dicat D. Aug. ibi: *Gigas exultauit ad currendam viam: natus eſt, creuit, docuit, paſſus eſt, reſurrexit, aſcendit. Cucurrit viam, non hæſit in via.* Vbi non hæſit, ſed tranſcurrit abiectionis viam, nihil non glorioſum inuenit. Ruffin. ibi etiam ait: *Exultauit ſicut fortiſſimus, & cat. res humanas incomparabili virtute prætergrediens, non ad habitandam, ſed ad currendam viam.* Etiam in abiectionibus, & perpeſſionibus huius vitæ incomparabilis Ieſu virtus oſtenditur, cuiúſque ſumma gloria, quando in malis non hæſit, nec habitauit in illis, ſed per illa velociſſimum curſum ad gloriam fecit. Et quando citò excuſſæ mala maiorem non inferant commendationem patienti? Act. 28. Paulus poſt naufragium, dum in Melita ignem accendit, vipera exiliens manum eius momordit, quo cœpit eſſe iudicantis multorum ſcelerum reus. Ipſe autem quàm citò excuſſit viperam, & ſanus apparuit. Quid tunc? *Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil malũ in eo fieri, conuertentes ſe dicebant, eum eſſe Deum.* Ecce tibi docitò excuſſis manibus in Diuinitatis opinionem aſcendit. Circa quæ ait D. Ambroſ. in Hexamer. lib. 6. cap. 6. *Paulum momordit vipera, & putabant, eum quaſi peccatorem vix de naufragio ſeruatum, veneno eſſe moriturum, ſed poſtenquàm inuiolabilis manſit, excuſſa in ignem vipera, plus apud intuentes venerationis inuenit.* Sic mala citò excuſſa illi maiorem gloriam, & venerationem pepererunt.

Theodot.

Pſal. 18.

Auguſt.

Ruffin.

Act. 28.

Ambroſ.

§ XIV.

Felix, qui ſic viuit, vt nihil in morte peragendum reſtet.

HVerſque Eſtheris, & Mardochæi vitam Scriptura depinxit: de illorum autem morte nec verbum in

Scriptura

Scriptura inuenio. Forſan, quia ſic vixerunt, vt quod in morte facerent, nihil amplius haberent. Deut. 34. de Moyſe
Deut. 34. ſe locutus Text. ait: *Non cognouit homo ſepulcrum eius vſque in præſentem diem.* Prouiſum fuit a Deo, vt cuius vita tam excellens fuerat, ſepulcrum eius minime noſceretur. Ex quo tam Moyſis, quam Baſilij Magni vitam maximè extollit D. Nicænus aiens
Nicæn. *Relictis omnibus, quæ medio tempore acta ſunt, de fine virius que commemorabo. Reliquit quidem vterque ſæculum, monumentum neuter ſæculo reliquit. Neque enim Moyſis ſepulcrum extat, neque Baſilius copia materiali humatus eſt. Simul enim vitam tranſijt, & omnia, quibus vita hominum conſeruatur, dilapſa ſunt, adeò vt nullum extet materiale viri monumentum ex copia relictarum facultatum extructum, quo exiſtimatio eius ad ſpeciem anguſtiorem obruta teneatur.* Quid non fecit in vita Moyſes? Quid in vita Baſilius non fecit? Sed vbi ad mortem peruenerunt, nihil reſtabat faciendum: ſic ſecretè moriuntur, vt nec veſtigium, nec monumentum, nec ſepultura ab eis curata noſceretur. Totum mortis negotium ſecretè peractum eſt: vt, qui in vita omnia glorioſa, & præclara peregiſſent: quod ad maximam virorum gloriam pertinebat. Deut. 14. cauebat lex:
Deut. 14. *Suem quoque, quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit, carnibus eorum non veſcemini.* Sic à menſis Iſraelitarum carnem porcinam eliminat. Et quando hæc caro ſuauiſſima eſt, & vna è præſtantioribus in mundialibus conuiuiis, cur illam interdicuntur Iſraelitæ? Quid habet caro hæc, ob quod ſuſpecta, imò inuiſa fuerit Deo? Habet hoc ſingulariſſimum ius, quod non niſi in morte eſt vtilis, & gratus. Cæteri animantes in vita ſua plures commoditates præſtant hominibus, etſi plures eorum in morte inutiles ſint. Equus, dum viuit, cum domino pugnat, eum ſæpè eripit à periculis; aſellus oneribus ferendis ſeſe aptat, & ſic alij plurimi. Solus ſus dum viuit, nullum vſum præbet, imò ingratus eſt, & fœtidus; in morte autem vtiliſſimus. In cuius reiectione oſtenduntur homines reiectitij, qui in morte ſola ſuas vtilitates exerunt, cùm nihil aut humanitatis, aut charitatis præſtent in vita. Ait Lactant. lib. 4. cap. 17. Eſt lutulentum hoc animal, & immundum, nec vnquam cælum aſpicit, ventri ſemper, & pabulo ſeruit: nec vllum alium, dum viuit, vſum præſtare poteſt, ſicut cæteri animantes, qui vel ſedendi vehiculum præbent, vel in cultibus agrorum viuunt, vel plauſtra collo trahunt, vel onera tergo geſtant, vel indumentum exuuiis ſuis præſtant, vel cuſtodiendis domibus inuigilant.
Lactant. *Interdixit ergo, ne porcina carne veſcerentur, id eſt, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad ſolam mortem nutriuntur.* Et equus, & mulus, & aſellus, & canis multa præſtant officia hominibus, dum viuunt; in morte, nullum: porcus autem in vita nullum, in morte vtiliſſimum. Interdicitur ergo caro porcina, ne homines porcorum agant vitam, nec cælum aſpicientes, nec aliquod humanitatis officium agentes, ſed omnia pietatis, & virtutis officia in mortem reiicientes. Ecce tibi porcorum conditioni non abſimilis, diues quidam auariſſimus vni ventri, & burſæ viuens, in nullo vtilis, ab omni pietatis officio alienus; in morte autem ſola vtiliſſimus Parochis, pauperibus, cognatis. Metuo, ne talis aſſimiletur Iudæ, de quo ait Ioan. 12. *Fur erat, & loculos habens.* Ioan. 12. Quaſi duas illi perditionis cauſas apponit, altera ea eſt, quia, nimirum, *fur erat*: & altera, quia *loculos habens*: Et qualis hæc perditionis cauſa, nimirum, quia loculos habens? Cùm huc accedo, recordor teſtaceum illud repoſitorium, vbi auari nummos recondunt. Eſt ergo teſtaceum vas paruum habens foramen, per quod ſinguli immittuntur nummi, vt intus aſſeruentur: ſi inde extrahendi aliquando ſunt nummi ad aliquam vtilitatem, nullum ſupereſt remedium, niſi vt vas illud teſtaceum penitùs confringatur, diſſipetur. Talis fuit auariſſimus Iudas, qui ſolùm in morte, & diſſipatione ſuæ vitæ vtilis fuit: de illo enim dicit Matth. 27. Matth. 27.
Proiectis argenteis in templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, Conſilio inito emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum. Ecce tibi iam iam ſuſpendendus, & periturus miſer proiicit nummos in templum, qui proficiant peregrinis ſepeliendis. Heu vas teſtaceum, cuius nummi non vtiles ſunt, niſi in confractione, & in morte! Heu quam metuo, ne ſordeat Deo hæc vtilitas. Felicior ille, qui ſic vixit, ſic omnia pietatis, & virtutis officia adimpleuit in vita, vt in morte nihil habuerit, quod vltrà efficiat. Hinc chariſſimæ Sponſæ dicebat Dominus Cant. 1. Cant. 1.
Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te. D. Nicæn. legit: *Equo meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te.* Et Nicæn.
miratur, quòd præſtantiſſima anima aſſimiletur equis, quando Dauid dicebat Pſal. 31. *Nolite fieri, ſicut equus, & mulus.* Pſal. 31. Et ſi Dauid non permittit nos equis aſſimilari, cur Dominus præſtantiſſimam Sponſam ſuam equis aſſimilat? Quid præſtantiæ potuit Dominus inuenire in equo reiecto à Dauide? Eſt enim equo præſtantia, quam Lactantius ſuprà attigit, nempe, quòd in vita ſit vtiliſſimus, & omnia peragat promptiſſimè, ſiue belli, ſiue pacis officia, etſi in morte ſit nullus. Quod forſan ſibi adſcribebat ipſe Dauid, cùm dixit, *Iumentum factus ſum apud te.* Iumentum, inquam, factus ſum, nihil reſeruans in morte facturus; ſed omnia peragens in vita ſeruitia. Nulli me oneri ſubtraho, dum viuo, etſi moriar obſcurus. Hæc de hiſtoria Eſtheris dicta ſunt.

LIBER DECIMVSTERTIVS.
IOSEPH,
SIVE
IESVS VENDITVS.

Aug. — HOc primum Paſſionis ſuæ initium fecit Ieſus, vt à diſcipulo vendi pateretur, quod incommodum non obſcurè præfigurabat Ioſeph à fratribus ſuis venditus: dicit enim D. Auguſtinus: *Ioſeph per conſilium Iudæ triginta argenteis diſtrahitur: & Chriſtus per conſilium Iudæ Iſcariotis eodem numero venundatur.* Et Chriſto, & Ioſepho hæc inuſta eſt macula, quòd à ſuis venderentur; ne quid Ieſus meus patiatur, quod non fuerit in veteribus præſignatum.

CAPVT I.

Ioſephi venditi, & Ieſu ſymbola.

VT inuidia fratrum fecit vendi Ioſephum Iſmaëlitis, ſic auaritia diſcipuli vendidit Chriſtum, vt iam inde caueamus à vitiis, quæ pro nihilo ducunt à ſe alienare chariſſimos.

§. I.

Lethale eſt, quòd ab acceptis beneficiis iniurioſus ſis benefactori.

Matth. 26. — IN Bethaniæ conuiuio aſſidebat Ieſu Iudas; illum enim cum cæteris diſcipulis ſecum Dominus fecerat aſſidere. Quid tunc? Ait Matth. 26. *Tunc abiit vnus ex duodecim, qui dicitur Iudas Iſcariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Sic è conuiuio ad venditionem Ieſu pergebat. Nec aliter Ioſepho accidit: dicit enim Geneſ. 37. *Et ſedentes, vt comederent panem, viderunt Iſmaëlitas: & extrahentes eum de ciſterna vendiderunt eum Iſmaëlitis.* Comedebant panem ſibi allatum ab ipſo Ioſepho, vt notat D. Chryſoſt. homil. 9. in Lucam. Et vt Iudas à conuiuio, ſiue à buccella accepta venditionem agit Ieſu: ſic iſti à pane accepto in Ioſephi venditionem veniunt, tàmque ij, quàm ille rem agebant lethaliſſimam, vt qui à beneficio accepto iniurioſi benefactori fiebant. Poſt peractam paſchalem Cœnam, dum oraret Ieſus, veniunt ad hortum Principis Iudæorum cum laternis, & facibus, & ait Matth. cap. 26. *Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum,* &c. Tunc in ipſa nocte paſchalis Cœnæ, qua

Geneſ. 37.

Chryſoſt.

Matth. 26.

memorabant ſuam liberationem ex Ægypto, in liberatorem exurgunt. Quid inſanius? Sapienter ait D. Chryſoſt. homil. 84 in Matth. *Tunc immiſerunt in eum manus, & tenuerunt illum. Ipſa nocte, in qua comederunt Paſcha, tanta inſania, tantoque furore agitabantur. Idcircò Iudas maxima non euitabit ſupplicia, quinimò multo magis ipſe vexabitur; quia omnipotentiæ, humilitatis, benignitatis Domini tanta habens argumenta, omnem feram belluam crudelitate ſuperauit.* Pereant homines, qui beneficiorum nullum ſenſum habentes non ceſſant benefactori iniuriam irrogare. Pſal. 105. *Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile: Et dixit, vt diſperderet eos,* &c. Sed & poſteà Ieroboami tempore non ſolùm vitulum, ſed & duos vitulos fecerunt, & adorarunt, nec tamen dixit Deus, vt ſtatim diſperderet eos. Cur modò in vnius vituli adoratione, ſtatim proponitur illis perditio? Modò ſingulis diebus Deus de cælo mittebat eis manna, quo veſcebantur, & lethale erat, quòd de tanto epulo accepto ad iniuriam datoris in vituli adoratione ſe conferrent. Ait D. Iuſtinus Mart. in colloquio cum Tryphone: *Cùm manna vos in deſerto aleret, & tot prodigia videretis inter vos diuinitùs fieri, adorabatis effigiem aurei vituli. Itaque & meritò clamare non deſinit: Imprudentes filij, non eſt fides in eis. Declarans, quòd propter profanas gentes, ne malè audiat nomen ſuum apud eas, paſſus ſit veſtri generis quoſdam eſſe ſuperſtites.* Planè digni erant, qui ſtatim abſque vlla dilatione perderentur, & ita perderentur, vt nulli eorum remanerent, quando à cæleſtis mannæ edulio ad iniuriam vero Deo, mannæ exhibitori inferendam veniebant. Nunquam enim non maximè debent perditionem timere, qui de beneficiis propinant benefactori venenum. Ioan. 9. vt Ieſus meus oculos faceret homini cæco: *Expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo,* &c. Et cur ſputum adhibuit in oculorum medicinam? Ait D. Aſterius in Caten. Græca D. Lucæ ad cap. 18. *Vt deteſtari faciat eos, qui illum paulò pòſt ſputis fœdabant.* Planè deteſtabiles, & prorſus perdendi erant illi, qui in ſputo oculos cæcorum à Ieſu factos videntes, de ſputis volebant tanto benefactori inferre contumeliam.

Chryſoſt.

Pſal. 105.

Iuſtin. Mar.

Ioan. 9.

Aſter.

§. II.

§. II.

Spiritus Dei eſt, per ipſos malorum acceptorum canales refundere multa bona.

Geneſ. 37. VEnditus fuit à fratribus Ioſeph Geneſ. 37. & venditus fuit à Iuda Chriſtus Matth. 26. Et venditus Ioſeph ſingulariter in ſe, & imaginem, & virtutem Chriſti venditi exprimebat. Et in quo exprimebat? In eo, quòd illa venditio facta eſt medium, per quod refuſum eſt in fratres venditores famis remedium. Ait Pſal. 104.

Pſal. 104. *Vocauit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis contriuit. Miſit ante eos virum, in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.* Quando lethalis fames ventura erat ſuper terram, ſub qua, & regna, & populi perirent, ne Iſraeliticum periret genus, præmiſſus eſt à Deo Ioſeph in Ægyptum, qui ſuis annonam prouideret. Ad quod præſtandum permiſſus eſt priùs, vt mancipium diuendi. Et cur neceſſum fuit, quòd Ioſeph venderetur, vt fratribus in fame ſubueniret? Nonne venditio hæc potiùs hominem à fratribus alienaret? Cur & non alienaret Ioſeph? Ibat Ioſeph venditus in virtute, & ſpiritu Chriſti Filij Dei, cuius eſt, per eoſdem malorum acceptorum canales multa refundere bona ſuis malefactoribus. Dicebat

Paſchaſ. Paſchaſ. lib. 12. in Matth. *Conſtituunt ergo pro Ieſu pretium ſerui: quia Chriſtus formam ſerui ſuſceperat, in cuius figura olim Ioſeph, tùm eſſet liber, à fratribus venundatus eſt in ſeruum, vt tempore famis erogaret frumenta fratribus.* Vendebatur Ioſeph, vt per venditionem illam deduceret venditoribus famis remedium: ſed hoc non alio, quàm in figura Chriſti faciebat: de ſolo enim Dei ſpiritu venit, quòd per mala accepta remittas bona maleſacientibus.

Ioan. 6. Ioan. 6. dicebat Dominus: *Caro mea verè eſt cibus, & Sanguis meus verè eſt potus.* Et mirabar, quòd vt lethaliſſimæ hominum fami, & ſiti prouideret, & Carnem ſuam, & Sanguinem prætenderet. Cur non magis aliunde, quàm de Carne ſua, & de Sanguine ſuo, prætendit hominibus remedium? In Carne, & Sanguine ſuo multa mala ab hominibus fuerat perpeſſus; & ideò per illa ipſa voluit malefactoribus remedia, & multa bona referre.

Auguſt. De Carne dicebat Auguſt. in Pſal. 33. *Nobis dedit manducare Corpus ſuum, in quo tanta perpeſſus eſt.* Idem, quod fuit ſuſceptiuum tot iniuriarum, factum eſt medium, per quod multa ad nos bona deſcendant. Et de Sanguine dicit Pſal. 65.

Pſal. 63. *Homicidis donatus eſt fuſus Sanguis innocentis. Et ipſum Sanguinem, quem per inſaniam fuderunt, per gratiam biberunt.* Sanguis fuſus per iniuriam, gratias profuſoribus refudit. Matth. 28. dicebat Angelus mu-

Matth. 28. lieribus: *Scio, quòd Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis: non eſt hic: ſurrexit enim, ſicut dixit. Venite, & videte locum, in quo poſitus erat.* Mulieribus, inquam, Chriſti reſurrectionem annunciat, & ſimul eas vocat, vt videant ſepulcrum. Et quando totus erat, vt rediuiuus Ieſus videretur, noſceretur, & inde acciperent ſpem vitæ, cur maluit, vt viderent ſepulcrum? Cur in die tantæ lætitiæ eas inuitat ad videndam ſedem mortis, & triſtitiæ? Vt quidquid mortis, & ſepulcri in Deo fuit, fœminæ erat culpa; ſic illas iubet appropinquare malo, quod intulerant, vt inde ea Deo venientia bona recipiant, cuius eſt, per ipſa mala accepta bona refundere. Ait D. Chryſol. ſerm. 80. *Venite, mulieres, venite: videte, vbi Adam poſuiſtis vos: ibi ſepeliſtis hominem:*

Chryſol. *ibi virum veſtro conſilio contruſiſtis, per quod fuiſtis pro ſeruis ipſi Dominum ſic iacere: & intelligite ergo vos tantam magnitudinem veniæ, quanta fuit Domini iniuriæ magnitudo.* Eoſdem iniuriarum illatarum canales plenos oſtendit refuſorum bonorum magnitudine. Sic Ioan. 20. incredu-

Ioan. 20. lo Thomæ aiebat: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Circa quæ ait Chryſol. ſerm. 84. *Denique venit, & dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, &c. Vt effundant toto orbe iterum, te aperiente, hæc vulnera fidem.* Sic iubebatur incredulus iterum premere vulnera, vt per ea refunderetur fides infideli mundo.

Chryſol.

§. III.

Auaritia in rabidiſſimam inſaniam impellit.

DE Ioſeph ait Geneſ. 37. quòd fratres *vendiderunt eum Iſmaelitis*, in quam inſaniſſimam crudelitatem veniſſe ob amorem pecuniæ, fatetur D. Baſil. Sel. orat. 8. Gen. 37.

aiens: *Velut aliquod cadis ſpolium fratres fratrem tradunt, vtrò que pecunia Ioſephum eodem tum illis ſuis odium à morte in apertam ſeruitutem vendidit.* Et quid non faciat pecuniæ amor? Is eſt, qui inſtar Ioſephi meum dulciſſimum Ieſum vendendum iudicauit. Matth. 26. *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.* Miraris, quòd diſcipulus, & vnanimus tantam, tamque inſaniſſimam rabiem aduerſùs immerentem Dominum conceperit? Vnde in homine tot beneficiis obſtricto orta eſt tam immanis cogitatio? Pecuniæ amor illam valuit generare. Vt dicat D. Chryſoſt. homil. 6. in Epiſt. ad Philipp. *Vnde igitur in hoc conſilij venit Iudas? Ex auaritia, fur erat, triginta argenteis Dominum tradidit: ita, ſcilicet, illa animi paſſione inebriantur, vt Dominum Orbis pro triginta argenteis proderet. Quid iſta inſania peius? Grauis eſt auaritia tyrannis ſtupidam poteus efficere mentem. Neniita ab ebrietate quiſquam, atque ab auaritia attonitus redditur.* Planè nihil crudele, & inſanum ab auaritia non naſcitur; nummorum calore corda efferueſcentia eam generant feraliſſimam inſaniam, quæ neſciat aliud, quam mortem, quam præcipitia cogitare. Hinc Matth. 26. locutus de Iuda, ait: *Proiectis argenteis in templo receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Quis tam crudele conſilium miſero ſuggeſſit? Cuius ſuggeſtionem in tam lethali facinore ſequebatur? an Diaboli? Imò creditur auaritia infecti cordis ſecutus ductum, à quo rabidiſſima ſemper inſania gignitur. Vt dicat D. Leo ſer. 3. de Paſſion. *Homo inconuertibilis Iuda, cordis tui ſecutus es rabiem,* &c. & ſer. 9. *Videte, quæ germina, & quales fructus de auaritiæ ſtirpe naſcantur: . Hoc perfidus Iudas inebriatus veneno, dum ſitit lucrum, peruenit ad laqueum.* Rabies eſt inſaniſſima auaritia; ebrietas eſt a lethali veneno orta, quæ nihil non crudele à ſuis mancipiis cogitari ſinit.

Baſil. Matth. 26. Chryſoſt. Matth. 26. Leo.

§. IV.

Deliciæ temporales viciniores morti, & ruinæ.

IN confeſſo omnibus eſt in venditi Ieſu typum Ioſephum venditum fuiſſe. De quo Geneſ. 37. *Viderunt Iſmaelitas viatores, venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata: : : Et vendiderunt eum Iſmaelitis,* &c. Itaque Ioſeph venditus fuit à fratribus, ſicut Ieſus venditus fuit à Iuda: ſed Ieſus venditus fuit Principibus Ieroſolymitanis occiſoribus ſuis; Ioſeph autem venditur Iſmaelitis aromata portantibus. Fit merces Ieſus meus Sacerdotibus inter iugulandos agnos, qui illo Paſchate emebantur: fit merces Ioſeph Iſmaelitis; ſed inter aromata. Et quid aromata ad mortem, ad crucem Ieſu? Planè in Ieſu ſchola aromata, & mundiales deliciæ morti ſunt viciniſſimæ. Matth. 26. dum conuiuio aſſideret Ieſus, & pretioſo ſe vnguento perfundi ſentiret, ait: *Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit.* Ecce tibi aroma illud pretioſum, ſiue vnguentum, mortem oſtendebat viciniſſimam. Vt dicat Theophylactus ibi: *Oſtendit igitur mulier, ex hoc, quod vnguentum effudit, corpus Ieſu breui ſepeliendum.* Inſtantem oſtendebat mortem vnguentum illud. Quid dico inſtantem? Imò quaſi anticipandam oſtendebat. Vt dicat Ieſus apud D. Baſilium Sel. orat. 31. *Mulier hoc ſepulcrali vitæ mortem, inimicus tu, Iuda, author es, prænertit.* Quam Iudæ venditio procurabat mortem Ieſu, pretioſi vnguenti vnctio anticipabat. Nunquam enim non ſunt peremptoriæ magis deliciæ mundiales. Duo proponit certamina aduerſùs homines D. Gregor. Nicænus; alterum à ſerpente antiquo in Paradiſo inceptatum; alterum à tyranno Licinio in Quadraginta milites caniatiſſimos Chriſti Martyres. Serpens ille protulit non armatas phalanges; ſed

Geneſ. 37. Matth. 26. Theoph. Baſil. Sel. Nicæn.

ſed peramœnam & delicioſam arborem pulchrum, & odoriferum pomum. Geneſ. 3. *Vidit ergo mulier, quod bonum*
Geneſ. 3. *eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit, & aperti ſunt oculi amborum. cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos*, &c. Tyrannus autem Quadragintaillis militibus gelidiſſimum lacum oppoſuit, cuius rigore vehementiſſimè cruciabantur. Et vter lethalior extitit, ſerpens per amœnitatem arboris, per pomi ſuauitatem, an tyrannus per gelu rigorem? Planè a ſuauitate pomi penè nullus homo illæſus manſit: a rigore tyranni, vt quadraginta in certamen venerunt, ſic quadraginta triumpharunt. Pulchrè ait Nicænus orat. 2.
Nicæn. de Sanctis Quad. Mart. *Quàm contrarium priori pugna congreſſum habuit, cùm ſerpens Adamum decepit? Ne vnum quidem homo tunc ſuſtinuit impetum mali, quo per quendam ſpecioſum prætextum, & eſcam petitus erat; ſed ſimul atque ille tetigit, etiam hic ruinæ euerſus eſt. In his verò omnibus vanos, & inefficaces orant inimici conatus.* Pulchri, & odoriferi pomi impetum, nec vnum ſuſtinuit homo; ſed quò ſuauius, & ſpecioſius pomum apparuit, eò citiùs in ruinam fuit homo tractus. At gelati lacus rigor, oſſium confractio, & multa alia vulnera Quadraginta milites oppetiuère, & totidem reddidère coronatos. Ibi ſub ſuaui fructu periit homo: hic ſub rigore homines triumpharunt.

§. V.

Chriſtus aliquibus Chriſtianis magis vileſcit, quam Iudæ.

Gen. 37. ITaque de Ioſeph ait Textus Geneſ. 37. *Vendiderunt eum Iſmaelitis viginti argenteis.* Pro Ieſu autem dicit
Matth. 26. Matth. cap. 26. de eius venditore locutus. *At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.* Vtrobique venditus Chriſtus, & in Ioſeph, & in perſona ſua: in Ioſeph venditur viginti, in ſe triginta venditur argenteis. Et cur quando in Ioſeph figurabatur, vt vendendus erat Chriſtus, non ſimul promiſſum eſt, vt pretium æquale eſſet pretio, quo venditus Chriſtus fuit a Iuda? Meritò duo, aut tria pretia ponuntur, nimirum, vilia, & viliora, vt oſtendatur Chriſtus & vilior adhuc eſſe nonnullis, quàm fuit Iudæ. Dicebat enim ad hæc D. Ambroſ. lib. de Ioſeph: *Ideò alibi*
Ambroſ. *viginti, alibi viginti, & quinque aureis, alibi triginta inuenimus emptum Ioſeph, quia non omnibus vna æſtimatione prævalet Chriſtus. Alijs minus, alijs amplius.* Non equidem apud omnes in eodem pretio habetur Chriſtus: ſunt, qui illum pluris æſtiment, quam totum Orbem, quam ipſam vitam: ſunt, qui pro triginta argenteis illū à ſe alienent, vt Iudas: ſunt, qui viginti, ſunt, qui decem: ſunt, qui vel vno. Peſſimi venditores, Iudæ diſcipuli: ſed qui Iudam in vilipendendo Deo longè ſuperent. Coronabantur quondam milites, vt acciperent a Principibus ſuis donatiua, quam coronationem, vt quæ fieret in honorem idolorum, reprehendens Tertul. lib. de coron. mil. cap. 12. ait:
Tertul. *Eadem laurea in donatiuis diſpenſatione intimatur. Planè non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans Chriſtum.* Expende illud: *Aliquibus aureis.* ſic dici ſolet de iis, qui adeo pauci ſunt, vt non faciant numerum. Et qui dabantur militibus, adeò pauci erant, vt ad illos alludens
Lamptid. Lampridius in Heliogab. dicat: *Pronunciauit his, quaſi militibus ternos aureos donatiuum.* Ne miremur, quod Tertullianus mordeat milites, qui ternis aureis vendebant Chriſtum, peiores Iuda. Quò non poſſum non adducere facinus Iuliani Imperatoris, qui vt milites Chriſtianos ad idololatriam traheret, donatiuum illis propoſuit militare. Et quæ donatiui ſpecies erat? Ait
Nazian. Nazianzen. orat. 3. in Iulianum: *Proponebatur aurum, proponebatur thus, in propinquo erat ignis, hortatores ad latus. Quid deinde? Thus incendere oportebat, atque ita exitij mercedem ab Imperatore accipere, tantillam tanta rei, hoc eſt, ipſarum animarum, impietatiſque aduerſus Deum. O miſerum quæſtum! O miſeram mercedem! Qui vniuerſum Orbem armis ſubegerant, paruo igne, atque auro, & per exiguum ſuffitum corruebant.* Quid miſerabilius? Pro pauco auro accipiendo, Chriſtum abiurabant; & tantilla auri merces homines Deo, & Chriſto eius, & ſalute ſpoliabat.

CAPVT II.

Natiuitas, & pueritia Ioſeph.

TEXTVS HISTORIA.

PVLCHERRIMA vitis Rachel, quæ diu vernantibus pulchritudinis foliis, ſine fructu, mariti cingebat latus, aureum tandem botrum germinauit. Filium peperit, quem Ioſeph vocat, in nomine pueri, felicitatum eius augmenta auſpicata. Rapuerunt patrem ſerotina pueri natiuitas, formæ præſtantia, infantiæ ſales, pueritiæ compoſiti mores, qui eò virtutis peruenerat, vt fratrum exceſſus apud patrem non ſemel accuſaret. Mirabatur in puero pater tam ſenex iudicium, quod toga virili donauit, vt inter adultos fratres vnus Ioſeph puerulus eſſet ob prudentiam togatus. Hæc pueri toga inuidiam fratrum nudauit, qui apertè cœperunt oſtendere, quàm illis Ioſeph odioſus eſſet. Nouáque fomenta in dies eorum inuidia capiebat, præcipuè ex duobus ſomniis, quæ accidiſſe ſibi puer narrabat. Quippe cùm ſimul omnes fratres manipulos ex meſſe ſeciſſent, dicebat Ioſeph viſum ſibi in ſomniis ſuum tritici manipulum ſtare loco, illorum verò manipulos accurrentes adorare eum: quod vt videbatur prænuntiare, fratres ſub eius poteſtate futuros; ſic eos maximè exacerbabat. Inde ad ſomnium ſecundum ventum eſt, quo ſimpliciſſimus puer, ſeà Sole, & Luna, & vndecim ſtellis vidit adorari. Et dum rem patri indicat, pater, etſi iuuenilem increpuit ſimplicitatem; magnum tamen aliquid de puero cœpit ſperare.

MORALIA CIRCA LITERAM.

NON miror, quòd in ſomniis Ioſeph videat ſuam futuram felicitatem: magis enim ad ſomnia, quàm ad veritatem pertinent vniuerſæ felicitates temporales.

Geneſ. 30. Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quæ concepit, & peperit filium, dicens: Abſtulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.

§. I.

Deus differt, non aufert auxilium à iuſtis.

DIu Rachel fuerat in opprobrio ſterilitatis, ſed tandem *Recordatus Dominus Rachelis exaudiuit eam*, &c. Is enim eſt Deus, qui differat, non qui auferat beneficium à Sanctis. Dum Noe in tenebroſo arcæ carcere cum omnibus animantibus ſuper aquas diluuij nauigaret, tandem ait Geneſ. 8. *Recordatus autem Deus Noe*, Gen. 8.
&c. Et cur dicitur recordatus Deus Noe? Quia iuſtus erat Noe, non potuit Deus illum in æternum obliuiſci; ſed quod paulisper diſtulit beneficium; illud tandem feſtinauit præſtare. D. Chryſoſt. ait ibi: *Non ſimpliciter, & abſque cauſa dicitur, Recordatus: ſed, quia prius Scriptura manifeſtarat nobis teſtimonium de iuſto illo dicens: Ingredere in arcam, quia te vidi iuſtum in generatione hac. Propterea nunc dicit: Recordatus eſt autem Deus Noe. Non valde neglexit iuſtum, ſed diſtulit, quouſque ferre potuit, & tunc ei ſuum beneficium, & gratiam largitus eſt.* Diuinus Chryſoſt.
ſtus

ſtus ferre poterat malum, Deus non auferebat: ſed differebat beneficium, quod tandem tempore opportuno præſtitit. Ea enim eſt Dei conditio, quòd ſciat lentare ſuam gratiam; ſed eam iuſtis negare neſciat. Quò Pſal. 9. ſpectans Dauid Pſal. 9. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis.* Circa quæ D. Hieron. Hieron. *Quia differt, non aufert ſuum auxilium à Sanctis ſuis.* Ex quo Sanctus Iob in nulla mala verebatur incidere, quando ſciebat tandem inde ſe eruendum à Deo. Quippe ait cap. 14. Iob 14. *Quis mihi hoc tribuat, vt in Inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei?* Amabat bonus vel in Inferno detineri, certus, quòd non maneret in obliuione æterna; ſed, quòd tandem recordaretur Deus, & illum inde erueret. Author Caten. Græcæ ait: *... tantiſper, dum mihi iraſceris, in inferno cuſtodiſſes, nec planè te mei cœpiſſet obliuio. Veruntamen conſtituiſti tempus, quo me, quoniam tua prouidentia comprehendiſti, malis exſolueſ.* Nunquam equidem iuſtorum in malis exiſtentium cœpit Deum obliuio æterna; quin potiùs ſuum tempus habet deſignatum, quo illorum malis feſtinat mederi.

§. II.

Quò quis ſanctior, eò citius exauditur à Deo.

POſt longam Rachelis ſterilitatem, & longa eius ſuſpiria, tandem ait Textus: *Recordatus Dominus Rachelis exaudiuit eam*, &c. Non ſtatim exaudiuit; ſed poſt aliquod ſterilitatis tempus. Et cur non ſtatim exaudiuit? Non prorſus erat Rachel ab idolis patris ſui aliena, quæ poſtmodum ferebat ſecum, in quo facies erat peccatricis, vel vmbra: Deus autem ſolet peccatoris exauditionem lentare; iuſti autem petitiones præuenit. Clem. Alex. Ad hæc dicebat Clemens Alex. 6. Stromat. 5. *In quidem, qui peccatorum ſunt ducti pœnitentia, & non ſolidò reciderunt, per preces præbet Deus petitiones: iis autem, qui viuunt citra peccatum, & ex cognitione, concedit, ſi vel ſolummodo cogitarint.* Expectat longas peccatoris preces, vt annuat: iuſti autem vel primam cogitationem petendi præuenire ſolet, & munerare. Act. 3. Actor. 3. cùm oſtenderetur claudus à Petro, & Ioanne ſanato, dicit: *Petrus, & Paulus aſcendebant in templum circa horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuæ, baiulabatur*, &c. Nondum orationi inſtabant: ſed circa horam orationis ibant in templum, & claudo impetrant ſanitatem. Sic Deus ſolet præuenire iuſtorum orationes donis datis. Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 21. Baſil. Sel. *Orationis appendix erat claudi curatio, & captus ad orationem curſus iacenti claudo inopinatum curſum attulit.* Expende illud: *Captus ad orationem curſus*, &c. Non oratio iam prolata, ſed vel captus curſus ad orationem in iuſtis viris magnalia ſolet à Deo impetrare. Peccata, etſi non ſemper exauditionem tollunt, tamen ſolent eam differre: at iuſtitia velociſſimè exauditionem trahit. Matth. 15. Chananæa fœmina pro filia Ieſum deprecabatur: Matth. 15. *Qui non reſpondit ei verbum.* Nec tamen deſtitit fœmina deprecari; & dum preces multiplicat, adhuc ſeuerus Ieſus ait: *Non licet ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Vnde tam ſeuera hæc Ieſu denegatio? Cur, Domine, poſtulationes miſerorum repellis? Non repellit, ſed differt: vt oſtendat differentiam, ſiue alienorum, ſiue filiorum rogantium, quando illis reſponſum differt, iis quàm citò annuit. Euthym. Euthym. *Ipſe verò penitiùs ſilet, vt è diuerſo Iudæis oſtenderet, qualem erga illos gereret affectum, cùm infirmos eorum ſemel tantùm rogatus, imò nec ſemel quidem, ſtatim curabat, gentilium quidem non ita.* Solet equidem Deus non ſic currere ad preces alienorum, vt currit ad preces filiorum. Quò enim quis ſanctior, ſpiritu filiorum imbutior, vt clamet Abba Pater, eò citiùs ſibi accurrentem habet diuitiſſimum Patrem.

§. III.

Silentium opportunum contentiſſima vocis inſtar apud Deum eſt.

AIt Textus: *Exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius.* Audio, quòd exaudita ſit Rachel à Deo, & nullibi inuenio eam ad Deum clamantem. Planè ad maritum dicebat illa: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* ad Deum autem nec verbum dicitur ab illa ſuper hac re factum. Quomodo ergo audiri potuit, quæ alte ſilebat? An ſilere poteſt eſſe clamare? Equidem ait D. Baſil. Sel. orat. 25. *Nouit opportunum ſilentium in contentam vocem erumpere.* Neſcio, Baſil. Sel. an ſit vox contentior, & efficacior, quàm egentium ſilentium opportunum. Marc. 5. mulier profluuio ſan- Marc. 5. guinis laborans nouit Ieſum tranſeuntem: nullam autem petitionem apud eum fundit, ſed tacita accedens tetigit fimbriam veſtimenti eius: dicebat enim, quia ſi tetigero fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero. *Et confeſtim ſiccatus eſt ...* verbum facit pro ſalute obtinenda? Prorſus de hac re apud Ieſum ſilet, & nihilominùs accipit ſalutem. Vnde hoc? An ſilentium inſtar vocis contentæ fuit? Ait Sedul. lib. 3 Paſch. c. 11. Sedul. *Ecce nunc femina longo paſſionum ſupplicio deſperata ... ad Medicum, non obſecrans, non gemens, non deplorans; ſed ta... abſtulit, quod quærebat. Stabat in ore muto ſilentium, & animus exclamabat ad Dominum.* Silentium ſtans in ore muto, eas voces animi mittebat ad Dominum, quæ citiſſimè extorsère ſalutis donum. Eſt equidem in ſilentio opportuno vox clamoris, quæ vel à longè percipitur à Domino. Et quale eſt opportunum ſilentium, niſi quod premit priuata commoda? Dicitur 1. Reg. 1. de Anna: *Porrò* 1. Reg. 1. *Anna loquebatur in corde ſuo, tantùmque labia eius mouebantur.* Coram Domino erat afflicta nimis, & licèt voce ageret, tamen non dicitur clamaſſe, ſed loqui. Moyſes autem ſilebat prorſus Exod. 14. & tamen dicit ei Dominus: *Quid clamas ad me?* Hic in ſilentio clamor, illic ſi- Exod. 14. lentium in voce. Vnde hoc? Ait D. Ambroſ. in Pſal. 118. Octon. 19. Ambroſ. *Anna non clamabat in corde ſuo, ſicut Moyſes; ſed loquebatur, fortaſſe quia filios poſtulabat, hoc eſt, bona quidem, ſed priuata, non publica: ſed quia à Domino poſtulabat, & eum, ſi quem ſuſciperet, offerebat, loquebatur Deo. Clamabat autem Moyſes: quia non pro ſe, ſed pro omni populo precabatur: Et Moyſi dictum eſt: Quid clamas ad me? Hoc eſt, tu ſolus ad me clamas, qui de me ſperas. Tu ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas, qui per vniuerſam terram annunciari nomen meum expectas.* Quid pulchrius? Magna eſt equidem vox opportuni ſilentij.

§. IV.

Peculiaris Dei aſſiſtentia in filiorum generatione, & filios extollit, & parentes liberat ab opprobrio.

NOn communi naturæ curſui adſcribitur Ioſephi conceptio; ſed peculiari aſſiſtentiæ Domini: dicit enim Textus: *Recordatus Dominus Rachelis aperuit vuluam eius. Quæ concepit*, &c. Non equidem de naturæ beneficio venit, quòd Rachel fœcundaretur, & conciperet partum. Fecit hoc peculiaris aſſiſtentia Dei. Et cur Deus hunc conceptum non permiſit naturæ; ſed ſuæ commiſit poteſtati? Hinc oſtendebatur præſtantia futuræ ſobolis, quæ Deum peculiarem habebat authorem. Sic 1. Reg. 1. poſt preces Annæ dicit Textus: *Recordatus eſt* 1. Reg. 1. *eius Dominus. Et factum eſt poſt circulum dierum concepit Anna*, &c. Concepit, inquam, Anna non ſolis viribus naturæ, ſed Deo operante, & diſponente: quod non paruam præſtantiam indigitat futuræ prolis. Abul. quæſt. 7. Abul. *Hoc fuit expreſſum ad ſignificandam magnam probitatem Samuelis: intendebat enim hic Scriptura deſignare virtuoſum regimen tempore Samuelis; & quia illi homines ſemper inter cæteros ſpecialiores ſunt, quos Deus ſuper conditionem naturæ naſci fecit, quod de Samuele fuit, deſcribitur, tanquàm certiſſimum teſtimonium probitatis eius.* Facit enim multùm ad teſtimonium probitatis, & præſtantiæ naſcentis, quòd probetur & concipi, & naſci, non à communi naturæ ordine, ſed à peculiari Dei aſſiſtentia. Quod etiam maximè facit ad auferendum totum opprobrium parentibus. Ioan. 2. *Vocatus eſt autem Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias.* Et mi- Ioan. 2. rabar, quòd virginitatis ſator ſic peculiariter vellet adeſſe nubentibus. Cur non magis nuptias videre detrectat? Cur mauult illis adeſſe? Rem attigit D. Cyril. Alex. ibi: *Oportebat certè, quoniam totam naturam hominis ad melius re-* Cyril. Alex. *ſtaurabat, non ſolùm natis iam hominibus benedicere; verùm etiam.*

etiam naſcituris gratiam propagare , & adstantium ad vitam authoritate miraculi , & præſentia ſua ſanctum efficere. Præterea in doloribus paries filios , ad mulierem dictum fuit. Quomodo igitur aliter depellenda hæc maledictio erat , quàm Saluatoris præſentia ? Qui cùm ſit verum gaudium, priſtinum nuptiarum mœrorem præſentia ſua depulit. Adſtitit Ieſus nubentibus ſingulari præſentia , vt inde naſcituri filij non paruum honoris , & gratiæ decorem acciperent,& eorum parentes quidquid priſtini mœroris, & dedecoris fuit, à ſe facerent abire. Vt pateat,ſingularis aſſiſtentia Dei quàm ſit parentibus, & filiis proficua.

§. V.

In nomine ſolent præmitti futurorum indicia.

Filium peperit Rachel , *Et vocauit nomen eius , Ioſeph.* quod nomen augmentum ſonat , quo oſtendebatur, quàm augendi erant per illum Iſraëlitæ. Non enim leuia futurorum indicia ſolent in nominibus præmitti. Quando magnum illud opus Incarnationis erat peragendum , præmittitur Angelus , qui de tanto myſterio

Luc. 1. cum Maria tractet: ait enim Lucas cap. 1. *Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem* , &c. Gabriel idem eſt , ac homo Deus : & cur veniens ad Mariam tali nomine inſignitur ? Vt acturus erat Angelus cum Maria de Deo homine futuro ; ſic in eius nomine præmittebatur index rei futuræ. Ait Proclus homil. de Chriſti Natiuit. in Con-

Proclus. cil. Epheſ. tom 6 cap 7. *Ille nanque , qui latum nuncium Mariæ detulit , Gabrielis nomen ſortiebatur. Et quid , quæſo, Gabriel interpretatum ſonat ? Audi , & diſce , idem vtique ſonat, quod Deus & homo. Quia ergo ille, quem annunciabat, Deus erat & homo , quo diſpenſationis myſterium facilius perſuadeat, rei miraculum nominis inuentione anticipat.* Sic in Angeli nomine præmittebatur totus Incarnationis Dominicæ tractatus. Matth. cap. 10. recenſens Apoſtolorum no-

Matth. 10. mina, inter alios nominatos ait : *Et Iudas Iſcariotes , qui & tradidit eum.* Iſcariotes autem non erat nomen, ſed cognomen. Et quando de aliis plurimis ſola nomina ſine cognominibus proponebat, cur in Iuda, præter nomen, etiam cognomen, *Iſcariotes*, addidit? Erat Iſcariotes idem, quod ſuffocatus , in quo nomine , tota proditoris futura tragœdia præmittebatur. Dicit ibi Paſchaſ. *Lego*

Paſchaſ. *Scariot iuxta Hebraicam interpretationem à quodam , exſuffocatam vocari debere. Quod ſi ita eſt , magna conuenientia ſui nominis , ac ſi ex Prophetia, inuenitur habere cum exitu ſuæ mortis, quoniam laqueo ſe ſuſpendit, & ſuffocatus interiit.* Non otioſè appoſitum eſt Iudæ nomen, Iſcariotes ; ſed vt in nomine eius tragœdia conſpiceretur.

§. VI.

Ille verus filius , qui non tam ſibi , quàm parentibus proficit.

Sapiens mater præclaro ſtemmate nati filij ſignabat probitatem: ait enim Textus: *Vocauit eum Ioſeph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.* Recèns natum filium vocauit Ioſeph, hoc eſt, Augmentum. Et quale augmentum ? Non, quod filio proficiat ; ſed , quod matri ſeruiat in additione alterius filij. Non equidem natus filius vocabatur Ioſeph, ſiue Augmentum, à matre ſpectante ad ipſius filij incrementum ; ſed ad ſui ipſius matris vtilitatem. Nec id erat puero inauſpicatum, ſed clariſſimus index eius probitatis, quando inde maximè veri filij noſcuntur, quòd non tam ſibi proficiant, quàm paren-

Ioan. 10. tibus. Dicebat Ieſus Ioan. 10. *Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.* Vt oſtenderet patentiſſimè verum ſe Filium Dei eſſe, in tantæ veritatis teſtimonium proponit opera ſua. Et qualia opera ſua ? Illa , quæ proficiebant ad gloriam Patris extollendam : dicit enim : *Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei.* Illa equidem opera filiationis diuinæ veritatem teſtantur, quæ à Ieſu profecta conducunt ad Patris nomen

Errio. illuſtrandum. Ait Erricus ibi : *Suorum operum omnem gloriam Deo Patri adſcribit, cùm ea in eius ſe nomine facere aſſerit. Ipſa ergo opera, quæ faciebat cæcos illuminando, paralyticos ſanitati reſtituendo , de paucis panibus multa hominum millia reficiendo, mortuos etiam quatriduanos fœtidos ad vitam reuocando ; ipſa, inquam, opera teſtimonium reddebant, quòd eſſet verus Filius Dei , cuius gloriam in omnibus operibus ſuis requirebat.* Quando omnia eius opera eò tendebant , vt proficerent gloriæ Parentis propagandæ, maximè illum verum Dei Filium teſtabantur. Ille enim verus filius eſt, qui non tam ſibi, quàm parentibus proficere amat. Hinc

Paulus ad Galat. 4. dicebat : *Vbi venit plenitudo temporis,* Galat. 4.
miſit Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege. Et ſub qua lege factus eſt Dei Filius ? Non aberraret , qui crederet ſub illa lege maximè factum fuiſſe Dei Filium, qui iubet filios , & honori , & emolumentis parentum

debere aduiuere. Dicit Orig. in cap. Ioan. 8. *Rectè quidem , & præclarè : quia vbi venit plenitudo temporis , à Deo* Orig.
miſſus eſt, vt ex muliere naſceretur, & ſub lege ...retur, quaſi hac lege teneretur : Honora patrem, ac matrem, vt benè ſit tibi. cùm nemine alium Patrem haberet, niſi Deum qui in cælis eſt, hoc ait : Honorifico Patrem meum , &c. Sub hac lege naſcitur verus Dei Filius , & ſub hac lege viuere debent vniuerſi filij , nimirum , quòd honori, & emolumento viuant parentum.

Geneſ. 37. Ioſeph , cùm ſedecim eſſet annorum , paſcebat gregem cum fratribus ſuis , adhuc puer , & erat cum filiis Balæ, & Zelphæ vxorum patris ſui ; accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo : Iſraël autem diligebat Ioſeph ſupra omnes filios , eò quòd in ſenectute genuiſſet eum ; fecitque ei tunicam polymitam.

§. VII.

Vt Rectores, & Gubernatores debeant magna diligentia , & ſtudio addiſcere gubernandi artem.

Qui à Deo dirigebatur in Gubernatorem , & Principem Ægypti , vide , ad quam ſcholam puer mittatur, nimirum, ait : *Ioſeph, cùm ſedecim eſſet annorum , paſcebat gregem cum fratribus ſuis.* Et cur Princeps futurus ad ouium curam remittitur ? Non erant tunc libri, non Doctorum ſcripta, non ſacra Pagina , à quibus diſceere poſſet gubernandi artem , & ideò ad paſtoritiam artem remittebatur , quæ & experientia, & doctrina maiorum docebatur , vt ex illa dogmata eliceret ad homines gubernandos. Ne ſine ſtudio , & diſciplina difficillimam illam gubernandi artem inſtaret. Similiter de Moyſe

dicit Exod. 3. *Moyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui.* Exod. 3.
Circa quæ D. Baſil. Sel. orat. 9. *Oues in monte paſcenti conſpi-*

cuus Deus obiicitur. Illi enim conceſſit Deus paſtorem agere, vt Baſil.
ex pecorum paſtore Iſraëlis Paſtor crearetur , vtq; poſt artem paſtoritiam in modicis exercitam, tribulium ſuorum principatum eò crederet. Expende illud : *Poſt artem paſtoritiam.* non enim à Deo eligitur in Principem , niſi is , qui didicerit artem , & haberet ſtudio quæſitam rationem gubernandi. Scio rationem gubernandi in ratione naturali conſiſtere, ſicut rationem diſcurrendi , quæ dicitur Logica naturalis. Attamen, ſicut ſine arte Logicæ, hoc eſt, ſine Logica illa, quæ ſtudio acquiritur, nemo communiter fit ſapiens, ita ſine arte illa gubernandi, quæ ſtudio acquiritur, nullus fit & bonus gubernator, & Deo placens. Quò

ſpectans Pſal. 2. *Erudimini* , inquit , *qui iudicatis terram.* Pſal. 2.
Apprehendite diſciplinam : ne quando iraſcatur Dominus , & pereatis de via iuſta. Ecce ubi , & Rectores, & Gubernatores mittuntur ad libros , mittuntur ad ſtudia diſciplinarum, & politicarum, & œconomicarum. Quaſi tota illorum ſecuritas de ſalute in eo ſit , quòd ſtudio, & lectione, & meditatione ebibant gubernandi artem. D. Na-

zianzen. orat. 21. locutus de Magno Athanaſio, ait : *Veteris, & noui Teſtamenti libros omnes ita præmeditatus eſt , vt ne vnum quidem quiſquam alius: Sit porrò educatus & inſtitutus, vt nunc quoque eos oporteret , qui plebis Antiſtites futuri ſunt.* Nazian.
Qui ad principatum , & prælaturam educatur, eò inten-

dat animum, vt in ſacra Pagina, in ſacris Doctoribus & [illegible] qui [illegible] ad bonum gubernandum efformandum. Nemo ad ratiocinandum in Philoſophia, aut Theologia admittitur, qui priùs non didicerit in Logica artem ratiocinandi, præceptaque Ariſtotelis percalluerit. & admittetur ad principatum, ad prælaturam, qui in artem gubernandi ebibcrit ex ſacra Pagina, ex Doctorum ſacrorum, aut profanorum dogmatibus? Dicebat D. Gregor. Papa in Paſtorali, part. 1.

Gregor. *cap. 1. Nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo Paſtoribus magiſterium paſtorale ſuſcipitur in magna temeritate, quoniam ars eſt artium regimen animarum.* Sic magnus Paſtor temeritatis damnat illos, qui ant prælaturam, aut principatum habent, ſine vllo ſtudio artis gubernandi. Et quidem de nulla alia arte tot ſcripta ſunt, tot præcepta data, ſiue in ſacra Pagina, ſiue in Doctoribus ſacris, ſiue in profanis, quæ à nullo, aut à raro Prælatorum leguntur. Vt enim timent à propriis conſiliis, & dictaminibus ſeparari; ſic cauent non legere, quæ circa id docuêre Patres. Hi in erroribus pruritus inexcuſabiles erunt apud Deum, vt qui noluerunt diſcere, proprios adhærentes dictamini. Et vt de aliis taceam, qui falſe [illegible] tractatus Paſtorales a S. Gregorio datos non legunt, neſcio, quomodo multis apud Deum non vapulent, vbicunque errauerint.

§. VIII.

Optimi Præſulis eſt non ſibi, ſed domino habere ſubditos.

PRinceps futurus Ægyptiorum in paſcendis gregibus occupatur, dicente Textu. *Ioſeph, cùm ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem.* Sic Moyſes, ſic Dauid, in paſcendis gregibus occupati ſeruarunt principatui. Et cur in paſtoritia arte voluit Deus occupari eos, quos ad principatus humani gubernationem dirigebat? In paſtoritia arte illud maxime elucet, quod præſtantiſſimos Principes facit. Nimirum, paſtor non ſibi, ſed Domino paſcit oues.

Ioan. 21. Et ille optimus erit Princeps, qui ſubditos non ſibi, ſed Deo habeat. Dicebat Dominus Petro Ioan. 21. *Paſce oues*

Auguſt. *meas, paſce agnos meos.* Circa quæ Auguſt. ſerm 24. de Sanctis, ait. *Dicebat Dominus Ieſus Petro. Paſce agnos meos,*

Geneſ. 1. *paſce oniculas meas. In vno Petro figurabatur vnitas omnium Paſtorum, ſed bonorum, qui ſciant oues Chriſti paſcere Chriſto, non ſibi.* Plane ille optimus Præſul, qui oues, qui ſubditos nouit paſcere, non ſibi, ſed Domino ſuo. Moyſes Gen. 1. dicebat: *In principio creauit Deus cælum, & terram,* &c. Et mirabar, quòd Moyſi primum datum ſit, quod authorem omnium creaturarum monſtraret ſcriptis. Cur non Adamo? Cur non Sethoe? Cur non Noemo, aut Abrahamo, aut Iſaaco, aut Iacobo? Cur præ illis omnibus vni Moyſi id datum eſt? Vt Moyſes electus erat a Deo, vt eſſet dux populi Iſraelitæ; ſic pertinebat ad illum, quòd verum authorem omnium monſtraret ſubditis, ne ſibi, aut alij conſeruo illi præberent cultum, ſed vni Domino

Baſil. Sel. ſuo. Ait D. Baſil. Sel. orat 9. *Moyſes populi magiſter creatus diuina cognitionis documenta tradit. Hic eſt enim, ſcriptor arcanorum creatura, qui mundi conditionem libro complexus eſt, qui primus authorem vniuerſi Deum hominibus inclamauit, fuitque author, ne à Creatore cultus ad creaturam adoratio transferretur, qui non adorare conſeruum edocuit. In principio, inquit, creauit Deus,* &c. Vt Dux Iſraelitarum creatus eſt, vt omnes Iſraelitas ſubditos habuit, ad illum pertinuit, illis Authorem, & Dominum vniuerſitatis oſtendere, caueréque, ne cui conſeruo adoratio, & cultus; ſed vni Domino detur. Quò ſpectare debent omnes, qui ad optimorum Præſulum culmen amant aſcendere, quo eò ſpectent, ne ſibi, aut alij conſeruo adoratio à ſubditis detur, ſed illa vni Domino reſeruetur. Vnde ad ſtultiſſimum

Zachar. 11. paſtorem locutus Dominus Zachar. 11. ait: *O paſtor, & idolum,* quippe & ſtultiſſimi, & deploratiſſimi paſtoris eſt, qui à ſubditis & coli, & adorari prætendit. Ait ibi D. Hie-

Hieron. ron. *Tam ſceleratus eſt paſtor, vt non idolorum cultor, ſed ipſe idolum nominetur, dum ſe appellat Deum, & vult ab omnibus adorari.* Hoc habent peſſimi, & deplorati paſtores, qui eò intendunt, vt ſibi a ſubditis impendatur adoratio, & cultus, non Deo,

§. IX.

Non eſt pater iuuenis, qui vitiis implicari permittitur, eáque paſcere.

PVlchrè cùm dixit Textus: *Ioſeph, cùm ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem.* poſt pauca addidit: *Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios.* Quippe amantis patris hoc indicium erat, quod iuuenis filius paſceret oues, non paſceret porcos, vt nunc paſcunt adoleſcentes innumeri. Video quondam iuuenem Ioſephum occupatum in paſcendis ouibus; video modò cateruas iuuenum occupatas in paſcendis porcis, in nutriendis obſcœniſſimis appetitibus, luculentis vitiis. Vnde hoc? Erat Ioſephi pater amantiſſimus: his autē non ſunt patres, ſed atrociſſimi tyranni, qui eos perditioni committunt. Locutus Luc. c. 15. de filio illo prodigo, ait: *Adhæſit vni ciuium regionis illius, & miſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos.* Quid miſerius? Nobilis iuuenis in croceis nutritus, nihil aliud agit tota die, & nocte, quàm porcos paſcere, pecunia, & ſordida, & fæculentia vitia nutrire. Et vnde in tantam miſeriam deuenit? Ait Textus: *Adhæſit vni ciuium regionis illius.* Equidem, qui illi adhærebat, non pater erat, ſed quidam extraneus, & ignotus. Circa quæ pulchrè ait D. Chryſol. ſer. 1. Luc. 15.

Sic iuuenis, qui ſe committit extraneo: deputatur porcis, porcis addicitur porcorum traditur ſeruituti, porcorum paſcua percurrit. Chryſol.

Heu miſeri iuuenes, eo ſolùm intenti, vt porcos paſcatis, vt fœdiſſima vitia nutriatis. Sed non miror: illi enim homines, qui patres veſtri & videntur, & dicuntur, minimè patres veſtri ſunt; ſed quidam extranei homines; ſed quidam dæmones occulti, qui vos ire in tam obſcœnam & miſeram ſeruitutem permittūt, vt paſcatis porcos, imò vt efficiamini ipſi porci. Et fallar, niſi ij porci, ciuem illum, ſiue peſſimum patrem, nomine patris indignum, cui adhærent, præcipitem in exitium non trahant. D. Lucas c. 8. Luc. 8.

locutus de Dæmonibus eiiciendis à Ieſu, ait: *Et rogabant illum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte, & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit eis. Exierunt ergo Dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum,* &c. Detrectabant Dæmones maximè mitti in abyſſum, nempe, in mare, & magis amabant intrare in porcos: in quos dum intrant, ſtatim in mare præcipitantur. Et quando ſic detrectans in mare mitti, cur patiuntur cū porcis in mare præcipitari? Planè nō poſſunt effugere præcipitium, qui porcis aſſident, ſed ex quo illis adhærent, neceſſum eſt, vt in ruinam ferantur. Ait D. Amb. lib. 1. Hexam. c. 8. *Rogabant Saluatorem Dæmonia, ne iuberet illa, vt in abyſſum irent: ſed, qui docebat, voluntates Dæmonorum non eſſe faciendas, præcepit illis, vt irent in porcos. Porci autem ſe in ſtagna aquarum præcipitarunt, vt quod recuſabant Dæmones, non euaderent, ſed digno præcipitio demergerentur.* Sic Ambroſ.

dum Dæmones porcis adhærere amant, per porcos ad pœnam rapiuntur, quam maximè formidabant. Heu miſera conditio illorum, qui gaudent filiis porcorum more viuentibus adhærere; abſque dubio ab iis porcis rapientur ad omnia illa mala, quæ vel maximè formidabant, vel debebant formidare. Nonne ſæpiſſime videmus, ab iis porcis & parentes, & vniuerſam familiam in extremum exitium dari.

§. X.

Cauenda deliciæ ei, qui properat ad triumphos.

MEritò notat Textus de Ioſepho illud: *Paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer.* Et puer, & patri chariſſimus erat Ioſeph, & nihilominùs in paſcendis ouibus occupatur: debet enim florida ætas aſperioribus exercitiis durari, vt poſteà in coronas, & triumphos abeat. De magna illa viſione Moyſis locutus Textus Exod. 3. *Videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur.* Rubus & foliis viridis, & floribus ſcatens inter ardentes flammas viſebatur, & non comburebatur. Et quid portendebant flores, & folia rubi inter flammas? Crediderim, huc ſpectaſſe totam illam viſionem, vt oſtenderet, quòd florida ætas puerorum non per delicias, ſed per æſtus, per labores, per difficultates deuictas pergit ad triumphos, pergit ad coronas. Ad hæc forſan aſpiciens D. Baſilius Sel. orat. 9. ait: *Ecce ignem monſtrat in rubo ardentem* Exod. 3.

tem ignis effectus ſepoſite, quippe flos igne coronatur, vigilijs que Baſil.Sel. *planta, ut è flamma obſiſtit.* Expende illa: *Flos igne coronatur.* Vniuerſi illi pulcherrimi pueri flores, in genis, in labijs ſparſi per ignem, & ſanguinem, non per delicias tendunt ad coronas. Dum floridus puer æſtu, geluque laborum duratur, tunc aptior ad promerendas coronas proponitur. Pſal.104. reſpiciens ad noſtrum Ioſephum ait: *Elo-* Pſal.104. *quium Domini inflammauit eum.* D.Auguſt. legit: *Eloquium Domini igniuit eum.* Ecce quo inflammauit, ſiue igniuit Auguſt. eum. In eo, quòd à florida pueritia, igne laborum probatus principatus Ægypti parabatur. Quod notabat in præſenti Genebrar. Non enim aliter iuuentutis flores perueniunt ad capiendas coronas, niſi per ignem tribulationis, Pſal.2. & laboris. Ex quo monebat Pſal.2. futuros principes: *Et nunc, Reges, intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: Apprehendite diſciplinam,* &c. In quo erudiantur, aut quid intelligere, & diſcere iubentur futuri Principes? Ideo explicat in eo, quod ait: *Apprehendite diſciplinam* quaſi dicat: diſcite diſciplinam, nimirum, rigorem, & ſeueritatem viuendi, in labore, & ſollicitudine, non in delicijs. Eò enim, quod iubentur diſcere, aliquid laborioſum illis proponitur capeſſendum. Iuxta quod eleganter dicebat Seneca epiſt.36. Seneca. *Nemo diſcit, vt ſi neceſſum fuerit, æquo animo in roſa iaceat, ſed in hoc duratur, vt tormentis non ſubmittat fidem, vt ſi neceſſe fuerit, ſtans etiam aliquando ſaucius pro vallo peruigilet; & ne pilo quidem incumbat, ſolet obrepere interim ſomnus in aliquod adminiculum reclinatis.* Equidem nihil indiget diſcere homo, vt æquo animo in roſis iaceat otioſus: vt autem triumphet de tormentis, debet diſcere ſemper in labore, & ſudore, & vigilia eſſe. Et ſic ne otioſam debet habere quietem, vt metuat vel in haſta paulìſper recumbere, quando vel ſic quieſcenti, aliquódque commodum ſumenti ſolet ſomnus obrepere, quòd in ruinam impellat, ſemper enim quies debet eſſe ſuſpecta triumphaturo, vt quæ ſegnitiem pariat, & ſæpe necem.

§. XI.

Abiectio, & humilitas propinquiores nos Chriſto facit.

DIcitur itaque de Ioſeph: *Paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer, & erat cum filijs Balæ, & Zelphæ.* Itaque Ioſeph adhuc puer paſcebat gregem cum fratribus ſuis, non cum omnibus fratribus; ſed cum illis, qui ancillarum Balæ, & Zelphæ erant filij. Et cur ingenuus puer non magis apud fratres ingenuus, filius Lyæ, quam apud filios ancillarum? Hoc, vt in ſe iam Chriſti præferebat imaginem: ſic illi, qui abiectiores, & viliores habebantur in domo Iacob, erant germaniores fratres. Dicebat Dominus Matth.25. *Amen dico vobis, quandiu fe-* Matth.25. *ciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Et mirabar, quòd Rex Regum Dominus minimos vocet fratres ſuos. Si tui ſunt fratres, quomodo poſſunt eſſe minimi: & ſi minimi ſunt, & deſpecti, quomodo poſſunt adſciſci ad fratrū ſuorum claritudinem? Eo ipſo, quòd minimi ſunt, & deſpecti in oculis ſuis, habentur à Domino Chriſto Ieſu vt fratres germaniſſimi. Ait D.Chryſoſt. homil.80. *Quid ais? Si fratres tui ſunt, quomodo minimos appellas?* Chryſoſt. *Imò verò ideò Fratres, quia humiles, quia pauperes, & abiecti. Hos enim maximè ad fraternitatem conuocat ſuam, qui ignoti, & deſpicabiles ſunt.* Hic eſt ſpiritus Chriſtianus, quòd vocentur ad fraternitatem abiecti quique, & deſpicabiles. Debes hoc, homo, abiectioni, & humiliationi, quòd te facere poteſt Dei Filio germaniſſimum fratrem. Et Regem, & Ieſu patrem quærebat Samuel inter filios Iſai, pro quo Iſai proponebat elegantiſſimos iuuenes filios ſuos, quorum nullus placuit Deo. Dicebat Pater: *Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues.* Quid 1.Reg.16. tunc? Ait Dominus Samueli: *Surge, & vnge eum: ipſe eſt enim.* Paruulus dicitur, & is deſignatur Rex, & pater Chriſti. Quid, Domine, audis de puero hoc, propter quod illum tibi eligas in parentem, & Iſraeli in Regem? Nónne dicitur paruulus, & vilis in officio paſtoris? Ideo quia paruulus, & vilis tantæ Chriſti cognationi adlegitur. Ait Chryſ. in Pſ.50. *Erubuit pater, & habeo, inquit, vnum par-* Chryſoſt. *uulum, & contemptibilem, qui paſcit oues. O puer, paruulum, & paſtorem Dauid dicis? Homo deſpicit, ſed Deus coronat.* Quo magis paruulus, & deſpectus videtur apud homines, eò propinquior eſt Deo, vt eligatur, ſiue ad Chriſti cognationem, ſiue ad regnum.

§. XII.

Plerunque peccata de conſciorum occaſione naſcuntur, aluntur, & manent, ſi conſcij non ſint.

NOn miror, quòd Ioſeph patris dilectus accuſet fratres ſuos, quando dixit Textus: *Accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Sed illud mirandum, quòd fratres illi ab oppidorum tumultu remoti, in ſolitudinibus agentes crimina perpetrent. De Dauide dicebat Pater 1.Reg.16. *Reliquus eſt paruulus, & paſcit oues.* Ex quo 1.Reg.16. pueri innocentiam meditatur Chryſ. in Pſal.50. fatus: *Iſte ergo Dauid adoleſcens euitatis quidem, ac turbas aufugiens, per eremum philoſophatur, nihil commune ſæcularium habens, neu* Chryſoſt. *negotiationes, neu fœnerationes, non aliquid difficile mundi iſtius, ſed & prima ætate in ſilentij deſerto habitabat, & ſicut in portu tranquillo in eremo ſedens, & ouium curam habens, regnum cæleſte meditabatur.* Ecce tibi ouium cura, receſſus montium, & ſolitudo Dauidem innocentem ſeruabat: Ioſephi autem fratres eadem cura diſtenti, & ſeparati à negotijs, & in receſſibus camporum habitantes in crimina ruebant, de quibus accuſabantur. Et cur receſſus montium, & cura ouium non præſtitit Ioſephi fratribus eandem innocentiam, quam Dauidi præſtabat? In Dauidis eremo, nullus alius dicitur fuiſſe præter ipſum ſolum Dauidem; Ioſephi autem fratres plures erant. [illegible] vena autem peccati veſiccatur remotis omnibus [illegible], ſic vbi conſcij ſunt, & ſpectatores, ſolet [illegible], & pullulare. Circa quæ non poſſum obliuiſci Senecam ſic ſapientem epiſt.95. *Non eſt per ſe magiſtra innocentiæ ſolitudo, nec frugalitatem docent* Seneca. *rura: ſed vbi teſtis, ac ſpectator abſceſſit, vitia ſubſidunt, quorum monſtrari, & conſpici fructus eſt. Quis eam, quam nulli oſtenderit, induit purpuram? Quis poſuit ſecretam in auro dapem? Quis ſub alicuius arboris ruſtica vmbra poſitus, luxuria ſuæ pompam ſolus explicuit? Nemo oculis ſuis lautus eſt, nec paucorum quidem, & familiarium; ſed apparatum vitiorum ſuorum pro modo turbæ ſpectantis expandit. Itaque irritamentum eſt omnium, in quæ inſanimus, admirator, & conſcius. Ne concupiſcamus, efficies, ſi, vt non oſtendamus, effeceris. Ambitio, & luxuria, & impotentia ſcenam deſiderant. Sanabis iſta, ſi abſconderis.* Quid pulchrius, & verbo, & ſenſu? [illegible] iaculum duxi vel ſyllabam præterire. Non equidem rura, non campi per ſe ad innocentiam faciunt; ſed abſentia teſtium, conſciorum, ſpectatorum non paruam occaſionem præbent, vt vitia ſubſidant. Quæ vt de conſciorum, ſpectatorúmve conuentu ſolent gigni, & ali, ſic vbi ij abſunt, ſolent comprimi, & euaneſcere. Vnde meritò dicat Seneca: *Ambitio, & luxuria, & impotentia ſcenam deſiderant. Sanabis iſta, ſi abſconderis.* Dum quis ſpectatores, & conſcios fugit, & amat, vt peccata ab omnibus abſcondita ſint, ſallar, niſi protinus euaneſcant illa. Iſaias cap.3. de Iſraelitis locutus ait: *Peccatum ſuum quaſi Sodo-* Iſaia. *ma prædicauerunt, nec abſconderunt: væ animæ eorum.* Væ illis dicit: quia non abſcondebant peccata. Et quid facerent abſconſio in peccatis? Nónne inſanabiliora ſunt vulnera, quæ abſconduntur? Imò quæ ab omnibus abſconduntur peccata, non parum diſtant à medicina. Ait D.Greg. in par.3. Paſtoralis, admonit.32. *Plerun-* Greg. *que culpa, dum abſconditur, effugatur, quia dum mens erubeſcit videri, quod tamen eſſe non metuit, erubeſcit quandoque eſſe, quod fugit videri. Cùm verò prauus quiſque impudenter innoteſcit, quò liberiùs omne facinus perpetrat, eò etiam licitum putat, & quod licitum ſuſpicatur, in hoc procul dubiò multiplicibus mergitur. Vnde ſcriptum eſt. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt,* &c. Non eſt remotum à medicina peccatum, quod abſconditur: quod enim de ſpectantium oculis ſumit vires, vt vigeat, remotis conſcijs mareſcit, & qui illud erubeſcit publicare, & aliquando habere erubeſcet.

§. XIII.

Patris eſt diſſimulare filiorum crimina in eorum ſalutem.

NOn poſſum præterire, quòd audio filios Iacob accuſatos apud patrem de crimine peſſimo, dicente Textu: *Accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Non tamen audio, quod pater ſic accuſatos corriperet filios,

filios, nec verbum eis diceret? Q[illegible] m hoc crimê [illegible] 2.Reg.1. tri[illegible] lanè Heli 1.Reg. 2. vehem[illegible] ntet ca[illegible] atur a[illegible] quod filiorum crimina non caſtigaret acr[illegible], con[illegible] lenibus verbis corripere. Cur non caſt[illegible] Iacob, qui auditu filiorum peſſimo crimine, nec verbum ei[illegible] cit? Filiorum Heli crimina cantatiſſima erant, & omni populo conſpicua, publicaque fama omnium accuſabantur; in talibus autem conniuentia, & lenitudo patris digna eſt ſupplicio. Delicta autem filiorum Iacob occulta erant, [illegible] ſque eorum accuſator fuit, imo nec conſcius, niſi frater minimus, cuius ſolo teſtimonio non ſic debuit pa[illegible] inniti, vt excandeſceret in illos: in talibus enim patris eſt diſſimulare, & benigno ſilentio procurare illorum ſalutem. Gloriabatur apud patrem ille ſenior filius dicens Luc.15. *Ecce tot annos ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterius* Noua, & inaudita gloriatio hominis apud patrem, quòd in nullo offenderit, quòd nunquam mandatum præterierit. Quid verum erat? Non erat verum, ſi [illegible] acta, vel occulta penſarentur: ſed erat verum, ea benignitate patris, qui occulta filij crimina ſic diſſimulabat, quaſi non videret illa. Ad hæc Chryſolog ſerm.2. *Nunquam manda tum tuum præterius. Hoc tibi non tua innocentia, ſed patris venia dedit, qui multa charitate delicta filij maluit tegere, quàm nudare.* Hæc eſt charitas patris, qui nouit ſic diſſimulare occulta crimina filij, quaſi fuiſſent nulla. Tan[illegible] que eſt in tegendis illis, vt niſi poſt probatum teſtimonium, nec verbum de illis faciat vllum.

Luc 15.

Chryſol.

§. XIV.

Maximum Reipublicæ, & familiæ malum, quòd innocens puniatur.

ADhuc noto illud, quod ait Textus: *Accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.* Et quòd pater audita accuſatione non legatur exarſiſſe in filios, nec illis vllum verbum dixiſſe, & quòd inde non improbetur Iacob in Scriptura. Et quando accuſatus crimine peſſimo non arguit, cur non malè audit apud Deum? Erat accuſatio ab vno propoſita, in qua nullum aliud erat teſtimonium, niſi vna narratio dicentis, quod teſtimonium, vt erat vnius, non erat penitus probabile erga proximum, ſed aliqua incertitudine laborabat, in rebus autem incertis bonus Iacob maluit non credere reos, in quo minus erat inconueniens, etiamſi rei fuiſſent, quàm punire forſan innocentes, in quo maximum cenſetur inconueniens ab omni prudenti viro. Egeſip. lib.4.c.4 locutus de Tito Imp. Romano, vt ingreſſus eſt in Giſcalam vrbem rebellem, & iam expugnatam, ait: *Ipſe vrbem ingreſſus, minus magis, quàm ſupplicie affeciſſe contentus pacis perturbatores, remiſſis omnibus ne quis vel odio, vel domeſticis accuſantis negotiis innoxios in noxiam deduceret, & grauiſſime vrimitus pulſaret atrocitate, cum multò tolerabilius ſit, id, quod incertum eſt formidine pertetipis conſcientiæ derelinquere, quàm condemnare innoxium. Sæpè enim reum corrigit metus: pæna autem innocentis ſine vllo remedio correctionis eſt.* Expende ab illis. *Cùm multo tolerabilius ſit, &c.* quippe vniuerſa ſapientia, & diuina, & humana, putat tolerabilius eſſe, quòd rei ob defectum certitudinis, & probationis criminis viuant impune, quam quòd aliquis innocens poſſit puniri. Hinc, qui proximus accuſant de iis, quæ probari non poſſunt, nunquam non malè audiunt etiam apud viros ſapientiſſimos: quippe lex cauebat Leuit. 19. *Ne ſis criminator, nec ſuſurro in populo.* Nec vlli dubium eſt, quin hæc vocabula, *criminatoris, & ſuſurronis* probroſa homini ſint. Et quis meretur nominari criminator, aut ſuſurro? An ille, qui proximi errores dicit, quos probare dicit? D Baſilius ait orat. 10. de inuidia & odio: *Qui igitur proximum probris perfundunt, non comprobantes ea, quæ in eum dixerunt, tales omninò videntur ſibi ipſis malum nomen, ex hoc inani verborum vſu, imponere velle. Nam calumniatorem, quo obſecro, nomine appellare conuenit, quàm eo, quod ſibi ille ipſi, cùm re, tamen ſtudio tenetur, imponit?* Expende illa, nimirum: *Non comprobantes illa, quæ in eum dixerunt.* Qui ea crimina de proximis dicunt, quæ comprobare non poſſunt, hi & criminatores, & ſuſurrones, & calumniatores creduntur a D. Baſilio. Adeò enim Sancti curant, ne puniatur innocens, vt accuſatores etiam verorum forſan criminum nominibus probroſis deterreant, quando illa probare non poſſunt.

Egeſip.

Leuit.19.

Baſil.

Baeza de Chriſto figur. Tom. VI.

§. XV.

Chriſtiana charitas ſe ipſam proximo poſtponit.

ILlud notandum, quod ait: *Iſraël autem diligebat Ioſeph ſupra omnes filios.* Huc perueniebat Iſraëlis amor in Ioſeph, quòd illum diligeret ſupra omnes alios filios, nõ autem ſupra ſe. Huc ſola peruenit charitas Chriſti, & quæ Chriſti nomine inſignitur. De legis mandatis locutus Dominus Matth.22. dicebat: *Hoc eſt maximum, & primum mandatum. ſecundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum.* Vt de amando Deo ſuper omnia erat primum, & maximum legis mandatum; ſic ſecundum erat de proximo amando, nimirum, quòd quis amet proximum, ſicut ſe ipſum. Acceſſit tandem Ieſus meus, & ait Ioan. cap.13. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Et quando iam in lege mandatum erat de amando proximo, dicit Ieſus mandatum hoc nouum a ſe poni, quod nos diligamus. Et in quo eſt mandatum nouum? In eo, quod ait: *Sicut dilexi vos.* vnus enim Ieſus illud fecit nouum, & inauditum in dilectione proximorum, quòd diligat nos, non ſicut ſe ipſum, ſed ſupra ſe ipſum. Ait D. Cyril. Alex lib.9 in Ioan c.13. *Vides nouum, atque inauditum dilectionis modum: Lex enim fratrem diligendum eſſe ait, ſicut ſe ipſum. Chriſtus autem magis nos, quàm ſe ipſum amauit. Non aliter cùm in forma Dei eſſet, nequaquam ad noſtram humilitatem deſcendiſſet, nequaquam iam acerbum patibulum ſuſtuliſſet. Non fuiſſet factus pauper, niſi nos magis, quàm ſe ipſum amaſſet.* Plane hæc fuit charitas Chriſti, quæ nos ſupra ſe ipſum amauit, vtpote, quæ vitam ſuam noſtræ poſtpoſuit ſaluti. Quam charitatem ebibunt amatores Chriſti, qui eius accenſi exemplo omnia mundi commoda, etiam propriam vitam, obliuiſcuntur, vt proximos in ſalutem deducant. Qua parte antiqua charitas Patrum ſuperatur ab hac charitate, quæ eſt in Chriſto. Moyſes videns Iſraëlitas morti obnoxios clamabat ad Dominum Exod.32. *Aut dimitte eis hanc noxam: aut, ſi non facis, dele me de libro tuo, &c.* Non aliam ſibi ſortem volebat, niſi eam, in qua erant Iſraëlitæ. Paulus autem aiebat ad Roman. 9. *Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis.* Non in malis eſſe cum fratribus optabat; ſed optabat mala vni ſibi, vt fratres viuerent. Rem ponderans D Chryſoſt. hom.1. de laud. Pauli, ait: *Caput illius ſancta anima, nempe, Moyſis, at fuſtigium eſt quoniam pro Iudæorũ ſalute delere eligit de libro vitæ; ſed Moyſes cũ cæteris optauit perire, Paulus pro cæteris. Non enim cum pereuntibus perire voluit; ſed vt ſaluentur alij, ipſe de gloria æternitate decidere.* O charitas Chriſtiana, quàm vniuerſas charitates ſuperas, vt quæ omnia tua, & vitam, & ſalutem poſtponas proximorum ſaluti. Hanc ſplendentem charitatem miratur in Spõſa ſua Dominus, dicens Cant.6. *Pulchra es, amica mea, ſuauis, & decora.* Nicænus legit: *Pulchra es, proxima mea, ſicut ipſa beneuolentia.* Et quæ eſt ipſa beneuolentia Christi, qua ſuper ſe amauit ſuos? Hanc beneuolentiam imitabatur eius Sponſa. Vt dicat Nicæn. homil.15 in Cantica. *Si Deus ille, qui eſt in ſinibus Patris, declaranda in homines beneuolentiæ cauſa, ſanguini, & carni miſcetur, planum eſt illam, quæ ad hanc beneuolentiam conformauit ſuam pulchritudinem, operibus ſuis Chriſtum imitari: quippe quæ alio hoc fit, quod Chriſtus humano generi fuit, quemadmodum Paulus ſe ipſum à vita voluit exterminans, vt eum calamitate ſua ſalutem Iſraelis commutaret.* Hæc eſt Chriſtiana charitas.

Matth.22.

Ioan,13.

Cyril.Alex.

Exod. 32.

Rom.9.

Chryſoſt.

Cant 6.

Nicæn.

§. XVI.

Amor perſonæ non extorqueat donaria, quæ merita requirunt.

AMabat Iſraël Ioſephum ſuper alios filios, amabat eum tenerrimè: vbi autem ad dona ei præſtanda ventum eſt, nihil illi dedit, quod meritum in eo requireret: ait enim Textus: *Iſraël autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eò quòd in ſenectute genuiſſet eum, feciteque ei tunicam polymitam.* Non fecit illi principatum, aut Prælaturam; ſed fecit illi tunicam polymitam. Hæccine ſunt donaria amantium ad dilectos ſuos, nimirum, veſtes, eſcæ, bona aliqua temporalia, commoda vitæ, & ſaluti, quæ licèt in immerentes veniant, nihil inde

mali proximis reſultat. An principatus, prælaturæ, quæ merita requirunt, quæ ſi in immerente ſunt, nocent plurimùm, minime amantium donaria fiant? Ipſe Iſrael moribundus Geneſ. 48. dicebat Ioſeph: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi.* Et ſtatim c. 49. ad Iudam filium quartum ſuum ait: *Adorabunt te filij patris tui :: Non auferetur ſceptrum de Iuda, &c.* In diuiſione ſubſtantiæ præfert dilectiſſimum ſibi Ioſephum cæteris filiis, vt habeat vnam bonorum partem maiorem illis. Regnum autem vni mandat Iudæ. Et quando Ioſephum plùs diligebat, & maiori bonorum parte donabat, cur ſimul illi principatum non attribuit? Dedit amato, quod amoris erat donarium, nimirum, maior pars bonorum commodorum ad vitam: at in regno donando non amoris ductum ſecutus eſt; ſed diuino placito ſeruiuit. Ait Ruper. de oper. Spir. Sancti, lib. 4. de intellect. lib. 1. cap. 10. *Ioſephum plùs cæteris ſuis filiis Iacob dilexit; non tamen huic, ſed Iudæ benedictionem regalem dedit: Non auferetur, inquiens, ſceptrum de Iuda, &c. Quare? Quia in dandis benedictionibus non ſuam, ſed Dei voluntatem facere debuit, non carnis affectum, ſed Spiritus instinctum ſequi dignum fuit.* Dediſſet licèt Iacob dilectiſſimo Ioſeph donaria alia, prout feruens amor in illum peteret, at in danda benedictione regali amoris ductum minimè ſecutus eſt; ſed Dei placitum, a quo ſpectabantur regnaturi merita. Et benè ait Rupertus, quòd in iis dandis, non carnis affectum, ſed *ſpiritus inſtinctum* ſequi debuerit. Abominandum enim eſt præcipue religioſis Patribus, quòd in amicis promouendis, nullam rationem ſpiritus habeant. Planè Deus, vt hominem ad imaginem ſuam crearet, & ad regnum, ſumpſit lutum, & ex luto eum fecit. Quod notans Theodotus homil. 5. de Nat. Chriſti in Concilio Epheſino, tom. 6. cap. 10. *Pertinebat itaque, & hoc quoque ad creatoris benignitatem, vt natura, quæ Dei imagine decoranda erat, (vnde magnam occaſionem ſupercilij concipere poterat,) formaretur è luto.* Itaque quò benigniùs Creator agebat, in promouendo homine ſuo, eò diligentiùs cauebat, ne dignitate oblata, illi occaſionem ſupercilij daret: ſic faciant, qui ſuos promouent, & benignè cum illis agent, ſi tollant occaſionem ſupercilij, ſequentes in eo non affectum, ſed ſpiritum. Ioan. 21. *Conuerſus Petrus vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Ieſus, qui & recubuit in Cœna ſuper pectus eius, &c.* Ecce tibi, quàm ſingulariter amabatur Ioannes a Chriſto, qui eo exprimebatur vocabulo, nimirum, *quem diligebat Ieſus*, & cui dedit tantum fauorem, vt reclinantem ſuo ſinu exciperet in cœna. Nihilominùs cùm ad principatum Eccleſiæ ventum eſt, non illum Ioanni ſic dilecto dedit, ſed Petro. Vt dicat Rupert. ſuprà: *Ioannem Dominus Ieſus cæteris arctiùs diligens aperuit illi ſecreta cæli, vt videret viſiones admirabiles. In quo tamen nec illud prætereundum: quia, cùm tali amoris priuilegio diligeret eum, non tamen huic, ſed Petro ſpecialiter dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Quippe res meriti committenda erat iudicio, non affectui. Sic Matth. 20. ipſe Ioannes dilectus vnà cum Iacobo fratre ſuo petebat ſedes in regno, cui reſpondit illicò Dominus: *Non eſt meum dare vobis; ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Sed & ipſe cap. 13. Ioan. petiit ſibi reuelari proditorem: *Cùm recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine, quis eſt? Reſpondit Ieſus. Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero, &c.* Reuelationem proditoris petit, & obtinet; & ſtatim facta eſt illi: dum autem ſedem in regno petit, reiicitur, dicente Ieſu: *Non eſt meum dare vobis.* Et quando illi non negas reuelationem proditoris, tanquàm dilecto, cur ſedem regni negas? Res eſt amoris, quòd dilectum ad aliqua ſecreta admittas: at donatio throni non amoris debet eſſe res, ſed iudicij circa merita eliciti. Ait D. Baſil. Sel. orat. 24 ibi: *Thronus laborum præmium eſt, non ambitionis donũ gratuitum, ex rebus geſtis thronus comparatur, nudam poſtulationem datio non ſequitur.* Cùm ad throni munus peruenitur, id non extorquendum eſt amoris prærogatiua, ſed electione iudicij, & meritorum trutina. Et pergit Baſil. *Si placat meretrix, remiſſionem concedo: ſi publicanus pectus ferit, irata non exero: ſi leproſus curationem quærit, virtutem exero. Volo, mundare. Quòd ſi thronum quis petat, & regiam poteſtatem quærat, tunc quid poſſim, curioſè deſpicite.* In ſolo tradendo imperio debet quis vereri ſuum affectum, & examinare, quid debeat facere, & qualia merita recipiens habeat. Vt dicat ipſe Baſilius ibidem: *Nec enim Patris eſt temerè, gratiſque talia largiri.* Non ſolùm qui iudicem, ſed neque qui patrem agit, thronos debet, ob teneritudinem, & gratiam largiri.

Geneſ. 48.

Rupert.

Theodot.

Ioan. 21.

Rupert.

Matth. 20.

Ioan. 13.

Baſil. Sel.

§. XVII.

Vnicus filius virtutis ſtudioſus parentes plùs implet, quàm turba aliorum.

RApuit parentis animum Ioſeph, *eò quòd in ſenectute genuiſſet eum.* Et ſi de ſenectute corporali intelligatur, etiam alios in ea ſenectute genuerat; & ſaltem de Benjamin nulli dubium eſt, quòd fuerit in ſenectute patris genitus. Cur ergo & hic non fuit dilectus ſuper alios, ſicut Ioſeph? Quare non nemo putat, ſenectutem ibi non ad materialem ſenectutem patris referendam eſſe; ſed ad ſenectutem moralem filij, qui vel à primis vnguiculis, virtutibus, & grauitate ſenem referebat. Et vt ſic erat moribus compoſitus plùs patrem implebat, quàm tota aliorum filiorum caterua. Ait Rupert. lib. 8. in Geneſ. cap. 19. *Reſtat ergo, ſenectutem illam hic aſſignari, de qua Sapientia dicit: Senectus venerabilis eſt, non diuturna, nec annorum numero computata. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis, vita immaculata. In illa namque viuaciter ſenectute Iſrael genuit Ioſeph. Neque enim vir iuſtus lætatur in multitudine filiorum, ſi mali ſint; ſed in eo tantùm agnoſcit ſe patrem, ſi filium relinquat poſt ſe, qui iuſtitia conſequatur hæreditatem.* Non in multitudine; ſed in eo ſolo filio ſe bonus agnoſcit patrem, qui virtutibus fulgeat poſt ſe. Non equidem patrem implent filiorum exercitus vitioſorum; ſed filius ſapiens; filius, qui virtutibus ſuis reddat parentum nomen venerabile. De Zacharia, & Elizabeth locutus Lucas cap. 1. ait: *Erant autem iuſti ambo, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela, & non erat illis filius, eò quòd eſſet Elizabeth ſterilis.* Sic ſanctiſſimam fœminam Deus ſterilitate mulctabat. Et cur Deus tanta ſterilitatis pœna affligit mulierem adeò ſanctam? Non erat illa ſterilitas ad pœnam; ſed ad gratiam: vt tantos parentes vnus filius lætificaret, in quo virtutum ſeges maximè albicaret. Chryſol. ſerm. 89. *Sterilitas iſta non erat maledicta, ſed myſtica, in qua partus non ablatus eſt, ſed dilatus, vt in filio ſingulari tota fœcunditas penſaretur, quando in vno noſcebatur numeroſitas congeſta virtutum. Beata ſterilitas, quæ vnum ſeruabatur ad partum, & expectabat Ioannem, &c.* Planè ſterilitas illa parentes beabat, quando ad vnum filium præſtandum ſeruabatur, qui virtutum ſuarum facinoribus mundum faceret perſonare. Nec tantos patres decebat turba; ſed filius talis. Quò reſpiciens D. Lucas ſuprà dicebat: *Non erat illis filius.* Circa quæ Chryſol. ſerm. 91. ait: *Non dixit, non erant illis filij; ſed non erat illis filius: quia ſingularis futurus erat, qui erat de talibus naſciturus.* Sic magnos parentes vnus filius ſingularium virtutum plenus ſufficit nobilitare.

Rupert.

Luc. 1.

Chryſol.

Luc. 1.

Chryſol.

Geneſ. 37. Videntes autem fratres eius, quòd à patre plùs cunctis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Accidit quoque, vt viſum ſomnium referret fratribus ſuis, quæ cauſa maioris odij ſeminarium fuit. Dixítque ad eos: Audite ſomnium meum, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtróſque manipulos adorare manipulum meum. Reſponderúntque fratres: Nunquid Rex noſter eris? &c.

§. XVIII.

Inuidia immedicabilis.

ILlud in primis noto, quod ait: *Videntes autem fratres eius, quòd a patre plùs cũctis filiis amaretur, oderant eum.* Quibus apertiſſimè inuidia iſtorum fratrum proponitur, & explicatur

[illegible]

Gal. 4.

[illegible]

§. XIX.

[illegible] creare adue[illegible]

E[illegible] [illegible] *ad* [illegible] *patre* [illegible]

Sap. 2.

[illegible] ſecundum Diaboli [illegible] in Orbem terrarum [illegible] Deo creatus propriis manibus, [illegible] deliciarum, terrenorūmque [illegible] Quem Diabolus [illegible] affectus aduersùs hominem, [illegible] antiquior natu [illegible] & ſordebat: & ideò [illegible] Scriptura [illegible]

Baſil.

[illegible] *antiquior homine facta* [illegible] *ſunt*,

[illegible] Tom. VI.

omnia quæ in mari viuentia. Solum hominem manibus Dei plaſmatum eſſe. Hunc et honorem cuuidet, &c. Ecce tibi rabidæ inuidiæ aduersus hominem in Diabolo radicem, nimirum, ait *Cum eſſet antiquior homine*, &c. De antiquitate ſua, qua veteraſcebat, & ſordeſcebat, virus trahebat, quo in homine nouiter fulgeſcentes virtutes minimè ſuſtineret; ſed aduersùs eas totus exardeſceret. Ex quo non parùm accipit lucem locus Apoc. 9. vbi ait: *Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui ſeducit vniuerſum Orbem, & proiectus eſt in terram: Et poſtquàm vidit draco, quòd proiectus eſſet in terram, perſecutus eſt mulierem*, &c. Quippe Eccleſiæ perſecutiones rabidiſſimæ a Diabolo excitatæ explicantur iis verbis. Et cur Diabolus tam rabidus aduersùs Eccleſiam exarſit? Non otioſè dictus ibi eſt *ſerpens antiquus, proiectus in terram*. cùm enim eſſet antiquior, & videret Eccleſiam Christi nouitio [illegible] odore fulgere, aduersùs illam vehementiſſimè inſurrexit. Solet equidem has inuidiæ faces facere antiquitatis prærogatiua. Nemo non ſcit prodigi illius filij reditum ad patr[illegible], apud quem prima in ſtola cœpit fulgere, & [illegible] varia Muſicæ inſtrumenta, eius menſæ accumbere. Tunc ait Lucas cap. 15. *Erat autem filius ſenior in agro. Et cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam, & chorum. Indignatus eſt autem, & nolebat introire*, &c. Ecce [illegible] vt vidit fratrem prima ſtola fulgentem, paterna men[illegible] paternique fauoribus frui, indignatus eſt. & fratris mores cœpit increpare, nec illum videre ſuſtinuit. Et vo[illegible] [illegible] in tam apertam exarſit fratris inuidiam? Notabat Textus [illegible] *Erat frater ſenior.* Ne miremur, quod iunior [illegible] felicitatibus indignetur, quando ſenior [illegible] inuidet. Ait ad hæc D. Thomas in Cat. ex Am[illegible] *Adolecentior filius, id eſt, populo ex gentibus, Iſrael, tanquam maior frater, beneficium paternæ benedictionis inuidet: quod faciebant Iudæi quia Chriſtus cum gentibus epularetur.* Expende illa: *Tanquàm maior frater.* quippe quòd Iudæus ardet [illegible] in nomen Chriſtianum, in gentes receptas in D[illegible], hoc faciebat tanquam maior frater, cuius eſt non ferre iunioris felicitates; ſed rabidiſſima exardeſcere inuidia. Apoc. 9. Luc. 15. Thomas.

§. XX.

Principatus debetur frugiferis hominibus, non infrugiferis.

Illud primum fuit regni Ioſephi auſpicium, quod in ſomnis vidit, nimirum: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtroſque manipulos adorare manipulum meum.* Ecce manipulus Ioſephi conſurgit, & ſtat, quem fratrum manipuli adorant. Et vnde tantum [illegible] Ioſephi ſic ſe ſuper fratres extulit, vt ab eis deberet adorari? Ioſeph induſtria ſua frumento abundabat, quando eius fratres frumento carebant: ille fructuoſiſſimus erat in ſuſtentandis Ægyptiis, & aliis; ij prorſus ſteriles, & vacui. Meritò ergo principatus defertur ad manipulum plenum, non ad vacuos, & ſteriles coguntur fructuoſum adorare. Ait D. Aug. ſer. 81. de Temp. *Vidit beatus* [illegible] *omnium, quaſi ſtantem ſe in agro cum fratribus ſuis, & manipulos alligantem, & fratrum manipulos adorare manipulum ſuum. Hoc in illo Ioſeph tunc impletum eſt, quando eum in Ægypto adorauerunt fratres ſui. Et non incongruè coacti ſunt ſteriles manipuli fructuoſum manipulū adorare.* O electionis diuinæ pat[illegible] [illegible]tiſſimū argumentum! Hoc petit diuina, & ſancta [illegible], hoc etiā humana ratio petit, quod Principatus dentur frugiferis v[illegible], nō ſterilibus, & infructuoſis, ſed ij cogantur [illegible], & frugiferis adorationē præbere. Notus eſt Apologu[illegible] proverbialiter circumferebatur apud antiquos [illegible], vt malūt Expoſitores cū Lyr. & Abul. De quo ait I[illegible]d. c. 9. *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem. Dixeruntq; oliuæ Impera nobis.. Dixeruntq; ligna ad arborem ficum. Veni, & ſuper nos regnum accipe. Locutaq; ſunt ligna ad vitem Veni, & impera nobis: Dixeruntq; omnia ligna ad rhamnum*, &c. Itaque ligna erant, quæ comitia celebrabant pro eligendo Rege: & tamen nihil ſpectant priùs in ſua electione, quàm quòd frugiferæ arbores habeant regnum, infrugiferæque frugiferis ſint ſubiectæ. Ideo viridantem laurum, altiſſimamque cedrum, pulcherrimam platanum prætereuntes, ad oleam, ficum, & vitem contendunt, & iis principatum offerunt, nec niſi ab iis repulſæ ad ſterilem, & ſpinoſam rhamnum veniunt. Vel ipſis August. Iudic. 9.

 equidem

equidem lignis manifeſtum, & ſanctum eſt, regnum non niſi fructuoſis deferendum eſſe. Vt videas, quàm inſenſibiliores lignis ſint, qui infrugiferos amant in principatu videre, & qui nec gradum facientes pro frugiferis præficiendis, ad ſolos rhamnos, nempe, ſteriles, ſpinoſos contendunt, vt principatum ij habeant. Fallar, niſi inde ortum habeant flammæ, quæ etiam familias religioſas perdunt, & antiquorum virtutes in cinerem redigunt.

§. XXI.

Princeps, qui à Deo, non totus ſibi, ſed aliis egentibus.

NOn immeritò regni à Deo venientis auſpicium datur in manipulo: dicit enim Ioſeph: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare.* Manipulus Ioſeph conſurgit, & ſtat adorandus in venturi principatus ſignum. Et cur manipulus principatum deſignet, qui à Deo in Ioſephum veniebat? Manipulus frumentum habet, non ſibi; ſed hominibus: ſic Princeps à Deo conſtitutus, non ſibi coronam habet, ſed ſubditis. Ideò Ioſepho principatus à Deo parabatur, vt ſicut manipulus non ſibi, ſed Ægyptus, & aliis frumentum ſeruaturus erat. Fratres autem ei ſubiiciebantur, quia ſibi ſolis frumentum quærebant. Hoc ſeruilis naturæ eſt, illud regiæ. Et Sponſus, & Sponſa ſe mutuò laudantes
Cant. 2. aiunt, Cant. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios.* Itaque Sponſus Sponſam comparat lilio, ſeu roſæ, è contra autem Sponſa Sponſum comparat malo? Et cur Sponſa lilio; Sponſus autem malo comparatur. Vt hinc pateat differentia principatus, qui ab hominibus, & qui à Deo veniebat. Qui ab hominibus erat, in Sponſa conſiderabatur lilio ſimilis: lilium enim totum terræ ſuccum, quo alitur, & hortulani induſtriam eò trahit, vt ſe coloribus ornet, & pulchritudinem promat ſuam: malus autem eò tendit, vt poma producat, quibus non ſe, ſed homines ſaturet, ditet. Ideò aſſumitur, vt ſignet Principem, qui à Deo venit, cuius eſt, non tam ſibi, quam aliis viuere. Ait D. Gregor Nicæn. hom. 4. in Cant. *Rectè ergo vidit Sponſa, quæ ſit ſui à Domino differentia, quoniam ille quidem, & nobis*
Nicæn. *ſit lætitia oculorum, vt qui ei ſit lux, & vnguentum odoratui, & vita comedentibus. Humana autem natura perfecta per virtutes ſola ſit flos, non agricolam nutriens, ſed ſe ipſam exornans.* Humana natura, quippe natura ſeruilis, ſicut flos eſt, ſe ipſam exornans nullum, nec cultorem ſuum nutrit. Vt enim flos totam hortulani culturam ad ſui pompam, pulchritudinémque oſtentandam reducit: ſic natura ſeruilis omnium labores, & cultus eò trahit, vt ipſa ſola, & fulgeat, & viuat. Non ſic regia natura, quæ omnibus omnia ſit, & lux oculis, & vnguentum odoratui, & vitalis cibus comedentibus illum. Luc. 16. dicit: *Homo quidam erat diues,*
Luc. 16. *& induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius.* Ecce tibi purpuratus Princeps plenus deliciis: & ad ianuam eius Lazarus mendicus. Et ad quid ponitur mendicus ad ianuam eius? Vt ſaturans, & fouens mendicum à Deo coronam accipiat, & eligatur ad triumphos. Erat veſtitus purpura; ſed coronam non habebat. celebris erat conuiuiis, non triumphis. Vt autem ad coronam veniret, & iret ad triumphos, adiungitur illi mendicus Lazarus, cui ſi ſubueniret, & coronæ aptaretur, & triumphis. In hanc cogitationem me impulit Honcala in Epinicio, vbi de Roderico Biuar, qui apud Hiſpanos vocatur Cid, locutus ait: *Cùm peteret Compoſtellam, ſacras Beati Apo-*
Honcal. *ſtoli Iacobi Reliquias piè ſalutaturus, Diuum Lazarū ſub paupere ſpecie luto hærentem, prætereuntibus aliis, extulit, equóque ſuo inuectum in hoſpitium ſecum attulit, & pernoctanè ſucauit. At indigens Lazarus, antequàm à Roderico diſcederet, tanquàm tantæ pietatis ſibi exhibitæ mercedem retribuens, eum admonuit, vt cum hoſte congreſſurus, quò certa ipſi ſemper eſſet victoria, Numinis afflatum ſperaret.* Compone modò noſtrū Rodericum, & illum diuitem purpuratum. Vterque diues erat, vterque nobilis, vterque præ oculis habuit Lazarum: ſed diues purpuratus vni ſibi indulgens egentem Lazarum non curauit, & ideò ad coronam non peruenit, nihil obtinuit triumphale, quin potiùs vt bellua ſolit epulis viuens, à menſa ad Inferos fuit translatus: Rodericus autem vt egentem Lazarum fouit, ſic inde ad victorias, ad triumphos, ad coronas abiit.

§. XXII.

Triumphus, & corona non in vna virtute; ſed in pluribus conſiſtit.

IN coronæ venturæ ſignum exurgit manipulus, dicente Text. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare.* Sic Ioſeph videbat manipulum ſuum adorandum conſurgere; ſed Pharao Gen. 41. etiam videns in ſomniis, ait: *Septem ſpicæ pullulabant in cul-* Gen. 41.
mo vno plena, atque formoſa. Non totus culmus, non totus manipulus oſtendebatur plenus, atque formoſus: ſed pauciſſimæ in eo ſpicæ, nempe, ſeptem. Et cur Pharaoni tam paucæ ſpicæ proponuntur: Ioſepho autem integer culmus, ſiue manipulus exurgere oſtenditur? Equidem non Pharaoni; ſed Ioſepho oſtendebatur vera, & digna corona, quæ non vna, aut alia virtute, ſed plurimis, ſed omnibus virtutibus texitur. Ait D. Ennod in Paræneſi locutus de Fide: *Nobilia ſerta niſi multiplicibus pratorum non* Ennod.
componuntur ſpoliis, ex varia gemmis vna diadematis ſolet conſtare formatio. Nec vllum diadema, nec vlla corona formatur, niſi ex multiplicibus floribus aut gemmis. Nec credas aliquem per Deum deduci ad coronam, niſi per multas virtutes. Dicitur ad Sponſam Cant. 1. *Collum tuum ſicut mo-* Cant.
nilia. Apud D. Nicænum legitur. *Collum tuum, ſicut torques.* Quaſi collum Sponſæ inde pulchrificat Deo, quia non vno monili, nec vno torque; ſed multiplicibus ornatum appareat. Circa quæ ait D. Nicæn. hom. [illegible] Rectè aſſimilatur torquibus, quæ laudantur à Verbo, plurali voce ſignificante perfectionem in [illegible] virtute. Si enim in vno ſolo aſſimilatus eſſet torque, eſſet omninò laus inutilis, vt quod non idem [illegible] teſtimonium in cæteris virtutibus: nunc autem [illegible] ratione complectitur omne virtutum teſtimonium, quæ [illegible] torquium multitu-
dini aſſimilatio. *Eſt hoc quæ [illegible] quod à Verbo prabe-* Nicæn.
tur toti Eccleſiæ. non oportet [illegible] ad [illegible] aliquod bonum aſpicientes, in cæteris rectè factis eſſe negligentes, ſed ſi tibi ſit monile temperantia, velati quibuſdam [illegible] pura vita in collo reſplendens, ſit tibi aliud monile, quod pretioſis gemmis præceptorum in ſe contineat, &c. De multiplicibus virtutibus ornatur Sponſa, quæ à ſummo Rege accipitur in conſortium coronæ. Vt meritò dicat Pſal. 44. *Adſtitit Regina à dextris* Pſal. 44.
tuis, in veſtitu deaurato, circundata varietate. Circa quæ ait D. Amad. hom. 2. *Non ſolùm autem veſtitu deaurato, & fim-* Amad.
briis aureis decoratur, [illegible] etiam veſte ſtrangulata, quam [illegible] ſibi, dicitur Salomone. Et omni lapide pretioſo operitur. Nulla enim gemma, nullus lapis pretioſus, nulla pretioſa margarita huic deeſt opere [illegible]. Ecce inter [illegible] virtutes [illegible] corona regni. Cant. 6. vocatur Sponſa Regis *D [illegible] vt Ieruſa-* Cant. 6.
lem [illegible] Vt oſtendatur, quàm ſimilis ſit ſummo Regi in multitudine virtutum, [illegible] gia [illegible] eſt ſimilis Nicænus hom. [illegible] Cant. *[illegible] titudo trinitatis Regis, & elegantia. ipſius haud dubiè Regis eſt [illegible] titudo. Nam* Nicæn.
is eſt ipſa elegantia, & pulchritudo, quem & [illegible] pellat. Elegantia tua, & pulchritud[ine] tua diriga, [illegible] perare, regna, propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Hi enim pulchritudinis diuinæ ſunt characteres; veritas, inquam, & iuſtitia, & manſuetudo. Quamobrem anima talibus ornata ſit [illegible] tanquàm [illegible] pulchritate Regis cohoneſtata. Vt non vna, ſed pluribus ornata virtutibus eſt, regnum decens [illegible] oſtendit.

§. XXIII.

Regnorum ſtabilitas non ab auro, ſed à Pane.

DAtur Ioſephi auſpicium, cum ait *Putabam nos ligare manipulos in agro, & conſurgere manipulum meum, & ſtare,* &c. Verum Nabuchodonoſoris regni auſpicium longe aliud fuit, nimirum ait Dan. *[illegible] Rex, videbas & ecce ſtatua* Dan. 2.
vna grandis, ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem, & brachia de argento &c. Et cur Ioſepho regni auſpicium in frumenti manipulo oſtenditur; Nabuchodonoſori in ſtatua aurea, argentea? Huic oſtendebatur regnum [illegible] cum perditione eius facta per lapidem cadentem de monte, & confringentem ſtatuam; [illegible] autem oſtendebatur regnum ſto-

florens,& ſtans,non cadens, eò oſtenditur in faſciculo panis. Stabilitas regnorum non ab auro venit, ſed à pane. Hinc minatus Dominus deſtructionem regni Iſraeliticæ ait Iſaias cap. 3. *Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & à Iuda validum, & fortem:*
Iſaiæ 3. *omne robur panis & omne robur aquæ.* Non dicitur ablaturus aurum, nec argentum, ſed panem. Et cur, Domine, non magis illis aufers aurum, & argentum, quàm panem? In pane ſunt regnorum robora, in auro clarior perditio eſt. De templo à Salomone conſtructo locutus Textus 3.
3. Reg. 6. Reg. 6. ait. *Nihil quod erat in templo quod non auro tegeretur.* Et cur Deus tantum aurum in templo ſuo amabat? An, vt in eo oſtenderetur futura ruina templi? Ait D. Athanaſius
Athanaſ. orat. 5. ad Adelphium. *Priſcum illud templum lapidibus, & auro conſtructum fuit, ipſo eſt figura, quo ſuperueniente veritate exule est. Cuius ſecundum vocem Saluatoris, nec lapis quidem ſuper lapidem manſit,* &c. Igitur, vt templum illud figura erat, quæ tandem veritate accedente deſtruenda erat, & ſi deſtruenda, ſic auro impletur, in auro enim clariſſime videbatur eius ruina. Credant hoc mundiales Principes, qui amant æternare regna, & caueant in auro figere, à quo & ſterilitas, & perditio venit. Magis quærant abundare panibus, abundare fructibus terræ, in quo & roborantur & implentur regna.

§. XXIV.

Non tam virtutes diuiſim, & caſu ſumptæ, quàm connexæ, & vnitæ cæleſte regnum pariturunt.

DE futuro regno ſomnium narrans Ioſeph, ait: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & conſurgere manipulum meum,* &c. Hoc enim eſt opus regnantium in cælestibus, nimirum, ligare manipulos, hoc eſt, virtutum opera colligare, connectere. Sunt enim, qui virtutum opera faciunt; ſed diuiſiſſime. Hodie ad Sacramenta accedunt, quia ſic ſors tulit: & poſt dies etiam alia virtutis opera faciunt ſine reſpectu ad prima, ſine vlla connexione cum illis. Sunt alij, qui in virtutibus faciendis ſuam connexionem habent, dum ſtatuunt talem diem Sacramentis ſumendis, talem eleemoſynis faciendis, talem aliis peragendis ſanctis exercitiis. Quæ omnia ex intentione ſic connectunt, vt dum peragunt alterum, iam alterum ſpectent. Ij maximè ad cæleſte regnum conducunt Pſal. 64.
Pſal. 64. *Benedices coronæ anni,* &c. Quam vocat coronam anni à Deo benedicendam? Connexio illa frugum corona vocatur, qua alij fructus poſt alios, alia germina poſt alia naſcuntur. Primùm enim naſcitur herba, poſt hanc flores, poſt hos fructus: nec fructus ſine floribus, nec flores ſine fructibus, ſed horum quæque inter ſe connexa ſunt: & ideò meritò vocantur corona à Deo benedicenda. Dum enim virtutum opera inter ſe non connectuntur, non vocan-
Cant. 3. tur corona, nec adeò certum eſt, quod vſque ad coronam ibunt. Clamabat illa Cant. 2. *Flores apparuerunt in terra noſtra.* Nimirum, multa viſa ſunt opera virtutum. Et quid inde? Sufficit, quòd flores appareant, quod fiant aliquæ virtutes? Imò ſpectandum crediderim, quod connectantur,
Nicæn. vt inde coronæ fiant. Ad hæc dicebat D. Nicæn. hom. 5. in Cant. *Vides, inquit, pratum florens virtutibus. Vides temperantiam, hoc eſt, ſplendidum, & ſummè olens lilium. Vides pudorem roſo. Vides violam Chriſti bonum odorem. Cur ergo per has non nexis coronam? Hoc eſt tempus, in quo hu collectu oportet huiuſmodi coronis ornari.* Equidem hoc addendum eſt virtutibus, quòd connexæ ſint, & ex intentione ſaltem operantis ſic fiant, quaſi inter ſe catenatæ videantur, quæ in coronam fient. Quæ corona non facilè decidet, imò plurimùm nos
Cant. 2. in bonum fulciet. Cant. 2. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis.* Et quod fulcrum poma, & flores adhibere poſſunt? Equidem, quando per hos fructus virtutes intelliguntur, non parum noſtram infirmitatem fulciunt, ſi adunatæ, & connexæ inter ſe ſint, vt flores ſolent connecti in faſciculos; vt pomorum etiam faſciculi alligari ſolent, & ſuſpendi à tectis ad ſui conſeruationem. Ait ad hæc D. Nicæn. hom. 4. in Cant. *Domus ſternenda materia ſunt poma. Sternite, inquit, mihi torum in malis. Vt ſit omnino in hoc fructu, pulchritudo, vnguentum, nutrimentum, columna, qua ſtabilit tectum. Nam, vt pulchritudo quidem cernitur cum deſiderio, vt vnguentum delectat odoratum, vt nutrimentum pinguefacit corpus, vt columna probet immutabilitatem, vt malum euidens dicetur tectum. Quod enim poteſt excogitari pulchrius ſpectaculum quàm malorum compoſitio, quando benè diſpoſitus fructus continenter in aliquo loco ſuſpinc, & æquabilis ſibi vnitus eſt.* Ne mireris, quod Sponſa expetat fulcimentum à pomis, quæ connexæ, vnitæ, à loco alto ſuſpenſæ, connexionem, & vnionem virtutum referunt, in quibus ſic adunatis, & connexis, & cibus, & pulchritudo, & firmitudo eſt, per quam ægrè, & difficulter poſſunt dimoueri.

§. XXV.

Cæleſtis Panis vnitatem cauſat, non panes terreni.

A Parte Ioſeph vnus ſtabat manipulos, à parte fratrum eius plures manipuli erant, dicente Textu: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere meum manipulum, & ſtare.* Quando cum fratribus laborabat, manipuli ligabantur, pro illo autem vnus manipulus ſurgebat. Nec mirer: in Ioſeph enim cæleſtis Panis collectio adumbrabatur, qui vnionem in ſuis cauſare conſue-
uit. Vt dicat D. Cyprian. ſerm. de Cœna Domini: *Quibus vnus eſt Panis, vnum eſt corpus, & vnanimum: vnum cor, & anima vna, vni Chriſto adhærens.* Sic vnus cæleſtis Panis participes ſuos adunat, & maximè iungit: quod minimè facit Cyprian.
Panis terrenus. Dicebat enim Pſalm. 4. *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.* Quid faciat terrenorum Pſal. 4.
panis, nihil diuidere, & multiplicare ſuos, non ſic Panis cæleſtis? Dicit in præſenti Haymo: *Illi ſunt multiplicati, Haymo.
id eſt, multipliciter diuiſi in appetitu bonorum temporalium: & hoc eſt à fructu frumenti, vini, & olei ſui. Sui, dicit, ad differentiam noſtri frumenti enim noſtrum, eſt Panis, qui de cœlo deſcendit,* &c. Hæc eſt differentia panis terreni, & cæleſtis: terrenus diuiſiones cauſat, cæleſtis vnionem. Vt dicat D. Paul. 1. ad Corinth. 10. *Quoniam vnus Panis, vnum corpus, multi ſumus,* &c. Ex quo vnum Panem cæleſtem par- 1. Cor. 10.
ticipamus, etſi multi ſimus, vnum corpus efficimur. Circa quæ ait Algerus lib. 1. de Sacram. cap. 3. ex Auguſtino: *Exponens nobis hunc Panem Apoſtolus, Vnus Panis, inquit, vnum corpus, multi ſumus. O Sacramentum pietatis! ô ſignum vnitatis! ô vinculum charitatis! Qui vult viuere, habet, vbi viuat, habet, vnde viuat. Non abhorreat à compage membrorum, hæreat corpori, viuet Deo.* Hoc in participatione huius viuifici Alger.
Panis curandum eſt, vt vnum corpus ſiamus, vt intima cum eius membris vnione nectamur, & inde vitam, & ſalutem æternam capiamus. A qua meruit cadere, qui ſine vnitate accedit ad tam ſalubrem paſcuam. Mulieri illi dicebat Dominus Cant. 1. *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos,* &c. Ecce tibi ſubetur non electus agnos paſcere, ſed hædos reprobandos. Et vnde in tantum malum Cant. 1.
venit adeò formoſa mulier, vt nec vnum agnum ducat ad paſcuam; ſed ſolos hædos? Id explicant illa præmiſſa verba: *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum.* Vbi enim non in gregis ſocietate, & vnione ambulat, ſed poſt gregis veſtigia vadit ſeparata, certum eſt, quod nihil non reprobum in hac diuiniſſima menſa paſcet. Ait D. Aug. ſer. 62.
in Ioan. *Ergo exi tu in veſtigiis gregum, non in ſocietate gregis, & paſce hædos tuos, non quemodo Petro dictum eſt, oues meas; Petro dicitur, oues meas. Schiſmatico dicitur, hædos tuos. Hic oues, ibi hædi, hic meas, ibi tuas. Recolite dexteram, & ſiniſtram Iudicis noſtri, recolite, vbi ſtabunt hædi, vbi oues,* &c. Infelix, Auguſt.
cui permittitur à Deo, vt vadat poſt veſtigia gregum ſuorum, vt ſecreti gregi aſſociet: ſed faciat ſciſſuras, ſed aliquos ſibi aſſumat, quos habeat, vt ſuos; qui notentur, quaſi illius ſint, in quo non parum odium gregis acquiritur: is equidem non mandatur, vt paſcat oues Chriſti, ſed relinquitur tempus conſumere in paſcendis hædis ſuis, cum quibus reprobus efficiatur.

§. XXVI.

Res triſtes ab expectantibus ſolent vitari.

AVdientes Ioſephi fratres ſomnium eius de manipulis, aiunt: *Nunquid Rex noſter eris, aut ſubiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum inuidiæ, & odii fomitem miniſtrauit.* Nouerunt in ſomnio auſpicium

 principatus,

principatus & inde odio exardeſcunt in fratrem. Et [illegible] ex fraterni principatus auſpicio non magis timore, & [illegible] uerentia afficiuntur. Et ſomnium, & [illegible] ſignificatam crediderunt conficta fuiſſe ab ambitioſo puero mendacia. Ait Philo in præſenti: *Putaſne, [illegible] putant. Regem te*
Philo. *fore noſtrum, & dominum? Id enim ementita viſione ſubindicas. Atque ita odium magis, ac magis accendebatur.* Expende illud: *Ementita viſione* credebant pueri fuiſſe fictionem, & mendacium, nec adduci poterant, vt crederent, tam odioſum ſibi principatum poſſe expectari. Hoc eſt inſipientium ingenium, quòd nolint res triſtes expectare & inde neſciunt illas vitare. Ideò monebat D. Chryſoſt.
Chryſoſt. hom. 14. de Auarit. ſatius: *Aſſumatur igitur rerum triſtium expectatio, ne quando veniat ipſa rerum triſtium experientia. Ob hoc enim venit experientia quod non adſit expectatio.* Ad cauendam rerum triſtium experientiam, illud optimum remedium eſt, nimirum, quod illarum aſſumatur expectatio [illegible] ipſa ſui expectatione fugiunt res triſtes, quæ eos opprimunt, qui nolunt eas expectare. Clamabat Ionas
Ion. 3. cap. 3. *Adhuc quadraginta dies ſunt, & Niniue ſubuertetur.* Clamabat Ierem. cap. 38. *Quicumque manſerit in ciuitate*
Ierem. 38. *hac, morietur gladio, & [illegible] & peſte.* Niniuitæ autem euaſerunt [illegible] etiam poſt Ionæ annunciationem: Iſraelitæ [illegible] perierunt [illegible] iuxta Ieremiæ vaticinium. Et cur illi [illegible] uaſerunt, & [illegible] perierunt? Niniuitæ expectantes totum [illegible] à Iona prædictum, aduerſus illud [illegible] pœnitentia muniuerunt, & ſic euaſerunt: Iſraelitæ non expectarunt [illegible] à Ieremia nunciatum, & ideo [illegible] perierunt, vt pereunt omnes, qui mala non expectant. Ait [illegible] Chryſoſt. vt ſupra: *Niniuitæ dum [illegible] quæ Propheta prædixerat, imminente calamitatem*
Chryſoſt. *[illegible] expectatione malorum venturorum fregerunt iram Numinis. [illegible] Propheta dicente Ieroſolymam [illegible] acerba [illegible] ſunt [illegible] enim metuent [illegible] vnde liberentur. Qui expectat paupertatem, dum verſatur in diuitiis, haud facilè fiet pauper. Nam quod ab expectatione lucratus [illegible] ab ipſa experientia docet.* Quid ſapientius? Vtinam hanc ebibiſſent mentem huius [illegible] temporis Principes; qui cùm mala imminentia nec credere, nec expectare volunt, omnibus [illegible] illuntur. Dicebat Saluianus lib. 6. de Gubernat. Dei. de [illegible] ſui temporis. *Ita cunctos crimina [illegible] vt nec metuerent periculum ſuum. Præno-*
Saluian. *[illegible] formidabant: ablatus quippe erat à peccatoribus timor, ne [illegible] cautela, ſecundum illud, quod de talibus ſcriptum [illegible] Reg. 26. Quia ſopor Domini irruerat ſuper eos. Sopor [illegible] diſtur, vt perditio ſubſequatur.* Sic ibi.

Gen. 37. Aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me. Quod cùm patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater verò rem tacitus conſiderabat.

§. XXVII.

Principatus, & vniuerſa bona deſectura contemnenda.

VIdet principatus auſpicium Ioſeph per Solem, & Lunam, & ſtellas ſibi adorationem impendentes: ait enim: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Et cur in adoratione præſtita à Sole, & Luna, & ſtellis datur Ioſeph auſpicium principatus? An vt [illegible] ingereretur principatus contemptus? Hanc [illegible] reſides, nempe Sol, Luna & ſtellæ, quæ conditæ erant ad regimen omnium mundialium, [illegible] apparent deiecta, vt [illegible] pedes obuoluantur, eiuſque adorationem præſtent, maximus tunc m[illegible]

[illegible] bonorum, & principatuum [illegible] ingerebatur. [illegible] *[illegible] fugere, & Lunam [illegible].* Quæ ipſa
Caten. Græc. ſic leguntur ex Græcis in Cat. *[illegible] quidem, qui [illegible] Lunam [illegible] Non enim eſt in [illegible]* [illegible] Sanctus [illegible] Solem, & Lunam [illegible]. Et quid per [illegible] oſtendere [illegible] in dectionis ueranti [illegible] cæli luminaria. In oſte[illegible] Solis, & Lunæ contempt[illegible] ingerare omnium mundialium bonorum, & glo[illegible]rum, & principatuum.
Chryſoſt. Chryſoſt. in Cat. Græca. *Quod dicit eſt huiuſmodi. Sicut, quæ in cœlo ſunt aſtra [illegible] ſunt annexa, Sol enim deficit, & Lunam [illegible] extrema hoc fuerit dementia [illegible] terrena ſunt [illegible] ac firma putare? Hæc nimirum [illegible] oblectarent pra[illegible]* Cùm [illegible] in defectione omni [illegible] defectus cœpiſſet monſtrari, ſimul [illegible] contemptus ingerebatur [illegible] eodem cap. 31. *Si*
Iob 31. Chryſoſt. *lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis.* Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. 4. de Auar. *[illegible] quid dicat. Quod ſi delectatus ſum, cùm mihi multæ affluerent diuitiæ, ſi te[illegible] copio[illegible] vim mihi, ſi ſpleatam habui [illegible] lapidibus pretioſis. Quid ais, homo? Non delectatus es diuitiis, affluentibus tibi? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quoniam videbam illarum inſtabilitatem, fluxámque naturam videbam poſſeſſionem haud durabilem.* Itaque inſtabilitas bonorum [illegible] non delectationem in illis, ſed illorum contemptum ingenerabat.

§. XXVIII.

In vno Deo tota felicitas.

DIcit Ioſeph: *Vidi per ſomnium quaſi [illegible], & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Quod ſomnium non in Ioſeph impletum, ſed in Chriſto, probat Auguſt. ſerm. 81. de Tempore. Et quantum eſt ad hoc, quòd ſomnium illud regnum Chriſti, eiúſque adorationem à Maria, & Ioſeph, & Apoſtolis vndecim præſtitam innueret: ego ſto à ſententia [illegible] Auguſtini, ſed & ſimiliter [illegible] multis aliis Doctoribus [illegible] ad Ioſephi regnum [illegible] ferentibus. Nec miror: ſed laudo felicitatem Ioſeph, [illegible] per eadem auſpicia oſtenderetur [illegible] regnum, per quæ oſtendebatur Chriſti regnum [illegible] Deus in vtrâque, in quo [illegible] tota felicitas eſt. Dicebat [illegible] 33. *Benedicam*
Pſal. 33. *Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.* Qui dicit, *[illegible] tempore & ſemper*, [illegible] tempus calamitatis, nec [illegible] excludit, & [illegible] in hoc quam in illo [illegible] Deum [illegible] dum [illegible] ſemper verſetur in ore [illegible] pulcherrime [illegible] Auguſt. ait: *[illegible] Benedicam Do-*
Auguſt. *minum in omni tempore quando dat, benedic[illegible] quando [illegible] benedic [illegible] dat, ille [illegible] non tollit.* In aduerſis bonorum, [illegible] bonorum, cura ſemper benedicere Deum. [illegible] ſit in ore tuo, dum non ſe à te tollat, in ſumma felicitate eris. Siue veniant, ſiue abeant alia bona, ſolus Deus [illegible] aliis bonis te ditat, & omnia regna mundi ſine Deo [illegible] te rapient ad perditionem. Oſtendebat Diabolus omnia
Matth. 4. regna mundi, Matth. cap. 4. & dicebat: *Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me.* Mundi regnum proponit Diabolus ob oculos [illegible] vt ad eam [illegible] trahat. Aſtutè quidem: quia regna mundi ſine Deo non poſſunt non ſecum ferre hominem in interitum. Quò ſpectans D. Cyprian. orat. de ieiun. & tentationibus dicebat de regno oblato à Dæmo-
Cyprian. ne. *Quid vltra [illegible]? Quid amplius, auare, deſideras? Nunquid & ſic poteſt implere ambitio tua, aut ſatiari poteſt fames tua, [illegible] mundi [illegible] dentibus tuis vniuerſa [illegible] Mundum habes, Deum non habes [illegible] tranſibis, & [illegible].* Expende illa: *Mundum habe[illegible] non habes*, &c. [illegible] mundi regna ſine Deo non proficiunt ad [illegible] ſed magis [illegible] D[illegible] *Hæc omnia [illegible] adoraueris me. [illegible]* Deo *[illegible] adorauerit [illegible] quid [illegible] mor-*
[illegible]

tum? Et enim, qui cecidit, proxima mors eſt. Deinde nec illa itaque, quæ promiſit, præſtabit: quomodo enim præſtabit et, qui cecidit? Planè nec regnum verum, nec bonum aliquod habere poteſt, qui cecidit ab amicitia, & gloria Dei.

§. XXIX.

Quò illuſtriores perſonæ, eò obſequentiores & Principi, & Deo.

ITaque aiebat Ioſeph: *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Ecce tibi & Sol, & Luna, & ſtellæ dicuntur, qui adorant Ioſeph; & cùm ille in tota Ægypto regnauerit, cur ſola tredecim hæc aſtra dicuntur illi adorationem præbuiſſe? Cur non magis tenebroſa Ægyptiorum turba dicitur illum adoraſſe; ſed tota adorationis eius ſpecies ſumitur à Sole, & Luna, & ſtellis? Meritò non Ægyptia turba, ſed illuſtriſſimi homines, qui aſtrorum nomine denotentur, oſtenduntur adoraſſe hominem: quò enim illuſtrior eſt creatura, eò obſequentior eſt, & Principi, & Deo. De mari locutus Dominus Iobi cap. 38. ait: *Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia. Et dixi: Vſque huc venies: & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Nec miror, quòd tumentes maris fluctus, ſic diuinæ voci obtemperent, vt nunquam terminum tranſgrediantur. Illis enim ſpeciatim præceptum poſitum eſt, dicente Domino: *Hic confringes tumentes fluctus tuos.* Sed illud mirandum magis, quòd placidi fluctus etiam præcepto obediant: quippe ait D. Baſil. orat. 1. *Mare placidè purpuraſcens adulatur vicina continentis, quaſi mollibus vlnis terram complexus occupet, ſemper Domini præcepto cohibitum, & tantummodo ſingulis momentis audiens ratum: Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida.* Dominus tumentibus fluctibus imperabat, ne tranſirent fines ſuos: at imperio Dei etiam placidiſſimi fluctus ſubiiciebantur. Et quando præceptum præcipuè erat ad tumentes fluctus, cur & placidi fluctus illud obſeruant? Ait Baſil. *Mare placidè purpuraſcens*, &c. quippe de purpuræ honore habebat mare, quòd frequentiùs, & gratiùs ſe ad obſequia terræ præſtanda ſubiiceret. Nunquam enim vera nobilitas, veraque claritas non obſequentior oſtenditur, & officioſior Principi ſuo. Deo ſuo. Locutus Matth. cap. 2. de ſtella Magorum, ait: *Ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſuprà, vbi erat puer.* Ecce tibi, vt clarior ſtella erat, non detrectat ſe aſſuere ſtabulo Ieſu: ſed inde putat Theodotus, non ſtellam fuiſſe, ſed aliquam ſtellis ſuperiorem virtutem. Ait enim orat. de Natiu. Chriſti, habita in append. 5. ad tom. 6. Conc. Epheſ. cap. 2. *Quod autem ait de ſtella, ſtetiſſe eam ſuper puerum, virtutem eſſe denunciauit, quæ apparebat. Nulla enim ſtella, quæ in cælo eſt, clara facta eſt, ſuper puerum ſtans; quoniam ſpatij magnitudo rapiens aſpectum intuitum, neque ſtatum, neque motum ſtellarum manifeſtum ſenſibiliter facit. Ergo relinquens altitudinem ſtella, quæ apparebat, humilior facta eſt, vt natiuitatem Regis oſtenderet.* Equidem, vt virtus erat ſtellis ſuperior, quæ in ſimilitudinem ſtellæ apparebat, ſic non detrectauit altitudinem demittere, & ſe humiliare, vt Regi ſuo obſequium daret.

Iob. 38. — Baſil. — Matth. 2. — Theodot.

§. XXX.

Magna gloria præſtantium virorum, quòd ſciant ſubdi vel viliſſimo ſibi à Deo præpoſito.

MIratis adhuc, quòd dicat Ioſeph: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Et cur ſic Deus turpare voluit cæli aſtra, trahens illa ad hominis adorationem? Nonne magnum dedecus eſt, quòd ſplendidiſſima cæli luminaria, illuſtriſſimi homines ſubiiciantur homini, qui nihil lucis, nihil præſtantiæ oſtendatur habere? Crede mihi: non in hoc turpantur ſydera cæli; ſed maximè augentur. Non enim ad turpitudinem, ſed ad gloriæ augmentum pertinet, quòd clariſſimi viri ſciant ſubdi homini ignoto, & ſub eius imperio degere. Ioan. 21. Dominus ait Petro: *Simon Ioannis, paſce agnos meos: paſce oues meas.* Et quis neget, in iis agnis, & ouibus Chriſti contineri totum illud ſtelliferum ſemen Abrahamo promiſſum Geneſ. 15? Imò cùm agni, & oues ſint Chriſti, ſplendidiores ſunt omnibus luminaribus cæli: ibi multi Principes, multi nobiles, multi ſapientes. Quibus omnibus vnus pauperculus piſcator præponitur. An quòd Deus vellet gregis ſui vilitatem oſtendere in paſtore vili, & abiecto? Abſit: imò inde immenſum gloriæ augmentum in grege oſtendebat, qui cùm tantus eſſet, ſciret ſub vili paſtore regi. Dicebat Arator lib. 1. Hiſtor. Apoſt. loquens de Petro piſcatore: Arator.

Ioan. 21.

Cui tradidit Agnus,
Quos paſſus ſaluauit oues, totúmque per Orbem
Has auget Paſtore gregem.

Non dedecus habet grex Chriſtianus in paſtore abiecto, humili, quin potiùs inde ſumit non paruum gloriæ augmentum. Ad gloriæ augmentum pertinet, quod ſapientia, & prudentia, multiſque aliis virtutibus præditi viri amenti illiterato, & obſcuro homuncioni ſubeſſe. Inde Chriſtiani gregis excellentiam extollebat Iſaias c. 11. fatus. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.* Quis non miretur leonis, aut tauri ingenium, cùm eos videat currere ad puerili ſibilum? Planè magna eſt commendatio & potentium, & illuſtrium virorum, cùm ſeſe infimis norunt ſubiicere. Vt dicat D. Franciſcus apud Cornelium à Lapide, in præſenti: *Quantò contemptibilior eſt, qui præſidet, tantò magis humilitas obedientis placet.* Quis enim non laudet in fortiſſimo leone, quod ſciat ſe ſubdere ſibilo imbecillis paruuli? Iſaiæ 11.

§. XXXI.

Splendor, & pulchritudo ſubditorum, ſplendor, & pulchritudo Principis eſt.

INſuper dicit Ioſeph: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Sic enim ex adorantium lumine, ex ſubditorum ſplendore clariſſimè oſtendebatur, quàm ſplendidus, quam illuſtris Ioſeph erat, qui Princeps illorum eſſet: ſplendor enim, & pulchritudo ſubditorum, ſplendor, & pulchritudo Principis eſt. De Sponſa Dei dicebatur Cant. 9. *Pulchra es, amica mea, ſuauis, & decora, ſicut Ieruſalem.* Cur ſicut Ieruſalem? Cur non dicitur expreſſius pulchra, ſicut ipſe Princeps Ieruſalem? In eo, quòd aſſimilatur pulchritudini Ieruſalem, aſſimilatur pulchritudini Principis eius: ſplendor enim, & pulchritudo ſubditorum, ſplendor, & pulchritudo Principis cenſetur. Vt dicat D. Nicænus hom. 15. in Cant. *Eadem Sponſæ maieſtas etiam per elegantiam Ieroſolymæ ſignificatur, ſupernæ videlicet, illius Ieroſolymæ, liberæ liberorum matris, quam magni Regis ciuitatem eſſe, de Domino dicto intelligimus. Etenim, quæ comprehendit intra ſe non comprehenſibilem, ita vt habitet, & inambulet in ea Deus: hæc per habitantis in ea pulchritudinem ornata, cæleſtis Ieroſolyma fit. Pulchritudo autem ciuitatis Regis, & elegantia; ipſius haud dubie Regis eſt pulchritudo.* Ea eſt pulchritudo Principis, & elegantia, quæ ſplendet in ſubditis. Nequit fieri, quòd Princeps obſcurus ſit, quando eius ſubditi, eius ciuitates, & regnum Sole, & ſtellis oſtenditur ſplendidius. Faciliùs inuenies ſplendidum Principem, cuius ſubditi obſcuri ſint; quam ſplendidos ſubditos, quorum Princeps in eodem ſplendore non ſit. Dicebat Ieſus Actor. 9. *Saule, Saule, cur me perſequeris?* Quæ verba ponderans D. Aug. tract. 58. in Ioann. dixit: *Noluit dicere, ſanctos meos, ſeruos meos; poſtremò honorabiliùs, fratres meos, ſed me, hoc eſt, membra mea, quibus ego ſum caput: Non enim Chriſtus in capite, & non in corpore; ſed Chriſtus totus in capite, & in corpore. Quod enim membra eius, ipſe, quòd autem ipſe, non continuò membra eius.* Expende illa: *Quod enim membra eius, ipſe; quòd autem ipſe, non continuò membra eius.* Quaſi illud ſit certius, quòd ſi ſplendida fuerint membra, ſplendidi fuerint ſubditi; in eodem ſplendore eorum caput, & Princeps; non autem è conuerſo de Principis ſplendore agnoſcuntur in eodem eſſe ſubditi. Vidiſti Dan. 3. caput aureum cum ferreis cruribus, & pedibus fictilibus; ſed vbi audis Cant. 5. *Crura illius, columnæ marmoreæ, quæ fundata ſunt ſuper baſes aureas.* ſtatim vt pedes aureos videris, ſi oculos ad caput leuas, ſimiliter vides: *Caput eius, aurum optimum.* De ſplendore enim membrorum, & ſubditorum ſplendor capitis, & Principis fit. Vt dicat veriſſimè Auguſt. *Quod enim membra eius, ipſe.*

Cant. 9. — Nicæn. — Actor. 9. — Auguſt. — Dan. 3. — Cant. 5. — Auguſt.

§. XXXII.

§. XXXII.

Inde magnus quis oſtenditur, quòd ſuos proſpiciat.

NEmini dubium eſt, quin oſtendatur Ioſepho ſomniis eius regnum in Ægypto futurum propter famem inde depulſam. Cuius regni præſagium in præſenti illud eſt, quod ait: *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Dupliciter oſtenditur eos adoratores Ioſephi, non ad Ægyptios pertinere: in primis id oſtenditur, ex figura luminarium, nimirum, aſtrorum, quæ non competit Ægyptiis, vt qui per tenebras, & caliginem ſoleant exprimi a ſacris Literis. Secundò, oſtenditur ex determinato numero adorantium, qui patentiùs aptatur patri, & matri fratribus Ioſephi, vt ipſi intelligebant. Quando ergo Ioſephi regnum futurum erat in tota Ægypto, & vniuerſis Ægyptiis exitit ſalutare; cur oſtenditur per adorationem non Ægyptiorum, ſed paucorum Iſraelitarum fratrum Ioſephi? Oſtendebatur equidem regnum Ioſephi in eo, quod illi maioris erat indicium gloriæ, & virtutis, nempe, in eo, quòd beneficiis, & ſaturitate in primis ad ſe rapiebat fratres ſuos, cognatoſque. Hæc eſt enim notiſſima virtutis humanæ magnitudo, quod ſuis conſulat, & ſi res tulerit, ſciat ſtare pro illis contra inimicos. Paul. Heb. cap. 11. *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem: Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem Regis.* &c. In quibus illud ponderandum, quod videatur Paulus per aſcenſionem numerare virtutes Moyſis, cùm in primis grandis factus abnegauerit ſe filium filiæ Pharaonis: deinde quid maius præſtitit, cùm fugit Ægyptum: ſed vnde hæc fuga illa abnegatione fuit maioris virtutis, maioris claritatis? Habes Exod. cap. 2. Vt Moyſes fugiendi occaſionem habuit, quòd videns Iſraelitam percuſſum ab Ægyptio, cognati ſui amore ductus occiderit Ægyptium, & Iſraelitam liberarit: in quo ſanè ſuam virtutem oſtendit magnam, quæ nouit pro cognatis, fratribúſque ſuis ſtare. Quò aſpiciens D. Nicæn. hom. 12. in Cant. ait: *Quis ignorat gradus illos quos conſcendit Moſes, qui ſemper maior reddebatur, & nunquam proficiendi ampliùs finem faciebat? Maior factus eſt tunc, cum Ægyptiorum regno ſublimius opprobrium Chriſti duceret, ac Dei cum populo affligi mallet, quàm temporariam peccati fruitionem habere. Rurſum maior factus eſt, cùm, Ægyptio Hebræum ſuperante, hominem alienum à natione ſua, morte mulctat, Iſraelitam propugnans.* Fuit prima Moyſis magnitudo, quòd contemneret Ægypti Aulam: fuit eiuſdem magnitudo ſecunda, quòd *hominem alienum morte mulctat, Iſraelitam propugnans.* Nunquam enim non venit de virtute magna, quod quis ſciat ſibi obſtringere in primis ſuos, & pro illis ſtare.

Hebr. 11.

Exod. 2.

Nicæn.

§. XXXIII.

In Chriſto parui, & deſpecti ſupremas calcant altitudines.

MInimus fratrum Ioſephi dicebat: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Sic minimus puer ſe ſuper aſtra collocat. Et cur puer ſuper aſtra? Ne mireris: oſtendebatur ibi myſterium Chriſti, qui vbi magnus ad terram deſcendit, puſilli homines ſe ſuper aſtra conſtituunt. De Chriſto in cælos aſcendente dicebat Actor. 1. *Videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Nubes, inquam, ſuſcepit eum, vt redderet aſtris. Circa quæ pulchrè ait Arator. lib. 1. in Acta:

Act. 1.

Arator.

Tollitur aſtrigerum rediturus victor in axem,
Et ſecum quod ſumpſit, habet: noua pompa triumphi
Ima Deus petiit, homo ſydera.

Hoc fecit Chriſtus apparens in mundo, quòd magnus ille Deus terrena arua calcaret, modicus, & paruus homo ſuper ſydera videretur conſtitutus. Et ex tunc nunquam non parui, & modici præ aliis ad magnalia eliguntur. Eligendus enim erat vnus, qui in Eccleſiæ corona è duodecim ſtellis vna eſſet. Ait Actor. 1. *Statuerunt duos, Ioſeph, qui vocabatur Barſabas qui cognominatus eſt Iuſtus, & Matthiam: Et cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis.* Ecce tibi relinquitur Iuſtus, & eligitur Matthias, qui teneat Eccleſiæ culmina. Et vnde Matthias placuit magis, quàm qui dicebatur Iuſtus? Matthias idem ſonat, quod Paruus Dei. Ne mireris, quòd in regno Chriſti, qui paruus dicebatur, deberet ſupra culmina conſtitui. Ait Arator lib. 1. in Acta.

Actor. 1.

Arator.

Conſtituere duos, Ioſeph, cognomine Iuſtum,
Matthiámque, Dei Paruum quod nomen, vt aiunt,
Hebræo ſermone ſonat, humilemque vocando
Comprobat, ô quantum diſtant humana ſupernis
Iudicia. Paruus meritis tranſcenditur ille
Laude hominum, qui Iuſtus erat, duodena refulgens
Signa Choro, terreſque iubar ſacculatur Olympi.

Qui paruus nominabatur, præfertur ei, qui dicebatur Iuſtus, & in tantum præfertur, vt inter duodena Apoſtolici chori aſtra radiet, & vel ſuper aſtra conſtitutus lumine ſuo terras illuſtret. Rideat Natura luminaria magna ſua: hæc enim prorſus deiecta videbit, vbi apparuerit modicus, & paruus Chriſti homuncio. Solis, Lunæ, ſtellarúmque luminibus induti erant, & parentes, & maiores natu fratres Ioſephi & ad huius parui pedes deiiciebantur illi. Non aliter. Iſai 1. Reg. 16. obtulit Samueli ſeptem præſtantes filios, quibus Natura dederat in omnibus primas: poſt quos reiectos ipſe fatetur: *Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues.* Quid tunc? Paruulus hic, & fratrum minimus eligitur in Principem. Quò ſpectans ait D. Baſil. Seleuc. orat. 14. *Quos primos Natura produxerat, primos deiicere cogebat Gratia.* Crede mihi, non qui primis radiant Naturæ luminibus; ſed, qui parui Dei ſunt, vocantur in culmina a gratia Chriſti. Heu quoties Naturæ primatus deiectionem pariunt, non culmen!

1. Reg. 16.

Baſil. Sel.

§. XXXIV.

Illa te magis extollunt opera, quæ & tibi, & tuis proficiunt, non quæ ſolùm extraneis.

ET Ægyptiorum ſaluti, & ſuorum fratrum, propriæque ſaluti conſulturat Ioſeph frumenta ſeruans, & diſpergens. Et nihilominùs ſe inter ſuos tantùm adoratum cernit, cùm ait *Vidi per ſomnium Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Ecce tibi totus ſplendor Ioſeph intra ſuos oſtenditur: & quando & toti Ægypti ſaluti conſuluerat, cur ſolùm inter ſuos oſtenditur cultus, & adoratus? Oſtendebatur ibi, quæ opera maximè hominem extollant; nimirum, ea, quæ in primis propriæ, ſuorúmque conſulunt ſaluti. Vidi homines, quorum ſtudium eſt in fundandis, conſtituendiſque operibus piis, quæ extraneis, & alienis proficiant, & de quibus ipſi ſibi, aut ſuis nullum commodum ſpirituale percipiunt. Quos cùm memini, non poſſum ſimul non meminiſſe opera traditoris Iudæ, de quibus ait Matth. 27. *Proiectis argenteis in templo receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in Corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Concilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.* Componite modo Iudæ opera, & Ioſephi opera. Ioſeph congregauit frumentum: Iudas congregauit pecunias. Ioſephi frumentum tandem ſparſum eſt; ſed & Iudæ pecuniæ ſparſæ ſunt. De Ioſephi frumento multa opera pia facta ſunt, tempore famis: & de Iudæ pecuniis facta pia opera fuere; ſed opera pia facta de frumento Ioſeph, & ipſi Ioſepho, & parentibus, & fratribus eius: & toti Ægypto profecerunt: opera autem pia facta de pecuniis Iudæ peregrinis, & alienis ſepeliendis ſeruierunt; vni autem Iudæ non profecerunt, qui inſepultus manſit in terra. Quanta hæc miſeria, profeciſſe aliis, & vni ſibi, ſuiſque deeſſe? Pulchrè rem ponderat Arator lib. 1. in Acta.

Matth. 27.

Arator.

Nam, cùm modò rura paraſſet
Funeris ex pretio, cùm nomine ſanguinis emptum
Ceſſet, ut externus componeret buſta familias
De tantis fecundam bonum caret impius agri
Fertilitate ſui, ſolúſque excluditur arvis.
Quæ monumenta ferunt.

Dant Iudæ nummi ſepulcra peregrinis, & alienis, & inter tot alienorum piiſſimè ſepulta corpora, nummorum dominus manet inſepultus. Caueat Chriſtianus, hæc opera pia facta pecuniis Iudæ, quæ dum peregrinis proſunt

... pellit. Maxime autem Ioſeph ... contulit, & ſibi, & ſuis cuo-...

§. XXXV.

Sub Chriſto Soles multi vtſuntur.

HOc dicebat Ioſeph de regno ſuo: *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me* Vidit ... Ioſeph vnum Solem, & vnam Lunam, & vndecim ſtellas factas ſub imperio ſuo. Vt tu videas, quam ſit ſublimior, & præſtantior Ioſepho meus Chriſtus Dominus Ieſus, cuius ſub imperio non vnus, ſed multi Soles ſunt, & luminaria multa. Aiebat Ioannes Apocal. 21. *Et vidi cælum nouum, & terram nouam.* Sic enim apparebat Eccleſia Chriſti, quaſi nouum cælum, & noua terra eſſet, iuxta communem ſententiam Expoſitorum. Et in quo ſe oſtendebat cælum nouum? Plane in eo, quòd non vnum, ſed multos Soles habebat. Quid magis nouum, quam quòd cælum multis ſplendeat Solibus. Ad hæc dicit D. Nicæn. hom. 13. in Cant. Opificium Eccleſiæ quaſi quædam mundi creatio eſt, in qua ſecundum illam Vatis vocem & cælum nouum creatur, quod eſt firmamentum fidei in Chriſtum, & terra noua paratur, quæ imbrem in ſe delatum bibat, & alius homo formatur, qui per generationem ſupernam renouatur ad imaginem Creatoris, & luminarium natura fit alia, de quibus dicitur: Vos eſtis mundi lumina: *Nec ſolum hoc nouum eſt in illo nouo rerum opificio, quod magnam ſyderum multitudinem in eo condat Verbum, ſed, quòd etiam Soles multi creentur, qui bonorum operum radiis Orbem illuſtreant ſic enim ait, qui Soles eiuſmodi condidit. Fulgebunt iuſti, tanquàm Sol.* Non equidem nouum cælum Eccleſiæ, quod eſt in Chriſto, reducitur ad vnius Solis anguſtias, tot ſunt ſub Chriſto Soles, quot iuſti.

§. XXXVI.

Dei aduentus trahit lumina, diſceſſus nubila.

RVrſus pondero illud, quod ait: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas undecim adorare me.* Vt enim, teſte Ruperto, & Iſidoro, in Ioſeph Chriſtus inter homines apparens repræſentabatur, ſic Solem, & Lunam, & ſtellas ſecum trahebat. Dei enim aduentus ad nos lumina trahit, quæ diſcedente Deo in tenebroſas nubes tranſeunt. Iacob poſt luctam factam cum Deo Gen. 32. *Vocauit nomen loci illius, Phanuel, dicens. Vidi Dominum facie ad faciem: & ſalua facta eſt anima mea. Ortúſque eſt ei ſtatim Sol, poſtquàm tranſgreſſus eſt Phanuel.* Ecce tibi & Deus Iacobo apparens, illique aſtans, & ſimul Sol oriebatur, quaſi inde Diuinitas clareat, quòd ſecum Soles afferat. Vt dicat D. Athanaſ. ſerm. 4. contra Arrian. *Hoc cùm Patriarcha Iacob vidiſſet, benedictionem meruit, & pro Iacob Iſrael appellatus eſt ab eo, quemadmodum ſacra Scriptura teſtatur. Sol autem illi exoriebatur, cùm tranſiret ſpecies Dei.* Neſcit enim Deus ad nos tranſire, aut per nos, quin & Soles, & lumina in nobis cauſet. De famulatu enim lucis agnoſcitur diuinus aduentus, vt de nubilis, & tenebris eius diſceſſus patet. Ieſum recèns natum quærentes Magi dicebant Matth. 2. *Vidimus ſtellam eius.* Signum erat aduenientis Dei, quòd noua lux, noua ſtella cœpiſſet radiare. Quò ſpectans Arator lib. 1. in Acta pulchrè canit:

> *Stella comes progreſſu Magos, venientia honore*
> *Militat, obſequio nubes famulatur eunti.*

Quippe cùm à nobis diſcederet Deus, vt in cælum ſe reciperet Actor. 1. *Nubes ſuſcepit eum ab oculis*, &c. cùm autem ad nos veniret, ſtella præegrediebatur venientis honori militans: nunquam enim deſunt lumina aduenienti Deo ad nos, vt diſcedentem comitantur nubila. Cùm Ieſus eſſet in Cruce, ait Matth. cap. 27. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram.* Cur tunc tenebræ? Diſcedebat tuncà mundo Ieſu ſpiritus, & Deus ſe ſe elongabat à Iudæis, & cum diſcedente Deo, neceſſum erat, vt nubila, & tenebræ venirent. Ait Anaſtaſ. Sinaita lib. 5. Hexam. *Tunc Sol, tanquàm verus Chriſti typus, ſimul cum Chriſto (erat miſerens) eſt paſſus, & cùm defeciſſet ampullula eius anima ex proprio eius corpore, ſimul etiam defecit Sol ex cæleſti ſuo corpore Firmamenti. & cùm Chriſtus ſubiiſſet Inferos, ſimul etiam cum eo Sol ſubiit, nocte adueniente.* Ecce tibi, vt omnino Ieſu greſſus Sol ſequebatur; præſentem apud nos lumine ſuo comitatur, & diſcedentem, ſic etiam comitatur, vt nos in tenebris, & nocte deſinat, & ipſe cum Ieſu abeat.

Apoc. 21.

Nicæn.

Geneſ. 32.

Actor. 1.

Matth. 27.

Anaſtaſ.

§. XXXVII.

Quales intus in anima, Deo ſumus, ſolet oſtendi in vultu noſtra externa ſubſtantia.

ILla erant verba Ioſeph, nimirum: *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Quibus certum eſt, quod oſtendebatur cultus, & adoratio exhibita Ioſeph a domeſticis ſuis fratribus, & cognatis. Et cur ij ſub clariſſimorum aſtrorum ſpecie oſtendebantur Ioſepho monſtrare? Erat Ioſephi anima candidiſſima, virtutum luce apud Deum illuſtris, fulgentiſſima florens caſtitate, quod Deus ſimul oſtendebat in vultu ei miniſtrantium: ſæpiſſimè enim in externæ ſubſtantiæ hominis vultu apparet, qualis ipſe ſit Deo in anima Matthæi cap. 27 poſt Chriſtum crucifixum, *Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram.* Et cur tunc Iudæorum terra tenebris obuoluebatur, niſi vt in illis externis tenebris terram eorum opprimentibus oſtenderentur, quales intrinſecùs eſſent eorum animæ? Ait D. Leo ſer. de Paſſ. 2. *In vos ergo, Iudæi, cælum. & terra ſententiam tulit, vobis Sol ſeruitutem ſuam, diémque ſubtraxit, vobis famulatum ſuum elementorum ordines denegauerunt, & recedente à legibus ſuis miniſterio creaturæ, veſtra obcæcatio, veſtra eſt ſignificata confuſio.* Quales erant Iudæi in anima, obſcurati Solis facies, & elementorum confuſio ſignificabant. Non aliter Geneſ. 7 ait: *Cúmque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ diluuij inundauerunt ſuper terram.* Sic aquarum fluenta vniuerſam terram inundarunt, vt ibi oſtenderetur, quam inundabant animas hominum intrinſecùs fluenta improbitatum. Vt dicat D. Baſil. Seleuc orat. 6. *Mundum vniuerſum cum hominibus ipſis meritum recipere aquas, atque ante diluuium improbitate fluctuatam, & naufragium paſſum eſſe.* Itaque hominum mentes naufragas, & improbitate fluctuatas excepit diluuium aquarum, vt externa fluenta perdentia homines ſignarent fluxum illum peccatorum, quo animæ perdebantur. Sic Ioan. 2. cùm Ieſus eſſet in nuptiis, dicit ei Mater: *Vinum non habent.* Quæ meditatus D. Cyprianus epiſt. 63. ait: *Quia apud Iudæos defecerat gratia ſpiritualis, defecit et vinum.* Defectus internos gratiæ ſignabat externus defectus bonorum temporalium, vt ea vultu externorum bonorum conſpici poſſit, qualis homo interior apud Deum habeatur.

Matth. 27.

Leo.

Geneſ. 7.

Baſil. Sel.

Cyprian.

§. XXXVIII.

Homini curandum in perfectius aſcendere.

INſuper ponderandum quod ait Ioſeph: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* Paulo ante viderat manipulum ſuum adorari a manipulis fratrum: ait enim: *Putabam nos ligare manipulos in agro, veſtróſque manipulos meum adorare.* Iam non ſuum manipulum a manipulis fratrum adorari; ſed ſe à Sole, & Luna, & ſtellis adorari videbat. Vt hinc diſcamus, quàm omnes debeamus ad altiora eleuari. Dicebat Dominus Cant. 2. *Surge, propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.* Non ſemel petit, vt ſurgat, ſed bis, & ter, ait: *Surge, propera, veni.* Vt ſic oſtendat, quam nunquam ſit ſiſtendum, ſed ſemper progrediendum ad melius. Circa quæ ait D. Nicæn. hom. 5. in Cant. *Surge, & cùm veniſſet, dicit Veni. Neque enim is, qui verè ſurgit, vnquam deſinit ſemper ſurgere: neque is, qui currit ad Dominum, vnquam conſumetur amplum, & latum campi ſpatium ad diuinum curſum conficiendum. Oportet enim ſemper ſurgere, & excitari, & per curſum appropinquando nunquam ceſſare. Quamobrem, quoties dicit: Surge, & veni, toties ad id, quod eſt melius, aſcenſiones, ea, quæ deinceps ſequantur, à Verbo adiiciuntur.* Ea debet eſſe cura homini, vt non hæreat; ſed ſemper ad celſiora aſcendat, quod ſi aliquid perfectionis teneat, ſemper nitatur aliquid aliud perfectius tenere. Quò aſpiciens

2. Corinth. 3. ciens Apoſt. ... ad Cor. 3. *Nos verò omnes, reuelata facie, gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Quaſi in nulla claritate ſiſtamus, ſed ab vna claritate ad aliam illuſtriorem, & perfectiorem aſcendamus. Ex quo ait D. Nicæn. ſup. *Nam, quod ... pulchra ... fieri, apertè admonet, & ſuggerit ... Apoſtolicum, iubens eandem imaginem à gloria transformare in gloriam, ... vt ſemper videatur eſſe gloria, quod accipitur, & quod ſemper inuenitur, & licet ſit magnum, & excelſum, credatur eſſe minimum eo, quod ſperatur.* Vt videas, quàm in nulla claritate, aut gloria ſit tibi ſiſtendum, ſed ad aliam perfectiorem progrediendum.

§. XXXIX.

Beneficia multiplicanda, vt non perdantur.

DEnique dixit Ioſeph: *Vidi per ſomnium, quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas vndecim adorare me.* In quo futuri ... initium percepit. Sed paulò antè viderat ſomnium id ipſum portendens, nimirum, ait: *Putabam nos ligare manipulos in agro ... veſtroſque manipulos adorare manipulum meum.* Et cur non hoc primo auſpicio ... data contenta fuit diuina prouidentia? Cur neceſſum fuit, id ipſum repetere? Perderetur prorſus memoria beneficij, niſi ... addito altero ... Ad hæc Seneca lib. 2. ... cap. ... *Perdit agricola, quod ſparſit, ſi labores ſuos deſerit ... Multâ cura ſata producuntur ad ſegetem. Eadem beneficiorum eſt conditio. Nunquid vlla maiora poſſunt eſſe, quàm quæ in liberos patres conferunt? Nec tamen tuta*
Seneca. *ſunt, ſi in infantia deſerantur, niſi longa pietas munus ſuum nutriat.* Quid plura? Fructus perdet agricola, niſi ſemini iacto addat labores: filius item perdetur, ſi in infan-
Iſaia 1. tia relinquatur à parentibus. Nouis ſemper additis conſeruet beneficia, qui ea perdere nolit. Aiebat Iſaias cap. 1.
Cyrill. Al. *Filios enutriui, & exaltaui.* D. Cyril. Alex. legit: *Filios genui, & enexi.* non ſolum genuit filios, ſed illos additis nutrimentis aluit, & euexit. Quid enim præſtaret genuiſſe, ſi non aleret? Ait D. Cyril. ibi: *Genui filios, neque id modò, ſed enexi, id eſt, enutriui. Liberatus quippe Iſrael, non deſertus, ac deſtitutus auxilio diuino fuit, non amore diuino expers; vtpote, qui tanquàm filius à patre verè filiorum amante, & indulgentiſſimo nutriebatur. Panem itaque cæli ... dedit illis, &c.* Quippe Deus Iſraelitas extrahens à dura Ægypti ſeruitute, quaſi illos tunc genuit, nec tunc illos deſeruit, ſed in ſuper addidit alia multa, quibus illos aluit, eduxit, euexit. Sic enim multiplicanda ſunt beneficia, quæ non cupimus perdere.

§. XL.

Non parum eſt reprehenſibilis, qui amat dominari inter fratres.

REgni venturi auſpicia in ſomniis habita narrauit Ioſeph & patri, & fratribus. Quid tunc? *Increpauit eum pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te?* Ideò increpauit eum bonus pater; quia oſtendebat per ſomniorum narrationem, quàm hilariter tumeret principatum inter fratres, quod reprehenſione non caret. Sic Phi-
Philo. lo lib. de Ioſeph, ait: *Grauiter autem obiurgabat filium, timens, ne quid ille peccaret. Poteſtne, inquit, fieri, vt ego, materque, & fratres adoremus te? Nam per Solem patrem, per Lunam matrem, per vndecim ſtellas fratres ſignare videris, quod cane ne vnquam in mentem tibi, mi puer, veniat. Trade potius obliuioni viſiones iſtas nefarias. Nam ſperare, & expectare principatum inter domeſticos, res abominanda eſt.* Vt abominandus, ita auidus cuiquam eſt affectus, quo inter fratres ſuos dominari affectet, illóſque habere ... ſubditos, quos pares, & æquales fecit natura. Quod in homine ſuo cauebat Deus, cum Gen. 1. ait: *Faciamus hominem ad imaginem, &*
Gen. 1. *ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris.* ... Nicæni, qui orat. de hominis creatione, ponit ta-
Nicæn. ... imagine ... in ... conſtitutæ in principatu ... quod præſit piſcibus maris. Vt dicat ... apud ... ponianum. *In hoc maximè factus ... homo ad imaginem Dei, in quo irrationabilibus animantibus* antecedit. Quaſi Deus non alium v... niſi ... nunc principatum, niſi illum, qui ... imago. Vt enim principatus diuinus non ... reſpectu perſonarum diuinarum, in quibus æqualitas naturæ ſeruatur, adeò vt altera nec poſſit, nec velit alterius dominari, ſed totus illarum principatus eſt reſpectu aliarum naturarum à diuinis alieniſſimarum: ſic humanus principatus non ſit reſpectu fratrum, & cognatorum, ſed reſpectu animalium. Quò trahenda ſunt dicta Tom. 1. in Euang. lib. 5. cap. 2. § 9.

§. XLI.

Pater non eſt, apud quem priſtini filiorum errores ſemper ſunt in ſua turpitudine.

AVdit Iacob, filium Ioſephum adorandum eſſe à Sole, & Luna, & ſtellis, & non dubitat per ſtellas intelligi debere Ioſephi fratres. ait enim: *Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram?* Ioſeph non dixit, ſibi adorationem impendendam à fratribus, ſed ab ſtellis. Cur, bone, putas, ſtellas eſſe Ioſephi fratres? Nonne fratres ij ſunt, qui apud te fuerunt accuſati de crimine peſſimo? Quid criminoſi cum ſtellis? Quos criminibus obſcuratos audis, cur illos ſtellas eſſe interpretaris? Audierat pater crimina filiorum: ſed non cenſebat filios adhuc in illis durare; ſed ab illis credebat expiatos, & lucidos virtutibus factos. Non enim patris eſt, ſemel audita filiorum crimina ſemper ob oculos habere, & iuxta illa, etiam poſt longa tempora, illos iudicare. Poſt filium illum prodigum conuiuio exceptum à patre, venit alter ſenior filius, qui indignè ferens aduentum fratris dicebat patri ſuo, Luc. cap. 15. *Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam* Luc. 15.
mandatum tuum præteriui, & nunquam dediſti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: ſed poſtquàm filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus venit, occidiſti ei vitulum, &c. Deuorarat equidem prodigus iſte ſubſtantiam ſuam, cum meretricibus, ſed iam ab illis receſſerat, iam ille reuerſus fuerat, iam ſtola prima indutus, & nitidus aſſidebat immaculati vituli conuiuio; & adhuc frater ſenior ob oculos habet illius priſtinam luxuriam, illámque ei exprobrat. Cur non magis videt iſte fratrem nitentem in conuiuio, quàm ſordentem apud meretrices? Fallor, ſi quid paterni affectus erat in homine iſto, cui priſtinæ fratris ſordes ſemper erant ob oculos, nec vnquam credebatur ille factus nitidior. Pro quo dicebat
D. Chryſolog. ſerm. 5. *Dum fratrem priſtinum iudicat, & horret* Chryſol.
ex moribus, ipſe paternis bonis ... eximit, ipſe ſe paternis excludit gaudiis. Planè, quidquid patris eſt, perdit, qui fratrem priſtinis & iudicat, & horret ex moribus.

CAPVT III.

Ioſephi venditio.

TEXTVS HISTORIA.

IOSEPHI ſomnia inuidos fratres, & cogitabundum patrem reddiderunt. Qui Ioſephum in Sichimorum arua miſit, vt ſibi quamprimum renunciaret, ſi feliciter in loco ſuſpecto, poſt Dinæ caſum, agerent fratres. Bonos, impigerque puer non tardat exquirere in Sichimis fratres, quos inde iam profectos ſequitur vſque ad Dothain. Vt illi accedentem nouerunt, ſomniorum recordatione exagitati in Ioſephi vitam inſurgunt, quam ſubitò abſtuliſſent, niſi multis eos Rubenus traheret, ne manus fraterno ſanguine fœdarent, ſed magis eum in profundiſſimum puteum, qui propè ſine aquis erat, demitterent. Rapitur ergo innocens puer, tunica exuitur polymita, & ... fune, in alto deponitur putei. Succeſſit iam ... conuiuium, quo ... oblectabar... ... apparent ... aromata multa in Ægyptum deportantes. Arripuit ... neceſſitatem

nem Iudas mortis eripiendi fratrem ; quem vendendum potiùs Iſmaelitis perſuaſit : nec mora, amor pecuniæ, ne‑cis excuſſa cogitatione Ioſephum, eodem cum illis ſatu editum à morte in apertam ſeruitutem vindicauit. ha eſt ſouidorum humanitas. Tunc 20 ſpeciem ædis pueri tunicam compoſitam, multo reſperſam ſanguine, patris offerunt oculis, morte mentita, inconſolabilem luctum ſciunt non dubitant ingenerare Non aderat Rubenus ven‑ditioni, qui poſt depoſitum in puteo puerum diſceſſe‑rat, vt in ſimilem diſceſſum fratres haberet : quò ipſe veniens extraheret Ioſephum, & incolumem redde‑ret patri. Vbi autem redit, nec puerum inuenit, totum ſe effudit in amariſſimas lacrymas. Luget Iacob ; luget Rubenus Ioſephi calamitatem : ille, quia putat à fera di‑laceratum ; hic, quia ſcit perditum à rabidiore feris inui‑dia fratrum. Interea puer ducitur in Ægyptum, & ſecun‑dò ponitur ſub haſta, emitúrq; ue à Putiphare, qui Princeps Pharaonis militiæ habebatur.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

QVAM cæcæ, quam incertæ ſunt prouidentiæ humanæ ! Ecce vobis Ioſephi fratres nihil magis curant, quàm ut principatum Ioſephi in ſom‑nis viſum depellant, & ſimul venditionem eius moliun‑tur, qua ſomnia vera euadent.

Geneſ. 37. Cumque fratres illius in paſcen‑dis gregibus patris morarentur in Si‑chem, dixit ad eum Iſraël : Fratres tui pa‑ſcunt in Sichimis : veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente, Præſtò ſum, ait ei : Vade, & vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora : & renuncia mihi, quid agatur. Miſſus de valle Hebron ve‑nit in Sichem : inuenítque eum vir er‑rantem in agro, & interrogauit, quid quæreret. At ille reſpondit : Fratres meos quæro, *&c.*

§. I.

In difficultatibus ſuperandis vel ea iſſimis virtus diuina claret.

[illegible] delectabatur vnguentis, ac [illegible], &c. Licèt in deliciis eſſet aliquando Dauid, & aliquando in peccatis, tamen & erat in prophetia de Chriſto, quem vbi prophetabat, venerabatur, & totis præcordiis amabat. At Principes Ieroſolymitani in conuiuiis, & ebrietatibus poſiti, Chriſtum ob oculos obuerſantem abominabantur; ſic miſere perdebantur. Sic multi accuſati de adulteriis, ſibi cum Dauidis adulterio adulantur, credentes ſe id agere, quod Dauid. Falluntur tamen grauiter: quia Dauid, etſi peccaret, vbi propheticis oculis Chriſtum a longe videbat, totus in eius obſequium ferebatur: at illi deliciarum, ſcelerúmque ſerui, vbi ad templa perueniunt, in quibus Chriſtus manifeſtus apparet, non dubitant in eius præſentia ſuis ſeruire voluptatibus, nullámque ei reuerentiam volunt præſtare: quo extremum ſuum exitium teſtantur.

§. XVIII.

Cibus euchariſticus homines trahit in meliorem frugem.

COmedentes, & bibentes fratres conſilium de occidendo Ioſeph [illegible] dicit enim Textus: *Et ſedentes, vt comederent panem, viderunt Iſmaelitas [illegible] venire de Galaad, portantes aromata. Dixit ergo Iudas fratribus ſuis: & extrahentes eum de ciſterna vendiderunt*, &c. [illegible] cibos [illegible] animum, [illegible] occidere decreuerant. Ait D. Ephrem: *Fratres Ioſeph comedentes ſimul vendiderant eum, quem prepoſitæ [illegible] ſagulauerant.* Nec [illegible] in [illegible] vbi autem ad cibum acceſſerunt, [illegible] ſunt in leniorem venire ſententiam, & illum Iſmaelitis vendiderunt. Crede mihi ſi ad cibum euchariſticum acceſſeris, nunquam non in meliorem frugem mutatus inueneris. Ad hæc [illegible] Cant. 5. dicens: *Bibite, & inebriamini, charisſimi.* Non ſolum hortamur bibere in menſa euchariſtica, ſed & inebriari. At locutus Dominus Matth. 26. dicit: *Bibite ex eo omnes.* Ad potum inuitat, de ebrietate prorſus ſilet. Et quando Sponſa ad potum, & ebrietatem inuitat, cur Sponſus potum ſolum proponit, de ebrietate nihil dicit? An aliud Sponſa, aliud Sponſus vult in hoc viuifico conuiuio? Abſit: idem prorſus eſt, quod petit Sponſa in Canticis, & quod accidit in Euangelio bibentibus potum euchariſticum. Qui potus nunquam ſumitur, quin [illegible] ebrietatem efficiat, qua ſopitus animus circa hæc ſenſibilia, in [illegible] ſe [illegible] Ait D. Nicæn. hom. [illegible] in Cant. *Si diligenter fuerit examinatam, [illegible] Euangelij. Quod enim hic verba [illegible] hoc [illegible] quod quidem omnis ebrietas ſolet efficere, vt mens [illegible] apparata. Quod ergo hic hortatur, hoc tunc quoque factum eſt per diuinum illum cibum, & potum. & ſe [illegible] ſimul conueniente cum cibo, & pari mutatione, & [illegible] à deterioribus ad ea, quæ ſunt meliora.* Nunquam non de euchariſtico conuiuio dignè ſumpto illud efficitur, quo quis ſe recipiat in meliorem frugem. Quò ſpectans Iſaias cap. 65. ait: *Lupus, & agnus paſcentur ſimul; & leo, & bos comedent paleas; & ſerpenti puluis panis eius; non nocebunt, neque occident*, &c. Circa quæ ait D. Cyril. Alex. *Etenim hi deteſtandi quondam, & immundi, & belluina brutalitate pectus refertum habentes, hi nihil nocebunt, inquit, neque perdent quenquam. Comedent enim cum manſuetis efferata. Deliciæ verò illis Chriſtus panis viuus. Nutrit etiam carne propria*, &c. Ecce tibi de cibo, & potu euchariſtici conuiuij habent effectum mæ quæque mentes, quo deponant feritatem, crudelitatem, & in manſuetudinem tranſeant.

Ephrem.

Cant. 5.

Matth. 26.

Nicæn.

Iſaia 65.

Cyril. Alex.

§. XIX.

Auaritia ineptos facit ad gubernandum.

NE oſtenſum in ſomnus regnum acciperet Ioſeph, *Extrahentes eum de ciſterna vendiderunt*, &c. Et quid tunc? Ait D. Chryſoſt. hom. [illegible] locutus de præſenti [illegible] *Ii quidem, qui [illegible] facturi inſidias regnum adeptus eſt. [illegible] qui ſtruxerant, ſeruierant. Adorabatur ille, hi adorabant.*

Chryſoſt.

adorabant. Et tot filiis Iacob vnus Ioſeph, qui pro ſeruum venundatus eſt, Rex conſtitutus apparuit. Cæteri autem omnes, qui illum in ſeruitutem miſerunt, ſerui facti ſunt. Et cur ſeruitus, quæ Iacobi filios humiliauit, vnum Ioſephum in regnum exaltauit? De illorum factione in Ioſeph locutus D. Baſil. Sel. orat. 8. ait: *Amor pecuniæ, non ex vlla cogitatione, Ioſephum eodem cum illo ſatu editum à morte in apertam ſeruitutem vendicauit.* Planè amor pecuniæ, qui in illos adeò valuit, vt ſi fratrem venderent, ſic illos ſeruos oſtendit, vt ne quid nobile, ne quid regium poſſent ſpirare. Auari enim, & pecuniæ amatores prorſus inepti ſunt, vt regimen hominum poſſint occupare. Hinc Dauid Pſal. 108. prouidens Iudam in Apoſtolum, & Eccleſiæ Principem aſſumptum, clamabat: *Epiſcopatum eius accipiat alter.* quaſi iam ex tunc notaret eius ad principatum ineptitudinem. Et quæ affectio ſic oſtendebat ineptum Epiſcopatu? Ait D. Chryſoſt. hom. 1. [illegible] in Matth. *Patet, peſtiferum eſſe auaritiæ morbum in quem & Iudas cùm incidiſſet, proditor factus eſt: vbique certè auarus inutilis eſt, neque ad imperandum exercitui, neque vt preſit populo commodus.* Quid mirum, quòd Dauid prævidens Iudæ auaram mentem, tam anxiè clamaret, vt ab Epiſcopatu, & Prælatura tolleretur? Ad nullas Præfecturas commodus eſſe poteſt auarus, qui vel pro obolo ſeruando, vel teruncio cuſtodiendo omnes [illegible] obligationes vel iuſtitiæ, vel æquitatis, vel charitatis contemnet. Et clariſſima alia incommoda non [illegible], intentus toto animo, ne lens de ſacculo elapſa fuerit. Ægyptia meretrix oſtendens in manu ſua pallium Ioſeph, perſuadebat marito iuuenis auſum dicens Geneſ. 39. *Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus, vt illuderet mihi.* Ea erat vox fœminæ: at pallium in manu detentum, apertiſſimè oſtendebat iuuenis innocentiam: non enim pallium relinquit, qui aggreditur, ſed, qui ab aggreſſore quolibet modo euadere contendit. Quod teſtimonium euidentiſſimum minimè Putiphar attendit. Et cur in re adeò clara cæcutiit homo? Creditur Putiphar Princeps fuiſſe coquorum, & in rebus culinæ occupatus, & inde ad res grauiores minimè attentus. Ait Philo ibi: Non animaduertit veſtem, quam ab adoleſcente relictam mulier proferebat, eſſe indicium violentiæ, ſed mulieris, ipſius verò adoleſcentis patientiæ. Nam, ſi vim tentaſſet inferre dominæ, retinuiſſet eius amiculum: nunc reluctans ſuo pallio ſpoliatus eſt. *Verùm huius inſcitiæ venia fortaſſe danda eſt ei, qui degens in culina inter laniones, & fumos, ac cineres, non poterat vacare cauſæ cognoſcendæ, vt poſtulat ratio, immerſus rebus corporis.* Quid pulchrius? Quantum hoc documentum ad Prælatos, quos ſordida auaritia detinet in culina, inter eſcarum partitiones, inter cuſtodias minutarum rerum, vt oleum, vt acetum aſſeruetur, ne vel cicer perdatur. Fallar, ſi his receſſibus corporis immerſi poſſunt vacare grauiori cauſæ cognoſcendæ, vt ratio poſtulat. Ineptiſſimos hos dixerim ad regimen hominum tenendum.

Baſil. Sel.

Pſal. 108.

Chryſoſt.

Geneſ. 39.

Philo.

§. XX.

Per Chriſtianas virtutes gratiſſimus odor fit Deo, & hominibus.

AIt Text. *Viderunt Iſmaelitas viatores, venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & reſinam, & ſtacten in Ægyptum & extrahentes eum de ciſterna vendiderunt,* &c. Ecce tibi Ioſeph venditur negotiatoribus aromatum, quaſi ipſe non tam ad alias merces, quam ad aromatum merces pertineat. Nec mirum: referebat enim iam tunc Chriſtum, iuxta D. Auguſt. ſerm. 81. de temp. vbi ait: *Ioſeph per conſilium Iudæ triginta argenteis diſtrahitur, & Chriſtus per conſilium Iudæ Iſcariotis eodem numero venundatur.* Et de Chriſtianarum virtutum æmulatione ad aromatum merces non minùs odorus tranſiuit. Dicebat Paul. 2. ad Corinth. 2. *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo.* Et in quo fiebant Apoſtoli bonus odor Chriſti? Ait D. Chryſoſt. homil. 5. in 2. ad Corinth. *Hoc ſignificat boni odoris vocabulum, quoniam quotidie immolantur propter Chriſtum.* Per mortificationem, & vitam item Chriſtianam, ſuauiſſimi fuſi odores, qui & Deum, & homines recreare poſſimus. Hinc Ioan. 1. dicebat Ieſus Nathanaeli *Cum eras ſub ficu, vidi te.* Sponſæ autem dicebat Dominus Cant. 8. *Sub arbore malo ſuſcitaui te.* Nathanael ſolùm viſus ſub ficu: Sponſa autem Chriſti & viſa, & ſuſcitata ſub arbore malo. Et cur ille ſolùm viſus, hæc autem & ſuſcitata? Erat Nathanael ſub ficu, quæ referebat Synagogam, in qua etſi virtutes erant, non tamen adeò odoræ erant illæ virtutes, & ideò ſolum videbantur. Sponſa autem erat ſub arbore malo, nempe, Eccleſia Chriſti, cuius & virtutes referebat, & confeſſionem faciebat, gratiſſimos diffundebat odores, qui & Deum, & homines ſuauitate perfunderent. Ait D. Ambroſ. lib. de Iſaac, & anima, cap. 8. *Bona anima, quæ requieſcit ſub arbore fructiferà, & maximè boni odoris. Nam, ſi Nathanael bonus, in quo dolus non erat, ſub arbore fici viſus eſt, vtique bona anima, quæ ſub arbore mali eleuata eſt ſponſo ſuo. Plus eſt enim eleuare, quàm videri. Nam, etſi Nathanael videbatur ſub arbore; tamen anima eius ſponſa non erat, quia dubius veniebat ad Chriſtum. Ideò iſta ſub arbore mali, ille ſub ficu, quia hæc confeſſionis ſuæ odorem diffundebat longiùs, ille habebat ſuauitatis innocentiæ ſuauitatem, fragrantiam ſpiritus non habebat.* Illa ſola anima bonus odor Deo, & hominibus fiebat, quæ Chriſtum referebat, eiuſque virtutes & confitebatur, & docebat. Dicebat Martha Ioan. 11. loquuta de Lazaro ſtatim ſuſcitando à Ieſu, & pro gloria Ieſu euulganda mortuo: *Iam fœtet, quatriduanus eſt.* Et vnde iam certò auſa eſt aſſeuerare, quod fœteret? Ex eo, quòd adhuc nihil virtutis Chriſti perſpiciebat. Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 41. *Dicit: Iam fœtet. Meritò itaque dicebam, quòd quæ Chriſtus diceret, muliercula non intelligeret.* Si intelligeret virtutem Chriſti in illo mortuo oſtendendam, non illum ad fœtorem, ſed ad ſuauiſſimum, vitaliſſimumque odorem crederet pertinere.

August.

Cor. 2.

Chryſoſt.

Ioan. 1.

Cant. 8.

Ambroſ.

Ioan. 11.

Baſil. Sel.

§. XXI.

Chriſtus vel à fœtentibus, & ſqualentibus ſuauiſſimos odores halare facit.

ADhuc pondero illa: *Viderunt Iſmaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & reſinam, & ſtacten in Ægyptum & extrahentes eum de ciſterna vendiderunt eum Iſmaelitis.* Venditus eſt itaque Ioſeph Iſmaelitis mercatoribus aromatum, qui non acceperunt in Ioſeph aromata, ſed ipſi ante acceptum Ioſeph multa aromata habebant. Non enim de Ioſeph, ſed de Ieſu accepta & aromata, & ſuauiſſimi odores veniunt, vt qui poſſit fœtidiſſimos quoſque odoratiſſimos reddere. Quo ſpectans dicebat ſponſa Cant. 1. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Pectori ſuo aptat Ieſum dilectum ſuum, tanquam odorum myrrhæ faſciculum. Et cur ſic aptat pectori ſuo Ieſum? Nota eſt omnibus fama, Hebræorum corpora fœtentia fuiſſe; & ideò vtebantur illi tot lauacris, tot pretioſorum vnguentorum vnctionibus. Præcipuè quæ nuptiali thalamo parabantur puellæ, multis vnguentis liniebantur, vt gratæ maritis eſſent. Cum his ergo loquuta Dei Sponſa oſtendit, vnde ipſa ſibi comparet odores, quibus grata ſit Sponſo, nempe ex vno Chriſto, qui adhibitus pectori, & graueolentiam eliminat, & ſuauiſſimam fragrantiam præſtat. Accipite D. Nicænum hom. 3. in Cant. ſanctam: Aiunt ſtudio ſui ornandi mulieres, non ſolùm externis procurare ornamentis vt ſint amabiles iis, qui cum ipſis viuunt, ſed etiam dare operam, vt per quandam ſuaueolentiam, corpora quoque ſuis maritis congruentia videantur agere, ad eum vt [illegible] aroma intra ſuæ veſtis ambitum occultantes, quo ſuum emittente vaporem, corpus quoque bono odore halitus ſimul afficitur. *Cùm hoc autem ſit, eiuſmodi eſt canticum, quod canit excelſi animi virgo. Mihi inquit faſciculus, quem à collo ſuſpendo, per quem bonum odorem præbeo corpori. Nullum autem aliud ex benè ſpirantibus aromatibus, quàm ip[illegible] minas,* &c. Cum mortis ſit ab aroma[illegible] [illegible] emen[illegible] odores, qui[illegible] & grau[illegible] [illegible] ſuauiſſima fraga[illegible] [illegible] Ieſum [illegible] ad [illegible], qui [illegible] pro[illegible] ſuauitate odo[illegible] [illegible] qui [illegible] maxim[illegible] [illegible] *[illegible] & fluenta aqua* [illegible]

Cant. 1.

Nicæn.

[illegible] Cant. 4.

Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata. Et ille, & hæc expectant ventorum flatum, vt hortus diteiur; ſed Dauid ſpiritum petit, qui faciat aquas fluere; Sponſa autem ſpiritum quærit, qui aromata fluere faciat. Et cur Sponſa non contenta eſt petere fluxus aquarum, cum Dauide? Cur magis fluxus aromatum appetit? Loquebatur ad eum, qui teſte Habacuc cap.3. ab Auſtro venit, & ſanctus de monte Pharan; nimirum, loquebatur ad Ieſum, qui vt venit vel de ſqualentibus hortis fluenta aromatum facit. D.Nicæn.homil.10.in Cant. *Vult ſuum hortum, nempe, Eccleſiam, quæ ſcatet arboribus animatis, etiam perflari, vt ex ea fluant aromata. Nam Propheta quidem dicit: Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Sponſa autem regiis ornata diuitiis, mutat fluenta ad maiorem amplitudinem, & magnificentiam, faciens aromatum fluuios, effluentes per vim ſpiritus ex arboribus horti. Communis quidem fluuius propheticus, completus fuit aquis, euangelicus autem aromatibus. Talis fluuius Eccleſiæ erat magnus Paulus, cuius fluentum erat Chriſti bonus odor.* Quippe Paulus, qui peccatorum fœtore ſordebat, vbi Chriſtum in corde habuit, quaſi aromatum fluuius ab Eccleſia ortus per totum Orbem flagrare cœpit.

Habac.2.

Nicæn.

Geneſ.37. Reuerſus autem Ruben ad ciſternam, non inuenit puerum: & ſciſſis veſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non comparet, & ego quò ibo? Tulerunt autem tunicam eius, & in ſanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt: mittentes, qui ferrent ad patrem: & dicerent: Hanc inuenimus; vide, vtrùm tunica ſit filij tui, an non. Quam cùm agnouiſſet pater, ait: Tunica filij mei eſt: fera peſſima comedit eum, *&c.*

§. XXII.

Prælati abſentes, neſcio, quomodo effugiant reatum de iis, quæ tunc ſubditi committunt.

POſt miſſum in ciſternam Ioſephum diſceſſerat Ruben quæſiturus occaſionem extrahendi illum, quo non interfuit venditioni eius. Poſt quam peractam venit, & non inueniens puerum in ciſterna, *ſciſſis veſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non comparet, & ego quò ibo?* Ex Hebræo legitur: *Puer non comparet, ego quò ini?* Ex ſciſſione veſtium, & clamoribus duo peccata lamentabatur; alterum fratrum, in eo, quòd credebat ab illis puerum occiſum; alterum ſuum, quòd, nimirum, abiiſſet, & ſua abſentia locum feciſſet tanto crimini. Sic Oleaſt. ibi: *Ego, quò ini? ſcilicet, vt non viderem, quid de puero factum ſit: ac ſi dicat. Quò abij ego, vt me abſente aliquid de puero fieret.* Sic abſentiam ſuam lamentabatur, quam credebat occaſionem fuiſſe tanti piaculi. Et eſto, quòd de abſentia eius illud ſcelus veniret: quid illi nocebat, quòd eo non conſentiente, ſed prorſus abſente fuerat peractum? Cur tantis ſeſe lamentis confecit, ob rem non ſibi culpabilem? Imò res erat illi culpabilis: erat enim maior fratribus ſuis, & primogenitus, ex quo curam debebat eorum habere: & hinc meritò ſuam abſentiam dolebat, vt in illo facinore, abſque vlla excuſatione culpabilem. Ibi D. Chryſoſt. ait: *Diſrupit veſtimenta ſua: Puer non comparet, & ego, quò vadam? Qualem habebimus defenſionem, & maximè ego, qui vobis præeſſe videor?* Planè vbi ſe eorum Præſulem agnoſcebat, nullum effugium videbat, quo ſe defenderet à peccato, quod illi in eius abſentia, etiam honeſtiſſimo titulo facta, perpetrarant. Quòd vtinam reſpiciant Prælati, qui diu à ſuis abſunt. Neſcio equidem, quod effugium habere poſſunt apud Deum de peccatis, quæ in eorum abſentia perpetrant ſubditi: certum eſt enim, quòd præſentes, etſi oculatiſſimi, etſi vigilantiſſimi ſint, multa ignorent, quòd difficillimum ſit vni omnia percallere. Si ad hanc difficultatem illi ſua ſponte aliam maiorem addant, nempe, abſentiam: quomodo apud Deum excuſabiles fient? Multa minabatur Deus Paſtoribus, & Prælatis per Ezechielem, cap.34. inquiens: *Ecce ego ipſe ſuper Paſtores, requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltrà non paſcant gregem, nec paſcant amplius Paſtores ſemetipſos, &c.* Multis pergit Propheta oſtendere prauorum paſtorum facinora, & ſupplicia diuina à Deo in eos profecta. Et qualiter omnia hæc vitari poterunt? Non alio, quàm præſentia Paſtoris ad ſuas oues. Ait Athanaſ. Conſtantinop. epiſt.4. *Iam horrebilia illa mala malorum Paſtorum, quæ Propheta Ezechiel deſcribit, ſumma licentia irrepſerunt. Quæ ſi talia, idemque grauia vobis videntur; age, optime vir, contentus eſto tua Diœceſi: permane in ea: fac ſis cum ouibus tuis vſque ad ſanguinem illis affixus.* Quippe vt fugiat malorum Paſtorum mala horribilia, hoc vnum illi perſuadet, ne abſens ſit ab ouibus; ſed ſemper maneat illis affixus, etiamſi id ſanguinis effuſione comparandum ſit. Et in eiuſdem epiſtolæ fine ait idem Author: *Quamobrem, exiſtima, Frater, debes à te hoc vſque ad ſanguinem, vt cum ouibus tuis ſis, & viuas. Hoc idem ceteris Epiſcopis ſtudium eſto, ipſis quidem, & eorum gregi ſalutare. Neque enim hoc præſenti tempore ſupplicia effugiet Paſtor, qui cum grege non laborat, in quem profectò conueniat, quod Dominus ait Ioan.10. Videt lupum venientem, & relinquit oues, & fugit, & lupus rapit oues.* Hoc habeant Prælati, vt ſuis gregibus viuant, ni abſentes velint cenſeri inter fugitiuos, quos arguit Dominus Ieſus. Et de quibus ait Zachar.11. *O paſtor, & idolum, derelinquens gregem, gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dexterum eius.* Ex Græco autem ſic hæc leguntur: *O qui paſcitis vana, & qui dereliquiſtis oues, gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dexterum.* Circa quæ ait D. Cyril. Alexan. *Accuſat eos, quòd Paſtores vanorum facti ſunt, hoc eſt, temporalium ſatagentes: Patietur itaque qui non validè paſcit brachij, & oculi mutilationem, hoc eſt, & à corporeo, & à ſpirituale robore deſeratur. Non enim quippiam boni præſtare poterit, Deo illum non corroborante; & animo obſcurabitur, qui diuini luminis expers eſt.* Accedant huc Paſtores, qui vt temporalia tractent, oues derelinquunt, & ab eis abſentes ſunt; & ne mirentur, quòd cæci fiant, & prorſus expertes diuini luminis, quo ſeſe in tenebras exteriores præcipitent.

Oleaſt.

Chryſoſt.

Ezech.34.

Athanaſ.

Zachar.11.

Cyril.Alex.

§. XXIII.

Eò deuenit mundialium cæcitas, vt maximè caueant mala præſentia, de futuris nihil curent.

VNa in Ioſephi fratribus manſit cura, nimirum, quòd venditio fratris patrem lateret. Et ideò Textus: *Tulerunt autem tunicam eius, & in ſanguine hœdi, quem occiderant, tinxerunt: mittentes, qui ferrent ad patrem, &c.* Tunicam Ioſephi ſanguine hœdi fœdant, illàmque dant neſcienti homini, vt ad patrem deferat, quò nullam ſuſpicionem facinoris ſui parenti generent. Et qui tot, tantiſque curant innocentes parenti videri, nihili æſtimant, ſi apud futurum Iudicem appareant rei. Ea eſt enim mundialium hominum ſtoliditas, & inſania, quòd abhorrentes à præſentibus malis, futurorum nullum habeant ſenſum. Sic in præſenti D. Chryſoſt. fatur: *Quid decipitis voſmetipſos inſenſati? Nam, licèt patrem illum decipere poſſitis; non tamen falletis Iudicem illum, qui decipi nequit. Sed ita ſe habet humana natura, imò ita ſe habet multorum deſidia, vt humanum timorem, & præſentis vitæ confuſionem maximi faciat, in mente autem non verſet terribile illud tribunal, & pœnam intolerabilem.* De terribili Dei tribunali, de futuro Iudicio, de æterna pœna nulla eſt ſollicitudo, mundialibus hominibus id tantùm ſatagentibus, vt præſentes effugiant triſtitias. Nota eſt hiſtoria Balaami illius, qui adductus à Balac Rege Moabitarum, vt malediceret populo Iſraeli, ille futuras Iſraelitarum glorias, & benedictiones prænidens, multis illum benedictionibus implebat. Quid tunc? Ait Numer.23. *Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum, vnde partem Iſrael videas, & totum videre non poſſis, & inde maledicito ei.* Curabat profanus ille Princeps, vt Balaam poneretur in loco, in quo vna tantùm pars Iſraelis videretur, & inde malediceretur. Et quæ erat illa pars videnda? Crediderim, eam partem fuiſſe, quæ ad præſentem hanc vitam pertinebat, quam ſi ſolam videret Vates, non vereretur Deum.

Chryſoſt.

Numer.23.

& quam ſolam ſibi oſtendi amabat mundialis ille Princeps, nihili æſtimans ſcire futura. Ait Rupert. lib. 2. in Num cap. 19. *Cùm ea, quæ ſcripta ſunt, diceret Balaam, conturbatur extremam partem populi, id eſt, non præſentia tantùm, ſed prophetico ſpiritu proſpiciebat, quæ ventura erant diebus nouiſſimis. Verùm Balac tantùm præſentia curat; quæ in tempora longa ſiunt, audire recuſat. Dicit ergo: Veni mecum in alterum locum, vnde partem Iſrael videas, & totum videre non poſſis. At ſi dicat. Totum mihi videre nolo, futura mihi nunciare nolo, præſentem tantummodo rerum partem vide mihi.* Sic mundialis Princeps præſentibus intentus, de nouiſſimis futuris, non ſuſtinet audire. Celebre erat ſomnium Nabuchodonoſoris, de quo Daniel cap. 2. narrat, vt ſtatua viſa fuerat, cuius caput aureum, pectus, brachiáque argentea, venter æreus, crura ferrea, pedes partim fictiles. Rurſus lapillus quidam viſus eſt ſcindi à monte ſine manibus, qui pedes ſtatuæ comminuens omnia illa metalla ad cinerem redegit. In auro, argento, ære, ferro, & puluere exprimebantur regna mundi præſentia, in lapillo autem ſiue manibus ſciſſo, oſtendebatur futurum cæli regnum. Quorum hæc? Accipite modò Ioſephum de his ſentiem lib. 10. Antiq. cap. 11. *Aureum illud caput te ſignificat, & alios Reges ante te Babylonios. Duæ verò manus, & humeri duo portendunt, quòd à duobus Regibus veſtrum imperium delebitur. Illorum verò imperium alius ab occidente veniens tollet è medio amictus armis æreis. Hanc verò vires debellabuntur ab alio ferro ſimili. Adiecit & de ſaxo interpretationem Daniel. ſed mihi hæc narrare non libet, cuius propoſitum eſt præterita, non etiam futura ſcribere.* Sic mundialis homo, & profanus, qui tantus fuerat in enarrandis mundi regnis, vbi peruenit ad cæli regnum futurum explicatum in lapillo ſine manibus abſciſſo, prorſus à narratione abſtinuit, detrectans aliquid de futuro Dei regno concipere. Non ſic ipſe Nabuchodonoſor faciebat; ſed potiùs illi dicit Daniel cap. 2. *Tu, Rex, cogitare cœpiſti in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt hæc, & qui reuelat myſteria, oſtendit tibi*, &c. Magna equidem fuerunt reuelata à Deo Nabuchodonoſori, de mutatione Monarchiarum, de aduentu cæleſtis regni. Et qualia ob merita ad tales reuelationes peruenit Rex infidelis? Ait Daniel: *Cogitare cœpiſti, quid eſſet futurum poſt hæc.* Ex quo ad futurorum cogitationem mentem applicuit, non paruos ex Deo fauores accepit, vt dicat Richard de Sancto Victore, lib. 1. de erud. interior. hom. par. 1. cap. 19. *Et tu cogita, & recogita, ſi vales, quantum futurorum cogitatio apud Deum valeat, quæ futurorum reuelatione dimittis remunerare ſoleat.* Et ſtatim recolens Pſalmum 76. ſatur: *Audi hominem de futuris ſollicitum, & eiuſmodi occupationibus vehementer occupatum. Nunquid in æternum proiiciet Deus, & non apponet, vt complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet à generatione in generationem? Audi eundem de eiuſmodi edoctum: Miſerator, & miſericors Dominus, longanimis, & multùm miſericors, non in perpetuum iraſcetur.* Exinde hanc ipſam mentem omnibus nobis perſuadet Richardus aiens: *Tu quoque, qui hæc audis, vel legis: ſi ſola vana, ſola inſtantia meditaris, quid mirum, ſi profundorum, ſi futurorum reuelatione fraudaris? In initio conuerſationis tuæ, quando ſola æterna, ſola ſpiritualia & futura cogitaſti; quando ſola ſublimia ſuſpiraſti; quid mirum, ſi ſecundùm deſiderium tuum conſolari meruiſti?* Sic ibi.

Rupert. — Dan. 2. — Ioſeph. — Dan. 2. — Rich. à S. Vict.

§. XXIV.

Apud patrem nunquam non benè habet filius. Vbi de Patre Deo erga nos.

PONderandum eſt horum fratrum facinus: dicit enim Textus: *Tulerunt tunicam eius, & in ſanguine hœdi tinxerunt, mittentes, qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus, vide, vtrùm tunica ſit filij tui, an non. Quam cùm agnouiſſet pater, ait: Tunica filij mei eſt: fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph.* Expende, & fratrum in Ioſeph rabiem, & patris pietatem. Illi tunicam polymitam ſanguine hœdi fœdant, nihil non ſiniſtrum, & reprobum in Ioſeph cogitantes, quem nec fratrem vocant, nec vel eius nomen in ore ſuo amant verſari. At vbi ſic fœdata tunica oculis Iacob apparuit, ſtatim cognouit eam, & filium meminit, & Ioſephi nomine memorato recreatur. Nec miror: pater enim erat; idcóque notanter poſuit Textus: *Quam cùm agnouiſſet pater, ait: Tunica filij mei eſt; beſtia deuorauit Ioſeph.* Et fratres, & totus mundus in Ioſeph armantur: vnus pater eius nomine, & memoria ſuauiatur, eúmque debita æſtimatione habet. Vt meritò dicat Macarius Philadelphienſis Epiſcopus orat. in Exalt. Crucis, habita apud Gretſerum noſtrum tom. 2. *Ioſeph neque apud fratres talis audiebat, qualis reuerà erat; neque etiam apud mulierem Ægyptiam, ſed illos quidem inuidia eò impulit, vt ſeruis nominis afficerent eum, qui liber erat: at hæc intemperantiam contra temperantiſſimum iuuenem excogitauit mendacium, apud patrem autem eum, quem merebatur, locum obtinebat, à quo tenerrimè quoque affectu diligebatur.* Et fratres, & Ægyptia Ioſephum mordebant: illi eum contemptim ſomniatorem appellant, & ſeruum faciunt, viliſſimo eum pretio taxantes; hæc adulterij crimine infamat. Apud ſolum patrem benè habet: apud quem, qualem meretur, obtinet locum, & impensè amatur. Felices iuſti, qui in Deo patrem habent: neſcit enim pater, non ſeruare filio locum ſuum, etiamſi inde totus mundus amet illum exturbare. Ait Lucas cap. 3. *Ieſu baptizato, & orante, apertum eſt cælum, & deſcendit Spiritus Sanctus corporali ſpecie, ſicut columba, in ipſum: & vox de cælo facta eſt: Tu es Filius meus dilectus*, &c. Quando velut peccator Ieſus ſeſe Baptiſmo dabat; quando in eo Iudæi erant ſcandalizandi; quando gentes doctrinam eius ſtultam reputaturi erant; Pater è cælis intonat, pro illóque manifeſtè incipit ſtare. Ait ſuprà Macarius: *De Chriſto eidem ac Gentiles, vt par eſt, ſentiunt, & loquuntur; & Iudæi multa impia, & blaſphema de eo garriunt: quia his ſcandalum; his ſtultitia ſalutare Crucis verbum reputatur. At verò Deus, & pater ſuperne ex ore Diuinitatem eius teſtatus, filiúmque dilectum vocat, & per cognatum Spiritum mundo oſtendit, & manifeſtat.* Proh ingentem patris bonitatem! Quem gentiles, & Iudæi blaſphemabant, Pater agnoſcit Filium, ſuámque de illo æſtimationem, & amorem, apud omnes propalat. Sic nouit cæleſtis Pater pro Filio ſtare. Nemo non nouit, quàm blaſphematus in ſæculo fuerit Parens meus ſanctiſſimus Ignatius, in carceribus, in vinculis poſitus Salmanticæ, & Pariſiis penè vapulat. Intereà ſe illi Pater cæleſtia oſtendit, ſuum patrocinium offert, & de tanti Patris commendatione ait Filius cæleſtis: *Ego tibi Romæ propitius ero.* Habuit Ignatius, imò omnes iuſti habent in cælis talem Patrem, qui inter mundi lanienas, & perſecutiones, & odia, ſciat pro filiis ſtare, eóſque dilectiſſimos ſibi publicare. Quod & in re Ioſephi, notabat Interlinearis in præſenti aiens: *Miſerunt quoque, qui tunicam filij ferrent ad patrem, & dicerent. Vide, vtrùm tunica filij tui ſit, an non: quia quem apud homines infamabant, apud patrem quoque infamare volebant dicentes, non eſſe filium Dei. Sed agnouit tunicam filij pater, agnouit procul, & ait: Tunica filij mei eſt: nam teſtimonium illi perhibet, dicens, Hic eſt Filius meus dilectus.* Poterunt homines in te falli, & ſceleſtum publicare, vt falſi ſunt in Ieſu meo, in iuſtis multis: at Pater tuus cæleſtis non falletur: ipſe te agnoſcit, & ſuo tempore dilectiſſimum ſibi Filium publicauit.

Macar. — Luc. 3. — Macar. — Gloſſ. Int.

§. XXV.

Inuidum rabies non humana.

FRatres vendunt Ioſephum ſibi inuidioſum, cuius tamen tunicam polymitam reſeruant, vt ſanguine reſperſam patri oſtendant. Quippe ait: *Tulerunt tunicam eius, & in ſanguine hœdi tinxerunt, mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus: vide, vtrùm tunica filij tui ſit, an non. Quam cùm agnouiſſet pater ait: Tunica filij mei eſt, fera peſſima comedit eum.* Cur ex ſola viſa tunica filium dicit voratum à fera? Aut quæ fera nudat hominem, vt comedat? Crediderim, in tunica viſa ob oculos fuiſſe poſitam inuidiam fratrum in Ioſeph, cuius facinus putat Iacob fuiſſe filij mortem, eámque meritò feram peſſimam vocat: inuidorum enim rabies minimè humana eſt. Ad hæc Rupert. lib. 8. in Geneſ. cap. 25. *Ergo illa fera peſſima, illa beſtia ſæuiſſima, quæ, quantum in ſe fuit, deuorauerat, qualis eſſet, non omninò patrem latere poterat. Sed, quid ageret? Tacendi potiùs, & diſſimulandi tempus illi erat, ne ſi notam ſibi illam feram, id eſt, fratrum inuidiam manifeſtis querelis exagitaret, maiorem in rabiem dentes eius acueret. Itaque in acerbiſſimo* dolens

Rupert.

dolore verba ſua moderans: Tunica, inquit, filij mei eſt: fera peſſima deuorauit eum. Nec mentitus eſt. *Tales namque ſanitatum leone, & vrſo, fero, aut beſtia vocabulo rectiſſime equiparari poſſet.* Quippe tam inhumana crudelitas in fratrem, non de hominibus, ſed de feris veniſſe erat credenda. Quod vt ipſi demonſtrarent fratres, quaſi coacti ſunt a diuina permiſſione, vt tunicam Ioſephi reſeruarent, vt
Amos 3. patri offerrent. Dicebat enim Amos cap. 3. *Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ.* Et quid neceſſum eſt, vt paſtor tam viles particulas de ore leonis reſeruet? Cogitur equidem paſtor illas reſeruare, vt fidem faciat domino, non ab alio, quam a feris ouem fuiſſe diſcerptam.
Theod. Ait Theodoret. ibi: *Cum leo ouem rapuit, omnino deuorat, ac relictis tantum, quæ ad uſum inutilia ſunt, diſcedit: quæ colligere paſtor cogetur, vt eorum domino demonſtret, ouem illam à feris interceptam fuiſſe.* Ecce tibi cogitur paſtor ſeruare v[illegible] reliquia ouis, vt fidem faciat, illam fuiſſe a feris comeſtam. Sic inuidi iſti, quaſi coacti ſunt inuolutam [illegible] tunicam Ioſephi ſeruare, & patri oſtendere, vt monſtrarent illum non ab humana, ſed a ferina rabie fuiſſe interemptum. Quippe ait D. Chryſoſt.
Chryſoſt. homil. 54 in Ioan. *Fera enim venenoſa inuidia eſt, fera immunda, omnis vexatio, & extra, atque indigna.* [illegible] ibi.

§. XXVI.

Qualis vita hominis fuerit, in morte oſtenditur.

CVm ait Textus: *Tulerunt tunicam eius, & in ſanguine [illegible] tinxerunt*, &c. nemo dubitat, tunicam illam fuiſſe polymitam, [illegible] qua Ioſeph donatus a patre, inuidioſus fuit fratribus [illegible] cur [illegible] magis fratres voluerunt reſeruare in [illegible] occiſi [illegible]? Hoc [illegible] fratres [illegible] vt [illegible] Ioſephi notam oſtenderent [illegible]. Et quidem [illegible] r, quam illud, quod demonſtrat priſtinæ vitæ habitum. Quod enim in vi[illegible] in morte tua demonſtrabitur.
Amos 3. Ait Amos cap. [illegible] *Quomodo [illegible] eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ, ſic [illegible] Iſrael.* &c. Quaſi [illegible] hominibus accidat, quod accidit animalibus [illegible] nunquam enim [illegible] animal vorat [illegible], quin reliquiæ aliquæ maneant, quæ [illegible] ſit [illegible] ſatum, imirum, vel [illegible] oſſa [illegible]. Ait in præſenti Rupert.
Rupert. *Reliquiæ [illegible] videlicet, duo [illegible], & extremum auriculæ cuiuſcunque [illegible] ſed [illegible] pro ut eruta de ore leonis, [illegible] quale fuerit [illegible] quod leo deuorauit, [illegible] equinum.* Ne [illegible] cum [illegible] vt [illegible] eius ore [illegible] vel crura vel auriculam hæc [illegible] tamen [illegible] proſunt, vt [illegible] pecus [illegible] an ouis fuerit, vel vitulus, an agnus, an [illegible]. Quod [illegible] iſſimus Paſtor [illegible] um: [illegible] cuiuſque [illegible] aperte [illegible] qualis vitæ [illegible] manif[illegible] Deo [illegible] ſimiliter in morte, & ouis, & vitulus appar[illegible]. Quod ſi [illegible] vel equinam [illegible] ſicut equus,
Numer. 23. & [illegible] cades. Num. 23. videns Balaam [illegible] tum [illegible] earum clamabat: *Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea illorum ſimilia.* V[illegible] Textu [illegible] eo, quo Iſraeli-
Numer 31. tæ [illegible] vt [illegible] *pugnaſſent contra Madianitas, atque occiſſent omnes mares occiderunt Balaam quoque [illegible] ladio.* Non cum Iſraelitis mortuus eſt Balaam, vt [illegible] optauerat, ſed cum Madianitis [illegible] eſt. [illegible] occiſione, & mortem Madianitarum venit, qui ad [illegible] Iſraelitarum finem exoptauerat? N[illegible] vi[illegible] ſtat [illegible] ſed [illegible] ſtat Madianitæ, quo in [illegible] morte mu[illegible]. Rupe[illegible] lib. [illegible] in Num. cap. [illegible] ait:
Rupert. *M[illegible] anima mea [illegible] iuſtorum. Vana optantis ſuſpiria, [illegible] cadu[illegible] deſerta. Sic [illegible] deſiit, deſiderare [illegible] modum conſilium [illegible] Balac [illegible] & idcirco mortua [illegible] anima eius Madianitis [illegible] de Madianitis, [illegible] quoque B[illegible] interfecerunt gladio.* Qui vt Madianita vixit, eorum ſe moribus accommodans, ſine miremur, quod non vt Iſraelita iuſtus, ſed vt impius Madianita mortem oppetat. Manifeſtat enim mors, cuiuſmodi fuerit vita noſtra.

§. XXVII.

Maria Virgo a calamitate originali præſeruata.

ITaque dum Ioſeph ſeruituti mancipatur, tunica eius polymita reſeruatur aſperſa hœdi ſanguine. *Tulerunt*, ait, *tunicam eius, & in ſanguine hœdi tinxerunt, mittentes, qui ferrent ad patrem.* Quam tunicam æſtimat D. Bernardus in Apolog. Eccleſiam Chriſti ſanguine rubricatam, variiſque Sanctorum muneribus ornatam, de qua ait: *Recognoſce, Omnipotens Pater, quam feciſti Filio tuo polymitam.* Non abnuo Bernardo: ſed malim credere, Virginem Mariam fuiſſe Filio Dei hanc tunicam polymitam, hoc eſt, variegatam virgineis, maternisque ſplendoribus. Hane Sanguine diuiniſſimi Agni aſperſam proponimus recognoſcendam Æterno Patri, vt a communi hominum calamitate originali fuerit præſeruata in teſtimonium primi illius vitaliſſimi ſtatus iuſtitiæ originalis: dicebat enim Amos cap. 3. *Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic eruentur filij Iſrael.* Mirandum eſt, quod inueniatur paſtor, qui velit confligere cum leone, vt eruat ab ore eius tam paruas reliquias, vt ſunt duo crura, aut auriculam. Si pugnaret pro integro pecudis corpore eruendo cum capite, & brachiis, & pedibus, res eſſet digna conflictu: at pugnare cum leone, pro tam paruis reliquiis ſeruandis, mirandum eſt. Et longè magis mirandum, quod ſimiliter ſummus omnium Paſtor, Deus, pro parte minima Iſraelis eruenda cum teterrimo hoſte confligat. Qualis ille Dei conflictus cum hoſte, in quo non agitur de eruendo toto gregis Iſraelitici corpore cum capite; ſed de ſola eruenda vna parte vel minima, eaque ab hoſtis morſu reſeruanda? Quæ in hoc poteſt eſſe vtilitas? Magna per omnem modum vtilitas naſcitur inde, quod vel pars minima reſeruetur, in qua priſtini, & fulgentiſſimi ſeruandorum ſtatus appareat inſigne. Accipite Rupertum ibi ſacrum: ait enim: *Reliquiæ eorum, videlicet, duo crura, & extremum auriculæ cuiuſque pecoris, parua ſunt, ſed hoc proſunt eruta de ore leonis, quod ex ipſis poteſt agnoſci, quale fuerit pecus, quod leo deuorauit ... ſic, inquit, eruentur filij Iſrael, id eſt, magna deuaſtationis, multiſque mortibus ſuperſtites aliqui, quorum reſeruatio memorari faciet, quid olim fuerint, qualem gratiam amiſerunt.* Ecce tibi in generali perditione, [illegible] captiuitate Iſraelitarum ea fuit cura Dei, quæ paſtori optimo. Vt enim paſtor videns vorari à leone pecus integrum cum capite, & manibus, pugnat, vt vel pes, vel auricula reſeruetur intacta, quæ teſtetur, quale antea fuerit animal illud: ſic Deus videns vorari à perditione totum Iſraelitarum corpus, cum hoſte pugnat, non vt totum intactum ſeruetur; ſed vt aliqui vel minimi reſeruentur, qui oſtendant in ſe, qualis fuerit & gratia, & libertas priſtinorum Iſraelitarum. Et credam, non ſimiliter pugnaſſe hunc diuiniſſimum Paſtorem cum ſerpente Paradiſi? Equidem vorabat ille totum corpus humani generis: vorarat iam caput Adamum, & reliqua membra: & ecce tibi tunc bonus paſtor Ieſus accurrit, non vt eruat ab ore beſtiæ totum corpus, ſed partem vnam, nimirum, ſolam Virginem Mariam, quæ poſſit in ſe oſtendere, quid olim fuerint homines in Paradiſo, & qualem gratiam [illegible] amiſerint. Huc poſſunt trahi dicta tom. 4. in Euang. lib. 16. cap. 5. §. 3.

Bernard.

Amos 3.

Rupert.

§. XXVIII.

Sola peccata diu ſunt flenda.

CRedidit Iacob filium occiſum eſſe, & ait Textus: *Sciſſiſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore.* Mirabar, virum prudentem, cæleſtiumque rerum ſpectatorem tam longo tempore in luctu eſſe pro filio mortuo. Quæ enim ex multa comploratione vtilitas? Cur [illegible] homo prudens affli[illegible]? Non deflebat Iacob ſolum filium occiſum, ſed magis deflebat futu-

tur&c

ſuos occiſores Domini, ſibi in morte filij notos. Ne miremur, quòd adeò crudele facinus largi [illegible] luctus extorqueat, flenda enim ſunt diu peccata ſola. Quo ſpectans D. Ambroſ. lib. de Ioſeph. cap. 3. ait: *Meritò ita* Ambroſ. *ſeb ſceleratis ſua deplorans diſpendia, quaſi puter filium flebat amiſſum, quaſi Propheta flebat interitum Iudæorum.* Vbi in lacrymis Iacob non tantùm mors filij, ſed & ſimul deplorabatur & facinus Iudæorum, & perditio eorum, meritò poterant lacrymæ durare, quæ, licet largiſſimæ ſiot, debentur peccatis ſolis. Vt monet D. Baſil. Seleuc. orat. 40. *Non mortuum illi, ait, debemus, non plangas. Quin potius, qua communi lege proſtratus ſunt omnes. Maereat peccata* Baſil. Sel. *hoc enim maerendi genus optimum eſſe bet ſupremaeo proma.* Hunc pro peccatis luctum commendabat Dominus, illum pro morte temporali temperabat, cùm mulieribus flentibus dicebat Luc. 23. *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas* Luc. 23. *flete, & ſuper filios veſtros.* Et cur magis ſuper ſe, & ſuper filios ſuos flerent, quam ſuper Ieſum crudeliſſimè ad mortem raptum? Et illæ, & filij earum peccata habebant, ob quæ daturæ erant pœnas in re autem peccatorum mitius temperandū erat à fletibus. Sic Dominus apud Bed. Beda. *Ne me, inquit, lamentemini moriturum* [illegible] *ſtramque progeniem in me [illegible] perfidia [illegible] na morte damnaemini, dignu lacrymarum fontibus abluatis.* Pro ſpirituali calamitate noſtra, aut noſtrorum, ſine termino lacrymandum eſt, eutrere perpetuò debent fontes lacrymarum largiſſimè. Ibat aliquando Ieſus reuſcitaturus ad vitam Lazarum, qui quatriduanus agebat in ſepulcro. Et dum iret illum ad vitam vocaturus, ait Ioan. cap. 11. Ioan. 11. *Lacrymatus eſt Ieſus.* Et cur, Domine, lacrymis proſequeris, quem vocas ad vitam? Eſto, mortuus iacear, tamen ſtatim eriuiuus; cur ergo fles? In mortuo videbat imaginem peccatoris fœtentis in peccatis ſuis, & noluit cohibere lacrymas docens nos, quam ſine termino pro peccatis flere debeamus. Ait Euſeb. Emiſſenus ibi: *La-* Emiſſ. *crymatus eſt Ieſus. Lacrymatus igitur & nos pro omnibus illu, quos in facinore vniermo ſceleteo ſentimus, ſi fortè noſtras lacrymas Dominus reſuſcitare dignetur.* Sic ibi.

Geneſ. 37. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere: ſed ait. Deſcendam ad filium meum lugens in Infernum. Et illo perſeuerante in fletu, Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, Magiſtro militum.

§. XXIX.

Mors ante Chriſtum non adimebat Patribus affectus virtuoſi doloris, aut triſtitiæ, quos in vita habuerunt.

NOn de ſepulcro, ſed de Limbo Patrum locutus Iacob, ait: *Deſcendam ad filium meum lugens in Infernum.* Quaſi putet, nec in vita, neque in morte finiendum ſibi eſſe fletum pro filio. Vt enim illum vita tenebat lacrymantem, ſic lacrymantem putabat eſſe in Limbo Patrum excipiendum. Non enim ibi tollebantur affectus virtuoſi, ſiue doloris, ſiue triſtitiæ, quos homines in vita habuerant: ſed ibi perſeuerabat quiſque in ſuis virtuoſis affectibus. Me in hanc excogitationem adduxit D. Epiphanius orat. de Chriſti Domini ſepultura, habita tom. 3. [illegible] hoc [illegible] loquens de Chriſti Domini ad Inf[illegible] Epiph. [illegible], ait: *Ibi vinctus agebat Iſaac, qui Abrahamo [illegible] dam in [illegible] Chriſtum [illegible] Ibi [illegible] Iacob, in triſtitia inferno, quæ antè propter Ioſeph mæ[illegible]. Ibi [illegible] ſuſpirium aſſerebatur, qui [illegible] in Ægypto [illegible] Ibi apud Infer[illegible] in denſis tenebris [illegible] qui apud Super[illegible] diligens [illegible]*, &c. Habebat Limbus homines iuſtos exceptis a vit[illegible] [illegible]

[illegible]

Luc. [illegible] *Nunc [illegible] ſeruum tuum, Domine, ſecundum verbum tuum in pa-*

ce. Quæ verba tractans D. Cyril. Ieroſolym. orat. de Simeone, putat hunc [illegible] dicta iuſſe ab Adamo, cùm in Limbo [illegible] ſtorem [illegible] ſentiret adueniantem. Quippe ait Cyrill. *Exultet Adamus* Cyril. *[illegible] Simeonem [illegible] Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine. Nunc ab [illegible] ſoluis, nunc à corruptione [illegible] nunc ab omni mærore me expedis.* Non equidem Adamus iure excuſſerat ſucceſſores illo, & triſtitias ſanctas, quas pro ſuis, ſuorumve malis in vita tulerat. Has tamen excuſſit, cùm primùm a Saluatore, ab illis ſuit eductus è carcere. Vt meritò tunc dicat. *Nunc ab omni mærore me expedis.*

§. XXX.

Peccantes viliſſimo ſe vendunt pretio.

ILlud tandem nota, quod ait nimirum: *Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto Putiphari*, &c. Bis dicitur Ioſeph venditus, [illegible] venditus fuit à fratribus in patria ſua, ſemel autem venditus fuit ab Iſmaelitis, & Madianitis in Ægypto. Cùm eum Madianitæ vendunt, non explicatur [illegible] pretium, cùm autem eum fratres vendunt [illegible] textus *Vendiderunt eum Iſmaelitis viginti* [illegible] [illegible]

[illegible] Ait Rupert. [illegible] cap. 27. *Iſmaelitæ, [illegible] Madianitæ, [illegible] quod ſuum erat, & quod emerant, tam licenter vendiderunt,* Rupert. *Fratres autem hoc facientes malum, [illegible] venundati [illegible] & ideirco ſcienduin ſuit, quanti Ioſeph vendiderunt, [illegible] quam paruo pretio [illegible] argenteis [illegible] Nam ſaltem [illegible] viginti argenteos, quid ſunt tales tantos?* [illegible] ſeſe pretio vendunt [illegible] peccatores, pro paruo nummulo, pro obolo, pro m[illegible] tanea voluptate ſe æternæ ſeruituti non dubitant tradere [illegible] diuite purpurato factus iam ge[illegible] mancipium, apud D. Lucam cap. 16. *Cùm eſſet in tormentis vidit Abraham à longe, & Lazarum* Luc. 16. *in ſinu eius. Et ipſe clamans dixit. Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam.* Meritò tormentis, vt ſeruus nequam [illegible] clamabat aquæ. Et cur gutt[illegible] ne m[illegible]

[illegible]

Siti [illegible] quam ſi vel [illegible] dediſſes Chryſoſ. *pauperi* [illegible]

[illegible]

cap. 52. *Gratis venundati eſtis.* [illegible] pretio ſeſe dederunt in [illegible] Luc. 52. [illegible] Septuag. *Quia captiuus eſt populus [illegible] admiramini* Septuag. [illegible] ſumma est in admiratione, [illegible] luctu proſequendus [illegible] qui ſe pro [illegible] tradit [illegible] Dicebat [illegible] Plato [illegible] de Repub. circa finem, ex noua [illegible] Serrani tranſlatione. *Si quis accepto* Plato *auro filium [illegible]*

[illegible]

CAPVT IV.

Ioſeph dominæ laſciuiam fugit.

ENAVIGATIS autem Ioſeph inuidiæ fluctibus, Ægyptum occupat, & ſeruus cuadit corpore, cuius animus nulliter ſeruituti poterat eſſe obnoxius. Non vnà cum habitu animi nobilitatem exuit, neque violentis malorum procellis libertatem dedecorauit. Quapropter mox omni honore dignus iudicatur, & herilis domus adminiſtrationem ſuæ commiſſam fidei regit. Erga eos, qui honore illum donauerant, gratus exiſtens, eorum quoque conuenientem curam gerebat, qui ipſius curæ regendi erant. Vnde tam hìc, quàm illis charus habebatur: & quæcunque faciebat, Dominus proſpera reddebat in manibus eius. Cæterùm mox inde alia illum tempeſtas excepit, & ſeruitutis fluctum alia difficilior procella ſecuta eſt. Fratrum odia excipit mulier habens amores impotentes, ac odiis immaniores, quibus cum Ioſepho certamen fuit, & contentio, non abſque corona. Certamen eſt, Luctator adoleſcentulus: ætas eiuſmodi, quæ temperantiam prodat, quæque voluptatis violentia facile capiatur: ſeruitij humilitas vel generoſos animos deprimat: dominæ adulationes perpetuæ, quæ ſpe varia conſtantiam ſoluerent. Porrò mulieris inſidias adiuuans Diabolus, ſolitudinem hominum per Dæmonis feſtiuitatem inuexit. Accidit, inquit, quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quidpiam abſque arbitris faceret; & illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius diceret: Dormi mecum. O tyrannidem ineffrænatam! Captiuum caſtiſſimum Ioſephum tenet, & verborum adulationi manuum violentiam admiſcet. Medius in retibus pro præda iuſtus apprehenditur: iuſtus autem primùm laſciuæ perturbationi conatur os occludere, & verborum grauitate refrænare motus effrænes. Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua. Curatorem domus ſuæ me conſtituit, ſeruos ſubiecit, in manibus pecuniam tradidit, curas meas ad proprias vſque poſſeſſiones explicauit. Quid igitur ego, cui pecuniarum cura commiſſa eſt, cum cubilis iure ſpoliem? Cuius ego poſſeſſionem cuſtodio, lectum dedecore polluam? Interea tenacibus manibus retentam permittens veſtem, libidinis effugit anſas, fuga vſus pro armis. Tradit veſtem, vt intemperantiam teneat, ſtrenuùſque militis virtutis ſtatim nudus decurrit. Deluſa fœmina amorem in iram conuertit, linguam accuſatricem ſuſcitat, veſtemque dimiſſam oſtentans fidem facit. Et in carcere Ioſephus habetur, ſeruus ſimul, ac vinctus.

MORALIA CIRCA TEXTVM.

QVISQVIS ſtrenui adoleſcentis Ioſephi pugnas cum odiis fratrum, & adulteræ amoribus miraris, vide eiuſdem magnanimitatem, vide diuinæ Philoſophiæ celſitudinem, vt huius animi æmulus Conditori placeas.

Geneſ.39. Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar, eunuchus Pharaonis, Princeps exercitus ſui, vir Ægyptius, de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo: & erat vir in cunctis proſperè agens habitauitque in domo domini ſui, qui optimè nouerat, Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioſeph gratiam, &c.

§. I.

Hominis rectè facta non paruo honori ſunt benefactori ſuo.

DIcit notanter Textus: *Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar, eunuchus Pharaonis, Princeps exercitus ſui, vir Ægyptius de manu Iſmaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens.* Ex Græco legit D. Chryſoſt. homil 62. in Geneſ. *Fuit Dominus cum Ioſeph, & erat vir aſſequens.* Chryſoſt. Non dubitat Textus oſtendere Deum Ioſepho promouendo attentum, adeò vt omnia magna, & præſtantia ex Deo videatur Ioſeph aſſequi. Et cur Deus adeò ſeſe patitur oſtendi in vno ſeruulo promouendo? Iam amiſſus fuerat Ioſeph non ſemel venditus, in qua ille calamitate rectè ſe geſſerat, merita vbique præferens præclara. Vbi autem quis præclare ſe gerit, ſic benefactorem ſuum honorat, vt meritò amet publicari. Dicebat D. Baſil. Sel. orat. 7. de ſeruitute Ioſeph agens: *Hoc Ioſephi certaminum caput eſt. Perferens autem adoleſcens læto animo prima periculorum rudimenta muneratorem honorat.* Baſil. Sel. Periculorum victor Ioſeph, & rerum difficilium æquiſſimus propulſator maximè honorat ſuum benefactorem, & muneratorem, ne refugiat oſtendi, & publicari. Quis enim non amet ſciri in iis rebus, a quibus honorem capit? Ioannis cap. 19 erat Maria Ieſu Mater, iuxta Crucem Ieſu; & Ieſus iam iam animam agens; *Cùm vidiſſet Matrem, & Diſcipulum ſtantem, dicit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus* Ioan. 19. Sic locutus eſt cum Matre, vt palam oſtenderetur eſſe ipſius Mater. Et cur non magis conſuluit Ieſus meus Matris pudori, ne agnoſceretur hominis crucifixi, & abiecti Mater? Nónne dedecori eſſet Mariæ, quòd publicaretur Mater tam deſpecti hominis? Abſit: imò ſic vincebat Ieſus omnia illa mala: tot inibi rectè facta oſtendebat, vt tantus honor creſceret vel benefactori ſuo, vel parentibus, quo maximè amarent publicari. Vt dicat Arnoldus Carnot. tract. de laudib. Mariæ: *Magnum quidem eſt, quòd latroni conceditur venia: ſed hoc ſtupendum eſt, quod conſummata diſpenſatione incarnationis, ſpiraturus Ieſus Matrem tanto affectu honorat victor ſuppliciorum.* Arnold. Dum equidem Ieſus oſtenditur ſuppliciorum victor, tantorum malorum ſuperator, non poteſt nõ magis in hoc parere Matri, & cuilibet benefactori honorem. Quis enim non ducat honori, quod habeat partem cum viro, qui tot præclaris factis ſplendet in munere Saluatoris? Magnus enim ſequitur ſemper honor eum, qui munus præbet ei, qui rectè geſtis muneri correſpondet. Vt non poteſt non vituperari plurimùm, qui non nouit dare munera, niſi eis, qui ſordidè in illis ſe gerant.

§. II.

Non negligentibus, ſed operantibus virtutes obueniunt ex Deo bona.

SEd & illud ponderandum, quod ait: *Ioſeph ductus eſt in Ægyptum emitque eum Putiphar, eunuchus Pharaonis, &c.* Poſſet Ioſeph euitare illam in Ægyptum profectionem, ſi Iſmaelitis dominis dixiſſet, ſe ingenuum eſſe, & patrem ditiſſimum habere, qui ſeptuplum ſolueret, quod pro eo datum erat. Quis dubitet auariſſimos negotiatores ad hunc potiùs emptorem iuturos, quàm ad alium? Maluit tamen bonus iuuenis tacere, & fratrum facinus occludere, & ire, quò eum diuina prouidentia ducebat, certus iis tutiùs ſe venturum in Dei promiſſa, quàm ſi in domo paterna otioſus ſediſſet. Non enim otioſis, & negligentibus; ſed operantibus virtutem ex Deo obueniunt bona illius. Quò ſpectans D. Chryſoſt. homil. de Ioſeph ait: *Diſtractus igitur eſt Ioſeph ſanctus in Ægyptum, accipiens totius prouinciæ dominatum. Suſcipit ſeruitutis notam, quam Dominus præparabat ad gloriam. Miniſtrat vt ſeruus, vt famulus paret: domeſtica complet officia, nec obſequendo, deſiſt in altum vt humilitas perciperet, quidquid illi ingenuæ neceſſitudinis gloria præſtitiſſet.* Chryſoſt. Non deſidioſus,

ſed actuoſus, ſed ſeruiens, ſed miniſtrans, ſed operans multa officia virtutis, paratur, vt gloriam recipiat promiſſam. Quæ enim ex Deo veniunt bona, non otioſis, ſed actuoſis, & virtutes operantibus præbentur. Dicebat Dominus Lucæ cap. 4. (Luc. 4.) *Multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.* Et quando multi erant in Iſrael leproſi, qui non accipiebant ex Deo munditiē, cur vnus Naaman Syrus illam accepit? Iſraelitæ leproſi, neque ad Prophetam ibant, nec munditiem petebant, nec vllam operabantur virtutem, qua ad illam ſe accipiendam diſponerent: Naaman autem vnius ancillulæ perſuaſu patriam reliquit, ad Prophetam contendit, eiúſque dictis obediuit, quò deuenit in ſalutem. Meritò enim dicit D. Amb. lib. 4. in Luc. (Ambroſ.) *Euidenter hic ſermo nos Domini ſalutaris informat, & ad ſtudium venerunda Diuinitatis hortatur, quòd nemo ſanatus oſtenditur, & maculoſi morbo corporis abſolutus, niſi qui religioſo officio ſtuduit ſanitati. Non enim dormientibus diuina beneficia, ſed obſeruantibus deferuntur.* Ne mireris, quòd vnus Naaman extorqueat lepræ ſanitatem: ipſe enim ſolus negotiabatur ſalutem, ipſe viam arripuit, ipſe ad Eliſeum venit, ipſe di Prophetæ mandato contendit ad Iordanem, & lauit ſe. Et quando cæteris nihil agentibus ipſe ſolus tot diligentias adhibuit, quid mirum, ſi ſolus ſalutem obtineat? Solent equidem diuina beneficia etiam iam decreta, & promiſſa non niſi per multas adhibitas diligentias obuenire. Quò trahenda dicta tom. 2. de Chriſto figurato, lib. 3. cap. 18. §. 13.

§. III.

Quò quis humiliter magis amat obtenebrari, eò fulgentior apparet.

ITaque Ioſeph ſeruitutem accipiens patienti animo, peruenit in Ægyptum: *emitque eum Putiphar, eunuchus Pharaonis*, &c. Qui, vt regnaret in aula Pharaonis, diſponebatur, vnius aulici hominis domum ſeruus intrat. Quid ſeruitus ad regnum? Quod tenebræ ad lucem: & nihilominùs, quo ſe quis humiliter amat obtenebrari, hoc obtinet, quò ſplendidior fiat. Dicebat (Chryſoſt.) Chryſoſt. homil. de Ioſeph: *Miniſtrat, vt ſeruus, vt famulus paret, domeſticum complet officium: nec obſequendo deeſt in aliquo, vt humilitate perciperet, quidquid illi ingenua neceſſitatis gloria præſtitiſſet.* Expende illa: *Humilitate perciperet*, &c. Seruitutis humilitas, ſub qua amabat latere, eum leuauit ad throni claritudinem. Et quò obſcuriorem ſeruus locum intrauit, eò fulgentiori ſub habitu poſteà effulſit. Crede mihi: per humilis abſconſionis gradus ad fulgentiſſimam peruenies claritudinem. De Moyſe locutus Exod cap. 24. ait: (Exod. 24.) *Ingreſſúsque Moyſes medium nebulæ aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus.* Quid tunc? Manſitne perpetuò Moyſes in tenebris, & nebula? Imò ait Exod 34. *Cùm deſcendiſſet Moyſes de monte Sinai ... ignorabat, quòd cornuta eſſet facies eius.* Ex Hebræo legitur: *Moyſes non ſciebat, quod radians eſſet cutis faciei eius.* Cùm deſcendiſſet de monte, radiabat eius facies, ſicut Solis facies radiat. Et quando mons caligine, & nebulis immerſus erat, in quæ Moyſes ſeſe abdiderat, vnde ad tantum ſplendorem deuenit? Equidem hæc eſt via ad claritatem, ad fulgentiſſimos induendos radios, quòd te ſcias humiliter obſcurari. Dicebat D. Gregor. Niſſenus homil. 12. in Cant. (Niſſen.) *Moyſes nubem ſubit, caliginem intrat, in qua Deus erat, ſed das accipit, fit Sol, dum fulgens è vultu lumen emittit.* De caligine, & obſcuritate pro Deo accepta ad eam claritatem peruenit, qua Sol fulgentiſſimus haberetur. Planè per nubila abiectionum humiliter ſuſceptarum in ſolarem exſurgimus claritatem. De Filio hominis locutus Ioannes Apocal. 1. ait: (Apoc. 1.) *Et facies eius ſicut Sol, cùm lucet in virtute ſua.* Solaribus radiis comparatur deſcenſus Filij hominis ad terras: ſed filius hominis venit obſcurus, in præſepio naſcens, mortis tenebris deſtinatus. Quid hæc ad Solem? Multùm per omnem modum: Sol enim intrans tenebras noctis, ibique occumbens habet, vnde fulgentiſſimus rutilet primo mane: ſic Ieſus meus, ſi qui te vt æmulantur, tenebriſque ſe dant, ne appareant, lucidiſſimi exurgunt a tali occaſu. Ad hæc dicebat Victor in ... Pictauienſis, ibi: (Victor. Pit.) *Claritas, quam dixit, apparitio eius fuit, qua locutus eſt hominibus facie contra faciem: Solis autem gloria minor eſt, quàm gloria Domini. Sed propter ortum, & occaſum, & rurſus ortum, quòd natus ſit, paſſus, & reſurrexit, ideò dixit ſimilem Scriptura faciem eius gloriæ Solis.* Etſi Dei gloria longè ſplendidior ſit luce Solis; tamen in eo Solis ſimilis apparet, quòd de occaſu, hoc eſt, de paſſionis, crucis, præſepiſve tenebris ad fulgentiſſimam veniat claritatem. Nunquámque homo Dei fulgentior apparebit, quàm vbi ſciuerit, ſeſe humiliter obſcurare. De tenebrarum enim abiectione exurgunt radij, & de ſeruitutis obſcuritate thronus apparet, ſi illæ propter Deum ſumantur. Nunquam enim non humilitatis via ducit ad magnitudinem comparandam. Geneſ. 18. (Gen. 18.) *Apparuit Abrahamo Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi.: Cùmque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri*, &c. Apparebat Deus Abrahamo volens ei ſuæ omnipotentiam Diuinitatis oſtendere in dono filij; & tamen ſub ſpecie hominis peregrini apparebat, qui egeat lotione pedum, qui egeat cibo, quem accipit: quaſi ſub nubilo carnis, ſub abiectionis, & neceſſitatis aſpectu potentia manifeſtetur clariùs. Vt dicat D. Chryſol. ſer. 131. (Chryſol.) *Ad Abraham Deus venit in hominis forma, ſe oſtendit hoſpitis in figura, & laſſi viatoris in morem accipit pedibus ſuis aquam: ſed & inuitatus ad menſam, vitulo, & panis appoſitione ſaciatur; & ita ſe totus humano credit, & committit obſequio, vt ipſo tactu, viſu, verum hominem videatur explere & hoc eo tempore, quo verus Deus ſterilitati extrema ſenis deſperata; patefacta viſceribus in partum, ſobolem largiturus aduenit.* Tunc maximè ſe occultat ſub humanis infirmitatibus, cùm clariorem in ſignis, & miraculis amat ſuam potentiam, & diuinitatem facere.

§. IV.

Intima animi virtus nullis externis impedimentis occultatur.

IN ſeruum venundatus eſt Ioſeph: ait enim Textus: *Emit eum Putiphar, eunuchus Pharaonis*, &c. Et ſtatim: *Inuenítque Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo prœpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domum*, &c. Sic ſe in ſeruitute geſſit, vt totam domus gubernationem ad ſe traheret, illique vniuerſi parerent: interna animi nobilitas, & ingenuitas nullis potuit ſeruitutibus obſcurari. De illo aiebat D. Baſilius Sel. orat. 8. (Baſil. Sel.) *Non vnà cum habitu animi nobilitatem exuit, neque violentis malorum procellis libertatem dedecorauit. Neque enim pro rerum euentu alios induebat animos, neque per ſeruitij conſuetudinem paulatim libertatem exuit; verùm erat vel in ſeruitute libertatis Abrahamiticæ progenies.* Erat nimirum interna animi nobilitas, & libertas, quæ nullis potuit obſcurari; ſed vel ſeruum factum, eum nihilominùs vniuerſi & nobilem, & dominum verebantur. Nullo enim interna animi virtus externis impedimentis poteſt hebetari, ne ſui ſpecimen præbeat. Geneſ. 49. dicebat Iacob: (Gen. 49.) *Catulus leonis Iuda: ad prædam, fili mi, aſcendiſti: quieſcens accubuiſti, vt leo.* Gennadius, Diodorus, & alij legunt: *Dormiuiſti vt leo.* Sub qua leonis dormitione intelligit D. Chryſoſtomus & cum eo communiter Patres mortem, & Crucem Chriſti Domini: (Chryſoſt.) dicitur enim Chriſtus in morte accubuiſſe, & dormiuiſſe, vt leo. Sed mundialibus hominibus dicebat Pſalm. 81. (Pſal. 81.) *Vos autem, ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de Principibus cadetis.* Iſti ſicut homines, & ſicut Principes accumbunt, & dormiunt in morte: Ieſus autem non ſicut homo, nec ſicut mundialis Princeps; ſed ſicut leo. Et cur magis ſicut leo, quàm ſicut homo, quàm ſicut Princeps? In dormitione hominum, aut Principum, oſtenditur mundialium poteſtatum infirmitas: quæ enim mundialis poteſtas non infringitur, dum dormit? In dormientem Holofernem fœmina auſa eſt, & ei caput abſtulit, & Iahel in Siſaram: ſic mundiales Poteſtates in ſomno, aut morte, aut vinculis euaneſcunt. In dormitione autem leonis oſtenditur valor internæ animi virtutis: leo enim vel dormiens metum vniuerſis animalibus incutit: vires enim eius ſuper animantia, vel inter dormiendum oſtendit ſuos aculeos. Sic quæ vera eſt intrinſecùs virtus, inter omnia impedimenta ſe oſtendit, adeò vt vel accumbens Ieſus in brachijs Crucis, mediis ipſis tenebris abiectionis, & metum

tum excuteret, & reuerentiam extorqueret à creaturis. Ait Macarius Philadelphienſis orat. de exaltat. Crucis, apud Gretſerum tom. 2. *Requieſcens accubuiſti vt leo, vt catulus leonis, quis ſuſcitabit eum? Quo tamen, eum, qui propria virtute Reſurrectionem ſuam effecit; ſimúlque potentia terreſtram vim obſtaculis ponit. Quemadmodum enim leonem, etiam dormientem, metuunt alia animalia: ſic ad conſpectum Ieſu, lìcèt crucifixi, tota rerum natura contremuit. Nam & Sol obſcuratus eſt, terra concuſſa, petra diſrupta, mors tabefacta.* Vt leo vel ſomno oppreſſus timetur, eiúſque virtutem verentur animalia: ita Chriſtus, etiam crucifixus, à creaturis ſuis metum, & reuerentiam extorquebat. Diuinitatis nanque virtutem, etiam in illa mortis caligine occultam, teſtabatur vniuerſa creatura. Semper enim vera virtus ſeſe vel inter ipſa impedimenta manifeſtat.

Macar.

§. V.

Magna Principis felicitas, quòd cognoſcat, in quo homine ſit Deus.

NOn otioſe illud in primis de Ioſephi domino præmittit Textus, dicitum: *Optimè nouerat, Dominum eſſe cum Ioſeph, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu ipſius.* Dicturus enim ſtatim erat, quàm creſcerent omnia felicia Putiphari, ex quo Ioſephum emerat: quippe ait: *Benedixitque Dominus domum Ægyptij, propter Ioſeph.* Fuit itaque Ioſeph domino ſuo ad magnum ſelicitatum augmentum. Sed illud omnium eius felicitatum caput, & initium fuit, quod ait in primis, ſcilicet: *Optimè nerat, Dominum eſſe cum Ioſeph.* Etſi ſeruus Ioſeph erat, etſi abiectæ conditionis puer videbatur: tamen dominus eius optimè agnouit, Deum in puero, & ſeruo, & abiecto eſſe: quod illi euenit feliciſſimum. Hoc enim in Principibus magnum eſt felicitatis principium, quòd agnoſcant Deum, in quo ſeruo, in quo homine ſit. Nota eſt hiſtoria Dauidis, vt puer cum baculo, & ſunda procedebat aduerſus Philiſthæum: ait enim tunc Textus 1. Reg. cap. 17. *Cùmque inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet Dauid, deſpexit eum. Erat autem adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu.* Ecce tibi Philiſthæus reſpexit, & nihil amplius vidit, quam formoſulum puerum funda, & baculo adornatum: & deſpexit eum, à quo tota eius venit perditio. Et cur inde perditio Philiſthæi? Vidit ſolum puerum Dauidem, & non cognouit Deum in illo, & cum illo venire. D. Chryſoſt. homil. de Dauid, vbi immanem hoſtem deuicit, ait: *Goliath cùm Dauidem venientem aſpiceret, irriſit ætatem, irriſit & arma, irriſit & puerum. Irriſit, inquam, ætatem: ſed non intellexit, in Dauid eſſe Dei virtutem: irriſit & puerum, nec tamen ſciuit, in puero dimicare Dominum.* Hoc quidem caput fuit perditionis Philiſthæi, tanti exercitus Principis, quòd vidit ſibi appropinquantem puerum deſpicabilem Dauidem; & prorſus non agnouit, Deum eſſe cum illo, & in illo. O quàm felix fuiſſet, ſi ſciuiſſet! Vt enim ad felicitatem pertinet, quòd noſcat Deum, in quo ſit: ſic perditionis extremæ initium eſt, id vel ſerò nouiſſe. Ægyptij illi perſequentes Iſraelem per medium maris ſicci, tandem dixerunt Exo cap. 14. *Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Nouerunt, Deum eſſe cum Iſraelitis: & ſibi ab eo cauere determinant: ſed, quia id ſerò norunt, dum ſibi cauent, & fugiunt, intercipiuntur refluentibus fluctibus, & miſerè perduntur. Ad hæc ſpectans Lippomanus in hunc Textum, ait: *Vides hoc in loco, quomodo audacia impiorum vertitur in conturbationem, perſecutio in fugam, perfidia induruta ad pœnitentiam intempeſtiuam, & infructuoſam. Tardè nimium ſapiunt impij, quòd Deus pugnat pro fidelibus. Qui tempeſtiuè ſapit, diſcit ſibi temperandum ab oppreſſione amicorum Dei, ſicut à tactu pupillæ oculi Domini.* Miſer, qui ſerò noſcit Deum in ſeruo ſuo, ſiue in amico: inde enim præcipitabitur in ruinam. Ille, qui tempeſtiuè noſcit, & ſibi ab eo cauet, non paruum in hoc poſſidet felicitatis initium. Nec crediderim, non ad felicitatem pertinuiſſe Nabuchodonoſoris, quod ipſe de Daniele dicebat cap. 4. nimirum, *Quoniam ego ſcio, quòd ſpiritum Sanctorum Deorum habeas in te.* In hoc tota hominum, & Principum conſiſtit felicitas, quòd cognoſcant, in quo ſit Deus. Dicebat enim illa Cant. 1. *Indica mihi quem diligit anima mea,*

1. Reg. 17.

Chryſoſt.

Exod. 14.

Lippom.

Daniel. 4.

Cant. 1.

vbi paſcas, vbi cubes in meridie. Circa quæ pulchrè D. Nicæn. hom. 2. in Cant. *Hæc dicit, de pulchritudine, quæ ei accedit, Animabus ſollicita, & valens perſuadere, vt ei in perpetuum maneat proſperitas.* Si ſciret enim, in quo eſſet Deus, credebat inde iugi proſperitate fruituram.

Nicæn.

§. VI.

Deus vt maualt ſuos mediis difficultatibus proſperare, quam eos ab illis eripere.

ERat Ioſeph in ſeruitute, & erat Deus cum illo adeò manifeſtè, vt noſceretur à Putiphare, in bonorum ſuorum proſperitate, dicente Textu: *Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens: habitauitque in domo domini ſui, qui optimè nouerat Dominum eſſe cum eo,* &c. Inter tot proſpera à Domino accepta, illud habebat malum, quod ait, *Habitauit in domo domini ſui:* nimirum, ſeruus adhuc erat, & ſub domino, a quo fuerat emptus, nec hanc ſeruitutem exuerat. Et quando ea Deo ſibi aſſiſtente omnia proſperè agebat, cur illa proſperitas non ſe extendebat ad hoc, vt ſeruitutem euaderet? Ait ibi D. Chryſoſt. *Volens enim Deus miſericors in maiori ſecuritate conſtituere, non liberauit à ſeruitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos eſt Deo, vt non liberet à periculis viros virtute claros, neque à tentationibus eruat; ſed in ipſis tentationibus tantam ſuam declaret virtutem, vt tentationes ipſæ eis fiant occaſio lætitiæ magna.* Illud equidem maius, & diuinius Dei factum eſt, non quòd iuſti à malis immunes ſint; ſed, quòd inter ipſa mala, inter ipſas tentationes ea fruantur ſuauitate, quam nulla libertas illis poſſet præſtare. Quod expertus Dauid Pſal. 4. aiebat: *In tribulatione dilataſti mihi.* Circa quæ D. Chryſoſt. vbi ſupra, ait: *Non tribulationem, inquit, abſtuliſti, neque ab ea liberatum in relaxatione eſſe voluiſti: ſed id, quod eſt miraculum, & perquàm rarum, in medio tribulationis conſtitutum abſque pauore eſſe me feciſti.* In tribulatione erat, & nihil pauendum experiebatur, nihil non ſuaue: quod ſingulare opus eſt diuinæ poteſtatis. Hinc Ionas cap. 2. ſtupens clamabat: *Proiecisti me in profundum, in corde maris, & flumen circumdedit me.* Immerſus erat amariſſimis maris fluctibus, & inibi non amarorem maris; ſed fluminis dulcedinem experiebatur. Ibi D. Hieron. *Ego in medio tentationibus dulciſſima fluenta ſorbebam.* Hæc ingens poteſtas eſt diuinæ manus, quæ in mediis tempeſtatibus tranquillum facit. Quod maximè patuit in dæmoniaco illo, à cuius dæmonio interrogabat Dominus Luc. 8. *Quod tibi nomen? At ille dixit: Legio, quia intrauerunt Dæmonia multa in eum.* Nouerat id Ieſus; cur ergo interrogat, quod ſciebat? Vt audientes nos miraremur virtutem Dei, qui hominem cuſtodiebat inter tot hoſtes rabidiſſimos. Ait D. Baſil. Sel. orat. 24. *Nos edocuit, quàm multum homo Dæmonibus carnificibus traditus non poterit: Verùm occultiore virtute ſtetit, reſtitìtque contra excitatas à Dæmonibus procellas in ipſis etiam ſupplicies cuſtoditus.* Sic ibi.

Chryſoſt.

Pſal. 4.

Chryſoſt.

Ion. 2.

Hieron.

Luc. 8.

Baſil Sel.

§. VII.

Priùs ſe quis regat, & gubernet, & inde diſcat alios gubernare.

HOc de Ioſeph ait Textus: *Gubernabat creditam ſibi domum,* &c. Quod meditatus D. Ambroſ. lib. de Ioſeph, cap. 4. ait: *Aduertimus, quòd ea, quæ domini gubernare non poterant, ſerui gubernarunt. Sed quid de priuata domo diſpoſitionis eius ſeruuli aſſirmam, qui rexit imperium? Plus tamen eſt, quod ipſe antè ſe rexit.* Non poterat dominus domum ſuam gubernare, quam ſeruus placidiſſimè gubernabat. Gubernabat equidem ſeruus, & domum, & imperium; ſed ille ſeruus, qui antè ſe rexit, & gubernauit. Hinc enim eſt, quòd neſciant multi domini, aut domum, aut imperium gubernare, nimirum, qui ſe ipſos priùs non regunt, nec gubernant, nec ad amuſſim trutinant propria facta, vt inde diſcant & alios trutinare. Apocal. 4. *Ecce ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, &*

Ambroſ.

Apoc. 4.

ſedentes; & iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ. Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores. Duo erant in circuitu throni de [illegible]; in primis erat iris. deinde erant ſeniores viginti quatuor. Et cur in primis ponitur iris in circuitu ſedis, quam ſeniores illi? In iride oſtendebatur iudicium procedens à ſede diuina: in ſenioribus illis oſtendebantur Iudices, & Gubernatores mundi, qui maximè ſe ſe debent approximare iudicio diuino, & iuxta illud regere, & componere in primis mores ſuos, & inde procedere ad aliorum correctionem. Ait Richard. de ſancto Victore lib. [illegible] in Apocal. par. [illegible] cap. [illegible]. *Quid verò iris premium per circuitum ſedis Dei, ſedet, exhibetur: [illegible] ſeniores per eandem*
Rich. Vict. *ſedem [illegible] memorantur, exprimit [illegible] ſenatores, ſuperna iudicium [illegible] audiunt deſcribi, ſemper debere per [illegible]; & ipſum ſemper attendendo ſemetipſos diſtrictè iudicare, & formam aliis iudicandi ſumere debere.* Inde forma iudicium iudicandi aliis, & regendi, qui amat tectè ſe [illegible] natione gerere, nimirum, ex modo, quo ipſe diuinum iudicium: præ oculis habens iudicat mores ſuos, affectúſque ſuos regit. O quam informatus ibit ad regendo alios, qui prius coram diuino Iudice ſuos [illegible], & compoſuit affectus! Matth. 26. post orationem
Matth. 26. factam dicebat Diſcipulis ſuis: *Dormite iam, & requieſcite.* Et continuo ſubiicit: *Surgite, eamus.* Modo, quod dormiant, & requieſcant, & modò, quod ſurgant, & eant. Si ſurgendum, ſi eundum ſtatim erat, cur immediatè antè dormire, & quieſcere mandabantur? Non credatur Ieſus [illegible], Dominus noſter, tam de ſomno locutus, in quo ſterte[illegible], & dormirent, quàm de ſomno, & quiete in qua ſeipſos attenderent, & componerent, ſine quo [illegible] non ſe deuetantur ad alios. Ait D. Laurent. Iuſtinian. de [illegible] ait Christi agone. cap. 7. *Redi [illegible]*
Laur. Iuſt. *[illegible], qui voluntarie à [illegible] alienam conatur errata corrigere. Fit ex hoc ſæpiſſime, vt damnando alios, ipſe damnabilis exiſtat. [illegible] præbere [illegible] propter [illegible] ſe non [illegible]. Nobis [illegible] Sapient [illegible] Diſcipulis priùs, dormite, & quieſcite, tandem, ſurgite, & eamus, [illegible]. Sues breuiter admonuit, vt priùs propria, quàm aliorum deberent emendare delicta.* Hac directè Gubernator omnis, & qua ſe formà in ſui correctione gerit, ad corrigendos alios exiſtat. Et caueat alios regere, niſi priùs coram Deo mores correxerit ſuos.

§. VIII.

Vel in vmbra Christi vniuerſa hominum bona conſiſtunt.

BEnè ait Textus: *Benedixit Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit, &c.* Nec mirum: vt enim in Ioſeph erat Christi Domini vmbra, ſic hominis bona multiplicabantur. Et quæ non erunt bonorum augmenta, vbi apparet vel vmbra Christi? Dicebat Dominus
Ioan. 3. Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Et mirabar, quod in aqua poſita fuerint cunabula filiorum Dei, augmenta ciuium cæleſtium. Cur hæc in aqua? Creditur vmbra Christi priùs
Matth. 12. in aqua apparuiſſe, cùm ait Dominus Matth. 12. *Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ.* Et quando hoc ſignum Ionæ, ſignum Ieſu in aquis fuit, ne miremur, quòd ab aquis tot augmenta hominibus veniant. Dicit D. Amb.
Ambroſ. lib. 5. Hexamer. cap. 11. *Terrarum ſalus in mari antè proceſſit: quia ſignum Filij hominis, ſignum Ionæ. Sicut iſte in ventre ceti: ſic Ieſus in corde terræ. In vtroque remedium. marinis tamen in mari pietatis exemplum.* Quod bonum ab aquis non capiat homo, in quibus antea manifeſtè Christi vmbra, Christi myſterium cœpit affulgere? Ioſue cap. [illegible] dicit: *Et tempore*
Ioſuë 5. *ait Dominus ad Ieſum:* Lactantius legit: *Et dixit Dominus ad Ieſum* [illegible] ad Ieſum: Vt in vmbra veri Ieſu omnia ſalutaria hominibus obuenire oſtenderentur. Lactantius Fir-
Lactant. min. lib. 4. diuinar. inſtitut. cap. 17. ait: *Non enim Propheta ſic ait: Et dixit Dominus ad me ſed, ad Ieſum: vt oſtenderet, quòd non de ſe loqueretur; ſed de Christo, ad quem tunc Deus loquebatur. Christi enim figuram gerebat ille Ieſus, qui cum primùm Auſes vocaretur, Moyſes iuſſit eum Ieſum vocari: vt quoniam Dux militiæ delectus eſſet aduerſus Amalech, & aduerſarium debellaret per Domini figuram, & populum in terram promiſſionis introduceret.* Tanta bona credidit Moyſes vni figuræ, & vmbræ Christi Domini, vt à qua omnia nobis ſalutaria veniant.

§. IX.

Præ eucharistico Pane omnia nobis alia debent viléſcere.

HOc de Ioſephi domino verè dicitur, nimirum: *Nec quidquam aliud nouerat, niſi panem quo veſcebatur.* Hoc eſt, nullam dati, & accepti rationem herus cum ſeruo ſuo Ioſeph habebat; ſed omni cura vacuus, edere tantùm, & bibere contentus erat. Vtinam & hoc præſtarent illi, quibus datum eſt frui Pane cæleſti, qui ſatiùs præ hoc diuiniſſimo Pane omnia alia vel videre contemnerent. Poſt Abrahami victoriam de quinque Regibus, ait Gen. 14. *At* Geneſ. 14.
verò Melchiſedech, Rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi) benedixit ei: : : Dixit autem Rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui reſpondit ei: Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cœli, & terræ, quòd à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam de manu tua. Sic ſtrenuus vir contemplit omnia bona, & à ſe de hoſtibus capta, & inſuper ſibi à Rege donata. Et vnde tunc in Abrahamo tantus rerum omnium contemptus, pro quibus pugnauit eripiendis ab hoſtibus? Acceſſerat Melchiſedech proferens panem, & vinum, in quibus præſignabantur Christiana myſteria. Et hoc diuino pane contentus Abrahamus, nihili cætera omnia faciebat. Fortè in hanc mentem venit Rupert. lib. 5. in Geneſ. cap. 12. *O igitur magnum, & mirabile* Rupert.
præſenti narratione myſterium, triumphatori celebrat occurſum Abrahæ Rex Sodomorum: At verè Christus, Rex iuſtitiæ, Rex Salem, ſacerdotio ſuo functus eſt ſecundùm ordinem Melchiſedech. Protulit enim panem & vinum dicens: Hoc eſt Corpus meum & ſic obtulit ſemetipſum pro fidelis Abrahamo verum ſacrificium, & benedixit ei. Verè magnum myſterium: cum Abrahamo occurrunt, & Rex Sodomorum, & Rex Salem: Rex mundialis, & Rex cæleſtis, mundus, & Christus: ille ſua bona offert illi ſpolia hoſtium; hic profert panem, & vinum, ſuum Corpus, & Sanguinem. Quid tunc Abraham? Quid tunc homo fidelis? ſanè nihil aliud nouit, niſi panem; cæleſti Pane refectus maximè cætera omnia mundialia contempſit. Volebat Paulus ſic nos omnes formare, vt vno eſſemus contenti Christo: & ait 2. ad Cor. 11.
2. Cor. 11. *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Christo.* Et quomodo fieret, quòd ſoli Christo viueremus, niſi hoc veniret de potu, & cibo eucharistico, qui ſic nos implet, vt cætera contemnamus præ illo? Ait Paſchaſ. lib. de Corpor. & Sang. Dom. cap. 21. *Iure enim Eccleſia Christi virgo* Paſchaſ.
nominatur, quia iſto repleta vino, nullum præter Christum amare nouit, nullum ſuſpire alium, nullumque ſitire, quoniam ſummum eius bonum Christus eſt, & ſumma pulchritudo. Qui hoc vino, qui hoc cibo repletur, non mirer, quòd omnia alia contemnat præter Christum, in quo vno, quidquid ſuaue eſt, quidquid delectabile eſt, reperitur.

Geneſ. 39. Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos, in Ioſeph. & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua; nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? *&c.*

§. X.

Nulla eſt vera pulchritudo, niſi in Ieſu, & ab Ieſu.

DIcit Textus: *Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu.* Quod dum meditor, non poſſum non meminiſſe Ieſum, in quo ſolo, & à quo totus decor, & pulchritudo venit. Actor. 3 locutus Textus de quodam claudo ait: *Quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa.* Erat in templo porta, re, & nomine Speciosa, quàm miratus Arator ibi dicit:

Actor. 3.

Qua Specioſa, ne prodit de nomine Ieſum.

Quaſi nulla poſſit eſſe vera pulchritudo, quæ non referat Ieſum, in quo ſolo, & à quo ſolo vera pulchritudo eſt. Vnde meritò Ezechiel cap. 27. obiicit ciuitati Tyro, quòd ſe pulchram dixerit: ait enim: *Dixiſti: Perfecti decoris ego ſum in medio maris ſita.* Quid abſurdius, quid maiori ſupplicio dignius? Planè hoc fuit peccatum Tyri, ob quod miſerè periit, quòd, nimirum, crediderit ſe pulchram, & decoram, cùm in medio maris ſita eſſet. Nequit enim vera pulchritudo in turbulentis, & inconſtantibus maris fluctibus fundari; ſed in vno Chriſto ſtabili, & firmo. Ad hæc D. Hieron. ibi: *Primum crimen eſt Tyri . . : Dixit enim Perfecti decoris ego ſum. cùm ſit in corde, hoc eſt, in medio maris ſita, & quaſi inſula moueatur, & fluctuet, & vndarum illiſionibus confringatur. Vera autem, & perfecta pulchritudo in nullo hominum, niſi in Chriſti corpore, quod interpretatur Eccleſia, & multorum ſanctorum virtutibus congregatur. Vnde & ipſe loquitur ad Sponſam: Tota pulchra es, amica mea: & macula non eſt in te.* Peccat, qui credit pulchritudinem illam, quæ fragilis eſt, & morborum ictibus quatitur, & frangitur, & volubili temporum rota prorſus diſperit. In nullo mortali eſt vera pulchritudo: ſi qua eſt, in ſolo Chriſti corpore inuenitur, hoc eſt, in iis, qui illam in Chriſto habent. Quò ſpectans Zacharias cap. 9. ait: *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius: niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Ecce tibi, quo ſolo vera gignatur, & nutriatur pulchritudo, nempe, pane, & vino, qui Chriſtus eſt. Vt meritò dicat Paſchaſius lib. de Corpor. & Sang. Chriſti aliis datus: *Inter omnes Eccleſia Chriſti virgo eſt, quia, eſto, repleta vino, nullum præter Chriſtum, amare nouit quoniam ſummum bonum eius Chriſtus eſt, & ſumma pulchritudo.* Sic in ſolo Chriſto, & per Chriſtum vera pulchritudo inuenitur.

Ezech. 27.

Hieron.

Zachar. 9.

Paſchaſ.

§. XI.

In Principum Palatiis tam impudens luxuries inueniri ſolet, quæ non inuenitur in belluis.

QVæ Ioſephi amoribus exarſit domina fuit, Principis militiæ Pharaonis vxor, dicente Textu: *Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos in Ioſeph, & ait: Dormi mecum.* Ipſa domina, ipſa Principis vxor, iuuenem ad adulterium inuitat. Quid impudentius? Solet equidem in Principum Palatiis tam impudens inueniri luxuries, qualis minimè in belluis inuenitur. D. Marcus cap. 6 meminit luxuriam impudentiſſimam Herodiadis aiens: *Herodes miſit, ac tenuit Ioannem in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Quid ſceleſtius, & impudentius? Vxor Philippi fratris Herodis non dubitat publicè eſſe cum adultero in aula ſua. Tales enim ſunt luxuries, quæ in aulis cernuntur. Ait D. Baſil. Sel. orat. 18. *Hæc contra maritum inſaniens in adulterinum thorum auecta eſt: & legitimo thoro deſerto, thalamum execrabilem amplexa eſt. Vnà cum marito naturæ pudorem exuiſti, ô mulier. Vicisti belluarum feritatem: illa quidem indita à natura leges verentur. Nunquam leæna factum vidimus cum libidinis æmulum: vepillium naturæ neſcit coniugalegem violare. Draconum genus ab amorum furore libera eſt. Nonnulla fama eſt, quæ turturem miratur ob imitationem hominum, qui vel poſt fata coniugis, alterum vt poſſidat, vt adigi non poteſt. Pudeat te tam perditè amoris, quem coniugum velamine: non perhorreſcis, quæ ſupra cupidinum vindelitatem eſt. Horum nuptiarum parator erat Diabolus. Tale nunc in Regum Palatia ſpectaculum Diabolus im-*

Marc. 6.

Baſil Sel.

portauit. Expende ab illis: *Tale nunc in Regum Palatia ſpectaculum Diabolus importauit.* quippe quæ in brutorum cubilibus non videntur luxuriæ, quæ in Principum Palatiis quotidie inueniuntur. Ibi ſcorta, adulteræ impudentiſſimæ ſeſe obuiantium oculos ponunt, ibi potentiſſimi domini non erubeſcunt videri viliſſimorum ſcortorum mancipia. Et quidem luxuriarum monſtra aut nunquam, aut rarò alibi viſa, in Regiis & Aulis Principum ſolent repræſentari. Vide 2. Reg. 13. vt in Regia Dauidis Amnon amauit ſororem Thamar, & *præualens viribus oppreſſit eam, & cubauit cum illa.* Circa quæ locutus Chryſoſt. lib. 3. de Prouid. ait: *Fabulæ omnes, omnemque tragœdiam vicerunt Regis Dauid clades. Conſidera, quæſo. Adamauit ſororem Thamar Amnon frater, amatam vi oppreſſit, eámque violationem, nefariámque concubitum prior ipſe patefecit, vbi eam à ſeruis mandans, vt inuitam pelleret domo, ut per plateam emitteret clamantem.* Dic, quæſo, vbi tale luxurioſi iuuenis ſpectaculum, niſi in Regia Dauidis viſum eſt? Perge tamen vſque ad cap. 16. vbi de Abſalonis regno agitur, qui Regiam tenuit, & *ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſrael.* In quo tam impudens, & monſtroſa laſciuia apparuit, niſi in Principis huius palatio? Inſuper dicebat Zorobabel 3. Eſdræ, cap. 4. *Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam Regis ſedentem iuxta Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis cædebat Regem, de ſiniſtra manu. Et ſuper hoc aperto ore intuebatur eam,* &c. Vbi adeò frontosè laſciuitur, niſi apud Principem? Planè talia monſtroſæ, & impudentis laſciuiæ ſpectacula, non niſi in Principum palatia Diabolus importauit.

2. Reg. 13.

Chryſoſt.

3. Eſdr. 4.

§. XII.

Laſciuæ fœminæ oculi miſſilia ſunt, quæ intima hominis perdunt.

SApienter dixit Textus: *Iniecit domina ſua oculos in Ioſeph.* & D. Ambroſius ibi legit: *Immiſit domina ſua oculos,* &c. Non aliter oculos ſuos ad Ioſeph conuertit, quàm ſi aliquod telum, aut ſagittam, vel igneum aliquod miſſile in eum contorqueret, coniiceret. Dicebat enim ibi D. Ambroſ. *Prima adulteræ oculorum tela ſunt.* Prima, & præcipua tela oculi ſunt, quæ laſciua fœmina contorquet in homines. Circa quæ dicebat Iſaia cap. 3. *Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant,* &c. Tria facinora iis puellis attribuit, ob quæ puniendæ erant à Deo; & tertium facinus eſt, quò *nutibus oculorum ibant.* Et quale hoc puellarum facinus, quòd irent nutibus oculorum? Illud erat, obliquare oculos, & obliquè illos iacere in iuuenes, quaſi telum, vel aliquod miſſile ad iuuenes perdendos miſiſſent. Ad hæc D. Baſil ibi: *In nutibus item oculorum probatio redditur mulieris fornicariæ ad opera ipſa anhelantis laſciuo, & noxio aſpectu. Dum enim ſuauiter, & blandis arridet ocellis, prolicit ad explendam libidinem. Iactu enim oculorum, ſagittam planè exitialem emittit, cuiuſmodi tamen obtinet rumor de Baſiliſci natura, quem dicunt, ſolo aſpectu corrumpere ſuos ſpectatores.* Ecce tibi oculi laſciuæ fœminæ vt tela, vt iacula, vt miſſilia ſunt, quæ perdunt hominum intima. In vſum venit ciuitatum expugnatoribus, non ſolùm muros externos igneis globis quatere; ſed inſuper miſſilia quædam intrinſecùs emittunt, malogranata vocant, quæ in intima ciuitatis cadentia ſeſe aperiunt, & explicant; multiſque ignibus omnia incendunt, perdunt. Sic laſciuarum oculi miſſilia ſunt, quæ intima hominum peruadunt, illáque miſerè concutiunt. Hinc D. Baſil. orat. de ver. virginit. monebat animam virginem: *Nec emiſſum formoſorum oculorum iactum ſe patiatur attingere, ne hoc velut ignito iaculo in corde percuſſa ad voluptatis inflammetur imagines.* Emittitur fornicarius oculorum iactus, qui ad intima vſque peruenit, & velut igneum miſſile hominis præcordia, & igne, & morte implet.

Iſaiæ 3.

Ambroſ.

Baſil.

Quod caueat,
qui amat
viuere.

§. XIII.

§. XIII.

Conſpectu carnali pulchritudine, vel ſanctiſſimo timenda eſt interior mentis corruptela.

VIdit pulcherrimum Ioſephum Ægyptia domina, & ad corporis proſtitutionem euocabat: ait enim Textus: *Iniecit domina ſua oculos in Ioſeph, & ait: Dormi mecum.* Vt vidit pulcrum iuuenem, nō ampliùs volebat differre adulterium, facta ſui ipſius leæna. Non miror: Ægyptia erat, & gentilis: non enim in tam manifeſtam libidinem raperetur, ſi fidelis eſſet, ſi Chriſtianis imbuta moribus eſſet. Fateor: forſan, quæ fidelis eſt, quæ Chriſto nomen dedit, à ſimplici pulchritudinis conſpectu non iret in tam apertā turpitudinem. At ab interna animi corruptela in carnalis pulchritudinis conſpectu, quis tutus, & ſanctus omnino purus eſſet? Planè vbi oculis arridet pulchritudo, metuat vel ſanctiſſimos internum animi turpem conſenſum. Dicebat Paulus 2. ad Cor. 11. *Deſpondi*
2 Cor. 11. *enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua; ita corrumpantur ſenſus veſtri.* Cùm dicit, *ſenſus veſtri*; non loquitur de externis corporis ſenſibus; ſed de internis
Auſ. I. animi affectibus. Ait D. Anſel. *Senſus veſtri, id eſt, mentes veſtræ.* Et cur Apoſtolus Chriſti non tam ſollicitus eſt in virginibus Chriſti, de corporis corruptela, quam de mentis corruptela? Fortiores ſunt virgines Chriſti, quam vt ictu oculorum rapiantur, ſtatim ad externum ſcelus: quòd autem non rapiantur ad aliqualem animi aſſenſum, res eſt periculi, & ſollicitudinis plena. Vt meritò dicat D. Baſil. lib. de vera virgini-
Baſil. tate: *Sufficit enim & aſpectus, qui animo turpium rerum impreſſit imagines, animum iniquidicatio ratione corrumpere. Verens deníque amicus Sponſi, etiā, quo feruens æmulatio, ne fortè corrumpantur, non corpora earum, quæ deſponſatæ ſunt Chriſto, ſed mentes.* Eò perueniſ Paulus, vt non metueret in virginibus Chriſti carnis corruptelas, vt qui non facilè in externum flagitium trahi queant. At de internis animi aſſenſibus maxime ſollicitus eſt, nec vllam ſecuritatem audet præſumere vel in ſanctiſſimis, ſi pulchritudinis contuitus accedat. Quod præcauens Spiritus Sanctus Prouerb. 4. dicebat: *Oculi tui recta videant, &*
Prou. 4. *palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.* Quæ ſic leguntur à D. Baſil. vbi ſupra: *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ innuant iuſta, neque te palpebræ rapiant, neque capiaris oculis tuis.* Expende illa: *Neque te palpebræ rapiant.* Equidem mirum eſt, ſi animus non rapiatur à pulchrorum corporum contuitu. Vnde dicebat Nazianzen. carm. 1. de Pudicit.

> *Spectare morb: fomitem quid attinet?*
> *Non eſt quidem hoc fœdum: niſi memoria fœdidas*
> *Vel ſola.*

Quippe mirum erit, ſi pulchritudinis contuitus non eam memoriam imprimat animo, ſub qua abeat in ſordes.

§. XIV.

Laſciua fœmina oculi nunquam non ad viri crumenam reſpiciunt.

NOn prætereundum eſt tempus à ſacro notatum Textu in huius fœminæ facinore: ait enim: *Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph.* Non ſtatim, non poſt aliquos, ſed poſt multos dies, cœpit fœmina hæc complacere ſibi in Ioſeph. Et cur non ſtatim? Nónne & ipſe ſemper pulcher, & decorus erat, cur non citiùs capta eſt fœmina in pulchritudine illius? Erat pulchritudo Ioſeph in principio nuda: erat enim ille pauperculus ſeruulus, nihil habens omninò. Cur tunc placeret? Creuit poſteà apud dominum ſuum in gratia, & fauoribus, accepit totius domus adminiſtrationem, & quidquid erat ſubſtantiæ, totum erat in manu illius. Ex tunc cœpit placere dominæ oculis. Crede mihi, licèt domina ſit, & Princeps mulier laſciua, nunquam non reſpicit ad crumenam illius, quem amat, quem ardenter deſiderat. Ad hæc D. Chryſoſt. in præſenti: *Quid eſt,*
Chryſoſt. *poſt multos dies? Poſtquàm ei concredita poteſtas ipſius domus; poſtquam tantum honorem à domino ſuo conſequutus eſt, iniecit domina ſua oculos in Ioſeph. Pudicum iuuenem patrona appetit impudica.* Pulcher erat Ioſeph, gratóque decore venuſtus, impudica tamen domina non in eum antè à oculos iniecit, quam illi totam domum creditam videret; quam ſciret ſuper omnes mariti facultates vnicè conſtitutum. Neſcit laſciuia fœminea non ſimul per voluptates inhiare lucris. Sanctiſſime dicebat diuinus Spiritus Pro-
uerb. 9. *Mulier autem viri pretioſam animam capit.* Cur pre- Prouerb. 9.
tioſam? Quaſi ad nullum reſpiciat, niſi ſimul & pretium, & lucrum inde eruendum ſpectet. Dederat quondam fœmina potionem iuueni, ne ab illo amaretur. De qua conqueſtus ille apud Quintilianum Declamat. 14. ait: *At iſta ſerua, grauis, qua nunc amari recuſat, ò quàm veluit amari! Quibus artibus? Qua calliditate miſeram ſimplicitatem meam* Quintil.
ſollicitauit primùm, deinde tenuit, donec quantulacunque ſubſtantiam in huius ſinus credulus iam, tanquam ſeruus amator egerem? Iam fruſtrà cœpi miſeri videri conditionem, in quam nos ipſa detraxit. Breuiter totum nocentiſſima mulieris accipite facinus. Pauperem me fecit, deinde ferre non potuit. Expende ab illis: *Breuiter totum nocentiſſimæ mulieris accipite facinus. Pauperem me fecit, &c.* Vt pauperem vident fœminæ laſciuæ, oderunt, cum viri nummis earum amor diſcedit, qui neſcit ire niſi ad lucra, niſi ad pretium. Notiſſimi fuêre Cleopatræ Reginæ Ægyptiorum, & Anthonij Cæſaris amores: amabat Ægyptia Romanū. Et quid in illo Principe amaret tanta Regina? Credideſim, obſcœnam voluptatem quæſitam in illis amoribus; ſed & ſimul quærebantur ingentis pecuniæ dona. Seruiebat fœmina Princeps laſciuiæ; ſed magis auaritiæ ſeruiebat. Ait de illa Ioſephus lib. 15.
c. 4. *Pecuniarum etiā vbicunque ſpes affulgeret, neque templum,* Ioſeph.
neque ſepulcrum, neque aſylum vllum vnquam violare dubitaret, modò ad illam redirent ſpolia quæſita vel ſacrilegio, miſcebátque ſacra, & profana, fas, nefas, vt augeretur lucris vel iniquiſſimis. Ad ſummam nihil ſatis erat mulieri ſumptuoſæ, & voluptatibus deditæ, cuius cupiditates vix totius Orbis explere poſſent opibus. Quamobrem & Anthonium continuò ſollicitabat, vt aliis ablata ipſi largiretur. Vide, quid Ægyptia Regina amaret in Anthonio: planè quæ in hominibus amant cæteræ omnes, nimirum, quod pretium olet.

§. XV.

Oculorum cuſtodia maximè tenenda.

VBi noſter poſuit: *Iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph.* Legit Oleaſter: *Leuauit vxor domini oculos ſuos in Ioſeph.* Et vt leuauit oculos periit. Quo oſtenditur, quàm ſint oculi cuſtodiendi, ne leuentur. Notabat enim in præſenti
Oleaſter: *Quandiu hos oculos habuit demiſſos, non peccauit, cùm verò leuauit, ſcandalum paſſa eſt.* Quaſi oculorum eleuationi Oleaſt.
aſſuta veniat calamitas. Hinc Pſal. 130. aiebat diuinus Va-
tes: *Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.* Et quando cordis puritatem teſtabatur, cur & oculorum demiſſionem anxie proponit? Si cor demiſſum erat, quid quòd oculi eleuarentur? Ait ibi D. Zeno ſer. 2. Pſal. 130.
Oculorum peior eſt cauſa: quia exaltatio cordis ad paucos pertinet, oculorum elatio ad omnes: Hic authoribus concipitur, hic ducibus geritur, hic miniſtris impletur, quidquid quotidie concupiſcentia, ambitione, auaritia ardet in ſeculo. Vt videas, quam Zeno.
meritò Dauid ſuam curam in demittendis oculis teſtetur, per quos tot mala ad animum poſſint aſcendere. Huc trahenda dicta tom. 5. in Euang. lib. 11. cap. 5. §. 6.

§. XVI.

Vnus Deus præ oculis poſitus valet nos à ſtrictiſſimis occaſionibus, & labendi periculis eripere.

NOuit Ioſeph dominæ ſuæ verba, vidit blanditias. Quid tunc? *Qui nequaquam acquieſcens operi nefario dixit ad eam. Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua: nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* In margine legitur: *Et peccare in Deum meum?* Sicque legit Theod. & ſupponit legendum D. Baſil.

Sel. & Lippoman. & Oleaſter. Sed, quando repellens dominæ importunitatem, beneficia in ſe à domino ſuo collata referebat, conſequentiùs videretur, quòd ea illis ſic concluderet: Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in dominum meum, a quo tanta accepi? Cur ergo, relicto domini ſui reſpectu, cuius beneficia recoluerat, maluit ſibi proponere Deum, dicens: *Quomodo ergo poſſum peccare in Deum?* Res erat maximè in lubrico, occaſiones labendi hinc inde vrgentiſſimæ: & ideò ſapientiſſimè, quaſi relictis omnibus aliis obligationibus, & reſpectibus, quamprimùm recurrit ad Deum, qui ſolus potens eſt ob oculos poſitus nos incolumes ſeruare, vel mediis occaſionibus vehementibus. Pulchrè rem ponderat D. Baſil. Sel. orat. 8. *Certamen tale erat: luctator adoleſcentulus: arma eiuſmodi, quæ temperantiam prodat: ſeruitiꝫ humilitas: domina adulationes perpetuæ.* Baſil.Sel. *Tanto externas mulieris artes, fucum, verba, veſtes. Per omnes ſentiendi vias ibat quidquid illecebroſum. Verùm, qui tot vndique iaculis petebatur, vnum contra omnia telum, memoriam tenuit Creatoris.* Proh Deus immortalis! Proh triumphale in omnibus telum! Ride, homo, omnia alia, eide temporales omnes reſpectus, vel gratitudinis, vel honoris: ficulnea ſunt hæc, ſi ingrueret aliqua occaſio vehemens. Vnus Deus præ oculis poſitus nos liberos ab omni occaſione, & periculo poteſt eruere. Ingreſſa fuit in pomario Suſanna, vt balneo delicioſo vteretur: ſola erat in paradiſo, inuitante eam vndique loci amœnitate ad remiſſionem, Dan. 13. Tunc duo Principes Dan. 13. aggrediuntur puellam, ad turpitudinem allectant blanditiis, minis. Verùm illa ait: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Et certè vehementiſſimæ erant occaſiones, quæ traherent puellam in conſenſum. Preces Principum importunæ, à quibus multa poſſet ſperare, vel timere. Relaxationis tempus, præſentis balnei deliciæ, loci amœnitas, horti flores, inter quos vel Eua cecidiſſet. Adde ſolitudinem, & ſecretum. Quid intereà illa? An mariti reſpectum meminit? An natalium nobilitatem? Leuidenſia erant hæc omnia in occaſione adeò vrgenti: ad vnum Deum confugit, & illum ſolum præ oculis habens in virtute ſolida ſtetit. Ait D. Zeno ſer. de Pudicitia: *Quam tam* Zeno *aduerterant muro caſtitatis, quæ certè vera eſt, & æterna formoſitas, in paradiſi ſolitudine circumſeptam, vbi Euam ab authore operis ſui meminerant eſſe deceptam, capere dolo aggrediuntur. At illa conſcientia ſua conſcium ſolam conteſtans Deum, honeſtam potiùs elegit mortem, quàm vitam turpem.* Expende illa: *Conſcientia ſua conſcium ſolam conteſtans Deum, &c.* Balnei remiſſioni, Paradiſi deliciis, hortus ſolitudini, ſecreto facinoris, Principum precibus, & minis vnum oppoſuit Deum; & triumphatrix exiuit.

§. XVII.

Laborantes validiores ſunt ad vitia repellenda.

AVdio modo de Ioſepho: *Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, &c.* eùm paulo ante cap. 38. de fratre Geneſ. 38. eius ſeniore Iuda: *Quam cùm vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: ingreſſúſque ad eam, &c.* Vt Iudas vidit ornatam fœminam, ingreſſus ad eam eſt. Nec otioſè præmittitur à Scriptura hoc Iudæ facinus Ioſephi virtuti. Ille vel viſa meretrice, eius concupiſcentia tangitur; hic viſa, & audita lenocinante fœmina Principe, nefario operi reſiſtit. Vnde Iudæ tanta infirmitas, & tanta Ioſepho virtus? Iudas erat in principatu, in libertate, in opulentia domus ſuæ: Ioſeph autem erat in ſeruitute, captiuus agebat ſub domino, vt ipſe fatetur: *Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat, &c.* In ſeruitute, inquam, erat, herilis domus negotiis totus immerſus. Ne miremur, quòd ille in opulentia, & otio decidat in luxuriam; hic autem in laboribus operi nefario reſiſtat. Expeditiores enim ſunt, & validiores laborantes, vt valedicant vitiis. Ioan. 4. refert, vt Ieſus Ioan. 4. venerit ad Sichar, & venaturus fœminam luxuriæ deditam iuxta fontem ſederit. Quid tunc? *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta.* Et quid ad myſterium, & virtutem Chriſti in conuerſione Samaritanæ conducebat, quòd hora ſexta eſſet? Hora ſexta reuocabat in memoriam, remiſſionem mulieris primæ, nempe, Euæ, quæ recens creata, dum à marito diſcedit, & delicioſa ambulat in Paradiſo, deceptionem incurrit, & maritum perdidit, & filios. Item hora ſexta monſtrabat laborem conſuetum Samaritanæ, quæ ad fontem veniebat haurire aquam conſulens domui ſuæ. Venit ergo Ieſus Samariam hora ſexta, vt in ſalute Samaritanæ adulteræ oſtenderet, quam facilè expelluntur vitia a laborantibus, quæ ab otioſis, & delicioſis admittuntur. Aiebat D. Chryſoſt. hom. de Samaritana, habitâ tom. 6. *Samaritana expergefacta currebat ad telam, propter opificium, vnde opificium exercebat. Hora verò ſexta, quo tempore quieti à labore vacabant omnes, tunc illa cùm hydriam arripuiſſet,* Chryſoſt. *aquam aduehebat ... Samaritana, vt aquam hauriret, hora ſexta, cùm ab opificio tela conquieuiſſet, atque, vt ſuprà dictum eſt, hora ſexta, quandoquidem, & cùm Eua mandatum in Paradiſo tranſgreſſa eſt, hora erat quaſi ſexta. Idcirque Samaritana formata eſt in fonte eadem ſexta hora.* Expende modò fœminam, & fœminam; fœminam ſanctam, & fœminam peccatricem. Illa in deliciis Paradiſi dum delicioſa deambulat, & luxuriem, & peccata omnia inuenit in Orbe terrarum: hæc domeſticis laboribus immerſa, horas etiam quietis in ſeruilibus inſumens inuenit, quò facilè à laſciuia ſe expediat, & acquirat ſalutis libertatem. Quando non proſunt labores, vt vitiis obſiſtamus? Et Adamus, & Iob à fœminis petiti fuerunt in mortem. Acquieuit Adamus fœmineis petitionibus, ne delicias ſuas contriſtaret. Repulit Iob ſuam vxorem aiens cap. 2. *Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es.* Vnde hoc? Rem ponderat D. Auguſt. in Pſal. 103. fatus: *Percuſſit Diabolus Iob graui vulnere à capite vſque ad pedes, qui, amiſſa domo, ſedebat in ſtercore. Ibi Eua captiuata à Diabolo, ad adiutorium* Auguſt. *marito ſuppoſita, ad lapſum ſuggerit, vt blaſphemetur Deus. Primò ſuggeſſit in Paradiſo, vt contemneretur Deus, modò vt blaſphemetur Deus: valuit tunc in integrum, nunc victus eſt à putredine: in Paradiſo decepit, in ſtercore ſuperatus eſt.* Sic vincuntur vitia, vbi otia, & deliciæ abſunt; & ærumnæ, & labores præſunt.

§. XVIII.

Vſus benefaciendi quaſi impoſſibilitatem inducit errandi.

NOuum illud Ioſephi dictum eſt, nimirum: *Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in dominum meum?* Quaſi impoſſibile ſibi putat, quod nefas aggrediatur. Et vnde hæc quaſi impoſſibilitas peccandi oritur in Ioſeph? Ipſe præmittebat cauſam fatus: *Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua: nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi.* Quibus verbis duo maximè exprimuntur, quibus homines obſtringuntur, ne in facinus euant. Aliud eſt beneficium acceptum, quo quis ſic obſtringitur erga benefactorem ſuum, vt quaſi impoſſibile ducat, illi inferre iniuriam; quod communiter omnes putant eueniſſe Ioſeph ob beneficia ab hero accepta, qui illi totam domus adminiſtrationem tradiderat. Alterum præfatis verbis expreſſum ad officium ipſius Ioſeph pertinebat, qui tam exactè, & fideliter omnia adminiſtrabat, vt nullam ſollicitudinem faceret domino ſuo. Qui autem ſic aſſiduus eſt in benè operando, eum acquirit vſum, quo ducat quaſi impoſſibile exorbitare iam a fidelitate, & virtute. Non abſimile Ioſepho noſtro dicebat Sponſa Cantic. 5. *Spoliaui me tunica mea: quomodo induam illam.* Quaſi Cant. 5. impoſſibile putat induere tunicam, quam iam exuerat. Et vnde hæc impoſſibilitas? Nónne omnes exuimus tunicas noſtras, & facili negotio illas reinduimus? Quod omnibus facillimum eſt, cur Sponſæ cenſetur quaſi impoſſibile? Loquebatur Sponſa de tunica carnalis conuerſationis, quam iam per aſſidua virtutum opera exuerat, & de vſu benè operandi, quaſi impoſſibile ducebat in vitia relictaire. Ait D. Ambroſ. lib. 3. de Virginib. *Vide,* Amb. *anima deuota, quid dicat. Sic ſe actus corpora, & terrenos exuit mores, vt neſciat quomodo, etiamſi vellet, rurſus poſſit induere. Quomodo induam illam? Hoc eſt, qua verecundia? quo pudore? qua poſtremò memoria? Conſuetudo enim boni vſum prauitatis veteris amiſit.* Quid pulchrius? Habent hoc benè operandi aſſiduitas, & conſuetudo, quòd quaſi impoſſi-

bile red ſunt, quòd ſic allidum, ſic conſuetus in bonis operibus ad vitia ruat. Accinit ipſa Sponſa dicens Can- Cant. 2.
tic. 2. *Fulcite me floribus.* Ex Græco legit Nicænus: *Fulcite me in vnguentis.* Non à marmore, ſed ab vnguentis fulcra petiuit, ne caderet, ne labaretur. Quis vidit tale? Et ligna reboſta, & fortia marmora fulcra ſunt, quæ omnibus ædificiis præſtant firmitatem. Quomodo ergo ab vnguentis petit, quod præſtant marmora? In vnguentis intelligitur vnctio virtutum, quæ dum frequentantur, marmoribus firmiora ſunt, vt animam ſuſtentent immunem ab omni caſu. Ad hæc Nicæn. hom. 4. in Cant. *Fulcite me, inquit, vnguentis. O admirabiles columnas! ô noua fulcra! Quemadmodum fiunt vnguenta columna domus? Quemadmo-*
Nicæn. *dum* [illegible] *tecti conſtructio mittitur benè ſpiranti odore? Sic eſt planè perſpicuum, quòd quæ multifariam à multis exercentur virtutes, pro varietate operationum etiam nominantur. Virtutum enim eſt non ſolùm bonum tenere, ſed etiam immutabilitatem in bene conſeruare. Qui ergo vult fulciri vnguentis, quærit ſibi adeſſe firmitatem in virtutibus.* Ne mireris, quod vnguenta dicantur fulcra, & columnæ; vt enim vnguenta ſunt virtutum operationes; ſic pro harum varietate variè nominantur, propter bonum famæ odorem vnguenta ſunt: vbi autem frequenter exercitantur, quia inde immobilitatem in bono cauſant, meritò & fulcra, & columnæ ſunt, quibus innixus homo, quaſi impoſſibile erit, quòd ruat in malum.

§. XIX.

Illa temporales curæ noxia ſunt, quæ Dei memoriam abſumunt.

EXpendo adhuc dictum Ioſephi: *Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua, nec quidquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum?* Fatetur, ſe præpoſitum eſſe domeſticæ adminiſtrationi, ſibique ſoli adſcriptas totius ingentis domus curas. Et mirabar, quòd homini ſic curis temporalibus immerſo non obrepat carnalis voluptas. Qui à totus es terrenæ adminiſtrationi addictus, non potes ire in malum? Imò inde crederis magis procliuis, vt in ea incidas. Cur temporales curas ſuſcepias non magis reputas in labendi pericula? Aiebat etiam &, *non poſſum peccare in Deum.* Qui enim inter curas temporales adhuc memoriam Dei retinet, etiam habet, vnde ſe in virtute contineat. Ille miſerè peribit, qui immerſus ſæculi curis, Dei memoriam abſumit. Quò ſpectans Nazianzenus in Præceptis ad Virgines fatur:

Nec tibi curarum moles denſiſſima Chriſtum
Nazianz. *Eripiat, quæ vel mentem in ſublime volantem*
Detrahet, atque humili cogit ſubſidere terra.
Nec velut indomitus ſolet in certamine pullus
Curribus calcitrat [illegible]*: ſic in diuerſa feratur*
Mens tua, & à Chriſto procul excidat, atque ſalute.

Caueat virgo temporalium curarum mole opprimi, & vt pullus indomitus in diuerſa ferri, quò Chriſti memoriam amittat: inde enim cum Dei obliuione in barathrum peccati ibit. Quid enim non malum meretur, qui immer-
Numer. 27. ſus terrenis curis, Deum obliuiſcitur? Numer. 27. dicit Textus: *Acceſſerunt autem filiæ Salphaad* [...] *atque dixerunt:* [...] *Date nobis poſſeſſionem inter cognatos noſtros*, &c. Circa quæ ait D. Ambroſius in Exhortatione ad Virgines: *Salpha an-*
Ambroſ. *tem filia quid ſunt, quæ terram petunt, niſi (vt interpretatio docet) ora obumbratæ? Quæ vtique in illis, quibus non eſt verum in ore ipſorum, nec in ſermone eorum veritas, ſicut in populo Iudæorum, qui nolunt Chriſtum Deum, Dei Filium confiteri. Tales igitur terram requirunt, & huiuſmodi poſtulant poſſeſſionem, in qua tota vita ſua ætate deſudent, & profunditbus ſpinas curarum, & ſollicitudinum metant.* Ecce tibi, quæ terrenis ſe dedunt, neque in ore, neque in confeſſione, neque in cognitione habentes Chriſtum, nihil decernens, niſi ſpinas colligunt.

§. XX.

Vnus Deus eſt, qui eluuiones carnis exſiccat.

SApienter Ioſeph in voluptatum carnalium aſſultu ad Deum confugit dicens: *Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum?* Quippe Deus vnus eſt, qui alluuiones has voluptatum carnalium exſiccare poteſt. Vt meritò dicat D. Nazianzen. in Præceptis ad Virg.

Quid mirum in medio ſi fixus corpore Chriſtus
Humanos omnes pellat violentus amores? Nazianz.
Sanguineum ægrota ſolo velut antè repreſſit
Profluuium tactu.

Vt ſanguinis profluuium, quo mulier laborabat, ſolo tactu fimbriæ ſanauit Ieſus: ſic poſitus in medio cordis noſtri omnes humanos amores inde expellit, & fluenta carnalium voluptatum exſiccat: Deus enim eſt ſolus, qui in nobis valet exſiccare hos voluptatum fluxus. Gen. 48. poſt emiſſam à Noemo columbam, vt ſiccati diluuij nuncium afferret, ait: *At illa venit ad eum ad veſperam,* Geneſ. 48.
portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo. Et cur columba eligitur nuncia diluuij exſiccati? Item, in columba exprimebatur diuinus Spiritus, qui ad homines veniens ſolus poteſt carnalium voluptatum eluuiones exſiccatas indicere. Ait Macar. Philadelphienſis orat. de exaltat. ſanctæ Crucis, habita apud Greiſcium tom. 2. *Tunc columba ſub veſperam ad arcam venerit, germen oliuæ afferens. Spiritus verò Sanctus prædicans per os Apoſtolorum* Macar.
Crucis diſpenſationem, occultámque rationem, voluptates illas, quæ totum terrarum Orbem occupauerunt, exſiccauit, & impetuoſam inundationem coercuit. Non alius, quàm Spiritus Sanctus potuiſſet carnalium fluenta voluptatum exſiccare. Is Crucifixi myſteria annuncians, & ad nos deſcendens, omnem illecebrarum, & voluptatum inundationem coercuit, ne ampliùs opprimerent genus humanum. Dicebat Ioannes Baptiſta Ioan. 3. *Ego baptizo vos aqua:* Ioan. 3.
ille baptizabit vos Spiritu Sancto, & igne. Quid eſt, *Baptizo vos aqua?* Quaſi dicat: Ego quaſi ros matutinus vos ſolo rore refrigero: veniet Filius Dei, verus Iuſtitiæ Sol, qui gratiæ ſuæ radiis prorſus tollet, & exſiccabit vniuerſa carnalium voluptatum profluuia. Sic D. Bern. ſer. 11. in Pſal. *Qui habitat*, inquit: *Ego tanquam ſydus antelucanum matutino vos rore perfundo. ille emittet in feruore radios* Bernard.
ſuos, ſoluet glacies, paludes ſiccabit, &c. Vnus equidem Deus eſt, qui profluuia carnis exſiccet. Nota eſt vinea illa Naboth, quam Achab concupiuit, & Iezabel rapuit, de qua 3. Reg. 21. Sub cuius vineæ nomine intelligens 3. Reg. 21.
virgineum animum D. Ambroſ. in Exhortat. ad Virg. ait: *Non veniat ergo in vobis Achab, qui concupiſcat vineam* Ambr.
veſtram extinguere. Nec veniat in vobis Iezabel, vanum illud, & ſæculare profluuium: hoc enim ſignificatur vocabulo, vana, & vacuo redundantium. Sed veniat Naboth, qui venit à Patre, qui vineam Sanguine defendat ſuo. Quippe vbi cæleſtis Patris progenies nobis adſit, & profluuium voluptatum, & corruptores pudicitiæ noſtræ retundet. Adeò, vt de Ieſu conſpectu quaſi non poſſit anima voluptatibus carnalibus ſeruire. Quò ſpectans Sponſa
Cant. 5. ait: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Cant. 5.
Circa quæ ait D. Nicæn. hom. 11. *Quæ enim vel ipſo Sole clariorem Domini aſpexerit tunicam, conſtantem per puritatem, & interruptionem, qualem oſtendit in Transfiguratione in monte,* Nicæn.
mendicorum veſtem pannoſam lubens induerit, cuiuſmodi eſt fornicatorum, ſicut dicit prouerbium? Vidit Petrus Ieſum in veſte munda, & fulgida in Thabor, & ſtatim omnibus temporalibus commodis renunciat, dicens: *Bonum eſt nos hic eſſe.* Et qui ſimiliter aſpexerit Chriſtum, fallar, ſi queat accedere ad pannoſam illam voluptuoſorum hominum vitam.

§. XXI.

Carnalis voluptatis vel radix deteſtanda.

AD voluptatum illecebras perilus, imò expertus Ioſeph, illud reſpondit: *Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum?* Quaſi nolit eum actibus, ſed cum ipſâ potentia, & radice confligere. Voluptatum enim carnalium non ſolùm actus, ſed & poteſtatem in ſe

ſe deteſtatur; quarum odit vel habere radicem. Nec miror: is eſt enim Dei ſpiritus, qui huius vitij vel radicem perſequitur. *Pſal. 7.* Dicebat Pſal. 7. *Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum, ſcrutans corda & renes, Deus.* Non ſufficit Deo, corda noſtra, actus noſtros ſcrutari, vt malos puniat, ſed inſuper dicitur ſcrutari renes. In corde fiunt conſenſus animi: in renibus nullus conſenſus fit, nullum ibi opus rationis peragitur. Cur ergo Deus præcipuè dicatur renes ſcrutari? Etſi non peragantur rationis actus in renibus; tamen ibi eſt radix voluptatum, radix laſciuiæ. Deus autem, qui in omnibus alijs actus malos perſequitur, in laſciuia videtur perſequi ipſam radicem. Ait Euthymius ibi: *Tu Deus, inquit, iuſtè inueſtigas, atque exquiris renes, & cæt. Hoc eſt, omnia iræ, atque indignationis germina, quæ in corde verſantur: & omnes concupiſcentiæ radices, quæ in renibus eſſe ſolent.* Euthym. Expende illa: *Iræ & indignationis germina, & concupiſcentiæ radices.* quippe de ira, & de alijs affectibus prauis exquirit Deus in corde humano germina, nimirum, pullulantes actus, & conſenſus: at de concupiſcentijs carnalibus, non ſolùm actus; ſed & radices exquirit, quaſi illas ipſas deteſtetur. Hinc Gen. 17. cauebat Dominus: *Circumcidetur ex vobis omne maſculinum, &c.* Et cur circumciſio mari datur, niſi vt monſtretur cauenda etiam radix laſciuiæ? Ait D. Ambr. *Geneſ. 17.* lib. 1. de Abraham, cap. 4. *Nónne euidenter circumciſionis, præceptum eſt caſtimoniæ, vt aliquis reſecet libidinem carnis, & indomitam luxuriæ laſciuiam refrenet cupiditatis? Etenim circumciſionis vocabulo id præſcribitur, vt omnis impuritatis fœtor abſtergatur, & incentiuum libidinis reſecetur.* Amb. Sic in re libidinis deteſtandæ ſunt, & reſcindendæ ipſæ radices, & incentiua ipſa. Vnde Dominus Matth. 5. reum notat, *Qui viderit mulierem, &c.* Circa quæ ait Nicæn. de vita *Matth. 5.* Nicæn. Moyſis: *Dominus, vt nos ab hac peſte longè abduceret, cupiditatem ipſam, quæ videndo irrœtare ſolet, quaſi radicem voluptatis equiſiit.* Non ſolùm actus; ſed radix ipſa voluptatis cauenda, & fugienda eſt.

§. XXII.

Non omnium eſt, non frangi aſſiduis fœminarum telis.

ILlud mirandum, quod ait: *Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies, & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum.* Vous forſan Ioſephi fuit tam aſſiduis fœminæ precibus repugnare, quando validiſſimi quique alij tanta frangerentur aſſiduitate. Iudic. cap. 16. Samſonis vxor volebat ab illo ſcire vitium ſecretum; qui ſemel, & bis valenter reſtitit mulieris cupiditati. Tandem ait Textus: *Cúmque moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt. Tunc aperiens veritatem, &c.* *Iudic. 16.* Ecce tibi, & ſanctiſſimus, & fortiſſimus Samſon tandem aſſiduis fœminæ precibus frangitur. De quo D. Chryſoſt. hom. 15 ex varijs in Matth. ait: *Hunc iuuenem, & talem virum, & pulchritudine, & virtute, & ſanctitate vxor ſua, ſicut inimicum decipiens, alienigenis Allophylis tradidit. Vnde illa mulier illi tam fortis viro præualuit? Non ſolùm curioſa, ſed ſubdola circa ſe in præcordiis mariti ſimplices, & importunis obſecrationibus, atque illecebroſis blanditiis fatigatum, armis illo virtutis ſua teſtimonia ſpolians, &c.* Chryſoſt. Expende illa: *Importunis obſecrationibus fatigatum ſpolians.* Importunæ enim fœminæ obſecrationes validiſſimum, & ſanctiſſimum Samſonem fatigarunt, & ſpoliarunt: quem non fatigabunt, & ſpoliabunt?

Geneſ. 39. Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quidquam abſque arbitris faceret; & illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras. Cúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocauit ad ſe homines domus ſuæ, &c.

§. XXIII.

Profana Feſta laqueis ſcatent luxuriæ.

DOmum domeſticis vacuam ſpectat Ioſeph, vt inueſtigaret ſcripta rationis ſuæ, quam ſimul ſpectat Ægyptia, vt in laqueos laſciuiæ impellat iuuenem: ait enim Textus: *Accidit quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quidquam abſque arbitris faceret, &c.* Et quæ dies potuit eſſe illa, quæ ſic redderet domum ſolitariam? Ea creditur dies fuiſſe magni alicuius Feſti publici, in gratiam idolorum celebrati, quæ Feſta vt deuitare ſolebat Ioſeph, ſic fœmina obſeruauit, vt ſolitarium iuuenem caperet. Sic Ioſephus lib. 2. de Antiq. cap. 3. Et quando in his profanis Feſtis laſciuia laqueos ſuos non explicat, vt iuuenum animas trahat? Pulchrè ait D. Baſil. Sel. in rem præſentem orat. 8. Ioſeph. *Porrò mulieris inſidiæ adiutans Diabolus, ſolitudinem hominum per Dæmonis Feſtiuitatem innexit. Accidit, inquit, quadam die, &c.* Baſil. Sel. Expende illa: *Per Dæmonis Feſtiuitatem innexit.* tunc enim Dæmon ſecuriùs explicat laſciuiæ retia, tunc feliciùs adiouat luxuriæ faces, vt vniuerſos inflamment, quando profana Feſta celebrantur. Paulus dicebat ad Galat. cap. 4. *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis.* Galat. 4. Cùm dicuntur Galatæ obſeruare menſes, & dies, ait ibi Chryſoſt. *Ex ſermone illarum eſt, quid non ſolùm circumciſionem eis prodicauerant illi, verùm etiam dies feſtos, & Neomenias.* Chryſoſt. Quippe Iudæi quidam prædicauerant Galatis, vt circumciſionem reciperent, & dies feſtos, & Neomenias obſeruarent. Galatæ autem maximè inclinabant in Feſtorum obſeruationem. Ob quod dicebat Paulus: *Timeo vos, &c.* Et cur Paulus timet Galatis à diebus feſtis, à Neomeniarum obſeruatione? Vt iam Feſta Iudæorum profanata erant: ſic in illis nihil credit Paulus ineſſe, niſi retia laſciuiæ, quæ adoleſcentum animas conſumant: ait enim D. Zeno ſer. 13. de Iudæis: *Iudæos legitimum Paſcha celebrare non poſſe paucis accipe, Christiane. Salomonis templum hoſtili vaſtatione ſubuerſum, cùm ruina ſua iaceat ſepultum, vbi ſacrificant? Sacerdotes iam non habent. Tauros, hircos, arietes, agnos abhorret Dominus: vnde ſacrificant? Sanè hoc ſolùm proprium retinent, quod vt vilem libidinem magis, aut magis augeant, velocibus ſe lauacris omni momento baptizant.* Zeno. De Feſtiuitatibus, de Neomenijs, de Paſchate, hoc ſolùm iam percipiebant Iudæi, & retinebant, quod eſſet luxuriæ incentiuum. Quid mali non eſt in Feſtis profanis? Amos cap. 6. *Væ, qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis.* Amos 6. Ex Græco legit D. Cyril. Alex. *Væ, qui venitis in diem malam, appropinquantes, & attingentes Sabbathis falſis.* Cyril. Al. Quod noſter vocat, *Solium iniquitatis*; Græcus vocat *Sabbatha falſa*; & meritò: eſt enim iniquitatis ſolium, & regnum in Feſtis, quæ non peraguntur diuinè, ſed mundanè. Quò ſpectans D. Ambr. ſer. 37. mordens eos, qui Gentilium Feſta obſeruabant, ait: *Eſt mihi aduerſus pleroſque querela non modica: de eis loquor, qui nobiſcum Natalem Domini celebrantes, Gentilium ſe feriis dederunt; & poſt illud cæleſte Conuiuium ſuperſtitioſi ſibi prandium parauerunt, vt qui antè lætitiæ fuerant ſanctitate, inebriarentur poſteà vanitate; ignorantes, quòd qui vult regnare cum Chriſto, non poteſt gaudere cum ſæculo; & qui vult inuenire iuſtitiam, debeat declinare luxuriam. Alia enim ratio eſt vitæ æternæ, alia deſperatio laſciuiæ temporalis.* Ambroſ. Sic bonus Pater ſæcularia Feſta reputat ebrietatem, laſciuiam, & luxuriam.

§. XXIV.

Vel minimus laſciuiæ morſus cauendus.

EXpende maximè id, quod ait: *Et illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius diceret: Dormi mecum.* Lacinia veſtis ſolùm tangebatur: & hinc ad dormitionem iuuenis trahebatur. Crede mihi: vel minimus laſciuiæ tactus ſomnum incutit, ex quo tandem venias in perditionis barathrum. De iis laſciuis fœminis locutus Pſal. 57. ait: *Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ, &c.* Pſal. 57. Et cur ſicut aſpidis? Aſpidis morſus vel leuiſſimus ſomnum incutit, in quo inſenſibiliter poſteà pereas. Sic vel leuis laſciuæ fœminæ tactus, non lethale quid ſtatim infert; ſed ad ſomnum, & dormitionem trahit,

de

de quo ſomno imperceptibiliter rapieris ad extremam ruinam. Ex quo docet D. Nazianzen. quàm fugiendus nobis ſit vel minimus tactus mulieris laſciuæ. Ait enim in Præceptis ad Virg.

Aſſidu haud grande eſt vulnus : tamen illa ſoporem
Mortiferum extemplò inducit . varuúſque dolore
Nazianz. *Interit, excepit, qui tetrum corpore virus.*
Ergo caue , ne vel labes tenuiſſima mentem
Inficiat, minimáſque etiam procul abiice noxas.

Quid pulchrius ? Falla , ſi meliùs explicari poſſit damnum vel à minimis culpis profectum. Minima enim culpa , & leuis non quid lethale ſtatim inducit , nec etiamſi millies multiplicentur veniales culpæ , lethale vulnus infligunt per ſe. At quandam oſcitantiam, & pigritiam, imò & dormitionem quandam ſolent cauſare , ex qua facilè rapi poſſit homo in lethalem ruinam. Fugiamus ergo vel a leuiſſimis , quicunque amamus vigilare in ſalutem. Virgines erant illæ , & prudentes, & fatuæ, de quibus ait

Matth. 25. Dominus Matth. 25. *Moram autem faciente Sponſo , dormitauerunt omnes , & dormierunt.* Non ſolùm fatuæ , ſed & prudentes dormitauerunt : nec miror , quia etiam iuſtis aliqua leuis culpa carnalis obrepit . quæ dormitantes, & negligentes faciat. Sic ait Imperfectus hom. 53. in Matth.

Imperf. *Non ſolum peccatores , ſed etiam iuſti , & ſpirituales ad negligentiam ſunt reſoluendi. Et relicta via virtutis ad carnalia delectamenta ſunt aliquatenus tranſituri.* Contingit , vt iuſti quoque , & vigilantiſſimi mordeantur leuium culparum carnalium morſibus. Quid tunc ? Indormitio, oſcitatio , negligentia naſcitur. De quo facilè ruunt in delectamenta carnalia, à quibus diuina voce prudentes excitantur , & ſe maximè expediunt : fatuæ autem miſerè hærent in ſalebra. Quibus mirum in modum quadrat illud Lucani lib. 4. dictum in eum , qui mortuus fuerat ab aſpide:

At tibi, laue miſer, fixum præcordia preſſit
Lucan. *Niliaca ſerpente cruor ; nulloque dolore*
Teſtatus, morſum , ſubita caligine mortem
Accipis , & Stygias ſomno deſcendis ad vmbras.

Heu quoties à leuium carnalium culparum morſibus eam oſcitantiam , eum ſoporem ebibunt homines , quo facile trahuntur in ruinam!

§. XXV.

Felicium eſt , de fœminarum manibus euadere, cum ſola ruina bonorum temporalium.

DIcit de Ioſeph Textus : *Qui, relicto in manu eius pallio, fugit.* Et cur non etiam pallium ſecum rapuit? Nonne, & pallium à fœmineis manibus poſſet eripere? Poſſet equidem : ſed nihili æſtimauit perdere pallium, dum alioquin liber à fœmina , & prorſus immunis euaderet. Nunquam enim non tribuitur felicitati , quòd a fœmineis manibus homo euadat cum ſola ruina bonorum temporalium. Vt dicat meritò Quintilianus Decla-

Quintil. mat. 15. *Felix profectò , quæ non niſi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille rem.* In laſciuarum fœminarum aſſultibus, in quibus, & æterna ſalus, & animæ perduntur, quis non reputet feliciſſimum eum , qui ſolùm perdidit tēporalia bona, etiamſi vſque ad pallium perdiderit? Prodigus ille filius Luc. 15. *diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè ;* & in tantam egeſtatem deuenit , vt paſceret

Luc. 15. porcos , nec poſſet ſaturari de eorum ſiliquis. Qui tandem in ſe reuerſus ad patrem rediit , à quo lætiſſimo eſt exceptus conuiuio. Ait enim pater : *Adducite vitulum ſaginatum, & occidite , & manducemus , & epulemur.* Quid mirabilius ? Filium videt nudum omninò , vt qui in meretricum manibus omnia bona reliquerat ; & ſic nudum à meretricibus venientem excipit triumphali conuiuio? Quid facis, ô pater ? Filij venientes pleni diuitiis , pleni honoribus , pleni triumphis excipi debent à parentibus cum omnibus lætitiæ ſignis : at hic, qui nudus venit, qui apud meretrices omnes facultates reliquit , cur triumphali excipitur conuiuio ? Meritò excipitur à parente felicibus auſpiciis, qui à meretricibus veniens ſolas facultates temporales apud eas reliquerat , non animam, non æternam ſalutem. Dum hæc conſtare videt in filio, feliciter cum illo actum putat , etiamſi conſumptis facultatibus veniat nudus. Dicedat Ruricius , Epiſcopus Le-

mouicenus , lib. 1. epiſt. 2. *Non exprobrantur prodigo facinora, non luxuria , non egeſtas : ſola conuerſio conuerſi omnia damna compenſat ; quia maior fuit procul dubiò patri ſalutem redeuntis, quàm rerum ſacculem.* Erant & patri , & filio longè maiores , & feliciores diuitiæ , quòd à meretricibus potuiſſet tandem redire ſaluis omnibus aliis , etiamſi amiſſis omnibus temporalibus diuitiis. Sapienter nanque di- Ruric.

cit Eccleſiaſtes cap. 7. *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt : & ſagena cor eius : vincula ſunt manus illius : qui placet Deo, effugiet illam.* De Deo ſolo poteſt hæc felicitas venire , quòd vel amiſſis temporalibus bonis è manu fœminarum effugias liber. Non enim minoris poteſtatis eſt , quòd mulierem vel nudus effugias , quàm quòd à naufragio nudus euadas. D. Paulinus epiſt. 42. locutus de naufragio Martiniani, ait: Eccleſ. 7.

Et penè morte derelictus haſerat,
Cum claſſe mergendus mari; Paulin.
Niſi Chriſtus illum, ſua manu prenſum ſua,
Rapuiſſet è mortis lacu.
Sicut recuſſis fugit olim veſtibus
Ioſeph furentem fœminam:
Sic hic, relictis omnibus, fuga
Euaſit inſidam ratem.

Meritò componit Ioſephum , & Martinianum : vt enim ille fugit a muliere ; ſic iſte à naufragio , & tempeſtate. In vtroque autem eadem Dei poteſtas apparuit, quòd vel nudi euaſerint. Eſt equidem tempeſtas mulier laſciua. 2. Reg. 11.

Dauid 2. Reg. 11. *Vidit mulierem ſe lauantem.* Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. 44. in 1. epiſt. ad Cor. *Vbi Dauid peruerſis oculis Dauid ſue vxorem vidit ; ibi, quod ſaniente materia patiuntur, veriſimile eſt hunc quoque paſſum.* Adeò Chryſoſt.

ſimiles ſunt & naufragi , & laſciui , vt de ſola Dei manu veniat , quòd euadant vel nudi.

§. XXVI.

Nihili æſtimandum malum , quo gratia diuina ſtola non amittitur.

FVgit itaque Ioſeph à fœminæ laſciuia , *relicto in manu eius pallio* ; ſed minimè ſtola gratiæ diuinæ relicta, quam dum retineas, cætera nihili æſtimes relinquere. Di- Chryſoſt.

cebat enim in præſenti D. Chryſoſt. *Licebat videre admirabilem illum , nudum quidem veſtibus exire , indutum autem continentia veſtimentis , quaſi ab incendio , & fornace illæſum fugere , & non ſolùm non aduſtum ; ſed & multò fulgidiorem, & clariorem factum.* Necnon & D. Ambroſius rem mira- Ambroſ.

tus ait : *Itaque veſtem exuit , crimen excuſſit , & relictis, quibus tenebatur exuuiis , ſpoliatus quidem , ſed non nudus aufugit, quia erat tectior indumento pudoris.* Quod virtutis, quod gratiæ erat indumentum retinuit fugiens, vilipendens, quòd externa bona perdiderit. O æſtimandam nuditatem, qua ſtola gratiæ cuſtoditur, & peccati indumentum relinquitur , etiamſi cum hoc neceſſum ſit omnia perdere bona mundi ! Poſt omnium bonorum mundialium iacturam

dicebat Iob cap. 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Sic magnus vir ponderat ſuam extremam nuditatem , quam incurrit poſt omnia bona, imò poſt ipſas veſtes à ſe dimiſſas. Et mirabar , quòd tantus vir in ruina tanta nihil priùs ponderet , quàm nuditatem ſuam. Cur non priùs oculos ad Deum eleuat , quàm ad nuditatem demittat ? Quæ nuditas ſic ante omnia magnum virum affecit ? Ne credas à tanto viro tanti æſtimatam eſſe nuditatem bonorum temporalium , vt illam in primis reſpiceret. Quæ nuditas à peccato , à veteris hominis exuuiis illi fuerat inter illas temporales iacturas, hæc virum ſauctum maximè leuabat , dum ait : *Nudus egreſſus ſum, & nudus reuertar.* Ait Clemens Alexandrinus Iob 1.

in Cat. Græca : *Quæ à Iob dicuntur, ſublimibus cogitare debent, ad hunc modum : Nudus à ſcelere , & peccato , quaſi in matris vtero ſatus ſum. Nudus non à bonorum poſſeſſione , (minutum enim id eſt, & vulgare ,) verùm ab improbitate, & vitio, atque ab eo, quod vita humana comes eſt, tenebricoſo idolo.* Non equi- Clem. Alex.

dem adeò abiectè ſentiendum eſt de Iobo , vt credatur ponderare, aut reſpicere nuditatem hanc bonorum temporalium : hæc enim minuta eſt , ac vulgaris ; nec digna, quæ cenſeatur à tanto viro : ſublimiorem quandam nuditatem ille ſibi obtigiſſe æſtimabat, nempe, illam , quæ

ab

ab omni vitiorum integumento eſt nuditas? dum enim vitia cauuntur, ſtoláque virtutis cuſtoditur, nihili æſtimane boni viri, quòd accidant vniuerſæ temporales iacturæ. Dicebant meritò illi cantatiſſimi Machabæi fratres, apud Nazianzenum, inter bonorum iacturas, inter lanienas, inter mortes: *Nec quicquam aliud nobis terrori eſt, quàm ne quid magis, quàm Deum timeamus.* Dum enim ſibi Deum inſeparabiliter indutum crederent, nihili æſtimarent, quòd lacerarentur, & tollerentur ipſa indumenta carnis. Huc trahe dicta ſuprà lib. 11. cap. 15. §. 34.

Nazianz.

§. XXVII.

Vix Deo, & virtuti hærere poteſt, qui ſe à temporalibus bonis non expedit.

NObilis fuit hæc Ioſephi fuga, qui fugit à fœmina, *relicto in manu eius pallio.* Nec tam feliciter ad Deum confugiſſet, niſi pallium reliquerit: is enim magis inſeparabiliter Deo adhæret, qui ſcit ſe à bonis temporalibus expedire. Marc. 14. poſt Ieſum comprehenſum ait: *Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta ſindone profugit ab eis.* Feliciſſimum fuit, quòd fugeret à malignis, qui eum deterrere volebant à ſequela Christi: ſed illud felicius, quòd fugit, relicta ſindone. Et in quo hæc maior felicitas, niſi in eo, quòd niſi qui bona temporalia nouit abiicere, nequit ſecuriùs inhærere Christo? Ait Beda ibi: *Iſte adoleſcens, qui reiecta ſindone nudus profugit ab impiis, illorum & opus, & animum deſignat, qui vt ſecuriores ab incurſibus hoſtium fiant, quicquid in hoc mundo poſſidere videntur, abiiciunt; ac nudi potiùs domino famulari, quàm adhærendo mundi rebus, materiam tentandi, atque à Deo reuocandi aduerſariis dare didicerunt. Iuxta exemplum Ioſeph, qui relicto in manibus adulteræ pallio, foras exiliuit,* &c. Expende illa: nimirum: *Materiam tentandi, atque à Deo reuocandi,* &c. quippe vt hæc temporalia ſunt materia tentandi, atque à Deo reuocandi; ſic qui neſciunt ab iis ſe expedire, ægrè, & difficulter adhæreſcent Deo. Quapropter in omnium bonorum amiſſione dicebat Iob cap. 1. *Nudus egreſſus ſum ab vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Adeò illam nuditatem æſtimabat, vt per eam crederet ſe ad materna Dei viſcera iturum. Nudus, ait, reuertar illuc, nimirum, ad maternum Dei ſinum, ad quem qui amat ſecurus peruenire, & ibi ſtans manere, neceſſum eſt ſe ſe exuat à temporalibus iſtis. Ait Olympiod. in Catena Græca: *Nudus reuertar illuc, nimirum, ad Deum. Papæ! Quanta hæc eſt Philoſophiæ excellentia! Nam externa quidem ſpecie quod debet naturæ, perſoluit, diſciſſa tunica, vulſáque coma, ſed ob virtutem ad Deum confugit, atque in media ærumnarum turba, eminenter naturæ philoſophatur. Ea eſt, inquit, homini ſancita lex, vt ab eis, quæ non ſunt, ad id, quod exiſtit, nudus deducatur, eadémque forma indutus cedat è vita.* Nudum ſe dicit Iob ire ad Deum: quia hæc eſt lex homini data, vt primùm ſe nudet temporalibus iis, quæ etſi videantur eſſe, verè non ſunt, & iis nudatus Deo appropinquet, Deo adhæreſcat, cui minimè adhæreſcere poterit, niſi ſe expedierit omnibus iſtis. Exuat temporalium affectus, quiſquis amat ad Deum peruenire. Cant. 5. ait ſponſa: *Quæſiui, & non inueni: Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum.* Dum ad Deum ire curat, ei pallium eripitur. Ait D. Amb. lib. 3. de Virg. *Tulerunt ei pallium, hoc eſt, actus corporales, inuolucrum ſuſtulerunt, vt nuda mentis ſimplicitate quæreret Chriſtum: quia nemo poteſt amictu veſtitus Philoſophiæ, in habitu, ſcilicet, ſapientiæ ſæcularis Chriſtum videre. Benè tollitur ei pallium, qua ad Chriſtum propinquat, vt Deum viſura mundo corde gradiatur.* Vix enim deueniet ad Deum, qui neſciat & temporales, & vanas exuere curas.

Marc. 14.

Beda.

Iob 1.

Olympiod.

Cant. 5.

Ambroſ.

§. XXVIII.

Non facie ad faciem pugnandum cum pulchritudine fœminæ.

VIcit equidem Ioſeph laſciuiam, ſed vicit, quia fugit: dicit enim Textus: *Relicto in manu eius pallio effugit,* &c. Vincunt in re laſciua, qui fugiunt: qui facie ad faciem conſiſtunt, miſerè vincuntur. Numer. 25. *Morabatur autem eo tempore Iſraël in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum.* Ecce ibi, dicuntur filiæ Moab vocaſſe Iſraelitas viros ad ſacrificia ſua: & minimè dicuntur vocaſſe eos ad libidinem. Qui nihilominùs in libidinem ruerunt, & libidinem impudentiſſimam. Et quando non vocabantur ad libidinem, cur ipſi ruebant? Crede mihi: nulla vox, nulla ſuadela eſt neceſſaria, vt trahantur homines ad libidinem. Ponatur in conſpectu fœminea pulchritudo, & non fugiat homo; ſed ex aduerſo facie ad faciem conſiſtat: & fallar, niſi miſerè ruat. Ad hæc dicebat D. Gregorius Niſſenus de vita Moyſis: *Cùm omnis voluptas facilè ad vitium alliciat, tum verò fœdiſſimus Veneris actus libidinoſos, præſertim iuuenum, animos adunco detentos hamo attrahit. Id inde patet. Nam, qui hoſtes enſem ſua virtute retuderant, qui legiones armatas fuderant, mulierum forma percuſſi ceciderunt. Nam ſimul atque mulieres apparuerunt, formoſa pro telis corpora obiicientes, fortitudinis ſtatim obliti, ad voluptates deuoluti ſunt.* Sic formoſa corpora ſolùm obiecta, & præ oculis poſita tanquàm adunco hamo detentos validiſſimos alioquin animos prendiderunt, & in miſerũ caſum traxerunt. Gen. 34. *Egreſſa eſt Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. Quam cùm vidiſſet Sichem filius Emor Euæi, Princeps terræ illius, adamauit eam,* &c. Vt vidit, vt periit, & qui Princeps erat, in miſeram laſciuiæ ſeruitutem lapſus eſt. Vt dicat ibi D. Chryſoſt. *Vidit virginem, & totus propter aſpectum captiuus factus eſt.* Sic pereunt, qui non fugiunt, ſed firmata facie conſiſtunt, vt fœminarum pulchritudines proſpectent.

Num. 25.

Niſſen.

Geneſ. 34.

Chryſoſt.

§. XXIX.

Cæleſtia ob oculos poſita nos à libidinis tyrannide defendunt.

DIcitur Ioſeph fugiſſe à fœmina, illis verbis: *Relicto in manu eius pallio fugit.* Et quò fugit? Non dicitur, quò fugerit: ſed, cùm oſtenditur eò fugiſſe, vbi eſſet liber à laſciuia; iam inde creditur fugiſſe in cælum. Soli enim, qui cæleſtia mente voluunt, in eíſque commorantur, poſſunt eſſe ſecuri à libidinis æſtu. Ad hæc D. Ephrem Ioſephi victoriam per fugam meditans ait: *At ille nimiam illam mulieris cernens impudentiam, confeſtim curſum extra domum in bruinam exiliut. Et ſicut aquila, cùm aucupes aſpexerit, expanſis alis, cæli ſublimitatem petit: ita etiam Ioſeph ex periculoſa hac venatione profugit.* Expende illa: *Sicut aquila cæli ſublimitatem petit,* &c. Aquila aucupes fugiens ſe in ſublime recipit, ad alta cælorum confugit, ibíque agit ſecura. Sic Ioſeph mulieris audaciam deuitans ad cæleſtia confugit, eáque mente luſtrans manſit omni vulnere, omni ſpurcitia liber. Dicebat illa Cant. cap. 5. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Sic ait, quæ vera Sponſa erat, in thalamóque viuebat Sponſi ſui: ego autem faciliùs dixiſſem: *Quomodo non inquinabo illos?* Cui reſpondet D. Ambroſ. lib. 3. de Virg. *Pedes cùm ſemel lauerit æterni fontis irrigua, & myſterij mundauerit ſacramento; tunc iterum corporea cupiditatis illuuiem, ne lutulenti actus ſordibus inquinentur. Iſti ſunt pedes, quos Dauid lauit in ſpiritu, qui te docet, quemadmodum eos inquinare non poſſis, dicens: Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis, Ieruſalem.* Pſal. 121. Sic non inquinabuntur affectus noſtri: ſic carnalium voluptatum fugiemus eluuiem, ſi mente Dei atria calcauerimus. Si oculos leuemus ad cæleſtia, & ibi animum intimè fixerimus.

Ephrem.

Cant. 5.

Ambroſ.

§. XXX.

Fictitius virtutis prætextus crudeliores merces in Sanctos alit.

DEluſa fœmina maximè in deluſorem iraſcitur: dicit enim Textus de illa: *Cùm vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis. Ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum. Cùmque ego ſuclamaſſem,* &c. Sic ad crudeliùs perdendum iuuenem

nem ſeſe conſtruit à parte virtutis, quaſi ipſa pudica perſequatur adulterium. Heu crudele nefas! Meritò
Chryſoſt. dicit ibi Chryſoſt. *Hoc modo ſe habet malitia, adoleſcentem quaſi intemperantem criminans, & ſe continentiæ larua induit.* Parum duxit perdere Ioſephum, vt ſolent impij perdere iuſtos: induit ſe continentiæ laruâ, ad virtutis confugit ſpeciem, vt crudeliùs, & immiſericordiùs perderet illum, vt perdi ſolet adulter à zelotypo viro. Nunquam enim de fictitio virtutis prætextu non naſcuntur ſcelera crudeliſſima. Monebat Dominus Matth. 7. *Attendite*
Matth. 7. *à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces.* Ecce tibi, vt attendenda, & cauenda dicitur luporum rabies in iis, qui ouium integumento falſo veſtiuntur. Sub præſumpta namque virtutis ſpecie maior ſemper crudelitas in Sanctos oritur. Quò ſpectans dicebat D. Hilar. Conſtantio Auguſto lib. 1. contra illum: *At tu, omnium crudelitatum crudeliſſime, damno maiore in nos, & venia minore diſſeuis.*
Hilar. *ſubrepis nomine blandientis, occidis ſpecie religionis: Sed hoc illo patre tuo, artifex humanarum mortium, docuit, perſequi ſine infamia, cædere ſine ſuſpicione, mentiri ſine intelligentia, profiteri ſine fide.: Aliud me Dominus ad intelligendum te dictum docuit dicens. Attendite à Pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, ab intus autem ſunt lupi rapaces.* Quippe hoc eſt crudeliſſimorum hominum proprium, quòd vbi acriùs amant ſæuire, prætexium ſumunt virtutis, integumentum ouium, ſub quo rabidiores exiſtunt lupis veſpertinis. Dum magis furebant Phariſæi in Ieſum, dicit de illis Ioannes cap. 18. *Adducunt ergo Ieſum à Caipha in Prætorium. Erat autem mane. & ipſi non in-*
Ioann. 18. *troierunt Prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha.* Scrupuloſiſſimam virtutem prætexerunt, dum crudeliſſimum omnium aggrediuntur nefas, tradentes illum Iudici Romano crucifigendum. Præclare ad illos Rupert. in præſentiam: *Puerilis caecitatem, ut mundi iſti illum, quod deforis calet, intrinſecus turpes, & ſimiles*
Rupert. *ſit. vos ſepulcris dealbatis, quæ intus plena ſunt oſſibus mortuorum. Quid enim? Contaminari extrinſecus cauetis intrando in Prætorium, & intus horribiliter pollui non timetis, tractando crudelè homicidium. Quid hac puritate impurius? Quid hac ſanctitate ſceleſtius?* Prætendebant nefarij homines ſcrupuloſiſſimæ virtutis ſpeciem, ſub qua crudeliſſimum omnium facinus aduerſus Filium Dei exercebant. Proh ſcelerum virtutis prætextum! Munditties, & pietas prætenditur, ſub quibus hominum mortes, Sanctorum clades, iuſtitiæ exterminium clarè oſtenditur.

§. XXXI.

Ille ſeuerior iniquitatis vindex ſit, qui gratiarum inſtrumentum fuerat.

Aſtutè ſatis nefaria illa dicebat marito: *Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus, quem adduxiſti.* Marito obiicit & adductionem, & promotionem, & ſi idem habitam ſeruulo, cuius accuſationem inchoabat. Et quid ad pœnas ſeruum, quas procurabat, quòd adductus, & prouectus à marito fuerit? Multùm ſanè monebat enim maritum beneficiorum, muneriumque ſeruo præſtitorum, vt hinc ſeuerior eſſet in eo caſtigando. Nemo enim ſeueriorem vindicem iniquitatis agit, quàm qui munerum fuerat dator. Poſt Dauidis adulterium, & homicidium ait Textus 2. Re-
2. Reg. 12. gum, cap 12. *Miſit ergo Dominus Nathan ad Dauid, &c.* Erat Nathan Propheta Domini, qui mittitur ad Dauidem, vt eius vindicet peccata. Propterea enim mittitur ad eum caſtigandum Propheta: quia etiam fuerat Propheta, qui eum in Regem vnxerat, quali inde ſeuerior venturus erat vindex iniquitatis, vnde venerat ſanctorum munerum collator. Ait Euthym. in Pſalm. ad illum: *Adſtat rurſum poſt peccata Propheta Prophetæ, velut Medicus Medico ægrotanti. & quemadmodum antea vnctor*
Euthym. *adſtiterat, ita nunc non modò dignitatem, ſed ſpiritum etiam ablaturus, ſi in aliquo deliquiſſet: quod ad propriam ſanationem pertinebat.* A nullo quippe ordine ſeueriùs priuaretur, & regno, & vita Dauid, ſi aſſet contumax in peccatis, quàm ab eo, qui eum in Regem vnxerat, & regni dederat poteſtatem. Pendebat Abſalom rebellis ex arbore, 2. Reg. 18. & nullus miles audebat in eum telum contor-
2. Reg. 18. quere. Quid tunc? *Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu ſua,*

& infixit eas in corde Abſalonis. Cumq; adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. Et quando nullus audet in Principem, etſi rebellem, mittere manum, cur Ioab adeò atrociter illum percutit? Cur non leniùs agit cum filio Regis? Multa officia præſtiterat Ioab Abſaloni apud patrem, quem ſemel iuſſu ſuo offenſum iuueni placauerat. Vt enim vnus Ioab officia præſtiterat Abſaloni, eique gratiam patris fuerat negotiatus: ſic ipſe ſolus inuentus eſt, qui in eum rebellem acriùs ſæuiret. Ait D. Chryſoſt. Chryſoſt.
in Gloſſa: *Qui patrem ei reconciliauit, is ipſum interfecit.* Vnus inuentus eſt, qui in Abſalonem ſæuiret, qui tres lanceas in cor eius contorſit, quando nullus alius illum tangere audebat. Et quis fuit, qui ſic ſæuit? *Qui patrem ei reconciliauit.* Crede mihi: nullus ſeuerior vltor eſt iniquitatum, quàm qui donorum diſtributor exiſtit. Hinc Petrus Damianus epiſt. 12. lib. 3. Epiſcopi cuiuſdam mores Damian.
mordens addit: *Obſecro, frater, ne graue tibi videantur iſta correptio. Nam, quia noſtro iudicio audio te prouectum ad Epiſcopatus apicem, non ignoras, digum eſt, vt, ſicut promouentem, ita & redarguentem feras.* Sic, qui præſtitit officium, & duram correptionem in erroribus dedit. Matth. 16. dice- Matth. 16.
bat Dominus Petro: *Tibi dabo claues regni cælorum.* Et poſt pauca eidem dicit: *Vade poſt me, Satana.* De quo Damian. ſuprà: *Dominus Petrum Eccleſiæ prætulit, deinde graui reprehenſione pulſauit. Nam, cùm diceret: Tibi dabo claues regni cælorum. poſt paucum eum auſterè corripuit, dicens: Vade poſt me, Satana. in quo nobis dedit exemplum, vt quos ad honoris culmen attollimus, ſub diſciplinæ magiſterio refrenemus.* Sic ibi.

Geneſ. 39. His auditis, Dominus, & nimiùm credulus verbis coniugis, iratus eſt valdè, tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur: & erat ibi clauſus. Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius, *&c.*

§. XXXII.

Dum laſciuorum voluptatibus obſiſtunt vel ſanctiſſimi, & innocentiſſimi, in carceres, & vincula, & mortes veniunt.

Notanda illa ſunt: *Nimis credulus verbis coniugis, iratus eſt valdè, tradidit Ioſeph in carcerem, &c.* Ecce tibi Ioſeph ille ſanctiſſimus, ille innocentiſſimus, ſub cuius manu omnia domini bona mirum in modum creſcebant, in carcere, & in vinculis deliteſcit. Vnde hoc? Ait Textus: *Nimis credulus verbis vxoris, &c.* Fœmina eſt cauſa tanti mali, cuius fuerat deluſa voluptas: quoniam voluptuoſorum reſiſtunt cupediis, etſi ſanctiſſimi, & innocentiſſimi, in carcere, & vincula deueniunt. Ait D. Ambroſius lib. de Ioſeph, cap 5. *Mittitur Ioſeph interea in carcerem:. Et quæ cauſa crudelitatis, niſi quòd cupiditatibus ſuis obſiſti videbat. & deſideria ſua vetita* Ambroſ.
ſponſione fraudaret? En propter quod aperiantur carceres, vt ſuſcipiant innocentes, ſoluantur catenæ, vt imponantur fidelibus. domus tantus veritatis adulteræ, vt includantur, qui fidei adulterium non exarſit. Vbi voluptuoſorum, atque latronum cupediæ deluduntur, ibi furores rabidiſſimi, ibi vel ſanctiſſimorum proſcriptiones, incarcerationes, & Marc. 6.
mortes. Notiſſimum eſt illud Marci cap. 6. *Miſit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem, vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Quis Ioanne Baptiſta ſanctior? quis innocentior vel apud ipſum tyrannum? Et nihilominùs is tantis vinculis obſtringitur, & mittitur in carcerem propter Herodiadem. Circa quod ait D. Fulgentius: *Neſcio, quid habet moleſtiæ ſæpè nomen cum Sanctis.* Neſcit bonus Pater, quid ha- Fulgent.
beat mulier ter genitum cum Sanctis, quibus ſemper infenſum eſt. Sed quod neſcit Fulgent. explicat ipſa Herodias apud D. Baſil. Sel. orat. 18. inquiens: *Vtinam nos à vinculis eripit? Ipſe pro victo de vultu ne à capite. Abſtrahet me meis amoribus; in eo, cui voluptas eſt, oppugnat, quem ita gladio oneratis, recipiat.* Hæc in la... etiam ſanctiſſimi, Baſil. Sel.
qui voluptuariorum cupediis obſiſtunt. In hanc ſententiam ibat D. Chryſoſt. lib. aduersùs Monachorum vituperatores,

peratores, dicens: *Neronem proriſus ex fama nouiſtis? Per omnem impudicitiam, ſceleribusque omnibus inſignem fuiſſe, praecipuè, ac ſolum in tanto imperij culmine, modos quoſdam laſciuiæ, flagitij, atque turpitudinis excogitaſſe, exquiſiſſe, inueniſſe. His itaque Paulo Beatiſſimo, eo modo, ac prorſus ſimillima crimina obiectantibus, quæ vos modo ſanctæ vitæ obiicitis. Pellicem enim eius, quam ille deperibat, cùm induxiſſet fides, ac religionis ſacramenta ſuſcipere, perſuaſerat vnà inceſtum illum, impurúmque congreſſum deſinere: hæc, inquam, ille crimina obiectans, corruptorem que nequam, flagitioſum, atque nebulonem, & his ſimilia, quæ vos modo perſtrepitis, Paulum vocitans, primum quidem coniecit in vincula*, &c. Sic Chryſoſtomus oſtendit, quàm ſint vni voluptuoſorum hominum mores in Sanctos. Paulus ille ſanctiſſimus, candidiſſimum, & fulgentiſſimum Orbis iubar, vbi laſciuiſſimo Neroni delicias ſuas eripuit, in vincula venit, & in carcerem, vocatus à Tyranno corruptor, flagitioſus, & nebulo; vt quotidie ſolent Sancti vocari à voluptuoſis hominibus, ſi per eos ſuis deliciis fraudantur. Chryſoſt.

§. XXXIII.

De magnitudine animi venit, quòd ſciat non vindicare iniurias.

NOn poſſum non multùm mirari ad illa verba: *Tradidit Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus.* Non dicitur eſſe ibi gemens, nec accuſans iniuſtiſſimum herum ſuum, nec ſubdolam heram criminatricem; ſed tantùm dicitur ibi eſſe clauſus. Manifeſta eius erat ſola iniuria accepta; vindictæ autem nec vmbra viſebatur. Quantum hoc? Fallar, ſi quid ſit magnitudinis animi eius magis manifeſtatiuum. Poſt multas virtutes eiuſdem Ioſephi numeratas ait D. Baſil. Sel. orat. 8. *Quod maius eſt, obſtupeſce. Vide adoleſcentis magnanimitatem, vide diuinæ Philoſophiæ celſitudinem, vt huius animi omnium Conditori placeas. Quando talia perpeſſus nec verbo quidem iniurias vltus eſt; neque in eos, qui illum acerbiſſimis vndique calamitatibus inuoluebant, vocem emiſit acerbiorem.* Expende illa, nimirum, *Magnitudinem, & celſitudinem*: quod enim inter tot, tantáſque iniurias ſibi factas, adeò ſiluerit, vt nec voce, nec halitu aduerſarios ſuos referiret, hoc niſi de animi magnitudine, & celſitudine non poterat venire. Celſi, magníque animi ſit, neceſſum eſt, qui ſic tacet in iniuriis. Baſil. Sel.

4. Reg. 2. Notiſſima ſunt illa vox Eliſei ad Eliam 4 Reg 2. *Obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Cupiebat bonus impleri ſpiritu Eliæ, ſed non ſimplici, ſed duplicato. Quem & obtinuit. At D. Iuſtinus Martyr quæſt. 54. dubitat, in quo oſtenſus ſit in Eliſeo duplicatus, & auctus ſpiritus Eliæ: ſic enim ait: *Si donum eius duplum, quod erat in Elia, obtinuit Eliſeus, qui fit, vt neque ſimpla, neque dupla miracula fecerit, cuiuſmodi ſunt pluuiam cohibere, famem in terra premere, ignem ad ſacrificium de cælo reuocare, Sacerdotes improbos iugulare*, &c. *Vnde igitur oſtenditur Eliſeum poſtulata ſua, & Eliæ promiſſa conſecutum?* Omnia illa ab Elia peracta, & etiam duplicata facienda erant ab Eliſeo, ſi duplum Eliæ ſpiritum accepiſſet. Quando ergo nullum illorum fecit; in quo monſtrauit ſe habere ſpiritum duplo maiorem Eliæ? Iuſtin. M.

Ait Iuſtinus in fine reſponſionis ad dubium: *Ab Elia quidem ad vſum factum eſt eis incrementum, ab Eliſeo verò etiam vltra vſum. Et Elias ignem deuocauit de cælo ad vlciſcendos hoſtes: at Eliſeus equos, & equites igneos deuocauit de cælo ad auxiliandum Iſraëlitis.* In duobus ponit exceſſum ſpiritus Eliſei ſuper ſpiritum Eliæ: primò enim Elias dicitur in donis præſenti neceſſitati deſeruiſſe: at Eliſeus, & vltra neceſſitatem fuiſſe largitus. Deinde Elias ignem à cælo deuocabat ad vlciſcendas illatas ab hoſtibus iniurias; Eliſæus non pro vlciſcendis iniuriis, ſed pro auxiliandis ſuis miracula faciebat. Qui autem vltionem negligit, non poteſt non eſſe duplo maior in animo, & ſpiritu, quam is, qui vltioni inferendæ ſtudet.

§. XXXIV.

Deus adeſt ſuis in ærumna conſtitutis.

ILlud certiſſimè aſſeritur, nimirum: *Fuit autem Dominus cum Ioſeph*, &c. Quò ſpectans Sapiens c. 10. aiebat: *Hæc venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum: deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum*, &c. Nequit enim Deus non adeſſe ſuis in laboribus, & carcere conſtitutis propter virtutem. Sap. 10.

Dicebat Matthæus cap. 11. *Ioannes autem cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Quippe Ioannes in carcere, & vinculis poſitus ea iubet interrogari à Ieſu, quæ minimè ipſe ignorabat: ſic enim omnium Patrum, & Doctorum ſententia eſt, non ignoratum fuiſſe à Ioanne, Ieſum eſſe Chriſtum. Et vnde poteſt colligi, nullam Ioanni ſubeſſe ignorantiam de Ieſu, etiam quando nunc mandat interrogari ab illo, an ſit Chriſtus? A Deo illuminatus Ioannes, nouerat iam Ieſum eſſe Chriſtum, quando Ioannis cap. 1. dixerat: *Ecce Agnus Dei*, &c. Qui ergo ſemel habuerat Deum aſſiſtentem, vt noſceret Ieſum; non poterat illa Dei aſſiſtentia carere in vinculis exiſtens; Deus enim præſentiſſimus eſt eis, qui pro virtute in carcere, & vinculis ſunt. Matth. 11.

Ait D. Hilar. canone 11. *Ioannes detentus carcere Dominum ignorat? Et Propheta tantus Deum ſuum neſcit? At, qui venturum, vt præcurſor nunciauit, conſiſtentem vt Propheta agnouit, adeuntem vt Confeſſor veneratus eſt, vnde tam varia, & tam abundanti eius ſcientia error obrepſit? Sed conſequens de eo Domini teſtimonium ſentire hoc ita non ſinit. Neque ſanè credi poteſt Spiritus Sancti gloriam in carcere poſito defuiſſe, cùm Apoſtolis virtutis ſuæ lumen eſſet in carcere poſitis miniſtraturus.* Expende illa, nimirum: *Neque ſanè credi poteſt Spiritus Sancti gloriam in carcere poſito defuiſſe.* quando ea eſt Dei conditio, vt ſuis in carcere conſtitutis adſit, non credi poteſt Ioanni in carcere conſtituto non adfuiſſe, quin tunc maximè in Ioanne, & cum Ioanne erat, ab illo minimè diuiſus. Huc trahe dicta tom. 1. in Euang. lib. 3. cap. 5. §. 13. & tom. 3. de Chriſto fig. lib. 6. cap. 6. §. 1. Hilar.

§. XXXV.

Ieſus maximè adeſt fugientibus à laſciuia.

FVgiens Ioſeph laſciuæ dominæ manum incidit in carcerem, & ait Textus: *Fuit autem Dominus cum Ioſeph*, &c. Nec mireris: maximè enim adeſt Deus iis, qui à laſciuia fugiunt. Expugnaturus Ioſue vrbem Hai, exercitum in duas partes diuiſit; & relicta parte maiori in inſidiis, ipſe cum parte minori acceſſit ad vrbem, vt in primo congreſſu, ſimulata fuga, traheret hoſtes in inſidiatum partem, ex qua egredientes Iſraelitæ omnes perimerent. Nec vana fuit eius cogitatio: nam, vbi primùm apparuit Ioſue, hoſtes egreſſi ſunt aduerſus illum c. 8. *Ioſue verò, & omnis Iſraël ceſſerunt loco, ſimulantes metum, & fugientes per ſolitudinis viam*, &c. In quibus illud notandum, quòd cùm duæ eſſent partes exercitus, altera poſita in inſidiis, altera egrediens, vt ſimularet fugam; Ioſue, ſiue Ieſus Naue fugientorum parti ſe adiungat, & cum illis malit fugere. Et cur ſtrenuus Dux amat ire cum fugientibus? Cur non magis detrectat ſocietatem illorum, qui vel per vmbram, & ſimulationem fugiunt? Prænotabatur ibi duellum ſpirituale, quo cum vitiis confligimus, in quo cùm laſciuia vincenda ſit per fugam, verus Ieſus nequit ſeparari ab iis, qui eam fugiunt; ſed maximè delectatur in illis. Ait Origenes homil. 8. in Ioſue, iuxta lectionem poſitam in Gloſſa: *Quid, putas, Ieſus fugiens ſignificet? Videamus, ſi ſit tale aliquid, quod fugiendo vincamus, quia eſt aliqua perfecta virtus in fuga. Paulus indicat dicens: Fugite fornicationem: Ieſus enim eſt cum iis, qui fugiunt, magis quàm cum illis, qui perſequuntur: diligit enim eos, qui fugiunt fornicationem, dolum, mendacium, & huiuſmodi.* Etſi Ieſus coronet eos, qui vitia perſequuntur, at cum iis amat eſſe, qui non tam perſequendo, quàm fugiendo laſciuiam deuitant. Iis enim maximè hæret, ipſorum amantiſſimus. Fugiebat Iezabelis rabiem Elias 3. Regum, cap. 19. & cùm in fuga eſſet clamabat ad Dominum: *Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum* Ioſue 8. Gloſſa. 3. Reg. 19.

ego ſolus. Quem meritò coarguit D. Amb. eò quòd dicat, Ambroſ. ſe ſolum eſſe, cùm à fœminæ manibus fugiſſet: nunquam enim Deus non comitatur tales fugitiuos. Quippe ait lib. de fuga ſæculi, cap. 2. *Solum ergo Verbum Dei aemis miniſter, cùm nemini aliquibus operatur Dei Verbum. Et ideò exul eſt mundi, fugitans corpora paſſiones, abdicat ſe omnibus, vt ſolus remaneat, ſicut Elias dixit: Et ego relictus ſum ſolus, ſed non erat ſolus, cum quo erat Dominus.* Qui corporis paſſiones fugit, nequit eſſe ſolus: quia cum illo erat Dominus, qui talibus fugitiuis eſt præſentiſſimus. Gaudet enim Dominus eſſe cum eis, qui carnales voluptates fugiunt. Huic
Luc. 1. Angelus Luc. 1. ait Mariæ: *Aue, gratia plena, Dominus tecum.* Ex quibus D. Epiphan. ora confringit Hæreticorum dicentium, Mariam in aliis nuptiis fuiſſe, in quibus alios
Epiphan. filios parturiuit. Ait enim Epiph. lib. 3. contra Hæreſ. tom. 1. cap. 78. *Si verò Dominus cum ipſa, quomodo erat in alio coniugio? Quomodo carnis miſcebitur, quæ à Domino cuſtodiatur?* Quaſi nequeat ſingulariter eſſe Dominus cum eo, qui carnali voluptati dat operam.

CAPVT V.

Aulicorum vinctorum ſomnia.

TEXTVS HISTORIA.

VNVM circiter annum in carcere Ioſeph tranſegerat, cùm Pharao duobus aulicis iratus eos eodem fecit carcere includi. Alter erat pincernarum princeps; alter piſtorum: tantæ vterque dignitatis, & ſublimitatis apud Palatinos, vt eorum obſeruantiam cuſtos carceris Ioſepho crediderit, tanquam ſibi gratiori. Non abnuit iuuenis, ſed nihil officij reliquit, quod homines in anguſtia conſtitutos lætiores facere poſſet. Nec multò poſt ſomnio turbatos videns, totius ſciſcitatur ſomnij ordinem, quorum interpretationem, vt a Deo ventura erat, ſic non ſibi difficile ſperabat inueniendam fore. Audet primus pincernarum princeps, narrátque, vt viderit in ſomnis vitem trium palmitum, ex quibus iuxta naturam vitis, gemmæ priùs erumpebant, quæ paulatim dilatatæ frondeſcebant, & fructus emittebant minutos, qui & ipſi florebant, & grandeſcebant, & ad maturitatem perducti ab ipſo in Pharaonis calicem exprimebantur, & Regi porrigebantur ad potum. Non hæſit Ioſeph: ſed vt ſomnium audiuit, propinquam pincernæ felicitatem retulit, vt poſt tres dies, in Pharaonis gratiam, & munus priſtinum erat reſtituendus. Inſuper & reſtituto ſui memoriam commẽdat, vt cùm fuerit apud Regem, meminerit interpretis ſomnij, & eius libertatem contendat, quando innocenter in carcere degit. Intereà piſtor lætus bono ſui ſocij omine, æquè lætum ſperabat de ſomnio ſuo euentum: in quo viſus ſibi fuerat leuare tria canistra ſuper caput ſuum, duo panibus plena, tertium carnibus, quæ cæli volucres & rapiebant, & abſumebant. Sed longè diſpar reſponſum accepit: vt enim ſomnium dixit, audiuit ea Ioſepho ſibi poſt tres dies imminere ſuſpendium. Sic prænunciatum eſt, & ſic prorſus euenit, & ſuſpenſo piſtore, & reſtituto in priſtinam dignitatem pincerna, qui interpretem ſuum obliuioni dedit.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

IN vino, & pane reſponſum accipiunt piſtor, & pincerna, alter vitæ, alter ſuſpendij. Tam diſparem quidem ſortem multi inueniunt in Euchariſtica menſa, quæ vt eſt mors malis, ſic & vita eſt bonis.

Geneſ. 40. Accidit, vt peccarent duo eunuchi; pincerna Regis Ægypti, & piſtor domino ſuo. Iratúſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus) miſit eos in carcerem Principis militum, in quo erat vinctus Ioſeph. At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph, qui & miniſtrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat: & illi in cuſtodia tenebantur.

§. I.

Vbi ſit colligatio ad peccandum, ibi velociùs inuenitur ſupplicium.

AVdio, duos aulicos in Regem peccaſſe, & ſtatim in carcerem miſſos: dicit enim Textus: *Accidit, vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Ægypti, & piſtor domino ſuo. Iratúſque contra eos Pharao: miſit eos in carcerem.* Simul peccant, ſimul in carcerem capiuntur. Et cur cùm primùm peccant, illos ferit ſupplicium? Cauſam inuenio in illis verbis: *Vt peccarent duo.* quaſi non ſinguli iniſſent in peccatum; ſed duo iunctim, mutuò ſeſe colligantes ad perpetrandam malitiam. Et fortè vt ambo pertinebant ad menſam Pharaonis, alter enim pincerna erat, alter piſtor; circa eandem fraudem in cibo, & potu faciendam ſeſe coniunxerant, & colligarant. Ne miremur, quòd adeò velociter rapiantur in ſupplicium: ſolet enim velociſſimum venire ſupplicium in eos, qui ſic ſe colligant ad malitiam. Ait Nahum cap. 1. *Quia ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantium; conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena.* Nahum 1.
Mos perditorum hominum eſt, in conuiuia, & pocula venire, vt inde ſe colligent ad facinora perpetranda. Horum colligatio non diſſimilis eſt colligationi ſpinarum: quippe ait: *Sicut ſpinæ ſe inuicem complectantur.* Et cur ſicut ſpinæ? Colligantur & lilia: ſed vt in faſciculos diſtributa & odoris, & pulchritudinis ſuæ pompam oſtendant. At ſpinæ, cùm in faſciculos coadunantur, non ad aliud coadunantur, niſi vt faciliùs dentur ignibus. Sic, qui ſe ad malitiam perpetrandam colligant, eo ipſo oſtenduntur quàm proximi ruinæ, & ſupplicio. Vt meritò dicat D. Hieronymus in hunc locum: *Pulchrè exercitus eorum multitudinem, ebriorum conuiuio comparauit, & ipſum conuiuium non roſarum, non liliorum dixit eſſe, non florum; ſed ſimile ſpinarum ſe inuicem complectentium, quæ ſemper traduntur igni. & quaſi ſtipula ariditate plena leui comburuntur ardore.* Planè in id vnum colligantur ſpinæ, vt, nimirum, citiùs abſumantur igne. Quò ſpectans ſapientiſſimus ille paterfamiliâs Matth. 13. dicebat: *Colligite* Matth. 13.
primùm zizania, & alligate ea in faſciculos, ad comburendum. Permittuntur peſſimi homines in primis alligari, & colligari inter ſe ſe, ex qua colligatione monſtrantur, quàm ſint igni deputati. Vt dicat D. Aug. lib. 2. quæſt. in Matth.
cap. 12. *Vt combuſtio eorum ſit in fine ſæculi, modò alligatio faſciculorum.* Et Paulus de Palacios ex Auguſtino ait de il- Auguſt. Palacios.
lis: *Cùm ergo in conuenticula ſua iunguntur, alligari incipiunt, vt comburantur.* Nunquam hominum colligatio, & adunatio in malum, non magis ſupplicio ſe oſtendit appropinquare.

§. II.

Peccatum, in quocunque ſit, caſtigandum.

ET peccant, & caſtigantur duo ex intimis Palatinis Regis Pharaonis, dicente Textu: *Accidit, vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Ægypti, & piſtor domino ſuo. Iratúſque contra eos Pharao miſit eos in carcerem.* Non iuuit eos ſtuduiſſe Regis gulæ, nec è primis Palatinis eſſe; ſed, vbi apparuerunt peccaſſe, pœnas dederunt Regi. Vbi enim peccatum apparet, obliuiſcendus eſt quiuis alius reſpectus, vt illud puniatur. Notum fuit facinus Gabaonitarum ex tribu Benjamin in vxorem hominis Leuitæ,
quo viſo Iudic. cap. 20. *Statim filij Iſrael ſurgentes manè, caſtra metati ſunt iuxta Gabaa: & inde procedentes ad pugnam* Iudic. 20.

pugnam contra Benjamin, vrbem oppugnare cœperunt. Et tandem poſt varios euentus pugnæ vniuerſi Benjaminitæ, præter ſexcentos, percuſſi ſunt gladio. Imò, *Regreſſi filij Iſrael omnes reliquias ciuitatis à viro vſque ad iumenta gladio percuſſerunt, cunctáſque vrbes, & viculos Benjamin vorax flamma conſumpſit.* Et cur Iſraelitæ ſic maluerunt ſæuire in Benjaminitas, qui eorum erant cognati, & fratres? Viderunt Iſraelitæ peccatum Benjaminitarum grande, & vt illud viderunt, tam citius proceſſerunt vindictam, poſthabito omni cognationis reſpectu. Vt dicat D. Athanaſ. epiſt. ad Orthodoxos, in initio, ſatis: *Debellati ſunt, qui hoc ſcelus perpetrauerant, non enim ad generis coniunctionem, qui in bellum ierere, ſed ad facinus reſpexère.* Erant Benjaminitæ fratres, erant maximè coniuncti Iſraelitis: & nihilominùs Iſraelitæ, vbi illorum peccatum nouerunt, non ad coniunctionem, ſed ad facinus reſpexerunt, quod & validiſſime fuerunt viri. Vtinam ſic ſaperent Præſules omnes, & peccata omnia perſequantur, in quocunque illa ſint. Matth. 16. adhuc vix fuerat Petrus in Principem electus Eccleſiæ, cui & datæ cœlorum claues, inter quæ, vbi ignoranter lapſum incurrit, ſtatim audit ex Deo: *Vade poſt me, Satana.* Quod miratus D. Hilar. in Pſal. 131 ait: *Petro, cui ſupra claues regni cœlorum dederat, ſuper quem Eccleſiam ædificaturus erat, qui, quæ in terra vel ſoluiſſet, vel ligaſſet, ea in cœlo vel ſoluta perſiſterent, vel ligata. Hunc itaque talis non nomine excepit. Vade poſt me, Satana.* Et cur quem tot, tantiſque beneficiis deuinxerat, tam dura animaduerſione percutit? Pulchrè ait Euthymius: *Tu verò mihi conſidera eum, qui paulò antè beatus prædicatus eſt, nunc maximè increpatum, vt intelligas, quòd Saluator non ſit perſonarum acceptor.* Non perſonas aſpicit, ſed errorem, in quocunque ſit, perſequitur.

Athanaſ.

Matth. 16.

Hilar.

§ III.

Miſerum eſt, ſimiles eſſe Sanctis in pœnis, non in coronis.

AD miſeriam horum aulicorum dictum puto illud: *Miſit eos in carcerem Principis militum, in quo erat vinctus Ioſeph.* In eodem carcere erant iſti, & Ioſeph: ſed illi ſine ſpe coronæ, Ioſeph autem iam candidatus gloriæ æternæ. Et quid miſerius, quàm quòd tu ſocius malorum ad bona autem Sanctorum non peruenias? Illud ad felicitatis culmen pertinebat, quod ait Dominus Matth. 16. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Non equidem qui in cruce ſunt, qui in pœnis ſunt ſocij Sanctorum, ſtatim pertingunt ad eorum felicitatem, & requiem. Illi felices, qui ſic nouerunt in cruce cum Sanctis eſſe, vt illos etiam ad coronas ſequantur. Sed infelicisſimi ſunt, qui ſociantur in malis, ſociantur in ſudoribus, in coronis autem ſociari nequeunt. Quò ſpectans D. Bern. in Apolog. ad Guillelmum, ait: *Væ ſemel, & væ iterum pauperibus ſuperbis. Væ, inquam, ſemel & væ iterum portantibus crucem Chriſti, & non ſequentibus Chriſtum, qui, nimirum, cuius paſſionibus participant, humilitatem ſectari negligunt. Duplici quidem contritione conteruntur, quando & hi temporaliter ſe affligunt, & in futuro ad æterna ſupplicia pertrahuntur. Laborant cum Chriſto, ſed cum Chriſto non regnant. Sequuntur Chriſtum in paupertate, ſed in gloria non ſequuntur. De torrente in via bibunt; ſed non exaltabunt caput in patria. Lugent nunc, ſed tunc non conſolabuntur.* Hæc eſt maxima infelicitas hominum, quòd malorum certamina ſubeant cum iuſtis; iuſtorum tamen coronas non attingant. Indéque magna iuſtorum oſtenditur felicitas, quia tenuiquis laborum ſociis in pœna relictis, illi euolant ad triumphos. Matth. 27. *Susceperunt Ieſum, & duxerunt eum, & baiulans ſibi Crucem exiit in eum locum, qui dicitur Caluariæ.* Creditur ille locus dici locus Caluariæ, eò quòd ibi decollatorum omnium iacerent oſſa, & eſſet locus ſupplicij ſceleratorum. Et cur locus electus à Deo ad ſuam Paſſionem, ad ſuum cum morte conflictum, permiſſus fuit admittere ſceleratos omnes ad ſupplicium? Mittebat equidem mundus ſuos ſceleratos puniendos in eodem loco, in quo Filius Dei affigendus erat Cruci, in maiorem ſceleratorum calamitatem, qui cùm ſocij eſſe viderentur iuſtorum in pœnis; attamen iuſti in coronis ſe maximè diſcernebant ab illis. Dicebat enim Paſchaſius lib. 12. in Matth. *Caluariæ locus decollatorum erat, & eorum, qui diuerſis in mortibus afficiebantur cruciatibus. Ibi ergo eri-*

Matth. 16.

Matth. 27.

Paſchaſ.

guntur Domini, vbi prius area erat damnatorum, vt ibi erigerentur deinceps vexilla Martyrum. Ecce tibi in eodem tormentorum, & ſuppliciorum loco eriguntur vexilla Martyrum, oſtenduntur iuſtorum coronæ, & cadunt miſeri verberones huius mundi. Quo quid infelicius?

§. IV.

Non tam claræ poteſtatis eſt punire peccantes, quàm facere, ne quis peccet.

PEccarunt duo aulici, & eos caſtigauit Pharao iratus: ait enim Textus: *Accidit, vt peccarent duo eunuchi: iratúsque contra eos Pharao miſit eos in carcerem.* Equidem & Pharaonis tenebroſi Principis, & hominis irati poteſt eſſe opus, quod peccantes puniat, at quòd præueniatur homo, ne peccet, id à clariſſima, & amantiſſima poteſtate venit. Fuit quondam adoleſcens, qui in laſciuiſſimos amores deuenit, quem vt à tanto lapſu, in quem deciderat, reuocaret fœmina meretrix, potionem illi medicatam ad errores illos animi tollendos porrexit. Quod facinus inde mordet Quintilianus, quod non data fuit potio, ne iuuenis in errores deueniret, ſed poſtquàm in illos deuenit. Quippe ait Declam 14. *Amanti, inquit, dedi. Quinimò cur non potiùs daret amaturo? Quantò melius, quantòque prouidentius, & miſeris bibentis dolore conſtaret, vt adhuc labentem aggrederetur animum, vt tum adoleſcentis ardorem impetus in paruis extinguantur elementis?* Nemo neſcit, à meliori, & prouidentiori, & ſuauiori poteſtate venire, quòd illæ applicentur hominibus medelæ, quæ detineant, ne in mala veniant. Hinc Prouerb cap 3. *Quem diligit Dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi.* Chaldæus ait: *Et ſicut pater, qui corripit filium ſuum.* Et qualis eſt iſta correptio, quæ non ab ira, ſed à dilectione; non à Iudice, ſed à paterna procedit charitate? Planè ea eſt correptio ab indulgentiſſimo profecta patre, quæ non expectat videre hominem peccantem, vt duriter feriat: ſed magis ſatagit, ne incidat in peccatum. Ait Ruricius, Epiſcopus Lemouicenus, lib. 2. epiſt. 22. ait: *Paterna clementia mauult per multimoda incommoda negligentem corrigere filium, quàm punire peccantem. mauult nutantem, ac dubium ad ſeruitium ſuum habenis pia moderationis attrahere, quàm errabundum, & per ſaxuls præcipitia lapſantem atroci verbere coercere.* Expende illud: *Habenis piæ moderationis attrahere, &c.* Quippe vt equus à docto, & dextro moderatore habenis blandè, & fortiter trahitur, vt rectà procedat; cohibetur, ne feratur in præceps: ſic à paterna charitate venit, vt filius quaſi habenis conſtrictus teneatur, ne ſe in præcipitium dedat. Quò ſpectabat Dominus Oſeæ c. 11 dicens: *Ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Et ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum.* Ecce, quò ſpectet tota paterna clementia; omnium, vt nutantem filium, & inclinantem in præcipitium, contineat, ſubductis habenis.

Quintil.

Prouerb. 3.

Ruric.

Oſee 11.

Geneſ. 40. Viderúntque ambo ſomnium nocte vna, iuxta interpretationem congruam ſibi. Ad quos cùm introiſſet Ioſeph manè, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos dicens: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? Qui reſponderunt: Somnium vidimus: & non eſt, qui interpretetur nobis. Dixítque ad eos Ioſeph: Nunquid non Dei eſt interpretatio? Referte mihi, quid videritis.

§. V.

Magnæ virtutis indicium eſt, quòd in calamitate conſtitutus aliorum curaturus calamitates attendat.

NOn paruæ commendationis erat in Ioſeph, quòd Textus notat de illo, nimirum: *Ad quos cùm introiſſet Ioſeph manè, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos, dicens. Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra?* Quippe ipſe in carcere

d. e neus alios viſitat, eorum triſtitias intuetur con[illegible] ut leue[illegible] accant. Quod miratus Theodoret ſer. 8. de Prouid. ait: *Tanta in aduerſis latitia inſtructus fuit, ut & aliis vinctis ſolatio eſſet .. Et cum aliquando duos Regis famulos mœſtos videret, ad ambos accedit, interrogat, & triſtitiæ cauſam requirit, ut ſi calamitatem vnde obortam. Ille inquam, alieno animo dolore tenſus ceteros alacrius accedit, & contriſtatos ſuos interrogat dicens: Quid quod vultus veſtri triſtes ſunt?* In extremis conſtitutus, quaſi ſui oblitus aliorum afflictorum curas ſuſcipit, eoſque conſolari, & in bonum deducere contendit. Quanta hæc virtus Ioſeph? Fallar, niſi hoc humanam virtutem excedat. Matth. 11. dicebat de Ioanne Baptiſta: *Ioannes cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Circa quæ verba ait D. Baſil Sel. orat. 34. *Vide mihi primum, vbi Ioannes agens quæſtionem habeat. Vbi? in vinculis. Cùm ergo aliquantò poſt capite truncandus eſſet, videretque Diſcipulos ad Chriſti documenta non ſtare, imò ex cupiditate gloriæ in obuiam ire, quæ Dominum admonebat, & nonnunquam ex Chriſti inuidia ad criminationem procedere; legationem inſtruit: in ſpeciem de Chriſto ipſe ſciſcitans, reipſa verò, eos cum Domino coniungens.* In vinculis erat Ioannes; ſed magis ſuorum periculis mordebatur, quorum vnionem cum Chriſto, & cum ſalute maxime procurabat. Quantùm hoc? Ait Imperfectus hom. 27. in Matth. *Vis ſcire, quod eſt ſupra humanam naturam? Miſſus in carcerem Ioannes non de ſuo periculo ſollicitus fuerat, ſed de aliorum ſalute cogitabat, id eſt, Diſcipulorum ſuorum. Ideò mittens ad Chriſtum interrogat: Tu es, qui venturus es,* &c. Expende illud: *Quod eſt ſupra humanam naturam.* &c. Planè non à natura, ſed à Deo oritur, quòd quis in malis conſtitutus ſui oblitus aliis leuandis inuigilet. Cùm vnus e crucifixis latronibus blaſphemaret Ieſum, ait Lucas cap. 23. *Reſpondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum*, &c. Quod miratus D. Chryſoſt. hom. de cruce, & latrone, apud Gretſerum, lib. 1. de Cruce, ait: *Vidiſti libertatem latronis in cruce. Vidiſti Philoſophiam. Quid enim ſibi profecit facrit, quid de ſtatu vita non deiectus, etſi clauis affixus, immenſóſque cruciatus excipiens perpeſſus, an non eum admirari æquum eſt, ob tam generoſam animi conſtantiam? Non ſolùm dignum duxerim, vt tam admiremur; ſed vt & beatum prædicemus. Etenim non ſolùm non aduertebat mentem ad cruciatus; ſed omnibus ſuis relictis, vt alterius curarat, & vt illum ex errore eriperet, omne opeſtadebat. Neque tu times Deum, inquit.* Et quidem non poterat id fieri, niſi ab homine beato, & quaſi iam apud Deum morante. Huc trahe dicta ſuprà, tom. 4. de Chriſto figurat. lib. 8. c. 9. § 3.

Theodoret. | Matth. 11. | Baſil Sel. | Imperf. | Luc. 23. | Chryſoſt.

§. VI.

Caſtitatis puritas ſereniſſimum ſemper efficit matutinum.

DIcit Textus: *Ad quos cùm introiſſet Ioſeph manè.* Et quando non manè erat Ioſeph caſtiſſimus? Fallar, niſi in caſtitatis puritate non perpetuum, & ſereniſſimum manè ſit. Dicebat Cant. 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens?* Aurora, & manè creditur inde eſſe, quòd carnales voluptatum tenebras excludat, & caſtitatis puritate effulgeat. Ait D. Amb. lib. de Iſaac, cap. 7. *Anima ſicut paſſer laqueo venantium euolat. Eſca enim malorum ſunt voluptates corporis. His quiſquis intendit, laqueo innectit animam ſuam. Qui autem ab eſcis eius temperat, & de tenebris eius exiit, eius anima fulget, vt diluculum, de qua dicitur. Quænam hæc proſpiciens, tanquam diluculum?* In diluculum, & ſereniſſimum manè vertitur anima, quæ excenſis voluptatibus carnalibus caſtam oſtendit vitam: ſemper enim inter caſtitatis decora flore lucis matutina gignuntur. Poſtquam Zacharias ex Angelo accepit promiſſionem, quòd habiturus eſſet filium, qui Solis iuſtitiæ naſcentis eſſet Lucifer matutinus, ait Lucas cap. 1. *Et factum eſt, vt impleti ſunt dies officij eius, abiit in domum ſuam.* &c. Expectata fuit adimpletio dierum conſummandorum in templo iuxta ordinem vicis ſacerdotalis, vt inde veniatur ad conceptionem, & natiuitatem Ioannis Baptiſtæ. Et cur illorum dierum adimpletio expectanda fuit ad Ioannis conceptionem dicendam? Erant certi, & determinati dies, quibus quiſque Sacerdos iuxta ordinem vicis ſuæ debebat eſſe in templo, in omni caſtitate, & puritate, abſtinens ab omni carnali complexu. Qui dies meritò expectati ſunt in Zacharia, vt non niſi inter caſtitatis decora oſtenderetur ortus illius, qui Lucifer matutinus erat aduenientis Solis iuſtitiæ. Quò ſpectans ait D. Nazianzen. in car. de Virginitatis laude:

Cant. 6. | Ambroſ. | Luc. 1.

Corpore qui puro dominum munus ibibant
Pro vice quiſque ſua. Teſtis mihi prodeat ille
Zacharias. Nec enim quàm ſacra accipit in æde
Iam natis immenſi mundo iocunda ferentem
Nuntia, produxit natam, diuina priuſquàm
O nata virginare celebraſſet Feſta diebus.

Nazianz.

Tunc produit Ioannes nouum Eccleſiæ matutinum, ſplendens Chriſtianæ religionis diluculum, veri Solis nuncius Lucifer, cùm præceſſerant in parentibus ſeruati caſtitatis dies. Semper enim hæc virtus ſerenum oſtendit, & facit matutinum.

§. VII.

Diurna vexatio homines ſic effœminat, vt nihil forte, aut virile meditentur.

PRopter ſomnia demiſſo vultu in terram non parum triſtes degebant ij Palatini. De illis enim Textus ait: *Ad quos cùm introiſſet Ioſeph manè, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos, dicens: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? Qui reſponderunt: Somnium vidimus*, &c. Ecce tibi propter ſomnium triſtantur, animo decidunt: & cùm ſaltem illorum alter nihil inauſpicatum vidiſſet; tamen frangitur ſomniorum territamentis. Quid magis muliebre? Nihil ille præter ſomnium videbat, & ſomnium, in quo veniebat felicitatis auſpicium, & totus in triſtitia poſitus nihil meditabatur virile. Nec miror: diuturna carceris moleſtia, diuturna vinculorum vexatio ſic hominem effœminabat. Ait Iudicum cap. 13. *Ruríumque filij Iſrael fecerunt malum in conſpectu Domini, qui tradidit eos in manus Philiſthinorum quadraginta annis.* Ecce tibi vt Iſraelitæ ſeruiunt Philiſthiim annis quadraginta. Intereà Angelus Domini apparuit Manue, nunciaturus natiuitatem Samſonis: Manue autem, viſo Angelo, clamat: *Morte moriemur: quia vidimus Dominum.* Cur non magis auſpicium vitæ, quàm mortis omen capit ex Angeli viſione? Cur non audet magna expectare; ſed magis deiicitur metu mortis? Planè diutina captiuitatis calamitas ſic depreſſos tenebat Iſraelitas omnes, vt in nullo eorum poſſet inueniri robur, quo non eſſet in metu mortis. Dicebat D. Amb. epiſt. 70. *Diuturna iniuria longa ſubiectione ita erant depreſſa Hebræorum pectora, vt nullus virile ingenio ad libertatem animos tollere auderet.* Deprimit ſemper diutina vexatio, & aſperitas mortalium animos, ne quid robuſtum meditentur. Quod noſcens D. Paulus monebat parentes ad Coloſſen. cap. 3. dicens: *Patres, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant.* Monentur patres, ne aſperi ſint in filios: diutina enim aſperitas puſillanimos facit. Vt dicat D. Thomas in præſenti: *Naturale autem eſt, quòd qui in ſeruitute nutriuntur, ſemper ſint puſillanimes. Vnde ratio eſt quamdam, quare filij Iſraël non ſtatim in terram promiſſionis ſunt producti, quia ſerrant animas in ſeruitute, & non habuiſſent audaciam contra inimicos pugnandi.* Maximè quidem eneruantur animi, & effœminantur, ſub continuis aſperitatibus, & vexationibus.

Iudic. 13. | Ambroſ. | Coloſſ. 3. | Thom.

§. VIII.

Qui vno Deo nititur, in omnibus poteſt ſapere.

ILlud dixit Ioſeph notandum: *Nunquid non Dei eſt interpretatio? Referte mihi, quid videritis.* Et quando vnius Dei eſſe interpretationem fateris, ad quid tibi vis ſomnia referri? Nunquid tu Deus es? Abſit: ſed eò, quòd vni Deo rem tribuat, vnóque Deo nitatur, meritò credit, ſe in interpretatione ſapiturum. Dicebat Eccleſiaſtes cap. 2. *Sapientis oculi in capite eius.* Circa quæ ait D. Amb. lib. 11. in Luc. *Oculi ſapientis in capite eius: quia ille verè ſapit, cuius animus in Chriſto eſt, & cuius interior oculus erigitur ad ſuperna.* Verè ſapit, & in omnibus ſapit, cuius animus ad Deum tendit, in nullo alio, niſi in Deo confidit. A quo qui excidunt, & ſe ad curioſa & ſubtilia conuertunt, miſerè incidunt in ignorantiæ tenebras. Deus D. Paul. ad Rom. 1. ait: *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti*

Ambr. | Rom. 1.

facti

facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. Eò dementiæ peruenerunt multi, vt creaturarum imaginibus capti, ſub illis viuant, eáſque adorent, quo in ſtultitiæ, & inſipientiæ tenebras incidunt. Vt dicat D. Ambroſ. ibi: *Sic obcæcatum eſt cor eorum, vt maieſtatem inuiſibilis Dei, quam ex his factis agnouerant, non in homines, ſed in ſimilitudinem hominum mutarent. Quanta hebetudo, quanta ſtultitia hos ſe ſapientes appellare ad ſuam damnationem, apud quos plus poteſt imago, quàm veritas!* Planè, qui verum Deum non attendunt; ſed oculos ad creaturarum imagines deflectunt, non veritates, ſed vmbras quærunt, facti omnium ſtultiſſimi, inſipientiſſimi. — Ambroſ.

Geneſ. 40. Narrauit prior præpoſitus pincernarum ſomnium ſuum. Videbam coram me vitem: in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere; calicémque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas, & expreſſi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.

§. IX.

In rerum temporalium adminiſtratione maximè auſpicata eſt fidelitas.

VT iſte pincerna erat, hoc eſt, poculorum regalium adminiſtrator, ſic intra fidelem muneris adminiſtrationem, auſpicium ſalutis illi datur. Et quale auſpicium? Ait Textus: *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere; calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas, & expreſſi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.* Ecce tibi, omnes fructus, vt ex ſe naturaliter proueniebant, ſic à fideli diſpenſatore hauriebantur, & integri, & puri Regi deferebantur. Nihil ibi adulterinum, nihil fictum, nihil furtiuum. Vuæ à vitibus veniebant, adminiſtrator calicem Pharaonis habebat in manu, non loculos proprios, nec occulta vaſa habebat: ſed totum, quem ab vuis exprimebat liquorem, Regi propinabat. Sic ſe habeant vniuerſi rerum adminiſtratores temporalium, vt in vitam, & ſalutem abire valeant. Myſticum Sponſi corpus ad vitam pertinens meditata Sponſa Cant. 5. ait: *Caput eius aurum optimum. Comæ eius, ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbæ. Manus eius tornatiles aureæ.* Quod in capite ſplendet aurum, idem oſtenditur eſſe in manibus. Et cur in capite, & manibus idē ſplendor, & pretium auri? Caput Eccleſiæ eſt Chriſtus, qui vt ab omni vitio, & peccato, & corruptela purus eſt, ſic aurum perfectiſſimum, & defæcatiſſimum dicitur. Manus Eccleſiæ ſunt adminiſtratores rerum temporalium, qui tunc ad vitaliſſimum Corpus pertinent Chriſti Regis, cùm ſic et in puritate vitæ, in innocentia, in abſtinentia ab omni vitio aſſimilantur, vt ſimiliter aurei eſſe dicantur. Ait D. Nicænus hom. 4. in Cant. *Quòd ſi ergo caput hoc noſtrum, nempe Chriſtus, appellatum fuit aurum immaculatum, propterea quòd extra omne peccatum ſit; itidemque hic manus etiam vocantur aureæ; animaduerte, patet hoc ſignificari manus has per ſua eſſe puras, expertes peccati, alienas ab omni vitioſitate. Manum autem appellamus eam, quæ ad vſus diuinitùs præſcriptos publica bona Eccleſiæ adminiſtrat, cuius hæc propria laus eſt, vt capitis natura ſimilis fiat ratione puritatis peccatorum expertis.* Detur adminiſtrator ſubſtantiolæ temporalis adeò expers vitioſitatis, adeò purus ab omni fallacia, adeò fidelis vel in minimis, vt correſpondeat capiti noſtro Chriſto Ieſu, & hic talis non ſeparabitur à tanto capite, ſēper ei adhærebit, vt vitali corpori adhæret viua manus. Hæc eſt enim laus adminiſtratoris rei temporalis, vt in fidelitate correſpondeat diuino capiti. Dicebat Paul. 1. ad Corinth. 4. *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Et cur ſolùm quæritur diſpenſator fidelis?* Præmiſerat Apoſtolus cap. 1. Deum eſſe fidelem; & ideò hoc ſolum requirit in diſpenſatore, quòd correſpondeat diuino capiti in fidelitate. Ait Nicænus hom. 14. in Cant. *Poſtquàm Deum fidelem appellauit, nihil aliud etiam in rei familiaris adminiſtratoribus requirit, quàm vt, qui fidelis reperiatur: Non erat huiuſmodi in Apoſtolorum corpore manus Iudas, dum quod in manibus habebat, propriis manibus clauderet, non ad Dei mandatum, ſed pecunias reſpiceret, ex quibus fructum alium nullum percepit niſi ſtrangulationem.* Illud auſpicatum eſt diſpenſatori bonorum temporalium, quòd vt Deus fidelis eſt, ſic ipſe correſpondeat Deo in fidelitate, quæ ad vitam pertineat. A qua quia Iudas defecit, non habens in manu calicem Regis, ſed loculos proprios habens, periit ſtrangulatus. Ad partem enim perditorum pertinet, qui in bonorum temporalium adminiſtratione à Dei fidelitate deſciſcit. Apud Lucam cap. 22. de Iuda dicitur: *Locutus eſt cum Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus.* Et mirabar, quòd homo vilis tam facilè admitteretur ad colloquium cum Principibus, & Magiſtratibus. Qui Magiſtratus erant, qui loquebantur cum Iuda? Ait Euthymius ibi: *Magiſtratibus, qui templum cuſtodiebant. Nam & ij pecuniis perſuaſi, eam homicidij conuenerant.* Sic qui fidelitatem circa pecunias exuunt, ad homicidium & perditorum latronum tranſeunt partem. Vt meritò dicat D. Athanaſ. orat. 5. ad Adelphium: *Iudæ mores imitantur, Dominúmque relinquunt, vt Caiphæ adhæreant.* Infideles circa adminiſtrationem temporalium bonorum, vt à patre Iudæ ſunt, ſic à diuino capite disiuncti, adhæreſcunt perituris.

Baeza de Chriſto figur. Tom. VI.

Cant. 5. — Nicæn. — 1. Cor. 4. — Nicæn. — Luc. 22. — Euthym. — Athanaſ.

§. X.

Menſa eucharistica in ſe conuiuas transformat.

HOc etiam erat auſpicatum, quod ait: *Tuli ergo vuas, & expreſſi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.* Vt enim vinum ex vite lætitiam ſpirat, ſic in hunc affectum trahit eum, a quo bibitur: nihil enim magis naturale eſt, quàm quòd homines tranſeant in humores alimentorum, quibus aluntur. Sic vinum Pharaoni porrectum à piſtore, oſtendebat, vt trahendus Pharao erat ad lætitiam, & gaudium cum eo. Ne miremur, quòd amans Deus homines trahere in diuinarum virtutum æmulationem, illis diuiniſſimi Sanguinis ſui poculum porrexerit. Habent enim hoc alimenta, quòd in ſuorum humorum ſimilitudinem comedentes conuertant. Dicebat illa Cant. 6. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.* Græcè legitur: *Meus eſt cognatus meus, & ipſius ego ſum, qui paſcit inter lilia.* Dicitur dilectus noſter Filius Dei, & paſci ipſe, & paſcere gregem ſuum inter lilia, vt lilia, & flores comedat. Et cur ad liliorum paſcuam ſuos deducit? Ait D. Nicæn. hom. 15. in Cantica: *Itaque propterea gregem ſuum in prata liliorum ducit, qui paſcit in liliis, vt ſplendor Domini Dei noſtri nobis contingat. Nam, quod alitur, omninò ad eius ſpeciem comparatur, quo vtitur.* Planè, vt paſtio eſcarum ſuis humoribus aſſimilat eum, qui paſcitur: ſic Deus floridam ſui Corporis, Sanguinisque paſtionem hominibus offert, vt eos in diuiniſſimas virtutes transformet. Quid non faciat tantum poculum? Dicebat Ioannes Baptiſta apud Matthæum cap. 3. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Et quomodo Deus filios Abrahæ non ex Abrahamo, ſed ex alio faceret? Dum Carnem ſuam ab Abrahamo ortam in eſcam dedit, comedentes in Abrahami filios traxit. Ait Macarius Philadelphien. orat. de Cruce, apud Grethſerum, tom. 2. *In Cruce enim, & per Crucem à Patre luminum benedicitur omnis, qui Chriſto adhæret, & filius eius fidei beneficio conſtituitur, auditque illud: Ecce ego, & filij, quos dedit mihi Deus: quia ſumentes ſanctiſſimam Chriſti Carnem, quam ex ſemine Abrahæ accepit, filij Abraham, filij Chriſti, & benedicti Patris in Sancto Spiritu, & efficimur, & appellamur.* Expende ab illis: *Quia ſumentes ſanctiſſimam Chriſti Carnem*, &c. Sic enim eucharistica eſca nos in ſe transformat, vt quia Caro Chriſti ex ſemine Abrahæ propagata fuit; ſic nos eam comedentes, & Sanguinem bibentes fiamus filij Abrahæ.

Cant. 6. — Nicæn. — Matth. 3. — Macar.

§. XI.

Per Euchariſtiæ poculum omnia tolluntur noxia.

CVr non auſpicatum eſſet ſomnium pincernæ? Viſus eſt enim ſibi vinum porrigere Pharaoni, dum ait: *Tuli ergo vuas, & expreſſi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.* Et cur hoc non ad vitæ auſpicium conferret, quando vino accepto noxia quæque ab animo tolluntur? Aiebat Ioſephus lib. 2. cap. 3. *Interpretabatur, vitem fructum mortalibus in bonum vſum afferre, quandoquidem, eo conciliante, fides ac amicitia inter ipſos ſanciatur, & inimicitiæ*
Ioſeph. *diſſoluantur, ad hæc moleſtia, mœroréſque vſu eius diſcutiantur.* Nihil triſte, nihil noxium ſolet manere inter vini calices: moleſtiſſimæ ſoluuntur ſimultates, odiorum venena, moleſtiæ, mœroréſque tolluntur. Quæ omnia quis neget diſpenſari per viuifici Sanguinis Chriſti calicem? Vbi de vite Chriſto poculum ſumitur, omnia noxia à noſtris abeunt animis. Quò aſpiciens Dauid Pſal. 125. dicebat: *Calicem*
Pſal. 125. *ſalutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.* Sapienter vocat calicem ſalutaris, Euchariſtiæ calicem: quam enim medelam non afferunt multæ aliæ medicinæ, eam affert vnus Euchariſtiæ calix. Data fuit quondam à fœmina potio quædam iuueni, quæ ab illo noxiſſimos ſuſtulit amores, & eum traxit in animæ ſanitatem. De qua aiebat Quintilianus Declam. 15. *Quid quid non parentum minæ, caſtigationes, non ſerij propinqui, non paupertas, non neceſſitas poterat efficere, hauſtus breuis, facilis, vnus extorquet. O ſi quis odium*
Quintil. *poſſet omnium bibere vitiorum! Felix profectò mortalitas, ſi reliquos lapſus, incommodóſque errores ſua eſſet infuſa potione compeſcere.* Quid pulchrius? Quam vix audet excogitare Quintilianus poſſibilem potionem, eam de facto meus Ieſus ſuis tradidit. Dedit nobis calicem, qui in nobis peragit, quod non poſſent minæ, nec caſtigationes, nec conſilia, nec monita. Dedit potionem, in qua bibitur odium omnium vitiorum, & qua compeſcuntur ſeriſſimarum paſſionum tyrannides. Quod noxium, quod triſte eſt, cadit ſub hoc calice vini: quod lætum, quod vitale eſt, inde exurgit. Dicebat Moyſes Deut. 32. *Conſtituit eum ſuper*
Deut. 32. *excelſam terram, vt comederet fructus agrorum: :: & ſanguinem vuæ biberet meraciſſimum.* Quæ dum meditatur Paſchaſius lib. de Corp. & Sang. Chriſti, c. 10. ait: *Ideò ſpeciem vi-*
Paſchaſ. *ni iure tenet in ſenſu, dum ſpiritualiter ſanguis potatur in myſterio: quia hinc læti ſumus ſpirituali lætitia ad gaudium. hinc verò redimimur de morte ad vitam, & pretio ſalutis noſtra interius ſaginamur.* Calix vini propinatur, & dicitur Sanguis vuæ: in vini enim ſpecie ſeruatur omnium bonorum auſpicium, vt præparamur ad lætitiam, ad abolitionem inimicitiarum, ad conculcandam mortem, ad ſperandam vitam. In Sanguinis autem diuini veritate, iam clarè oſtenditur pretium noſtræ ſalutis, quo nulla manet vitiorum captiuitas, nulla carnis infirmitas, quæ nos in hoc malorum ergaſtulo detineat. Felix mortalitas, quæ ſub ſpecie huius viuifici Vini, nihil non ſibi lætum meditatur, nihil non vitale ſperat, in nullam bonorum ſpem non erigitur. In hoc vno calice omnium malorum finem bibit.

Geneſ. 40. Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tres propagines, tres adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinum, dabiſque ei calicem iuxta officium tuum, ſicut anteà facere conſueueras. Tantùm memento mei, cùm tibi benè fuerit, & facias mecum miſericordiam, vt ſuggeras Pharaoni, vt educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum, *&c.*

§. XII.

Magnificentiſſima natura eſt, per ſibi accepta officia ingentes gratiarum cumulos effundere.

PRæclarè de regio, & magnifico animo ſenſit Ioſeph, cùm ait: *Recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinum, dabiſque ei calicem, &c.* Prius ſiquidem erat, quòd Rex ſibi præſtiti miniſterij, & accepti officij recordaretur, Vbi autem à ſe acceptum officium meminiſſet, inde iam quaſi neceſſum erat, vt gratias effunderet. Eſt enim hoc proprium & regij, & benefici animi, quòd per ea, quæ accipit, ſeſe in bonum donatoris effundat. Gen. 18. ſub trium Angelorum ſpecie venit Deus ad Abraham, eius intrat tugurium, menſæ aſſidet, cibum ſumit. Quid tunc? Ait Textus: *Cùmque comediſſent, dixerunt* Geneſ. 18.
ad eum: Vbi eſt Sara, vxor tua? :: Reuertens veniam ad te tempore iſto, vita comite: & habebit filium Sara, vxor tua, Expende illud: *Cùmque comediſſent,* &c. Non paruo tempore fuerat Deus cum Abraham ante prandium; & nihil illi promiſerat. Sed vbi eius cibum accepit, per ea, quæ accipit, ſuas effundere gratias incipit. Pulchrè D. Chryſol. ſer. 69.
Cùm ad Abraham, velut hoſpes, aduenit, mutatur tota dignatione ſuccedit. oblata non reſpuit, appoſita, velut eſuriens, & laſſus aſſumit, & diuina collatione, velut egens, ſumit, & acceptat humana. Hinc eſt, quòd emortua mox ſenis membra reuiuiſcunt, ſterilis vetula iam viſcera ſuſcitantur extincta, & natura in viua cadauere perſepulta, prodatura ſuum reſurgit authorem, & generat plurimos tranſacto iam tempore, &c. Planè ex quo Deus ab Abrahamo cibum ſumpſit, quis numeret, quot, quantáque beneficia à Deo in Abrahamum profecta ſunt? Vbi Abrahami officium diuinas attigit manus, inde proſilire cœperunt gratiarum flumina, inde repuereſcunt ſenum viſcera, generatur Iſaac, in quo fundantur nepotum examina plurima. Sic ſeſe effundit benefica natura, per ea, quæ accipit, officia. In ſolitudine erat Ieſus quinque millibus hominum fameſcentium circundatus, pro quibus ſaturandis ſoli inueniebantur quinque panes, & duo piſces. Tunc ait D. Ioannes cap. 6. *Accepit ergo Ieſus panes; & cùm gratias egiſſet,* Ioan. 6.
diſtribuit diſcumbentibus, &c. impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerant. Qui antea adeò indigus oſtendebatur, vt diceret: *Vnde ememus panes?* Quaſi vellet oſtendere, nullam viam apparere inueniendi panis: iam perennes monſtrat fontes panum. Vnde ergo tam citò tanta ſcaturit panis abundantia? Ait Textus: *Accepit ergo Ieſus panes,* &c. vbi enim panes pauci dati ſunt Ieſu in manibus, & vel mica data attigit beneficentiſſimas eius manus; inde facit ſtatim panis ſcaturigines ad homines dimanare. Vt dicat D. Baſilius Seleucienſis orat. 33. *Cùm accepiſſet ergo panes, dedit Diſcipulis ſuis. O quæ tunc erat videre ſtupenda! Panes pariebant panes, & menſa elementa extemporaneis diffuſa erant: panes abſque ruſticana ſudore parti, non de ſpicis erumpebant, ſed de Domini manu efflereſcebant.* Ea eſt be- Baſil. Sel.
neficentiſſimæ naturæ manus, quæ ſi ſemel accipiat vel micam panis, per eam faciat ad nos venire ingentem abundantiam. Huc trahe dicta tom. 1. de Chriſto figur.

§. XIII.

Reipublicæ vtilior eſt in Principe amuſſis iuſtitiæ, quàm largitiones munificæ.

VIgilanti verbo vſus eſt Ioſeph, cùm ait de Pharaone: *Reſtituet te in gradum priſtinum.* Magnificentius quid tribueret Regi, ſi diceret, donabit tibi gradum priſtinum. Cur ergo largitionis nomen Principibus ambitioſum præterit, & reſtitutionis nomen aſſumpſit, quod magis pertinet ad ſtrictam iuſtitiam? Vtilior eſt Reipublicæ ſemper in ſuo Principe, quæ diſtributio per iuſtitiæ amuſſim fit, quàm quæ per magnificentiam largitiones fiunt. Dicebat enim ſapientiſſimè Caſſiodorus maximus Curialium, 8. Variar 26. *Pugnatis efficaciter ſoris, dum in ſedibus ve-* Caſſiod.
ſtris iuſtitiam ſeruare contenditis. Iſta enim duo munera ſe amplexione conſociant: qui æquitatem colueris, fructum victoriæ poſſidebit. Et mirabar, quòd præteriens liberalitatem, & magnificentiam ab omnibus Oratoribus cantatiſſimas in Principe virtutes, in ſola æquitate, & iuſtitia ponat triumphorum, victoriarúmve fructus. Sed, vt erat vir aulicus, & in toto aulicíſmo exercitatiſſimus, nouit magnificentiæ munera in Principe crebriùs eſſe nociua Reipublicæ. Æquitatis autem iuſtitiæque diſtributiones omnia fulciunt, quæ ſpectant ad bonum publicum, exercitus alunt, & armant, quo victoriæ acquiruntur. Quiſquis enim magnificus eſt, omnia magnificentiæ

munera

munera abſumit inter familiares, & noſtros, cúmque ſubſtantiæ ſtagnentur in aulicis, & palatinis, & paucis aliis, qui noti ſunt Principi, nihil remanet, quod ad gregarios poſſit peruenire, in quibus & fames, & nuditas imbecillitatem creant, qua neceſſum eſt omnia funditùs ire. At, qui Princeps iuſtus, ac æquus eſt, omnia iuxta æquam diſtributionem librans omnibus ad omnes abundat, quo facilè triumphat. Non ignobilis erat palatinus Ioſeph noſter, qui poſt congregata frumenta in Regis horrea, adueniente iam famis tempore, illa vendebat ſubditis. Dicit enim Geneſ. 47. *Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos.* Quantus iſte rigor? Pecunias vniuerſas exhauſerat, & modò ipſam ſubſtantiam, extorquere amat pro cibo. Cur non magnificentius quid agit? Cur non liberaliter donat frumenta? Cur non ea liberalitate, & magnificentia nititur comparare ingentem gloriam Principi? Non eſſet hæc liberalitas adeò vtilis Reipublicæ. Accipite D. Ambroſ. lib. 2. Officior. cap. 16. ſ antem: *Potuit donare Ioſeph totas opes Ægypti, & effundere theſauros regios; noluit tamen de alieno effuſus videri: maluit frumenta vendere, quàm donare eſurientibus. quia, ſi paucis donaſſet, pluribus defuiſſet. Eam liberalitatem probauit, qua abundaret omnibus.* Expendant illa vniuerſi Principes, omnium: *Si paucis donaſſet, pluribus defuiſſet.* quippe ſapientiſſimus Princeps elegit diſtribuere frumenta iuxta æquitatis, & iuſtitiæ formam, reddens cuique iuxta pretium acceptum. A donationibus, & largitionibus abſtinuit, quæ, vt nequit fieri, quòd non ſtagnentur inter noſtros, & familiares, ſic paucis dantur: vnde fit, quòd plurimi maneant in penuria, & quòd ſæpè in neceſſariis ſubſtantia deficiat, quò pereat Reſpublica.

Geneſ. 47.

Ambroſ.

§. XIV.

Quò certiùs auxilium diuinum ſperatur, eò attentiùs diligentia præſtanda in negotiis.

POſt explicatum ſomnium, vt pincerna erat reſtituendus in priſtinum gradum; addit Ioſeph: *Tantùm memento mei, cùm tibi benè fuerit, vt facias mecum miſericordiam, & ſuggeras Pharaoni*, &c. Solet in præſenti carpi Ioſeph, quod expertus toties Deum protectorem, & auxiliatorem ad auxilia confugerit humana. Cur, bone, ab homine petis auxilium, qui certiſſimum in Deo habeas? An id ab aliqua diffidentia manauit? Abſit: imò & Deo maximè confidens hominem adit, vt ea ſe diligentias adhibeat: ille enim ſapientiùs Deo fidit in re obtinenda, qui diligentias adhibet. Dicebat in præſenti Lippomanus: *Quantumlibet igitur fideret Domino, non omiſit tamen agere, quod agendum erat pro ſe eximendo carcere; id, quod certus ſperabat; modum tamen ignorans, ac tempus. Pincerna ſupplex fit, vt in tempore ſuggerat fidelis patronus, ad quod commemorat duplicem infelicitatem, & quòd furto ſublatus eſſet ab Hebræis, & innocenter incarceratus.* Prudens homo maximè in Deo confidebat, cuius auxilium non ſemel ſibi adeſſe fuerat expertus; non tamen deſtitit eas diligentias facere, quæ aptæ videbantur ad rem conſequendam, nimirum, patronum quæſiuit apud Regem, qui eius manifeſtaret innocentiam. Qui enim certiùs expectant auxilium diuinum, attentiores debent eſſe in ponendis diligentiis neceſſariis, quæ ad id videantur neceſſariæ. Sic Deus fauebat rebus Ioſue, vt illi daret ciuitatem Iericho, cadentibus eius muris ad ſolum tubarum cantum. Itum eſt inde ad ciuitatem Hai, & dicit Ioſue ſuis cap. 8. *Ponite inſidias poſt ciuitatem, nec longiùs recedatis, & eritis omnes parati: ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum eſt, aſcendemus ex aduerſo contra vrbem. Cúmque exierit contra nos, ſicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus, donec perſequentes longiùs ab vrbe protrahantur: putabunt enim nos fugere, ſicut priùs. Nobis ergo fugientibus, & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidiis, & vaſtabitis ciuitatem; tradétque eam Dominus Deus veſter in manus veſtras.* Sic certus erat de diuino auxilio, quod etiam in euerſione Iericho fuerat expertus. Et quando in Iericho proſtranda nihil militare egerat, ſolo diuino vſus auxilio, cur modò certus de eodem auxilio, ad militaria ſtratagemata confugit? Cur mandat ſimulationem fugæ? Cur nullum militarem aſtum prætermittit? Id non præfefert aliqualem diuini auxilij diffidentiam? Abſit: imò, de certitudine diuini auxilij diſcit nullam omittere diligentiam, quæ ad rem obtinendam conducere videtur. Ait Theodor. in Ioſue quæſt. 8. *Docet etiam, fideles vſos commentis humanis, nempe, vt auxilio diuino. Cùm enim ſolo tubarum ſono primam vrbem cepiſſent, meritò ſanè diſcunt certare, labori incumbere, & ſuppetias diuinas expectare. Confeſtim ergo dimicantibus illis adeſt Deus*, &c. Expende illa: *Diſcunt certare, labori incumbere, & ſuppetias diuinas expectare.* Quippe de dato auxilio Dei, quo ſine labore expugnarunt Iericho, diſcunt non ſtertere ſomno, non pigritare; ſed operi incumbere, ſed in aciem prodire; ſed commentis humanis vti, & per hæc expectare ſuppetias diuinas. Certitudo enim diuini auxilij eò deducit homines, vt nullam diligentiam prætermittant, quæ ad rem conducat. Huc trahenda dicta 1. tom. in Euang. lib. 3. cap. 2. §. 18. & tom. 2. in Euang. lib. 6. cap. 7. §. 16. & tom. 3. de Chriſto figurato, lib. 7. cap. 4. §. 1.

Lippom.

Ioſue 8.

Theod.

§. XV.

Sanctè poſſunt recenſeri iniuriæ ab iis, qui eas recentes patienter ſuſtinuêre.

TAndem ait Ioſeph: *Furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hîc innocens in lacum miſſus ſum.* Et qui cùm vendebatur, cùm adulterij accuſabatur, tacuit, nec de ſua ingenuitate, nec de innocentia ſua verbum fecit; cur modò ſibi illatas iniurias commemorat? An, quia modò magis impatiens, magis vindictæ cupidus? Abſit: ſanctè enim modò iniurias recenſere potuit, qui illas recentes tam patienter ſuſtinuit. Dicebat D. Hilar. in lib. contra Conſtantium Auguſtum vita functum: *Si quis prudens iam rationem ſilentij mei percipit, profectò me vſque nunc recentis iniuriæ morbitatem moderatum, nunc demum fideli in Chriſto libertate reſtante, non aliquo vitio humanæ perturbationis ad hæc ſcribenda arguet incitatum. Neque enim immaturè loquor, qui diu tacui: neque iniuriam quæror, qui diſſimulaui recentem, & ne quid ex cauſa mea loqui exiſtimarer, ſatìs diu adhibui ad ſilentium tempus.* Expende illa: *Neque iniuriam quæror, qui diſſimulaui recentem.* Iniuriis enim multis dum Hilarius afficeretur à Conſtantio Arriano; tacebat Hilarius; æquiſſimo, & patientiſſimo animo ſibi illatas iniurias ferebat, adeò, vt inde credendus eſſet, quòd poſteà eadem patientia, & æquanimitate ageret de acceptis iniuriis, quas diſſimulabat recentes. Maior enim ſenſus eſt in recenti iniuria, quàm in vetuſta; & aſſuetus in recentibus tacere, ſine ſuſpicione exceſſus poterit antiquatas recenſere. Hinc Dominus oſtendens quàm iuſtè, quàm ſanctè acturus ſit de ſibi illatis iniuriis vindicandis, præmittit patientiſſimum ſilentium ſuum circa illas recentes. Ait enim Iſaiæ cap. 42. *Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar.* Septuag. legunt: *Tacui à ſæculo, nunquid & ſemper tacebo?* Ille enim poteſt iuſtè, & ſanctè loqui aduerſùs iniuriatores, qui iniuriis recentibus nouit præſtare patientiſſimum ſilentium. Quò ſpectant, quæ dicebat D. Cyprian. lib. de Patientia: *Quis autem eſt hic, qui tacuiſſe ſe priùs dicit, & non ſemper tacebit? Vtique ille, qui ſicut ouis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, non aperuit os ſuum: vtique ille, qui non clamauit, neque in plateis vox eius audita eſt, vtique ille, qui non fuit contumax, neque contradixit, cùm dorſum ſuum poneret ad flagella, & maxillas ad palmas: vtique ille, qui, cùm accuſaretur, nihil reſpondit; & admirante Pilato, patientiſſimum ſilentium tenuit. Hic eſt, qui cùm in paſſione tacuerit, in vltione poſtmodum non ſilebit.* Et cur non iuſtè, & ſanctè clamet in vltione, qui tot patientiſſimi ſilentij documenta in recenti paſſione dedit? Satis oſtendit ſe non dolore iniuriarum victum ad earum recordationem accedere, qui ſic eas diſſimulauit recentes.

Hilar.

Iſaia 42.
Septuag.

Cyprian.

Gen. 40. Videns piſtorum magiſter, quòd prudenter ſomnia diſſoluiſſet, ait: Et ego vidi ſomnium, quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum; & in vno caniſtro, quod erat excelſius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, auéſque comedere ex eo. Reſpondit Ioſeph:

Hæc eſt interpretatio ſomnij : Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, *&c.*

§. XVI.

Lethale eſt Principibus, & Potentibus ſæculi, quòd alimenta ſeruis non dentur.

VIde ominoſum, & lethiferum huius Principis ſomnium, nimirum, ait : *Tria caniſtra farinæ habebam ſuper caput meum. & in vno caniſtro, quod erat excelſius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, auesque comedere ex eo.* Quid hæc ad mortem, & perditionem hominis? Multùm ſanè : quia Deus alimenta, & victum multorum hominum ponit in capitibus Principum, & Potentium mundialium; vt inde ſumant famuli, ſerui, & ingens officialium turba. Qui autem Princeps relinquit famulos, ſeruos, mercenarios omnes ſuos ſine cibo, vt omnem ſubſtantiam malis auibus, rapacibus meretricibus, aereis vanitatibus præſtet, hic, non miteris, quòd in perditionem eat. De iis locutus Philo in præſenti ait : *Quapropter, qui in hac re peccauit, lege talionis ſuſpenſus necatur, & quod aliis intulit, ipſe patitur : quippe qui eſurientes, & ab ipſo pendentes domeſticos fame cruciauit.*

Philo.

Quàm meritò perit Princeps ille, Potens ille, qui ſubſtantiam alimentorum permittit auibus rapacibus, vel aliorum, vel voluptatum, vel vanitatum, & interea patitur, quòd famuli, domeſtici, mercenarij, & ab illo dependentes vel alimentis mercede fraudentur. Hinc de impiis perituris locutus Iob cap. 24. ait : *Vineam eius, quem vi oppreſſerant, vindemiant.* Septuag. in rem præſentem : *Impotentes vineas impiorum ſine mercede, & ſine cibo operati ſunt.*

Iob 24.
Septuag.

Quanta hæc impietas, & quanta mulctanda ruina? Impotentes, nimirum, ad Potentium, & Principum domus euolant, vt ibi operentur, ſeruiant; & poſt operationes multas, poſt multa præſtita officia, maneant ſine cibo. quia hic inter alienos, & voluptuoſos vanè conſumitur. Aiebat Iacobus epiſt. canonica cap. 5. *Agite nunc, diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras quæ fraudata eſt à vobis, clamat : & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Circa quæ ait Gloſſa : *Magna iniquitas, cum etiam mercenario, & famulo debitam laboris mercedem nolunt reddere.* Nunquam non pertinet ad magnam iniquitatem, quòd cibum neges famulis, quem vaniſſimis cupiditatibus impendis.

1. Iacob. 5.

§. XVII.

Negligentia, & ignauia perditionem affert.

VIdebatur hic ſibi habere ſuper caput ſuum tria caniſtra plena cibis, *& aues comedere ex eo.* Non abſimile oſtenditur de Abrahamo Geneſ. 15. qui coram habebat carnes propoſitas, *Deſcenderúntque volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram.* Ecce tibi apud vtrunque & carnes, & cibi propoſiti erant, & aues deſcendebant, vt comederent ex eis. Abraham autem abigebat aues : piſtor autem non abigebat aues; ſed negligens prorſus erat in ſomno. Ne mireris, quòd diligentia Abrahami in abigendis auibus illi felicitatem portenderet : piſtoris autem negligentia, & ignauia ruinam faciat extremam. De Abrahamo dicebat Theodor. *Aues, quæ ſuper cadauera beſtiarum deſcendebant, quas Abraham abigebat, lethalem Ægyptiorum ſæuitiam ſignificant; quam tamen inanem, atque irritam oſtendit Deus.* Oſtendebatur irrita crudelitas Ægyptiorum in Iſraelitas, ex eo, quòd Abraham aues à carnibus abigebat : ſed non oſtendebatur irrita crudelitas Pharaonis in iſtum piſtorem, quando hic venientes aues non abigit; ſed magis negligit, ſed ſomno ſtertit. Heu miſeri hominis ignauia, & negligentia, quàm certum eſt, quòd illi pariet interitum! Quando enim ab ignauia, & negligentia malum non venit? Pſal. 9. *Factus eſt Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus.* Euthymius legit : *Adiutor in proſperitatibus.* Ille erat glorioſiſſimus Dei titulus, quod eſſet adiutor in tribulatione, in infirmitatibus : cur modò de illo etiam dicitur, quòd eſt adiutor in proſperitatibus? Equidem non paruo indigent auxilio proſperitates, quando ex illis & negligentia, & ignauia ſolet oriri, quæ mater omnium calamitatum eſt. Ait Euthymius ibi : *Neque enim ij ſolùm auxilio indigent, qui in calamitatibus ſunt; ſed illi etiam, qui in proſperitatibus. vt felicitatem ſuam conſeruent, & ne in ignauiam, calamitatum matrem, decidant.* Expende illa : *Ignauiam, calamitatum matrem.* nunquam enim ignauia, & negligentia hominis calamitates non parturit. Nihil non calamitoſum non inuenitur apud eum, in quo negligentia, & pigritia, & ignauia eſt. Monebat Dominus Matth. 24. *Orate autem, ne fuga veſtra fiat in hyeme.* Et cur fugientes a calamitate extrema iubentur cauere fugere in hyeme? Crediderim in hyeme intelligi torporem inertiæ, & negligentiæ, qui tantùm abeſt, vt nos calamitati eripiat, vt potiùs nos ad calamitates deducat. Vt meritò dicat D. Athanaſ. qu. 74. *Væ animam peccate ſecuritate, vel ſocordia, & negligentia conſtitutam.* Vbi enim ſocordia, & negligentia regnant, quid ſperari poteſt, niſi væ? Circa quæ etiam ait D. Ephrem ſerm. de Antichriſto : *Valida profectò, ac robuſta ſit anima, quæ tunc inter ſcandala innumera mentem colligere poſſit, & ſeruare conſtantiam. Si quis vel parum negligat, vaſtabitur facilè.* Expende illa : *Vel parum negligat.* quippe vel parua negligentia cauenda eſt in periculis, vt quæ ſoleat extremam gignere ruinam. De Iacob ait Geneſ. 28. *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum : Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes.* Circa quæ ait D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ : *Vidit ſcalam vſque ad cælum tendentem, in qua Dominus deſuper innitebatur, aſcendentibus porrigens manum, & negligentes de ſublimi præcipitans.* Ecce vt negligentia præcipitium parit.

Theodor.
Pſal. 9.
Euthym.
Matth. 24.
Athan.
Ephrem.
Geneſ. 28.
Hieron.

§. XVIII.

Eucharistica menſa non inter comeſſationes profanas; ſed inter cruces, & mortificationes.

MEritò poſt auditum ſomnium ait Ioſeph : *Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce.* Itaque tria ciborum caniſtra ſignificabant, vt poſt tres dies affigendus erat homo ille cruci. Quò dum ſpecto, non poſſum non meminiſſe diuinam Euchariſtiæ menſam, quæ etiam hoc habet, vt ſuos conuiuas à voluptatibus, & comeſſationibus arceat, & mundo crucifigi faciat. Dicebat Apoſtolus ad Galat. 6. *Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo.* Et quomodo ſeſe Apoſtolus crucifixit? Per Communionem Sacramenti euchariſtici ſic didicit ſuam efformare vitam, vt in nullo videretur diſtare à crucifixo. Hinc D. Auguſtin. apud Algerum, lib. de Sacram. cap. 16. ait : *Huius rei Sacramentum, quotidianum voluit eſſe in Eccleſia ſacrificium, quæ cùm capitis ipſius corpus ſit, ſeipſum per ipſum diſcit offerre. Non enim poteſt corpus crucifixi eſſe, qui crucifixus non eſt. Vnde Apoſtolus ait : Per quem mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo.* Inſtitutum eſt Euchariſtiæ Sacramentum, & datum eſt Eccleſiæ, vt quotidie per illud offerat Deo ſacrificium, in quo Chriſtus per Crucem occiſus offertur, vt caput totius Eccleſiæ, cuius capitis nos omnes corpus ſumus, & ſimul illi vniti, vt corpus capiti etiam Deo offerimus. Et quando per hoc Sacramentum ſimus Ieſu concorporales, & vniti, apparemus ſub mortificatione Crucis. In oblatione, & communione capitis crucifixi, quod corpus non appareat crucifixum? Crede mihi totum illud altare, tota illa menſa eò ſpectat, vt te doceat cruci ſuffigi. Non enim inter comeſſationes; ſed inter cruces, & mortificationes carnis, eius virtus oſtenditur. Vt meritò D. Nazianzen. orat. 15. ſuas virtutes aduerſus Hæreticos teſtans dicat : *Quæ vaſa miniſterio ſacro deſtinata, nec vulgi manibus attrectanda, iniquorum manibus dedidi, nempe, vel Nabuzardæ coquorum Principi, vel Balthaſaro, qui malè in ſanctis poculis perbacchatus eſt, atque adeò dignas amentia ſua pœnas exoluit?* Venerant quondam ſacra templi vaſa in poteſtatem Nabuzardæ Principis coquorum, 4. Reg. 25. & in profanum Balthaſaris conuiuium, Dan. 5. Quæ inculti, & menſis profanorum poſita eos perdiderunt : non enim Dei ſacra ſunt inter comeſſationes,

Galat. 6.
Auguſt.
Nazian.
4. Reg. 25.
Dan. 5.

ſationes,& voluptates ſine vtentium periculis. A quibus vt alienum ſe oſtendat Nazianzenus, meritò aſſerit, quam ſanctè cuſtodauerit ſanctum Domini, quàm cauerit, ne ſacra Dei inter coquos,& profanas mundiciorum menſas eſſent; ſed inter cruces,& mortificationes. Pro quo Eccleſia ſancta in ſacrificio Miſſæ euchariſticum cibum, calicemque & ſemel, & ter Crucis effigie ſignat, vt oſtendat, quàm totum illud myſterium habet mortificationem crucis. Ait enim Hildebertus de myſterio Miſſæ:

Hildebert.

Crux eſt memoriſſe crucis:
Huius nos memores crux iterata facit.
Mortis mortu adeſt, vbicunque perennibus eſſio
Imprimit vncta manus, myſtica ſigna Crucis.

Quippe quoties Sacerdotis manus ſignum Crucis facit ſuper Euchariſtiam, mentionem facit mortis, quam Ieſus per Crucem ſumpſit. & quam nos per crucis mortificationem debemus ſubire. Semper enim cibo euchariſtico debet cruciformis vita adiungi. Nec miror: quando enim ſub ſpeciebus illius cibi Chriſtus accipitur, neceſſum eſt, vt qui acceperit, cruciformis fiat. De Mariâ Deipara locutus D. Epiphan. orat. de eius laudibus, ait: *Dico Mariam eſſe cælum, thronum ſimul, & crucem: extendens enim ſanctas vlnas Dominum portauit. Thronus Cherubinus cruciformis, & celſius, &c.* Eo enim ipſo, quòd Ieſum portet vel tanquàm mater, vel tanquam thronus, non poteſt non in ſe referre figuram Crucis. Ne quis audeat Ieſum in Euchariſtia ſumere, quin nitatur propriam cruci conformare vitam. Hinc cùm primùm in Bethlehem, hoc eſt, in domo panis, cæleſtis, & viuus Panis ortus eſſet, ſtatim ſeſe recepit in Ægyptum, dicente Matthæo, cap. 2. *Accepit puerum, & matrem eius nocte, & ſeceſſit in Ægyptum.* Et cur tam citò feſtinauit ire in Ægyptum? In illa regione præfulſerat myſterium Crucis in immolatione Agni. Nec potuit viuificus ille Panis non feſtinare eſſe ſub vmbra Crucis. Ait D. Leo ſer. 1. de Epiphan. *Vt illam diriorem omni inedia famem, qua Ægyptiorum mentes laborabant, veniens de cælo Panis vitæ auferret, nec ſine illa regione pararetur ſingularis hoſtia Sacramentum, in qua primùm occiſione Agni, ſalutiferum Crucis myſterium fuerat præformatum.* Sic cæleſtis Panis amat vitam ſub Cruce.

Epiphan.

Matth. 2.

Leo.

§. XIX.

Quæ in ſe mala habet homo, illa putat eſſe in virtutibus.

Expendendum maximè eſt piſtoris ſomnium, & ſimul expendenda vera interpretatio ipſius. Somnium illud erat: *Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum, & in vno caniſtro, quod erat excelſius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, aueſque comedere ex eo.* Vbi autem ad interpretationem ventum eſt, dicit Ioſeph: *Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt, poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.* Ecce tibi ſomniator putabat non ſe, ſed caniſtrum ciborum comedi, & lacerari ab auibus: ſed interpres oſtendit in veritate, non caniſtrum, ſed ſomniatorem ipſum ab auibus diſcerpendum. Talia ſunt mundialium ſomnia: putant in virtutum eſcis eſſe mala multa, & aſperitates innumeras, quæ quidem non in virtutibus, ſed in ipſis ſomniatoribus ſunt. Dicebat Ieſus Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* &c. Quid tunc? *Multi ergo audientes ex Diſcipulis eius, dixerunt: Durus eſt hic ſermo,* &c. Proponebat Ieſus carnem ſuam edendam hominibus, vt haberent æternam vitam. Illi autem putabant in eſcis illis diuiniſſimis intolerabilem eſſe duritiem. Et vnde tantam duritiem putabant in cibis ſuauiſſimis? Quia ipſi erant duri, & quam in ſe habebant duritiem, ipſam putabant, non in ſe eſſe, ſed in viuifico cibo. Ait D. Auguſt. in Pſal. 98. *Durum illis viſum eſt, quod ait: Niſi quis manducauerit Carnem meam, non habebit vitam æternam. acceperunt illud ſtultè, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt, quòd præciſurus eſſet Dominus particulas quaſdam de Corpore ſuo, & daturus illis, & dixerunt: Durus eſt hic ſermo. Ipſi erant duri, non ſermo.* Somniabant miſeri & præciſionem, & duritiem eſſe in cibo viuifico, in ſermone Chriſti? Sed non in Chriſti ſermone, neque in cibo erat durities; in illis autem ſolis tanta durities erat, quæ eos diuiſit à corpore Chriſti. Simili ſomno illuſi erant illi impij, qui poſt experiam damnationem ſuam, & viſam Sanctorum gloriam, expergefacti dicent illud Sapientiæ cap. 5. *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam,* &c. Miſeri putant in Sanctis eſſe ſtultitiam, & inſaniam; quam non in Sanctis, ſed in ſe eſſe cognoſcent, & teſtabuntur.

Ioan. 6.

Auguſt.

Sap. 5.

§ XX.

Felicitatis eſt, periculum facere in alieno capite.

Nihil non infauſtum, & ominoſum patet in ſomnio huius piſtoris, quando ait: *Vidi ſomnium, quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum,* &c. Illud enim ſolum eſt, quod ait, *ſuper caput meum* Circa quæ ait Oleaſter: *Bonum eſt, in alieno capite periculum facere.* Nihil boni auſpicij habebat, qui in proprio capite ſpectabat imminentis ruinæ prænotionem. Ille magis pertinet ad felicitatem, cui datur, non in proprio; ſed in alieno capite periculum facere. Hinc auſpicium præbens Dominus Abrahamo venturæ felicitatis in genus ſuum, aiebat Geneſ. 15. *Scito prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubijcient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo, & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace,* &c. Sic oſtenduntur Abrahamo mala, & bona ſeruitutis, quæ experienda erant à filiis eius. Experturi erant Abrahæ filij ſeruitutem: at in eo felices futuri erant, quia de ſeruitute ad opulentiſſimam libertatem ibunt. At in eo longè felicior extitit Abraham, pater eorum, qui perpetua libertate, & pace fruebatur, nec periculum ſeruitutis fecit in ſuo capite, ſed in alieno. Pro quo ait Richard Victorinus de differentia ſacrificij Abrahæ, & Mariæ. *Vide ergo, quàm ſit mirandum, quàm iucundum, quàm ſtupendum quòd ipſa etiam ruina bonis cooperatur in bonum. Cooperatur itaque in bonum, quòd in terra non ſua ad tempus ſeruiunt, quod tandem inde cum magna ſubſtantia exeunt. Cooperatur in bonum, quòd ad quantulum temporis vitiis ſuccumbunt; quòd poſtmodum quantò exercitatiores, tantò cautiores, quantò humiliores, tantò conſtantiores reſurgunt. Verùm illi ſupra modum felices iudicandi ſunt, qui ad humilitatis gratiam ex prouidentiæ dono proficiunt, qui humanæ infirmitatis modum non tam ex propria, quàm aliena ruina addiſcunt. Horum perſona in Abraham exprimitur, cui dicitur: Tu autem ibis ad patres tuos in pace,* &c. Expende ab illis: *Verùm illi ſupra modum felices,* &c. cùm enim humanæ infirmitatis cognitio ad humilitatem habendam maximè conducat; non dubium eſt, quin multis caſus, & ruina bona ſit, quando inde cum magna ſubſtantia virtutum reſurgunt. At illi longè feliciores ſunt, qui non ex propria ruina, ſed ex aliena; non in proprio capite, ſed in alieno infirmitatis faciunt periculum, vt inde virtutes addiſcant. Quò trahenda ſunt dicta tom. 4. in Euang. lib. 6. cap. 21. §. 30.

Oleaſt.

Geneſ. 15.

Rich. Vict.

Geneſ. 40. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat, qui faciens grande conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis. Reſtituitque alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum; alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniecturis veritas probaretur. Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

§. XXI.

Menſa Euchariſtia fulcimentum imperij.

Non otioſè dicitur de Pharaone: *Qui faciens grande conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum*

pincernarum, &c. Dum conuiuium facit pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri, &c. Iuxta Hebræum habetur: *Et eleuauit caput principis pincernarum.* Sic Reges ſolent in conuiuiis ſubditos promouere, & ſuæ regia defendere, fulcire. Quod in duce cantatiſſimo Ferreolo miratus Sidonius Apollinaris lib. 7. epiſt. 12. ait: *Prætermiſit Regem Gothiæ ferociſſimum, inflexum affatu tuo molli, grauí, arguto, inuſitato: & ab Arelatenſium portis, quem Aetius non potuiſſet prælio, te prandio remouiſſe.* Non ſic alij militiæ regna ab hoſtibus defendunt, vt Ferreolus hic, & alloquio ſuaui, & prandio Arelatenſes defendit, & promouit. In quo magis Regis noſtri Chriſti ſapientia eſt imitanda, qui quod alij prælijs non potuerunt, totius mundi principatum prandio viuificæ Euchariſtiæ defendit, & ſtabiliuit. Cùm primùm Iſraelitæ ab Ægypto egreſſi in populi Dei cenſum abiêre, illis Deus parauit menſam in deſerto, dicente Textu Exod. 16. *Ecce ego pluam vobis panes de cælo.* Et cur illis de cælo panes propoſuit? Cur non magis prouidit panes de terra? Fecit, ne illis veſtimenta conſumerentur, nec calcei; ſed integra hæc duraſſent per totum peregrinationis in deſerto tempus: cur non ſimiliter fecit, quod non conſumerentur panes de Ægypto educti? Cur magis voluit à terra ortum panem conſumi, & illis parare nouum alium panem de cælo? Quos iam vt proprius Princeps eorum gubernabat Dominus, voluit cæleſti conuiuio tenere, vt qui terreni viuebant, & cæleſti conuiuio eſſe, quò faciliùs populi gubernari poſſint, & promoueri. Quò ſpectabat Sedulius lib. 5. Paſchali, cap. 5. aiens: *Filios Iſrael productos ex Ægypto, per annos in eremo ſtetiſſe quamplurimos, quotidianis dapibus Dominus gubernauit.* Non ferro, non prælio; ſed quotidianis de cælo dapibus ingentem populum in deſerto defendebat, promouebat, gubernabat. Felices vos gubernatores, qui non ad arteas ſtatus rationes confugitis, ſed magis has cæleſtis cibi menſas ornatis, quò & ſecuriùs, & gloriosiùs imperia ingentia defendetis, gubernabitis.

Sid. Apol.

Exod. 16.

Sedul.

§. XXII.

Euchariſtica menſa efficaciſſima ad reconciliandos homines cum Deo.

NOn in throno ſedens Pharao, ſed in conuiuio, ſibi pincernarum Principem reconciliat, dicente Textu: *Recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis. Reſtituitque alterum in locum ſuum*, &c. Epulæ fecerunt principem pincernarum ſuo Regi reconciliari, in eiúſque gratiam reſtitui. Vt ſcias, quò ſpectet Euchariſtiæ pabulum, nimirum, vt noſtram cum Deo reconciliationem peragat. Dicebat D. Leo ſerm. 11. de Paſſ. *Fudit Sanguinem iuſtum, qui reconciliando mundo & pretium eſſet, & poculum.* Fit equidem de Chriſti Sanguine non ſolùm pretium noſtræ redemptionis; ſed etiam poculum reconciliationis. Neſcit enim euchariſtica menſa non parturire reconciliationem, qua Deo reconcilientur homines. Hinc Matth. 6. in oratione Dominica iubemur poſtulare: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Dimitte nobis debita noſtra*, &c. Vide orationis ſtructionem, priùs petimus nobis dari panem cæleſtem, panem tranſſubſtantialem: & confeſtim rogamus pro peccatis delendis, & admittendis in gratiam peccatoribus. Quaſi de Panicello viuifico accepto conſequens ſit, vt dimiſſis peccatis, Deo reconciliemur omnes. Ait Tertul. lib. de orat. cap. 7. *Conſequens erat, vt obſeruata Dei liberalitate, etiam clementiam eius precaremur. Quid enim alimenta proderunt, ſi illi reputamur re verà, quaſi taurus ad victimam? Docet ita quæ petamus, dimitte nobis debita noſtra.* Niſi ad datum pabulum ſequeretur indulgentia peccatorum, & reconciliatio cum Deo, potiùs per pabulum crederentur homines ſaginari ad macellum. Inde pani liberaliter dato ſtatim apponitur petitio remiſſionis, & reconciliationis. Vt quæ conſequenter manare debeant de tanti pabuli exhibitione. Petebat illa Cant. 1. *Annuncia mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie?* Duo ſibi nunciari poſtulat, quæ valdè connexa, & coniuncta ſunt; nimirum, & paſtionis, & cubitus, ſiue dormitionis loca. Cubitus, ſiue dormitionis locus, Crux fuit, in qua, quaſi in lecto cubauit mundum reconcilians ſibi. Et quando Crux erat locus dormitionis, locus paſſionis, per quam mundum reconciliauit, cur Sponſa tam anxiè quærit locum illum? Cur tam eundem locum adiungit ad lætiſſimum paſtionis, vt ea quærat ſimul? Equidem vt locus Crucis erat locus reconciliationis, non potuit non illum ſimul coniungere cum paſtionis loco. Ex eo enim, quòd Deus paſcat homines viuifico cibo, vel morte ſua comparauit reconciliationem illorum cum Deo. Vt dicat D. Nicænus homil. 1. in Cant. *Quomodo te non diligam, qui me ſic dilexiſti, vt animam tuam poſueris pro ouibus, quas tu paſcis.* Vbi enim ſuauiſſimam paſcuam parauit Dominus ouibus ſuis, etiam Sanguine ſuo comparauit earum reconciliationem, & reſtitutionem in gratiam primam. Nicæn.

Leo.

Matth. 6.

Tertul.

Cant. 1.

§. XXIII.

Vilis, & aſper cibus conducibilior ad æternam ſalutem.

VIde, quid faciant ſuauiſſimæ Regum dapes: ait enim Textus: *Recordatus eſt Pharao inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis. Reſtituitque alterum in locum ſuum.. alterum ſuſpendit in patibulo.* Regiæ itaque dapes fuerunt vni ſalutis, alteri perditionis. Et quando ex ſuauiſſimis epulis non pullulant ruinæ? Planè conducibilior eſt vilis, & acerbus cibus, vt te aſſerat in æterna ſalute. Reſtituturus hominem in vitam Rex noſter Ieſus erat Cruci ſuffigendus Matth. 27. *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cùm guſtaſſet*, &c. Et ſimul ponitur in Cruce Regis titulus, & felleum poculum ei porrigitur. Si Rex eſt, cur tam vili, & acerbo calice potatur? Conducebat magis huc, vt hominem in priſtinam ſalutem reſtituat. Ait Nazianzenus carmine in laudem Virginitatis: Matth. 27.

Nazianz.

Hunc renouare volens humanum Chriſtus in aeuum,
Prodiit, vt pugnans, & acerba morte latronem
Crudelem ſuperans, & guſtu fellis amari
Peſtiferum ligni guſtum, dextráſque nefandas
Clauis, & dulcem ſancta Crucis arbore plantam,
Atque ſalutiferis Crucis vlea ſtipite terram,
Vitæ Adamum antiquæ reddat, in ique priori.

Vt Adamum antiquæ vitæ reddat, cúmque æternet in luce Rex noſter Ieſus, ſuaues abijcit cibos, & pro dulci arbore plantam Crucis erigit amariſſimam, pro cibo ſuauiſſimo, aſpectúque delectabili fel ſumit: ſic inter aſperrimos, & viles cibos fellis, & Crucis totum hominem Deo iungit, æternæque dat vitæ. Et quem non reſtituat in vitam vilis, & acerbus cibus? Prodigus ille filius poſt longam à patre peregrinationem ſtatim eo ad patrem reuerſus reinduit ſtolam primam. Et quæ illum manus in antiquam felicitatem reſtituit? Ait D. Lucas cap. 15. *Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus dixit*, &c. Ecce tibi vbi ſiliquis veſcitur, ſtatim ſuæ perditionis meminit, & ad patrem ire feſtinat, apud quem in priſtinam ſalutem reſtituitur. Ait D. Greg. Nicæn. apud D. Th. in Cat. *Contempſerat patrem in primo receſſu adoleſcentior filius, & opes paternas profuderat. At vbi lapſu temporis eſt attritus laboribus, dum mercenarius fieret, & eodem cum porcis pabulo paſceretur, rediit in domum paternam*, &c. Expende illud: *Dum eodem cum porcis pabulo paſceretur, rediit*, &c. Quippe vilis, & aſper cibus ſic hominem affecit, vt ad patrem veniret, à quo acciperet omnia prima. Luc. 15.

Nicæn.

§. XXIV.

Extremi iudicij diſcrimen non raro à Deo proponitur.

NOn prætermittendum illud: *Reſtituitque alterum in locum ſuum:: alterum ſuſpendit in patibulo.* Circa quod ait Rupert. *Quomodo duo in agro, duo molentes, duo in lecto, & eorum vnus aſſumitur, & vnus relinquitur, ſic duo in carcere, quorum vnus à Pharaone aſſumptus eſt, & vnus relictus eſt, duo nihilominus in cruce, quorum vnus à Deo aſſumptus, & vnus relictus eſt. Verùm vtrobique myſterium eſt.* Et quale myſterium, niſi myſterium extremi Iudicij, cuius diſcrimen crebrò à Deo nobis proponitur? Fuit aliquando nauis Rupert.

viatoribus

viatoribus plena, quæ in medio mari diſrumpitur, & qui in illa idololatræ erant, periêre ſubmerſi; qui verò Chriſtiani, euaſêre in ſalutem. De quo canit D. Paulinus epiſtol. 42. de Martiniani periculis:

Paulin. *Sed ea pericula plurimorum, cernere eſt*
Cæleſtis actum examinis.
Commune cunctis vna, quos nauis vehit
Periculum mortis manet:
Et ecce variis diuiduntur caſibus,
Ad mortem, & ad vitam dati.
Quòd ne putetur fortè permixtim bonis
Simul tributum, vel malis:
Conſtat periiſſe Chriſtiani neminem,
Et interiiſſe perfidos.
Vt clara magni veritas myſterij
Oſtendit in paucis Deus,
Quòd fine mundi diuidendis gentibus
Diſcrimen in cunctos erit.

Expende illa: *Vt clara magni veritas myſterij.* quippe myſterium illud extremi Iudicij, quo impij in perditionem, pij in ſalutem ibunt, paſſim nobis oſtenditur, & propoſitum à Deo.

§. XXV.

In Principibus mundialibus non inuenitur miſerorum recordatio.

ILlud cantatiſſimum eſt in mundialibus aulis, quòd ait: *Succedentibus proſperis præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.* Circa quæ eleganter Lippoman. in Cat. *Sic ſolet felicitas obliuionem inducere miſerorum: ſit miſerorum nulla cura ſit in Principum aulis.* Non equidem habet locum miſerorum recordatio in Principum mundialium aulis. Id nouerat aulicus ille Princeps Ionathas, qui cùm deiectionem à regno præſentiret, ſic dicebat regnaturo Dauidi, 1. Reg. 20 *Sit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini.* Non petit à Dauide miſericordiam ſuam; ſed miſericordiam Domini. Et cur magis non dicit, Facies mihi miſericordiam tuam; ſed, *miſericordiam Domini?* Loquebatur cum Dauide aſcendente ad thronum regium reſpectu hominis deiecti, & ſpoliati: in Regiis autem nulla eſt recordatio miſerorum, & ideò ſapienter non petit Regis miſericordiam, ſed Dei, cuius oculi *in pauperem reſpiciunt,* Pſal. 10. *& non eſt oblitus clamorem pauperum.* Pſal. 9. Hinc latro ille ſuffixus cruci videns Ieſum euntem in cæleſte regnum, ait illi: *Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Magnum hoc, quòd viliſſimus latro, in ſupplicio conſtitutus audeat à Rege petere, quòd cùm ſederit in throno maieſtatis ſuæ, eius recordetur, & habeat mentionem. Vnde hæc audacia in homine miſerabili, & vili? Nouerat Ieſum non mundialium Regem; ſed diuinum; non in temporali, ſed in æterna ſede ſeſſurum: & ideò ab illo memoriam ſui ſperat, quàm minimè ſperaret à mundiali Principe. Ad hæc Euthymius: *Memento mei, Domine, ait, cùm veneris in regnum tuum. Quod ſupra mundanum eſt. Nam veriſimile eſt, eum quoque audiuiſſe de ſermone, quem ad Pilatum dixerat: Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ex eo, quòd nouerat Ieſu regnum non eſſe de hoc mundo, audet ſperare ab illo memoriam ſui, ſciens, quòd non in mundialibus aulis; ſed in cæleſti memoria miſerorum reperitur. Dicebat Amos c. 4. *Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes.* Expende ordinem: priùs dicuntur eſſe in monte Samariæ, & deinde dicuntur in pauperes duri. Nec mirot: vt enim in Samaria erat aula Regia; ſic inde non poterat non oriri in pauperes, & miſeros durities. Vt dicat Ruffinus ibi: *Ergo in monte Samaria, id eſt, in regia ciuitate exiſtentes, & aulica familiaritate turgentes atterebant pauperes.* Eſt equidem aulica familiaritas infenſa miſeris.

1. Reg. 20.

Pſal. 10.
Pſal. 9.

Euthym.

Amos 4.

Ruffin.

CAPVT VI.

Pharaonis ſomnium.

Textvs Historia.

INTEREA dormiens Pharao putabat ſe iuxta Nilum ſtare, ex quo ſeptem vaccæ pingues emergebant, quæ in locis humentibus, & herbidis paſcebantur. Pauloque post totidem aliæ ex eodem flumine aſcendebant; ſed macie confectæ, quæ in ipſa amnis ripa, & arena tenuem carpebant cibum: ſed & ſeptem illas priores viſæ ſunt deuorare. Expergefactus Pharao rurſum dormiuit: & vidit alterum ſomnium materia diuerſum, ſignificatione idem, de ſeptem ſpicis plenis, totidémque tenuibus; & vredine percuſſis, quæ illas abſumunt. Mane facto Pharao ſollicitus conuocat coniectores ſomniorum, inter quos, ſic Deo prouidente, nullus inuentus eſt, qui Regis ſomnia interpretari potuiſſet. Deus enim omnes ſtupidos reddidit, & elingues, donec magiſter pincernarum confeſſus ſuam ingratitudinem erga Ioſephum, interpretem ſuum, Regi narrault, quæ illi verè, & fideliter expoſuerat. Protinus ad Regis imperium Ioſeph è carcere educitur, & eleganter comptus Regi ſiſtitur, cui auſpicata omnia futura ſtatim prædicit. Præterea ſomniorum ſpecies ex ore Regis percipiens, illis ſeptem fertiliſſimos annos ſignari exponit, qui confeſtim totam impleant Ægyptum. Poſt quos, totidem alios tanta ſterilitate venturos addit, qui primam abundantiam abſumant, & vniuerſam regionem in anguſtum deducant. Cui ſterilitati ſi Rex amet occurrere, præficiendum conſulit virum, qui toto fertilitatis tempore frumenta colligat, quæ venturæ fami ſufficiant.

MORALIA CIRCA TEXTVS Literam.

ADEST Regi Ioſeph, vt illi ſomnia interpretur, nec mirer, quod inde Fortunæ conſcendat culmen: ſomniorum enim interpretes pluſimi valent apud mundiales Principes.

Geneſ. 41. Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ, & craſſæ nimis; & paſcebantur in locis paluſtribus. Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectǽque macie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus, deuorauerúntque eas, quarum mira ſpecies, & habitudo corporum erat.

§. I.

Futuris prouidendis qui inuigilat, vel in ſomniis inuenit ex Deo remedia.

IMminente & fame, & abundantia Ægyptiorum, *Vidit Pharao ſomnium.* &c. In ſomnis vidit ea Pharao, vt inde inueniret remedium. Dicta ſunt in ſomniis Regi, quæ ab illo remediari oportebat. Et cur in ſomniis dicta, niſi

ſi quia inuigilabat futuris prouidendis. Vt dicat Oleaſter: *Signum euidens eſt, Pharaonem frequentiſſimè de prouidendis neceſſitatibus ſuorum cogitaſſe in vigilia, quod de eis noctu ſomniauit.* Ne miremur, quòd qui ſic inuigilabat futuris prouidendis, vel per ſomnia inueniat ex Deo remedia. Scita eſt hiſtoria Nabuchodonoſor, vt etiam vidit ſomnium, in quo oſtendebatur ei ſciſſio diuiniſſimi lapidis Chriſti à monte ſine manibus, qui hominibus ſalutis remedia afferebat. Et cur tam barbaro Regi, tantæ ſalutis remedium oſtenſum per ſomnium eſt? Ait Daniel cap. 2. dum ſomnium, & eius occaſionem explicat: *Tu, Rex, cogitare cœpiſti, quid eſſet futurum poſt hæc: & qui reuelat myſteria, oſtendit tibi, quæ futura ſunt.* Etſi in pace, & tranquillitate bonus Rex eſſet; tamen animo voluebat, & cogitabat, quales poterant eſſe futuri rerum euentus, vt circa illos ſe muniret, & remedia prouideret. O ſapientiſſimum, & inuictiſſimum Regem! Fallas, niſi eo modo vel per ſomnia accipere meruit ex Deo remedia. Ait Richard. Victor. lib. 1. de inter hom. erud. part. 1. cap. 19. *Quia de futuris ſtudioſè quæſiſti, futurorum reuelationem accipere meruiſti.* Hæreat turpiter in ſalebra euadendi otioſus, qui nulla tangitur cura, nulla ſollicitudine afficitur circa futura. Qui autem metuit ſibi à futuris euentibus, & diligenter inuigilat remediis eorum inueniendis, is meretur vel per ſomnia illuminari à Deo. Pſal. 76. dicebat Dauid: *Nunquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet, vt complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet à generatione in generationem? Aut obliuiſcetur miſereri Deus?* Sic anxius, ſic ſollicitus erat Dauid de futura Dei aut ira, aut miſericordia erga homines. Quid tunc? Ait Pſal. 102. *Miſerator, & miſericors Dominus, longanimis, & multùm miſericors. Non in perpetuum iraſcetur, nec in æternum comminabitur.* Vnde nouit Dauid, tantam Dei eſſe miſericordiam, qui paulò antea de illa dubitabat? Pro quo ſic certior factus eſt, quòd non proiiciet Deus in perpetuum? Vbi cœpit anxius eſſe de futuris inquirendis, & prouidendis, meruit, quòd Deus illi oſtenderet, quæ bona in futurum nos maneant. Vt dicat Richard ſupra: *Audi hominem de futuris ſollicitum, & in huiuſmodi cogitationibus vehementer occupatum. Nunquid in æternum proiiciet Deus, & non apponet, vt complacitior ſit adhuc. Audi eundem de eiuſmodi edoctum, & de his, quæ quæſierat, profundè illuminatum. Miſerator, & miſericors Dominus, longanimis, & multùm miſericors, non in perpetuum iraſcetur, nec in æternum comminabitur.* Expende illa: *Audi eundem de eiuſmodi edoctum*, &c. Vt enim de futuris ſollicitus erat, de illiſque cogitabat, vt remedia prouideret, meruit circa illa illuminari. Ne mireris, quòd cæcutiat, & ſtultè peccat, qui nihil futurum præcauet: ait enim Caſſiodor. lib. 3. var. 48. *Prudentia nihilominus eſt cauere, etiam quæ non putantur emergere.*

Oleaſt. Dan. 2. Rich. Vict. Pſal. 76. Pſal. 102. Rich. Vict. Caſſiodor.

§. II.

Mundiales nihil niſi temporale, & fluxum ſciunt appetere.

Ecce tibi ſomnium Pharaonis, nimirum: *Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues*, &c. Mirabar ſæpè, quòd arrogans Princeps non ſe ſuper aſtra ſomniaret, ſed ſuper fluuium, de quo aſcendebant boues. Et cur non magis ſomniat ſe ſuper aſtra, quàm ſuper fluuium? Non eſt mundialium hominum aliud bonum meditari, & appetere, quam hæc fluxa, & temporalia. Exod. cap. 17. locutus Textus de populo recenter egreſſo de Ægypto ait: *Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria.* legit D. Auguſt. *Sitiuit ibi populus aquam, & murmurauit contra Moyſem.* Expende illa: *Sitiuit populus aquam.* Potuiſſet abſolutè dicere, quòd ibi populus ſitierit: cur maluit determinare, quòd ſitierit aquam? Voluit oſtendere Dominus, homines mundiales nihil aliud ſitire, nec appetere, niſi fluxa hæc, & temporalia. Ait D. Auguſt. ſerm. 92. de Tempore: *Cùm dixiſſet, ſitiuit populus, quid opus fuit, vt adderet aquam? Sic enim habet antiqua tranſlatio. Quare hoc addidit, niſi aquam ſitiuit, qui debuit ſitire iuſtitiam. Multa ſunt ſitis. Sitiunt iuſti, ſitiunt & peccatores. Ille iuſtitiam, iſte luxuriam. Iuſti ſitiunt Deum, peccatores ſitiunt aurum. Sitiuit ergo populus aquam, qui debuit ſitire iuſtitiam.* Vt iuſtorum eſt, ſitire, & appetere cæleſtia, & æterna: ſic peccatorum, ſic hominum mundialium eſt non ſitire niſi fluxa, niſi caduca, & temporalia. Dicebant explicatiſſimè illi Pſal. 136. *Super flumina Babylonis illic ſedimus*, quaſi in ea eſſent miſeria, vt non aliud ſpectarent, niſi fluxa hæc, & caduca, quæ in Babylone iſtius mundi noſcuntur præterlabi. Vt dicat D. Nicæn. homil. 13. in Cant. *Ad flumina Babylonis deſideat, faciensque id, quod in Dei perſona in huiuſmodi hominibus reprehenditur. Reliquerunt me, inquit Ierem. 2. fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi puteos perforatos, qui aquam continere non valent: Vel auaritiæ ſiue lacum fodiunt, vel in vana gloria lapidicinis verſantur, vel in ſuperbiæ puteo laborant, quorum natura ſic comparata non eſt, vt aquam illam ſanctè apertè reperiſtam continere perpetuò poſſint, ſemper hunc vita honore, potentia, gloria, quas res mirificè capetunt, vnà cum ortu ſuo defluentibus.* Huc ſpectat totum ſtudium miſerorum mundialium, vt hæc præterlabentia bona ſemper appetant. Et quantum hoc malum? Petro crucem fugiendam perſuadenti dicit Dominus Matth. 16. *Vade poſt me, Satanas ſcandalum mihi es, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt; ſed ea, quæ hominum.* Et Satanas vocatur, & à Ieſu reiicitur, quod ob malum? *Quia non ſapis, quæ Dei ſunt; ſed ea, quæ hominum.* Planè non paruæ culpæ inueniuntur in eis, qui cùm deberent æterna attendere, malunt ſe totos iis temporalibus immergere. Orig. homil. 1. in Matth. *Si Petrus ſcandalum à Chriſto dictus eſt, quaſi qui non ſaperet, quæ Dei erant; ſed quæ hominis; quid eſt dicendum de hominibus, qui profitentur ſe diſcipulos Chriſti, non autem ſapiunt, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum ſunt, aſpiciunt, quæ videntur, & temporalia ſunt? Non eſt ergo leue peccatum ſapere, quæ hominum ſunt, cùm debeat quis in omnibus ſapere, quod eſt Dei.* Non parum errat, qui in omnibus ſaporem habet ſæculi, non Dei.

Exod. 17. Auguſt. Pſal. 136. Nicæn. Matth. 16. Orig.

§. III.

Qui ſcit deſideria temporalia conſtringere, mirificè aptatur recipiendis ſpiritualibus.

Illud mihi difficile videbatur, quòd hoc ſomnium à Deo fuerit immiſſum Regi; & quòd Textus ait: *Putabat Rex ſe ſtare ſuper fluuium*, &c. Qui ſic præterlabentibus bonis immerſus eſt, vnde potuit aptari reuelationibus diuinis excipiendis? Rem explicant illa verba: *Stare ſuper fluuium.* qui enim ſtat ſuper aquas, non immergitur, ſed potiùs calcat aquas, & conſtringit eas. Vt ſciamus, quòd de eo, quod quis calcat, & conſtringit deſideria temporalia, eò accedit, vt ſpiritualibus excipiendis ſe aptet. Aiebat Pſal. 136. *Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui, Sion.* Mirum videtur, quòd Babylonis fluminibus inſidens poſſit cæleſtis Sion recordari. Quid Babylon habet cum Sion? Cur non magis Sion obliuiſcitur, qui Babylonis immerſus eſt aquis? Expende illa: *Super flumina Babylonis, illic ſedimus.* qui ſedet ſuper flumina, potiùs videtur illa conſtringere, & calcare, ne mireris, quòd de calcatis, cõſtrictiſque deſideriis temporalibus, ad ſpiritualia, & cæleſtia recipienda aptatur. Ait Guillelmus Abbas apud Delrium, cap. 5. in Cant. *Sedeat ſuper flumina Babylonis, ſed tamen nihilominus cum hilaritate reſideat iuxta fluuium aquæ ſalientis in vitam æternam. Sedent non iuxta, ſed ſuper flumina Babylonis fluxa in ſemetipſis deſideria prementes, atque frenantes. Nam, quoſcumque in ſe deſideria minimè cohibent, profectò non ſedent ſuper flumina Babylonis; ſed potiùs in eis naufragantur: Et quantò quiſque firmiùs ſedet ſuper flumina Babylonis, id eſt, terrena deſideria conſtantiùs premit, tantò diuitiùs, & propiùs iuxta fluenta pleniſſima reſidens copioſiùs de ipſis bibit*, &c. Sic de calcatis temporalibus, conſtrictiſque, ad ſuperna fluenta excipienda aptatur.

Pſal. 136. Guillel.

§. IV.

Non parum fatigat bonum Principem ſubditorum malum.

Cum pingues vaccæ à macilentis vorantur, oſtendebatur Pharao non in ſolario, non in throno eſſe, ſed inter ipſos fluminis fluctus agitari. Dicit enim: *Putabat*

ſe ſtare ſuper fluuium de quo aſcendebant ſeptem boues. &c. Et cur non in throni tranquillitate, ſed in fluminis fluctibus oſtenditur eſſe Pharao, quando vaccæ pingues monſtrantur a macilentis vorari? Vt in eo oſtendebatur fames, quæ Ægyptios oppreſſura erat, meritò oſtenditur & Princeps tanti mali fluctibus vrgeri. Vt dicat Caſſiodor. 6. Var. 3.

Caſſiodor. *Cùm Pharao Rex Ægyptius de periculo futuræ famis, mandito ſomnio vrgeretur.* Bonum equidem Principem decet vrgeri, & fatigari, in ſubditorum malis. De Rege Regnm

Ioan. 4. Ieſu dicit Ioan. cap. 4. *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Et quando confecto itinere iam ſedebat, cur adhuc dicitur fatigari? Quæ res fatigat ſedentem Ieſum ſupra fontem? Defectus fidei, defectus cibi ſpiritualis in ſubditis miru m in modum tantum Principem fatigabat.

Auguſt. D. Auguſt. ſerm. 101. de tempore, ait: *Videte differentiam: tunc Apoſtolos exultabat in ſpiritu in monte poſitus. non confortabat eos ſolum, ſed propriam gloriam ea monſtrabat: in Samaria fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Tunc ergo fatigatur Chriſtus, quando nullam virtutem in ſuo populo recognoſcit. Hodie fatigat eum inobedientia noſtra, fatigat eum infirmitas noſtra.* Tribus aſſumptis Diſcipulis, cùm illis montem aſcendit Ieſus Matth. 17. nec in

Matth. 17. aſcenſu montis, nec in culmine montis dicitur fatigatus fuiſſe, ſed tam alacer erat, vt ſe glorioſum demonſtraret. In Samaria autem & ſedebat ſupra fontem, & ſedens adhuc defatigatur. Et cur, qui in monte non fatigatur, fatigatur ſedens in Samaria? *Tunc ergo fatigatur Chriſtus quando nullam virtutem in populo ſuo recognoſcit.* O præclarum Principem! Vbi in monte ſecum videt in gloria Diſcipulos, ibi lætus agit: vbi in Samaria videt populum ſuum virtutum defectu deficere, & funditùs perdi cibi cæleſtis inedia, tunc incipit maximè vrgeri, & fatigari. Dicebat Matth. 27. de hoc Rege Iudæorum crucifixo *A ſexta*

Matth. 27. *autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. vſque ad horam nonam Et circa horam nonam clamauit Ieſus voce magna dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Qui inter verbera, inter illuſiones, inter clauorum tormenta tacuit, cur modò clamat? Quæ res potuit à Ieſu tantum extorquere clamorem? Antè præmiſſæ fuerant tenebræ, quæ totam terram operiebant, ſub quibus dum populus Iudæorum internè, & externè erat, qui pro ſuis tacuit doloribus Ieſus, pro illorum malis ſic cœpit angi, vt clamaret. Ait Orig. homil. 35. in Matth.

Orig. *Quandiu fuit Solis lumen, et ambulabat, & talia ſuſtinebat, non dicebat: Quare me dereliquiſti? Poſtquàm autem vidit ſuper omnem terram Iudaam vſque ad horam nonam tenebras factas, dixit magna voce ſua: Quare me dereliquiſti?* Ibi clamor, ibi gemitus, ibi quaſi querelæ in Ieſu vero Iudæorum, & totius Orbis Rege, quando ſubditi ſub tenebris, & cæcitate apparebant.

§. V.

Reparationis humanæ auſpicium ab aquis.

TOtius primi ſomnij figura in aquis repræſentatur: dicit enim Textus: *Putabat, ſe eſſe ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues,* &c. Fluuius ſedem dabat Regi, fluuius pariebat vaccas, & pingues, & macras. Et cur fluuius inducitur ad has ſomnij ſpecies in illo repræſentandas? Vt ſomnium ingerebatur a Deo, vt per illud Ioſephi ſui mala repararet, qui poſtea etiam reparaiet in Ægypto damna a macris vaccis illata, nempe, a fame, meritò harum repræſentationum theatrum, a fluuio ſumitur: nunquam enim aquæ non auſpicium præbent reparationis

Ion. 1. humanæ. Ionas cap. 1. *Surrexit, vt fugeret à facie Domini.* & in fuga ſua ſeſe naui commiſit, quam non parua tempeſtas afflixit, donec cogerentur nautæ Ionam mittere in mare: vbi abſorptus a ceto poſt tres dies portum ſalutis

3. Reg. 13. attigit. Inuenio 3. Reg. 13. Prophetam non multùm à Deo declinantem leonibus traditum, & à leone occiſum. Cur Ionas à Deo fugiens non leonibus; ſed mari traditur? Non quærebatur mors Ionæ; ſed infidelitatis eius reparatio: ideò traditur aquis, vt in illis pateret, quàm auſpicata eſſet eius damnatio. Ait D. Ambroſ. lib. 5. Hexam. c. 9.

Ambroſ. *Quid de Iona dignum loquar, quem cetus exceptu ad vitam, reddidit ad prophetandi gratiam? Emendauit aqua, quem terrena deſtruxerant: pſallebat in vtero ceti, qui mærebat in terra. Et vt vtriuſque elementi redemptio non præteriatur, ſeruatum ſalutem mare antè præceſſit quia ſignum Filij hominis, ſignum Ionæ. In vtroque remedium; maius autem in mari pietatis exemplum, quoniam exceperunt piſces, quem homines refutarunt.* Quid pulchrius? Totum reparandi hominis auſpicium in aquis

Matth. 14. præmittebatur. Matth. 14. *Deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum validum timuit: & cùm cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domine, ſaluum me fac. Et continuò Ieſus extendens manum,* &c. Ecce, dum Petrus ſuper aquas vadit ad Ieſum, inuenit ſalutis portum in eius manu. Et ipſe Petrus ibat ad Ieſum, cùm introiuit in atrium Principis Sacerdotis: ibi autem interrogatus de Ieſu negauit: ait

Luc. 22. enim Lucas cap. 22. *Et ait Petrus: Homo, neſcio, quod dicis. Et continuò, adhuc eo loquente, gallus cantauit. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum,* &c. Ibi titubat, & inuenit Domini manum; hic non titubat, ſed penitus cadit, & non inuenit extrinſecam Dei manum. Cur hoc? Ait D. Ambroſ.

Ambroſ. vbi ſuprà: *Petrus quoque in mari titubat, ſed non labitur; & confeſſus in fluctibus, negauit in terris. Itaque illic quaſi deuotus manu apprehenditur; hic quaſi oblitus aſpectu conſortis commonetur.* Sic aquæ inueniuntur auſpicatiſſimæ, vt in quibus humanæ ſalutis, & reparationis poſitæ fuerint matrices. De celebri Ieſu manifeſtatione apud

Matth. 3. Iordanem locutus Matth. cap. 3. ait: *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt cæli: & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælo dicens Hic eſt Filius,* &c. Ecce tibi in Iordanis aquis Spiritus diuinus, & Pater Filium teſtantur, & cæli aperiuntur, quaſi iam de ſpiritu, & aqua renaſcituri ſint homines, qui cælum poſſint

Baſil. Sel. intrare. Quò ſpectans D. Baſil. Sel. orat. 34. ait: *Iordanis fluento reſeruabatur mirabilior quadam de Chriſti incarnatione prædicatio. Idcirco Pater clamor ... ſpiritus volans indicium. Et videre erat rem inopinatam; in aquis matrix parabatur, qua cælo ciues pareret. O inaccessa myſteria! Aqua pariebat, & cælo ciues adſcribebantur.* O quam feliciter naſcimur ab aquis! Proculdubiò inde, niſi per nos obſiſt, in amiſſam gloriam intrabimus.

§. VI.

Ominoſum eſt, de Baptiſmi aquis ad carnales voluptates venire.

ILlud iam in hoc ſomnio ominoſum apparet, quod ait Textus: *Putabat, ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ, & craſſæ nimis, & paſcebantur in locis paluſtribus.* In principio de aquis facti ſunt cæli, facti ſunt & alites: vt innueretur, quam cæleſtes, quam pennati debebant homines de aquis Baptiſmi renaſci. Modo procedunt ab aquis non cæli, non alites, ſed boues craſſiſſimæ in terendis carnibus occupatæ. Quid magis ominoſum, quid magis infauſtum, quam de aquis Baptiſmi venire, vt magis carnalis ſis; vt non aquila in ſublime voles, ſed bos in vltimam ducaris nutritus carnalibus voluptatibus? Dicebat vox diuina in

Geneſ. 1. principio Geneſis cap. 1. *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram.* Expende illa verba: *Animæ viuentis,* quibus monſtratur, quam deteſtabatur Deus in aquarum partubus vitam carnalem, & amaret vitam ſpiritualem, vitam animæ. Quò ſpectans D. Anaſtaſius Sinaita lib. 5. Hexamet. ait: *Sunt etiam volu-*

Anaſt. Sin. *cres, &c. qui ſurſum feruntur obuiam Chriſto in aera. Hæc autem erunt, ſi ab aqua Baptiſmatis educti fuerimus reptilia; ſed animarum viuentium: ſola anima poſt Baptiſma ſuſcepimus ſtudium ad meliora, & talis conſtituta, qualis anteriſ in aqua; & non exeant reptilia animalium viuentium, ne habeatur vlla cura corporis. Nam, ſi dicatur animal, intelligitur, quod ſimul ſint corpus, & anima* Tales volucres debemus exire de aquis Baptiſmi, vt ſurſum rapiamur in aera obuiam Chriſto. Et quomodo in volucres ibimus tales, ſi etiam inter humi repentia numeramur, ſi reptilia eſſe iubemur? Vide, qualia reptilia debeamus eſſe, nimirum, reptilia animarum viuentium: reptilia, quæ tota ſint anima; quæ non habeant vitam carnalem, nec animalem, ſed ſpiritualem, quæ nullo modo indulgeant corpori; ſed quaſi eſſent ſine carne, ſic cæleſtibus, & ſpiritualibus paſcantur. Ominoſum enim eſt, quòd de aquis Baptiſmi indulgeas vitæ carnali. Luc. 13. dicitur fuiſſe mulier quædam

dam inclinata ad terram, quæ poſt Chriſti curationem
Luc. 13. *Erecta eſt, & glorificabat Dominum.* Item Ioan. 4. erat paraly-
Ioan. 4. ticus iuxta piſcinam Bethſaidam, qui etiam fuit à morbo leuatus per Ieſum. Quos meminit Nazianzen. lib. de Baptiſmo, & locutus cum baptizatis ait: *Heri anima eras, per peccatum ad terram inclinata: hodie & à Verbo erecta es, ne rurſus curueris; ac velut catena ferrea à Diabolo depreſſa, in*
Nazian. *terram propendeas, atque ita afficiaris, vt iam vix vlla ratione ſurrigi, caputque attollere queas.* Sic metuit illi, qui poſt Baptiſmum terreois, & carnalibus implicatur. Deinde pergit aiens: *Heri in lecto iacebas, corpore fractus, & ſolutus, nec hominem præſto habebas, qui te in piſcinam mitteret. Hodie nactus es hominem, eundémque Deum. Elatus es è grabato. Caue, ne adiuiſſe peccato rurſus in grabato iaceas, hoc eſt, in corporis voluptatibus. Ne deterius tibi aliquid accidat, ſi poſt beneficium malus inueniaris.* Quid pulchrius? Compone paralyticum illum, & hominem Chriſtianum. Ille non habens hominem, à quo in piſcinam mitteretur, inuenit Deum Hominem, cuius beneficio lauatur. Chriſtianus etiam Deum Hominem habet, nempe, Chriſtum, per quem in piſcinam Baptiſmi miſſus eſt, & erectus in gratiam. Caueat ergo talis, ne eatinde carnalis fit, ne ſe dedat carnis voluptatibus, ni velit, ſicut bos, in macellum ſaginari.

§. VII.

Indecora Principi ſubditorum fœda luxuries.

NOn ſine aculeo oſtenditur Pharaoni regni ſtatus proximus per vaccas, dum dicit: *Aſcendebant ſeptem boues pulchræ, & craſſæ nimis, & paſcebantur in locis paluſtribus.* Sic in ſpecie vaccarum laſciuientium oſtenduntur Ægyptij Regi ſuo, vt obiter diuina prouidentia Regem pungat, quem ſubditorum luxuries Regis gloria exuebat, & faciebat bubulcum. Quando enim non eſt indecora bono Principi ſubditorum luxuriantium bouina
Amos 2. vita? Querebatur Dominus per Amos cap. 2. dicens: *Filius, & pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen ſanctum meum.* Ea erat laſciuia effrænata populi Iſraelitæ, vt crederetur nomen Dei poſſe illa turpari, & violari. Et qualiter Dei nomen turpari poſſet ex populi laſciuia, niſi aliquid indecorum patiatur Princeps, qui talibus imperat? Ait D. Cyril. Alex. ibi: *Violant igitur nomen*
Cyril. Alex. *Dei ſui huiuſcemodi paſſionibus implicitæ. Nec eos ſordibus, & immunditia diuinam naturam aſpergere dicimus. Quid enim eſtus? Sed blaſphemari faciunt potiùs vniuerſorum Deum, vt qui populo profano imperet.* Eſt ſemper blaſphemus, & opprobriis expoſitum nomen Principis, qui fœdiſſimæ laſciuiæ gubernat mancipia. Inde enim à Rege tranſit in bubulcum.

§. VIII.

Homines nihil aliud cenſentur eſſe, quàm id, quod adorant.

PEr ſeptem vaccas ſignatur tota Ægyptus, dicente Textu: *Aſcendebant ſeptem boues pulchræ, & craſſæ nimis, &c.* Et quis non vacca in Ægypto bouis cuiuſdam conſecratrice? Adorabat Ægyptus bouem Apim, vt inde meritò in vaccis ſignificentur Ægyptij, quando illud eſt homo, quod colere, & adorare dicitur. Clama-
Amos 4. bat Amos cap 4. *Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ.* Ad Iſraelitarum Principes loquebatur, quos vocat vaccas pingues. Et cur vocat vaccas? Vt eorum idololatriam pungat, qui vt vitulos adorabant; ſic meritò cenſebantur in eadem ſpecie cum vitulis. Ait Ruffinus ibi: *Meritò eis vaccarum pinguium no-*
Ruffin. *men adſcribit: vt non ſolùm de vitiis morum; ſed de genere impietatis ipſius appellati eſſe dicantur, vt qui colendos receperant vitulos, vaccarum nomine ſignarentur.* Sic miſeri in ea, quæ adorabant, vertebantur. Quò ſpectans
Pſal. 134. Pſal. 134. dicebat: *Simulacra gentium argentum, & aurum: ſimiles illis fiant, qui faciunt ea; & omnes, qui confidunt in eis.*
Niſſen. Circa quæ dicit Niſſenus homil. 3. in Cant. *Conſentaneum erat hæc ita fieri. Quomodo enim qui veram aſpiciunt Diuinitatem, in ſe accipiant diuinæ naturæ proprietates: ita qui ſimulacrum attendebat, transformabatur in id, quod aſpiciebatur, lapis factus ex homine.* Sic iuuenis puellæ formam adorans, conuertitur in id, quod aſpicit, puella factus ex viro.

§. IX.

Bonorum temporalium abundantia ſolet ruinam trahere.

ECce tibi, quò deueniat tota illa vaccarum craſſitudo: ait enim Text. *Aſcendebant ſeptem boues pulchræ, & craſſæ nimis; & paſcebantur in paluſtribus. Aliæ quoque ſeptem emergebant è flumine fœdæ, confectæq; macie, deuorauerúntque eas, quarum mira ſpecies, &c.* Sic pulchræ, & craſſæ boues eò tandem deueniunt, vt deuorentur: ſolent enim, qui bonis temporalibus implentur, citiùs aptari ad macellum, ad ruinam. Quò ſpectans Amos cap. 4. dicebat ad opulentos Iſraelitas: *Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ eſtis in monte* Amos 4.
Samariæ. Cur homines diuites, vaccæ pingues vocantur à Propheta? Ait D. Hieron. ibi: *Non aratores boues, ſed vaccæ* Hieron.
pingues ſe eſſe nouerint: ac per hoc ſignificat eos, non agriculturæ, ſed immolationi, & eſui præparatos. Gaudes, homo, quòd in dies tibi bona temporalia accreſcant, quòd impleris, & abundes omnibus: heu! magis time, ne inde eſui, & immolationi pareris. Vix enim temporali felicitati aliquid magis vicinum eſt, quàm extrema ruina. Pſal. 36. dicebat:
Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum quaſi cedros Libani: Pſal. 36.
tranſiui, & ecce non erat. Abundabat equidem homo temporalis bonis omnibus, quibus maximè exaltabatur, & eleuabatur ſuper omnes. Quem vt vidit iuſtus, tranſiuit, & ecce non erat: ecce erat illi extrema ruina. Sed quò tranſiuit iuſtus, vt tam citò florentem hominem in ruina videret? Tranſiuit in iudicium Dei, apud quod vniuerſæ temporales felicitates nihil ſunt, & ruinis vicinæ. Ait
Orig. ibi: *Cùm videmus extolli impios, & in nimiam ſuperbiam* Orig.
creſcere, tranſeamus & nos mente, & intellectu ab iis, quæ videntur, & temporalia ſunt, & transferamus ſenſum noſtrum ad ea, quæ non videntur, & æterna ſunt. Cogitemus temporalia hæc eſſe, & paucorum dierum, quæ videntur elata. Inueniamus iudicij diem, & ita ſenſu noſtro cernemus iſtum, qui ſuperexaltatus eſt, & eleuatus ſicut cedrus Libani, in die iudicij omninò non eſſe. Qui enim non eſt particeps illius, qui ſemper eſt id eſt, qui dixit: Ego ſum qui ſum iſte neque eſſe dicitur. Qui floridi, qui opulenti in hoc ſæculo videntur, heu quàm proximi ſunt nihilo, ſi ad Dei iudicium oculos leues! Quam miraris temporalem felicitatem hominum, nimirum, pulchritudinem, gloriam, abundantiam rerum omnium; ſi ad iudicium Dei vertas oculos, ſic illa omnia videbis ruinæ proxima, vt nihil iam eſſe probes. Non enim à luxu, & abundantia temporali vera felicitas; ſed ab aſperitate vi- Oſea 14.
tæ prodit. Oſeæ cap. 14. dicebat Dominus: *Ego exaudiam,*
& dirigam eum ego, vt abietem. Vbi noſter poſuit, *abietem.* Septuag.
Septuaginta legerunt *iuniperum*, quaſi Deus illum hominem ſaluti daturus eſſet, qui inſtar iuniperi vigueret in terra. Et cur inſtar iuniperi? Ait Theophylactus: *Iuniperus* Theoph.
arbor eſt denſa, & rotunda, habens denſos ramos, ſemper virens, & quæ comam habeat ſpinoſam. Ait ergo Dominus: Sic te ornabo denſis ramis, & protegam meo auxilio, vt in vinas ſub auxilio meo, & protectione tuta, & non timeas cauſonem, nec æſtum. Spina verò omnino eſt ei, qui ſecundùm Deum volet viuere; & ſic neceſſe eſt ei vita aſpera, quæ pungat cura iudicij poſtremi. Ecce tibi, qui temporalibus abundat, cedrus eſt, quæ etſi exaltata appareat; tamen in iudicio Dei ſic ruinæ approximat, vt videatur in nihilum redigi. Qui autem Deo nititur, iuniperus eſt, arbor ſpinoſa, vt qui de vitæ aſperitate habeat in Dei iudicio ire in veram gloriam.

§. X.

Fœmineus animus contrariis Poteſtatibus magis expoſitus.

TAndem non tauri, non boues maſculi apparent; ſed fœminæ, dicente Textu: *Aſcendebant ſeptem boues pulchræ, & craſſæ.* Et quando ſub hac ſpecie oſtendebatur maxima terræ fertilitas, cur non magis proponuntur boues maſculi, vt qui ad culturam ſunt robuſtiores? Oſtendebatur fertilitas tandem dilapidanda, vel ab intemperie temporum, vel à contrariis Poteſtatibus. Et ideò ſapienter proponuntur boues fœminæ; con-

trariæ enim Poteſtates liberiùs inſaniunt aduersùs fœmineas mentes hominum. Amus cap. 6. apud Septuaginta lectionem ait: *Se perſequentur in petitu equi. ſiccitetebant ad fœminas Sul* equorum nomine exprimit diabolicas Poteſtates, quæ dicuntur effrænatiſſime in fœminas ire Quia, nimirum, fœmineæ mentes aptiores ſunt, ne diabolicis ſuggeſtionibus obſiſtant. Circa quæ ait D. Hieron. *Iſte equi, id eſt, contrarie fortitudines, qui in animus ad fœminam, quando virilem vident animum, & Dei fortitudine roboratum, non audeat accedere. Quando verò effœminatam mentem, & vnguentis, & delicijs eneruatam, & in muliebrem verſam mollitiem, ſtatim inſaniunt, & ſe tenere eam poſſunt.* &c. Feruntur quidem contrariæ Poteſtates inſano impetu in fœmineas mentes: cauent maximè animum virilem. Quò ſpectabat Pharao, Diaboli typus, dicebat ſuis Exod. 1. *Si maſculus fuerit, interficite eum, ſi fœmina, reſeruate.* Non audens ipſe confligere cum maſculis, maximè ſibi ab illis cauet, & curat, vt in ipſo exortu interimantur. Fœminas autem iubet reſeruari, vt qui nouerit quàm prompta ſit fœminea mens, vt ſeruiat malignis cupiditatibus. Pulchrè Rupertus poſtquam maſculum dixit illum, qui virtutibus operam nauabat, fœmineam autem, quæ delicijs ſeruiebat; tandem ait lib. 1. in Exod cap 6. *Sapienter ergo hic Pharao, (nempe, diabolus) talem virum odit, & iubet interimi, certus, quòd talem fœminam conſentientem ſibi adulterare poſſet.* Vt enim Diabolus cauet viriles animos; ſic in fœmineis mentibus vniuerſa ponit arma perditionis.

Septuag. — *Hieron.* — *Exod. 1.* — *Rupert.*

Geneſ 41. Expergefactus Pharao rurſus dormiuit, & vidit alterum ſomnium. Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ, atque formoſæ: aliæ quoque ſpicæ tenues, & percuſſæ vredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao poſt quietem & facto mane pauore perterritus miſit ad omnes coniectores Ægypti, cunctóſque ſapientes, & accerſitis narrauit ſomnium nec erat, qui interpretaretur.

§ XI.

Poſt Chriſti immolationem æterna vitæ meſſis albicat.

POſt ſomnium primum, in quo & paſcentes boues, & voraces vidit Pharao, ſtatim dormiens pulcherrima ſpicas videbat: ait enim: *Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ, atque formoſa.* Et cur poſt boues ſpicæ plenæ appareant, niſi quia poſt immolatum Chriſtum, iam apparet meſſis æternæ vitæ? Famelico illo filio redeunte ad patrem Luc. 15. ait Pater miniſtris: *Adducite vitulum ſaginatum.* Cur vitulum addi. cauit? Vt iam ex illo ad vitæ æternæ meſſem contenderet prodigus ille filius. Quò ſpectabat D. Zeno lib. 3. ſer. 10. dicens: *Non tumidus ceruice, non toruus fronte, non minax cornu tantum: ſed optimus, dulcis, blandus, mitis vnus aduenit vitulus, vt nulla vllo in opere cupiantes anguſtia, cum ſine moleſtia ſuccedentes iugo, terrámque viſera carnis domando, fœta dantes, datam diuinorum ſeminum meſſem cœleſtibus horreis inferatis.* Sic de hoc diuiniſſimo vitulo Chriſto in nobis per imitationem ſuſcepto ad æternam meſſem lætantes ibimus. Dicebat Paulus ad Romanos cap. 6. *An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum,* &c. Et cur Chriſto conſepelimur in Baptiſmo? Tota Chriſtiana meſſis de morte, & ſepultura Chriſti habuit initium. Vt dicat Ioan. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Per Baptiſmum ergo vt iungimur diuiniſſimo grano Ieſu cadenti in terram, ſic inde ad lætiſſimam eius meſſem exurgimus. Dicebat etiam D. Zeno lib. 3. ſer. 14. cum baptizatis locutus: *Hodie vos etiam vtero accedens diuerſos in flores, diuerſo chariſmate redditurum eſt, cùm ſalubri vnda perfuſi, limpida æſtatis meſſe gaudentes panem nouum cœperint manducare.* Expende illa: *Salubri vnda perfuſi limpida æſtatis meſſe gaudentes panem nouum cœperint manducare.* Quippe, vbi in Baptiſmi vndam venimus, ibique conſepelimur Chriſto, illi in morte conformes, inde iam ad æternam meſſem contendimus, qua in cœleſtibus nouo gloriæ pane fruimur. Vt enim Matth. 26. cœleſtem gloriam comparauit vino nouo, dicens Dominus: *Cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno,* &c. Sic Zeno illam comparauit pani nouo, qui pullulat ea morte, & immolatione Chriſti.

Luc. 15. — *Zeno.* — *Rom. 6.* — *Ioan. 12.* — *Zeno.* — *Matth. 26.*

§. XII.

Chriſti labores è lolia faciunt triticum candidiſſimum; hoc eſt, de impijs faciunt iuſtos.

VBi in primo ſomnio viſi ſunt boues præcedere, non mirandum eſt, quòd in ſecundo appareant candidiſſimæ tritici ſpicæ: dicit enim Textus: *Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ & formoſæ.* Quippe de laboribus Chriſti Domini venit, quòd vel lolia conuertantur in purgatiſſimum triticum, & hanc fertiliſſima ſegetes hominum iuſtorum. Dicebat Prouerb. 14. *Vbi plurimæ ſegetes, manifeſta eſt fortitudo bouis.* Tunc equidem manifeſtiſſime apparet, quantæ fortitudinis fuerit vitulus ille diuinus Chriſtus Dominus in colendo mundi agro, quando de lolijs, de lappis, de tribulis, hoc eſt, de impijs, & ſceleſtiſſimis peccatoribus candidiſſimi frumenti meſſes fecit, & panes confecit, qui in cœleſti Dei menſa poſſint apponi. Pro quo dicebat D. Zeno lib. 3. ſer. 3. *Exultemus, Fratres, in Chriſto, tantique prouentus reddito auctore Deo Patri omnipotenti laudes, & gratias referamus, qui zizania, lolium, lappas, tribulos in lata frumenta mutauit, quæ de agente cultu purgata, molariſque lapidis pertinaci feliciter fracta, ordinabiliter creta, omni vrſuco abiecto, mirifico ſplendore in farinam candidam micuerunt.* Erant quidem homines in agro mundi ante Chriſtum zizania, lolium, lappæ, tribuli, non erat, qui bonum faceret. Venit Chriſtus diuiniſſimus vitulus, iugum Crucis ſubit, & ſic coluit totum mundi agrū, vt ſtatim læta frumenta de illis malis cœperint pullulare. Ad hæc dicebat Iſaias c. 55. *Quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eā facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit Verbum meum,* &c. Verbum Dei demiſſum in mundū ad nos venit, facit, quod nix, & imber faciunt in fœcundanda terra, & in producendis lætiſſimis cibis. Vt dicat D. Cyril. Alex. ibi: *Dimiſit nobis mortalibus Deus Pater, quaſi pluuiam quandam diuinam, conſolationem per Chriſtum, ſua euangelica prædicatione admirabiliter in nos per quam veniet, & terra reddetur frugifera, & fecundiſſima.* Ne autem ignorentur terræ à Chriſto cultæ fructus, pergit Iſaias eod. c. dicere: *Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica myrtus.* Vbi Chaldæus, *Pro impijs conſurgent iuſti, & pro peccatoribus conſurgent timentes Deum.* Quò ſpectans D. Cyril. Alex. ait: *Magnum itaque ſit miraculū eius, qui colit Eccleſiam, id eſt, Chriſti. Transponit enim ſpinas in nobiles, & preſtantes arbores, & alias facit ſpectabiles Matthæum enim & Paulum, quorum ille publicanus, hic perſecutor, & contumelioſus erat, fecit ſuas rerum Orbis ſublimia lumina, & Chriſtum omni loco redolebant.* Sic labores diuiniſſimi vituli, nempe, Chriſti, coluerunt agrum mundi, vt pro ſaliunca ſpinoſa, & vili, fertiliſſimæ arbores naſcerentur, & pro lolijs, lappis, & tribulis lætiſſima frumenta prodirent. Quid dicam, frumenta prodire ex laboribus Chriſti? Ipſiſſimi panes conficiuntur, & perficiuntur candidiſſimi. Locutus Oſeas cap. 7 de Ieroboam vt traxerat ad idololatriā Iſraelitas, ait: *Ex quo dies Regis noſtri inferbuit, omnia applicauerunt, quaſi clibanum, cor ſuum.* Totum noctem dormiuit coquens eos. Idololatriæ excogitat o coquia eius furno, in quo decoquebantur Iſraelitarum mentes, vt panes Diaboli fierent. Et ex quo furno voluerit exierunt ex eis. Cui furno opponit D. Zeno fontem Chriſti, quo, teſte Paulo, noua creatura ſimus, & ait lib. 3. ſerm. 31. loquens de iis, qui exeunt a fonte Baptiſmatis: *Hi, quos videtis, egregij cœleſtia nitentes, qui ex vobis ſunt non furno, ſed fonte, non humano, ſed igni diuino; non illos aura corrupit, non fumus infecit, non ſtrigus eliſit. Certè cacculatij non ſunt, non vſti, non crudi, non mucidi: lactens illis color eſt lacteus ſapor eſt.* Qui in mundialibus furnis coquuntur panes, multi vſti ſunt, multi emicrudi

Prou. 14. — *Zeno.* — *Iſaia 55.* — *Cyril. Alex.* — *Oſea 7.* — *Zeno.*

crudi, multi vel fumo, vel frigore corrupti. Sic de peruerſorum ſuaſionibus, quaſi de farinis multi exeunt corrupti. Qui autem in Chriſto noua conſperſio fiunt, noui panes, non de farina ſed de ſante veniunt, omnémque ex ſe exhibent perfectionem, & pulchritudinem.

§. XIII.

Euchariſtia cibus vnionem ſemper proponit.

Vbi ad ſpicas ventum eſt, non otioſè dicitur: *Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno.* Cùm boues illæ aſcendebant de flumine, ſeptem dicuntur fuiſſe pulchræ, & craſſæ, & totidem lexuæ, & marcidæ, nec vllum in illis oſtenditur vnionis ſignum. De ſolis pulchris ſpicis id inſinuatur, quòd erant ſeptem in culmo vno. Et quando de nullis aliis oſtenditur vnionis ſignum, cur illa apertè oſtenditur in ſolis ſpicis pulchris? Tota illa vbertas triticinon à fertilitate terræ; ſed a cælo, peculiarique Dei proficiſcebatur virtute, vt mauult melior Expoſitorum opinio. Vt autem de cælo veniebat panis ille in ſpiceis oſtenſus, non poterat non proponere vnionem, quæ maximè coniuncta eſt cæleſti Euchariſtiæ cibo. Dicebat Paulus ad Epheſios cap. 5. *Erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*

Epheſ. 5. Et cur putat Paulus ad totum Chriſtum, & Eccleſiam pertinere ſingulariſſimè, quòd duo ſint in carne vna? Quia in Chriſto, & Eccleſia conficitur Sacramentum Euchariſtiæ, per quod hæc intima ſemper apparet vnio. Vt

Anſelm. dicat D. Anſelmus ibi: *Et ipſi duo, id eſt, Chriſtus, & Eccleſia ſunt in carne vna: quia carnem, quam ille de Virgine ſumpſit, quotidie in Miſſarum celebrationibus ſumit Eccleſia.* Ecce tibi, vt cæleſtis cibus ſumptus de Chriſto, & nobis facit vnum. Habet enim hoc ſingulare Panis de cælo veniens, vt ſumentibus vnionem proponat. De illo locutus Dominus Ioan. 6. ait: *Hic eſt Panis, qui de cælo deſcendit.* Et cur ſub ſpecie panis de cælo venientis proponitur diuiniſſimus cibus, niſi vt noſtrarctiſſimam vnionem intimet? Ait Hilar. Vel hat. hom. 5. de Paſcha: *Sicut ergo ſeparare grana*

Hilar. *ab [illegible] panis adunatione non poſſunt, & ſicut aqua a [illegible] ſubſtantiam vino permixta iam non poteſt ſe[illegible] [illegible] Chriſti Sanguine, & Paſſione [illegible] quaſi inſeparabilia membra carnis ſuæ fideles [illegible] & ardentiſſima religione [illegible], vt ab eo non voluntate, non neceſſitate [illegible] non vlla terrena ſpes ambitione; non denique ipſa poſſint morte diuelli.* Totus, quantus eſt Panis ille cæleſtis, vnitatem clamat, quæ minimè ſeparari poſſunt a Chriſto, vt membra a capite ſuo. De quo agens Magnetes, vetus Author, lib. 3. Allegor. aduerſus Theoſthenem, inquit:

Magnet. *Myſticus enim Panis, tum benedictionem Patris habet inſeparabilem illam dico, quam Corpore, & Sanguine [illegible] facta eſt vnus conuenientem Corpus Chriſti, cùmque membra Chriſti effici[illegible].* Et dicit D. Paulus 1. ad Corinth. 10. *Omnes vnum corpus in*

1. Cor. 10. *Chriſto ſumus.* Si velis ſcire, quomodo in vnum Chriſti Corpus vnimur, ait D. Cyril. Alex. apud Turrianum, tract. 2. de [illegible] cap. 5. *Vt igitur inter nos, & Deum ſingulos vniret,*

Cyril. Alex. *quamuis corpore ſimul, & anima diſtemus; modum tamen adinuenit, conſilio [illegible] congruentem. Suo enim Corpore credentes per communionem myſticam benedicens, & ſecum, & inter nos vnum nos corpus efficit. Quis enim eos, qui vnius ſancti Corporis vnione vniti ſunt in vno Chriſto, ab hac naturali vnione alienos putabit? Nam, ſi omnes vnum panem manducamus, vnum corpus efficimur.* Sanè [illegible] cæleſti, diuiniſſimóque Pane ſumpto venit, quòd ſic vniamur, & conglutinemur in vnum, vt fiamus vnum corpus Chriſti. Quò ſpectans ipſe Dominus [illegible] de huius panis participatione,

Cant. 6. ait Cant. 6. *Comedi panem meum cum melle meo.* Comedimus nos, & ſic illi per communionem vnimur, vt & videatur ipſe comediſſe. Ait Paſchaſ. lib. de Corp. & Sang. Domini, cap. 10. *Mira vnitas [illegible] ſicuti in aliis [illegible]*

Paſchaſ. *[illegible] Chriſti, & Eccleſia declaratur, dum quod nos [illegible] vnus, & ille [illegible] ſe agere monſtrat. Nam, cùm nos [illegible] panem cum melle comedimus, tunc & ipſe nobis in nobis, [illegible] feſtatur: quia nos hac nos in ſuum corpus trahit, & vnum in illo efficimur.* Sic ibi: vt pateat, quanta de Pane cæleſti ad nos perueniat vnio.

§. XIV.

Quæ vera mala ſunt, ſe vel à ſapientiſſimis faciunt timeri.

Poſt ſomnia peracta dicit Textus: *Euigilans Pharao poſt quietem, & facto mane, pauore perterritus*, &c. Dum dormiens ſomnia videret, non dicitur perterritus fuiſſe: vbi autem ſomnum excuſſit, & euigilare cœpit, ecce terror hominem implet. Et cur qui non terrebatur in ipſa ſomnij viſione, euigilans terretur ſola recordatione illius? Erant non nuda ſomnia; ſed, quæ imminentium malorum veritatem repræſentabant. Vera autem mala vt dormientes non terrent, ſic tamen faciunt timeri à vigilantiſſimis, & ſapientiſſimis. Sæpè miratus ſum, quòd delicatiſſimi aulici, & puellæ molliſſimæ, quæ ad conſpectum murem contremiſcunt, ardentiſſimas Inferni flammas non timent. Et cur non magis timentur tam horrenda mala à delicatiſſimis, molliſſimis? Illa vera mala ſunt, & ij obdormiſcunt; & quæ vera ſunt mala, non à dormientibus, ſed à vigilantiſſimis fugiuntur. Exod. cap. 4. iuſſus eſt Moyſes à Deo, vt virgam in manu habitam proiiceret in terram. Quid tunc? Ait Textus: *Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes.* Et dubi- Exod. 4.
tare poſſet aliquis, an verus coluber factus fuerit ex virga, an ſolùm apparens, vt dicunt multi apparentes tantùm fuiſſe colubros factos ex Magorum virgis? Sed minimè dubitandum eſt, colubrum factum ex virga Moyſis fuiſſe verum colubrum. Cuius illud fuit euidentiſſimum ſignum, quòd ſe fecit timeri à Moyſe vigilantiſſimo. Mala enim vera hoc habent, quòd vigilantibus, & ſapientibus timenda fiunt. Ait D. Epiphanius in Ancorato: *Non erat ſpectrum hoc opus. Veritas enim Dei præcepto apparuit, & non imaginatione. Nam in omnibus corrigens noſtram cogitationem, per Moyſen declarauit veritatem. Cognouit enim Propheta, quòd id, quod factum fuerat, non erat factum in apparentia, ſed veritate, in eo quòd aufugeret. Si enim imaginatio fuiſſet, quod factum erat, non aufugiſſet à conſpectu ſerpentis.* Quippe in eo verus ille ſerpens oſtenditur fuiſſe, quòd timorem iniecit Moyſi, ita vt perterritus fugeret ab eo. Habent enim hoc mala vera, quòd ſe à vigilantiſſimis, & ſapientiſſimis hominibus faciant timeri. Epiphan.

Geneſ. 41. Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter ait: Confiteor peccatum meum. Iratus Rex ſeruis ſuis me, & magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem Principis militum, vbi vna nocte vterque vidimus ſomnium præſagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem Ducis militum famulus, cui narrauimus ſomnia, & audiuimus, quidquid poſteà rei probauit euentus. Ego enim redditus ſum officio meo; & ille ſuſpenſus eſt in cruce. Protinus ad Regis imperium eductum è carcere Ioſeph, &c.

§. XV.

Illud ſemper ſalutare eſt, quòd te à peccatis recipias.

Peccauit pincerna in Ioſeph, ſed illud ſalutare fecit, quòd tandem a peccato reſipuit: ait enim Textus: *Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter ait. Confiteor peccatum meum.* Sera, ſed ſalubris fuit hæc peccati confeſſio, quam vtinam vniuerſi facerent, & ſcirent aliquando peccata relinquere. Dicebat Nahum cap. 2. *Ipſi verò fugerunt. Nahum 2.*
State, ſtate & non eſt, qui reuertatur. Septuag. ibi legunt: *Et Septuag.*
ipſi fugientes non ſteterunt & non erat, qui reſpiceret. Loquitur de his, qui à Deo fugiebant, qui tanta contentione in ea erant fuga, vt nec paululum ſiſterent, nec ad momentum reſipiſcerent. Quod lethaliſſimum erat, cùm reſipiſcentia nunquam non faciat ad ſalutem. Circa quæ ait D. Hieron. *Primùm quidem Deum fugere non debuerunt. deinde etiamſi fugerant, aliquando ſtare debebant. Magna enim* Hieron.
differentia

differentia eſt inter eam, qui fugit, & fletit; & qui fugiens nunquam flevit. Qui enim ſtat, fugere ceſſauit; qui non ſtat, ſemper in fuga profectus eſt. In tanta ergo turba fugientium, nullus erat, qui reſpiceret, & ageret pœnitentiam. Multi Deum fugiunt, multi ſe tradunt peccatis; ſed horum magna eſt differentia: alij enim ſic ſe tradunt peccatis, vt neſciant reſipiſcere, neſciant ab illis ſe exuere: alij autem ſic peccant, vt reſipiſcant; ſic fugiunt à Deo, vt etiam à peccatis fugiant: quod maximè ad ſalutem pertinet.

Iſai 48. Iſaias cap. 48. monebat: *Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annunciate.* Exultationis vocem mandat iis, qui Babylone erant. Sed, qui ſuper flumina Babylonis erant, reſpondent: *Quomodo cantabimus in terra aliena? Illic ſedimus, & fleuimus.* Quòd ſi Babylon ad lacrymas potiùs ſpectat, quomodo Iſaias Babylonis incolis commendat vocem exultationis, & gaudij? Ipſe rationem præmittens ait: *Egredimini à Babylone.* Lacrymoſum eſt, quòd Babylonem incolas, quod confuſioni peccatorum inſiſtas: at, ſi inde exire tandem ſcias, ad gaudium ſalutis, & exultationem pertinet. Ex quo dicebat D. Ambroſ. in Pſal. 1.

Ambroſ. *Fuerit adoleſcentiori lapſus ætatis; debet enim maturitas emendare proceſſus. Fuge in grauiora non abeas; in Iſaia tibus ea ſint. Habes hoc in Iſaia dictum: Exi à Babylone, fugiens à Chaldæis. Hoc eſt: Exi introiſti in confuſionem vitiorum, exi. Non oportuit intrare; ſed ingreſſus es, carnis lege cogente, & captiuitate in lege peccati. Exi, egredere vel ſeruus, exue te ſeruitute grani. Non potuiſti non intrare in peccatum per fragilitatem, datur tibi exire à peccato per ſobrietatem exurge, &c.* Peremptorium eſt in peccatum intrare, & inde non exire: ſi exeas, iam inde ſalutem inuenies.

Pſal. 1. Pſal. 1. *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit.* Non ſolùm qui non peccat, ſed & qui non longam ſtationem facit in peccatis, ad beatitudinem pertinet. Circa quæ Euthymius ait:

Euthym. *Propheta beatos eos appellat, qui in hac vita prorſus vitauerint, quæ, videlicet, impiorum conſilium communicauerint, aut obiter audiunt, nec in tranſitu; & qui cum peccatoribus in aliquo prauo opere diu non conſiſterent, tametſi modicum quid propria infirmitate aliquando ad id rapti ſunt, &c.* Beatus quippe eſt, qui etſi peccauerit, diu non ſteterit in peccatis, ſed in pœnitentiam abiecit.

§. XVI.

Palatini ſimias Principum agunt.

NOtanter ait: *Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, &c. Tunc*, illud, ad quod tempus refertur? Nimirum, quando Pharao anxiè quærebat ſomniorum interpretes, & non inueniebat. Vbi enim Palatinus homo vidit Regem anxium pro interprete ſomniorum inueniendo: ſic & ipſe de eadem re cœpit cogitare, & ſic deuenit in memoriam Ioſeph interpretis ſui: ſic enim Palatini & affectus, & vultus ſuorum Principum imitantur, vt eorum ſimiæ videantur. De aula Salomonis

3. Reg. 10. locutus Textus 3. Reg. 10. ait: *Claſſis Regis per mare cum claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis, deferens inde aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauos.* Itaque Salomon mittebat in Tharſis claſſem, quæ inde colligeret aurum, & argentum, & ebur, ſimiáſque & pauos, & in aulam deferret. Et maximè expendendum eſt, quæ animalia deferentur in aulam; nimirum, & ſimiæ, & pauones. Qui enim in aulis viſuntur floridi iuuenes, prouecti ſenes, in primis pauones ſunt, ſi ornatus pompa, & pulchritudo conſideratur, quorum oculi, non iuxta ſapientum formam in capite; ſed in cauda ſunt, vt ſola infima valeant conſiderare. Deinde & pauones iſti ſimul, & ſimiæ ſunt, dum adulatores facti vniuerſos & affectus, & vultus Principis imitantur: nunquam enim non adulatio vel ex leonibus ſimias facit. Di-

Plato. cebat Plato lib. 9 de Repub. *Adulatio autem, cum ipſam illam iraſcibilem animi partem imperioſe, turbulentaque imperio ſubiecit; ac propter quæſtum, eiúſque inexplebilem cupiditatem ſæuiens, & opprobriis obiectat, vt à teneris annis diſcat pro leone fieri ſimia.* Iraſcibilis illa hominis pars, quæ, inſtar leonis, multis inardeſcunt in vitia, & errores, vbi ſub adulationis vino cadit, ſic afficitur, ſic corrumpitur ob quæſtus cupiditatem, vt ex leone fiat ſimia ſeſe conformans Principum affectibus, & vultibus. Heu quoties multi exarſerunt in vitia, vt leones: at vbi aulæ attigerunt limina, facti apparuêre ſimiæ, ſeſe formantes iuxta affectus Principis!

§. XVII.

Salutare eſt impiis, quòd iuſtis iungantur, etiam in malis.

SVam ſalutarem fortunam narraturus pincerna inquit: *Iratus Rex ſeruis ſuis, me, & magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem Principis militum, vbi vna nocte vterque vidimus ſomnium, præſagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, &c.* Venit itaque iſte in carcerem, in qua erat ſanctiſſimus pariter, atque innocentiſſimus Ioſeph, ex quo cœpit ſtatim ſpem haurire ſalutis. Solent enim ex conſortio iuſtorum in pœnis multas etiam impij vtilitates percipere. Multi idololatræ nauigabant cum Paulo, quos omnes inuaſit procella rabidiſſima. Intereà dicitur Paulo ex cælo Actor. 28. *Ne timeas, Paule: Cæſari te oportet aſſiſtere; ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.* Et fracta nauicula, omnes, qui cum Paulo erant in tempeſtate, attigerunt portum ſalutis. Nec miror: ſic enim ſolent euadere ij, qui adiuncti ſunt Sanctis in periculis. Quod cauit D. Paulinus epiſt. 42. de naufragio Martiniani locutus: Actor. 28. Paulin.

Vixêre iunctis Chriſtianis impij,
Vincente noctem lumine:
Nam Chriſtianis aggregare mortuis
Virtute, iuſſa mors fuit.

Erant candidiſſimi Chriſtiani in nauicula, in qua ſimul erant multi tenebroſi Gentiles. Dirumpitur nauis medio mari, & omnes euadunt, & Chriſtiani, & Gentiles. Vnde hoc? Vicit Chriſtianorum lux, Gentilium tenebras, & virtus, & fides iuſtorum potior fuit, vt impios ad ſalutem deduceret, quàm eorum tenebræ, vt in perditionem eos protraherent. Hinc qui malorum perditionem ex iuſtitiæ zelo exoptabat, ardenter petebat, vt ſepararentur à grege iuſtorum puſillo. Aiebat enim Pſal. 16. *Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum.* Et quantum hoc malum erit impiis, quòd à puſillo iuſtorum grege diuiduntur? Ait ibi Euthymius: Pſal. 16. Euthym.

Adhuc viuentes eos, inquit, diuide, diſiunge à probis hominibus, ne cum eis conuerſentur, quod alius verbis aliis dicit: Et cum iuſtis non ſcribantur. Nam, ſi diſiunguntur, condignas aliquando pœnas dabunt. Vt cupiebat, quod impij in hac vita punirentur: ſi petebat, vt à iuſtis ſepararentur, certus, quod de iuſtorum conſortio ſeruabantur, & quòd ſi ab illis ſepararentur, iam pœnas debitas irent.

§. XVIII.

In Dei domo nihil priſtinæ vitæ retinendum.

INtraturus ad Regem Ioſeph maximè cauet aliquid, quod carcerem, & luctum olerat, ſecum ferre: dicit enim Textus: *Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mutata obtulerunt ei.* Hebræus legit: *Et fecerunt eum currere de carcere: & totondit ſe, & mutauit veſtes ſuas & ingreſſus eſt ad Pharaonem.* Vbi de carcere ad Pharaonis domum iter vrgebatur, maximè curauit ſqualorem, & barbæ, & veſtium abiicere, ne quid oculis Regis proponeret miſeriæ priſtinæ. Vt pateat, quam cauere debeat priſtinas ſordes retinere, quiſquis in domum cæleſtis Regis intrat. Nunquam enim ſordes, hæ retinentur in Dei domo ſine ingenti diſcrimine. Nota eſt parabola hominis illius intrantis ad ſupremi Regis nuptias, & aſſidentis nuptiali conuiuio. De quo ait D. Matth. 22. *Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Meritò carpitur, & durè caſtigatur ille, non quòd ſederit ad menſam, ſed, quòd vel dum is limina tereret, qui antea priſtinas, & ſordentes veſtes reliquerit; ſed veteres illos anteactæ vitæ pannos adhuc retinuerit. Quali enim ſupplicio non ſit dignus, qui domum cæleſtis Regis intrans, ſordentes priſtinæ vitæ, maculoſóſque pannos reti- Matth. 22.

neat? Ad hæc ait Orig. hom. 20. in Matth. Orig. *Vniuerſi ſunt genere omnes, qui ſeruant malitiam poſt fidem, quam habuerant ante fidem, & non deponunt eam. arguit eos, quaſi qui malè fecerint, eo quòd nuſi ſunt in huiuſmodi nuptias introire, non recipientes dignum nuptiis indumentum, id eſt, textum virtutum, claram veſtem.* Planè malum eſt, & detrimentoſum, quòd audeas intrare domum fidei, domum cæleſtis Regis in pannis veteribus peccatoris, & eas ames retinere ſordes in tanta domo, quas antea habebas in mundo. Monet enim præclarè Imperfectus hom. 41. in Matth. Imperf. *Homo itaque aut ſecundum locum eligat veſtem, aut ſecundum veſtem eligat locum; id eſt, aut ſecundum opera eligat profeſſionem, aut ſecundum profeſſionem faciat opera.* Nunquam enim in loco ſplendoris non offendit veſtis ſordida; vt in domo ſanctitatis offendit amictus peccatoris. Monebat Diſcipulos ſuos Dominus Matth. 10. Matth. 10. *Nolite poſſidere aurum: nec duas tunicas.* Cur vetat duas tunicas? Ait Nicæn. hom. 11. in Cant. *Non oportet eos, qui ſemel diuino Sanguine ſunt ornati, peccati tunicam induere, ſed vnam ſolam innocentiæ; ne duas contrarias inter ſe inuicem coniunctas habeant tunicas.* Hoc cauet Deus, ne quis pannoſam tunicam vitiorum iungat tunicæ gratiæ; ſed illam prorſus tollat, vt vnam hanc habeat. Nunquam enim ſub Dei ornatu non detrimentoſus eſt peccati habitus. Vt dicat Nicænus ſuprà: *Nec oportet nouum pannum veteri veſtimento aſſuere, ne eius, qui hoc induit, maior ſit turpitudo,* Nicæn. *cùm neque maneat id, quod eſt aſſutum, & veteris ſit figura deterior, & apertior deformitas.* Quam deformitatem ſequi ſolet ſupplicium. Cùm populus Dei ferebatur per deſertum, iure habebatur filius Dei, & populus Dei, quem Deus ipſe ducebat, noctè in columna ignis, & die in columna nubis, Exod. 13. Sed illud notandum, Exod. 14. quòd dum Iſraelitæ ſic ambulabant ſub Dei oculis, quoties peccati veteris reſumebant ſordes, ſtatim acerbiſſime caſtigabantur à Domino. Rem ponderat Anaſtaſius, Archiepiſcop. Conſtantinop. epiſt. 2. de reſident. Epiſcop. factus: Anaſtaſ. *Toleraſſe Deum mundi peccata deſertum: eremi verò peccata nequaquam.* Et quando Deus mundi peccata tolerat, cur eremi peccata non tolerabat, ſed ſingulis ſingulas ſtatim apponebat vltiones? Qui in mundo peccant, habitum exhibent mundi, nec mirum, quod mundum induat, qui in mundo eſt. At qui in eremo peccabant, vt extra mundum erant; ſic peſſime agebant, in Dei regno, & ducatu conſeruati adhuc laceras, & pannoſas veſtes peccatorum. Puniri ergo debebat magis, qui non eligebat veſtes iuxta locum.

§. XIX.

Tunc firmior, & conſtantior videris, cùm mutaris ad meliora.

ADhuc pondero illam iuxta Hebræum lectionem nimirum: *Totondit ſe, & mutauit veſtes ſuas, & ingreſſus eſt ad Pharaonem.* Accuſabitúrne bonus Ioſeph mutabilitatis, eò quòd dicatur mutaſſe veſtes ſuas. Abſit: mutauit enim veſtes ſuas in meliores, & digniores. Mutatio autem in melius non mutabilitatem, ſed firmitatem importat, túncque & firmior, & ſtabilior eris, cùm habueris in melius mutationem. Habacuc dicebat cap. 3. *Stetit, & menſus eſt terram.* Ex Græco Habacuc 3. autem legit Cyrillus Alex. *Stetit, & commota eſt terra.* quaſi de eadem terra dici poſſet, quòd ſimul ſteterit firma, & commota fuerit. Et quomodo ſimul ſtare potuit, & moueri? Quid motus cum ſtabilitate commune habere poteſt? Tendebat ad melius ille motus, & mutatio, quæ ad melius tendit, & firmitatem, & ſtabilitatem monſtrat. Ait ibi D. Cyril. Alex. *Duo hæc paſſa eſt terra: ſtetit nanque, & commota eſt. Stetit igitur.* Cyril. Alex. *Mota eſt deinde, cùm à deceptione veteri digreſſa, & ad ornata Deo grata tranſire maluit. Verè igitur mutabile eſt, tempore eodem ſteriſſe, & commotam eſſe terram. Chriſtus enim eſt, qui ipſam, & ad bonum opus corroborat, peioribúſque poſthabitis ad ſalubriora cogitanda, & concupiſcenda impellit.* Crede mihi: nunquam terra ſtabilior, & firmior eſt, quàm vbi Chriſto duce ad meliora mouetur. Ex quo Dominus meus Ieſus poſitus in medio terræ, illam ad melius promouit, & fecit, vt relictis ſordibus veteribus, ſaniora, & ſalubriora capeſſeret, in hac ſalubri mutatione firmiſſimam ſtabilitatem oſtendit. Hinc monebat Paulus ad Romanos 13. *Sicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione:* Rom. 13. *ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam non feceritis.* Quanta hæc mutatio? Iubemur carnis amictum exuere, & induere Dominum Ieſum Chriſtum. Et cur ſic mutare cogimur indumenta, niſi, quia in illa mutatione, in qua nos melioribus induimus, nempe, induimus Chriſtum, ſtabiliorem felicitatem acquirimus? Ait D. Cyril. Alex. lib. 5. tom. 5. in Iſaiam, cap. 61. *Scribit ſapientiſſimus Paulus: Induite Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne geratis in cupiditatibus. Qui autem illum, tanquàm veſtem, habuerunt, præter ſalutem* Cyril. Alex. *lucrantur felicitatem, atque diuturno fruuntur gaudio.* Felicius, & diuturnius, & ſtabilius gaudium eſt illi, qui mutauit pannoſas vitiorum veſtes, vt indueret Chriſtum. In ſimili enim mutatione, nunquam non eſt ſtabilitas firmior.

§. XX.

Felix, qui in vita ſua cæleſtis Aulæ refert ſpeciem.

DIcit Textus de Ioſeph: *Mutata veſte obtulerunt ei.* ſiue, vt Hebræus legit: *Mutauit veſtes ſuas, & ingreſſus eſt ad Pharaonem.* Mutauit, inquam, veſtes ſuas, eas, quæ captiui, & ſerui erant, & accepit eas, quas induere ſolent, qui apparebant in aula Regis. Quò iam felicitas Ioſeph imminebat, vt qui in habitu viros aulicos referret. Et vtinam nos in habitu, & vitæ moribus referamus ciues Aulæ cæleſtis, incolas æterni Regni: fallar, niſi inde iam feliciſſimi eſſemus. Poſt conuiuium illud nuptiale propoſitum Matthæi cap. 22. ait Textus: *Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Matth. 22. Et poſt pauca ait Rex: *Mittite eum in tenebras exteriores.* Et qualis, putas, erat hæc nuptialis veſtis, cuius defectus ſic hominem miſerrimum perdidit, & quæ ſi adeſſet, illum in felicitate cæleſti aſſereret? Ait D. Hilarius in hunc locum: *Veſtitus autem nuptialis eſt gloria Spiritus Sancti, & candor habitus cæleſtis, qui bonæ interrogationis confeſſione ſuſceptus, vſque in* Hilar. *cætum regni cælorum immaculatus, & integer perſeuerat.* Expende illa: *Veſtitus autem nuptialis eſt candor habitus cæleſtis.* Quippe eſt in cæleſtium ciuium habitu candor quidam, quem qui in hac mortali vita moribus refert, iam oſtenditur ad regnum cæleſte pertinere. Quem candorem, & ſplendorem amat Deus eſſe in iis, qui ad æternam felicitatem pertinent. Ideo ait de Sponſo Cant. 6. *Qui paſcitur inter lilia.* Et D. Nicænus legit: *Qui paſcit inter lilia.* Cant. 6. Quippe is eſt Deus noſter, vt oues ſuas faciat paſcere, non Nicæn. in herbis, non in fœno; ſed in liliis. Et cur in liliis? Ait D. Nicæn. homil. 15. in Cant. *Propterea gregem ſuum in prata liliorum ducit, qui paſcit in liliis, vt ſplendor Domini Dei noſtri nobis contingat. Nam, quod alitur, omnino ad eius ſpeciem temperatur, quo veſcitur.* Itaque & paſtu, & prouidentia ſua eò tendit Deus, vt faciat, quòd oues deatiæ & candorem, & ſplendorem æternitatis referant. Quando enim non pertineat ad felicitatem, quòd dum es in hac valle miſeriarum, iam tu habitu, in moribus, in exercitiis, referas feliciſſimum cæleſtis Aulæ ſtatum? Narrabat Matthæus cap. 21. de Ieſu: *Videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantùm, & ait illi: Nunquam ex te fructus naſcatur.* Matth. 21. His verbis ſubiungit Marcus cap. 11. iſta: *Non erat tempus ficorum.* Et cur Dominus, cùm non eſſet tempus ficorum, requirebat nihilominùs fructum ab arbore? Oſtendebat, quo poſſent humanæ plantæ eſſe feliciores; nimirum, ſi in ſe referrent Marc. 11. ſpeciem plantarum cæleſtium, quæ omni tempore ſunt fructuoſæ. Ex quo dicebat D. Paulinus epiſt. 33. *Bonus Dominus, qui hominem mortalem immortalitati præparat, iam & in hoc ſæculo vult eum ſpeciem perpetuitatis induere, vt fructum non accipiat de tempore; ſed omni tempore ſit maturus ille,* Paulin. *cum quo, vel in quo manſurus eſt ſine tempore.* Expende illa: *Iam & in hoc ſæculo vult eum ſpeciem perpetuitatis induere.* Qui enim ad æternitatem parantur, in hoc ſæculo incipiant habitum,

habitum,& ſpeciem moribus referre, quæ in æternitate geruntur, Ioſephus lib. 10. cap. 11. locutus de Nabuchodonoſoris ædificiis,ait: *In hac Regia moles ſaxeas fornicibus ſuſpendit, montium ſpecies referentes, supernè conſitas variis arborum generibus, atque ita celebratos illos penſiles hortos abſoluit, eò quòd vxor educata in Media concupiſſet quandam patriæ ſuæ ſimilitudinem.* Ioſeph. Vtinam & nos hanc etiam concupiſcamus moribus noſtris ſimilitudinem, cum his, qui in cæleſti patria viuunt. Fallar, niſi inde videremur æternùm felices.

Geneſ. 41. Cui ille ait: Vidi ſomnia, nec eſt, qui ediſſerat: quæ audiui, te ſapientiſſimè coniicere. Reſpondit Ioſeph: Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao, quod viderat: Putabam me, *&c.*

§. XXI.

Nobis ad omnia efficienda promptior eſt diuina potentia, quam noſtra.

NOn dubitanter, ſed cum omni certitudine promittit Ioſeph Pharaoni ſomniorum interpretationem dicens: *Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.* Et vnde tam certus eſt de reſponſione,& interpretatione facienda ſomniorum? An, quia ſciebat iam à ſe eſſe interpretanda? Abſit, imò inde certus eſt, quòd ait: *Abſque me Dominus reſpondebit.* Symmach. Symmachus legit: *Non ego, ſed Dominus reſpondebit.* Vbi enim non a ſe, ſed a Deo monſtrat interpretationem faciendam, certiùs illa promittit, ſciens promptiorem eſſe nobis Dei potentiam ad omnia perficienda, quam noſtram. Quam ſecurus ille dicebat Pſal. 59. Pſal. 59. *In Deo faciemus virtutem.* Et cur tam indubitanter aſſerit, à ſe virtutem efficiendam? Ait, *in Deo*, cuius potentia illi ſemper promptior,& certior erat, quàm propria. Alger. De quo ait Algerus lib. 1. de Sacramento, cap. 2. *Ne contra hoſtem ſaniſſimum noſtra infirmitate deficeremus, ſuam potentiam, noſtram fecit Dominus; vt dum ſua fortitudo promptior eſt nobis quàm noſtra; & dum fortior, per ſuam omnipotentiam, contra hoſtem ſimus ſuperiores. Vnde in Pſalm. In Deo faciemus virtutem.* Expende illa: *Dum ſua fortitudo promptior eſt nobis, quàm noſtra.* Quippe vbi ad aliquid magnum peragendum venitur, ad quod & fortitudo, & poteſtas requiritur, ſæpè nobis mentitur poteſtas noſtra, ſæpè in neceſſitatibus deſtituimur à rebus, quæ putantur pertinere ad vires noſtras. Potentia autem Dei, ſi vel nictu oculorum vocetur, ad nos aduolat,& ad manus eſt. Rem explico exemplo Nabuchodonoſor, qui nimis de potentia ſua gloriabatur, de quo ait Daniel cap. 4. Dan. 4. *Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnum, vt bos comedit, & rore cæli corpus infectum eſt, donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues eius quaſi auium. Igitur poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cælum leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi*, &c. Expende modò, vbi Deum oblitus ſuam poteſtatem in medium aduocabat, repentè nullum circa ſe aſpexit; ſed ab illo omnia abierunt, nudùmque,& deſpectum reliquerunt. Quid tunc? Solus in agro erat, miniſtris, cognatis, vxoribus, filiis deſtitutus, imò & deſtitutus ipſa humana forma. Omnia hæc illi mentita ſunt. Intereà oculos ad cælum leuat, & cùm omnia creata illi deficerent, nictu aduocat Deum, qui illi ſtatim promptus fuit, vt omnia amiſſa reciperet. Pulchrè aiebat D. Paulinus epiſt. 4. Paulin. *Non ſolùm à regno ſuo, ſed etiam à ſenſibus exulabat humanis, corde triſti leonem, vnguibus vulturem, ſenſu, & pabula bouem referens. Intellecto tamen tandem Deo, & ſenſus reformatur, & regno*, &c. Cui omnia ſua mentita ſunt, & longè ab eo in neceſſitate ſeceſſerant; vbi cœpit non in ſe, ſed in Deo fidere, promptiſſimus illi adſtitit Deus, & ad manum fuit, vt omnia, quæ vellet, adipiſceretur. Dicebant Angeli Cant. 8. Cant. 8. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Et mirabar, quòd quis in deſerto tot delicias ſibi ſuppetere faceret. Quomodo in deſerto fieri potuit tantas, tótque ſibi eſſe delicias? Modum indicant illa, nimirum, *innixa ſuper dilectum ſuum.* Deſerta erat ab omnibus ſuis, ſed vel in hoc vaſtiſſimo deſerto in promptu habuit Dei potentiam, cui innitens omnibus abundauit. Vt meritò dicat Guillelmus Abbas apud Delrium: *Innixa planè non ſuper baculum arundineum, cui ſi innixus fuerit homo, confractus intrabit manum eius, & perforabit: ſed ſuper dilectum ſtabilem vſque ad comportandum. Quod ſanè non ignorans Dauid; Fortitudinem, inquit, meam ad te cuſtodiam.* Guillel. *Id eſt, ſuper te innitar, qui nunquam deficis, nec te ſubtrahis, vt cadat, qui ſuper te duxerit innitendum. Denique ſuper baculos arundineos innituntur, qui confidunt in virtute ſua. Vnde Ieremias 17. Maledictus homo, qui confidit in homine. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & cuius Dominus fortitudo eius.* Hæc eſt tota felicitas hominis in hac miſeriarum valle, quòd ſciat, non in ſua virtute niti; ſed in Dei virtute, quæ illi proculdubiò ad omnia promptior erit, quàm ſua.

§. XXII.

Qui non in ſe, ſed in Deo nititur, nihil non poteſt.

VBi interpretatio ſomnij ex Ioſeph requirebatur, reſpondit ille: *Abſque me Deus reſpondebit*, vel iuxta Symmachi lectionem: *Non ego, ſed Deus reſpondebit.* Quid ais: *Non ego?* Ergo tu non reſpondebis? Imò nunquam ipſe meliùs reſpondebit, quàm vbi noſcens infirmitatem ſuam, vni credit reſponſionem Deo. Nihil enim non poteſt efficere, qui non in ſe; ſed vno in Deo nititur. Ioel cap. 3. aiebat: *Sanctificate bellum, ſuſcitate robuſtos, aſcendant omnes viri bellatores. Concidite aratra veſtra in gladios, & ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat: quia fortis ego ſum.* Ioël. 3. Conuocantur robuſti, & bellatores ad bellum, ad quod etiam cogitur ire infirmus, per hoc ſolùm, quòd dicat: quia fortis ego ſum. Sed, quomodo, qui infirmus eſt, poterit verè dicere, quia eſt fortis? Eo ipſo, quòd quis ſuam agnoſcat infirmitatem, & non in ſe, ſed in Deo confidat, omnimodam induet ad omnia fortitudinem. Ait ibi Rupert. *Quiſquis ad illud bellum ſeſe preparatum eſſe cupit, tunc demum fortem ſeſe ſperet in Domino inuenire, cùm humiliter cognouerit, quàm in ſemetipſo infirmus ſit.* Rupert. De infirmitatis propriæ cognitione magnam acquires fortitudinem ad omnia, præcipuè, ſi vni Domino fidas. Vt dicat Paul. ad Epheſ. c. 4. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Epheſ. 4. Parum eſſet, ſi tantùm aliquid poſſet, & non omnia, qui in Deo vno nititur. Ex hac enim confidentia non poteſt quis non reddi quaſi omnipotens. Dicebat enim D. Bernard. ſer. 84. in Cant. *Contra ſe innitens animus inualeſcet, & facta ſeipſa validior reget pro ratione vniuerſa. Quidni omnia poſſibilia ſunt innitenti ſuper eum, qui omnia poteſt. Quanta fiducia vox. Omnia poſſum in eo, qui me confortat! Nihil omnipotentiam Verbi clariorem reddit, quàm quòd omnipotentes facit omnes, qui in ſe ſperant. Denique omnia poſſibilia ſunt credenti. An non omnipotens, cui omnia poſſibilia ſunt? Ita animus, ſi non præſumat de ſe, ſed ſi confortetur à Verbo.* Bernard. Planè nihil non poteſt, & fit omnipotens, qui non in ſe, ſed innititur in Deo, quando proprium eſt Dei, ſperantes in ſe facere omnipotentes. Vt inualidiſſimi ſunt, omnéque illis deficit fulcimentum, qui non in Deo; ſed in ſe nituntur. De primo Angelorum locutus Dominus Ioan. 8. ait: *In veritate non ſtetit.* Et validiſſimus, & ſapientiſſimus creatus fuerat; tamen non perſeuerauit, Ioan. 8. nec ſtetit in veritate. Et cur non ſtetit in veritate, niſi quia de ſe præſumebat, & ideò illi omnia defuerunt fulcimenta? Ait D. Bernard. ſuprà: *In veritate non ſtetit: quia non innixus eſt Verbo, quia in ſua virtute confiſus eſt. Et ideò fortaſſis ſedere voluit; quia ſtare non valuit. Dicebat enim: Sedebo in monte teſtamenti. Cæterùm, Deo aliter iudicante, nec ſtetit, nec ſedit; ſed cecidit.* Bernard. Sic inualidus eſt, ſic omnia deficiunt ei, qui in ſe mauult inniti, quàm in Deo. Fidebat miſer ille in ſede ſua ponenda in monte teſtamenti; ſed ſedes fugit, & præcipitium venit.

§. XXIII.

In verbis officioſis communiter non ſpectatur veritas.

Ait Ioſeph: *Dominus reſpondebit proſpera Pharaoni.* At ſomnij ſignificatio non erat proſpera, quando tota frumenti abundantia deſinebat in famem. Quomodo ergo Ioſeph proſpera affirmat annuncianda? Vel enim iam nouerat ſomniorum ſignificationem, vel non: ſi iam nouerat, neceſſum erat, vt ſimul noſceret, non eſſe nuncianda proſpera, quando ventura fames nunciabatur: ſi nondū nouerat, quomodo audet id, quod neſciebat, Principi affirmare? Erant illa verba Ioſeph magis optantis, quàm affirmantis, erant quippe verba officioſa famuli ad maiorem: in verbis autem officioſis non veritas rei, ſed affectus optantis ſpectatur. Gen. 19. ait: *Veneruntque duo Angeli Sodomam veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram, & dixit: Obſecro, domini, &c.* Ecce tibi a Lot nomine domini vocantur, qui à Textu vocantur Angeli. Et quando Angeli erant in veritate, cur Lot eos dominos vocat, & vt dominos adorat? Erant hæc officia hominis in præcellentes perſonas, non teſtimonia veritatis, quæ in officioſis verbis non ſpectatur. Ait D. Hilar. lib. 3. de Trinit. *Lot quidem dominos dicit, ſed Scriptura Angelos nuncupat. Illic hominis officium eſt, aſt hic confeſſio veritatis.* Non equidem erat teſtimonium veritatis, vbi verba officioſa inueniebantur, in quibus ſolùm exprimitur affectus optantis.

Gen. 19.

Hilar.

Geneſ.41. Reſpondit Ioſeph: Somnium Regis vnum eſt. Quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt, eandémque vim ſomnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues, atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ, ſeptem anni venturæ ſunt famis, &c.

§. XXIV.

Rerum mundialium mutationes adeò efficaces ſunt ad componendos hominum mores, vt qui inde non ſapiant, venia indigni ſint.

Illud valdè mirabile, quod ait Ioſeph: *Quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.* Oſtendit, inquam, Pharaoni, quæ facturus erat Deus in abundantia, & fame Ægyptiorum. Vt in primis replendi erant Ægyptij incredibili frumenti abundantia, quæ abundantia in deſolatiſſimam tandem penuriam, & famem deſitura erat. Et cur impio & barbaro Regi reuelat Deus hoc ſuum ſecretum? Sapientiſſimè ob oculos Regis impij proponit Deus inſtabilitatem rerum mundialium, quæ viſa hominem in bonam frugem trahere poſſet. Sic Daniel cap. 2. poſt oſtenſas regnorum mundialium mutationes ait: *Deus magnus oſtendit Regi, quæ ventura ſunt poſteà.* Circa quæ ait Theodoret. ibi: *Per ea, quæ Regi reuelat Deus, præſentis eius vitæ felicitatem fluxam oſtendit, regnúmque ipſum celerrimæ mutationi obnoxium, ac nihil, quod ad humanam tranquillitatem pertineat, ſtabile, quia inſtar florum areſcit, & extinguitur. Atque hæc idonea erant ad illius arrogans, & ſuperbia inflatum ſupercilium ſedandum, eique perſuadendum, vt humana cogitaret, vitæque, & regni finem expectaret.* Equidem vbi Deus illi regnorum mutationes ob oculos propoſuit, fluxámque rerum omnium mundialium conditionem; ea illi res propoſita eſt ob oculos, quæ valeret ſuperbum hominem curare, & ad virtutem trahere. Quis enim facie ad faciem caducam hanc mundialium bonorum ſpeciem videt, & non ſapit, niſi qui omni venia apud Deum caret? Matth. 24. dicebat Dominus ſuis Diſcipulis: *Videte, ne quis vos ſeducat: multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, & ſeducent multos. Audituri enim eſtis prælia, & opiniones præliorum. Videte, ne turbemini: oportet enim hæc fieri. Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, &c.* Agit Dominus de vltimis temporibus mundi, quando Antichriſtus illi venturus eſt, quem ſequentur maximæ rerum mutationes, ad quæ omnia toleranda, illud bis præmittit, nimirum: *Videte, videte.* Et cur non aliud petit, quàm vt videant? Nimirum, ea eſt facies rerum omnium mutabilium, vt qui ea videns non ſapit, prorſus appareat indignus venia. Ad hæc ait D. Ephrem ſer. de Antichriſto: Si quis compunctionem habet in orationibus ſuis, deprecetur Dominum, vt euadat preſſuram illam ingentem, quæ superuentura eſt Orbi. Ne penitùs illam beſtiam videat, neque audiat ſigna, & prodigia per loca fieri, fames, peſtilentias, ac varias mortes. *Carebit, nempe, venia huiuſmodi in die iudicij, qui facie ad faciem tyranno conſpecto crediderit, eique ſua ſponte ſe ſubdiderit.* Expende illa: *Carebit venia, qui facie ad faciem tyranno conſpecto crediderit.* Planè, qui facie ad faciem videt mundialia hæc caduca decora, nec inde ſapit, nullam excuſationem habet apud Deum in culpis ſuis. Sub figura arboris ſciſſæ oſtendebatur Nabuchodonoſor imminens ruina eius. Quid tunc? Ait Daniel cap. 4. *Reſpondiſque Rex, & ait: Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cùmque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur, Nabuchodonoſor, regnum tuum tranſibit à te, &c.* Non dilatatur ſupplicium, ſed inter ipſa ſuperbiæ verba miſer Rex corripitur, vincitur inter feras. Et cur qui decem vicibus expectauit Pharaonem ad pœnitentiam, modò in primis ſuperbiæ verbis Nabuchodonoſorem tradit ſupplicio? Expende tempus, quo Nabuchodonoſor ſuperbiebat. Nimirum, oſtendebatur illi tota regni ſui gloria, & magnificentia ſub ſpecie proceriſſimæ arboris cadentis. Quam vt vidit, reſpondit tantæ viſioni ſuperbiendo, ne miremur, quòd ſine venia pereat. Rupert. lib. 1. in Daniel. cap. 8. *Dixit, videlicet, ad interpretationem ſomnij, quam audierat contra ſe. Arbor magna, & fortis ſuccidenda. Reſpondit, inquam, & dixit: Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui? Sed enim continuò durum nimis eſſe præſenſit, contra ſtimulum calcitrare. Eadem hora completus ſermo eſt contra Nabuchodonoſor, ex hominibus eiectus eſt, &c.* Qui vidit totam regni ſui gloriam cadentem, & adhuc ſuperbit, meritò ſupplicium ſtatim inuenit ſine venia.

Dan. 2.

Theodoret.

Matth. 24.

Ephrem.

Daniel. 4.

Rupert.

§. XXV.

De iniquiſſimis etiam hominibus curat Deus, etiam in bonum eorum.

Nvnquam non mirandum, quòd ait: *Quod facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.* Impius erat Pharao ille, idolis ſeruiens: & nihilominùs non dedignatur Deus illi ſua ſecreta oſtendere, & reuelare futuram famem, vt ſe ab illa defendat. Planè is eſt Deus, qui etiam de iniquiſſimis habet curam, vt in bonum eant. Dicebat Daniel cap. 2. *Deus magnus oſtendit Regi, quæ ventura ſunt poſteà.* Cupiebat Nabuchodonoſor impiiſſimus Rex ſcire, quæ erant futura: Deus autem illi oſtendit poſt mutationes quatuor Monarchiarum, vt venturum erat Dei regnum. Et cur iniquiſſimo homini tanta myſteria reuelat? Ait Theodor. ibi: *Operæpretium eſt admirari authoris omnium rerum Dei erga omnes homines curam. Neque enim impiò eos ſuæ prorſus deſtituit prouidentia; ſed ipſos etiam omni diligentia digna tur. Sicut denique barbarum iſtum, agreſtem, & impium haud reliquit, neque neglexit; ſed primùm per ea, quæ ipſi reuelauit, præſentis eius vitæ felicitatem fluxam oſtendit, &c.* Ita eſt noſter Deus, qui & impios, imò & iam in vitiis deploratos minimè negligit, neque eorum abiicit curam: ſed illos in bonum dirigit paternâ diligentia. Quis magis deploratus, quàm proditor Iudas? Iam ille in proditione erat, iam cum valida latronum manu comprehenſurus Ieſum acceſſerat. Tunc ait illi Ieſus Matth. 26. *Amice, ad quid veniſti?* Et cur tantæ teneritudinis vocabulo furentem hoſtem excipit? Ait Euthymius ibi: *Vide miſericordiam inenarrabilem:*

Theodor.

Matth. 26.

narrabilem. Siquidem donec traditus eſt, fuit illi cura de proditore. Ideò etiam nunc amicum nominauit eum, qui inimicus erat. Impium, & in impietate maximè deploratum eum nouerat: & nihilominùs manſuetiſſimus Dei Filius illius non abiicit curam: ſed donec traditus eſt, ſemper illi cura fuit de proditore.

§. XXVI.

In ſuorum gratiam ſolet Deus vel iniquiſſimis benefacere.

RVrſus illa verba ponderanda ſunt: *Quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.* Pharaoni iniquiſſimo, & idolorum cultori, veri Dei hoſti ſecreta ſua reuelat Deus, vt poſt abundantiam miſſurus erat in Ægyptum famem. Et cur tantæ reuelationis beneficium impio homini facit, niſi vt inde aliquod ſuorum commodum trahat? Equidem per ea volebat Ioſephum Pharaoni gratum facere, & in regnum exaltare, vt populum ſuum paſceret. In quorum gratiam non detrectat barbariſſimo, & impiiſſimo tyranno myſteria ſua reuelare. Nabuchodonoſor poſt eiectos tres pueros Hebræos in fornacem ardentem, & poſt auditam eorum incolumitatem inter ipſas flammas,
Dan. 3. acceſſit ad ipſius fornacis os, & cernens ait Dan. 3. *Ecce ego video viros quatuor ſolutos, ambulantes in medio ignis: & nihil corruptionis in eis eſt: & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Planè iniquiſſimo, & tyranniſſimo Regum Filius Dei oſtenditur in fornace cum tribus pueris. Et cur tam nefario homini tam clara Filij Dei reuelatio fit? Ait Ru-
Rupert. pert. lib. 1. in Dan. cap. 4. *Pro beneuolentia ſua captiuis ſuis placanda Deus Reges barbaros homines ethnicos, alios ſecretorum ſuorum reuelationibus admittebat; alios, antequàm nati ſunt, inhabilluſtrabat prophetica, futuras illos promittendo, & procurando victorias.* Sic in ſuorum gratiam vel iniquiſſimis ty-
Daniel. 2. rannis plura largiebat beneficia Deus. Et Daniel cap. 2. dicebat: *Deus magnus oſtendit Regi, quæ ventura ſunt poſteà.*
Rupert. Circa quæ ait Rupert. ſupra: *Quò tendebat Deus, qui non ſuperbis, ſed humilibus, imò non inimicis, ſed amicis ſuis ſecreta ſua reuelare conſueuit? Nimirum, vt tunc quoque captiuos ſuos daret in miſericordias, in conſpectu eius, qui ceperat eos. Quod & factum eſt.* Benefaciebat barbaro Regi, eique ſua ſecreta reuelabat, vt inde miſericors fieret in captiuos Hebræos, quos noſcebat ſeruos tanti Dei.

§. XXVII.

Qui temporalibus nititur, defectum ſentiet.

ECce tota felicitas Ægypti quò tendit: *Septem boues pulchra, & ſeptem ſpicæ plenæ ſeptem vbertatis anni ſunt: ſeptem quoque boues tenues,* &c. Ingens illa vbertas Ægypti, quæ Ægyptios tenebat opulentos, poſt ſeptennium ſic defecit, vt illos redderet pauperes, & mendicos. Hoc habeat, neceſſum eſt, quiſquis his bonis temporalibus nititur, quæ neſciunt non deficere. Agar, & Iſmael, filius eius, dimiſſi ſunt à domo Abraham cum pane, & vtre aquæ. Et ait Textus: *Cumque conſumpta eſſet aqua in vtre,*
Gen. 21. *abiecit puerum ſubter vnam arborem, quæ ibi erat, & abiit. Dixit enim: Non videbo puerum morientem.* Et ſapienter notabat Textus dicens: *Cùm conſumpta eſſet aqua in vtre.* Non enim de fonte viuo; ſed de vtre conſumpta eſt aqua: vt hinc pateat miſeria hominum, qui non de fonte viuo Deo bibunt, ſed ſolis his temporalibus inhiant, quorum defectum, neceſſum eſt, vt ſentiant in dies. Circa quæ ait Orig. *Non habebat mater eius puteum aquæ viuæ,*
O. 13. *nec poterat puer haurire de puteo aquam. Iſaac habebat puteos, pro quibus & certamina patitur. Iſmael autem de vtre bibit aquam, ſed hic vter, quaſi vter deficit; & ideò puteos non inuenit per eum. Tu autem, qui ſecundùm Iſaac repromiſſionis es filius, bibe aquas de tuis fontibus. Ille verò, qui ſecundùm carnem natus eſt, de vtre aquam bibit, & aqua ipſa deficit ei, & in multis deficit.* Quantumcunque aquæ exundent, ſi temporales ſunt, ſi non de viuo fonte fluunt, neceſſum eſt, vt deficiant. Quid carnalis homo in temporalibus videat, niſi defectus frequentiſſimos? Pingues habes, & pulchras boues, quarum lacte nutriaris: planè & hæ deficient, & aridus manebis, niſi Deus vbera materna tibi exhibeat, quibus in æternum viuas. Pulchras & copioſas ſegetes frumenti condes: ſed euaneſcent protinùs, & fies mendicus, niſi de Chriſti Corpore panem capias vitaliſſimum. Dicebat Dominus Ierem. 2. *Duo mala fecit populus meus:* Ierem. 2.
me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Dum fons viuus non eſt, qui perennibus gaudeat aquis, ciſternæ tandem deficiunt, & exſiccantur. Quæ mala patitur, qui Deum relinquit, vt ſeſe immergat temporalibus. De quo huc alludens dicebat D. Irenæus lib. 3. cap. 40. *Qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, ne-* Iren.
que percipiunt de Corpore Chriſti procedentem nitidiſſimum fontem, ſed effodiunt ſibi lacus detritos, &c. Equidem, qui Deum derelinquunt, naturæ licèt impleantur vberibus, materna Dei vbera non ſugunt, nec gaudent fonte viuo; ſed lacunas habent detritas, quas hauriunt, & quæ facilè exhauriuntur, & deficiunt. Ne poſſeſſores ſui aliud citiùs, quàm defectum videant.

§. XXVIII.

Non per temporalem redundantiam; ſed per carnis mortificationem triumphamus.

ILlud etiam notandum: *Septem quoque boues tenues, & macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas; & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ, ſeptem anni venturi ſunt famis.* Poſt ſeptem vaccas pulchras, & craſſas, totidem annorum abundantiam referentes, aliæ ſeptem apparent & tenues, & macilentæ, quæ famem referant; & per quas Deus totam Ioſephi exaltationem peragit. Vt dicat Pſal. 104. *Vo-* Pſal. 104.
cauit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis contriuit. Miſit ante eos virum, &c. Non equidem ſic Deus apparuit Ioſephi exaltationi conſulere per craſſas vaccas, vt per macilentas; hoc eſt, non per abundantiam, vt per famem. Magis enim paratur nobis & triumphus, & gloria per carnis mortificationem. Dicebat Dominus per Oſeam cap. 10. *Ephraim vitula edocta diligere trituram: &* Oſeæ 10.
ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius. Vbi noſter legit: *Docta diligere trituram* ex Aldini lectione ponitur: *Diligere victorias.* Itaque dicitur Ephraim, quaſi vacca, vel vitula, cui Deus inſidet, vt eam in triumphos dirigat. Et qualis hæc vacca erit, quæ Deum ſibi aſſiſtentem habeat ad triumphos? Eritne vna ex craſſis, & pulchris; an ex macris, & macilentis? Pulchrè ait D. Ambroſ. lib. de Io- Ambr.
ſeph, cap. 7. *Bona vacca, non illa corpore diſtenta vbere; ſed abundans ſpiritalis lactis, & gratiæ, ſuper cuius decorem ceruicis Deum ſedere ſe dicit, vt ſcriptum eſt: Ephraim vacca docta diligere victoriam. Ego enim tranſibo ſuper decorem ceruicis eius. Non ergo impinguet caput noſtrum oleum peccatoris, nec falſi fructus delectare nos debent,* &c. Non in craſſis, ſed in macilentis ieiunio, & fame, hoc eſt, in mortificatis carnalibus deſiderijs inſidet Dominus, vt triumphos nobis creet. Recedendum eſt a carnalibus, & corporalibus his bonis, & carnis mortificatio, & maceratio amplectenda eſt illi, qui amat Deum ſibi ad triumphos aſſiſtentem habere. Dixerat Sponſa Cant. 4. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad col-* Cant. 4.
lem thuris. Cui ſtatim dixit Sponſus: *Veni huc à Libano,* &c. Non anteà Sponſus eam ad ſe vocat, quam ipſa iuerit ad montem myrrhæ. Quia per carnis mortificationem ad Deum itur, illiùſque aſſiſtentia fruimur. Ait D. Ni- Nicæn.
cænus homil. 48. *Veniſti mecum in montem myrrhæ. Conſepulta enim fuiſti mecum per Baptiſmum in mortem. Simul mecum etiam aſcendiſti in collem thuris. Nam conſurrexiſti, & in altum fuiſti ſublata in communione Diuinitatis, quam oſtendit nomen thuris. Aſcende ergo mihi etiam ab his montibus, in alios montes. Non enim fieri poteſt, vt mecum vita habeas conſuetudinem, niſi per mortis myrrham tranſmutata ſis ad thuris diuinitatem.* Mortificationi carnis maximè debet inſiſtere, qui Deum amat habere aſſiſtentem ſibi.

Geneſ. 41. Nunc ergo prouideat Rex virum ſapientem, & induſtrium, & præficiat eum terræ Ægypti: qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones; & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri ſunt, congre-

ges

get in horrea: & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſeruetúrque in vrbibus: & præparetur futuræ ſeptem annorum fami, *&c.*

§. XXIX.

Rempublicam euertentium ſignum clariſſimum eſt, quòd nihil prouideatur in futurum

POſt ſomnij explicationem, poſt vbertatem, & famem inſtantem propoſitam, quæ regnum abſumat, addit Ioſeph conſilium dicens: *Prouideat Rex virum*, &c. *Et omne frumentum ſub poteſtate Pharaonis condatur, ſeruetúrque in vrbibus. Et præparetur futuræ fami.* Vnus vir præponi mandatur, qui parte quinta frugum ſeruata proſpiciat vitandæ fami futuræ. Et ſi vel vnus vir inueniatur in Regiis, qui futuris malis depellendis prouideat, fallar, niſi is ad regni ſtatum conſeruandum ſufficeret. At, cùm ferè nullus ſit, qui curet aliquid in poſterum reſeruare, ſed penè omnes eò intendant, vt præſentia abſumant, inde imperiorum ruinæ proſiliunt. Quæ huc proſpiciens ſapienter notat D. Ambroſius in præſenti, inquiens: *Vetus ſomnium, res recentis. Poſterioribus priora conſumpta ſunt, &*
Ambroſ. *vbi erat antea vbertatis copia, ibi rerum omnium facta eſt indigentia. Quòd ſi quis huiuſmodi Regi conſilium dediſſet, vt aliquid de ſuperiore vbertate poſteriori temporis ſui ſeruaret anni, reliquo quoque tempore larga donandi affluentia redundaſſet. Sed immodica anni ſuperioris effuſio etiam poſteriora deſtituit, & homines diripientes vniuerſa aliquem Ioſeph ei adhibere nolebant.* Nullum in præſenti verbum à magno illo & Gubernatore, & Epiſcopo Mediolani dictum non ponderandum, vt, nimirum, reſeruandum ſit ſemper aliquid in poſterum, quod futuris malis medeatur. Sed illa mihi ſingulariter placent, nimirum: *Homines diripientes vniuerſa aliquem Ioſeph ei adhibere nolebat.* Nam enim ad deſtructionem, & diſſipationem regnorum, à Regiis, ab aulis arcent Ioſeph, nempe, hominem, qui futurorum malorum curam habeat. Et quomodo inde extremas ruinas non patiant? Et triumphans, & lætans Pharao cum ingenti exercitu perſequebatur Iſrael, & ventum eſt ad lit-
Exod. 14. tus maris rubri Exod. 14. *Ingreſſi ſunt filij Iſraël per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus à dextera eorum, & læua. Perſequentéſque Ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & equites per medium maris: Reuerſæq; ſunt aquæ & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis*, &c. Videt Pharao aquas maris inſtar murorū hinc inde leuatas, & placidiſſimam viam monſtrantes, qua felicitate víſus non dubitat cū exercitu ſuo viam illam maris intrare. Vniuerſi iam erant in medio maris, cùm reuerſæ vndæ in locum ſuum vniuerſos ſuffocarunt. Vnde tanta pernicies huic Pharaoni accidit? De illo dixerat
Exod. 1. Exod. cap. 1. *Surrexit intereà Rex nouus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Ioſeph.* Non habuit hic Pharao Ioſeph, non habuit hominem, qui doceret prouidere in poſterum, & gaudens præſenti illa felicitate, de via arridentis maris, dum nihil exercitus reſeruat, ſed cum omni intrat mare, incidit in lethale, & ſine reparatione naufragium. Ait Philo lib. de confuſ. linguarum: *Legimus excuſſos Ægyptios, dum per marinam vndas fugiunt. Hi ſunt, qui ne Ioſephum quidē*
Philo. *norant. Exortus eſt, inquit, Rex alius ſuper Ægyptum, qui ne infimum quidem, nec nouiſſimum bonorum Ioſeph honorat.* Præclarè de iis, qui perdunt, & perduntur, dicit: *Hi ſunt, qui ne Ioſeph norunt.* Homines enim diripientes vniuerſa, Regibus Ioſeph adhibere nolunt, nimirum, hominem, qui doceat prouidere in poſterum.

§. XXX.

Vnus Chriſtus omnia bona nobis ſuppeditare facit in neceſſitatibus.

PRo fame depellenda dicebat Ioſeph: *Prouideat Rex virum prudentem*, &c. Et tota noſtra felicitas in eo eſt, quòd prouiſus nobis ſit à Deo vir ille vnus, & vnicus Chriſtus Ieſus, de cuius cura venit, quòd omnia bona nobis in neceſſitatibus ſuppeditentur. De Iſraelitis ab Ægypto egredientibus dicebat Pſalm. 77. *Interrupit mare, & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi in vtre: Interrupit petram*
in eremo, & adaquauit eos, velut in abyſſo multa. Et eduxit Pſal. 77.
aquam de petra. Et pluit illis manna ad manducandū, & panem cæli dedit eis. Ibant Iſraelitæ, & in tres venerunt difficultates, ne poſſent vltrà procedere. Paſſi ſunt in primis maris impedimentum: ſed ad eorum conſpectum fluctus diuiſi expeditiſſimam illis præbuére viam. Rurſus ſitim ardentiſſimam patiebantur: & ecce arida petra dulciſſimos eis latices propinat. Sed etiam annonæ affligebantur penuria, & ſingulis matutinis cœpit aër illis manna diffundere. Vnde & mare, & petra, & aer tam prompti fuére, vt Iſraelitis in neceſſitatibus ſuccurrerent? Erat in tribus elementis Chriſtus, de cuius prouidentia venit, vt cuncta bona ſuppeditentur hominibus. Ait Sedulius lib. 1. Paſchali, cap. 10. *His tribus ergo rebus tam magna ſui nunciant*
ſacramenta myſterij. Chriſtus erat in pelago, Chriſtus in pane, Sedul.
Chriſtus in ſaxo. Nec te moueat, quod tam opportunè mare diuidatur, petra riuos fundat, panis de cælo veniat: erat enim Chriſtus in mari, in petra, & pane: & vbi tantus prouiſus erat vir, nihil potuit hominibus ſub eius prouidentia deficere. Quàm aliter dicebatur Caino Geneſ. 4. nimirum: *Cùm operatus fueris terram, non dabit tibi*
fructum ſuos. Ibi & mare, & petra, & aer abſque vllo homi- Geneſ. 4.
num labore præbebant auxilia in potu, & cibo: hic etiam poſt labores, poſt culturam negat terra fructus ſuos. Nec mireris: erat enim in illis prouiſus vnicus ille vir Chriſtus, qui minimè inueniebatur in iſtis. Vt dicat D. Auguſtin. lib. 12. contra Fauſtum, cap. 11. *Proptereà populus ille, ſicut Cain, adhuc operatur terram, adhuc exercet operationem*
legis carnaliter, quæ non ei dat virtutem ſuam: quia in ea non Auguſt.
intelligit gratiam Chriſti. Vbi non eſt Chriſtus, quid mirum, ſi nullus ſuppeditetur fructus, ſi pereant homines vacuati potu, & cibo? Aiebat Pſal. 2. *Quare fremuerunt*
gentes, & populi meditati ſunt inania? Circa quæ ait Euthy- Pſal. 2.
mius: *Poſſunt etiam hæc verba aduerſus ſolos dici Iudæos,*
qui ſacræ Scripturæ ſtudio incumbentes, in caſſum eam meditati Euthym.
ſunt, cùm non intellexerint, quanta in ea de Chriſto prædicantur. Qui non percipiunt Chriſtum, nihil percipiunt verum, & ſolidum, ſed omnium inueniuntur inanes.

§. XXXI.

A Chriſto Ieſu indeficientia percipimus bona.

ECce, quò poteſt peruenire tota ſapientia, & induſtria humana, nimirum, ait Ioſeph: *Prouideat Rex virum prudentem, & induſtrium.* Et ad quid tota hæc prudentia, & induſtria? Ait ſtatim idem Ioſeph: *Et quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis congreget in horrea. Et præparentur futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Ægyptum*, &c. Huc peruenit tota illa requiſita in homine ſapientia, & induſtria, vt ſeptem annorum fami poſſet mederi. Quàm feliciores nos habemus verum Chriſtum, de cuius manu venit, vt habeamus bona indeficientia, quæ vt non finiuntur annis, ſic penuriam, & famem ablegant in æternum. Iacob Geneſ. 49. vbi ad benedicendum Dan acceſſit, ſic ait: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. Salutare tuum expectabo, Domine.* [illegible] debat Iacob à Dan orituros validiſſimos duces [illegible] Samſon, & alios, qui hoſtes conterérent, & populum in non modica felicitate aſſererent; tamen iis relictis ad expectationem illum Meſſiam oculos conuertit, in quo ſolo ſperat dicens: *Salutare tuum expectabo, Domine.* Et cur non etiam ſperat illos, qui inſtar draconum hoſtes voraturi erant? Quidquid boni ab [illegible] validiſſimis venturum erat, vt temporale contemnebat à Iacob, qui in promiſſis Chriſtum habebat, de quo bona ſperat [illegible] ctibilia, & æterna. Sic Chaldæus exponit prædi[illegible] ba: *Erit vir, qui conſurget, & [illegible] mor irruet ſuper populos, & per [illegible] Phil[illegible] luber aſpidis inſidiabitur iuxta ſemitam, & [illegible] caſtris Philiſthinorum, equites cum peditibus [illegible] & quadrigas & deijciet aſcenſores eorum retrorſum. Sa[illegible] expecto, Domine. Dixit pater noſter Iacob. Non ex[illegible] ture Gedeon, quæ eſt ſalus temporalis, neque ſalutat[illegible] quæ eſt ſalus tranſitoria: ſed expecto redemptionem C[illegible] Dauid*, &c. Nec Gedeon, nec Samſon, nec q[illegible]

alius homo, etſi ſapientiſſimus, & validiſſimus, poteſt dare bona, quæ tranſitoria, & temporalia non ſint: ab vno Chriſto habemus, quo æternum viuamus, gaudeamus, ſaturemur. Locutus de Chriſto Pſal. 1. ait: *Erit tanquàm lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* *In tempore ſuo*, ait: quia noſtrum tempus tranſitorium eſt: tempus Chriſti æternitas eſt. Fructus ergo tanræ arboris non datur in hac temporali vita; ſed in æterna illa. Et cur non datur in vita temporali? Quia, dum temporales ſumus, æternos fructus, qui veniunt à Chriſto, non damus; & ideò nos expectant in futuro.

Pſal. 1.

Vt dicat D. Ambr. ibi: *Illic dabit fructum bonis indeſinentibus. Nunc non poſſumus, in ſæculo non ſuſtinemus. Hic enim corruptela eſt, & cauendum fuit, ne corrumperemus bonos fructus, quos lignum vitæ daret. Quid proderat morituro accipere, quod ei mors habibat auferre?* Planè, qui venit à Chriſto fructus, non eſt temporis eius, non capitur à morituro: æternus eſt, & nos indefectibiliter implet.

Ambroſ.

De beneficiis datis Iudæo dicit Pſal. 77. *Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos: Pluit illis manna ad manducandum.* Dedit illis potum, & cibum, in eremo; hoc eſt, qui durauit, quandiu durauit eremi manſio. Nobis autem per Chriſtum datus eſt cibus, qui æternùm duraturus eſt. Quò ſpectans D. Zeno lib. 3. ſerm. 38. ait: *Illi poſt mare ad eremum peruenêre, nos poſt Baptiſmum ad Paradiſum peruenimus. Illis irrorata eſt eſurientibus manna; nos autem eſurire non poſſumus, ſempiternam qui cæleſtis Panis nobiſcum pertamus annonam. Illis ſitientibus petra fluxit in poculum: ad Chriſti fontem qui biberit, in æternum ſitire non nouit. Illis in deſerto ſuauitas lactis, & mellis exhibita eſt; nobis verò, quod plus eſt, melle dulcior, & lacte candidior æterna vitæ beatitudo Dei tribuetur in regno.* Sic à Chriſto in nos omnia æterna veniunt.

Pſal. 77.

Zeno.

CAPVT VII.

Ioſephi exaltatio.

TEXTVS HISTORIA.

MIRATVS Pharao Ioſephi ſapientiam à nullo credidit imminentem penuriam poſſe depelli diligentiùs, quàm ab eo ipſo Ioſeph, qui eam præuiderat, & ad eius remedium conſilium dederat. Itaque Rex in primis de iuuenis virtute, & ſapientia cum Optimatibus ſuis ſubmiſsè egit: deinde eum vniuerſæ Ægypto præficit, iubetque vt Palatij præfecturam, & ſimul procurationem ſuſcipiat regni. Dat ſignatorium annulum, vt regio nomine edicta, diplomata, & literas quaſcunque pro arbitratu ſuo conficiat, ſignet, mittat, euulget. Vt primariæ Poteſtati cultus etiam externus reſponderet, veſtiuit eum byſſina veſte, auream que torquem circum poſuit collo eius. Addiditque currum, qui ſecundus erat poſt currum Regis, atque illa iubet hominem per vrbem circumuehi, præcedente præcone, atque indicante noui Magiſtratus electionem. Nomen quoque nouum ei indidit, quo mundi Saluator diceretur; vxorem quoque dedit, filiam clariſſimi apud Ægyptios viri, qui Solis Sacerdotium gerebat. Quæ omnia acta ſunt eo tempore, quo annum attigerat Ioſeph trigeſimum. Nec mora, cùm primùm thronum conſcendit, operam dedit ſuo muneri adimplendo. Dúmque tritici copiam congregat immenſam, nati ſunt ei duo filij, quorum nominibus ſuæ gloriæ ſtatum repræſentat. Manaſſes dicitur primus, id eſt, obliuio, qui ærumnarum à fratribus immiſſarum in domo paterna, obliuionem teſtaretur. Alter dicitur Ephraim, à quo ob oculos ponebatur ingens Ioſephi in Ægypto gloriæ augmentum. Tandem prætcritis abundantiæ annis, cœpit fames per omnes mundi regiones ingraueſcere; qua cogente, aperuit Ioſeph horrea, vt frumenta neceſſaria Ægyptiis venderentur; nec ſolùm Ægyptij, ſed exteræ quoque prouinciæ veniebant, vt de manu Ioſeph & victum, & vitam emerent.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

ECCE quales ſunt euentus piorum virorum: impelluntur illi quidem ſæpè, & declinantur; non tamen corruunt, ſed firmiter ſtant. Quis enim expectaſſet intra vnam diem, è ſeruo dominum, è vinclo Principem omnium, è carcerarij vicario Proregem fieri, & Regiam inhabitare pro carcere, extrema ignominia in ſummum honorem commutata? Facta ſunt tamen hæc, & fient ſæpiùs, quando Deo placuerit.

Geneſ. 41. Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris eius. Locutúſque eſt ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, nunquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium, *&c.*

§. I.

Conſilium bonum ſupra omnem pecuniam.

MEritò ait: *Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris eius.* Quando conſilium erat de coemenda immenſa frumenti copia profutura fami tollenda, nihilominùs placuit conſilium & Regi, & miniſtris. Et quidem plures ſunt, qui pecunias mallent, quàm conſilia: vnde ergo placere potuit conſilium, quod, nullis datis pecuniis, multas conſulebat in præſenti conſumi pro tollenda fame futura? Non vulgares homines; ſed Pharao & Miniſtri regij erant, quibus conſilium placuit: apud ingenuos enim & cordatos viros conſilium bonum ſuper omnes pecunias æſtimatur. Meritò in rem præſentem dicebat D. Ambr. lib. 2. Officior. cap. 15. *Quantò vtilius Regem Pharaonem ſanctus Ioſeph conſilio prouidentiæ iuuit, quàm ſi contuliſſet pecuniam? Pecunia enim vnius ciuitatis non redemit vbertatem, proſpicientia totius Ægypti per ſeptennium famem repulit. Facilè autem pecunia conſumitur, conſilia exhauriri neſciunt. Hæc vſu augentur, pecunia minuitur, & citò deficit, atque ipſam deſtituit benignitatem; vt quò pluribus largiri volueris, eò paucioribus adiuues, & ſæpè tibi deſit, quod aliis conferendum putaueris. Conſilij autem, operiſque collatio, quò in plures diffunditur, eò redundantior manet, & in ſuum fontem recurrit. In ſe enim refluit vbertas prudentiæ, & quò pluribus fluxerit, eò exercitius fit omne, quod remanet.* Superant equidem pecunias multas conſilia bona, quorum vtilitas exhauriri minimè poteſt; ſed abundat ad omnes. Bonum enim conſiliarium ſequi ſolent vberiores, & certiores ſubſidiorum fontes. De Iudæorum Republica locutus Textus Exod. 18. ait: *Quidquid autem grauius erat, referebant ad eum.* Vbi Chaldæus ait: *Negotium, quod erat graue, referebant ad Moyſem.* quibus oſtenditur, quàm agebantur omnia grauiora negotia populi iuxta conſilium, & directionem Moyſis; neque in pace erant Iudæi, neque arma ſumebant aduersùs hoſtes, quin expectarent Moyſis conſilium. Quò reſert D. Ambr. vbertatem ſubſidij, in cibo, & potu, quam habuerunt, dum erant in deſerto. Ait enim lib. 2. Officior. cap. 11. *Moyſis conſilio bella conficiebantur, Moyſis meritis de cælo affluebat alimonia, potus è petra.* Simul & affluentia alimentorum, & conſilia belli adminiſtrandi veniebant à Moyſe. Nunquam enim bonum conſiliarium non comitantur vberrimæ ſubſidiorum fontes. Dicebat Eccleſiaſticus cap. 21. *Scientia ſapientis tanquàm inundatio abundabit, & conſilium illius, ſicut fons vitæ permanet.* Eſt ſapientis conſilium fons, de quo ſcaturiunt perpetuò ſubſidia vitæ. Quò reſpiciens D. Amb. locutus de Ioſeph ſuprà dixit; *Quis hunc priuata cauſa ad conſulendum idoneum non iudicaret, cuius ferax animus, &*

Amb.

Exod. 18.

Amb.

Eccl. 21.

Amb.

mens

mens fertilis, temporis ſterilitatem quadam conſiliorum, & cordis vbere fœcundauit? Sterilis erat terra Ægypti: ſed Ioſephi animus ferax, & mens fertilis, qui vbi conſilium dedit, quaſi fontem apperuit; quaſi vbera aperuit, ex quibus paruulorum famelicorum paſtus cœpit manare. Vt meritò dicat Prouerb. 2. *Conſilium cuſtodiet te.* Tigurina: Prouerb. 2.
Proſpicientia cuſtodiet te. Hebraicè: *Cuſtodiet ſuper te.* Quaſi enim ſpecula ad hoſtes venturos proſpiciendos, & cauendos proficit; ſic conſilium prudentis futuros caſus, & ſterilitates præueniens docuit illas depellere abundanti fœcunditate.

§. II.

Nullius etiam viliſſimæ perſonæ conſilium prudens contemnendum eſt.

ILlud Pharaonis prudentiam oſtendit, quòd ſerui hominis, & peregrini conſilium probauit: dicit enim Textus: *Placuit Pharaoni conſilium, & cunctis miniſtris eius.* Non equidem conſilium veniebat à præſtanti aliquo viro, & prudentia noto; ſed ab homuncione, Palatini cuiuſdam ſeruulo, inter vinctos in carcere magis noto, quàm in Curia, quàm in Regia: & nihilominùs tale conſilium placuit, & acceptum fuit Regi. Ne quis contemnat conſilium prudens, etſi à viliſſima perſona veniat. Videns Iethro Moyſem occupatum in audiendis minutiſſimis quæſtionibus populi, ait illi Exod. 18. *Stulto labore*
Exod. 18. *conſumeris & tu, & populus iſte, qui tecum eſt. Vltra vires tuas eſt negotium. ſolus illud non poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea, atque conſilia: & erit Dominus tecum. Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, &c. Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum:: conſtitue ex eis Tribunos, & Centuriones, &c. Quibus auditis Moyſes fecit omnia.* Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. de ferendis reprehenſionibus,
Chryſoſt. & conuerſione Pauli: *Erat Iethro homo barbarus, & inſipiens, & qui in ſolitudine vitam egerat, nec vlli communicarat, qui populos legibus rexerat, & ad hæc impius erat. Verùm ille barbarus, ille impius, ille inſipiens, vbi vidit Moyſem quadam præter dignitatem facere, eum correxit, inuexitque conſilio increpationem; & neque ſic exaſperatus eſt Moyſes ille ſapiens, ille intelligens, ille tot myriadum Dux: neque enim hoc paruum, & contemnendum duxit, quòd ab homine barbaro, & priuato doceatur.* Hæc Chryſoſtomus, poſt quæ multa aſſerit in eos, qui dixi propriis, aliorum conſilia contemnunt. Nobis ſatis ſit inſinuare, vt vel viliſſimæ perſonæ conſilium prudens non debeat contemni. Daniel. cap. 5. poſt turbatum Regem Balthaſarem viſis tribus digitis ſcribentibus in pariete, oſtendit, vt ſuperuenit Regina mater, multiſque
Dan. 5. extulerit Danielis ſapientiam ad explicanda obſcura. Et eadem ait: *Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus eſt Daniel coram Rege.* Regina dixit, & de Reginæ conſilio Daniel introductus eſt ad interpretandam rem, quam intelligere non poterant vniuerſi Babylonii Sapientes. Circa quæ ait Carthuſianus, *Ecce, quòd contemnendus non eſt ſexus. Vnde, ſi mulier loquatur viriliter, ac prudenter, non abiiciendum eius eloquium, nec paruipendendum conſilium.* Attendenda eſt conſilij prudentia, & amplectenda, etiamſi ab infimiſſimis veniat.

§. III.

Prudens conſilium exequendum eſt in tempore.

NOn diſtulit ſapiens Rex executionem conſilij de præficiendo viro, qui abundantiæ tempore frumenta colligat: ſed ſtatim ipſum Ioſephum tali muneri præficit: dicit enim: *Quia oſtendit tibi Deus omnia, quæ locutus eſt, nunquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domum meam,* &c. Non expectauit penuriæ tempus: ſed, cùm primùm abundantia cœpit affluere, prouiſus eſt Ioſeph, qui colligat frumenta. In quo tota felicitas eſt, quòd fiant prudentis conſilij executiones in tempore: dicit enim Nazianzenus orat. 40. *Miſerum eſt, cùm nundinæ effluxerint, tunc demum negotiationem quærere. Miſe-*
Nazianz. *rum eſt, cùm manna præterierit, tunc cibum appetere. Miſerum eſt, ſerum conſilium capere, ac tum damni ſenſu affici, cùm nulla iam ratione acceptum incommodum ſarciri poteſt.* Quippe, ſi expectatur tempus penuriæ, vbi merces exhauſtæ ſunt, vbi iam nullus apparet venditor, vbi nundinæ præterierunt; tunc non lucrum; ſed ruina venit. Fatuæ illæ virgines in ſummis temporis anguſtiis, incepêre oleum à conſortibus requirere. Quæ autem reſpondebant eis
Matth. 25. *Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad* Matth. 25.
vendentes. Quale hoc conſilium exhibitum à prudentibus? Sponſus inſtabat, & in ianuis erat; & tunc iubentur fatuæ ire ad vendentes. Et tunc abire, quomodo poterat prudentium conſilium eſſe? Equidem conſilium ſecundum ſe prudentiſſimum erat reſpectu virginum, quæ conſulebant, ne ſine oleo Sponſus expectaretur. At reſpectu fatuarum nimis erat conſilium ſerum, quæ tunc oleum requirebant, quando iam nundinæ præterierant, quando nullus erat venditor, quando nulla abundantia ſufficiens apparebat. Ait ibi D. Hieron. *Dant quidem quaſi prudentes conſilium, quod non debeant ſine oleo lampadarum,* Hieron.
Sponſo occurrere. Verùm, quia iam emendi tempus exceſſerunt, adueniente Iudicij die, tempus non erat pœnitentiæ. Prudens erat conſilium, ſi ſecundùm ſe comparetur, & ſecundùm rem, quæ conſulebatur: non enim licebat adire Sponſum ſine oleo, ideò priùs erat oleum requirendum. Reſpectu autem fatuarum iam erat conſilium ſerum, quando eius executio dilata eſt in tempus, in quo nullæ nundinæ, nullus venditor, ne miremur, quòd oleo vacuæ pereant.

§. IV.

De ſpiritu Dei venit, quòd ad principatum aptetur.

INde putat Pharao, Ioſephum ad principatum gerendum aptiſſimum eſſe: quia in eo ſpiritus Dei patebat: quippe ait: *Non poterimus inuenire talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph. Quia oſtendit Deus tibi omnia, quæ locutus es, nunquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domum meam,* &c. Ideò ait, conſtituendum eſſe Ioſephum in Principem, & ad principatum eſſe aptiſſimum: quia in eo iam operabatur ſpiritus Dei: de Dei enim ſpiritu venit, quòd homo ad principatum aptetur. Dicebat Daniel cap. 6. *Igitur Da-* Daniel. 6.
niel ſuperabat omnes Principes, & Satrapas quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. Non dicit abſolutè: quia ſpiritus Dei erat in illo: ſed per comparationem ad alios Principes Babylonis ait: *Spiritus Dei amplior erat in illo.* quaſi in aliis anguſtior eſſet Dei ſpiritus. Sed Babylonij Principes, cùm eſſent idololatræ, & impij, quomodo vel paruum Dei ſpiritum habere poterant? Ex eo, quòd Principes eſſent, non poterant non habere Dei ſpiritum ad principatum agendum, quantumuis eſſent impij. Ait Theodoret. ibi: *Diſcimus ex hoc loco iis, quibus ad vitam aliorum inſtituendam Magiſtratus mandatur, etiamſi pietatis expertes fuerint, quo-* Theodor.
dammodo ſapientiæ munus ad ſubiectum ſibi populum gubernandum diuinitùs concedi, idque innuit Beatus Daniel, cùm dixit; Quia ſpiritus Dei amplior erat in illo. Expende illa, nimirum: *Etiamſi pietatis expertes fuerint, quoddam ſapientiæ munus ad ſubiectum ſibi populum gubernandum diuinitùs concedi.* Quantumuis enim impij, & exleges ſint, qui in principatum legitimè venerint, Dei munere imbuuntur, vt ſibi ſubiectos gubernare queant. Poſt deiectum Saulem à regno per Deum, & Dauidem vnctum, ait Textus lib. 1. Reg. 16.
Directus eſt Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps, 1. Reg. 16.
ſurgenſque Samuel abiit in Ramatha. Spiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam, &c. Compone modò duos iſtos, Saulem, & Dauidem, alterū à regno deiectum per Deum, alterum recenter electum. Ab illo ſtatim receſſit ſpiritus Dei; ſpiritus, inquam, ille Dei, qui adeſt legitimis Principibus, & pro illo ſpiritu, alius nequam ſpiritus, nimirum, ſpiritus erroris, & confuſionis exagitabat eum. Spiritus autem Domini cum regno migrauit ad Dauidem recenter electum, cuius omnes actiones proſperè dirigebat. Vt ex aſſiſtente Numine, aut deſerente, facilè cognoſcatur, quis principatui aptetur, atque quis à principatu diſturbetur. Pulchrè in hanc rem ait D. Baſil. Sel. orat. 14. *Spiritus autem gratia à Saule tranſlata Spiritui nequam habitationem concedebat. Viſpertabat regno* Baſil. Sel.
Dauidico eneteſcente, Saulcanum extinguit. Vt igitur Sol exoriens noctem depellet, & obſequentes in noctes tranſitio eadem lucem

intem mundo trepidi... ſic Danida exercente principatum, ſat in regnum vigebat ad... D... iſtam igitur a gratia, nec habitaturum Saulu animam nactus Demum praeſertim... eſſet domi... & adventus ... evenit, ... dedit ... ta... ſui ... acor. Cum regno amiſit... ſpiritum Dei,& gratiam ... quæ datur Princip bus ad gubernandum prudenter. V... cum etc dus fuit a Deo, ne Rex eſſet,amiſſo Dei ſpiritu. cœpit patere ſpiritu tuo q... Quod & rerum eventu inſelici mon ſtrabatur,& continuo prudentiæ defectu in rebus gerendis. Vt e contra in Davide tec... ns electo a Deo in Principem, iam vel ante throni poſſeſſionem Dei ſpiritus in eo effulgebat, quo omnia prudentiſſime regebat.

§. V.

Nullam veneficium ſ... homines facit gratos Regibus,vt Deus,& virtus.

QVis non miretur Ioſephum tam ſubitò venire in tantam gratiam Pharaonis Regis,vt ... ſel... idu poſt Regem, & notu omnia gubernaret Vnde ia itum ſa... tem, & gratiam ſibi conciliare potuit? Ait ipſe Pharao, cum dicit: *Num invenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit* ... credenſ illi ... non veneficia, ſed Dei ... ſed virtus quæ te implet, & faciet gratioſum Regibus. Quod ex Deo acquiris per virtutem ... eſt, quæ ad ... hat,& tibi obſit ... an mo Regum. Dan. 6 de ... ocu ausæ lebat: *igitur Dani... ... ebat omnes Principes, & Satrapas; quia ſpiritus Dei amplior erat in illo ... cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum.* Captiu ... erat Daniel,& pauci ... eius ... Regi ... & in ... ſuo ... Ex cogita... de ... ludendo Daniele ſuper omni regum. Quo illice ſic captus eſt Rex circa Danielem. Ait Textus: *Spiritus Dei amplior erat in illo* vt Deus magis in Daniele fuiſſet per virtutes, ſic Daniel ad ſe animum Regis efficacius trahebat. Ait Theodor. *Intelligens Rex illum eſſe virum Deo gratum,qui que ſuperna vi attoreitur, omnes ipſi regnum adminiſtrandum commiſit,* Vide,quibus incantamentis,quibus veneficiis affectus fuerit Rex in Danielem, nimirum, nouit hominem gratum Deo, & diuina virtute... Ex quo coniun Daniel officioſus apparuit erga Deum, & deuotus, ſibi efficaciſſimè copulauit animum Regis Vt dicat tandem ibi Theodoretus *Pietatem enim obſervans Daniel erga Deum, nullam quoque ſibi Regum benevolentiam conciliarat.* Vtinam aulici viri id ſibi perſuaderent,quod & ratione, & experientia perſpicuum eſt, nimirum, ſolum Deum, & virtutem valere ad animos regales expiſcandos & firmiter tenendos. Au... aliquando Caij Imperatoris tyrannidem, & ſuperbiam qua mandat ... ſtatuam ... templo Ieroſolymitano colendam poni ... Agrippa Rex ... ſtatus of... ficiis, iubet hominem petere quidquid vellet. Quid tunc Agrippa? Ait Ioſeph lib. ... cap. 11. Tunc Agrippa: Quando ... Domine, ... petam, ... quod ad diuitias attinet. ... quod impetratum, tibi pietatis opinionem, & perpetuum ... Numinis conciliet. Rogo igitur, vt mandatum reuoces de ſtatua in Iudæorum templo ponenda. Hæc ille, velut aleam iaciens, non ... quantum ſibi eſſet periculum. *Imperator autem ſuſpiciens virtutem hominis, quis plurisfaciebat pietatem, quàm incrementum domi ... et ... eum voti compotem.* Expende hæc *Imperator ſuſpiciens virtutem hominis,* &c. Tyrannicum illum, & ſuperbiſſimum Regem cepit tandem homonis virtus.

§. VI.

Præclare Principi ſolet dari à Deo futura præſentire, & præcauere.

PRæclariſſimus omnium ad principatum putatur Ioſephi ... Etenim ſic putatur præclariſſimus? Ait ipſe Pharao ve... ſibi. *Quia oſtendit tibi Deus omnia, que locutus es, nunquid ſapientiorem, & ſimilem tui invenire potero?* Nulli ... credere: præ... ad principatum,quàm ... quod latum ... præſentire & abundantiam ... remedium iſtius. Et qui... ... imum, & præſtantiſſimum Principem, quòd habeat ex Deo præſentire, & præuidere,& præcauere futura. Athalaricus Rex daturus cuidam Præfecturam prætorianam, ſic ... ebat de eo ſuo apud Caſſiodor. 9. Var. 24. Cum domini nostri anno... numeris prouectus magnū iudicio gloriens, incantamentis ... ſibi ... ptatione ſubdere, quem vix poſſumus ſub admiratione prædicare. Tanti quippe Principis non examinanda, ſed veneranda ſententia eſt. Nam, quem ille virum, aut exercitibus præficiens, cum victoria non recepit? Aut iudicem eligeas, non iuſtiſſimum comprobauit? *Cum futura tibus eum crederet habere tractatum. nam, quod conceperit animum, reddebat ſemper effectum, nec quis ſapientia ſindiourn habebat dubium, quod veraciter praeſidebat eſſe venturum.* Quid præſtantius in Principe? Sic præſentiebat futura, vt indubitanter omnia diſponeret circa illa. Habent hoc ex Deo præſtantiſſimi Principes,quòd ſic futura præſentiant,vt certiſſime diſponant de illis. Poſt Dauidem vnctum in Regem ait Textus 1. Reg. 16. *Directus eſt ſpiritus Domini à die illo in David, & deinceps.* Et qui ſpiritus Domini ex tunc cœpit apparere in Dauide? Nimirum, ſpiritus ille, quo futura præſagiebat, vt haberet ex Deo præſentire, & prouideret futura. Quo ſpectans Ioſephus lib 6. ap 9 ait: *Numen deſerte Saulem ad Dauidem demigrat Quo factum eſt, vt hic tempore divino ſpiritu prophetare inciperet* Cum regno iuit ad Dauidem ſpiritus Dei, quo valebat futura præſagire,& præuidere, vt ſit præſtantiſſimum Regem impleat. Quo ſpectans Nazianz. orat. 24.de laudib. Athanaſij,ſic loquitur ad Ægyptios *Talis erat Ioſeph, diſpenſatore vester, ac prudens & noſter, qui & pro ſua ſapientia famem praeſpiciens arcet, & conſilio, ac providentia curaret.* Non ſolum præ... ſit famem futuram,ſed & illi remedium prouidit. Sed & de Iacobo locutus D.Amb.lib.1.c 8 ait: *Erat ergo ſenex Iacob, ad quem initium aduer,a tempore ... temporale periculi, tanquam in portum ſe recipiebant ipſe autem tanquam in ſpecula viae huius poſitus ... provendebat aſſidue, & longè ante eis bus debiti praetendebat remedia.* Vtinam hic ſaperent Gubernatores Vniuerſi.

§. VII.

Humana ſervitutis nuditas ſub Chriſto Rege glorioſiſſimè induitur.

MAgna illa fuerunt Ioſepho, quæ dicit Textus,nimirum: *Dixit rurſus Pharao ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper vniverſam terram Ægypti. Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius: veſtiuitque eum ſtola byſſina,& collo torquem auream circumdedit,* &c. In quibus miram plurimi ſunt, glorioſam rerum conuerſionem factam Ioſepho,in gratiam eius virtutum. Vt pro carcere thronus, pro ſeruilis indumento illum circumueſtiat byſſus,& purpura. Magnum hoc oculis carnalibus videtur, ſed accipe maius, quod acquirunt virtutis ſtudioſi ſub Rege Chriſto: ait enim Iſaias cap.61. *Gaudens gaudebo in Domino, & exaltabit animus meus in Deo meo. Quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento lætitiæ circumdedit me. Quaſi ſponſum decoratum corona,*&c. Quid glorioſius? Rem ponderat Rupert.lib.a in Iſaiam.cap.26. *Qua mihi gaudij cauſa, qua exultationis ratio? Quia induit me veſtimento ſalutis, & indumento lætitiæ circumdedit me. Nudata fueram in Adam ſoliis ficus pudenda teatexeram, tunicas pelliceas miſerè operta de Paradiſo electa fueram. Hic autem Dominus, & Deus meus profeſſus ficus veſtimenta ſalutis, & pro pruritu libidinis prima Baptiſmatis, & peccatorum remiſſionis ſtola induit me, & pro pelliceo mortalitatis tunica,reſurrectionis, & immortalitatis ſtola ſecunda circumdedit me,*&c. Felix anima, quæ ſub Chriſto viuit, per quem ſeruitutis, & infirmitatis relictis cauuiis, immortalibus gratiæ, & gloriæ veſtimentis effulget. Vnde non immeritò D. Zeno lib. 3. ſerm. 16. mutans ad fontem Baptiſmi, in quo loti ſordibus peccatorum induimus Dominum Ieſum Chriſtum, iuxta Apoſtolum ad Romanos 13.ait: *Gaudete itaque. In fontem quidem demergitis; ſed ætherea veſte veſtiti, mox candidati inde ſurgetis Quam qui non pollucrit, regna cœleſtia poſſidebit.* Et eandem rem adhuc latius proſecutus idem D. Zeno ait præclare ſerm. 17. *Iam vos ſempiterni fontis calor ſalutaris inuitat, iam mater noſtra adoptat, vt pariat. Sed non ea lege qua vos matres veſtra pepererunt, qua*

Cassiod. · *1.Reg.16.* · *Ioſeph.* · *Dan.6.* · *Nazianz.* · *Ambroſ.* · *Theodoret* · *Iſaia 61.* · *Rupert.* · *Ioſeph.* · *Zeno.*

qua partus dolore gementes, & vos plorantes ſordidos pannis ſordidos alligatos huic mundo dedititios intulerunt: ſed læta gaudentes, cœleſtia lauacra pellatis omnibus abſolutos, non fœtidum, ſed ſuaue redditis, cibus ſacri altaris feliciter enutrita ſanctitas. Naſcimur ſordidi, nudi, ſerui facti mali Principis; ſed, ſi euolamus ad Chriſtum, renaſcimur abluti, liberi, ſplendentique gratiæ ſtola veſtiti.

§ VIII.

Celeritate opus eſt, vt vincamus mala ingruentia.

AVdito Ioſepho ſtatim Pharao breuiſſimè ſuos conſulit. & ſine mora Ioſephum conſtituit ſuper omnem terram Ægypti: *Ecce conſtitui te ſuper omnem terram Ægypti. Tulitque annulum de manu ſua, deditque eum,* &c. *Fecitque eum aſcendere ſuper currum,* &c. Cur tanta tam ſubito? Cur non magis moratur in promouendo homine paulò ante ignoto? Cur ſuper re non agit conſultationes diutinas? Inſtabant iam anni vbertatis, in quibus recondendi erant fructus, qui repellerent famem futuram, pro quo non cunctandum erat, ſed maximè feſtinandum. Rem pulchrè expendit Philo, ex ore Pharaonis locutus in hæc verba: *Prope eſt, quem quæri iubes. non longe quærendus eſt homo cordatus, ac prudens, qui exequatur tua monita. tu ... N. qui enim ſine Numine hæc locutus videris. I, præfecturam mei ſalutis ſuſcipe, ſimulque totius Ægypti procurationem. Nec eſt, cur quiſquam meam facilitatem accuſet, ſe dignierem iudicans. Nam excellentes naturæ non habent opus ad experimentum longe tempore; ſed in cunctanter ſe rebus ingerunt, & ... ſtatus moras non patitur, imminente neceſſitate, cui propiciendum eſt.* Expende illa nimirum: *Et præſens ſtatus moras non patitur, imminente neceſſitate.* &c. Nihil priùs cauendum eſt, quàm mora ei, qui imminentia mala vincere cupit. Vt enim dicit Ioſephus lib. 19. cap. 1. *Facinus non admittit lenta conſilia.* In præuentione ad mala propulſanda nunquam non officit lentitudo, nunquam non celeritas iuuit. Quò trahenda dicta tom. 4. de Chriſto figor. lib. 8. cap. 15. §. 23.

Philo.

Ioſeph.

Gen. 41. Vertitque nomen eius, & vocauit eum (lingua Ægyptiaca) Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aſeneth, filiam Putipharis, Sacerdotis Heliopoleos. Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram Ægypti, (triginta autem annorum erat, quando ſtetit in conſpectu Pharaonis,) & circuiuit omnes regiones Ægypti. Venitque fertilitas ſeptem annorum, & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt, &c.

§. IX.

Quod à Deo ſperatur, ſic putandum, quaſi in poſſeſſione iam ſit.

PRo ſalute Ægypti prouidenda extollitur Ioſeph à Pharaone: & ſtatim vocatur *Saluator mundi.* Nondum fames venerat, nondum fames tollebatur prouiſo tritico; & iam vocatur Saluator, qui prouidebatur Princeps pro illa ſalute. Cur, Rex, Saluatorem iam vocas eum, qui adhuc nullum fecerat gradum in ſalute procuranda? Cur non magis expectas, vt prouiſio frumenti fiat, vt aliquod ſalutis opus effulgeat? Vt omnia Ioſephi dicta ex Deo venire cognouerat, cùm dixiſſet: *Qui ſpiritu Dei plenus ſit.* & rurſus: *Oſtendit tibi Deus omnia, quæ locutus es.* Sic quæ ex Deo futura ſperabantur, ad ſalutem Ægypti ſic reputabantur, quaſi iam eſſent in poſſeſſione. Dixerat Dominus Ioan. 6. *Hic eſt Panis de cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.* Dicitur non moriturus, qui euchariſticum Panem manducat, quaſi ex eius manducatione homines fiant immortales, & incorruptibiles. At nos & poſt manducationem tanti Panis morimur, ... vllum incorruptionis experimur in corporibus noſtris veſtigium. Cur ergo dicimus ex illo iam immortales, & incorrupti? Quia id certò per hunc cibum ſperamus ex Deo futurum in regeneratione, ideò ſic cenſemur quaſi in poſſeſſione immortalitatis ſimus. Ait D. Irenæus lib. 4. cap. 34. circa fin. *Sic & noſtra corpora percipientia Euchariſtiam, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia.* Quæ Deo nititur ſpes, cenſetur iam quaſi poſſeſſio. Apocal. 4. oſtendebatur Ioanni thronus Dei, iuxta quem erant *viginti quatuor ſeniores, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Exprimebantur per hos ſeniores, Sancti qui in hac vita iud ... adſtant Deo. Sed illud mirandum, quòd iam oſtendantur cum coronis. Corona enim non venit niſi poſt finitam huius vitæ militiam. Quomodo ergo, qui adhuc militabant, cum coronis iam erant? Ait Richar. Victor. lib. 2. in Apocal. par. 2. cap. 1. *In capitibus habent coronas, in mundo, ſperando, in cælo, poſſidendo gloriam.* Quas coronas in patria habituri erant, qui illas ſperabant ex Deo, quaſi iam eas in præſenti capitibus ſuis impoſitas habebant. Sic ſunt certa, quæ nituntur in Deo, vt, quaſi in poſſeſſione ſint, reputentur. Lucæ cap. 23. dicebat Dominus Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Et ſunt qui Paradiſi nomine intelligendum credant eſſe Cælum. Sed, quomodo potuit latro illa ipſa die eſſe in Cælo, in quo nec Ieſus tunc fuit? Reſpondet Theophylactus habitus in cat. Græca in Lucam: *Alij autem dixerunt, quòd latro nondum ſortitus ſit in Paradiſo conuerſationem: ſed, quia immutabilis ſit, & fallere nequeat Dei promiſſio, ideò dictum eſſe: Hodie mecum eris in Paradiſo. Eſt enim & hæc ſpecies phraſeos in verbis Dominicis, vt de futuris loquatur, tanquàm de iis, quæ iam fiant.* Sic certa ſunt, quæ à Deo, vt ſperata, quaſi habita reputari queant.

Iren.

Apoc. 4.

Rich. Vict.

Luc. 23.

Theophyl.

Ioan. 6.

§. X.

Vnus Ieſus vniuerſis ſalutem impertit.

NOtanter dixit Textus vocatum Ioſeph Saluatorem mundi Ægyptia lingua. Quippe ait: *Vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi.* Verum Ieſus meus, vt qui ſolus vniuerſalis omnium Saluator eſt, vocatur Saluator lingua angelica. Ait enim Lucas c. 2. *Et dixit illis Angelus: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis Saluator Chriſtus Dominus.* Ecce tibi Chriſtus Dominus non Ægyptia lingua, ſed angelica, pronunciatur Saluator, qui gaudium afferat omni populo. Et cur neceſſum fuit explicare Ieſum gaudium eſſe omni populo? Ait D. Bonauent. ibi: *Quod erit omni populo. Et hoc ad differentiam gaudij mundanorum, quod non eſt vniuerſale. Ioan. 16. Mundus gaudebit; vos autem contriſtabimini.* Nullum bonum vniuerſale ſperari debet à mundo, à mundialibus hominibus. Neſcit mundus extra ſuos aliquod permittere ire bonum. Mundialis affectus eò tendit, vt ſuis tantummodo conſulat: ſed, etſi vellet, non ſufficeret ad omnes. Qui omnes colligit, qui vniuerſos fouere poteſt, vnus verus Saluator eſt Chriſtus Dominus. Dicebat Lucas cap. 2. *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis. Et ibant omnes,* &c. Quæ ponderans D. Ambroſius, ibi ait: *Vt ſcias cenſum, non Auguſti eſſe, ſed Chriſti; totus Orbis iubetur profiteri. Quis ergo poterat profeſſionem totius Orbis exigere, niſi qui totius habebat Orbis imperium? Non enim Auguſti, ſed Domini eſt terra, Orbis terrarum, & omnes, qui habitant in eo.* Vbi omnes in aliquod venire monſtrantur, non credas, ibi eſſe mundialem Poteſtatem: id enim vnus poteſt Chriſtus efficere: quoniam vt omnium ſolus eſt Dominus, ſic omnes colligere, & in ſalutem trahere poteſt. Quod vel in exhibitione pretij, quo comparabat ſalutem noſtram oſtendere voluit, vt ait Paulus ad Philippenſ. cap. 2. *Factus obediens vſque ad mortem; mortem autem Crucis.* Et cur in Cruce vitam finire voluit, niſi vt nobis oſtenderet, quàm ſic fiebat Saluator omnium? Dicebat piè ſimul, & præclarè D. Athanaſius oratione de Incarnatione Chriſti. *Si mors Domini noſtri Ieſu Chriſti redemptio eſt omnium, ... morte eius interſtitium medium illo parietis maceria ſoluitur ... vtrique vocat Gentium, quomodo nos aduocaſſet, niſi cruci ... ſet? ...*

Luc. 2.

Bonauent.

Luc. 2.

Ambroſ.

Philip. 2.

Athanaſ.

Cum; amoris extenſis porrectiſque manibus ſuſcicatur, ideò poterat, vt Dominus hoc modo mortem ſuſciperet, manu quæ extenderetur, vt hac quidem veterem populum, illa verò gentiles attraheret, & ambos in ſe coniungeret. Adeo omnium Saluator erat, vt vel ipſius mortis ſpecie vellet oſtendere, quàm omnes colligeret, vt ſalutem omnibus præberet. Is eſt enim verus Saluator, qui neſciat niſi pluribus prouidere.

Luc. 1. Lucæ cap. 1. ait Angelus ad Mariam: *Aue, gratia plena.*

Matth. 28. Verùm Matth. 28. abeuntibus mulieribus occurrit illis Ieſus, & ait: *Auete*. Angelus vni ſalutem dicit, Ieſus

Epiphan. pluribus. Epiphanius id notat orat. in Sab. ſanctum aiens: *Ibi Angelus, Aue, Maria dixit: hic magni conſilij Angelus, Chriſtus, mulieribus clara voce, Auete, intonuit.* Vnus eſt Saluator verus, qui gaudeat plurium ſalute.

§. XI.

A nullo ſic protegimur, quàm ab illo, qui verè totius mundi clauum tenet.

Dicit Textus: *Vocauit eum Saluatorem mundi.* vt enim à Deo voluerſæ Ioſeph gloriæ prouiſæ erant: ſic hoc maximè prouiſum fuit, vt non Ægypti, ſed totius mundi Saluator vocaretur. Idque maximè firmabat Ægyptiorum ſpes: cùm enim ad Ioſeph ibant, Saluatorem verum mundi recolebant, à nulloque alio auxilium ſperare

Luc. 2. diſcebant, quando nullus, vt mundi artifex, nos fouere queat. Lucas cap. 2. *Natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.* Cur neceſſum fuit addere, *in ciuitate Dauid*? Oſtendere volebat totum Saluatoris negotium a regni Dauidici erectione venire, qui erat

Iren. artifex Vniuerſi, vt inde ſpes omnium maximè fulcirentur. Ait D. Irenæus lib. 3. cap. 11. *Quid autem in ciuitate Dauid appoſuerunt, niſi vt eam poſt reſtitutionem, quæ à Deo facta eſt Dauid, quoniam ex fructu ventris eius, æternus erit Rex, adimpleatur, euangelizarent? Etenim fabricator totius Vniuerſitatis fecerat promiſſionem Dauid, quemadmodum ipſe ait: Adiutorium noſtrum à Domino, qui fecit cœlum, & terram. Et iterum: In manu eius ſunt omnes fines terræ*, &c. A nullo enim ſic adiuuamur, ſic protegimur, vt a mundi artifice,

Pſal. 79. qui eſt Dominus Vniuerſi. Vnde clamabat Pſal. 79. *Excita potentiam tuam, & veni, vt ſaluos facias nos.* Quam po-

Euthym. tentiam petit excitari? Ait Euthymius: *Supremam illam tuam potentiam.* Supremam, inquam, potentiam, qua mundum condidit, qua naturæ author, & opifex eſt: a nullo enim adiuuari poterimus in neceſſitatibus, niſi ab authore naturæ, mundi conditore. Vt dicat Theodotus hom. 3. de Nat. habita tom. 6. Concilij Epheſ. append. 5. cap. 5. *Quoniam Prophetæ victi ſunt. Nihil operabantur*

Theodot. *Doctores, & lex deficiebat, & Angeli ſtudia fruſtrabantur, voluntate hominum non ſequente, quæ bona ſunt. ideòque ipſe naturæ Creator aduenit.* Niſi totius naturæ author adeſſet, non poterant ſperare homines remedium. Hinc Ioan. 6.

Ioan. 6. *Accepit ergo Ieſus panes, & cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus.* Paucos panes diſtribuit innumeris egentibus, & omnes ſatiauit. Ex quo Prudentius in Apotheoſi canit.

Ergo ego cùm videam manibus ſic creſcere Chriſti
Parua alimenta hominum, nequeo dubitare per ipſum Prudent.
Exiguas rerum ſpecies, elementáque mundi,
Ex nihilo primùm modica, mox grandia ſenſim
Creuiſſe. &c.

Et meritò non niſi mundi author creditur fuiſſe, qui de paruo pane ſic egentes ſaturauiſſet, cùm ad egeſtatem Diſcipulos redegiſſet Dominus prouiſurus illis; ait Ter-

Tertull. tul. lib. 4. in Marc. *Quis hoc mandaſſet, niſi qui & coruos alit, & flores agri veſtit?* Equidem ille egeſtatem mandare poterat, qui vt author eſt mundi, ſic ſcit egenis prouidere. Huc trahe dicta lib. 12. cap. 12. §. 4.

§. XII.

In ſola veri Saluatoris Eccleſia effloruit virginitatis virtus.

Simul Saluatorem mundi vocat, & vxorem ei tribuit, dicente Textu. *Vocauit eum Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aſeneth*, &c. Nec miror: vnius veri Salua-

toris Ieſu erat extollere virginitatis virtutem. Ad hæc ait D. Athanaſ. in Apologia ad Conſtantium Imperatorem. Fatus: *Dei Filius, Dominus, & Saluator noſter, Ieſus Chriſtus, homo propter nos factus, poſt fugatam mortem, & aſſertum à ſeruitute genus humanum, inter cætera dona ſua largitus eſt nobis in virginitate exemplar angelicæ puritatis. Certè puellas ea* Athanaſ. *virtute præditas, ſponſas Chriſti catholica Eccleſia appellare ſolita eſt. Nuſquam enim alibi ſanctum illud, & cœleſte æternæ virginitatis mandatum feliciter adimpletur, niſi duntaxat apud nos Chriſtianos, atque id magnum documentum eſt, planè apud nos eſſe veram religionem.* Quid lautius? Antiquiſſimus Pater erat Athanaſius, & Epiſcopus Alexandriæ, in qua ciuitate creduntur ab aliquibus Neotericis fuiſſe examina virginum ante Chriſtum, quarum nullam famam accepit, ſed potiùs aſſerit, apud ſolos Chriſtianos florere virgineam virtutem. Vbi erant tot illi virginum Alexandrinarum Conuentus ante Chriſtum, quos ignorauit Alexandrinus Prælatus illis ſæculis longè vicinior? Crede mihi: vnus Saluator mundi Ieſus fecit in mundo florere virtutem virgineam. Exod.

Exod. 28. 28. dum ſacerdotis ſummi veſtes proponuntur, ſimul dicitur: *Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ.* Verùm, vbi Moyſes fratrem ſuum Aaronem ſa-

Leuit. 8. cerdotalibus veſtibus operit, ait Leuit. cap. 8. *Veſtiuit Pontificem ſubucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & deſuper humerale impoſuit*, &c. Nulla ibi mentio eſt feminalium, quibus fuerit Aaron a Moyſe indutus. Et quando feminalia a Deo deſignata erant inter veſtes Sacerdotis, cur non dicitur Moyſes induiſſe illis Aaronem? Rem tractat Rupert. lib. 1. in Leuit. c. 1.

Rupert. inquiens: *Vnum hic quærendum eſt, cur cùm cætera omnibus fratrem ſuum induerit Moyſes de ſolis feminalibus, quibus carnis turpitudo tegeretur, quod erat primum indumentum, ſecundùm imperium Domini, nulla ſit hic mentio?* Sic Rupertus addubitat: & ſtatim reſpondet: *Dicimus ergo, quia feminalia in ſignum continentiæ fieri iuſſa ſunt. Porrò continentia hoc, vt omnimoda puritate ſanctificetur homo, vt ad maturationem noui hominis virgineam agat pulchritudinem: hæc, inquam, continentia, vel puritas, non eſt in legis præcepta; ſed ex Euangelij conſilio. Rectè igitur inter manus Moyſis legem ſcribentes, vbi fratrem induit, de eſto Scriptura tacuit, vt ſignaretur, de virginibus non eſſe legis præceptum, ſed eſſe gratiæ conſilium.* Dum Chriſti Saluatoris noſtri gratia non affulſit, non viſa eſt in terris perpetuæ virginitatis virtus.

§. XIII.

Virginitas præſtantiſſima ad animarum comparandam ſalutem.

Saluator mundi dicitur Ioſeph: & ſimul vxorem accipit: dicit enim Textus: *Vocauit eum Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem*, &c. Non ſic de vero mundi Saluatore auditur, qui vt de Matre Virgine natus eſt, & ipſe fuit virgo, & virginitatis gloriam monſtrauit mundo. Componite modò Saluatorem, & Saluatorem; Ioſephum, & Chriſtum. Vterque dicitur Saluator mundi: ſed Ioſeph in matrimonij copula, Ieſus in virginitatis claritudine. Et quando Ioſeph in matrimonij copula credebatur mundi Saluator, cur Ieſus magis elegit florere puritate virginea? Ioſeph erat Saluator corporum; Ieſus animarum inſtituebat ſalutem: ad ſaluandas autem animas potior eſt virginitas. Dicebat ipſe verus animarum Saluator Ioann. 4. *Videte re-* Ioan. 4. *giones, quoniam albæ ſunt ad meſſem.* Et qualis erat albedo illa, quæ poſt Chriſtum apparebat in mundo copioſa meſſe cæleſtia horrea implens? Creditur albedo illa eſſe virginitas, quæ poſt Chriſtum cœpit apparere in mundo, & copioſas hominum meſſes inferebat Cælo. D. Baſil. lib. de vera virg. *Hanc, nempe, ſatorum in caſtitatis gloriam tranſlatorum ſignificans Dominus dicebat: Videte regiones, quia iam albæ ſunt ad meſſem: Sicut enim, quia ſtatuit naturalem ad mortalis vi-* Baſil. *tæ progeniem, per voluptatem coniugij, humanitatis iacta fuerant ſemina, ita ad futuram vitam ſemina oportet per caſtitatis munditiam ſerere, ſanctaque integritatis ſemina ad incorruptibilem vitam agricola præparat.* Coniugium ſeruit, vt corpora multiplicentur: at munditie virginea ad animarum cæleſtibus inferendarum meſſem potior cenſetur. Hinc reddens rationem, cur Ieſus Chriſtus Saluator

T 2 noſter

noſter à matrimonio abſtinuerit, pergit idem Baſilius dicens: *Porrò, quod incorruptibilis vita ſumenda è terris ad cælum transferendum ſingulari gloria, virginitatem Dominus eſſe voluerit, ex eo Ieſum conſtat, quod cùm lege in omnibus obtemperauit, ſolum coniugium renuit.* Sic aptabat Ieſus legi Moyſis adimplendæ, à nuptiis tamen, quæ erant in illa lege pro decore, maximè abſtinuit, malens in virginitate permanere, vt inoueret, quàm eſſet conducibilior virginitas ad Saluatoris munus, quod pertinebat ad cælum replendum ciuibus. Quidquid enim muneris Saluatoris fuit, à virginitate ortum habuit. Dicebat Pſal. 97. *Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum in conſpectu gentium.* Magnum opus Dei fuit, quòd omnes ſaluet ſibi, quòd Saluator cognoſcatur in ſalute gentium. Per quod tamen inſtrumentum id factum eſt, niſi per Mariæ virginitatem? Ait D. Hildeph. lib. de Virginit. Mariæ, c. 14. ſatis: *Ecce impleta eſt omnis terra per hanc Virginem gloria Dei. Viderunt omnes per hanc Virginem ſalutare Dei. Rememorati ſunt, & conuerſi per hanc Virginem ad Dominum, vniuerſi fines terræ. Adorant in conſpectu Filij eius omnes patriæ gentium. Cantant omnes ipſi Domino filij vitæ redemptionis canticum nouum, quia mirabilia de hac Virgine magnalia fecit. Notum fecit Dominus per hanc Virginem ſalutare ſuum.* Sic de Mariæ virginitate prodière vniuerſa mundi ſalutaria.

Pſal. 67.

Hildelph.

§. XIV.

Virginitas Chriſtiana vt animarum malis magis contraria.

ADhuc pondero de Saluatore mundi Ioſeph id, quod ait Textus: *Vocauit eum Saluatorem mundi. Deditque ei vxorem.* Nec miror, quòd nuptiæ præcedant, vbi corporalis ſalus quærebatur. Quò crediderim ſpectaſſe illud
Alcazar. Romanorum inſigne, adductum à noſtro Alcazare ad c. 4 Apocal. verſ. 7. in quo ſub eodem iugo ponebantur duo corpora boum, quibus facies humanæ erant, altera fœminæ, altera viri. Affictæ quoque erant illis caudæ in ſpicas tritici deſinentes. Quibus innuebatur, vt hominum coniugia valerent, vt mundus impleretur, & hominibus, & vbertate frugum per terræ cultum. At vbi non corporalis hæc, & leui denſis ſalus parabatur, ſed animarum morborum ruina, prouiſus eſt Saluator mundi, nempe, Chriſtus Ieſus, qui virginitatem portendat, quæ ſit peccatorum expugnatrix, & expultrix. Exod. 25. monebat Dominus arcam fieri, qua verus mundi Saluator adumbraretur,
Exod. 25. & ait: *Arcam de lignis Setim compingite.* Cur de lignis Setim? Erant ea ligna imputribilia, & incorruptæ virginitatis ſymbola, de qua materiam corporis ſumpſit Ieſus, vt tolleret peccatum mundi. Ait D. Hippolytus Martyr relatus à Theodoret. dialogo 1. Quòd Deus ſit immutabilis. Ait enim: *Arca ex lignis, quæ putreſcere non poterant, erat ipſe Saluator: eius enim tabernaculum nulli putredini obnoxium, & ab interitu alienum ideò prædicabatur, quòd nullam*
Hippolyt. *peccati putredinem produxiſſet: Dominus autem erat à peccato alienus, vt qui ex ligno putrefactioni minimè obnoxius, quod ad humanitatem attinet, nempe, ex Virgine, & ſpiritus Dei verbo veluti auro puriſſimo intrà & extrà eſſet contectus.* Oſtendebat equidem nobis Saluator mundi ſuam cum peccato contrarietatem, prætendens ſuam carnem virgineam ortam ex Virgine: quaſi non poſſet non apparere contrarietas cum
Luc. 1. omnibus vitiis, vbi erat tam ſplendens, & immaculata virginitas. Hinc Luc. 1. dicit: *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen erat Nazareth, ad Virginem,* &c. Nec immeritò exprimitur, vt pro tractando negotio de expellendo peccato, Angelus ad Virginem mittatur: in eo enim virginitas Mariana virtutem angelicam longè ſuperauit. Ait D. Hildeph. lib. de virgin. Mariæ, c. 10. *Tu, Sancte Gabriel, Angele Domini, qui miſſus es ad Virginem, enarra,*
Hildeph. *quid incorruptius, quid ſyncerius, quid integrius, inter virginitatem maternam, & conditionem angelicam? Virgo, quæ fœcundatur, & non corrumpitur, an angelica celſitudo, cuius pars in ruina proſtrata eſt? Decus virgineum, quod & poſt partum enitet, an nobilitas angelica, quæ poſt gloriam culminis pœnam ſuſtentat in ſolio? Integritas materna, quæ & poſt partum conreſcit in gloria virginum, an conditio angelica, quæ detrimentis læſa eſt in electis?* Planè legem Angelorum admiſit peccatum: virginitas Mariæ, vt omnem corruptionem, ſic omne peccatum excluſit.

§. XV.

Vnius veri Saluatoris noſtri eſt ab ipſa infantia magnalia peragere.

NOn otiosè notat Textus, quo anno Ioſeph regnum acceperit, vt prouideat Ægypto: ait enim de illo: *Triginta autem annorum erat, quando ſtetit in conſpectu Pharaonis.* Neceſſum enim fuit, vt maioræ ætatis tempus expectaſſet homo, qui ad mundialis regni negotia adminiſtranda parabatur. Solus nanque noſter Saluator, & qui eius ſpiritu agitur, vel ab infantia nouit perficere in mundo magnalia. Dicebat Iſaias c. 10. *Subuertetur condenſa ſaltus ferro, & Libanus cum excelſis cadet.* Quòd ſi quæras: quando hæc Iſaia 10.
erunt? Subiicit ſtatim c. 11. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet.* Cadet equidem Libanus, cadet idololatria, cùm adhuc puerulus exiſteus Saluator mundi tanta peraget. Quis enim alius, niſi Puer diuinus Ieſus, tot magnalia monſtrauit? Ait D. Niſſeno hom. 14. in Cant. *Alter ille Libanus eſt, qui ſecundum Iſaiam vnà cum ſublimibus corruet, cùm ex radice Ieſſæ flos ille exorietur, & virga poteſtatis enata fuerit, qua & leonis, & pardi, & aſpidum natura commutabitur in iucundam quandam manſuetudinem, ita vt leo cum vitulo degat, pardalis cum hædo ſequetur ſtapias. præſit his denique puer ille puſillus, qui nobis natus eſt: cauis manus in cauernam aſpidum proſtrat, & venenum earum bibeat.* Vnus hic Nicæn.
nobiliſſimus puer Ieſus aſperrimos montes in ſuauitatem florum mutauit, & feriſſimos quoſque homines, cum iuſtis, & manſuetiſſimis fecit cubare. Nónne vidiſti Magos illos idololatras, cum Maria, & Ioſeph, in eodem ſtabulo cubare? Id certe vnus diuiniſſimus Puer valuit peragere. Vnde pergit idem Niſſenus vbi ſuprà: *Quis ignorat Puerum* Nicæn.
illum nobis natum, qui manu ſua contrigit incredulos, cuius præfectura beſtias perniciosas ſub idem cum ciceribus tectum redegit, naturalis acerbitatis oblitas? Nec ſolùm noſter diuiniſſimus Saluator, adhuc Puer tanta peragit; ſed & de eius ſola poteſtate venit, quòd pueri etiam magna, & diuina nouerint patrare. Cùm Ieſus in templum intraret Matth. 21.
pueri clamabant eius laudes: ait enim Textus: *Videntes* Matth. 21.
autem Principes Sacerdotum, & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hoſanna Filio Dauid, &c. Quod multò antè Dauid ipſe mirabatur dicens Pſal.
8. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.* De hoc Pſal. 8.
ſolùm puerorum cantu & amici, & inimici Saluatoris noſtri maximè mirabantur, vt de cuius ſola poteſtate venit, quòd pueri talia patrarint: dicit enim Euthymius ad Euthym.
locum Pſalmi: *Laudationem puerorum producit factam in templo. Ex omnibus enim miraculis, huius tantùm meminit Propheta, tanquàm admiratione magis digni. Nam & ante Chriſtum leproſi ſanati fuerant, & Dæmones expulſi: & mortui ſuſcitati, infantes verò locutos eſſe tunc primùm legimus.* Vnius noſtri Saluatoris facinus eſt, quòd infantia reddatur apta ad magna perpetranda. Hinc Matth. 2. nato Ieſu puerulis cucurrerunt ad martyrij palmam: dicit enim de Herode, Matth. 2.
quòd illuſus à Magis, *occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem.* Quod miratus D. Leo ſer. 2. in Epiph. ait: *Chriſtus,* Leo.
ne vllum ei tempus eſſet abſque miraculo, ante vſum linguæ poteſtatem verbi tacitus exercebas, & quaſi iam diceret: Sinite paruulos venire ad me, talium eſt enim regnum cælorum, noua gloria coronabas infantes, & de initiis ſua paruulorum primordia conſecrabas, vt diſceretur, neminem hominum diuini incapacem eſſe ſacramenti, quando etiam illa ætas gloriæ apta eſſet martyrij. Sic ibi.

§. XVI.

Vnus verus Saluator, Ieſus, de penuria nouit abundantiam facere.

ECce tibi, quò tendat tota Ioſephi prouidentia, nimirum ait Textus: *Venitque fertilitas ſeptem annorum, & in manipulos redacta ſegetes in horrea Ægypti congregatæ.* &c. De fertilibus annis cœpit annonam parare, quæ ſubſidium

dium præſtaret tempore ſterilitatis. Id ſolùm poteſt tota poteſtas creata, nimirû, quòd de abundantia ſubſidiû penuriæ paret. Solus mundi verus Saluator eſt, qui de ipſiſſima penuria nouit extrahere abundantiam. Nouit Mariam Ieſu Matrê eò penuriæ deueniſſe, vt cogeretur in ſtabulo

Luc. 1.

parere mundi Saluatorem, Luc. 2. *& pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio.* Quanta hæc paupertas? Quanta hæc penuria? Cur, Domine, ſaturaturus fameſcentem mundum in tantam penuriam deſcendis? Is erat Saluator noſter, qui de illa præſepij penuria abundantiſſimam Euchariſtiæ menſam prodire fecit, quæ homines impleret. Ait Theodotus homil. 3. de Chriſti Nat. tom. 6 Concil. Epheſ. append. 5 cap. 1 loquens de Ieſu in Euchariſtia:

Theodot.

Non tam in præſepe poſitus eſt, ſed in hac ſalutari menſa conſtitutus. Illud nanque præſepe Matri factus eſt huius menſa. Propterea in illo eſt poſitus, vt in iſta comedatur, & fidelibus fiat ſalutis cibus. Expende illa: *Illud nanque præſepe Mater factus eſt huius menſæ*; tota nanque Euchariſtiæ abundantia, qua ſublata eſt hominum fames, à penuria præſepis Saluatoris noſtri ortum habuit. Is eſt enim Saluator mundi, qui de ipſa ſterilitate, & penuria extrahat abundantiam, qua omnium fameſcentium ora claudat. Ioan 6. abiens Ieſus trans mare Galilææ ſecum rapuit ingentem hominum multitudinem in deſerta loca ibique notam faciens omnibus penuriam panis ad manducandum; tantùm enim erant quinque panes hordeacei, iuſſit homines diſcumbere, quos de illis ſaturauit. Similiter & Matth. 14. *Dedit*

Matth. 14.

Diſcipulis panes: Diſcipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et cur Dominus noſcens turbarum famem, & paucitatem panis apud ſuos exiſtentem, voluit ſecum in deſerta loca tantam multitudinem extrahere? Nouerat antiquam Iudæorum blaſphemiam in Deum, vt fameſcentes in deſerto dixerant illud Pſalmi 77. *Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Quoniam percuſſit*

Pſal. 77.

petram, & fluxerunt aquæ, nunquid, & panem poterit dare? Quam blaſphemiam, famem vt tolleret, eos in deſertum traxit, oſtendens de ipſa ſterilitate, & penuria poſſe prodire abundantiam, vbi verus Saluator adeſt. Circa quæ dicit D. Baſil. Sel. orat. 33. *Adeſt, qui terra latere ad fructificandum excitat: Diſſoluit antiquam Iudæorum criminationem, & inſatiabilem voracitatem. Non enim ampliùs dicere valuerunt: Nunquid & panem poterit dare in deſerto?*

Baſil. Sel.

Ecce enim pro panis copia conuguſtiunt eremus. Deſertum ipſum, & ſterile ſolum, & ipſiſſima rerum penuria fiet mater copiæ, & abundantiæ, vbi meus Ieſus, mundi Saluator, adeſt. Meritò enim ait D. Athanaſ. orat. de aduentu Chriſti: *Cum tam paucis numero panibus tanta vis populo alitur, & ex inopia copia repullulat; quis aliud credat,*

Athanaſ.

quàm authorem earum rerum Dominum eſſe, Procuratorem que mundi? Quippe vnus verus Saluator, & Procurator mundi poteſt facere copiam ex inopia pullulare. Nunquam enim non pertinuit ad Saluatoris mei potentiam, quòd de malorum vena copiam bonorum ſcaturire faciat. Vt dicat D. Leo ſer. 19. de Paſſ. *De ineffabili potentia factum eſt,*

Leo.

vt cùm homo verus eſt in carne paſſibili, conſeruetur hominis vera per contumeliam, ſuccurratur per ſupplicium, vita per mortem. Ecce tibi de tot malorum vena vt ſcaturiunt bona per Saluatorem noſtrum. Dicebat illa Cant. 1. *Botrus Cypri, dilectus meus mihi.* Verùm ipſe ait Iſaiæ cap. 63. *Torcular calcaui ſolus.* Si botrus eſt, quomodo calcauit torcular? Botrus in torculari calcatur, & exprimitur, vt ex fœcunditate botri naſcatur vini abundantia. Si ergo Dominus botrus eſt, ipſe debuit calcari in torculari; quomodo magis ipſe dicitur calcare torcular? Talis eſt hic botrus, qui de ſiccitate torcularis calcati à ſe faciat prodire cæleſtem abundantiam. Ait Richard. à Sancto Laurentio, lib. 12. de laudibus Mariæ: *Botro comparatus ipſe*

Cant. 1.
Iſaia 63.

Chriſtus, qui preſſus in torculari paſſionis liquauit vinum noſtræ redemptionis. De quo dicit. Torcular calcaui ſolus. Dominus enim cùm in torculari premeretur, preſſit ipſum torcular, id eſt, mortem, de ea nobis vinum exprimens mirabile, & de morte ſua vitam nobis eliciens ſempiternam. Sic Dominus de ſterilitate abundantiam, & de morte vitam elicit.

Richard. à S. Laur.

§. XVII.

Vna veri Saluatoris manus pro omnibus bonis.

VT Ægypti Saluator Ioſeph prouideret imminenti fami, multa peregit, vt triticum tempore fertilitatis emeretur, *& in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea.* Cum paleis ſpicæ congregabantur, vt inde pabulum ſufficeret & hominibus, & brutis. Et bruta paleas comederent, & homines triticum de ſpicis ſumerent. Quàm longè faciliùs, & promptiùs verus Saluator mundi ſuis conſulit alumnis? ait enim Pſ. 107. *Omnia à te expectant, vt des illis eſcam in tempore opportuno. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.* Non eſt neceſſe, vt aperiantur horrea, vt excutiantur ſpicæ: ſed vt manus mei Chriſti aperiatur: non enim ſic de horreis, & ſpicis, vt de vna Saluatoris manu pabula abundant. Quò ſpectans Dominus Ioan. 6. vt ſatiaret ingentem turbam recurrens ad pauciſſimos panes, qui minimè poſſent ſufficere, *Accepit panes in manus & cùm gratias egiſſet, diſtribuit,* &c. Et cur eos accepit in manus, niſi vt oſtenderet copiam illam tot millibus ſufficientem de vna Domini manu venire? Vt dicat D. Baſil Sel. orat. 33. *Panes abſque cuſtiuatione ſudore parti non de ſpicis erumpebant; ſed de Domini manu effloreſcebant. Et verò quàm multa humanum paſtum anteeunt?* &c. *Quæ nunc omnia contactu ſolo Domini manus perfecit.* Expende: *Non de ſpicis erumpebant, ſed de Domini manu,* &c. quæ ſola ſufficit pro omnibus ſupplendis.

Pſal. 107.
Ioan. 6.
Baſil. Sel.

Gen. 41. Natique ſunt Ioſepho filij duo, antequàm veniret fames, quos peperit ei Aſeneth, filia Putipharis, Sacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes, dicens: Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum & domus patris mei. Nomen quoque ſecundi appellauit Ephraim, dicens: Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

§. XVIII.

Nunquam indigus eris illorum bonorum, quæ alijs præſtiteris.

NOn otioſè commemoratur in præſenti Ioſephi familiæ fœcunditas in habendis filijs, his verbis: *Natique ſunt Ioſeph filij duo, antequàm veniret fames, quos peperit ei Aſeneth,* &c. Cùm totus erat Ioſeph intentus eò, vt ſterilitati imminenti Ægypti conſuleret, & fruges reconderet, quibus damna ſterilitatis minueret, fœcunda apparuit eius vxor in partubus duorum filiorum. Sic, qui ſterilitatem proximorum fœcundis frugibus reconditis depellebat, apparuit ipſe fœcundus filijs: neſcit enim quis indigere illorum bonorum, quæ ipſe alijs tota charitate largitur. Aiebat Dominus Pſ. 15. *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. Inſuper caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in Inferno.* Quæ verba iuxta D. Athanaſ. oſtendunt citam Chriſti Domini reſurrectionem, ſolutis doloribus inferni, & mortis imperio contrito. Et cur neceſſum fuit, quòd tam citò Dominus, contrita morte reſurgeret? Equidem non debebat eſſe ſub indigentia, & neceſſitate mortis, qui omnibus præſtabat vitam. Pulchrè D. Athanaſ. ſer. 3. contra Arrianos ait: *Congruum enim erat, Chriſtum, qui alijs vitam dabat, non detineri ſub mortis tyrannide.* Non debebat equidem ſub mortis tyrannide in vitæ indigentia eſſe, qui alijs abundantiſſime porrigebat vitam. Queſtus Dominus de Iudæis ait per Iſaiam c. 1. *Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me.* Et poſt multa cap. 66. loquens de regeneratione populi Chriſtiani, ait: *Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic ſimile? Nunquid parturiet terra in die vna? Aut parietur gens ſimul, quia parturiuit, & peperit Sion filios ſuos? Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus.* Proponit Dominus examina illa Chriſtianorum renaſcentium in primitiua Eccleſia, quando ad vocem Petri & tria millia, & quatuor millia ſimul conuertebantur, & regenerabantur per Baptiſmum, quæ naſcentium fœcunditas nulli fuerat nota naturæ. Et cur tam properè renaſcebatur Deo tanta filiorum multitudo? Oſtendit ipſe rationem verbis illis: *Si ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero,* &c. Quippe, vbi priſtini illi filij, nempe, Iudæi, auolarant, tantúmque patrem reliquerant, feſtinabat Dominus alios regenerare

Pſal. 15.
Athanaſ.
Iſaia 1. & 66.

filios, indecens credens, quòd vel ad horam ſterilis appareat, qui aliis fœcunditatem tribuit. Ait ibi Carthuſianus: *Vna die conuerſa ſunt tria millia, & alia die quinque millia. & ſic Sion peperit gentem Chriſtianam magnam, & plurimam ſimul. Hanc autem tam mirabilem generationem probat Dominum ſibi fuiſſe poſſibilem, & decentem. Si ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, quaſi dicat. Hoc indecens eſſet.* Non admittenda eſt illa indecentia, nimirum, quòd quis careat bonis illis, quæ aliis benigniſſimè largitur.

Carthuſ.

§. XIX.

Bonorum temporalium deſpectio propter Deum nunquam non fructifera.

HÆc ſunt nomina filiorum Ioſeph, nimirum: Vocauit nomen primogeniti, Manaſſes, dicens: *Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque ſecundi appellauit Ephraim.* Vt enim Manaſſes idem eſt ac obliuio: ſic Ephraim eſt fructificatio: quippe domus parentum obliuionem non parua apud Deum fructificatio ſequitur. Ex quo monet Rupert. lib. 8. in Gen 41. *Et nos obliuioſi primùm, & deinde fructuoſi ſimus, ſecundùm nomina Manaſſes, & Ephraim, quorum alter obliuio, alter fructificans interpretatur. Et nos obliuiſcamur domum ac ſtirpem, id eſt, omnem cognationem carnis: quo fructus id fiat, Dominus alio loco denunciat dicens: Qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut agros, propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Non paruus fructus acquiritur ei, qui nouit hæc deſpicere, & abiicere temporalia. Paſcebat quondam Moyſes oues ſoceri ſui in monte: ecce tibi Exod. 3. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Magna hæc viſio, imò magna Dei dignatio, quòd paſtori appareat. Qua virtute ſe ſe aptauit Moyſes, vt tanta Dei dignatione frueretur? Erat Moyſes ille, qui, teſte Paulo, ad Hebræos cap. 11. *negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* Vbi autem Moyſes regiam cognationem abnegauit, ne miremur, quòd pro fructu tantæ abnegationis, ad viſionem Dei magnam admittatur. Circa quæ dicebat D. Baſil. Sel. orat. 26. *Paſtor fuit & Moyſes in montibus Madian, & ouium curator Iethronis, poſtferens Ægypti regnum, & magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Cuius electionis ipſum Deus admiratus ſe videndum offert viro tam cordato merito.* Expende ab illis: *Cuius electionis ipſum Deus admiratus*, &c. Quippe admirabatur Deus hominem, qui ſic vt regiam cognationem contemneret, vt vitam ageret cum populo ærumnoſo, & afflicto, pro qua electione ſeſe illi offerebat Deus videndum.

Rupert.

Exod. 3.

Hebr. 11.

Baſil. Sel.

§. XX.

Principatus non à Deo veniens facilè perditur.

NOn Pharaoni, ſed vni Deo tribuit principatum ſuum Ioſeph: dicit enim: *Creſcere me fecit Deus in terra*, &c. Et meritò vnum Deum authorem ſui principatus agnoſcit: qui enim Deo non nititur principatus, facilè perditur. De peruerſis Iſraelis Regibus locutus Dominus Oſeæ cap. 8. dicit: *Ipſi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui.* Et quomodo non perdantur illi, quorum principatus minimè nititur Deo? Seneſcente Dauide, dicitur de Adonia, filio eius, 3 Reg. 1. *Adonias autem filius Haggith, eleuabatur dicens: Ego regnabo.* & ſibi diadema regni præſumpſit. Et dum regnum accipit Adonias, audita fuit vox populi acclamantis Regem Salomonem, qui iuxta Dei promiſſa accipiebat coronam de manu Dauidis. Quid tunc? Ait Textus: *Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes, qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſque in viam ſuam. Adonias autem timens Salomonem ſurrexit, & abiit*, &c. Sic ad vocem Salomonici regni, relinquitur ab omnibus Adonias. Et cur magis timetur Salomo, quam ipſe Adonias? Salomon regnabat iubente patre Dauide; Adonias autem regnabat Dauide inſcio, ideò huius regnum vilipenditur, & ſinitur in perditionem ire. Ait D. Athanaſ. lib. 0 in Synopſi: *Adonias, ſenio iam grauato Dauide patre, ſeipſum extollit, & ſine patris conſenſu Regem ſe creat. Quo cognito, Dauid mittit Nathan Prophetam, & Sadoch Sacerdotem, ac Banaiam, filium Ioiada: præcepitque, vt Salomonem vngant in Regem: quod & faciunt adhuc viuente Dauide. Adonias itaque confeſtim profligatur.* Ille regnum accepit, qui, iubente Dauide, ex Dei ſententia ad regnum veniebat: qui non ex Deo, nec ex Dauide, ſed ex ſe regnare volebat, confeſtim relinquitur, & profligatur ab omnibus.

Oſea 8.

3. Reg. 1.

§. XXI.

Indecorum eſt homini, magnarum rerum alteri debitorem ſe noſcere, quàm Deo.

NIhil habebat Ioſeph, quod non accepiſſet à Pharaone: & nihilominùs ait: *Creſcere me fecit Deus in terra*, &c. Cur ſolum Deum memoras? Cur non & Pharaonem ſimul? Ait Oleaſter: *Omnia regia beneficia non in* Oleaſt. *Regem, ſed in Deum refert: quia Sancti à nullo dicuntur volunt, niſi à Deo.* Quòd rem aliquam magnam alteri, quam Deo Sancti debeant, maximè detrectant, vt rem homini indecoram. Aiebat Dominus Ioan. 12. *Ego, ſi exaltatus fuero à* Ioan. 12. *terra, omnia traham ad meipſum.* Quibus oſtendebat, vt poſt Crucis exaltationem, hoc eſt, Deitatis in Cruce manifeſtationem, omnes currere debebant ad Ieſum. Et cur non anteà, quàm Deitas in Cruce manifeſtaretur, voluit, vt homines currerent ad eum, illúmque ſalutis ſuæ authorem recognoſcerent? Indecorum eſſet, ſi homo tantam rem, quanta erat ſalus ſpiritualis, alteri deberet, quam Deo. Ait D. Athanaſ. ſerm. 3. contra Arrian. *Placitum eſt Deo, in homine oſtendere Dominicam ſuam pote-* Athanaſ. *ſtatem, & omnes trahere ad ſe: ſed nudum, nec nonque hominem id facere, prorſus indecorum erat, ne hominem habentes dominum, homines cultores efficerentur, eáque de cauſa ipſum Verbum caro factum eſt.* Equidem indecorum eſſet, quòd tantam rem ſalutis homo alteri deberet, quàm Deo. Hinc Ioan. cap. 18. dicebat Ieſus hoſtibus ſuis: *Si ergo me quæritis, ſi-* Ioan. 18. *nite hos abire.* Et quando ſine hoc externo præcepto poſſet ipſe ſuos Diſcipulos liberare, cur maluit hoſtibus ſuis eorum immunitatem præcipere? Si tacente Ieſu Diſcipuli immunes ab hoſtibus abirent, forſan crederetur, id factum fuiſſe ipſorum hoſtium beneficio, qui illis parcere voluerant. Cauit autem Ieſus tantum dedecus, ne Diſcipuli ſui alteri, quam Deo, vitæ beneficium deberent. Sic Caietan. *Non rogat, ſed præcipit, vt non capiant Diſcipulos:* Caiet. *ad ſignificandum, quòd non beneficio ſatellitum, ſed ipſius Ieſu, Diſcipuli non ſunt comprehenſi.* Dedecus eſſet, quòd Apoſtoli crederentur alterius, quàm Ieſu beneficio ſuam vitam debere. Vide ſupra lib. 12. cap. 12. §. 13.

Geneſ. 41. Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto, cœperunt venire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo Orbe fames præualuit: in cuncta autem terra Ægypti panis erat. Qua eſuriente, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quidquid ipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat autem, *&c.*

Vna Dei manus nouit firmare, ſiue æternare bona.

§. XXII.

ECce tibi tota illa Ægypti fertilitas cantatiſſima, tandem aliquando in famem deſiit. Ait Textus: *Tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerant in Ægypto, cœperunt venire ſeptem anni inopiæ*, &c. Vel ipſa Ægyptus notiſſima Orbi propter vbertatem continuam, tandem vbertatem perdidit, & in ſummam deuenit inopiam. Vt certò credamus, quòd nulla, niſi diuina manus, nouit firmare, & æternare bona. Dicebat Dominus Ioan. 17. *Pater, clarifica* Ioan. 17. *Filium tuum: ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam.* Quibus verbis perfidi

fidi Arriani conabantur probare inæqualitatem Filij cum Patre, quando Filius confitebatur ſe donum à Patre accepiſſe: qui autem donum ab alio accipit, minor eſt illo. At miſeri non videbant, ad quid accipiebat Filius donum à Patre, nimirum, accipiebat donum, *vt nos daret vitam æternam.* Et quis poteſt æternare rem, niſi Deus? Habeant ergo Arriani, quod in Filio Dei, Chriſto Ieſu, aliquid ſit minus Deo, nempe, humanam naturã, quæ accipit ex Deo munus, & aliquid ſit æquale Deo, nimirum, perſona Filij, quæ acceptis donis æternitatem donare poſſit: nulla enim manus, niſi diuina, poteſt æternare bona. Circa quæ pulchrè D. Athanaſ. ſerm. 4. contra Arrian. ait: *Ipſe ſibi quaſi data confitetur, quæ humanitus acceperat, vt eo, qui Dominus erat, accipiente, & in ipſo, donatione iſtarum rerum reſidente, gratia ipſa firma permaneret.*

Athan.

Nam, quod merus homo accipit, id & eripi poteſt, cuius rei ſpecimen in Adam vidimus, quippe qui illud, quod acceperat, perdidit. Itaque dum Dominus æternùm duratura accipit, inde ſe Deum Patri æqualem oſtendit. Nulla enim pura creatura, nullus merus homo accipit, quod non poſſit perdere. Multa accepit Adam, ſed omnia perdidit: ideò neceſſum fuit, vt Deus eſſet in homine, qui bona faceret permanere. Niſi enim de Ieſu meo, & Deo meo, nihil permanet. Auſus eſt Ieſus Naue cap. 10 clamare, & dicere: *Sol, ne mouearis,* &c. Quaſi defectionem, & occaſum à Sole vellet repellere, & ei ſtabilitatem indere. Et quod mirum fuit, *Steterunt Sol, & Luna,* &c. Ipſa errantia ſydera ſtabilitatem induerunt, & quæ mobilitatum omnium cauſæ erant, à motu ceſſauerunt. Et qui fieri potuit, vt in occaſum vergentia ſydera, ab occaſu abſtinerent, & in diuturniori luce permanerent? An effecit id homo imperans? Non id fecit homo; ſed, qui in hominis illius nomine videbatur Ieſus meus. Vt dicat Sedul. lib. 1. c. 12. *Virtuti famulantia videbant ipſa iam ſydera, per ſimilis vocabuli Sacramentum, Ieſum Dominum nomine præcedente venturum.* Vt in nomine Ducis viderunt ſydera Ieſum meum, didicerunt à mobilitate ceſſare, & induere lucis permanentiam: ſola enim Ieſu manus bona æternat. Quò trahenda ſunt dicta tom. 1. in Euang. lib. 4. c. 1. §. 17. & c. 6. §. 7. & alibi.

Ioſue 10.

Sedul.

§. XXIII.

Non verus Rex, ſed Regis larua eſt, qui neſcit aliquid præſtare ſubditis.

AIt Textus: *Clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quicquid vobis dixerit, facite.* Non ait: Clamauit populus ad Regem, ſed, *ad Pharaonem.* Et cur magis dixit, *ad Pharaonem;* & non, ad Regem? Cauſa oſtenditur illis verbis, nimirum: *Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quidquid vobis dixerit, facite.* Planè non verus Rex erat, ſed Regis erat larua, qui nihil ſubditis egentibus præſtabat; ſed illos remittebat alterius placitis. Sic D. Chryſoſt. ibi præfata expendit verba: *Quaſi diceret: Quid me vrgetis? Non videtis, quòd ego tantùm Regis habitum gero, ille vobis ſalutis auctor factus fuit?* Et quidem quando ipſe nihil ex ſe præſtabat ſubditis, ſed illos alterius placitis omninò tradebat, meritò dicit, ſe tantùm Regis habitum geſtare. Ille Rex, qui periclitantibus ſalutem daret; ille minimè Rex, ſed Regis larua, qui nihil ex ſe nouit præſtare. Dicebat ille Iſaiæ cap. 3. *Non ſum Medicus: in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum: nolite me conſtituere Principem.* Circa quæ ait Oleaſter in Gen. cap. 41 *Noluit ille eſſe Princeps, quia non habebat ad dandum, vt nos oſtendat non debere Reges eſſe, qui nihil dant.* Longè à dignitate regia abeſt, qui nihil nouit præſtare ſubditis, ſiue ad veſtitum, ſiue ad victum, ſiue ad ſalutem.

Chryſoſt.

Iſaiæ 3.

Oleaſt.

§. XXIV.

Mala in regnis creſcunt, vbi non tolluntur irreligioſitatis peccata.

QVis naturalem credat in Ægypto ſaltem tam diuturnam ſterilitatem? Dicit enim Textus: *Creſcebat autem quotidie fames in omni terra, aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Ægyptiis: nam & illos oppreſſerat fames.* Rara ſolebat eſſe in Ægypto frumenti penuria, vt quæ non à pluuia pendebat, ſed Nili rigabatur aquis, quo ferè nunquam ſentiebat ſterilitatem. At nunc ea erat ſterilitas, & fames, quæ ipſos Ægyptios per ſeptennium vexabat. Et quæ tantæ famis, & ſterilitatis cauſa? In ſomnio Pharaonis oſtenſæ fuerant ſeptem boues pingues, quæ comedebantur à totidem macris. Et in illis inuenit famis, & ſterilitatis cauſam D. Ambroſius: pingues enim boues eam vbertatem ſignabant, quæ negligentes homines circa Dei cultum facerent. Ait D. Ambroſ. lib. de Ioſeph, cap. 7. *Etſi non ergo Ioſeph, clamabam tamen, vaccas illas pingues non ſolum laſciuiam, ſed etiam incuriam diuinæ ſignificare reuerentiæ. De Iudæorum populo ſcriptum eſt: Impinguatus, & incraſſatus, & dilatatus eſt: & dereliquit Deum factorem ſuum. Et ideò fore tempus, quo his fames dura ſuccederet.* Expende illam ſterilitatis, & famis, & vltimæ miſeriæ in mundi regnis cauſam, nimirum: *Vaccas illas pingues non ſolum laſciuiam, ſed etiam incuriam diuinæ ſignificare reuerentiæ.* Si laſciuia ſola foret, fortè non tanta ſæuiret perditio: aſt vbi diuinæ reuerentiæ incuria adiungebatur, hæc eſt, quæ extremam regnis vocat calamitatem, quæ mala creſcere ſemper facit. Dicit 4. Reg. 6. *Facta eſt fames magna in Samaria. Et tandiu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis,* &c. Et vnde tanta hæc tamis rabies? Accipe D. Auguſt. ſerm. 211. de tempore, ſanctem: *Dum à cultu Dei gens iniqua diſcedit, horrenda fame comprimitur. Cur famem, ò miſerrime, pateris? Cur inopiam teterrimam ſentis? Cur tanta penuria laceraris? Creſcit famis quotidie pœna, quia creſcit & culpa. Perſeuerant flagella, quia in populo perſeuerant & delicta.* Dum delicta irreligioſitatis perſeuerant, ne mireris, quòd perſeuerent & ſupplicia. *Mutatur in figmentum Dei cultura, mutatur & eſca. Mutatur Dei ſancta cultura; mutantur & hominibus pabula, interdicta veſcuntur. Vt enim alienum eſt, quod colitur; ita alienum eſt, quod contra regulam eſuritur.* Sic Sanctus Auguſtinus, & multis aliis pulcherrimis probat malorum originem à negato Dei cultu regnis prouenire.

Ambroſ.

4. Reg. 6.

Auguſt.

§. XXV.

Per vnam Mariam non venditur, ſed donatur nobis Panis diuinus.

INſuper Textus dicit: *Omnéſque prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent.* Vendebant equidem Ioſeph, & Pharao frumentum in Ægypto non leui pretio; quod tamen vniuerſæ emebant prouinciæ in famis remedium. Feliciores Chriſtiani, qui fameſcentes non imus in Ægyptum; ſed peruenimus ad Mariam, per quam minimè nobis venditur, ſed prorſus donatur Panis diuinus. Vnde clamat Iſaias cap. 55. *Qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* Quando argenti pretium, & omnis alia commutatio reſpuitur, non venditur res, ſed donatur. Vnde ergo venit, quòd cæleſte bonum, cæleſtis ſaturitas nullo nobis vendatur pretio; ſed magis velit donari? Rationem huius donationis inuenio in ſpeciebus, ſub quibus totum illud bonum traditur, cùm vocatur vinum, & lac. Quippe vinum oſtendit in Chriſto, quod illo habuit ex Patre: lac autem oſtendit, quod ſuxit ex Matre. De Matre enim habuit cæleſtis Panis non vendi; ſed nobis abſque argento, abſque vlla commutatione donari. Quò ſpectans D. Athanaſ. ſerm. 3. contra Arrianos, ait: *Dominus noſter in principio quidem erat Verbum: quando autem voluit Pater eum pro omnibus in redemptionem offerri, ac omnibus donari; tunc, ſcilicet, Verbum, vt Aaron veſtem talarem, ita carnem è terra aſſumpſit, Mariámque vice rudis illaboratæq; terræ Matrem ſui Corporis habuit.* Itaque non antea Verbum Dei Mariæ vterum habitauit, Mariæ vbera ſuxit, quàm Pater illum voluit omnibus donari. Ex quo non venditionem, ſed donationem cæleſtis Panis Pater cogitauit, illum & Mariæ vtero, & vberibus commiſit, vt de tanta Matre ad nos veniret, non venditus, ſed donatus. De illo dicebat Iſaias cap. 9. *Paruulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis.* Dum datus nobis dicitur, Filius vocatur, proculdubiò vt innuat, Matri debitum eſſe,

Iſaiæ 55.

Athanaſ.

Iſaiæ 9.

quòd diuiniſſimus iſte Panis nobis detur, non vendatur. Quò ſpectans Richardus à Sancto Laurent. lib. 10 de laudibus Mariæ, ait: *Meritò Panis, qui de cælo deſcendit in arca Matris ſua clauſus fuit, vt ipſa daret nobis Panem de arca ſua. Quia Filius datus eſt nobis.* Felices Chriſtiani, quibus Panis vitæ non clauſus fuit in Ægypti horreis, ne fortè ab aliquo Ioſeph venderetur caro; ſed clauſus fuit in vtero Mariæ, quæ non vendidit; ſed liberaliter nobis donat tantum Panem. *Sed tranſlata eſt iſta arca ad cælum, vt deinceps dicamus: Mater noſtra qua es in cælis, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie,* &c. Da, inquit: ne vendas; quia Maria vltrò, & liberaliter nouit hunc Panem præſtare. Vt dicet ipſe Richard. à Sancto Laurent. lib. 4. *Eum, à quo ſanctas habebat delicias, quem tenebat clauſum in vtero, cum gaudio peperit, vt ſuas, tanquàm vltrò liberalis, nobis ſine inuidia communicaret delicias, quas ſola poſſideret, ſi ex vtero eius Filius natus non fuiſſet. Ideò dicitur Iſaia 9. Filius datus eſt nobis.* Expende illa: *Tanquàm vltrò liberalis.* De Mariæ enim liberalitate venit, quòd nobis donetur cæleſtis hic Panis.

Rich. à S. Laur.

CAPVT VIII.

Ioſeph aditur à fratribus.

TEXTVS HISTORIA.

FAMES Chananæorum impedit filios Iacob venire in Ægyptum, vbi frumenta & cæteris vendebantur, & inquilinis. Vno Benjamino apud Patrem relicto, decem alij fratres Ægyptum ingrediuntur, Proregem adeunt, ſummáque & animi, & corporis demiſſione adorantes, contendunt ſibi triticum diuendi permittat. Nouit Ioſeph procumbentes fratres, ipſe à nemine illorum agnitus; & dum vterinum fratrem inter illos deſiderat, ſiniſtra ſuſpicione concepta, verbis, & nutibus, exaſperatus homines vehementer ſtimulat; patriam, genus ſciſcitatur; exploratoris crimen illis affingit, qui iam inopinatæ accuſationi, vnam ſimpliciſſimam rei veritatem obuertunt. Duodecim, inquiunt, ſumus fratres, è poſtremis vnus non ſupereſt: alter apud patrem remanet, iam ſenis hominis domum curaturus. Exarſit ſubitò Ioſeph abſentis fratris deſiderio, & in aſſicto crimine exploratorum perdurans, omnes cuſtodiæ tradit, permiſſurus vnum ad patrem ire, vt ibi fratrem manentem ad ſe deferat, quo teſtata maneat omnium candidiſſima fides. Tribus autem diebus in carcere tranſactis, educti inde ſunt ad Proregem homines afflictiſſimi, qui nouem permittit redire ad patrem onuſtos empto tritico; vnum autem illorum remanere iubet in vinculis, donec à reliquis afferatur frater minimus, cuius aduentus explorationis ſuſpicionem poſſit adimere. Intereà pœna hæc, & afflictio ob oculos ponebat fratrum antiquam culpam in Ioſephum commiſſam, de qua ipſi non ſine ingenti pœnitudine ratiocinari incipiunt vernacula lingua, ignota Ægyptiis. Iam hic Ioſeph non potuit continere efferueſcentem animi teneritudinem, paulisper ſeceſſit, dum fletui indulget, & ſtatim deterſis lacrymis ad homines rediens abſtractum à cæteris Simonem vinculis alligari iubet. Et dato tritico, ſimúlque pretio eius in ſingulorum ſacculis abſcondito, cæteros dimittit, vt Benjaminum adducant, ſi ligatum fratrem velint viuere. Abeunt illi iam certi, quòd darent pœnas criminis ſui; & mirati, quòd in ſacculis & triticum, & pretium eius inuenirent, patri ſuo narrant omnia, quæ ſibi accidiſſent. Indoluit vehementiſſimè Iacob, cùm neceſſarium audiuit Benjaminum ire in Ægyptum; nec vllis precibus, aut promiſſis Rubeni acquieſcebat carere ad tempus dilectiſſimo filio.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

ECCE Ioſephi ſomnium oſtenditur fuiſſe veriſſimum, dum à fratribus adoratur pro habendo tritico. Sic in Sanctis Dei proſperitatis vel ſomnia ad veros effectus rediguntur.

Geneſ. 42. Deſcenderunt igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Ægypto, Benjamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne fortè in itinere quidquam patiatur mali, ingreſſi ſunt terram Ægypti cum aliis, qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioſeph erat Princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur.

§. I.

Vbi Chriſtus, ibi vera vbertas, & copia fructuum.

QVando & Chanaan, & vniuerſa terra ſterilitate, & fame laborabat, in Ægypto erat triticum, vt dicit Textus: *Deſcenderunt igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Ægypto.* Et quando ſterilitas omnem terram vexabat, cur in Ægypto triticum? An, quia ibi erat bonus diſpenſator Ioſeph? Imò, quia ibi futurus erat Chriſtus: futurum erat, vt viuificum frumenti granum Chriſtus Ieſus in Ægypto ſeruaretur; & inde copia ibi erat fructuum. Quò aſpiciens D. Ambroſ. in præſenti, cap. 8. ait: *Eſt frumentum in Ægypto, hoc eſt, vbi maior fames, ibi maior vbertas eſt. Magnum frumentum in Ægypto. Denique & Deus Pater dicit: Ex Ægypto vocaui Filium meum. Ex iſto grano illa fœcunditas.* Vbi diuiniſſimum granum Chriſtus Ieſus, Dei Filius, in terram Ægypti erat venturus, nunquam ibi deeſſe poterat & vbertas, & ingens fœcunditas fructuum. Vtinam & nobis adſit Ieſus: & fallar, niſi ea ſumma inopia ad ingentem fructuum copiam deuenerimus. Dicebat Paulus ad Coloſſenſ. 3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Quis nudior, & ſterilior mortuo? Sic fideles Coloſſenſes erant nudi, & omnibus ſpoliati, quaſi mortui; & nihilominùs in hac nudatione, & ſpoliatione erant Chriſto iuncti. Quid tunc? In apparitione Chriſti, tunc & ipſi apparebunt omni plenis gloriæ fructu. Rem explico exemplo vel terræ, vel arborum, tempore hyemis. Sunt, nimirum, duo iugera terræ hinc inde; ambo toto tempore hyemis nuda, ambo ſordida, & ſine vllo honore, vel herbæ, vel fructus: venit autem ver, & pars altera cœpit viridanti herba veſtiri, quæ deinde creſcit in ſpicam; rurſus frumento impletur, in quo ſunt humanæ diuitiæ. Altera pars æquè nuda, & ſpoliata omni veſtitu viſitur. Et quando hæc nuda adhuc eſt, cur illa plena mundi diuitiis? Quia in hac latebant tritici grana; & de iis granis ibi occultis tota vbertas pullulat. In illa quia nullum latebat granum, ſemper perſeuerat nuditas. Huc ſpectans D. Amedeus homil. 6. de laud. Mariæ, ait: *Cecidit in terra Ieſus, & mortuus eſt, vt fructum multum afferret. Depoſuit ſe in ſementem, vt humanum genus colligeret in ſegete.* De grano Ieſu in nobis latente venit, quòd exurgamus in denſiſſimam ſegetem. Similiter ſunt duæ arbores tempore hyemis æquè ſpoliatæ, æquè nudæ. Verùm, vbi cœperit ver, altera veſtiri frondibus incipit, deinde floribus ornatur, tandem mirum in modum diteſcit fructibus. Altera autem ſine fronde, & fructu manet & ſpoliata, & nuda. Vnde hæc differentia, niſi quia in illa aderat in radice vitalis ſuccus, quo prorſus carebat iſta. Ne miremur, quòd illa fructibus diteſcat, hæc nuda ſcindatur, & mittatur in ignem.

Ambroſ.

Coloſſ. 3.

Amed.

Sic

Sic innumeri homines in hoc mundo æquales nuditates, & ſpoliationes, & afflictiones patiuntur. Æquè videntur inhonori, & infrugiferi: at qui interea Chriſto in abſcondito viuuntur, non ſic manebunt, ſed vbi ver arriſerit, vbi Chriſtus apparuerit in illis, ſimul ipſi apparebunt pleni fructibus. De illo enim grano, de illa viuida radice non poteſt non ſumma vbertas, & copia prodire. Ad hæc D. Auguſt. ſerm. 212 de tempore, inquit: Tempore quippe hyemis, & arbor, quæ aret, & arbor, quæ viget, vtraque nuda eſt onere foliorum, vtraque vacua onere frugum: venit æſtas, & diſcernit arbores. Viua radix folia producit, impletur fructibus, arida inanis æſtate, ſicut hyeme, remanebit. Illi horreum præparatur, huic ſecuris adhibetur, vt amputata in ignem mittatur.

Auguſt. *Sic æſtas noſtra Chriſti eſt aduentus. Denique arboribus bonis ait Apoſtolus. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Certè mortui, ſed mortui in ſpecie, viui in radice. Cùm autem Chriſtus apparuerit, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria.* Sic de Chriſto habito, & intime vnito nequit non prodire ingens vbertas fructuum.

§. II.

De Maria fructu venit, quòd mors non timeatur

TImet Iacob mortem filio ſuo Benjamino, ſi ierit quæſiturus de Ægypto frumentum. Quippe ait Textus: *Benjamino domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne fortè in itinere quicquam patiatur mali.* Oleaſter ex Hebræo legit in explicatione morali: *Ne fortè ei accidat mortem in itinere.* Timenda quippe, & amariſſima eſt mors eius, qui intentus eſt huius Ægypti fructibus colligendis.

Oleaſt. De lucidiſſima autem, virgineaque terra, Maria, fructus qui colligit, is non habet, quod in morte timeat, neque quod poſſit vereri. Dicebat Pſal. 126. *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini filij, merces, fructus ventris. Beatus homo, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta.*

Pſal. 126. Equidem, qui ex fructu ventri virginalis impletur, qui ex Maria viuificum Panem vitæ acceperit, cùm ad portam æternitatis, cùm ad exitum vitæ peruenerit, nihil, quod timeat, nihil, de quo confundatur, habebit. Vt dicat D. Ambroſ. lib. 2. de Interpellat. cap. 4.

Ambroſ. *Cui hæreditas Domini eſt, & merces ex Mariæ Virginis fructu, hic in exitu, ſapientia laudibus prædicatur, quoniam non habuit, quod erubeſceret.* Non mors timenda, ſed laudanda, ſed appetenda illi eſt, qui non de Ægypto, ſed de Maria panem vitæ quærit. Quos enim implet virginei ventri fructus, felices facit eſſe in ipſo vitæ exitu: in nulla enim vitæ via, non perueniunt feliciter ad finem. Quod ſpectans illa Prouerb. 8. ait: *Beatus, qui cuſtodit vias meas.*

Prou. 8. Et Eccleſiaſtici cap. 24. ait: *In me gratia omnis viæ.*

Eccle. 24. Vt enim in Maria eſt gratia, & felicitas omnis viæ: ſic, qui ab eius via non diſcedit, perueniet ſanè ad feliciſſimum finem. Vt dicat Richard. à Sancto Laurent. lib. 2 de laudibus Mariæ:

Rich. à S. Laur. *In me gratia omnis viæ, ſcilicet, quæ ducit ad vitam, id eſt ad Filium meum, qui eſt vita cuſtodientibus, & ambulantibus per has vias, oſtendit Maria ſeipſam hilariter exeuntibus de hoc mundo, & in omni prouidentia, quam ipſa dat ad conſeruandam animam aruerit illis, quaſi adiutrix fideliſſima.* Plane, qui pro ſe habet Mariam, fructûque eius adimpletur, & tutam tenebit viam, & felicem in ea finem.

§. III.

Cæleſtis Panis vel odor alas indit cultoribus ſuis, ne laſſentur in via.

DEcem Ioſephi fratres *ingreſſi ſunt terram Ægypti, cum alijs, qui pergebant ad emendum.* Sic Ægyptius panis faciebat, vt omnes pergerent, & laborioſam carperent viam pro illo habendo. Felicior eſt, quem trahit cæleſtis cibus: is enim alas indit ſuis cultoribus, ne laſſentur in via.

Apoc. 19. Apocal. 19. *Vidi alium Angelum ſtantem in Sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cæli: Venite, congregamini ad cœnam magni Dei, vt manducetis, &c.* Aues volantes per medium cælum vocat Angelus ad cœnam Dei, ad cæleſtem cibum. Ait Lucæ cap. 14. non aues, ſed homines dicuntur vocati: ait enim: *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.* Luc. 14.

Multi quidem homines, quorum alij vxores duxerant, alij iuga boum probabant, alij villas emerant, & negotia humana tractabant, dicuntur vocati. Et quando homines erant vocati ad cibum cæleſtem, cur dicuntur ab Angelo aues? Tanta, credo, erat vis diuini cibi, vt vel per ſolam vocationem ad illum, eas homines acciperent alas, quibus aues poſſint reputari. Ait enim Rup. lib. 11. in Apoc. *Aues ergo Apoſtoli ſunt, verbum per anticipationem, id eſt, non quòd tunc antea, ſed quòd per vocationem illam ſpiritualem, vt ſublimium cognitores myſteriorum effecti ſunt. Hæc aui volatilia, &c.* Rupert.

Equidem, qui antea inter reptilia poterant numerari, quando repebant humi, vt cibos Ægypti manducarent, nunc vbi ad cæleſtem cibum vocantur, de illa ipſa vocatione accipiunt alas, quibus volatilia reddantur. Hinc Saluatoris noſtri Matri dicebatur Cant. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici.* Cant. 7.

Maluit enim Saluator meus ab vtero ipſo repræſentari inſtar tritici grani, qui in aceruum coaleſcit multiplicatus. Et cur magis voluit oſtendi inſtar grani, & non potiùs perfecti iam panis? In granis oſtendebat, quam veniebat nutriendis auibus. Ait Richard. à ſancto Laurentio lib. 4. de laudib. Mariæ: *Comparatur venter eius aceruo tritici, Cant. 7. Triticum, quo paſcuntur aues, & homines.* Richard. à S. Laur.

Et lib. 5. ait: *Benè dicitur, ſicut aceruus tritici, quia conciuntur debent omni ſtudio trituram verbi Dei; quo paſci, & nutriri debet columba, id eſt fidelis anima.* Datur enim cæleſtis cibus pro paſcendis non humi repentibus, ſed auibus volantibus per cælum. Clamabat aliquando Dauid Pſal. 54. *Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ?* Pſal. 54.

Cui ego dixerim, ne medius ollas Ægypti: meditare granum illud tritici, quod ſatum fuit in vtero virgineo: & fallar, niſi ex tunc pennæ tibi naſcantur, & perpetuo volatu, ſicut columba, exurgas. Huc trahe dicta 1. tom. in Euang. lib. 4. cap. 8. § 17.

§ IV.

Incolarum præſtantia maximè extollit & regna, & prouincias, & familias.

NOn parum extollitur Ægyptus, quando dicitur: *Et Ioſeph erat Princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur.* Quippe hoc magnum habebat Ægyptus, quòd à tanto viro incoleretur; quòd eius & incola, & Princeps eſſet maximus ille Ioſeph, qui in ſumma rerum penuria ſic frumenta ſeruit mereri, vt Ægypto, & exteris ſufficerent. Planè non ſic omnia naturæ bona, vt tanti viri præſtantia, ornabat Ægyptum. Nunquam enim non maximè ornant, & regna, & familias præſtantes viri. Ait Dominus per Aggæum Prophetam cap. 2. *Et mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria.* Aggæi 2.

Græcè leguntur hæc: *Commouebo ſimul omnes gentes, & venient electa omnium gentium, & implebo domum iſtam gloria.* Dicitur domus implenda eſſe gloria: & quæ tanta eſſe poterit gloria, quæ domum Dei impleat? Ipſe oſtendit illis præmiſſis verbis, nimirum: *Venient electa omnium gentium.* Magna enim gloria eſt domus, vel familiæ, in qua lectiſſimi quique, & præſtantiſſimi inueniuntur. Vt dicat D. Cyrill. Alexand. ibi: *Fuerunt innumeri ex omni gente inſignes, & electi, qui crediderunt, & quaſi ſplendida quædam anathemata, ſeu donaria, in domum Dei congregati, & illi decus conciliantes, eámque glorioſam, & celebrem reddentes.* Cyril. Alex.

Non equidem domus, aut familia, aut prouincia, ſic ab auri, argentiue, aut diuitiarum aliarum, & pulchritudinum congerie extollitur, vt à præſtantia incolarum. Hinc Dominus lugentibus Iudæis propter paupertatem ſecundi templi à Zorobabele ædificati, dicit eodem cap. 2. Aggæi: *Meum eſt argentum, & meum eſt aurum.* Aggæi 2.

Quæ verba ſic exponit Cyrill. Alex. *At ſi dicant: Hoc inglorium fore exiſtimetis templum, quoniam auro & argento ſplendidiſque diuitijs fortaſſe carebit. Non indigeo his. Meum eſt enim argentum, & aurum omne. Poſſideo gemmas, at ſpectatores adornatores requiro. Horum fulgore templum meum inaurabo.* Cyril. Alex.

Expende hæc: *Horum fulgore templum meum inaurabo.* Non equidem ſic rutilant auro, & gemmis domus, familiæve, aut regna, vt rutilant præſtantia eorum, qui in eis ſunt.

§. V.

Quod ex voluntate libera bonum tuum habes, id in maxima æſtimatione Deo eſt.

ID maximè æſtimandum in Ioſepho erat, quod ait: *Ioſeph erat Princeps in terra Ægypti: atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur.* Vnius Ioſephi erat & pietij modus, & menſura tritici, quod vendebatur. Quidquid erat æquitatis, & iuſtitiæ, & miſericordiæ in diſtributione, & venditione, a Ioſephi & libera, & prudenti, & ſancta veniebat voluntate. Non triticum datum, ſed æqua diſtributio, pia menſura à Ioſeph prouiſa hominem faciebat apud Deum, & homines maximè æſtimabilem. Aggæus cap. 2. aiebat: *Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus omnipotens.* Et quantula hæc Deo gloriatio eſt, quòd habeat ſuum argentum, & aurum? Imò crediderim, id non ad gloriationem Dei pertinere, ſed ad deſpectum auri, quod minimè à Deo in hominibus æſtimatur, ſed id, quod in illis naſcitur ea ſancta voluntate. Vt dicat D. Cyrill. Alex. ibi: *Quemadmodum quando ſacrificia vetera abſoluit, dixit Pſal. 49. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Mea ſunt enim omnes beſtiæ agri, iumenta in montibus, & boues; ita etiam hic ornatum ex materia repudians, & quem meus aſpectus potiùs deſiderans; Meum eſt, inquit, argentum, & aurum. Hoc eſt, Sufficit & plenus ſum, & nullo horum opus habeo. Sit autem potius ornatus mens, quæ eſt fide recta prudens, virtutis ornamentis eximius, charitate in me ſplendidus, mundus corde, pauper ſpiritu, miſericors, & bonus.* Ex creatis omnibus etiam ea ſplendidiſſimis nihil æſtimabile eſt apud Deum, quàm id bonum, quod per voluntatem liberam creatura rationalis habet ſuum. Exod. 25. iuxta Septuag. lectionem dicit: *Sumite à vobis ipſis redemptionem Domino: omnis, qui conceperit corde, efferat initia Domino aurum, argentum, &c.* Notandum iis verbis illud eſt, quod aurum illud petatur, quod ſumendum eſt à nobis ipſis, ab intrinſeco corde: ſic enim ait Orig. homil. 13. in Exod. *Non vult Moyſes, vt aliquid offeras Deo, quod extra te eſt: A vobis ipſis, inquit, ſumite, &c.* Et meritò: id enim, quod à bona voluntate noſtra oritur, æſtimabiles nos facit apud Deum, & homines.

Aggæi 2.

Cyril. Alex.

Exod. 25.

Orig.

Geneſ. 42. Cúmque adoraſſent eum fratres ſui, & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur, interrogans eos: Vnde veniſtis? Qui reſponderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui neceſſaria. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt agnitus ab eis. Recordatúſque ſomniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis, *&c.*

§. VI.

Vbi Maria vel vmbra non eſt, ſumma eſt homini deſtitutio, ſummúmque diſcrimen.

DIcebantur paulò antè filij Iacob non ſoli veniſſe, ſed *cum aliis, qui pergebant ad emendum*; vel vt legit Oleaſter, *in medio venientium.* Nunc autem ſoli introducuntur apud Proregem, ſoli ſine vllo defenſore corripiuntur: ait enim Textus: *Cùm agnouiſſet eos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur.* & ſolos illos exploratores vocabat. Vnde iſtis tanta ſolitudo apud Principem? Vnde tanta durities Principis erga illos? Deſiderabatur inter eos Benjaminus, Rachelis filius, cuius deſiderium eos deſtitutos fauore fecit apud Principem, vt notat Salianus noſter in præſenti. Ne miremur, quòd vbi Rachelis filius non eſt; hoc eſt, vbi non inuenitur nec vnus filius Mariæ, in ſummam veniamus deſtitutionem, & in ſumma diſcrimina. A non nemine putatur Mariæ dictum illud Iſaiæ cap 60. *Gens, & regnum, quod non ſeruierit tibi peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur.* Circa quæ ait Richard. à Sancto Laurent. lib. 2. de laud. Mariæ: *Benè dicit, ſolitudine vaſtabuntur: quia deſtituta tanta Matris auxilio, per conſequens deſtituuntur auxilio Filij, & totius Curiæ cæleſtis.* Sic vbi Maria abeſt, omnimoda ſolitudo, & deſtitutio venit, diſparet totum auxilium, nec inuenitur, qui pro homine loquatur, adeò, vt quaſi neceſſum ſit, vt in vltimum diſcrimen veniat. Ex quo clamat D. Hildephonſus lib. de Virginit. Mariæ, cap 4. *Vnde iam veni mecum ad hanc Virginem, ne ſine hac properes ad gehennam. Veni, mi, condamur ſub velamine verecundiæ, ne in luxuriæ confuſione, ſicut diſpleida.* Nihil mali non venit, vbi vel vmbra Mariæ à nobis abſcedit.

Oleaſt.

Salian.

Iſaia 60.

Rich. à S. Laur.

Hildeph.

§. VII.

Vnus Deus facere poteſt, vt homines velint alicui ſubeſſe.

QVam anxiè detrectarant filij Iacob adorationem exhibere, hanc modò exhibent, & ſeſe ignoto fratri proſternunt. Dicit namque Textus: *Cúmque adoraſſent eum fratres ſui, &c.* Quod planè ab vno Deo peractum viſum eſt: nunquam enim patentior potentis Dei apparet prouidentia, quàm in eo, quòd alij in imis ſint, alij in ſublimibus, alij adorent, alij adorentur. Cùm de mundi conditione verba faceret Moyſes Geneſ. 1. ait: *Dixitq́; Deus: Fiat lux. & facta eſt lux. Dixitq́; Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei; luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas.* Circa quæ illud maximè ponderandum eſt, quod vbi dixit Deus, quòd lux fieret, ſolùm additum eſt: *Et facta eſt lux.* Vbi autem dixit, vt luminaria fierent, præterquam quod dicit: *Et factum eſt ita.* inſupérque additum illud eſt, *Fecitq́; Deus duo luminaria, &c.* Quando ergo poſt effectionem lucis imperio Dei, non additur, & fecit Deus lucem; cur poſt effectionem oſtenſam luminariorum ſimili Dei imperio, neceſſum fuit addere illud: *Fecitque Deus duo luminaria?* In effectione luminariorum fiebat aliud maius, & aliud minus, fiebántque ſtellæ longè minores, in ordine autem minoris, & maioris euidentiſſimè oſtendenda erat manus Dei: nequit enim fieri, niſi de eius poteſtate, quod aliqui in minoribus velint conſiſtere. At D. Athanaſ. orat. de Incarnatione, in princ. ait: *Videmus enim aliud Solem, aliud Lunam, aliud terram eſſe. Etiam humanis corporibus, aliud pedem, aliud manum, aliud caput exiſtere. Cæterùm iſtiuſmodi ordo documento eſt, non ſponte ſua res creatas prodiſſe; ſed cauſam efficientem præceſſiſſe, ex qua ipſi poſiterem, authorémque omnium Deum intelligas.* Docebant Epicurei, mundum non à Deo, ſed à ſe ipſo, & ſponte ſua prodiiſſe, & regi, & gubernari. Quos conficit Athanaſius ex oſtenſione creaturarum vel in ſummis, vel in imis conſtitutarum: ſi enim ſponte ſua prodiiſſent, nulla res in mundo vellet eſſe Sole minor: at, quia aliud eſt Sol, aliud Luna, aliud terra; & in corpore aliud eſt pes, aliud caput, neceſſe eſt, hunc ordinem ab omnipotenti Deo conſtitui. Si enim ſua ſponte res procederent, nulla in mundo vellet eſſe minor Sole, nulla inſtar terræ pedibus ſuccumberet: nulla in corpore vellet eſſe pes: ſed vniuerſa in capite amarent fulgere. Quod experiebatur Nazianzenus in ambitoribus dignitatum ſui temporis: ait enim in Apolog. de ſe ipſo: *At eorum me pudet, qui in ſanctiſſima myſteria ſeſe infernut. Qui etiam eos, quibus præiunt, numero iam ferè ſuperant. Itaque malo hoc, vnà cum tempore progreſſum, ne vices ac ipſe, ne bubeurri quidem mihi videntur, quibus pruſint, videlicet, docentibus, vaticinantibus.* Ecce tibi, vbi res non per Deum agebatur, ſed per humanos appetitus, vniuerſi cupiebantur eſſe capita, eſſe Magiſtri, & Principes, adeò vt nullus remaneret ſubditus. Neceſſaria eſt ergo Dei omnipotentis manus, vt aliquis maneat in infimis, & ſeſe potentiori ſubmittat.

Geneſ. 1.

Athanaſ.

Nazianz.

§. VIII.

Per quæ impij mala nituntur fugere, illa trahunt.

PLanè accidit filijs Iacob ipſum malum, quod verebantur, de quibus ait Textus: *Cúmque adoraſſent eum fratres*

fratres ſui, &c. Id maximè horruerant fratres, quòd ne accideret, non dubitarunt vendere fratrem. Et quia vendiderunt, nunc oſtenduntur illum adorare. Vt meritò dicat Theodor. ſerm. de Prouid. *Qui fratrem propter ſomnia vendiderant, ne ipſum aliquando, vt ſomniis prædictum* Theodor. *erat, adorarent, venditione ſua adorationem promouerunt. Venditus enim ſeruiuit. Hinc Regi notus fit*, &c. Fratris venditionem excogitarunt, ne illum adorarent, & illa ipſa venditio cauſa facta eſt, quæ illos ad adorationem præſtandam traxit. Sic impij per ea ipſa ad depellendum malum excogitata, & vocant, & trahunt ad ſe malum ipſum Iudæi, ne Ieſum à morte liberum dimitterent, di-
Ioan. 11. cebant Ioan. c. 11. *Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem.* Elegerunt itaque non dimittere ſed occidere Ieſum, ne in eum omnes crederent, & venirent Romani, & tollerent locum eorum, & gentem. Et eo ipſo, quod non dimiſerunt, ſed occiderunt, illis omnia mala illa venerunt. Circa quæ ait Orig. *Quia Dominus diſſipat conſilia gentium, & reprobat co-*
O.ig. *gitationes populorum, nec eum illi dimiſerunt, & Deus illum excitauit, & reliquit & gentes omnes eis erueruut, & Romani cùm veniſſent, in locum ſuum ſtripuerunt.* Sic impij per ea, quibus fugiunt, mala, magis illa accerſunt. Quo traho di-
Sap. 1. ctum Sapientiæ cap. 1. nimirum *impij manibus, & verbis accerſierunt illam*, nempe, mortem. Et quando nemo eſt, qui mortem non fugiat, qualiter impij illam accerſunt manibus? Quippe per illa ipſa opera excogitata ad eſſugiendum, magis trahunt mala. Vt dicat D. Chryſoſt.
Chryſoſt. homil. 38 in cap. 1. ad Corinth. 1. *Vides, ... nihil ſit eo ... magis imbecillum vides, ... ſuis ipſius alis implicatur.* Alludit Sanctus ad Prouerbium profanum, ſumptum de apologo aquilæ. Cum enim aquila venatorum ſagittas fugeret, tandem ſagitta iam fixa, agnouit in ſagitta plumas de ſuis pennis dilapſas, & dolens ait: *Noſtris pennis implicamur.* Sic impij, ſic eriones vniuerſi per illa ipſa, quæ ad effugiendum excogitarunt, implicantur, & veniunt in ea,
3. Reg. 22. quæ fugiunt mala. Per Michæam 3. Reg. 22. dictum eſt Achabo, vt periturus erat in prælio, quod & factum eſt. Et mirabar, quòd præmonitus de morte, non magis curaret illam vitare? Sed ait D. Iſidorus Peluſ. lib. 4. epiſt. 23.
Iſid. Pel. *Vehementer ſcribis te mirari, quo pacto Achab, quamuis prænuntiata ſua morte, tamen eam effugere non voluerit. Ego enim id minimè miror. Nec enim fieri poteſt, vt effugiant nefarij diuinam animaduerſionem. Hoc enim eorum animos fallens, qui ipſam fallere conabantur, efficit, vt volentes eam declinare, in ſua ipſorum retia, pro ea, qua moliuntur, incidant.* Sic effugij molimina adducunt impiis ipſam ruinam.

§. IX.

Mala proximè illata, ſi patienter ſuſtineantur, ſolent illis felicitatem parere.

DE illis quondam inſidiatoribus, & venditoribus locutus Textus ait: *Cùmque adoraſſent eum fratres ſui, & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur*, &c. Ecce tibi fratres humi repentes adorant, & Ioſeph è ſublimi adoratur. Eóne deuenêre antiquæ illæ iniuriæ? Planè mala hic patienter tolerata non ſemel has felicitates pa-
Chryſoſt. riunt. Ait D. Chryſoſt. homil. 9. in Lucam *Scire potes inſidias in bonum finem exituras, tantùm ſi fortiter feras quæ accidunt. Ecce hinc Iuuor regnum peperit, atque illi ipſi, qui adſtruebant inſidias, auxiliantes promouerunt ad imperij magnitudinem. Et ei quidem, cui ſtructæ fuerant inſidiæ, regnum adeptus eſt, ij verò, qui ſtruxerant, ſeruierunt. Adorabatur ille, hi adorabant.* Huiuſmodi ſunt, quæ à malis proximo illatis parturiuntur: adeò enim frequenter de illis bona naſcuntur, vt in malis viſis iam poſſint præuideri bona naſcitura. Geneſ. 37. videntes filij Iacob fratrem ſuum Ioſeph accedentem, ſic inter ſe dicere cœperunt: *Ecce ſomniator venit: venite, occidamus eum, & mittamus in ci-*
Geneſ. 37. *ſternam veterem: & tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua.* Somnia oſtenderant regnum euenturum Ioſepho, fratres autem illum in mortem trahere volebant. Et ad quid illum conabatur occidere? Ipſi dicunt, nimirum: *Tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua.* quaſi in nullo magis apparere iam poſſint profectus per ſomnia indicati, niſi in ipſis anguſtiis mortis. Ad hæc dicebat D. Chryſoſt. vbi ſupra: *Vide, quomodo, & imprudentes vaticinantur: Venite, inquiunt, occidamus eum & videamus, quid ſint illius ſomnia. Etenim niſi in ſtruxiſſent inſidias, niſi dolos* Chryſoſt.
texuiſſent, & imprudens illud conſilium concinnaſſent, atquaquam cognouiſſent vim illorum ſomniorum. Itaque quoniam vendiderunt eum, ob hoc maximè intellexerunt illius ſomnia. Quippe vt magnalia in ſomniis de Ioſeph oſtenſa perciperent, ad mala illi inferenda currebant fratres, quæ niſi inferrent, non perciperent illa magnalia. In nullo enim, vt in malis illatis patienter toleratis, proximi felicitas apertiùs monſtratur.

§. X.

Inſtar ſomniorum ſunt omnia mundi negotia.

CVm fratres humi procumbentes adorant, & Ioſeph adoratur, ait Textus de Ioſeph: *Recordatus eſt ſomniorum, quæ aliquando viderat.* Multa nouerat per fratres facta, multa ab illis perpeſſus fuerat; & tamen nullius rei dicitur recordatus, niſi ſomniorum. Cur non magis recordatus iniuriarum? Cur aliis poſthabitis ſomnia illa recordatus? Omnia illa, quæ circa ſe videbat, nimirum, dignitatem aulicam, thronum, tribunal, ſtatum delectionem, proxima putabat ſomniis, & ideò hæc citiùs memoriam iniecerunt ſomniorum. Quid magis ſomniis proximum, quàm Aulæ promotiones, & delectiones? Accipite D. Greg. Nazianzenum carmine 9. de ſe ipſo ſanè:

Nec verò laudes hominum, famámque caducam
A petij, nec Cæſarea ſublimis in aula
Inſignis ſtetere gradu, iudéxque forenſi
Splendidus in ſolio reſidere & corpore maius Nazianz.
Ferre ſupercilium, ac latas pellere per vrbes
Imperia, & reliquos percellere robore ciues,
Somnia vana ſequens, quæ nunquam firma ſubinde,
Nunc hos, nunc alios adeunt, pariterque recedunt.

Quid ſublimius? Quid verius? Et aulicæ dignitates, & throni, & tribunalia, & vniuerſa mundi magnalia, ſomnia vana ſunt, & adeò vana, vt nuſquam firma videantur; ſed ad hos, & ad alios facilè aduolant; dúmque ad hos perueniunt, ab aliis recedunt. Huc trahe dicta tom. 4. de Chriſto figurato lib. 8. cap. 5. § 9. & alibi.

§. XI.

Præſtantiſſimum iuſtitiæ opus, quòd nec in fratribus tegat, ſed mordeat delicta.

TOta iſta Ioſephi ſeueritas aduersùs ſolos hos decem fratres, inde nata eſt, quòd agnouit Ioſeph eſſe fratres ſuos: ſic enim in Textu habes: *Fratres ipſe cognoſcens, non eſt agnitus ab eis. Recordatúſque ſomniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis.* &c. Itaque, vbi inter multos alios cognouit hos decem eſſe fratres ſuos, aduersùs ſolos illos ſeueritatem expromit, illóſque exploratorum vocabulo affligit. Et cur agnoſcens fratres, illos maluit ſeueriùs affligere? Agebat iam perſonam ſupremi Iudicis Ieſu, cuius opus iuſtitiæ illud eſt, quòd nec in fratribus tegat, ſed puniat delicta. Quando ergo ille notat fratrum delicta, non priùs ad ſanguinis coniunctionem voluit reſpicere, quàm ad eorum facinus, quod amabat punire. Ait Rupert. lib. 9. in Gen. cap. 3. *In agnoſcendis fratribus imaginem retinet Ioſeph manſueti, & veri Filij Dei, cui dicitur per Dauid: Intende, proſperè procede, & regna, propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. Iuſtitia namque, & idonea ſeueritatis fuit, quòd peccatores tandem flagellat, & corripit verberum ſuorum ſtimulis*, &c. Rupert.
Et fratres agnoſcit, & imaginem Ieſu tenet, cuius thronus, & regnum veritate, & manſuetudine, & iuſtitia conſtat, & ſtabilitur. Ideò iuſtitiam ſpectans etiam inter agnoſcendos fratres, carnis coniunctionem diſſimulat paulisper, dum eorum punit nota ſibi delicta. Notum fuit facinus Benjaminitarum, qui incolebant ciuitatem Gabaa. Hi Iudicum cap. 19. vxorem Leuitæ conſtuprarunt, & occiderunt. Et ecce tibi cæteri Iſraelitæ rei atrocitate commoti in Benjaminitas inſurgunt: & tandem poſtremo certamine cap. 20. *Interfecerunt ex eis in illa die viginti-* Iudic. 19.
quinque millia, & centum viros, &c. Peccarint Benjamitæ & 20.
in

in fœminam; ſed & fratres erant cæterarum Tribuum. Cur Iſrael non magis abſtinuit à tanta ſtrage fratrum ſuorum? Meritò vbi tam nefarium facinus in fratribus videbant, obliuiſcebantur ſanguinis coniunctionem, donec illud punirent. Ait D. Athanaſ. in epiſt. ad vbique Orthodoxos: *Concitatæ igitur ſunt vniuerſæ Tribus Iſrael, omneſque, quaſi ſinguli id peculiariter paſſi eſſent, in vnum coiere.* Athanaſ. *In ſummam debellati ſunt, qui hoc ſcelus perpetrauerant: non enim ad gentem coniunctionem, qui in bellum coiere, ſed ad facinus reſpexere.* Etſi fratres nouerant, dum in fratribus tantum nefas videbatur, dum ad puniendum nefas illud reſpiciunt, ſanctiſſimè, & iuſtiſſimè voluerunt obliuiſci fratrum.

§. XII.

Præclaris viris potior ſemper eſt affinitas virtutis, quàm ſanguinis.

AGnoſcebat Ioſeph fratres, & eos duriùs quaſi alienos tractabat: dicit enim Text. *Fratres ipſe cognoſcens, non eſt agnitus ab eis. Recordatúſque ſomniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis, &c.* Et paulo antè dixerat: *Cùm agnouiſſet eos, quaſi ad alienos duriùs loquebatur.* Cur non magis adgaudet notis ſibi fratribus? Cur duriùs illos, quam cæteros tractat, & magis ſe ab illis alienat? Suſpicabatur in illis adhuc peccatum antiquum durare, a quo illos anteà illa ſeueritate abducere conatur. Habens hoc de ſpiritu Chriſtiano, quòd pluris faceret virtutis propinquitatem, & affinitatis, quàm ſanguinis. Vt dicat Ruper. lib. 9. in Geneſ. cap. 3. verbis aliò datis: *In agnoſcendis fratribus imaginem retinet Ioſeph manſueti, & veri filij Dei.* Et quando agnoſcens fratres, illos, vt à ſe alienus tractat, vnde in eo imaginem Filij Dei retinet? Planè verus Filius Dei hoc habuit propriiſſimum, imò & hoc docuit, nimirum, non ſic æſtimandos, aut agnoſcendos propinquos ſanguinis, vt propinquos virtutis. Hinc Matth. 12. dicebat Dominus: *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in Diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris, &c.* An his verbis negabat Ieſus Matrem carnalem, & fratres carnales? Abſit: imò quia & matrem carnalem, & fratres carnales nouerat, oſtendebat, quàm ſibi charior eſſet virtutum affinitas, quam ſanguinis. Quo ſpectans Tertul. lib. 4. contra Marc. cap. 19. ait: Tranſtulit ſanguinis nomina in alios, quos magis proximos pro fide iudicaret. Nemo autem transfert quid, niſi ab eo, qui habet id, quod transfert. Si ergo matrem, & fratres eos fecit, qui non erant, quomodo negauit eos, qui erant? Meritorum, ſcilicet, conditione, non ex proximorum negatione, in ſemetipſo docens, qui patrem, aut matrem præponeret Verbo Dei, non eſſe dignum Diſcipulum. *Cæterùm ex hoc magis Matrem, & fratres confitebatur, quòd illos nolebat agnoſcere; quòd alios adoptabat, confirmabat, quos ex offenſa negabat, quibus non vt veriores ſubſtituit, ſed vt digniores. Denique nihil magnum, ſi fidem ſanguini præpoſuit, quem non habebat.* Non negabat ſibi eſſe Matrem, & carnales fratres; ſed oſtendebat, qualis in illis, & aliis affinitas potior eſſet, nimirum, virtutis affinitas. Et expendenda illa ſunt: *Nihil magnum, ſi fidem ſanguini præpoſuit, quem non habebat.* Si enim non habens ſanguinis cognatus, potiorem dixerit virtutis cognationem, nihil magnum præſtaret. At habens, & agnoſcens carnales fratres, dum pluris æſtimat virtutis cognatos, & affines, id magnum eſt. Quòd ſi adhuc duriora, & in alienos potiùs dicta videantur tibi illa verba: *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?* addit ipſe Tertul. *Supereſt inſpicere ſenſum non ſimpliciter pronunciantis. Quæ mihi mater, aut fratres? Quaſi ad geneſis, & natiuitatis negationem; ſed & ex cauſa neceſſitate. Tam proximas enim perſonas foris ſtare, extraneis intùs defixis ad ſermones eius, ampliùs & auocare eum à ſolemni opere quærentes, meritò indignatus eſt, non tam abnegauit, quàm abdicauit. Atque adeò cùm præmiſiſſet: Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? ſubiungens, niſi qui audit verba mea, & facit ea; tranſtulit ſanguinis nomina in alios, quos magis proximos pro fide iudicaret.* Etſi carnales eſſent propinqui, qui oſtendebantur auocantes Ieſum ab opere diuino, inde illos, quaſi alienos a ſe abdicabat, oſtendens ſibi ſemper pluris fieri cognationem, quæ a virtutum ſimilitudine naſcitur. Ne miremur, quòd & Ioſeph imaginem referens Ieſu, fratres quaſi alienos tractet, dum illos in antiquo eſſe peccato ſuſpicatur.

Rupert. — Matth. 12. — Tertull. — Tertull.

§. XIII.

Frater indiuiduus tibi comes ſit.

DIcebant illi ad Ioſeph: *Duodecim ſerui tui fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanaan, minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper.* Et quando credebant alium fratrem non ſupereſſe, cur dicunt, *Duodecim ſerui tui fratres ſumus?* Si vnus iam de numero defuerat, cur non dicunt, duodecim fuimus, ſed adhuc maluit dicere, duodecim ſumus? Iam aliquo modo vexatione ſapiebant, & charitatis fraternæ guſtum aliqualem capiebant: ſic enim afficiebantur ad Ioſeph, quaſi illum ſibi præſentem haberent, & ſecum ille numerari poſſet. Petit hoc fraterna charitas, vt fratrem ſemper præſentem habeas, nec te ab illo valeas vnquam diuellere. Poſt occiſum ſanctiſſimum Abelem à Caino, dicebat Dominus Caino Gen. 5. *Vbi eſt Abel frater tuus?* Et cur quærit Deus de Abele, quem ſciebat interfectum? Nónne eius mortem viderat? Nonne vocem eius ſanguinis audierat? Omnia nouerat, & videbat Dominus, ſed ideò interrogat ex Caino, vbi ſit frater eius, vt oſtenderet, quam frater fratri indiuiduus debebat eſſe. Ait D. Epiphan. in Anchorato: *Dixit Deus. Vbi eſt Abel frater tuus? Quoniam quem oportebat te ſemper in vlnis ferre, & ipſi ſemper ſeruire, hic à te in terra proſtratus eſt.* Quippe hoc petit lex charitatis fraternæ, quòd frater fratri ſemper indiuiduus ſit, nunquámque ab illo ſeparetur. Matth. 12. dicit quidam ad Ieſum: *Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te. At ipſe reſpondens dicenti ſibi ait: Quæ eſt mater mea, & qui fratres mei?* Quaſi fratres abdicaret, qui foris ſtarent, & non ſibi adhærentes eſſent. Vt dicat Tertul. lib. 4. in Marc. cap. 19. *Tam proximas enim perſonas foris ſtare, extraneis intus defixis ad ſermones eius, meritò indignatus eſt, non tam abnegauit, quàm abdicauit.* Abdicauit a fraternitatis iure illos fratres, qui fratri non intimè adhæreſcebant.

Geneſ. 5. — Epiphan. — Matth. 12. — Tertull.

§. XIV.

Vbi facinus aliquod certum eſt, infirma eſt de aliis innocentia ad euitandam pœnam.

VIdebant iſti fratres ſe aſpertimè a Prorege tractari, & exploratores vocari, pro cuius criminis defenſione frigidiſſimas allegant excuſationes: aiunt enim: *Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus; nec quicquam famuli tui machinantur mali.* Hæc contenti dicere, nihil efficacius pro innocentia ſua proponunt. Et cur non ſe ardentiùs defendunt? Cur efficaciores rationes pro ſe non proponunt? Cur è commilitonibus teſtes non adhibent? Quando iam fratricidij reatu ſe teneri ſuſpicantur, non multùm curant innocentiam ſuam in aliis manifeſtare: ſciebant enim innocentiam in aliis nullam eſſe defenſionem, vbi certum eſt peccatum, pro quo pœnæ dantur. Achan conuictus per ſortes de furto ait Ioſue cap. 10. *Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael, & ſic, & ſic feci: vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valde bonum, &c.* Sic coram Principe fatetur furtū, & peccatum ſuum, nec vllam excuſationem, aut defenſionem prætendit. Cur nō magis opera alia egregiè nauata proponit? Cur non proclamat, quam ab aliis facinoribus alienus fuerit? Cur non adducit res à ſe benè geſtas? Vbi ſe furti conuictum videt, parum duxit, quod in aliis bonus fuerit, vt a ſe pœnam auerteret. Ait D. Athanaſ. orat. 1. in Arrian. Nullus, vbi de adulterio poſtulatus eſt, de furto ſe excuſat: neque ſi quis cædem imputet, reū paritur reſpondere, ſe non ſolùm non peierasse, ſed etiam in depoſito fidelem extitiſſe. Id enim ludibrium potiùs quàm purgatio criminis, aut certum rei documentum fuerit. Quid enim cædes ad depoſitum? Aut quid adulterium ad furtum? Nam, tametſi ſcelera a ſe inuicem dependeant, ex corde prodeunt, attamen ad diluendum facinus, nullam inter ſe communionem habent. *... egitur, vt in ... ſu Naue ... ſcriptum eſt, furti accerſitus non ... tamen belli fortitudinem protulit, ... de crimine*

Ioſue 10. — Athanaſ.

mine an omnium lapidatus eſt. Quando ſe Achan de [illegible] crimi[illegible] o[illegible] ctum vidit, [illegible] tanti [illegible] minis ſui [illegible] pœnas [illegible] as vires pro excuſatione, & deſenſione p[illegible] d[illegible]. Multa etiam fecerat Saul pro Iſraele [illegible] ta ido gratiſſima Deo: verum vbi primùm offendit, ſeq[illegible] à Propheta reprehendi ſe[illegible], ſo[illegible] ait 1 Reg. 15. *Peccaui, quia preuaricatus ſum [illegible] nem Domini* nec in defenſionem [illegible] uait res à ſe [illegible] tas. Circa quæ ait D. Athan. *Supra Saulis quoque de [illegible] iuria, mandatique præuaricatione, in reparatione [illegible] profu[illegible], quod alia cauſificaretur: non enim alterius criminis purgatio in alio ſcelere documentum innocentiæ ſuppeditat.* Q[illegible] d [illegible] ni [illegible] lus bonus ſis, non impedit, quod admiſſi certi criminis des pœnas.

1 Reg. 15.

Athanaſ.

§. XV.

Nomen adductum in iuramentis non neceſſariis, viliſſimum apud nos oſtendimus.

AVdio Ioſephum, bis in præſenti iurantem, *Per ſalutem Pharaonis* [illegible] quæ iuramenta non ſolum à periurij macula, ſed etiam à macula iuramenti non neceſſarij defendit Auguſt[illegible] [illegible] Ego Auguſtino, & cæteris omnibus catholicis Expoſitoribus [illegible] id peruiria [illegible] on fuerint iuramenta [illegible] At, quod fuerint neceſſaria, [illegible] de probe [illegible] neceſſitate ſic [illegible] quitur D. Aug. qu[illegible] in Genel. *Quid eſt, quòd [illegible] Ioſeph, vir tam ſap[illegible] [illegible] olum homi[illegible] num teſtimonio, inter quos [illegible] ba[illegible] ed ipſa etiam Scriptura teſte laudetur, ita iurat per ſalutem Pharaonis, non exiturus de Ægypto fratrem [illegible], niſi [illegible] frater eorum minimus veniret? An etiam bono & fideli [illegible] ſalus Pharaonis, cui fidem ſeruabat [illegible] [illegible] c Auguſtinus ſalutem Pharaonis adductam in iuramento non neceſſario, putat vilem debere eſſe apud iurantem. Nec credendum eſſe de viro ſancto, pio, & grato erga benefactorem ſuum, quòd vilem haberet ſalutem eius [illegible] ſigniſſimi etiam hominis eſſet, & quauis pœna digni, qui tanti Regis nomen, & ſalutem, à quo exaltatus in regni conſortium fuerat, vilem apud ſe oſtenderet, illam ad [illegible] non neceſſario iuramento. Vt videant, quanto ſe piaculo deuoueant, qui nomen Dei paſſim [illegible] cunt in iuramentis minimè neceſſariis; ſed vanis, & ſuperfluis. Cauebat Dominus Matth. 5. *Ego autem dico vobis non iurare omnino.* Quibus verbis quamlibet iuramenti formam, ſiue per Deum, ſiue per cælum, ſiue per Regem vetat. Nec mirum: nunquam enim Deum in iuramento abſque neceſſitate prolato adducimus, quin eum apud nos oſtendamus maximè vileſcere. Quò ſpectans D. Athanaſ. [illegible] de Paſſi[illegible] ne, circa principium, ait: *Cur tantùm impietatis ſuſcepimus, vt propter homuncionis, cóſque mortales, Deum [illegible] ſ[illegible] eſt, in teſtem vocemus? Nam ſi Regem terræ [illegible] ſima tribunalia in teſtem vocare noſ[illegible] [illegible], [illegible] & [illegible] & Iudicibus cur ea [illegible] ad creatorem [illegible] & [illegible] cum ab hominibus [illegible] Apage, id [illegible] ſup[illegible] au[illegible] & audaciam.* Expende illa [illegible] *Deum ob omnibus [illegible]* quippe Deum hinc neceſſitate [illegible] ductum, & vileſcere apud omnes, & [illegible] quod nefariſſimum eſt, & quolibet ſupplicio expiandum.

Matth. 5.

Athan.

Auguſt.

§. XVI.

Per vnitatem fraternam habent homines triumphare de malis.

NOn ſolùm Ioſephi verba fuerunt, ſed & opera, quando [illegible] d [illegible] co[illegible] ſcitur: *Tradidit eos in cuſtodia tribus diebus.* Ex [illegible] tur: *Et congregauit eos ad cuſtodiam* Chaldæus autem ponit: *Collegit eos ad cuſtodiam.* In quo aliqu[illegible] em notat Salmanus noſter Ioſephi lenitatem, quòd omnes in vnum [illegible] cun[illegible] em [illegible] adunauit carcerem, vt mutu[illegible] conſolarentur, & per fraternam vnitatem de aduer[illegible] tate illa triumpharent. Qui enim fratres inter ſe iuncti non [illegible] de malis? Machabæor. lib. 2. cap. [illegible] dicitur [illegible] *Contigit autem, ſeptem fratres vnà cum matre ſua apprehenſos compelli à Rege edere contra fas porcinas carnes* &c. [illegible] toriæ primum ſignum, quòd ſimul ſeptem fratres appre[illegible] debantur, & in pœnam ligabantur. De qui[illegible] locutus D. Ambroſ. lib. 1. Officiorum, cap. 41. ait [illegible] *inuicta ſeptem puerorum cohors regiis cincta legionibus, defecerunt [illegible] ſuppl[illegible], ceſſerunt tortores, non defecerunt*

2. Mach. 7.

Ambroſ.

Martyres. Sic inter ſe collecti, & adunati, quaſi cohors impenetrabilis, de omni malo triumphabant. Similiter tres alij pueri Hebræi coniecti ſunt à Nabuchodonoſor in ardentem fornacem [illegible]. *Et nihil corruptionis eſt in eis.* Et vnde carnei iuuenes de incendio triumpharunt? Ait D. Zeno lib. 1. ſer. 32. *Tribus in pueris fides puncto non temeri, imm[illegible] cam [illegible] ignis [illegible] detulit, [illegible] virtutis eſſe [illegible].* Vt vniti in virtute ad igneos acceſſerunt, flammas vicere. Crede nihil: dum fratrum vnio non frangatur, à malis ipſis tenetur. Vnde Ieſus meus accedens ad ſtadium paſſionis, quam deſiderauerat, ait Matth. 26. *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Et cur in limine Paſſionis triſtabatur, quam tam anxie concupierat? Ait D. Auguſt. hom. 2. de Paſſ. *Anima triſtis erat non pro ſua Paſſione, ſed pro noſtra diſperſione.* Vt nouerat diſpergendos, diuidendóſque ſuos Diſcipulos eſſe, quod non timebat, ab ſcandalo Paſſionis, verebatur quoad nos, à diſperſione, & diuiſione eorum, qui ſi vniti permanerent, omnia ſuperaſſent diſcrimina. Hinc extollit D. Athanaſius Conſtantij Imperatoris immaniſſimam tyrannidem, dum Sanctos, quos in exilium mittebat, ab inuicem diuidebat: ait enim epiſt. ad ſolitarios: *Conſtantius exilio vrente ſingulos à ſe inuicem diſtrahit, quod & in [illegible] prius fecerat. Quam formam in exilio obſeruauit, vt ſe in ſuppliciis immaniorem ſuperioribus tyrannis, & perſecutoribus oſtenderet. Nã in ſuperiore perſecutione multos Confeſſores in commune exilium ire Maximianus iuſſit, & ſupplicium leuius fecit mutua præſentia conſolatione. Hic autem illo crudelior, eos qui ſimul liberè loqui erant, & confeſſores ſeparauerant, vnaq; fide copulati erant, ne vel in morte mutuo aſpectu fruerentur, à ſe inuicem diuulſit, arbitratus corporum ſeparationem omnis etiam animorum affectus diſtinere, aut ipſos loco disiunctos [illegible] mutua vnanimitatis obliuiſci.* Hinc ſpectabat immanior Conſtantij ferocia, vt fidelium vnanimitaté frangeret, quò crederat ſuperandos à ſuppliciis.

Daniel. 3.

Zeno.

Matth. 26.

Auguſt.

Athan.

Geneſ. 42. Die verò tertia eductis de carcere ait: Facite, quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta, quæ emiſtis, in domos veſtras, & fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſitis veſtros probare ſermones, & non moriamini. Fecerunt, vt dixerat, & locuti ſunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius.

§. XVII.

A peccatorum vinculis quamprimùm procurandum eſt exire.

TRibus diebus detinuit Ioſeph in carceris vinculis fratres ſuos: die vero tertia eductos illos oſtendit, iuxta illud. *Die verò tertia eductis de carcere ait,* &c. Non dixit: Die vero tertia eduxit illos, ſed, *Die verò tertia eductis ait.* Apparuerunt enim tertia die iam educti è vinculis: eductio autem illorum iam à prima die, imò à primo vinculorum inſtanti diſponebatur. Vt diſcamus nos, nó morari in peccatorum vinculis vna die, quin inde curemus exire. Vbi enim in peccatú deciderimus, ſtatim poſt peccatum peractum totis viribus procurandum exire ab illo. Aiebat Dominus Ioan. 2. *Soluite templú hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Expende illa: *In tribus diebus excitabo.* non ait, poſt tres dies excitabo illud, ſed tribus diebus, quaſi totú trium dierú ſpatiú requirat, ita vt à primi diei primo inſtanti poſt caſum, occœptum ſit, vt reparatio incipiat. Ait Orig. ibi: *Non enim ſcriptum eſt: Soluite templum hoc, & tertio die excitabo illud, ſed, tribus diebus. Excitatur enim primo, quo ſolutum eſt die, & ſecundo: tribus autem integris diebus completur excitatio.* Nulla admittitur mora in excitando Dei templo diruto: ſed, vbi dirutum eſt, ſtatim primo die, prima hora, primo inſtanti poſt dirutioné excitatio incipiat. Caue, ne vel paucis diebus in peccato maneas, ſi velis ab illo excitari. Excitaturo Lazarum Domino obſtabat Martha dicens Ioan. cap. 11. *Iam fœtet, quatriduanus eſt.* Et quid, quòd eſſet quatriduanus, ad hoc vt ſuſcitaretur? Cre-

Ioan. 2.

Orig.

Ioan. 11.

debat fœmina impoſſibilem excitationem hominis, quatuor diebus exiſtentis in malo: nulla, ei excitaretur, diligentia peracta. Circa quod ait D. Chryſ. hom. 61. in Ioan.
Chryſoſt. *Conſidera ergo, quid hæc dicat, tanquàm iam impoſſibile eſſet. Erat enim admirabile, vt quatriduanum, & fœtidum mortuum ſuſcitaret* Ex quo pulchrè elicit Eric.
Eric. *Cum deſperatus aliquis à ſepulcro peccatorum eripitur, Dei potentia ab innumeris prædicatur.* Sic qui quatriduo in peccato cōſiſtit, confertur cum deſperato, vt eius excitatio nouum, & mirabile opus ſit diuinæ poteſtatis. Vnde monet Eccleſiaſticus cap. 5.
Eccli. 5. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. 22. in 2. ad Corinth. c. 10.
Chryſoſt. *Ne moreris conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: neſcis, quid pariat ventura dies. Periculum enim, & metus eſt in differendo, ſalus verò certa, & ſecura, ſi nulla fit dilatio.* Sic ille. Huc trahe dicta tom. 4. de Chriſto figur. lib. 8. cap. 34 §. 3.

§. XVIII.

Id maximè cordi eſt viris iuſtis, vt impleatur, quod ex Deo prædixerunt.

EXtractis à carcere fratribus ſtatim facit ex illis vnum iterum ligari dicens: *Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere vos autem abite,* &c. Et cur ſuauiſſimus vir in extraneos ſibi iniurius, adeò pertinax eſt in affligēdis fratribus? Cur illos ſic premit, & tanta opprimit poteſtate? His nitebatur, quæ à ſe in ſomniis fuerant prædicta, verificare, de ſuo imperio in fratres, de illorum ſubiectione. Etenim hoc maximè cordi etiam viris ſanctis, vt à ſe ex Deo pronunciata adimpleantur. De hac ſeueritate Ioſephi in fratres ſuos locutus Thomas Anglicus in præſenti
Th. Angl. ait: *Harum cauſa fuit, vt Beati Ioſeph ſomnia, & ſapientia, & ſuper fratres ſuos magnificentia, ab ipſo prædicta, & ab illis deriſa, & quantum in ipſis fuerat, extincta plenius magnificaretur in illis, & nō per illos: ob id fecit eos coram ſe inclinari, & contremiſcere, & pro libito incarcerari* Vt ſeueritate hac magis probabitur ſomnia Ioſephi, de fratrum ſubiectione, deque eius imperio, quod ab illo prædictum, ab iis quondam fuerat deriſum: ſic magis inſtabat Ioſeph eos humiliare, & ſub poteſtate ſua ſubiicere, vſque dum ligarentur, incarcerarentur pro eius libito. Nunquam non curant viri iuſti, vt prædictiones à ſe factæ ad amuſſim, & patentiſſimè adimpleantur. Hinc poſt miſericordiam Domini magnam factam Niniuitis ait Text. Ionæ cap. 4.
Ion. 3. *Afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt, & orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro, Domine numquid non hoc eſt verbum meum, cùm adhuc eſſem in terra mea?* Qualis eſt hæc afflictio Prophetæ in ſalute Niniuitarum? Saluantur Niniuitæ, & Ionas dolet, & affligitur, & iraſcitur. Vbi eſt, ò bone, proximi charitas, ſi in eius bonis doles? Vnde tibi tam durus affectus eſt in fratres, vt de illorū bonis affligaris? Prædixerat Ionas illis ruinam ex Deo, & nihil magis illi erat cordi, quàm quòd ſua prædictio adimpleretur, adeò vt vehementer doleret, quòd pro ruina illis adueniſſet ſalus. Rē tractans D. Athanaſ. orat. de Paſſ. Dom. ait:
Athanaſ. *Fugit igitur Ionas à tanquàm contradicens Numini: mœrebatq; non quòd illi ſalutares fuiſſet perditio Niniuitarū, ſed hoc ipſum ideò faciebat, quia Niniuitæ illi curæ eſſent. Timebat enim, ne vnum apud eos haberetur ut fide in poſterum careret propheticus ſermo, ideò, videlicet, in mœrore fuit.* Ideò mœrebat Propheta, quòd prædictio ſua non venerit ad effectum, & denunciatæ ruinæ ab ignorantibus nugæ haberentur: eſt enim viris ſanctis hoc in affectu, vt, quæ ex Deo dicunt, ſortiantur effectū: adeo vt ſi executio in eorum poteſtate eſſet, nec iota vnum diſſimularetur.

§. XIX.

In vno Deo omnia nobis bona parantur.

DIcebat Ioſeph fratribus ſuis: *Facite, quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo.* Ad certificationem incolumitatis promiſſæ poſt adductum Beniaminum, nihil aliud quàm Deum illis ob oculos propoſuit dicens: *Deum enim timeo.* Et quidem ſapientiſſimè: in eo enim, quòd illis vnum prouidebat Deum adſtantem, nihil illis commodum oſtendebat defuturum. Et vtinam vniuerſi hunc vnum Dei timorem, & proponerent, & negotiarentur ſuis alumnis: fallar, ſi quo alio magis eorum commodis prouideret. De Iob erga filios ſuos dicitur c. 1. *Conſurgens diluculò offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij*
Iob 1.
mei, & benedixerint Deo in corde ſuo. Hoc cauebat Iob in filius ſuis, ne à timore Dei deſeciſſent, & nullo magis illis commoda prouidebat, quàm ſi Deū illis redderet propitium. Nō enim offerebat ſacrificia pro incolumitate eorū temporali, non pro habendis diuitiis, aut principatibus ſed pro tollendo peccato, & habendo Deo, in quo vno omnia bona parabātur illis De quo ait pulchrè Olympiod. in Cat. Græca: *Pro filiis ſacrificium faciebat, peccatiſq; illos liberabat, atq; hac ratione in eorū prouidentia verſabatur. Non quēadmodum multorū ſermo eſt, Iob loquebatur Bona, ac facultates eis relinquam claritatem, ac gloriam tradam omnem principatū,*
Olymp.
& agros ſed quæ erat vox? Ne quid cogitauerint in corde ſuo mali. Quænam vtilitas, etiamſi illa omnia hic maneant? Scilicet, id, inquit, perficiam, vt eis propitius ſit Rex omnium ſic enim fiet, vt nihil eis deeſſe poſſit. Planè dū vnus Deus, & colendus, & timēdus nobis adſit, nihil deſiderabimus, omnia inde nobis bona ſuppeditabunt. Audiuit aliquando Iob omnia ſibi erepta fuiſſe bona, ſimúlque filios interēptos. Et quid ad hæc ille? Ait c. 1. *Corruens in terram adorauit, & dixit: Nudus*
Iob 1.
egreſſus ſum. &c. In Græco legitur explicatiùs: *Cadens in terram adorauit Dominum, & dixit Nudus,* &c Omnia illi erepta ſunt, ſed non ereptus ei Deus eſt, quem tenens adorabat, & quem vnum habens, nihil cætera æſtimabat. Vt dicat D. Aug. ſer. 105. de temp. *Nihil in domo remanſerat, omnia vno ictu perierunt, quibus opulentus paulò ante videbatur, ſubitò mendicus in ſterquilinio ſedet, à capite vſque ad pedes vermibus ſcaturiens. Quid iſta miſeria miſerius? Quid interiore felicitate felicius? Perdiderat omnia illa, quæ dederat Deus, ſed habebat ipſum, qui omnia dederat, Deum.* Etſi omnia abeant, dum vnus non abeat Deus, dum vnus Deus homini adſiſtat, omnia euenient feliciſſima.
Auguſt.

§. XX.

Timor Domini multis virtutibus conſtat, maximè obedientia Deo præſtanda.

DVm innoxij appareant, immunitas promittitur fratribus à Ioſepho, pro cuius promiſſi firmitate illud proponitur, nimirum: *Deum enim timeo.* In quo enim Dei timor eſt; etſi multæ aliæ virtutes ſimul ſint, ea maximè debet eſſe obedientia, quæ nullum Dei mandatum prætereat. Dicebat Pſalm. 33. *Venite, filij, audite me, timorem*
Pſal. 33.
Domini docebo vos. Et quando timor nos etiam inſcios corripit, cur neceſſum eſt, quòd doceamur timorem? Eſt timor Dei ſanctus, qui minimè corripit inſcios, ſed multo addiſcitur exercitio virtutum, præcipuè obedientia exhibita mandatis diuinis. Vt dicat D. Zeno in Pſalm. 127. *Diſcendus ergo timor eſt, quia docetur: non*
Zeno.
enim in terrore, ſed in ratione doctrinæ eſt. Neque ex trepidatione naturæ, ſed præceptorum obſeruantia, & operibus vitæ innocentis, & cognitione veritatis inuadus eſt. Ecce tibi, vnde comparatur timor Domini ſanctus, non quidem ex trepidatione naturæ; ſed ex præceptorum obſeruantia, ex operibus innocentis vitæ, ex cognitione veritatis. Quò
Pſal. 127.
ſpectans Pſalm. 127. ait: *Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.* Non enim eſt timor bonus, qui minimè nos facit in viis Dei ambulare. Et vaniſſimè dicit quis, ſe Deum timere, cùm non paret mandatis eius. Dicit D. Hilarius ibi: *Oſtendit, non ex trepidatione*
Hilar.
noſtra, quia hic timoris author eſt in terra, neque ex terrore eius, qui terribilis ſit, beatos eſſe, qui timeant, ſed ex eo, quòd in viis Dei incedant. Cæterùm, ſi quis timeat, atque pareat, erit quidem timere ex trepidatione naturæ, non erit beatus ex timoris officio Equidem timor Dei bonus, & ſanctus inde noſcitur, ſi virtutibus inſiſtat, ſi præceptis Dei obediat. Ne miremur, quòd talis timor ſine multo labore non inueniri queat. Prouerb. 2. ait: *Si enim ſapientiam*
Prou. 2.
inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, ſi quæſieris eam, quaſi pecuniam, & quaſi theſauros effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini. Quæ ſic leguntur: [illegible] enone in Pſ. 127. *Si*
Zeno.
enim ſapientiam inuoces, & intenderis des vocem tuam, & exquiſieris eam, tanquàm argentum, & tanquam theſauros inueſtiges eam, tunc intelliges timorem Domini. Circa quæ D. Hilar. in eund. Pſ. 127. *Videmus, quantis gradibus vſque ad timorem Domini ventum ſit. Ante enim inuocanda ſapientia eſt, & omnis*
Hilar.

legendi officium intellectus eſt deputandum, & exquirenda, et perueſtiganda eſt ſapientia, & tunc timor Domini eſt intelligendus. Nec miror, quòd ex tot diligentiis timor Dei naſcatur, quando qui illum habet, ſic debet diuinis inhærere mandatis.

§. XXI.

Timor intellectum aperit, vt videat veritatem, & illam confiteatur.

INtereà fratres ad inuicem dicebant: *Meritò hæc patimur: quia peccauimus in fratrem noſtrum*, &c. Duriùs in principio tractati fuerant, & vniuerſi in carcere coniecti, & nihil tale dixerunt, nec confeſſi ſunt. Modò blandiùs tractantur, & vnus tantùm retinetur; cæteri autem omnes cum frumento permiſſi ſunt abire in domos ſuas, tantùm iubentur iterum in Ægyptum redire cum Benjamino fratre, promiſſa eis omnimoda incolumitate. Et inter hæc clamant: *Meritò hæc patimur; quia peccauimus in fratrem.* Cur modo inter tot blanda veniunt in cognitionem, & confeſſionem priſtini peccati, quod antè vel in diutinis conſtituti non meminerant? Nónne modò leniùs tractabantur? Nónne blandiorem experiebantur Iudicis manum? Crediderim modò non illis eſſe dolorem de præſenti anguſtia, ſed metum de futuris in eis ortum fuiſſe maximum. Vt enim cœperunt obligari ad reditum cum Benjamin fratre, etiam illos tenuit metus de pœna patris, & de difficultate in remittendo fratre, & poſt remiſſum, de ſiniſtris ſuſpicionibus Iudicis, an noua alia vellet excogitare. Nec præcedens duritie ſic homines afficit, vt hic timor de futuris malis, qui ſolus valuit eos anguſtiatos impellere in cognitionem, & confeſſionem priſtini peccati. Ait D. Ber. ſerm. 6. in Pſal. *Qui habitat*, &c. *Qui tentantur, multò magis timore futuræ pœnæ, quàm præſenti dolore læduntur. Cominus eſt timor iſte, ſed vt examinet, non extricet, ſicut ſcriptum eſt: Quia terrore purgabuntur. Nocturnus planè, & tenebroſus timor; ſed facilè hunc radius veritatis exuperat: ingerit enim oculis cordis nunc quidè peccatum, quæ fecimus; nunc verò æterna ſupplicia, nunc quoque cæleſtia præmia*, &c. Quid pulchrius? Non ſic præſens pœna exagitat homines, vt timor futuræ. Hic timor eſt, qui hominem in examen adducit, qui, etſi tenebras videatur mentibus humanis infundere, tamen radius veritatis aperit viam. Inde cognitio peccati, & confeſſio illius exurgit, inde cæleſtium veritatum lumen affulget. Deſcendente Angelo ad ſepulcrum Domini Matth. 28. *Exterriti ſunt cuſtodes.* & ait Angelus ad ſanctas fœminas, quæ ibi ſtabant: *Nolite timere vos* quaſi diceret: Vos ne timeatis: timeant milites. Et quando fœminis timor adimitur, cur militibus relinquitur? Relinquitur militibus, vt inde poſſint in agnitionem veritatis venire. Ait D. Cyrill. Ieroſol. Catecheſi 14. *Et Angelus ad ipſas dixit: Ne timeatis vos. Non dico militibus, Ne timeatis, ſed vobis. Illi timeant, vt experientia diſcentes teſtentur, & dicant: Verè Filius Dei erat iſte. Vos autem non neceſſe eſt timere*, &c. Erant milites trahendi in agnitionem, & confeſſionem Chriſti Domini, & ideò meritò illis timor relinquitur.

Bernard.

Matth. 28.

Cyril.

§. XXII.

Diuitiis in proximos non euadit ſupplicium.

SApienter item illud Rubeni: *Nunc ſanguis eius exquiritur.* Nunquam enim euadit, qui in proximum ſuum extitit durus. Iob cap. 22. *Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti. Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita.* Circa quæ ait Nicetas in Cat. Græca: *Ideò es calamitatibus circumdatus, ideò ſunt abrepta fortunæ, ideò ad ſummam deſtructionem es inopiam, ideò ſubita fortunis ſtatus conuerſione perturbatus es, atque perculſus: quia omnium liberalium alienus fuiſti, quibus nulla es miſeratione vſus.* Sic conſtringitur in pœnam durities in proximos. Quæ enim mala proximo intuliſti, nunquam non te ſequentur. Apoc. 14. *Exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum.* Licèt enim pernici equo omnes effugere, ne te pœna teneat, ſanguis exiuit qui frænum equi prendat, & te faciat ſubſiſtere. Et qui ſanguis hæc faciat, niſi ſanguis proximorum à te effuſus? Ait Victorin. ibi: *Exiet ſanguis vſque ad frænos equorum. Exiet vltio vſque ad Principes populorum, id eſt, Rectores, ſiue Diabolum, ſiue Angelos eius, in nouiſſimo certamine exiuit vltio ſanguinis effuſi, ſicut ante prædictum eſt. In ſanguine peccaſti, & ſanguis te perſequetur.* Caue, homo, ab effundendo proximi tui ſanguine: qui enim in ſanguine peccat, non nequit à tanto perſecutore defendi. Vbicunque fuerit, ibi illum ſanguis inſequetur. Clamabant illi Chriſti Domini interfectores Matth. 27. *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Non caro eius, nec oſſa eius vocantur in vindictam, ſed, vnus ſanguis, vtpote, qui ſolus pertinacior cenſeatur in perſequendis iniurioſis ſibi hominibus, vbique illos inſequens. Quod in Iudæis miratus D. Chryſoſt. ſer. 3. de Paſſione, ait: *Sub altione exitio tuos impiè cingulas, & in tuam ſobolem parricidalem vibras dexteram. Ecce currit per tui generis propaginem nunquam expiandi vena facinoris, & infectu ſanguine naſcitur infauſta poſteritas.* Expende illud: *Infecta ſanguine naſcitur poſteritas.* Quocunque ſe Chriſtianorum ſanguinem fundentium poſteritas diffundit, eò ſanguis peruenit effuſus, & quaſi illo deſignati, & infecti ad pœnam vniuerſi ceruntur.

Iob 22.

Nicetas.

Apoc. 14.

Victorin.

Matth. 27.

Chryſoſt.

§. XXIII.

E mundialibus ſolum peccatum non ſubditur edacitati temporis.

DIcunt igitur fratres: *Meritò hæc patimur: quia peccauimus in fratrem noſtrum*, &c. Et Ruben addit: *En ſanguis eius exquiritur.* Sic quod multis ab hinc diebus perpetratum fuerat peccatum, quaſi recens homines affligit. Pro quo dicebat aliò datus Theodoret. in Cat. Græc. *Vide, conſcius animus quàm ſe non poſſit abſoluere vel longinquitate temporis duo & viginti annis erant, cum facinus hoc illi perpetrauerant, & tamen eius adhuc memores clamabant. Meritò hæc patimur: quia peccauimus* &c. Quippe & marmora, & æreæ columnæ temporis edacitate corrumpuntur. Munitiſſimæ turres, & caſtella, & fortalitia, quæ nullis hoſtilibus machinis ceſſerunt, longa temporum volubilitate concidunt. peccatum vnum non tempori ſubditur; ſed & poſt ſæcula quaſi recens affligit. Dicebant illi Deicidæ Matth. 27. *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Et quid inde? Tanti ſanguinis effuſi peccatum poſt mille ſæcula quaſi recens extitit, de quo ait D. Chryſoſt. hom. 4. de Paſſ. *Magna planè vis criminum, quæ nec prolixitate temporis abolentur, nec ſæculorum oblitione copulantur. Sanguis hic Domini noſtri pollutos in præſenti reos*, &c. Quæ cuſpis non ærugine, & hebetatur ſub prolixis temporum moris? Sola cuſpis peccati tempori non cedit, nec timet ſibi à vetuſtate. Quò ſpectans Ieremias cap. 17. dicebat: *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum.* Circa quæ ait Origenes homil. 12. in Ierem. *Super nos, qui peccamus, iſta conueniunt: quorum peccata in cordis conſcientia ſtylo exarata ferreo ſunt, vngue adamantino. Antequàm peccatum faciam, nulla in corde meo peccati imago verſatur. cùm autem imaginem peccati conſcientia ſumpſerit, habeo formam illius, & ſemper ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur. Etſi quidem eſſet peccatum meum atramento conſcriptum, forſitan delerem illud: nunc autem ſcriptum eſt in ſtylo ferreo, & in vngue adamantino, vt mecum ad tribunal veniat.* Quæ atramento ſcribuntur, & tempori tandem cedunt, & vetuſtate teruntur, quæ autem adamantino vngue exarantur, ea in perpetuum durant. Sic peccata quaſi in vngue adamantino conſcripta ſic ſemper durant, ætatem ignorant, vetuſtatem non ſentiunt; ſed ſemper ob oculos apparent, & nos comitantur vſque in diuinum tribunal. Vnum remedium habent, ſi pœnitentiæ ſanguine emollias illa.

Theod.

Matth. 27.

Chryſoſt.

Ierem. 17.

Orig.

§. XXIV.

Nuſquam dicas, quæ à potentibus abſcondi amant.

FAcinus ſuum memorabant fratres Ioſeph abſque vllo timore. Et cur non magis timent tantum confiteri delictum? Ait Text. *Neſciebant, quid intelligeret Ioſeph, eò quòd per interpretem loqueretur ad eos.* Intelligebat Ioſeph, & id ipſi neſcientes non verebantur fateri delictum ſuum. Proh communis hominum deceptio! Multa in potentiores dicunt, falsò putantes minimè intelligenda eſſe ab illis. Ait in præſenti Lippom. *Hic docemur, lupum in fabula verteri, &*

ſyluas

ſylum habere aures, ſumma cura frenare linguam, omnia tuta timere quæ non conſcientia redarguit. Nihil enim tutum eſt, qui ſibi de crimine non tacet. Tacendum in aula Principum de omni periculoſe actu. Et planè ſtultus eſt, qui ſibi periculoſa tacetur in aulis Principum, putans non peruenturа ad illorum notitiam. Pro quo monebat Eccleſiaſtes c. 10. *In cogitatione tua ne detrahas Regi, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam*, &c. Quæ ſic legitur apud Nazianzenum ibi: *Regi autem, & Præfectis, aut Proceribus audientem eſſe conuenit, ac non ipſis in offenſam venire, nec maleficum vllum verbum in eos penitere. Periculum eſt enim, ne id etiam, quod occultè, & remotis arbitris dictum fuerit, in lucem fortè veniat. Etenim ſolo, & diuiti, & magno Regi nuncij celebres, & pennatæ omnia perſcrutantur.* Sic ibi.

Hippon. (margin)
Eccleſ. 10. (margin)
Nazianz. (margin)

Geneſ. 42. Auertit ſe parumper, & fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos. Tollénſque Simonem, & ligans, illis præſentibus, iuſſit miniſtris, vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis vltra cibariis in via: qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. Apertóque vnus ſacco, vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam, *&c.*

§. XXV.

Duriora ſunt tormenta charitatis, quàm tormenta tyrannorum.

NVnc primùm dicitur fleuiſſe Ioſeph, cùm ligat fratres, cùm multis affligit eos. Dicitur nanque: *Auertit ſe parumper, & fleuit.* Quando autem ipſe ligabatur adhuc puer, & ad mortem petebatur, & nudus mittebatur in ciſternam, & Iſmaelitis vendebatur, & ab hero Ægyptio in carcere claudebatur, tunc non ſcribitur fleuiſſe. Et cur, qui non ſcribitur fleſſe, dum ſic ipſe affligebatur; modò dum affligit fratres, totus dicitur fuiſſe in lacrymas? Modò vna fraterna charitas, fratrum afflictiones non ſuſtinens, viri animum fodicabat, cuius tormenta duriora ſunt, vt commoueant animam, quàm vel ſæuiſſima quæque alia, à tyrannis excogitata. Et quis tyrannus in excogitandis tormentis durior Diabolo? Is nactus Iobum c. 2. *Percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis, vſque ad verticem capitis, qui teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio.* Ecce tibi tyrannorum duriſſimus Diabolus quale tormentum Iobo vincendo excogitauit, percuſſit illum vlcere peſſimo, & putreſcere fecit eius carnes, vt inde ortis vermibus roderetur. An ſimile aliud huic tormento potuit excogitari? Accipite D. Chryſoſt. hom. 1. de D. Paulo, ponderantem eius tormenta charitatis: *Quæ Iob corpore, hæc Paulus mente ſuſtinuit, quem omni verme moleſtior de ſingulis quibuſque labentibus mœſtitia conſumebat. Vnde & iuges lacrymarum ex eo fontes non diebus ſolum, ſed etiam noctibus affluebant, omnique muliere parturiente vehementius affligebatur in ſingulis, propter quod etiam dicebat: Filioli mei, quos iterum parturio.* Itaque mœſtitia ex malis proximorum orta moleſtior creditur fuiſſe Paulo, quàm eſſent Iobi vermes vniuerſi: ſic enim excedebantur Pauli viſcera in ſuorum caſibus, ſic rodebantur, vt in perpetuo eſſet fluxu lacrymarum. An tales effectus potuiſſent tyranni cauſare in Paulo? Quod Paulus non fleuit ſub tyrannorum flagellis, ſub gladiis, fleuit ſæpè ſub tormentis charitatis. Quo traho dictum illud Mathathiæ apud Egeſippum lib. 5. c. 23. Is in excidio vrbis Ieroſolymitanæ iuſſus occidi cum filiis ſuis dicebat: *Beneficium eſt, filij mei, ne [illegible] vos ante [illegible] tolerabiliora ſunt corporis, quàm mentis vulnera.* Nunquam amor non facit in ſuorum malis durius [illegible] quod, & intolerabilius animo, quàm [illegible], quod poteſt inferri carni. Mariæ dictum fuit [illegible]. *Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit.* Non corpori, ſed animæ, ſed ſpiritui gladius mandatur. Et cur non corpori, ſed ſpiritui mandatur gladius? An quia iſte lenior? Abſit: ſed quia intolerabilior. Dicit enim D. Amedeus hom. 5. de laudibus Mariæ: *Spiritu verò Sancti illi paſſi ſunt, qui aliquod paſſione carnis durius in ſuis ſpiritibus pertulerunt. Spiritu paſſus eſt Abraham, quando iuſſus Iſaac filium ſuum, quem diligebat, immolare. Et ille ſupra cæteros paſſus eſt, quia filium, quem carne propria plus amabat, & fidei, & deuotione offerre non diſtulit.* Et quidem quod in ſpiritu tormentum amor facit, durius eſt, quàm quod in carne tyranni efficiunt.

Iob 2. (margin)
Chryſoſt. (margin)
Egeſip. (margin)
Luc. 2. (margin)
Amed. (margin)

§. XXVI.

Non poteſt non monſtrari affectus amoris, etiam cùm induit ſpeciem rigoris, & ſeueritatis.

ACcuſat Ioſeph fratres, & trudit in carcerem, & mortem minatur, & ferreis vinculis premit, & interea lacrymatur. Sic Text. *Auertit ſe parumper, & fleuit, & reuerſus locutus eſt ad eos. Tollenſque Simeonem, & ligans, illis præſentibus*, &c. In tanta ſeueritate, in tanto rigore afflictionis cur datur locus lacrymis? Quid teneritudo lacrymarum cum ferreis vinculis, cum carcere, cum mortis comminatione? Sapienter ait noſter Salu. ibi: *Fleuit, naturali humanitatis affectu ſimulationis artificium vincente.* Vt tota illa ſeueritatis ſcena non ab odio, ſed ab amore naſcebatur; non potuit amor ille non ſe alicunde manifeſtare. Crede mihi: vbi ſeueritas ab amore, & charitate naſcitur, etiam in ſumma duritie ſeſe amoris teneritudo monſtrabit. Quis rigidior in Iudæos, quàm D. Stephanus? Is Actor. 7. ait: *Quem Prophetarum non perſecuti ſunt patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis*, &c. Quid vehementius, & acrius in Iudæos, quos proditores, & homicidas vocabat? Sed ille ipſe, qui eos ſic mordit, dum lapidibus obruitur, clamat: *Ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Cur, cùm homicidas vocat, & proditores, ſimul illis Dei miſericordiam negotiatur? Vt verba illa non ab odio, ſed ab amore ortum habebant, ſic non potuit amor ille monſtrari eius cædens animam. Ait D. Chryſoſt. homil. 17. in Acta: *Quid ex furore non fuerit locutus, oſtendebat, quando in medio ipſis pro illis orabat, & dicebat: Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Adeò non iraſcebatur illis, ſed dolebat pro illis, & mordebatur hæc dicens.* Quippe non odium, ſed amor; non furor, ſed fraterna charitas ſeueritatem illam imperabat, quæ charitas, & affectus apertè monſtrabatur in oratione pro illis facta. Nequit enim affectus charitatis etiam inter ſeueriſſimas iras à ſe imperatas non monſtrari. Iratus Deus in homines, voluit vniuerſos diluuio tollere, & ait Geneſ. 7. *Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam*, &c. Inter tot iras denunciatas, cur adhuc prætendis noua ſpatia? Pulchrè ait D. Baſil. Sel. orat. 5. *In tanta, & tam iuſta ira tanta erat Dei amoris erga homines exſuperantia.* Non poterat amor diuinus obtrudi tanta irarum mole, ſed inter illas ſeſe monſtrabat. Iratus etiam Dominus in Niniuitas dicebat Ionæ, cap. 1. *Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me. Et ſurrexit Ionas, & fugit.* Cur fugit Ionas? Cur detrectat annunciare Niniuitis iram Dei imminentem? Ait ipſe apud D. Baſil. Sel. orat. 12 ſatus: *Suſpicor equidem, comminatorem eſſe clementiæ matrem euaſuram. Si punire vult, cur admonet periculi. Noui Dei hominum amantiſſimi artes, iram ſimulat, ſtudet eos antè exſoluere pœnas, quàm experiantur.* Expedi de illa [illegible]. *Noui Dei hominum amantiſſimi artes.* quippe Dei amor in homines nec inter iraſcendum Prophetæ occultabatur, ſed multis ſeſe manifeſtabat.

Saluian. (margin)
Actor. 7. (margin)
Chryſoſt. (margin)
Geneſ. 7. (margin)
Baſil. Sel. (margin)
Ion. 1. (margin)
Baſil. Sel. (margin)

§. XXVII.

Maioris pœnæ rei ſunt, qui primi peccatum excogitauerunt.

DE omnibus fratribus vnum Simeonem ad vincula ſeparauit Ioſeph, dicente Textu. *Tollenſque Simeonem, & ligans eum*, &c. Et cur Simeon ligatur, & alij in patriam remittuntur? Credunt Simeon authorem fuiſſe fraternæ ſeditionis in Ioſephum: ſic putant Hebræi, ſic & Philo id

perſuadet

perſuadet fatus. *Maxima pars culpa in eo fuerat, quaſi antiquere conſpirationis nefaria, qui cohortem fratrum animauerit, & ad odium incitauerit.* Ne mireris, quòd author, & inſtigator tanti facinoris magis ad pœnas petatur. Nunquam enim authores, & inſtigatores facinorum non maiores Deo pœnas dant. Dicebatur homini Gen. 2. *Qua die comederis ex ea, morte morieris.* Quod & factum eſt: vbi enim præceptum fregit Adamus, morti temporali obnoxius manſit. Non id accidit Angelo, qui eo potiùs eadem die, & eodem puncto, quo peccauit, æternis fuit ſine remiſſione cruciatibus mancipatus. Et cur peccatum in Angelo tantum excidium ſine remiſſione cauſauit, in homine autem remiſſibile fecit damnum? Angelus author fuit, & inſtigator peccati, & ideò grauiores longè pœnas debuit dare. Ait D. Paulinus epiſt. 4. *Non ſicut Angelus in æternum ſupplicium damnatus primus, quia ille author peccati fuit, ſimul que pro ſe, & pro homine punitur, qui eodem periit ſcelere, quo perdidit. Homo autem non in fine mortem exterminari Paradiſo & terra quam diuina iuſtitia lenibus indicauit, aliena mente peccaſſe, quam propria. Criminoſius eſt decipere, quàm decipi, & peccatum excogitare, quàm facere. Et ideò temporaliter, & ad emendationem punitus eſt fraudis adſenſor, in æternum autem ſupplicium deſtinatus mortis inuentor.* Nunquam non maior pœna debetur authori, & inſtigatori facinoris, quàm aſſeclis eius.

Philo.
Geneſ. 2.
Paulin.

§. XXVIII.

Nulla eſt crudelitatis ſpecies in pœnis datis ab eo, qui maximè commendabilis eſt de præſtitis bonis.

ILlud notanter dicitur de Ioſeph: *Tollénſque Simeon, & ligans, illis præſentibus, iuſſit miniſtris, vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſaccis, &c.* Et vincula profert, & triticum dari mandat: crede mihi, non crudeliter vinculis affligit, qui benignisſimè, & largiſſimè alimenta illorum prouidet. Dicebat Dominus Ioan. 5. poſt ſanatum paralyticum: *Neque enim Pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio.* Et cur Pater omni iudicat, ſed omne iudicium dat Filio? An vt duriùs exerceatur iudicium ab eo, qui non eſt Pater? Abſit: ſed, vt in ſuppliciis meritis, & exhibitis nulla retdatur crudelitas, nec duritia Iudicis, quando is eſt, qui flagellat, qui maius impendium fecit pro liberandis hominibus. Vt meritò dicat Arnoldus Carnotenſ. tract. de laudibus Mariæ, in fine: *Datum eſt Filio à Patre omne iudicium, & ei ius eſt temperare, & diſpenſare ſeueritatis diſtrictæ ſententiam, & iudicium, quo non facile eos, quorum Aduocatus eſt, condemnat, cùmque idem ſit Aduocatus & Iudex, nequaquam crudeliter iudicat, qui ſemper miſericorditer interpellat.* Quis credat à duritie, & crudelitate profiliße ſupplicium, quod ille exercuit, qui omnia ſua impendit pro ſalute ſeruis, qui ſuam benignitatem, & largitatem teſtatam habet in bonis exhibendis? Matth. 21. *Intrauit Ieſus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes, & ementes in Dei templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi, in templo, & ſanauit eos.* Cum ſeruatum Ieſus oſtendit in venditores, eóſque flagellat, ſimul aditum præbet cæcis, quos ſanat, & lumine veſtit. Et cur inter flagellandos mercatores aditum præbet ſanandis cæcis? Vt oſtenderet flagella illa non à crudelitate, ſed à pietate eſſe profecta, quando inde tanta etiam ab illo bona proueniebant. Ait ibi Paſchaſ. *Quàm piè tales ſubuertuntur, vt aiis, qui cæci ſunt in templo, in eorum euerſione quæ non conſpexere ſanitatem. Atqui ſi menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertiſſet Ieſus, cæci, & claudi lucem priſtinam, & greſſus concitos non meruiſſent excipere.* Expende prima illa: *Quàm piè tales ſubuertuntur, &c.* quippe tota illa ſeueritas in ſubuertendis mercatorum menſis non à ſæuitia, & crudelitate proueniebat, ſed à maxima pietate, & benignitate Ieſu, qui tot lumina, & ſanitates hominum ægrorum prouidebat.

Ioan. 5.
Arnold.
Matth. 21.
Paſchaſ.

§. XXIX.

Eucharistia efficaciſſima pro tollendis peccatis.

ET fratres non parum affligit Ioſeph, & ſimul frumentum illis largiri imperat, dicente Textu: *Tollénſque Simeon, & ligans, illis præſentibus, iuſſit miniſtris, vt implerent eorum ſaccos tritico, &c.* Et quando vinculorum pœnas meditatur, cur ſimul tunc mandat præberi triticum? Vnum maximè intendebat Ioſeph in omnibus ſuis conſiliis, nimirum, vt fratres [illegible] peccati in eum commiſſi vel radices proueherent. Vt hoc iuxta communem ſententiam Patrum illos vexat ratione criminis, verborum duritie, carceris vinculis. Quippe ait Rupertus ſuper iſta: *Peccatores tandem flagellat Ioſeph, & terret verborum ſuorum ſtimulis, clauiſque mentes configit, donec peccatum ſuum agnoſcant, & dicant: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem, &c.* Itaque vt peccati confeſſionem extorqueat, & verborum duritie, & vinculis carceris vtitur. Sed & iis addit exhibitionem tritici, in eo forte meditatus eucharistici cibi virtutem, quæ omnium efficaciſſima eſt, vt vel ab intimis extrahat medullis peccati virus. Dicebat Pſal. 33. *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Alii legunt: *Quoniam dulcis eſt Dominus.* Quæ verba ponderans Iulius Firmicus lib. de errore profan. relig. cap. 19. ait: *Dulce eſt caleſte pabulum, dulcis Dei cibus, nec* [illegible] *fames triſte tormentum, & de medullis* [illegible] *præcedentis veneni virus excludit.* Expende illud: *De medullis hominis, &c.* quippe illud efficaciſſimum omnium antidotum habetur, quod non ſolùm de prima animali cute vel de carne, ſed de intimis ipſis oſſium medullis extrahit virus. Et talis eſt cibus Euchariſtiæ pro extrahendo peccati virus: quod enim peccati virus intimè [illegible] & magis fixum eſt præcordiis intimis, id extrahitur, & tollitur tanti cibi virtute. Pœnitentia enim peccatum tollit, ſed ipſa peccati radix intimo adhærescens animo extrahitur eucharistico cibo. Dederat aliquando Dominus Iudæ buccellam diuiniſſimi Panis, & ait Ioann. cap. 13. *Poſt buccellam introiuit in eum Satanas.* Quid eſt, introiuit, nôrunt & antea erat in Iuda Satanas? Non ne Iudas antea multa faciebat Satanæ ſuggeſtione? Cum ergo antea in ſe Iudas Satanam haberet, cur dicitur poſt buccellam introiuiſſe? Erat ante à Satanas in Iuda, ſed erat maximè occultus, intimis cordis receſſibus latebat, habebat prorſus ipſius medullis animæ. Vbi autem acceſſit diuiniſſimi Panis buccella, ſic illum ab intimis ad publicum fugauit, vt videretur introitu primo [illegible] facile ad expellendus, niſi peſſima Iudæ diſpoſitio obſtitiſſet. Ait Theophilus Antiochenus lib. 4. Allegor. in fine: [illegible] *à buccella legitur, quod Satanas in Iudæ penitus intrauit, quia* [illegible] *antidoto fugatur venenum. Ita data pane apparuit Satanas in Iuda in quo dum furaretur, latebat.* Quod facit antidotum in fugando veneno ab intimis ad externa, vnde facile expellatur, id fecit eucharisticus Panis Iudæ datus: quippe latentem Dæmonem, & intimis cordis latebris inhærentem, inde fugauit, & fecit in externis [illegible], & in ipſo introitu videri, & culpa ipſius Iudæ non penitus fuit inde fugatus. Cæleſtis enim Panis ex ſe potens erat totam radicem mali penitùs extirpare. Vt dicat Iulius Firmicus vbi ſupra: *Salutaris cibi gratiam quærite. Chriſtus vos epulis ſuis reuocat ad lucem, & graui veneno putreſcentes, & torpentia membra viuificat. Cæleſti cibo recreatur homines perditum, vt quicquid in vobis mortuum eſt, diuini beneficio renaſcatur.* Quid pulchrius? Nihil lethale manet in eo, in quem bene diſpoſitum cibus diuiniſſimus intrat. Quæ latent radices malorum, in lucem extrahuntur; putres artus veneno excluſi peccati viuificantur. Internus homo renouatur, & qui peccatis mortuus fuerit, de tanti pabuli beneficio in filium Dei renaſcitur.

Rupert.
Pſal. 33.
Firmic.
Ioan. 13.
Theophil.
Firmic.

§. XXX.

A cibo Euchariſtiæ vera plenitudo.

ITaque Ioſeph iuſſit miniſtris, *Vt implerent eorum ſaccos tritico.* Non iubet, vt dent triticum in ſaccis, ſed, vt ſaccos tritico impleant. Fortè iam tunc innuens, vt cum diuiniſſimo Euchariſtiæ tritico ventura erat hominibus vera plenitudo. Dicebat enim Dominus per Ioël. c. 2. *Ecce ego mittam*

vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini in eis. quaſi in iis ſolis poſſint homines veram inuenire plenitudinem. Circa quæ ait Rup. lib. *Quarnam frumentum illud, quod eſt verbum Dei, videlicet, Chriſtus. Et vinum, & oleum illud, quod Samaritanus vulneribus eius, quem latrones inciderant, infudit. Quia, mirum, de talibus veraciter dicat manifeſtat promittentis. Et replebimini eis. Sola nanque hæc ſunt, quibus repleri poſſit vacuitas noſtra mortalis* Rupert. ipſi & ſaccus mortalis humanitatis noſtræ non alio poteſt impleri, quàm menſa eucharistica, in qua eſt vera, & perfecta plenitudo. De antiquis Iſraelitarum patribus locutus Paulus 1. ad Corinth. 10. ait: *Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt. (bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus:* 1. Cor. 10. *ſed non in pluribus eorum beneplacitum fuit Deo, nam proſtrati ſunt in deſerto.* Et quomodo ſic euacuati ſunt, & exinaniti, vt perirent, qui eandem eſcam, & potum habebant quam nos? Habebant equidem eandem eſcam in figura, non in veritate, in qua plenitudo eſt, & ſaturitas. Ait Paſchaſ. lib. de Corp. & Sang. Chriſti, cap. 5. *Eadem quippe fuit eſca, quia manna ſpiritualiter percipientibus typus fuit iſta Corporis Chriſti, ſiquidem idem in præfiguratione, ſed non idem in adimpletione veritatis.* Paſchaſ. cadē erat eſca in figura, ſed non eadem in veritate, quæ adimpletionem habet. Dicebat Ioan. cap. 1. *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Ioan. 1. Et quando accepimus de eius plenitudine? Paſchaſius vbi ſupra, c. 17. *Neceſſe eſt, qui Corpus eius comederit, de plenitudine Diuinitatis illud, ne percipiat.* Paſchaſ. *Vnde Euangeliſta: Et omnes nos, inquit, de plenitudine eius accepimus.* Ex quo Iulius Firmicus lib. de errore profan. relig. cap. 19. monet: *Chriſti panem, Chriſti poculum quære, vt terrena fragilitate contempta, ſubſtantia hominis immortali pabulo ſaginetur.* Firmic.

§. XXXI.

Pauperes, & humiles cæleſti cibo implentur.

Illud maximè ponderandum, quod dicit: *Vt implerent eorum ſaccos tritico.* Saccus enim, non purpura, non aurea veſtis, hoc eſt, pauper, & humilis, non faſtuoſus diues cibo impletur cæleſti. Quò ſpectans Iulius Firmicus lib. de errore profan. relig. c. 19. ait: *Qui ſicum templo prætextatum* Firmic. *incedit, qui ulges purpura, cuius caput aut auro, aut lauro premitur, procerto mulis turpis egeſtas perſequitur, & eius nihil non omne um paupertatis imminet pondus. Illum, quem deſpicis pauperem, largus, & diues eſt.* atque purpuræ, & auratis faſtuoſorum diuitum vel ous imminet inopia cibi cæleſtis, quo pauperes, & humiles ditantur, & pene immenſum augentur. Ait Pſal. 33. *Timete Dominum, omnes ſancti eius: quoniam non eſt inopia timentibus eum. Diuites eguerunt,* Pſal. 33. *& eſurierunt: inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono.* ecce ibi, vt diuites in penuria ſunt, & fame murant: pauperibus autem, De timentibus, *non eſt inopia.* alij legunt, *non eſt defectio,* ſed omni abundant bono cum cibo cæleſti. Circa quæ ait Euthym. *Qui Dei timorem in ſua anima plantauerunt, nunquam a virtutis operatione deficiunt,* Euthym. *Poſſumus etiam dicere, quòd timentibus Dominum nulla eſt defectio: quia & veſte ſacri Baptiſmatis induti ſunt, & Corpore, & Sanguine Domini veſcuntur, & telo Crucis armati ſunt, & denique, quia neceſſariis quibuſcunque rebus fruuntur.* Non equidem diuites faſtuoſi, ſed pauperes, & timorati homines abundant bonis cæleſtibus: ii cibus Corporis Domini adeſt, cum quo omnia bona veniunt. Pro quo dicebat Pſal. 147. *Et adipe frumenti ſatiat te.* Pſal. 147. De quo ait Paſchaſ lib. de Corp. & Sanguine Domini, cap 9. *Quod hoc frumentum, Corpus, videlicet Chriſti, adipem habeat, & non ſolum adipem,* Paſchaſ. *ſed & omnes delicias eius & potus Sanguinis Vnde, quod de petra typice manauit, nunc mel, nunc oleum, nunc aqua, nunc quoque potus dicitur: quia quicquid pinguiſſime ſpiritualiter potueris, hoc totum ibidem inuenies.* Audiſti aliquando Deut. 32. vt ſugeret *mel de petra, oleúmque de ſaxo duriſſimo:* item Deut. 8. Deuter. 32. & 8. eduxit *riuos de petra* item ad Corinth 10. eundem *potum ſpiritalem biberunt, conſequente eos petra.* 1. Cor. 10. Sic petra, quæ Chriſtus erat, & mel, & oleum, & aquam, & potum dicitur exhibuiſſe, vt innuatur, quam omnia bona inueniant in Chriſti Corpore veri timorati, qui illud participant.

§. XXXII.

In cibo euchariſtico pretium noſtræ ſalutis recipimus, ne ſiſtamus in ſemel ſumpto cibo.

Hoc iuſſit Ioſeph miniſtris: *Vt implerent ſaccos eorum tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis.* Cum tritico reponuntur pecuniæ, quibus aliud poſſit comparari triticum: vt ſcias, in menſa euchariſtica non ſolùm nobis dari cibum, ſed & pretium ſalutis. Quò ſpectans D. Leo ſer. 11. de Paſſ. ait: *Fudit Sanguinem iuſtum, qui reconciliando mundo pretium eſſet, & poculum.* Quippe in Leo. potu euchariſtico ipſiſſimum ſalutis pretium recipimus, ne in ſemel ſumpto cibo quieſcamus, ſed & pretium habeamus, vnde poſſimus ad eandem menſam redire. De quo potu Zacharias locutus cap 9 ait: *Vinum germinans virgines.* Voluit enim Dominus, vt Sanguis diuiniſſi- Zachar. 9. mus non propria ſpecie; ſed ſub ſpeciebus vini nobis traderetur occultus. Adeò vt potus euchariſticus fieret ex latente ſanguine, & ſpeciebus vini. Et cur ex latente Sanguine, niſi vt in calice ſimul reciperemus & potum lætificantem, & pretium ſalutis? Ait Paſchaſ. lib. de Corp. & Sang. Dom. c 10. *Ideò ſpeciem vini retinet in ſenſu, dum ſpiritualiter Sanguis præbetur in myſterio: quia hinc lætificamur ſpirituali lætitia ad gaudium; hinc vero redimimur* Paſchaſ. *de morte ad vitam, & pretio ſalutis noſtræ interius ſaginamur.* Expende illud: *Et pretio ſalutis noſtræ interius ſaginamur.* cibo enim euchariſtico, quo ſpiritualiter nutrimur in vitam, ſimul ſalutis noſtræ pretium recipimus. Ioan. 19. poſt latus Chriſti percuſſum, *Continuò exiuit ſanguis, & aqua.* Circa quæ ait Paſchaſ. ſuprà, cap 11. *Quod tunc de carne fluxit, hoc etiam credentes in altari bibunt. Caro quidem datur in cibum, Sanguis, & aqua verè in potum.* Ioan. 19. *vt quod ſimul de latere manauit, hoc totum noſter homo, his duobus renouatus libat, vt ſi quam peccati maculam poſt fontem traxit, habeat in* Paſchaſ. *hoc vndam venia, qua diluatur; & pretium ſuæ redemptionis, quo vnuſquiſque redemptus de die in diem rurſus renouetur.* Sic ibi. Datur equidem in menſa euchariſtica ſimul cum cibo, & potu pretium ſalutis, ne ſemel accepto cibo quieſcas, ſed ex pretio ibi accepto renoues menſam quotidie.

Geneſ. 42. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis profecti ſunt. Apertóque vnus ſacco, vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi, dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatique mutuò dicebant: Quidnam eſt hoc, quod fecit nobis Deus? Veneruntque ad Iacob, patrem ſuum, &c.

§. XXXIII.

Per Mariam abundantiſſimus eſt nobis cibus euchariſticus.

Planè de Ægypto venientes Iacobi filij non paruam frumenti copiam reportabant collectam ibi; Textus enim ait: *At illi portantes frumenta in aſinis ſuis profecti ſunt.* Quæ dederat illis Ægyptus frumenta, reportabant. Feliciores nos ſimus, quibus non Ægyptus, ſed virginea terra Maria, in immenſum facit abundare cæleſte triticum. Geneſ. 27 dicebat Iſaac Iacobo filio ſuo *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, &* Geneſ. 27. *vini.* Petit bonus frumenti abundantiam filius ſuis, quæ notanter oritur de pinguedine terræ. Et quæ terræ pinguedo [illegible] batur pro hac abundantia? Crediderim, [illegible] ſpectaſſe virgineam terram Mariæ, per quam nobis abundantiſſimus [illegible] cæleſtis cibus. Ad hæc Paſchaſius lib. de Corpore, & Sanguine Domini, cap. 21 [illegible] *In pinguedine [illegible] terræ: quia Caro Chriſti* Paſchaſ. *de Virgine ortu creditur, vbi procuidubiò Chriſtianorum pleniſſima*

niſſima præſtatur abundantia panis, & vini, in quibus ſine dubio vita fruitur Angelorum. Ex quo de virginea terra, Maria, Caro Chriſti orta eſt, pleniſſima venit hominibus abundantia cæleſtis cibi. Gen. 18 dicebat Abraham Saræ
Gen. 18. vxori ſuæ: *Accelera, tria ſata farinæ commiſce, & fac ſubcinericios panes.* Quæ creduntur dicta non ſolùm ad Saram; ſed ad Mariam, tempore, quo in viſceribus eius corpus & anima, & Diuinitas coadunabantur in vno Chriſto, vitæ Pane. Sed, quando vnus Chriſtus, vnus Panis viuus efficiebatur à Maria, cur dicitur illi: *Fac panes?* Ex quo Panis viuificus ex Maria prodibat, ſic omnibus abundabat, vt ſolet ingens copia panum. Ait Richard. de S. Laurent.
Richard. à S. Laur. lib. 1. de laud. Mar. cap. 4. *Sequitur: Fac ſubcinericios panes. Per panem ſignificatur Caro Chriſti, quæ verè eſt cibus Ioan. 6. Sed dicitur panes pluraliter, quia ibi multiplex eſt refectio.* Vnicus licet ſit Panis viuus à Maria confectus, in multiplices refectiones abundat, & poteſt multis ſufficere. De ſe dicebat Dominus Ioan. 12.
Ioan. 12. *Niſi granum frumenti cadens in terram*, &c. Quaſi ipſe eſſet vnum tritici granum ſatum in ventre virginali, de quo ait Cant. 7. *Venter tuus ſicut aceruus tritici*, &c. Granum decidit, & aceruus apparuit: ſic virginalis venter abundantiſſimum illum nobis monſtrauit. Ait D. Ambroſ. de inſtit. Virg. cap. 14. *In quo virgineo vtero ſimul aceruus tritici, & lilij floris gratia germina-*
Ambroſ. *bat, quoniam & granum tritici generabat, & lilium. Sed, quia de vno grano aceruus tritici eſt factus, completum eſt illud propheticum. Et conualles abundabunt frumento. Hoc itaque granum omnes homines perpetua cæleſtium munerum eſca ſatiauit.* Quid abundantius? Sic multiplicatus, ſic abundans factus eſt in vtero Mariæ cæleſtis Panis. Et Guillelmus Abbas apud Delrium fatur.
Guillel. *Quia ergo cibo vitæ homines paſcuntur, & ex ventre virginalis innuebat, aptè etiam propterea aceruo tritici comparatur. Ex hoc aceruo tritici impletur omne animal benedictione*, &c. ibi.

§. XXIV.

Pecunia mundialium hominum Deus.

NOn poſſum non illud mirari quod ait: *Aperiènsque vnus ſaccum, vt daret iumento pabulum in diuerſorio contemplatus pecuniam in ore ſacculi dixit*, &c. Expende illud. *Contemplatus pecuniam.* contemplari enim non eſt ſimpliciter videre, aut intueri; ſed ſic videre, quaſi rem cæleſtem, aut diuinam intueari. Aperiens ergo vnus ſaccum, vbi in ore eius pecunia apparuit, non ſimplici aſpectu intuitus, ſed contemplatus eſt eam, hoc eſt, quaſi rem cæleſtem, & diuinam intuebatur, mirabatur. Eſt equidem pecunia hominibus mundialibus pro Deo. Vt dicat Euripides in A[illegible]
Euripid. *Ne [illegible] congeſta pecunia cura*
Eſt D[illegible] mamus vnus tegit ipſa vices.
Heu pecuniarum amatores, æſtimatores, quàm propè eſtis, vt ſi eas contemplemini, ſi illis vacetis tanquam
Pſal. 45. Deo. Ad [illegible] contemplationem vocans nos Deus à cbat Pſal. 45. *Vacate, & videte quoniam ego ſum Dominus.* Nonne multi ſic vacant pecuniis videndis, contemplandis? Ait Petrus Damian. Opuſcul. 12. de contemp. ſæculi, c. 6.
Damian. *Audi adhuc, nummicola. quid autem te nummicolam appella, à qualitate tui operis vocabulum trubo, non contumelia in te nomen vſurpo: nummos enim colis, qui pecuniam diligis. Et cùm Deus nos per Prophetam dicat: Vacate, & videte, quoniam ego ſum Dominus. vacationis quidem cultum, quem Deo debueras, nummis exhibes circa quorum cuſtodiam vacas.* Itaque vt contemplatiui dicuntur Deo vacare, ſimilem vacationis cultum nummis impendunt eorum amatores, vacantes circa eorum cuſtodiam. Vt de ſe dicebat ſordidus ille
Horat. auarus apud Horatium Satyra 1.
At mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul & nummos contemplor in arca.
Ne mireris, quod in amore pecuniarum ponatur matrix apoſtaſiæ, & idololatriæ. Aaron coactus idolum populo fabricare, ab eo petiuit inaures aureas, Exod. 32.
Exod. 32. *Quas cùm ille accepiſſet, formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum.* De quo locum D. Ambroſ. Apol. Dauid, cap. 4. ait:
Ambroſ. *Aaron rogatur à plebe, vt Deos ſibi faceret, quos adoraret, aurum popoſcit, in ignem miſit, & caput vituli figuratum eſt, cui ſunt oblata ſacrificia. Quo indicio claruit, auri cupiditatem materiam eſſe perfidiæ, & auaritiæ ſtudio ſacrilegia ſolere generari.* Quid non facias auri ſacra fames?

§. XXXV.

Aulici nummicolæ.

MIrabar, quòd de filio aliquo Iacob dictum ſit illud nimirum: *Contemplatus pecuniam in ore ſacculi.* Vnde tanti patris filius inter paſtoritias curas nutritus ſic ad pecuniaſque affectus eſt, vt illas, tanquam rem cæleſtem, intueretur? Veniebat de Ægypti aula, cuius limen ſæpè obtriuerat acturus cum Ioſepho Prorege: & de aulæ conſuetudine non mirer, quòd induat mores aulicos in cultu pecuniarum. Illud magis mirandum, quòd vel trito aulæ puluere infectus non magis pecuniam adoraret. Balthaſar, Rex Babylonis, deterritus digitis in pariete ſcribentibus Dan. cap. 4. vocat ad ſe Danielem, cui ait: *Si ergo vales ſcripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo Princeps eris.* Itaque Daniel. 5.
Rex offerebat Danieli & purpuram, & principatum, & aurum: Daniel autem reſpondit: *Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da: ſcripturam autem legam tibi*, &c. Quanti òm hoc in Daniele virtutis ſuit! Noluit purpuram, noluit principatum: ſed illud longè maius, quòd in aula exiſtens contempſit accipere aurum. S. Ambr. lib. 2. Offic.
c. 11. *Nec immeritò Daniel mirabilis factus omnibus, quãdo (quod vehementer admirantur homines) regalibus fultus amicitiis, aurum non quærebat, nec delatum ſibi honorem pluris faciebat, quàm fidem. Quia etiam periclitari malebat pro lege Domini, quàm pro gratia hominis inflecti.* Præterea ſingula Ambroſij verba pro aulicis moribus meditanda. Illud magnum, illud maximè mirandum, & vſque ad Danielem inauditum fuit, quod dicit: *Regalibus fultus amicitiis aurum non quærebat.* Quid maius? Fauorabilibus Aulæ auris aſpiratus non cucurrit ad aurum: ſed magis fugit aurum. De qua virtute etiam Nazianzenus extollit S. Athanaſium, & S. Petrum Alexandrinum, de quibus locutus orat. 24. inquit: *Quos non tempus, non Princeps, non inuidia, non aurum, hoc eſt, occultus tyrannus, per quem vniuerſa ſurſum, deorſumque, velut in talorum ludo iactantur, adducere potuit, vt deteriores fierent*, &c. Hoc maximum dictum ſit de tantis viris, qui crebrò conuenientes Principes in aulis ſuis, nullo auri lenocinio, aut violentia capti ſunt, quominùs pro veritate exiſterent. Ambroſ. Nazianz.

§. XXXVI.

Pecunia otium inertem, & deſidioſum creat.

ET triticum vidit in ſacco filius Iacob, & ſimul pecunias, & non dicitur contemplatus triticum; ſed *contemplatus pecuniam in ore ſacculi.* Et cur non triticum, ſed pecunia contemplationem ſui intulit? In contemplatione quoddam otium ſemper intelligitur, adeò vt D. Bernard. ſer. ad milites templi, c. 13. locutus de actiuiſſima contemplatione Dei, vocet *Otium ſanctæ contemplationis*, Bernard.
cuius etiam meminit S. Ignatius, meus Parens, in aurea epiſt. de Obedientia. Nunquam enim in contemplatione otium non intelligitur, cum hac differentia, quòd contemplatio Dei orta à Deo otium creet actiuiſſimum, & operatorium plurimarum virtutum. Contemplatio autem pecuniarum, quam pecuniæ ingerunt, otium trahit deſidioſiſſimum, inertiſſimum. Triticum labores monſtrat; pecunia otium, inertia, & deſidia plenum, pro quo ſolo meritò aris, & templis eam Arnobius excludit: ait enim lib. 4. aduerſus Gentes: *Quis ad extremum Deam Pecuniam eſſe credat, quam velut maximum Numen, veſtra indocant litera donare annulos aureos, loca in ludis: ac in ſpectaculis prima, honorum ſuggeſtus ſummos, amplitudinem Magiſtratus; & quod maximè pigri ament, ſecurum per opulentias otium?* Ecce tibi dona à pecunia profecta ad homines; ſed maximè illud vltimum; nimirum, *Quod maximè pigri ament, ſecurum per opulentias otium.* quippe pigrorum, & inertium, & deſidioſorum otium à pecuniarum abundantia venit. Creat equidem pecunia eas hominum ſordes, quas malignitas aſtrorum cæleſtium in terras mittunt. De quibus agens Iulius Firmicus lib. 5. Matheſ. Ignat. Arnob. Firmic.
cap. 5 ait: *Ante hoc tempus vitioſi erunt, epulones, & bibones,*

& qui poſthabita omni rei familiaris cura, nihil aliud affectent, niſi Epicureorum more, ſine laboribus in quiete, & rerum vbertate viuere. Quos otioſos, & pigros, & omnis laboris oſores malignitas aſtrorum trahit in mundum, hos & facit, & nutrit abundantia pecuniæ. Quæ peſtes vt domos multo labore erectas funditùs perdunt; ſic etiam perdunt Reſpublicas. Quod malum vt vitaret in ſua pacifica Republica Rex Regum, & Dominus dominantium, Chriſtus Ieſus, ait de illa Iſaias cap. 2. *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.* Iſaiæ 2. Non enim ex armorum ære pecuniarum redituarium cenſus fient, ſed inſtrumenta agriculturæ, vt quæ non deſidioſam & labilem, ſed conſtanter felicem faciunt Rempublicam. Quò ſpectans ait D. Athanaſ. orat. de corporali aduentu Domini: Athanaſ. *Neque id incredibile, cùm etiam nunc barbari feris moribus, idoliſque hoc tempore ſacrificantes in ſe ſe furiant, neque vel vnam horam ſuſtineant ſine armis viuere, ijdem tamen vbi Chriſti doctrinam audiunt, ſtatim à bello ad agriculturam vertuntur.* Non eſt aliud in mundo firmi principatus fundamentum, quàm vel gladius, vel agricultura. Si bella ceſſant, ſi gladius ponitur, neceſſum eſt, vt recurras ad agriculturam, à qua & ſplendor, & firmitas exoritur familiæ. De regno Salomonis locutus Textus 3. Reg. 10. 3. Reg. 10. & 12. ait: *Fecitque, vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalem, quanta lapidum.* Et qui inter tantam argenti copiam? Aiunt Salomonis ſubditi cap. 12. ad eius filium: *Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis*, &c. Cum copia argenti, creuerunt tributa populo impoſita, & inde tandem regnum in defectionem venit. Non equidem eſt copia argenti, quæ regnum facit florere; ſed copia agriculturæ. Illa otium iners iſſimum infert, hæc laborem trahit floridiſſimum, fœcundiſſimum.

§. XXXVII.

Non eſt virtutis humanæ pecunias à ſe dimittere.

VT viderunt filij Iacob pecunias in ore ſacci, *Obſtupefacti, turbatiq; mutuò dicebant. Quidnam eſt hoc, quod fecit nobis Deus?* Non Ægyptio Proregi, ſed Deo tribuunt inuentas illas in ſacco fratris pecunias. Et cur non magis Proregi tribuunt tale factum? Et quidem ſapientiſſimè iudicabant, pecunias non potuiſſe dimitti ab homine vllo: non enim virtutis humanæ, ſed diuinæ eſt, quòd homo velit à ſe dimittere pecunias, & contemnere illas. Ingreſſus Ieſus templum Ioan. 2. Ioan. 2. *Nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit.* Similiter & poſt aliquod tempus Matt. 21. Matth. 21. iterum ingreſſus templum, *Menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.* Et cur non ſemel, ſed bis ſic voluit in templo Dei mercatorum effundere nummos? Sic oſtendebatur clariſſimè eius Diuinitas, & Iudæorum malitia, qui tantum pecuniarum contemptorem non credebant ſupra hominem eſſe, & Dei Filium. Ait D. Chryſoſtomus hom. 68. in Matth. Chryſoſt. *Maiorem culpam Iudæorum oſtendit, qui ſemel & bis capti perſeuerabant cauponantes: & Deo aduerſarium appellantes, cùm debuiſſent hinc, & vires ſuas, & honorem, quem patri tribuebat, agnoſcere.* Bis pecuniarum effuſione caſtigati à Ieſu Iudæi, ingenti culpa perſeuerabant appellantes Ieſum Deo aduerſarium, cùm magis debuiſſent ex tanto nummorum contemptu, agnoſcere vires illius ſupra humanas eſſe, & proximas Deo Patri: non enim valet virtus hominis ſtare in pecuniarum effuſione, & contemptu. De Iuda locutus Matth. cap. 27. ait: Matth. 27. *Proiectis argenteis in templo receſſit; & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Stabat miſer, dum ſecum argenteos pro magiſtri Sanguine acceptos ſecum habebat: vbi illos à ſe dimiſit, in templúmque proiecit, non potuit ſuſtinere, quin cum effuſis nummis & animam effunderet. De quo ait D. Maxim, ſer. 3. de Iuda: Maxim. *Poſt redditum pretium laqueo ſe ſuſpendit, vt qui ſe mulctauerat pecunia, mulctaret & vita.* Et vix aliud de homine ſperari poſſit, niſi quod & cum pecuniis animam effundat. Quò ſpectans dicebat Egeſippus lib. 5. cap. 24. Egeſipp. *Miſera fames auri, nihil ſequendum putat, niſi quod ad præſens lucroſum, nihil honeſtum, quod pecunia vacuum. Grauis iam dudum, grauis inoleuit humanis affectibus quærendi cupido, & mercatura facta eſt vita hominum.* Tolle ab homine pecuniarum quæſtus; & tolles vitam, quæ aut ſtat, aut cadit, prout ſtant, aut cadunt pecuniæ.

§. XXXVIII.

A ſolo Ieſu meo vera ſaturitas.

NArrant filij Iacob patri ſuo, quæcunque illis fecerat, & dixerat Prorex Ægypti, vſque dum ait illis: *Cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite*, &c. Pro quibus in Hebræo leguntur: *Famem domibus veſtris ſumite.* Nouam locutionem ſanctæ Linguæ, quæ remedium famis famem vocat, & quidem ſanctiſſimè: quidquid enim dat mundus pro fame tollenda, fames eſt. A ſolo enim Ieſu meo oritur vera ſaturitas. Nota eſt hiſtoria Ruth, vt cap. 2. ad Ruth 2. Booz venerit, cùmque eius puellis collegerit ſpicas, cui ait & Booz: *Quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem.* Circa quæ ait D. Anaſtaſ. Sinaita lib. 6. Hexam. *Hora ſexta erat, quando Ruth illa admiranda, cùm ad ipſum Booz in agro, tanquàm ad Chriſtum appropinquaſſet, eſuriens ab eo eſt enutrita.* Anaſt. Sin. Eſurienti Ruthæ panis datur à Booz, non fames, ſed ſaturitas. Et vnde hoc? Aiunt illa: *Cùm ad ipſum Booz appropinquaſſet, tanquàm ad Chriſtum.* Quippe Ruth illa admiranda ad Booz appropinquabat, tanquàm ad Chriſtum: Chriſtum in eo ſpectans inde non famem vidit, ſed panem accepit, quo exſaturari poſſit. A ſolo enim Chriſto venit humana ſaturitas. Ieremias Thren. 4. Thren. 4. dicebat: *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Non eſt, qui panem præbeat, vbi non adeſt Chriſtus. Ait Paſchal. lib. de Corp. & Sangu. Dom. cap. 15. Paſchaſ. *Hinc quoque Propheta ſuſpirans, quia nondum venerat Chriſtus, aiebat in Lamentationibus ſuis. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Vbi Chriſtus non adeſt, diuiniſſimus, & verus Panis vitæ, nequit eſſe vera ſaturitas. De illo autem dicit Pſalm. 80. *Cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.* Pſal. 80. Circa quæ ait Richard. Victorin. Rich. Vict. ſerm. de Spiritu Sancto, part. 1. *Neſcit omnino, neſcit, quæ ſit vera, & plena refectio, quam non ſatiat ſupercæleſtis illa, & pluſquàm dulcedo mellea.* Nunquam plena refectio, aut ſaturitas obtinetur, niſi à Deo veniat.

§. XXXIX.

Diuina beneficia metuenda indignis.

CVm ad patrem perueniſſent filij Iacob, *Cùm frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias, exterritiſque ſimul omnibus* &c. Quæ in vnius ſacco apparuerant pecuniæ nunc [illegible] apparent in omnium ſaccis appoſitæ. Ad quarum intuitum illi maximè exterriti ſunt: putabant enim ſe à Deo ſic demulceri. Quò ſpectans Saluianus noſter ait: *Iam agnoſcentes, caſtigari ſe à Deo, ſanguine fratris exquirente ad vltionem: nunc ſe demulceri ab eodem putabant.* Et quando benefico Deo eos demulcenti id tribuebant, cur inde terrebantur? Salu. Cur ſibi timebant à Dei benefica, & demulcenti manu? Vt conſcij peccati ſui in fratrem erant, ſic vel diuinis beneficijs terrebantur, ſcientes maximè timenda eſſe diuina beneficia, cùm indignis dantur. Luc. cap. [illegible] cùm Apoſtolorum nauicula plena piſcibus appareret, qui tum copia Ieſu beneficio fuerat capta: *Petrus procidit ad genua Ieſu dicens: Exi à me: quia homo peccator ſum, Domine.* Luc. 5. Nouerat ad peccatores, & publicanos ſæpè veniſſe Dominum, & tamen eius refugit præſentiam, quia ſe peccatorem videt. Cur non magis, Petre, gaudes præſentia Chriſti? Ait Euthymius: Euthym. *Eum itaque deuitabat præſentiam, timens, ne quando periclitaretur, eò quòd talis talem auſus fuiſſet ſuſcipere.* Cùm ſe indignum, & peccatorem agnoſcit, meritò ſibi timebat in acceptione tanti beneficij ex Deo. Non enim ſemel beneficia diuina ſolent eſſe indignis ad periculum. Quò refero dicta tom. 1. in Euang. lib. 3. cap. 9. §. 4. & lib. 4. cap. 1. §. 14. & tom. 4. in Euang. lib. 16. cap. 11. §. 4.

§. XL.

Veri ſerui Dei pauore ſuo teſtantur præſentiam diuinam.

CVm in ore ſaccorum ſinguli inuenirent ligatas pecunias, non paruo terrore tenentur, cùm dicat Textus:

Singuli

Singuli reperERunt in ore ſaccorum ligatas pecunias, exterritiſq; ſimul omnibus, &c. Vt in pecuniarum inuentione Deum memorant dicentes: *Quid eſt hoc quod fecit nobis Deus?* Sic ad Dei præſentiſſimi in illo beneficio memoriam expauent, & terrentur. Verorum enim ſeruorum Dei eſt, terrore ſuo teſtari præſentiam diuinam. Matth. 27. dum Ieſus meus animam a vere oſtendebatur in Cruce, & ſuo Sanguine piare mundum, ait: *Et ecce velum templi ſciſſum*

Matth.27. *eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt*, &c. Ecce tuni totum humani generis pretium apparet in Sanguine, & morte Filij Dei, & ad tanti pretij viſionem turbatur natura. Et cur vbi debita humana ſoluuntur, dato pretio Sanguinis diuini, natura vniuerſi turbationem, & terrorem incurrit? In pretio illo exhibito oſtendebatur manus diuina, cuius præſentiam, vt verè ancilla Dei, creatura oſtendebat etiam terrore ſuo. Vt dicat D. Athanaſ. orat. de Chriſti corporali aduentu: *Vniuerſa rerum fabrica confitebatur eum, qui in corpore apparebat, & patiebatur, Dei Filium. Sol enim tegebatur, terra quatiebatur, dirumpebantur montes. Hæc omnia eum, qui in Cruce erat, Filium Dei eſſe declarabant, ac rerum naturam eius ancillam eſſe, pauore ſuo conteſtantem Domini ſui*

Athanaſ. *præſentiam.* Expende illa: *Rerum naturam eius ancillam eſſe conteſtantem, pauore ſuo Domini ſui præſentiam.* In illo enim pauore, & tremore teſtabatur natura, & ſe Dei ancillam, & eiuſdem Dei præſentiam. Tunc enim clarius oſtenditur ſeruus Dei, cùm pauore, & tremore teſtatur præſentiam Dei. Et Dei ſeruus, qui præſentiam Domini non ſentit? Qui in ipſa domo Dei conſtitutus, & in ipſius oculis, ſic ſe gerit, ... quaſi longiſſimè abſiſtat Deus. Fallar, ſi talis non potiùs numeretur inter profugos, & nequiſſimos rebelles. Fecerat quondam Deus paradiſum, in quo poſuerat hominem ſuum, & ædificauerat fœminam, cui adrepens ſerpens ait Gen. 3. *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradiſi?* Hanc ſerpentis malignitatem miratus D.

Geneſ.3. Irenæus lib. 5. ait: *In Dei paradiſo diſputat de Deo, quaſi abſente eo.* Quid malignius? In Dei paradiſo, hoc eſt, in loco, vbi tot dona Dei ſplendent, quæ eius indicant præſentiam, ſic ſe gerit ſerpens, ſic eſt intrepidus, eos ſermones miſcet cum fœmina, eas diſputationes texit, quaſi illinc Deus longiſſimè abeſſet. Hoc primum auſus eſt nequiſſimum mancipium Diaboli, et fuga ſeruus. Quem ſequuntur, qui in lucis ſacris, vbi Dei dona, vbi redemptioni noſtræ pretium ſplendet, intrepidi adſtant, turpibúſque nutibus, & oblocutionibus alliciunt miſeras fœminas.

§. XLI.

Conſtantiſſimi cuiuſque eſt, in ſola filiorum perditione dolere.

ILlud maximè notandum in Textu, quod ait: *Cùm frumenta effunderent, inuenerunt in ore ſaccorum ligatas pecunias, exterritiſque ſimul omnibus, dixit pater Iacob. Abſque liberis me feciſtis*, &c. Inter deterritos filios propter inuentas pecunias, Iacob pater nihil ſollicitus de pecuniis, vno turbabatur filiorum periculo clamans: *Abſque liberis me feciſtis*, &c. O virum conſtantiſſimum, qui poſthabitis, contemptiſque aliis, vnum dolet filiorum diſcrimen. Non famem timet, ... non pecuniarum inſidias; ſed pro Benjamin, & Ioſephi, & Simeonis pœnis ſeſe oſtendit & dolentem, & ſollicitum. Audierat Iob armenta ſua omnia, gregéſque ouium, ſeu à latronibus peremptas, ſiue ab igne conſumptas. Et tandem audit oppreſſos fi-

Iob 1. lios ſuos, tunc cap. 1. *Sidit veſtimenta ſua, & tonſo capite, corruens in terram adorauit.* Non in ſubſtantiæ perditione audita, ſed in morte filiorum hæc dedit exteriùs doloris ſigna. Circa quæ ... Hieronymus in Cat. Græca: *Id Iobi conſtantiam graui teſtimonio confirmat, quòd nuncio*

Polychron. *duntaxat de ... filiorum ... commotus ſit, ceterorum renunciis nihil eum terrentibus.* Non terrebatur Iob audita armentorum ouium ... ruina: at vbi filios oppreſſos audiuit, tunc internè commotus grauiſſimum exteriùs dolorem exhibuit: quod graui teſtimonio eius conſtantiam confirmat. De conſtantiſſimo enim animo venit, quòd

Ioan.19. dolorem oſtendat vna filiorum ruina. Ioan. cap. 19. locutus de Cruce Ieſu ait: *Stabat autem iuxta Crucem Ieſu Mater eius*, &c. Quo ſpectans hymnus ille Eccleſiæ dicit: *Stabat Mater doloroſa, Iuxta crucem lacrymoſa*, &c. Maria crucifixo Filio, morituroque in Cruce adſtat, & dolet, & lacrymatur. Quod non parum miratus ſum, præcipuè cùm recordor Abrahamum filio adſtitiſſe morituro, nullas profundens lacrymas: at cùm de illo D. Zeno ſer. 1. *Lætatur pater, filio quoque gaudente, & cum gaudio*

vnici pignoris alligat manus. O pater ſpiritum captans, corpus verò, mortemque contemnens! Oblitus eſt dominus, cum ſe eſſe meminerat, vt patrem ſe eſſe nesciret! Et quando Abraham in filij morte non lacrymatur, ſed gaudet; cur Maria in Filij ſui morte riuos effundit lacrymarum? Et quando Maria longè erat conſtantior Abrahamo, & fortior, cur magis lacrymatur in filij morte? Rationem inſinuat ipſe Zeno illis verbis: *Vt patrem ſe eſſe neſciret.* Abrahamus non tam implebat perſonam patris Iſaaci, quàm ſerui Dei: Maria autem perſonam agebat perfectiſſimæ matris, cuius perfectio integra, & conſtans in eo monſtratur, quòd ſolos filiorum caſus luctu, & dolore proſequatur. Quò ſpectans Arnoldus Carnot. tract. de laud. Mariæ, ait: *In faciem Filij ſe oppoſuerat Mater, & gladio doloris anima eius infixo, vulnerabatur ſpiritu, & cruciſigebatur affectu; & quod in carne Chriſti agebant claui, & lancea; hoc in eius mente compaſſio naturalis, & affectionis materno anguſtiæ. Stabat ante Crucem non minor, quàm Matrem Chriſti decebat.* Expende hæc verba: *Stabat ante Crucem non minor quàm Matrem Chriſti decebat.* Quippe Abraham ſtans ante filium moriturum, ſic neſciebat ſe patrem, vt nihil patris oſtenderet. At Maria ſtabat ante Crucem, vt tanti Filij Mater, in nullo minor conſtantiſſima hic matre, ideò vt talis debuit in ... periculis & dolere, & lacrymari. Vt nunquam debuit ſe Matrem Chriſti celare: ſic omnia matris debuit implere, in dolore pro Filio, & anxietate.

Zeno. Arnold.

CAPVT IX.

Benjamin ad Ioſeph.

Textvs Historia.

CRASSABATVR iam fames anno ſecundo, ferèque iam conſumpta, quam ab Ægypto detulerant, annona: & dum Iacob Benjaminum in Ægyptum mittere differt, propè erat, vt extremum famis ſubiret diſcrimen. Igitur Iacob filiis regreſſum in Ægyptum ſuadet: conſtanter illi renuunt, niſi Benjaminum deferant ſecum, haud dubiè certam capitis perniciem formidantes. Tragœdiam totam Ægypto actam repetit Iudas, pollicetúrque, ſub atteſtatione capitalis criminis, ſe Benjaminum ad patrem reducturum. Quibus ille annuit, filiúmque tenerrimè dilectum permiſit ire cum fratribus. Et ſimul iubet, vt ſecum deferant optima quæque, & laudatiſſima regionis illius munera, ad promerendam Proregis gratiam, vt citiùs Simeonem liberent, & explorationis ſuſpicionē amoliantur. Quo profecti à Chanaan filij Iacob, tandem incolumes in Ægyptum peruenerunt, ac ſedentéſque ad Proregem, illi ſeſe omnes ſuppliciter præſentarunt. Agnouit ille vterinum fratrem, lætatúſque maximè eius conſpectu, nullum facit verbum fratribus: ſed diſpenſatori domus iubet, vt homines in domum introducat, & conuiuium paret, dum ipſe publica negotia tractat. At illi, vt domi ſe clauſos viderunt, & in auſteri hominis poteſtate, nihil niſi carcerem, & vincula meditabantur, exiſtimantes, ſe, propter pecuniam cum tritico ablatam, calumniam paſſuros admiſſi furti. Qua cogitatione turbati quamprimùm pecuniam exhibent, & rem, prout geſta fuerat, diſpenſatori domus enarrant. Iubet ille homines quieſcere, & pecuniam illam Deo patrum ſuorum acceptam referre, qui eorum res maximè curabat. Inſuper ad eos Simeonem adduxit, vt ſimul omnes conuiuium Principis expectarent. Intereà ingreditur Ioſeph domum: at illi tenentes munera in manibus ſuis fratrem prono in terram corpora

poſt adorarunt ſomniorum veritatem factis ipſis abundè comprobante. Ille clementer reſalutatos interrogauit de patris ſoſpitate, & vterino fratre; ſuper quo amoris teneritudine commotus ad lacrymas, in cubiculum interius recepit ſe, vt fleret, ſemotis arbitris. Tandem venitur ad epulas. Ioſeph ſeorſum ſolus in vna menſa ſedet: in altera è regione fratres eius: in tertia Ægyptij alij vocati ad conuiuium. Sic & Proregis dignitas, & mores Hebræorum petebant, quorum communionem Ægyptij abominabantur. Illud tunc fratribus accidit mirandum, quòd cùm eis Princeps loca ad conſedendum aſſignaſſet, vnicuique eum locum attribuit, quem ætatis ſingulorum ordo requirebat. Sed & aliud fortè illis inuidiolum accidit, quòd, nimirum, fercula ad Benjaminum delata quinque partibus ſuperabant ea, quæ vnicuique aliorum fratrum dabantur.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

QVi primò vinculis, & carcere afflicti fuerant, nunc excipiuntur conuiuio, & humaniſſimè tractantur. Nec miror: erat modò cum illis Benjaminus, qui longè ab eorum malitia in fratrem aberat. Quod enim te Innocentibus adiungas, nunquam non tibi erit ſalutare.

Geneſ. 42. Interim fames omnem terram vehementer premebat. Conſumptíſque cibis, quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum. Reſpondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi dicens: Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. Si ergo vis eum mittere nobiſcum, pergemus, *&c.*

§. I.

Natura nunquam non paucis contenta.

IN ſumma panis penuria pater non paruæ familiæ mandabat ſuis: *Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum.* Et cur fameſcens Iacob cum ingenti familia non magis exquirit grandem frumenti, ſeu eſcarum copiam? Cur non copiam, ſed pauxillum requirit? Bonus in fame, & penuria poſitus audiens erat vocibus non appetituum, ſed naturæ, quæ nunquam non paucis contenta fuit. De Lazaro è regione menſæ purpurati epulonis iacente lo-
Luc. 16. cutus D. Lucas cap. 16. dicit: *Qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis.* Vbi Theophyla-
Theophyl. ctus ait: *Deſiderabat ſaturari, non de ſumptuoſis ferculis, ſed de micis.* Et videns ſimul fercula plena dapibus exquiſitis, non ad hæc deſiderio tendebat, ſed ad micas? Pauperis neceſſitas non appetitum ſequebatur, ſed naturam, vt dicat Chryſol. in præfcont, ſer. 5. *Parum eſt, quo caro eget, quod natura exigit, quod ſufficit vitæ; auaritia cauſa eſt,*
Chryſol. *quòd homo magna, & multa recondit.* Vbi non auaritia, ſed natura imperat, non magna, non multa, ſed pauca, & facilia requiruntur. Matth. 6. iubemur pro vitæ huius commodis ſic orare: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Circa quæ & ſapienter, & piè ait D. Nicænus de Orat. Domin. orat. 4. *Quærere iubemur id, quod ſatis ſit ad*
Nicæn. *naturam corporis conſeruandam. Panem da, ad Deum dicentes, non luxum, non delitias, non floridas veſtes, non agri copiam, non equorum greges, non boum armenta, ſed panem. Tantùm non apertè hanc orationem clamat intelligentibus. Deſiſte, ô homines, circa res vanas cupiditatibus diffundi. Exiguum eſt, quod natura debes, cibum debes carunculæ tuæ, rem & modicam, & paratu facilem, ſi vſum, & neceſſitatem intuearis.* Expende illa, nimirum: *Rem & modicam, & paratu facilem.* Modicum, quippe eſt, quod natura neceſſario exigit: in magnis enim, & ſupereffluentibus non natura, ſed appetitus, ſed cupiditas paſcitur. Eccleſiaſtes cap. 2. immenſas ſuas delicias referens tandem ait: *Feci mihi canto-*
res, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, ſcyphos, & Eccleſ. 2.
vrceos in miniſterio ad vina fundenda. Et ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui fuerunt ante me in Ieruſalem: ſapientia quoque perſeuerauit mecum. Hebraice, & Græcè legunt alij: *Sapientia quoque mea ſtetit mihi.* Stetit inter delicias Salomonis eius ſapientia, hoc eſt, non vltra progreſſa eſt, quin potiùs apparuit finita: inter enim tot bonorum copias ſola creſcit, & augmentatur cupiditas. Sic Thaumatur-
gus in Paraphraſi: *Chori complures ad meam oblectationem* Thaumat.
agitabantur. Conuiuia porrò, & pocillatores nec numero quidem complecti poſſim. Adeò hic, omnes, qui ante me Ieroſolymis regnarunt, antecellui. Hinc autem contingebat, vt mihi, & ſapientia imminueretur, & vitioſa cupiditas creſceret. Inter crebra conuiuia, & compotationes, vitioſæ creſcebant cupiditates, decreſcebant & animæ, & corporis bona.

§. II.

Sollicitudo de craſtino vt vitanda.

ADhuc pondero, quod ait bonus ſenex: *Emite nobis pauxillum eſcarum.* Pauxillum forſan petit, vt qui non reſpiciat ad futura tempora; ſed tantùm curet incommodum remediare præſens. Sic etiam nos iubemur
orare ad Deum, Matth. 6. *Panem noſtrum quotidianum da* Matth. 6.
nobis hodie. Hodiernam iubemur petere annonam, ne de craſtina ſolliciti nimis ſimus. Circa quæ ait D. Nicæn. de
Orat. Domin. 4. *Panem, inquit, quotidianum da nobis ho-* Nicæn.
die. Vt diſcas, per ea, quæ dicis, quòd diaria, & quotidiana ſit vita humana. Id quod præſens eſt, cuique proprium duntaxat eſt, futuri verò ſpes in incerto manet. Neſcimus enim, quid parturit a ſubſequens dies. Cur miſerè ſolliciti ſumus de incertis? Cur curis futurarum rerum affligimur, atque vexamur? Sufficit quidem diei ſua afflictio. Quid ſolliciti ſumus de craſtino? Qui diem tibi dat, etiam ea, quæ ad diem pertinent, dabit. Pulchrè, & eleganter vir ſanctus laborat pro tollenda omni a de craſtino ſollicitudine: qui enim de Deo ſperat diem craſtinam, cur non ſperet eiuſdem diei ſubſidium? Caueat ergo, qui nimis ſollicitus de craſtino eſt, ne crimen deſperationis incurrat. Exod. 16. de manna colligen-
do dicit: *Colligat vnuſquiſque ex eo, quantùm ſufficit ad ve-* Exod. 16.
ſcendum, gomor per ſingula capita. Nullus relinquat ex eo in mane. Et cur cauetur, ne relinquatur manna in mane, niſi ne ſollicitudo nimia de craſtino deſperationis ſpeciem afferat? Ait Philo lib. 2. Allegor. Egredi autem iubetur populus, incipiatque colligere, non aceruatim, ſed quantum ſufficit in diem. Sic enim fiet primùm, vt ne ſimul, & ſemel exhauriantur immenſæ opes gratiarum Dei, ſed exundent torrentis in morem. *Deinde vt qui quæ ſumpta*
menſura, quæ ſufficiat, reliquorum diſpenſationem permittat Philo.
Deo. Qui verò vult omnia colligere, deſperationem ſibi parat, & moleſtiam maximam. Deſperat namque, ſi nunc tantum, & non in poſterum, ſperat Deum ſibi pluſculum commodaturum: & infidelis eſt, ſi non credit & nunc & ſemper gratiam capacem daturum, &c. Permittendum Deo eſt, quod nobis neceſſarium fuerit in craſtinum. Vt enim idem ipſe Deus erit in craſtino, qui hodie eſt; vt hodie nobis ſubſidium dedit, & in craſtino dabit. Qualis ab initio Deus fuit erga ſuos, talis & erit. Quod agnoſcentes inter ipſas flam-
mas pueri Hebræi canebant Dan. 3. *Benedictus es, Domi-* Daniel. 3.
ne Deus patrum noſtrorum, &c. Vocant Deum patrum, quia qualem ei in patres habuerunt, talem ipſi experientur in donis. Vt dicat Eudoxius Philoſophus in Cat. apud
Theodoret. *Par eſt, vt ab omnibus celebretur Deus: quoniam* Eudox.
nullo vnquam tempore ſua potentia ſtetit; ſed ante mundi creationem et, idémque permanet, præbens manifeſta ampla cui argumenta iis, qui in eo ſpem ſuam ponunt. Qui Deo res ſuas committunt, cum ſemper eiuſdem benignitatis experiuntur eſſe, vt qui futura vitæ ſubſidia minime illi committere audeant, & deſperationis, & infidelitatis crimine notentur.

§. III.

Panis iuſtè comparatus pro pane, & ſuauiſſimo obſonio eſt.

PRo ſolo tritico emendo mittuntur filij Iacob in Ægyptum: & tamen pater ait illis: *Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum.* Non ait pauxillum panis, qui ſolus deſiderabatur, & quærebatur; ſed *pauxillum eſcarum*, quod nomen commune eſt, vel ad panem, vel ad obſonia omnia, quæ cum pane manducantur. Et quando ſolus panis deſiderabatur, & quærebatur, cur bonus ſenex poſuit vocabulum, quod non ſolum panem, ſed & obſonia alia ſignificaret? Rationem meditor in illis verbis: *Emite nobis.* non rapite, non fraudulenter quærite; ſed iuſto pretio ſoluto panem afferte. Vbi autem panis iuſte, & ſanctè comparatur, non ſolus panis eſt, ſed & pro pane, & ſuauiſſimo obſonio reputatur. Ioan. 6. videns Ieſus meus ingentem hominum turbam faméſcentem, ait ad Philippum *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Et mirabar, quod tantus dominus, cui præſto erant vniuerſa mundi obſonia, qui antiquis Iſraelitis non ſolum pluit panes Exod. 16. ſed & carnes coturnicum obtulit in ſumma abundantia, nunc ſolùm ſollicitus eſt pro exhibendis panibus. Cur, Domine, ſolùm magis de pane comparando? Cur non & de aliquo obſonio etiam comparando ſollicitaris? Dixerat: *Vnde ememus?* & vbi explicitè propoſuit, panem non aliter, quam iuſto pretio habendum, meritò de alio obſonio tacuit ſciens, panem iuſte comparatum pro obſonio eſſe, & pro pane. Ad hæc dicebat D. Nicæn. de Orat. Dom. 4. *Facultate panis vitæ circumſcribit Dominus, obſonium quærens, quod ab ipſa natura tibi paratur. Id autem perſpicuum ... [illegible] conſcientia eſt, iuſte vſum panem comedens. Et ... [illegible], & illum opertet, & plorare contubernalem, ... [illegible] bona excidens, miſerabiles fieri, vt pro illorum lacrymas ſuæ magnificentiæ, neque oſtentatio menſa ſplendent.* Non equidem dulcis eſt panis; ſed panis dolorum, & lacrymarum eſt illi, cuius menſa proximorum miſeriis componitur. Vbi autem pura conſcientia, iuſto vſu panem condit, ibi non ſolum panis, ſed & ſuauiſſimum obſonium eſt. Hinc Gen. 3. dicebat Dominus homini *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* De hominis eſcis locutus ſolum meminit panem. Et cur ſolum panem meminit? Cur non & alia obſonia, ſaltem in genere, memorauit? Dixit: *In ſudore veſceris pane.* ſudor autem, & labor iuſtus poſitus in acquirendo pane dulciſſimum obſonium addit pani. Vt dicat D. Nicæn. vbi ſupra: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Vides Verbi ſermonis primum obſonij confectionem? Sufficit tibi ad huiuſ vſum ... [illegible] mente occupari. Dicitur, qui educis panem de terra. A te mihi vita eſt, à te quoque mihi vita ſubſidium contingat: ... [illegible] panem, hoc eſt, ex iuſtis laboribus cibum adipiſcar.* Expende illa: *Vides primam obſonij confectionem?* primum obſonium, quod Deus meditatus eſt apponendum pani, iuſtus labor fuit. Qui enim panis de iuſto labore venit, & panis, & obſonium eſt.

Nicæn.

Gen. 3.

Nicæn.

§. IV.

Illa creſcit Reſpublica, in qua vniuerſi pro vitæ ſubſidiis laborare coguntur, nullus otiari permittitur.

NOn poſſum non mirari in iis Iacobi filiis, vt omnes pro alimentis quærendis moneantur à patre, & laborioſam, & longam, & periculoſam arripere viam: ait enim Textus: *Dixit Iacob ad filios ſuos. Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum.* Sic ſecundo compellit filios ad aſperam, & laborioſam viam arripiendam pro vitæ acquirendo ſubſidio. Sed erant Iacobo, & filiis eius ingentes ſeruorum familiæ, erant famuli fideliſſimi, qui ſi mitterentur, æquè feliciter compararent frumenta. Imò, ſi ſpectamus horum auum Abraham, vbi de quærenda ſponſa filio ſuo fuit ſollicitus, rem non filio, ſed famulo commiſit, qui in patriam iret, ſponſam quæreret, & adduceret. Sic Gen. 24. Cur ſimiliter Iacob famulis non commiſit rem de frumento comparando; ſed eam commiſit filiis? Erant filij Iacob fundamina ingentis, & glorioſi populi, qui tunc in immenſum creſcit, quando vel præcipui ciues per ſe ipſos pro alimentis parandis laborem ſumunt, & otium maximè fugiunt. Qui ciues norunt viam fori, viam areæ, viam vineæ, pro parandis cibis, illi ipſi ſunt, qui in immenſum faciunt creſcere Reſpublicas. Matth. c. 20. proponitur paterfamilias, qui operarios quæreret ad colendam vineam, de quo ait: *Circa vndecimam vero horam, exiit, & inuenit alios ſtantes, & dixit illis: Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit.* Hic eſt modus viuendi otioſorum hominum, qui peſte ſunt Reipublicæ: toto mane ſomno incumbunt, nuſquam extra lectum viſuntur; hora autem vndecima è lecto ſurgunt, in forum deſcendunt, in quo vel ſedent ad fores tabernarum, vbi vel aqua mulſa, vel alij potus venduntur, vel ſtant nihil agentes in circulis. Hos intrans paterfamilias, inertiſſimam, & indignam rationabilibus hominibus otioſitatem obiicit illis, qui illam excuſationem prætendunt: *Quia nemo nos conduxit.* Quid mirabilius? Et eſto, quòd Deus illos non conduceret, nonne à Principibus tenebrarum harum conducerentur? Equidem à talibus conducti erant: ſed non in laborem, ſed in inertiam; non in negotium, ſed in otium, quo ſecundiùs perirent. Ait Hugo Victorinus lib. 2. de clauſtro animæ, cap. 14. *Quò enim iſti conducerent? Ad quærendum forſitan honorem, non ad laborem, ad Curiam, non ad vineam. Ibi agitur de pondere pecuniæ, non de quantitate culpæ.* Hæc eſt conductio Dæmonibus ſolenniſſima, qua homines, non in vineas colendas, non in meſſem faciendam, non ad iuſtis laboribus parta alimenta; ſed ad honores otioſos, ad Curiam inhabitandam conducuntur. Antiqui Hiſpani & meſſoribus inſtabant, & vinearum cultoribus, & armentis boum, & ouium gregibus, vt inde ſubſidia vitæ quærerent. Eò enim mittebantur ab authore naturæ, vt de eius ſinu vberrimas populis perciperent diuitias. Modo nefariſſimos alios conductores veniſſe video, nempe, Dæmones, quorum furore perciti plurimi ſolas putant diuitias, quæ nullo labore, nullis vigiliis comparantur, relictiſque auitis vineis, & areis ad Curiam feſtinant, in qua in ſumma inertia, & otioſitate viuant.

Ioan. 6.

Gen. 24.

Matth. 20.

Hug. Vict.

§. V.

Carnalis affectus ægrè, & difficulter rationibus vllis conuincitur.

CVm nollent filij Iacob ſine Benjamin redire in Ægyptum, huius rationem ponens Iudas apud patrem ait: *Vir enim (vt ſæpe diximus) denunciauit nobis dicens. Non videbitis faciem meam abſque fratre veſtro.* Expende illud: *Vt ſæpè diximus*, quippe non ſemel, ſed ſæpiſſimè dixerant patri, vt ſine Benjamin malè audituri erant apud Proregem Ægypti, vt non poterant coram illo apparere ſine ingenti diſcrimine, vt manſerat eorum frater Simeon vinctus, qui neceſſariò periclitaturus de vita erat. Alioquin ſi cum Benjamino irent, omnia illis erant tuta, & acceſſio ad Principem, & reditio ad patrem cum tritico. Hæc ſæpè dixerant patri, ſæpe repetiuerant, quibus etſi aliquo modo cogebatur pater, non tamen perſuadebatur, eò ſemper intentus, vt dilectum Benjaminum ſecum retineat. Proh carnis, ſanguiniſque affectus pertinaciſſimi! Rationibus multis, & incommodis inde orturis aliquando videntur compriml; ſed vbi ad rem venitur, affectu vincente, ſemper in eodem manet mens firma. Quàm ſapienter ait D. Laurent. Iuſtin. lib. de inſtit. & regim. Præl. c. 16. *Qui enim[que] modo affectione carnis ſeducitur, legem ſibi ipſi neceſſitatis indicit, inordinatis motibus effectus principe ſpe capti...um. Caret ſiquidem vero rationis iudicio, in eo, amore ſuadente, atque vincente.* Fuerit ordinatus affectus Iacob, de quo non diſputo: hoc certiſſimum eſt, quòd in quo carnis, ſanguiniſque affectus nimis viguerit, inordinati amoris ſicet captiuus, & cæcutiente ratione affectus, & amor ſemper vincet. Cæcatiſſimus ille epulo, cùm iam eſſet in tormentis ſic orabat ad Abraham Luc. 16. *Rogo te, pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moyſem, & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: ſed, ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* E vita iam exceſſerat, &

Laurent.

Luc. 16.

& in tormentis erat, & adhuc affectus eſt erga fratres ſuos. Et licet illi Abrahamus iubeat quieſcere ab illa ſollicitudine, & oſtendat, quàm abundanter prouiſum fuerit fratribus, ne in infernum venirent; non conquieſcit Abrahami ratione; ſed adhuc inſtat, & perſeuerat rogare eadem pro fratribus ſuis. Et cur non quieuit in verbis Abrahæ? Apoc. 6. dicitur: *Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant, & clamabant voce magna dicentes: Vſquequò, Domine, (ſanctus, & verus,) non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis, qui habitant in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc*, &c.

Apoc. 6.

Compone modo epulonis animam cum iis animabus interfectorum propter verbum Dei. Tam hæ, quàm illa à corpore exierant, & in alio ſæculo inueniebantur. Tam hæ, quàm illa oſtenduntur clamaſſe pro bono aliquo obtinendo: illa clamabat pro ſalute fratrum ſuorum; hæ clamabant pro vindicando ſanguine ſuo. Animabus autem his dictum fuit, vt requieſcerent: & ſtatim quieuerunt, nec vllum ampliùs fuit earum verbum auditum. Animæ verò epulonis oſtenſum fuit, vt abundè prouiſum erat illis, pro quibus rogabat, quo deberet requieſcere. At ille minime perſuaſus adhuc inſtat, adhuc in eadem petitione perſiſtit. Et quando illæ ad primam rationem quieuerunt, cur hæc etiam poſt clariſſimam rationem inſtat? Illarum affectus erant prorſus ſpirituales, ab omni carnali viſo liberi, & ideò faciliimè rationi datæ acquieſcunt: huius autem affectus carnalis erat, à carne, & ſanguine ortus, qui nullis rationibus acquieſcit; ſed pertinaciſſimè in eodem perſiſtit. Accipite D. Nicænum lib. de anima, & reſurrect. pulchrè de epulone diſſerentem: Atque etiam aliam in narratione, quæ ad diuitem, & mendicum pertinet, firmam diſcimus ſententiam. Facit illum humanis affectibus, ac perturbationibus obnoxium, carnisque ſtudioſum diuitem, curam habere eorum, qui ſuper terram, cum genere contingebant. Cùmque Abraham negaſſet, eorum vitam prouiſionis expertem eſſe; ſed abundè eis propoſitam eſſe doctrinam, atque inſtitutionem legis, ac Prophetarum; adhuc perſeuerare diuitem inſtantem, ac flagitantem, vt ex improuiſo credibilis eis prædicatio fieret, quæ ab aliquo, qui ex mortuis viueret, annunciaretur::: *Diues autem, tanquàm viſco*
Nicæn. *quodam carnali vitæ, etiam poſt mortem, adhuc adhæret, adhuc ei curæ caro, & ſanguis erat.* Per hoc enim, quòd rogat, vt illi, qui communione generis ei contingebant, malis eximerentur, perſpicuum eſt, quòd nondum carnali affectu exolutus erat. In hoc affectus carnalis diuitis innoteſcebat, quòd nullis rationibus, imò & nullis incommodis quieſcebat. Crede mihi: in quo eſt carnalis affectus, parum ratio proficit, vbi occaſio fuerit, amore vincente.

§. VI.

Deploratus eſt homo, cui cibus eucharisticus non eſt.

ADdebat illud ſapienter Iudas: *Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere, ne moriamur nos, & paruuli noſtri.* Circa quæ D. Chryſoſt. *Conſumpto enim cibo, nulla nobis ſalutis ſpes erit, nec aliunde conſuli nobis poterit.* Vbi auolat cibus, neceſſum eſt, vt auolet ſpes ſalutis. Id quod etiam in viuifico Euchariſtiæ cibo habet maximè locum: qui enim hoc viuifico cibo caret, deploratus homo eſt. Iacob fuerat aliquando benedictus à patre in frumento, vino, & oleo. Quid tunc? Ait Gen. 27.
Geneſ. 27. *Auditis Eſau clamoribus patris, irrugiit clamore magno, & conſternatus ait: Benedic etiam & mihi, pater mi::: Reſpondit Iſaac: Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento, & vino ſtabiliui eum. & tibi poſt hæc, fili mi, vltrà quid faciam? Cui Eſau: Num vnam tantùm benedictionem habes, pater? Mihi quoque obſecro, vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret*, &c. Et cur homo fortis ſic in lacrymas reſoluitur? Quæ res in fletum potuit adducere hominem durum? Ex quo frumenti, & vini benedictionem vidit ad fratrem tranſiſſe, & ſe manere ſine illa, deploratam oſtendit ſalutem ſuam. Vt meritò dicat Iulius Firmicus lib. de errore profanæ religionis, cap. 19. *Reſpondit ei pater: Dominum tuum feci illum, & omnes fratres eius feci ſeruos: tritico, & vino confirmaui illum. Tunc Eſau caſus ſuos miſera lamentatione defleuit. Quia tritici, & vini, id eſt, futuræ felicitatis perdidit gratiam.* Cur non lamentetur Eſau caſus ſuos, oſtendatque iam deploratam ſalutem, cùm in amiſſione panis, & vini, futuram felicitatem perditam videat? Planè qui perdit hunc cæleſtem cibum, vix fieri poteſt, ne perdat ſalutem. Quò trahenda dicta 1. tom. in Euang. lib. 3. cap. 8. §. 11. & tom. 3. lib. 14. cap. 10. §. 16. & tom. 2. de Chriſto fig. lib. 5. c. 4. §. 9. & tom. 3. lib. 7. c. 3. §. 12.

§. VII.

Tarditas in neceſſariis prodendis nunquam non pernicioſa.

MEritò oſtenditur tarditas, & moroſitas in prouidendo frumento nociua: dicit enim: *Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus.* Chaldæus ibi: *Niſi traxiſſemus moras.* Moroſitati enim, & tarditati tribuit defectum frumenti, quo iam periclitabantur. Et quando tarditas non nociua? Aſcenſurus Abraham in montem, vt ſacrificaret filium, dicebat pueris ſuis Geneſ. 22. *Expectate hic cum aſino: ego, & puer, vſque illuc properantes*, &c. Geneſ. 22.
Qui ad ſacrificium pergunt, properant, feſtinant: qui morari iubentur, cum aſino relinquuntur. Vt videas in tarditate, & cunctatione cuius ſocius fias. Circa quæ aiebat Hugo Victorinus lib. 2. de clauſtro animæ, cap. 13. *Hæc eſt tarditas otioſorum, qui nihil operantur ad horam; ſed ſemper committunt moram. Hi ſunt, qui expectant cum aſino, nec aſcendunt cum Iſaac in montem: portantes paleas, & ſtimulum, quæ ad aſinum pertinent; non ignem, & gladium, quæ pertinent ad* Hug. Vict.
ſacrificium. ait enim Abraham ad pueros ſuos: Expectate hic cum aſino:: Pueri ſunt pueriles ſenſus animi, qui cum aſino expectant: quia tarditatem ſemper amant. Nullus aſcenſus, nullus profectus eſt iis, qui tardi ſunt, nec vnquam nouerunt feſtinare: ſi enim feſtinare ſcirent aliquando, non parua bona conſequerentur. De agni eſu monebat Dominus Exodi 16. *Feſtinantes comedetis.* Vt enim ibi tota populi ſecuritas tractabatur, ſic commendabatur feſtinatio. Exod. 12.
Quò ſpectans D. Bernard. ſerm. 33. in Cant. ait: *Feſtinemus proinde, Filij, feſtinemus ad locum tutiorem, ad paſtum ſuauiorem, ad vberiorem, & fertiliorem agrum. Feſtinemus, vt habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio.* Bernard.
Ecce tibi, quanta ponantur in vna feſtinatione.

§. VIII.

Ærumnæ acutiſſimum hominem faciunt.

TAndem victus Iacob ait: *Si ſic neceſſum eſt, facite, quod vultis: ſumite de optimis terræ frugibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi*, &c. Et mirabar, quod cùm nullus fratrum meminiſſet munera ferenda Proregi, vnus Iacob id meminit. Vnus Iacob meminit remedium munerum mittendorum: quia, ſicut vnus ille dolebat de Beniamino tunc; ſic vnus inuenit remedium, quo Principes placari ſolent. Nunquam enim dolor non ingenium habet pro remediis inueniendis. Vt meritò dicat Nazianzenus Nazianz.
epiſt. 60. *Nihil dolore ingenioſius eſt.* Semper dolor, & ærumna faciunt hominem ſapere pro remediis quærendis. Dicebat Iob cap. 1. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris* Iob 1.
meæ. Quam nuditatis ærumnam aliqui magni ducunt, vt quæ fuerit ingenioſiſſima inuentrix remediorum. Pro quo ait D. Clemens Alexandr. in Cat. Græca: *Solus ex omnibus homo nudus gignitur, nullo vel armorum, vel indumentorum cognato genere protectus, vt animum ad curam, ſtudiumque* Clem. Al.
impellas; ſtudium verò, & ſollicitudo ſapientiam gloriosè exornet; artificia quoque propter egeſtatem gignat varia. Induſtrium enim & peritum eum, qui nudus eſt, eſſe oportet, vt qui paupertatis ſtimulis concitetur. Nudus procreatus eſt homo, vt eodem ſtudio adhibito, videret, quemadmodum imbres declinaret, quemadmodum ſapienter frigus arceret, quemadmodum ad repellendos ictus muniretur. Aqua madidus, plantisque perfuſus tecta fabricauit, refrigeratus velamentis indumenta excogitauit, vulneratus thoracem induit. Nempe, aliam ex alia ſolertiam nuditas induxit. Vt iam nuditas donum ſit, munus quo imperatorium. Quid pulchrius? Ex nuditatis ærumna penè omnes artes proſilire.

§. IX.

§. IX.

Auri efficacia vel ab ipſis receſſibus oſtenditur.

MOnebat Iacob filios dicens: *Deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis*, &c. Et de illis ait: *Obtulerunt ei munera tenentes manibus ſuis*, &c. Quæ enim de frugibus terræ componebantur munera, neceſſum erat, vt deferrentur, & manibus prætenderentur, & oſtenderentur. Non ſic quod de auro, argentóve fit: vox enim auri, & argenti, licèt in receſſibus, ſemper auditur. Non eget pecunia videri, & oculis præſentari: quamuis in abſtruſiſſimis ſacculis obtenebretur, inde efficaciſſimè ad ſe trahit cuncta.
Eccleſ. 10 Dicebat Eccleſ. c. 10 *Pecuniæ obediunt omnia*.
Vatab. Vatab. legit: *Pecunia ſubiget omnia*.
Caiet. Caiet. autem ponit: *Pecuniam humiliabit omnia*. quæ dominatum pecuniæ, aurive denotant. Et in quo hic pecuniæ dominatus clariùs oſtenditur? In eo, quòd ad illius, licèt in receſſibus poſitæ, odorem omnia gubernentur. Accipite Petrum Damianum lib. de contemptu ſæculi. cap. 29. fantem: *Sicut enim Rex, in ſecreto adyto, de regni ſtatu, de rerum ſumma deliberat; quodammodo ſic aurum, & latet in occulto, & ſententias depromit*
Damian. *in publico. In ſuduario anguſto concluditur, & decidit negotiis calculos iudicales apponit. Plerumque enim quos cauſa commendat, mendax pecunia, præmio dignos prochdolor aſſerit*, &c. Expende illa: *Sicut Rex in ſecreto adyto*, &c. quippe Rex, cùm degat in ſecretis penetralibus, nec facile videatur, ſed quaſi nubibus occulte et maieſtatem ſuam, tamen eius vocis efficacia & poteſtas exteriùs in omnium rerum adminiſtratione ſentitur. Sic aurum, ſic pecunia lateat licèt, & occultiſſimis latibulis degat; tamen extrinſecùs omnia moderatur, datque iura iudiciorum. Quò credideram reſpexiſſe Nazianz. epiſt. 78. in qua laudes Olympij Præfecti proſecutus, tandem ait: *Hoc, quod maximum eſt,*
Nazianz. *accedit manuum puritas, & integritas, quæ omnia ſequuntur. Vbinam tibi aurū incuſſū collectum? Nuſquam quidem vnquam, viperæ ante omnia damnatum, & erectum, tanquàm tectum, & obſcurum tyrannum.* Vnde tectus, & obſcurus tyrannus? Si ob multas alias, tamen ob hanc maximè cauſam: quia, ſicut Rex in ſecretis adytis caſtiena, omnia exteriùs moderatur: ſic aurum & latet in occulto, & ſententias promit in publico.

Geneſ. 43. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin; deſcenderúntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. Quos cùm ille vidiſſet, & Benjamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam mecum ſunt comeſturi meridie. Fecit ille, ſicut fuerat imperatum, & introduxit viros domum; ibique exterriti dixerunt, *&c.*

§. X.

Dona Chriſto in egentibus exhibita ſecuriſſimum faciunt ad Deum acceſſum.

VIde, quò ſibi parent filij Iacob acceſſum ſecurum apud Ægypti Principem, nimirum, ait: *Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem.* Quòd ferebant pecuniam, res erat iuſtitiæ, vt dato iuſto pretio frumentum acciperent. Quòd munera ferebant, beneuolentiæ negotium erat, & quæ à beneuolentia dona proficiſcuntur, nullum acceſſum non faciunt ſecuriſſimum. Vis, homo, acceſſum habere ad Deum ſecurum? Ea opera, ea munera præpara, quæ charitas, & miſericordia Chriſto in ſuis pauperibus largienda imperat. Dicebat Arnoldus Carnoten. tract. de laud. Mariæ: *Securum acceſſum iam habet homo ad*
Arnold. *Deum, vbi mediatorem cauſæ ſuæ Filium habet ante Patrem, & ante Filium Matrem. Chriſtus nudato latere, Patri oſtendit latus, & vulnera: Maria Chriſto pectus, & vbera: nec poteſt vllo modo eſſe repulſa, vbi concurrunt, & orant omni lingua diſertius hæc clementiæ monumenta, & charitatis inſignia.* Expende, quæ erant in Maria charitatis monumenta ſecurum ad Deum parantia acceſſum, nimirum, ait: *Maria oſtendit Chriſto pectus, & vbera* quippe vt vbera Mariæ eſurienti Chriſto pabulum offerebant, ſic acceſſum ad Deum reddebant ſecuriſſimum. Vt tu dicas, homo, vnde ſecurus valeas ad Deum accedere, nimirum, de donis, quæ egenti Chriſto in ſuis pauperibus tribueris. Pater ille familias Matth. 21. pro defenſione, & ſecuritate vineæ à ſe Matth. 21.
plantatæ, *ædificauit turrim in medio eius.* Et quæ hæc turris? Aiebat Maria Deipara Cant. 8. *Ego murus, & vbera* Cant. 8.
mea, turris. Et quando in turri defenſio, & ſecuritas eſt, cur hæc ponuntur in vberibus Mariæ? Cur non potiùs in brachiis eius, penes quæ eſt valentia, & fortitudo? Vt Mariæ vbera ſuccurrerunt Ieſu in egeſtate, & fame ſua: ſic illa opera nos defendunt, & ſecuros ad Deum ducunt, quæ exhibentur egentibus membris Chriſti. Hinc munimenta bonorum ſubilmiſſima exurgunt, & arma nobis dantur, quæ arceant hoſtiles iniurias. Ieremias Threnor. Thren. 3.
3. monebat: *Leuate corda veſtra cum manibus ad Deum.* Circa quæ ait Petrus Damian. epiſt. 13. *Cor quippe cum manibus ad Deum leuat, qui dum orationum Deo vota perſoluit; et quoque ad ſubſidia pauperum, rerum ſuarum dona tranſmittit. Induamus ergo loricam horum bonorum operum, & iacula non temebimus impiorum.* Sic de eleemoſynarum donis, & ſublimia munimenta naſcuntur, & arma, quæ à nobis arceant hoſtiles impetus. Huc trahenda dicta tom. 4. de Chriſto figur. lib. 8. c. 19. §. 10.

§. XI.

A Maria Deipara certior hominum ſaturitas, quàm ab aliis creaturis.

IBant Iacobi filij Ægyptum mercaturi triticum, quo ſuas familias ſatiarent, dicente Textu: *Tulerunt viri munera, & duplicem pecuniam, & Benjamin, deſcenderúntque in Ægyptum*, &c. Feliciores, ſi non ad Ægyptum, neque ad Ioſeph; ſed ad Mariam Deiparam potuiſſent ire. O quàm ibi abundantiores ſaturitates fontes inuenirent! Poſt Mariæ partum auditum dicebant Paſtores Luc. 2. *Tranſeamus vſque Bethlehem.* Et cur volunt vſque Luc. 2.
Bethlehem tranſire? Nónne vbi erant, & apricum, & fertile ſolum tenebant, quo paſcerent greges ſuos? Et quando ille locus ad paſcuam optimus erat, cur malunt vſque Bethlehem tranſire? Erat in Bethlehem, Maria Deipara, apud quam abundantiores bonorum omnium inuenturi erant diuitias. Ait Richard. à Sancto Laurentio de laudib. Mariæ, lib. 11. *Tranſeamus vſque Bethle-* Richard. à
hem, id eſt, beatam Virginem: & loquuntur more peregrinorum, qui volentes hoſpitari in paupere villa, vel inopi, dicunt: S. Laurent.
Tranſeamus vſque ad bonam villam, ibi inueniemus omnia neceſſaria, & ad bonum mercatum, & ſecurè dormiemus ibi. Quippe peregrinantes, vbi ad oppidum perueniunt, in quo parua commoda inueniuntur, nolunt morari ibi; ſed magis volunt tranſire ad oppidum, in quo eſſe omnium rerum abundantiam ſciunt. Sic illi detrectantes in aliis morari, ad vnam Mariam feſtinant tranſire, in qua ſciebant omnia ſibi ad ſalutem, & vitam neceſſaria abundantiſſimè affutura. Quò ſpectabat illa ipſius Deiparæ vox Eccleſiaſtici cap. 24. *Tranſite ad me, omnes, &* Eccli. 24.
à generationibus meis implemini. Sic hoſpitiæ ad ſe ſolent aduocare tranſeuntes, & ſic ad ſe aduocat Maria eos, qui volunt perfectam inuenire bonorum plenitudinem. Ait Richardus à Sancto Laurent. vbi ſuprà: *Hoc eſt, quod ipſa*
conſulit omnibus, dicens: Tranſite ad me, omnes, & à generationibus meis adimplemini. Sunt alia hoſpitia. Nuſquam alibi Richard.
inuenietis tam bonum hoſpitium, aut ſecurum, nuſquam tam S. Laurent.
bonum mercatum omnium neceſſariorum. Dum non tranſeas ad Mariam, nuſquam inuenies tam bonum, & abundans hoſpitium. Apud Saram hoſpitati ſunt Angeli, ſed neque homines apud vllam creaturam inuenire poterunt eam bonorum plenitudinem, quæ eſt apud Mariam.

§. XII.

Nemo Deũ adeat ſine Maria.

NOn ſuffeciſſet, quòd filij Iacob ferrent munera, aut pecunias, vt adſtare poſſent coram Prorege, niſi & ſecum ferrent Benjaminum. Ideò ait Textus: *Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin, deſcenderúntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph.* Qui ſine Benjamin vehementer timuerant Ioſephum adire, nunc cum Benjamino intrepidi ſteterunt coram illo. Vt ſciamus, neminem etiam licere Deum adire, niſi cum Maria, & per Mariam. Nota eſt Perſarum lex, qua cauebatur, ſub pœna capitis, ne quis non vocatus Regem adiret, niſi Rex ad illum virgam auream inclinaret. Auſa nihilominùs fuit Eſther, & minimè vocata ad Aſſuerum intrauit cap. 5. Quid tunc? *Extendit Rex contra eam virgam auream, quam tenebat in manu. Quæ accedens oſculata eſt ſummitatem virgæ eius.* Eſth. 5. Oſculata igitur eſt ſummitatem virgæ, & ſic ſecura Eſther potuit adſtare Regi. Vt ſciamus nos, neminem Deo ſecure adſtare poſſe, niſi de beneficio virgæ illius, quæ venit de radice Ieſſe, nempe, Maria. Circa quæ ait Richard. à ſancto Laurentio de laud. Mariæ cap. 12. *Virga Maria, Eſther, fidelis anima, ſummitas virgæ aureæ, excellentiſſima dignitas Mariæ, ex hoc, quòd facta eſt Mater Dei.* Richard. à S. Laur. *Hanc ſummitatem deoſculatur, quiſquis de tanto priuilegio Mariæ gratulatur, & quiſquis ſibi præcauet, ne per ipſum Mater miſericordiæ offendatur, aut ſi ipſam offenderit, ſatagit, quomodo ei reconcilietur. Oſculum enim ſignum eſt dilectionis, ex qua congratulatio: ſignum eſt etiam reconciliationis, & pacis. Hoc igitur exemplo euidenter oſtenditur, quòd nullus ad illam beatitudinem, quæ Chriſtus eſt, preualet intrare, niſi ſit in conductu huius virgæ.* Expende hæc vltima: *Niſi ſit in conductu huius virgæ.* niſi enim Maria nos comitetur, & ducat, nullus ad Deum intrabit. De Mariæ beneficio venit, quòd ad Dei conſpectum perueniamus.

§. XIII.

Magna præſtantia eius, cuius mores non mutantur ab honoribus.

AIt Textus: *Quos cùm Ioſeph vidiſſet, & Benjamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ dicens: Introduc viros domum: & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.* Et mirabar, quòd exteri homines, habitu, & conditione paſtores, à tanto Principe exciperentur conuiuio, illiúſque commenſales fierent. Cur non magis Princeps Ægypti, vilis conditionis homines ſibi aſſidere detrectat? Eiuſdem fuerat ipſe conditionis, nec dignitate, ac thronis immutatus eſt, ſed eundem ſe ſemper oſtendit. Quod ad ſummam præſtantiam hominis maximè pertinet. Vt de illo dicat Ruper. lib. 8. in Gen. cap. 40. *Rectè itaque & cum laude, qua fide Ioſeph, ſicut in domo, ſicut in carcere, ſic & in curru Pharaonis tam humiliter ſeruiuit, quàm fideliter, illud ſemper attendens, quia ſeruus emptitius eſt; non illud quia per prudentiam pater Pharaonis effectus eſt.* Rupert. Quanta hæc laus Ioſeph, qui nullis honoribus immutatus eſt? Immutabatur habitu, & honore, quando Proregem agebat, ſed nec extollebatur, nec immutabatur animo. Qualis in domo patris ſui, imò qualis in carcere fuerat cum ſociis, talis in principatu inueniebatur. Quanta præſtantia hæc hominis fuit? De præſtantiſſimo hominum locuta Sponſa Cant. 5. dicit: *Caput eius, aurum optimum.* Cant. 5. Et quid in auro potuit placere Sponſæ Dei? An pretium eius? Abſit: qui enim Deo maximè adhærent, auri pretium contemnunt. Sed mirata eſt Sponſa Dei in auro illam præſtantiam, quâ ſupra omnia metalla aurum in diuerſas formas, & grandes, & tenuiſſimas mutatur; tamen in ſeipſum idem permanet. Quo præſtantia hominis clarè oſtenditur, quando in nullo honoris gradu conſtitutus, non idem ipſe eſt. Dicit D. Nazianzenus Sophronio Principi epiſt. 107. *Aurum aliàs quidem alio modo immutatur, & effingitur, in multos ornatus informatum, atque ad multas res ab arte traductum: aurum tamen (vt eſt) manet: nec materia, ſed forma mutationem ſuſcipit.* Nazianz. *Eodem modo tuam quoque probitatem eandem erga tuos amicos manere exiſtimantes, etiamſi ad altiores quotidie dignitatum gradus promouearis.* &c. Sic Sanctus componit cum auro præſtantiam eius, qui ſcit principatus gradus ſcandere, & non immutari.

§. XIV.

Sancto viro mediante multa noſtra diligentia ſuppleatur in bonis obtinendis.

FRumenta ſola quærebant filij Iacob, ex quibus farinam conficerent, & ex farina panes, quibus perfectis veſcerentur. Et ecce tibi inueniunt menſam perfectam: dicit enim Textus: *Præcepit diſpenſatori domus ſuæ dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium quoniam mecum comeſturi ſunt meridie.* Non frumenti granarium, ſed & menſa plena, & conuiuium perfectum illis proponitur, ne quid aliud facerent, quàm comederc. Et ſanè priùs non ſic cum illis actum eſt; ſed frumenti grana eis vendita fuerunt, ex quibus non licebat comedere, antequàm multùm circa illa paranda laborarent. Modò menſa ſine labore eis proponitur. Vnde orta eſt hæc differentia, niſi quia modò illis aderat Benjamin, vir gratiſſimus Proregi? Adſit vtinam nobis ſanctus homo, vir gratus Deo; & fallar, niſi multæ ſuppleantur diligentiæ, & labores noſtri in bonis obtinendis. Ingreſſus eſt Elias vir Dei domum pauperis viduæ, quæ ſolùm habebat paruum farinæ in hydria, & paruum olei in lecytho, quibus cibatus fuit Propheta 3. Reg. 17. *Et ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus.* 3. Reg. 17. ſed ſemper inueniebatur farina in hydria, oleum in lecytho. Quod miratus D. Chryſoſt. hom. de eleemoſ. habita tom. 6. ait: *Magna poſſunt Sanctorum pedes domum ingredientes. Etenim Eliæ pedes domum viduæ ingreſſi nouam quandam, & admirabilem beneficentiæ oſtenderunt rationem; agrum ex viduæ domo fecerunt, & ex hydria aream. Seminauit vidua farinam, & meſſuit farinam. Non indiguit bobus, & iugo, & aratro, & ſulco, nec etiam planta, & aere, & falce, nec area, aut manipulis, neque ventis paleas è frumentis diſcernentibus, neque mola conterente; ſed vno temporis momento horum omnium conſummationem in hydria inuenit. Talia ſunt Sanctorum munera.* Chryſoſt. Ecce tibi, quot labores in conficienda farina ſuppleuit ingreſſus Eliæ. Hic ingreſſus eſt; & ſine bobus, ſine aratro, ſine molendino facta eſt farina in hydria viduæ. O quot noſtri labores ſupplentur in obtinendis bonis, ſi nobis adſint viri Sancti! Et quid ſi Sanctus Sanctorum Chriſtus Dominus adſit? Matth. 14 erant quinque millia virorum in deſerto, & non erant niſi quinque panes ad manducandum. Quid tunc? Ait Text. *Acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum, benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes: diſcipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.* Matth. 14. Nullus ibi labor ſationis, nullus meſſis æſtus, nulla mola farinæ, nulla aſperſio aquæ, nulla fermentatio, nullus furnus, & perfectiſſimi panes ſaliebant in tantæ multitudinis ſaturitatem. Et vnde tot labores ſupplebantur? Chriſtus Dominus, Sanctus Sanctorum aderat. Ait D. Baſil. Sel. orat. 33. *Quàm multa humanum paſtum antecedunt? Aratio ſoli, aratorum ſudor, imbrium ortus, culmorum adſcenſus, opportuna ſegetis maturatio, legendæ meſſis durus labor, molæ auxilium, artis conformatio, ſimul ignis aſpiratio. Quæ nunc omnia contactu ſolo Domini manus perficit. Aderat enim, qui terræ latera ad fructificandum excitat,* &c. Baſil. Sel. Et vbi tantus dominus aderat, tot illi labores ſupplebantur.

§. XV.

Gula in Principe nociua.

PRæſtantia huius Principis notatur ab Oleaſt. illis verbis, nimirum: *Mecum comeſturi ſunt meridie.* Non enim gula rapiebatur, qui meridiem expectabat, vt comederet. Quod vt in Principe laudabile, ſic nociuum eſt, quòd à gula rapiatur. Eccleſiaſtes cap. 10. *Væ tibi, terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes manè comedunt. Beata terra, cuius Rex nobilis eſt, & cuius Principes veſcuntur in tempore ſuo.* Eccleſ. 10. Ad populorum felicitatem pertinet, quòd Principes abſtemij ſint, nec nimis feſtinent ante tempus comedere. Vt nociuiſſimum eſt populis, quòd eorum Principes *manè comedunt*, hoc eſt, iuxta Nazianzeni paraphraſim, *ventri ſint dediti*; de tanta Principis gula nunquam non malum ſubiectis venit. Hinc Propheta Dauid

Pſal. 1.

Pſal. [illegible] propon[illegible] Principis [illegible] in [illegible] in ſi-
Pſal. 1. gitat *In cathedra p[illegible] non ſedit.* [illegible] quæ eſt cathedra
peſtil[illegible] tanto [illegible] quam [illegible] pis qui gulæ [illegible]
Ambroſ. bi[illegible] [illegible] D. Ambr. [illegible] *Cathedram d[illegible] tempore Salua-*
tor eorum, qui de honore [illegible], primatus [illegible]
dignitatum, eorum qui ſacerdotio, vel primatu honoris [illegible]
tur ad quæſtum [illegible] qui [illegible] gula nequaquam debe-
tam [illegible] præſtarent cuſtodiam. Hæc vera eſt peſtilentia.
Denique [illegible] peſtilentia. Expende illud *Hæc*
vera eſt peſtilentia. Dixerat immediate ante malum indul-
gentium gulæ, & ſtatim ſubiicit. *Hæc vera eſt peſtilentia.*
Peſtilentiſſimus equidem eſt Principatus illius, qui gulæ
deditur. Quem principatum Deus in populo ſuo euer-
tit, vt patet in filiis Heli, qui propter carnes ſacrificiorum
ante tempus ſublatas a Principatu ſuo, [illegible] per Deum fue-
runt. Peſtifera enim eſt hæc gulæ rabies, & quæ ideo
tentatio per antonomaſiam nominetur. In Orat. Domi-
Matth. 6. nica Matth. [illegible] iubemur petere: *Et ne nos inducas in ten-*
Hug. Vict. *tationem.* Circa quæ ait Hugo de Sancto Victore apud
T[illegible] in Allegoriis: *Hæc p[illegible] contra vitium gulæ*
ponitur. Ideirco autem ſpecialiter hæc peſtis tentatio appellatur.
Et in oratio dicitur gula, & peſtis, vt oſtendatur, quam
maxime debent a Principibus abeſſe, qui ſuper omnes
mortales fugiunt a peſte.

§. XVI.

Aliena ægrè, & difficulter reſtituuntur.

VT Princeps mandauit [illegible] Iacob domum intro
ducti ſunt [illegible] Quid [illegible] Ait Textus
[illegible] dixerunt mutuo: Propter pecuniam, quam re-
[illegible] primò in [illegible] introducti ſumus, vt deuoluat in
nos calumniam. Qua perſuaſione commoti [illegible] Io-
ſephi [illegible] pecuniæ narrent, vt [illegible] inue-
nerint in [illegible] ſaccorum, & v[illegible] in [illegible] reſtitue[illegible]
afferant. *[illegible] nunc, aiunt, eodem pondere reportauimus.* [illegible]
ſe [illegible] Ioſepho, & nullum de pecunia reddenda fe-
cerant verbum, ſed & cum diſpenſatore multa egerant,
dum domum introducerentur & tamen pecuniam
non ma[illegible] ſed poſtquam introducti domum
cœperunt aliquid ſuſpicari ubi intendum malum, [illegible]
ſe que maxime terrebantur, tunc de pecunia illata [illegible]
quuntur. Vt videas, quam ægre, & difficulter aliena [illegible]
Oleaſt. narelt[illegible] Pulchre [illegible] Oleaſter in expoſit. morali,
fatur: *Neque meminerunt [illegible], niſi poſtquàm cœperunt*
opprimi. [illegible], quam difficile ſit aliena reſtituere. Sancti
[illegible], & pecuniam reſtituendam aſſerebant,
non tam [illegible] nerunt reſtitutionis faciendæ, niſi poſt
terro[illegible] tum, & m[illegible] mortis. Iob cap. 20. di-
Iob 20. ceba[illegible] poſſe [illegible] ono [illegible] *Diuitias, quas*
deuorauit, euomet, [illegible] extrahet eas Deus. Lo-
qui[illegible] ſtr[illegible] quæ [illegible]
[illegible] in ſubſtantiam alit[illegible] ex con[illegible]
ſubſtantiam poſſe [illegible] Quas tandem & [illegible], &
Deus [illegible], ſiue vt ex Græco [illegible] *Extra-*
het eas Angelus. Et vomitus, & Angelus eas extrahet, vt
Olympiod. reſtituantur. Quid eſt, [illegible] dorus ibi:
Quemadmodum, qui venenum hauſerunt, [illegible] ad vo-
mitum [illegible], qui diuitias comparant iniuſtas, cruciatu diuu-
[illegible] effundet. Hauſtum venenum non fa-
ci[illegible] funditur, ſed multis homo [illegible] inter
cruciatus, & anxietates pluriorias illud euomat: [illegible]
na aliena non reſtituuntur, niſi inter ingentes [illegible]es
animi. Et ad [illegible]: *Extrahet eas Angelus.* Qui Angelus
Cat. Græc. Author Cat. Græcæ ait: *Angelus qui [illegible], qui tort[illegible]*
[illegible] congeſtorum bonorum ipſi poſſeſſione ex-
turbant. [illegible] Iudices tortores, qui tormentorum du-
riſſimor[illegible] violentia occulta de[illegible] a pectore ſcel[illegible]
rum [illegible] extrahant quæ ſanno niſi inter cru-
ciatus [illegible] manifeſtantur. Sic Deus habet
Angelos tortores a quibus & tormenta, & mal[illegible]
nos veniu[illegible] quibus commiſſum eſt vt aliena bona ab
[illegible] ribus extrahantur. Quorum reſtitut[illegible]
rat[illegible] ter ingentes dolores, & cruciatu[illegible].

Huc [illegible] da fuit [illegible] tom. 3. de
Christo figur. lib. 6
cap 4. §. 11.

§. XVII.

Peccatoribus videtur ſalutis [illegible], quaſi ſint
via mortis.

INtroducti [illegible] Iacob domum, vt ibi epularen-
tur, [illegible] autem [illegible] introductione [illegible] ſuſpica-
bantur ma[illegible] enim Text. *[illegible]*
ſunt. Propter pecuniam, quam retulimus prius in [illegible],
introducti ſumus, vt deuoluat in nos calumniam. Quæ erat ad
conuiuium introductio, credebatur eſſe ad calumniam
parieundam. Sic ſæpe ſolent peccatores iudicare, vt
credant, iam eſſe ad pœnam, quæ ad [illegible]tem ordinatur.
Ambroſ. Ait D. Ambr. in præſenti, cap. [illegible] *[illegible] ad gratiam,*
ad ſalutaris [illegible] conuiuium, & calumniam ſibi
parari, [illegible] ſuſpicabantur. Et quando malum non te-
putat homo, quod in bonum ſuum ordinatur ab alto.
Dan[illegible] dictum [illegible], vt [illegible] ſenes ſepulti a caſtiſ-
ſima Suſanna ſederunt pro tribunali, cogitantes, hone-
ſtiſſimam [illegible] damnare: iubent enim, vt coram illis
Daniel. 13. [illegible], & ait Textus: *Et venit Suſanna cum parentibus,*
& [illegible] cognatis [illegible] Et quo tendebat hic Su-
[illegible] Sic fœminæ conſcientiam at-
tendas [illegible] iudicibus malum ſibi ſuſpicaba-
tur. In[illegible] autem totam illam iudicij formam in Su-
lannæ [illegible] facie [illegible] ordinari. At in rei veritate,
non in infamiam, ſed in gloriam, & prædicationem or-
dinabatur. Vt dicat D. Chryſoſt. hom. de Suſanna, ha-
Chryſoſt. bita tom. [illegible] *[illegible] ſceleribus [illegible] ſeniores [illegible] vocant*
Suſannam, [illegible] illi quidem arbitrabantur, ad ignominiam, &
mortem, [illegible] autem cuſtos iudex prædeſtinarat, ad vitam, &
[illegible] immortalem. Ne mirari, quod ad gloriam, & ſa-
lutem diſponebat Deus in caſtiſſima Suſanna, illi arbi-
tr[illegible] eſſe pro eiuſdem morte, & infamia. Non ſe-
mel peccator credit in pœnam, & mortem ſuam factum,
quod in ſalutem eius, & vitam [illegible] agitur. Ionas vidit
nauiculam, qua includebatur, [illegible] iactari tempeſta-
te, & dum credit pro ſe perimendo totam illam tem-
peſtatem ſæuire, dicebat ad nautas cap. 1. *Tollite me, &*
Ion. 1. *mittite me in mare, & ceſſabit mare à vobis: ſcio enim ego quia*
propter me tempeſtas &c. Conſcius peccati ſui credebat
ſe ad mortem peti, & ideò inſtabat, vt perdendus fluc-
[illegible] traderetur, vt fieret piſcium eſca. Sed & fluctus, &
piſcis venter eum in ſalutem duxerunt. Vt [illegible] dicat
Sedul. Sedul. lib. 1. cap [illegible] *Ionas in marinos fluctus [illegible] puppis*
[illegible], [illegible] non ſen-
ſit aquas in pelago conſtitutus, vitale, [illegible] piſcium, ne
moreretur, [illegible] ſub vorace ventre cu-
ſtodia, [illegible], non præda hoſtilique [illegible] pro-
[illegible] aduerſarium. Cui [illegible] diuerſitate con-
trauit [illegible] probauit, fera [illegible] miniſtrauit. Pu-
tabat Ionas cum tempeſtate [illegible] mortem ſuam, &
in piſcibus ſepulcrum ſuum, ſed piſcis nauigium ſe-
curiſſimum erat, & tempeſtas vitales auræ [illegible] in
tranquilliſſimum portum iactarunt. Sic ſæpe [illegible]
mus peccatores, vt quam putamus mortem, vitam ex-
periamur, & quæ videtur ſalus, non ſemel extremum
excidium aſſerat.

§. XVIII.

Quem Deum nobis volumus, eundem pro-
ximis volumus.

NOn ſine prud[illegible] dictum eſt illud: *Deus veſter, &*
Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris.
Suff[illegible] dicere: *Deus veſter dedit*, &c. cur neceſ-
ſum fuit addere: *Et Deus patris veſtri.* Ne illi vnum
ſibi Deum effingerent [illegible] alium proximis aliis: ſunt
enim qui, quem Deum ſibi amant, nollent, vt aliis
proximis eſſet talis. Non ſic boni, & iuſti, vt erant fi-
lii Abrahæ, [illegible] quem ſibi Deum aſſerebant, eundem
eadem bonitate ornatum cupiebant aliis. Iacob bene-
dicens n[illegible] [illegible], Geneſ. cap. 48. dicebat: *Deus,*
qui paſcit me ab adoleſcentia mea [illegible] in præſentem diem:
Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis.
Videtur Iacob duas in præ[illegible] poteſtates euocare [illegible] vi-

mirum & Deum, & Angelum. An cùm dicit Angelum, alium à Deo vocat, qui nepotibus benedicat? Abſit, quò ea eo, quòd ſatis p[illegible] a[illegible] vocabat, vt benefaceret pueris illis, oſtendit [illegible] ipſa poteſtas eſſe, qui Deus ſibi ipſi fuerat, & [illegible] : non enim tantus vir vnum ſibi Deum [illegible] effingeret, & alium aliis.

Athanaſ.

Vt dicat D. Athanaſ. [illegible] 4 [illegible] ntra Arrian. *Non enim ille ſibi à Deo nepotibus [illegible] ab Angelo benedictionem dari voluiſſet; ſed eundem illum, quem interpellabat. Non dimittam te, inquiens, niſi benedixeris mihi [illegible] nominat Deum, vt verba Iacob clare teſtantur: Vidi Deum facie ad faciem [illegible] illum, inquam precatus eſt, vt nepotibus benediceret.* Itaque, quem Deum ſibi vocat, & quem Angelum vocat nepotibus, idem Deus erat, eiuſdem ſubſtantiæ, & [illegible], etſi diuerſis nominibus appellatus. Non [illegible] Iacob vnum ſibi adſcriberet Deum beneuolum, & fauor[illegible]em, & alium diuerſæ conditionis, & ſeueritatis nepotibus daret.

§. XIX.

Vel parua à Deo venientia bona ingentes diuitias claudunt.

DIxerant filij Iacob, vt redeuntes ad patrem aperuerant ſacco[s], & inuenerant *pecuniam in ore ſaccorum*. Quibus reſpondit diſpenſator domus Ioſephi: *Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris.* Quam illi inuentam pecuniam vocant, iſte theſauros nominat. Et cur theſauros nominat, quando non magna pecunia erat, quæ pro pane habendo exhibita erat? Vbi illam pecuniam illis à Deo datam aſſerebat, merito theſauros nominauit: quæcunque enim vel minima dona à Deo in nos veniunt, ingentes in ſe diuitias noſcuntur continere. Lucidus Luc. c. 9. [illegible] Ieſu quatuor millia hominum ſaturante ait:

Luc. 9.

Accepit autem quinque panibus, & duobus piſcibus, reſpexit in cælum, & benedixit illis, & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante turbas. Expende, quàm tenuis menſa erat pro tot hominibus ſaturandis. Hominum erant quatuor millia, panes tantum quinque & duo piſces: hi fracti à Ieſu, & dati Diſcipulis ſunt, vt ponerent illos ante turbam. Cur, Domine, tam paucos panes & frangis, & diſtribuis pro ſaturandis tot millibus? No[n] paucos panes pute, quos vides à Ieſu diſtributos: vel minima enim mica panis, à Ieſu data, vim habet ingentis granarij continentis omnimodas ſaturitates. Ait D. Amb. lib. 6. in Lucam:

Ambroſ.

Chriſti munera parua videntur, & maxima ſunt. Denique non tantum [illegible], ſed populi [illegible] & cibus [illegible] in ore creſcebat, & videbatur eſſe corporalis alimonia, ſed ſumebatur ſalutis æterna. Parua quæque dona à Deo venientia ingentem continent virtutem, quæ & populis ſatisfaciat, & temporalem, & æternam inſciant abundantiam. Hinc non adeò ſtultus oſtenditur diues ille, qui cùm eſſet in tormentis Inferni, clamabat ad Abraham Luc. 16. dicens: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.* Refrigerium quærebat ſempiterni ardoris, & illud expectabat de extremo digitulo Lazari intincto aqua. Cur tam parcam aquæ portionem petis pro refrigerio tanto? Qui digitulus poteſt ſtillare refrigerium tanti mali? Dicebat D. Thomas in Catena ex Auguſt.

Thom.

Extremum digiti vel minimam operationem ſignificat, quæ per Spiritum Sanctum ſubuenitur. Et quidem vel minimum quid veniens ab Spiritu Sancto, poſſet totum illud miſeri diuitis incendium refrigerare. Dei enim dona vel minima ingentes virtutes claudunt. Ioan. 5. deſcendebat Angelus in piſcinam Bethſaidam, & mouebat totam aquam.

Ioan. 5.

Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat. In piſcinam aquæ deſcendebat vnus, vt fieret ſanus. Modo vel à modica tinctus homo aqua in Baptiſmo maiorem recipit ſanitatem. Et cur modò vel parua aqua ſic ſanat, quando tunc tanta aquarum moles vnum ſanabat corpore tantùm? Tunc Angelus mouebat aquas, modò Deus adeſt aquis, & à Deo proueniens vel parua gutta aquæ ingentes virtutes habet. Ait Tertul. lib. de Bapt. [illegible] 10.

Tertul.

Proficiente in hominibus gratia Dei plus aquis, & Angelo acceſſit, qui vitia corporis remediabant, nunc ſpiritum medentur: qui temporalem operabantur ſalutem, nunc æternam reformant, qui vnum ſemel in anno liberabant, nunc quotidie populos con[ſe]ruant. Ecce gutta aquæ ex Deo quanta facit.

§. XX.

Quod pietati datur, non deperditur.

ILlud maximè notandum, quod ait diſpenſator hic, nimirum: *Pecuniam, quam dediſtis mihi probatam, ego habeo.* Certum eſt, quòd iſte, iubente Ioſepho, acceptam ab illis pecuniam, in ſacculis eorum poſuerat. Quomodo ergo dicit, quòd illam apud ſe habeat? Habebat ſanè illam in virtute, quando quod datur pietati, non diſperditur, nec diſtrahitur. Marcellus quidam Sacerdos Chriſti donarat fundum duobus fratribus ſuis, ſic conſulens eorum paci, vt alteri dederit proprietatem fundi, alteri fructus eius pro tempore vitæ. Quod laudans D. Amb. epiſt. 24. *Fratri dediſti proprietatem, ſorori vſumfructum. Nihil autem admittitur Eccleſia quod pietati acquiritur.* Ambroſ. Cùm Sacerdos eſſet, credebatur ab aliquibus Eccleſiæ fuiſſe ablatum: quibus ait D. Ambroſius, quòd nulli ablatum debeat credi, quod pietati conſeruandæ fuit datum. Nunquam, mihi crede, perduntur bona, quæ virtuti impenduntur. Pſal. 111. *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Pſal. 111. Et quæ iuſtitia manet? Illa ipſa bona ſanctè, & iuſtè diſperſa, & diſtributa per pauperes, adhuc apud illum manent. Ait Chryſoſt. hom. in S. Martyrem Lucianum, habita 6. tom. *Quid hoc mirabilius fieri poteſt? Quæ colliguntur, pereunt, & manent, quæ diſperguntur: ac meritò ſanè. nam iſta quidem ſuſcipit Deus: cæterum ex Dei manu rapere nemo poteſt.* Chryſoſt. Nunquam non manent bona, quæ diſperguntur ob pietatem, & charitatem in fratres.

§. XXI.

Verba Dei nunquam deſerunt ſuos cultores.

ADhuc inſto illis verbis, quæ dicunt: *Pecuniam, quam dediſtis mihi probatam, ego habeo.* Acceperat iſte pecuniam, ſed & ea[n]dem ipſam reddiderat, ponens eam in ſingulorum ſacci[s]. Quam ergo pecuniam modò ſecum habet? D. Auguſtinus dictum hoc refert ad myſticam intelligentiam, vt argentum remanens credatur verbum Dei, quod etiam datum alteri integrum remanet, & nunquam ſuos cultores deſerit: ait enim quæſt. 143. in Gen. lib. 1. Quod à Præpoſito domus audiunt: Deus veſter, & Deus Patrum veſtrorum dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris: argentum autem veſtrum probatum habeo, mendacium videtur, ſed aliquid ſignificare credendum eſt. *Argentum enim, quod & datur, & non minuitur, quia & probatum appellatum eſt, nimirum, illud intelligitur de quo alibi legimus: Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum ſeptuplum, id eſt, perfectè.* Auguſt. Ecce tibi probata argentea pecunia, quæ & datur, & non minuitur, ſed ſemper in ſuo cultore manet, nec illum deſerit: hæc, inquam, argentea pecunia eſt verbum Dei, quod & datum cultores ſuos non deſerit, ſed maximè illis adhæret. Id clarè oſtendit hiſtoria Martiniani frequentiſſimi in epiſtolis Pauli legendis. Is, cùm nauigaret, & nauicula vehementi tempeſtate iactaretur, coactus eſt ſubſtantiolam, in qua & codex epiſtolarum D. Pauli erat, relinquere, & fluctibus ſe committere, de quibus cùm ſaluus ad portum veniret, & ſe ſe introſpiceret, inuenit Paulinas epiſtolas lateri ſuo adhærentes. Rem cantat D. Paulinus epiſt. 42.

Vt adlabentem portui ſenſit ratem,
Stridente arena littoris,
Abeunte ſomno, ſit ſui tandem memor,
Reſpicique ſeſe expergitus,
Et adiacentes pectori tangit ſuo Paulin.
Epiſtolas Apoſtoli,
Hunc in pauore codicem, ſed neſciens
Rebus relictis ſumpſerat.
Vel ille codex ſpiritu viuens ſacro
Non [illegible] adhæſerat.
Mirare, quæſo, quis niſi Chriſtus ſuo
Dedit hunc miniſtro Præſulem?
Teſtatur ipſe, nec cogitatum ſibi
Ille periculi tempore,
Vt implicatam ſarcinis membranulam
Memini [illegible] tollere.
Quod ſi ſubiſſet in metu mentem ſuam,
Non & vacaſſet quærere.

Sed in ſuarum literarum corpore
Paulus magiſter adfuit,
Amanſque puro corde lectorem ſui,
De morte abduxit manu.

Ecce tibi Dei verba in Paulinis epiſtolis ſcripta,etiam relicta,& data fluctibus,adhærent ſuo cultori; nec illum in periculo deſerunt,ſed in ſalutem vſque comitantur.

§. XXII.

Ad menſam Euchariſtiæ puritas requiritur.

DIcit inſuper Textus : *Et introductis domum , attulit aquam , & lauerunt pedes ſuos ,* &c. Hoc primum officium præſtabant antiqui Patriarchæ hoſpitibus ſuis : antequàm menſam proponerent,lauacrum offerebant. Id, quod eorum nepos Ioſeph ſeruari fecerat in ſua domo. Vt dicat Lippomanus in præſenti:*Quòd aquam pro abluendis pedibus attulit,pietatem hanc à Sancto Ioſeph didicit diſpenſator : is enim Abraham,Lot , Iſaac,cæteróſque bonos auos ſuos Hebræos,circa pietatis opera,lotionémque pedum hoſpitum maximè intentos fuiſſe nouerat,ideóque & domeſticos ſuos eadem agere docuerat.* Auorum pietate inſtructus Ioſeph,quos hoſpitio excipiebat,ante panem exhibitum,lauacrum exhibebat,quò mundiores accederent ad menſam. Vt nos inde ſciamus , quàm mundi,& puri ad cibum , qui Deus eſt,accedere debeamus : Deus enim nunquam niſi in puris, & mundis requieſcit.De recèns creatis creaturis locutus Gen. 1. Moyſes ait illud : *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Iam cælum erat , & terra , & aer , & ignis, cur ſolis aquis inſidere diuinus Spiritus videbatur , niſi quia omni alio elemento purior erat aqua ? Ait Tertul. lib de Baptiſ. *Habes,homo,in primis ætatem venerari aquarum , quòd antiqua ſubſtantia deinde dignationem , quòd diuini Spiritus ſedes,gratior,ſcilicet , cæteris tunc elementis. Nam & tenebræ tota adhuc ſine cultu ſyderum informes,& triſtis abyſſus , & terra imparata , & cælum rude : ſolus liquor ſemper materia perfecta , de ſuo pura dignum vectaculum Deo ſubiiciebat.* Expende illa : *De ſuo pura.* Vt maior puritas , & mundities videbatur in aquis : ſic illæ gratiores Deo ſedes præbebant, & dimiſſis aliis elementis ſolæ electæ ſunt,vt Deum portarent. Ne quis præſumat in ſe Deum habere , eiúſque menſam participare,niſi aquarum æmuletur puritatem. Nemo ignorat conuiuium , cui aſſedit Deus in domo Abrahæ : quando in trium peregrinorum ſpecie apparuit Abrahamo , & lotus pedibus,menſæ aſſedit. De quo agens Textus Gen. 18. incipit : *Apparuit autem Dominus ei in conualle Mambre.* Et quis erat Abrahamus , qui tam humili loco Deum excipit ? Mambre, locus frequentiſſimus erat ilicibus. Et cur Deus famem ſimulans , conuiuium expectans ad ilicem diuertit ? Cur non magis ad paradiſum ? Erat ibi Abrahamus totus halans munditiem , in cuius domo nihil prius , quàm lauacrum oſtendebatur. Ne miremur , Deum ibi maluiſſe ſuum oſtendere conuiuium , vbi maiorem notarat puritatem , & munditiem. Ait D. Auguſtin. ſerm. 70. de tempore . *Vbi tamen factum ſit hoc ? Ad ilicem Mambre, quod in Latina lingua interpretatur viſio , ſiue perſpicacia Abrahæ. Erat enim mundus corde , vt poſſet Deum videre. In tali ergo loco,& in tali corde poteſt Dominus habere conuiuium.* Dei ergo conuiuium ibi habetur,vbi ſunt puri,& mundi.

Lippom.
Tertull.
Gen. 18.
Auguſt.

Geneſ. 43. Illi verò parabant munera , donec ingrederetur Ioſeph meridie : audierant enim , quoniam ibi eſſent comeſturi panem. Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam , obtulerúntque ei munera , tenentes manibus ſuis , & adorauerunt proni in terram. At ille clementer reſalutatis eis , interrogauit eos dicens : Sanúſne eſt pater veſter ſenex , de quo dixeratis mihi ? Qui reſponderunt: Soſpes eſt ſeruus tuus,&c.

§. XXIII.

Chriſti menſam comparare debet aliquibus muneribus præmiſſis miſericordiæ , & virtutum.

VBi audierunt,quòd apud Proregem erant comeſturi, ad paranda munera, quæ offerant,conuertuntur. Sic enim ait Textus : *Illi verò parabant munera , donec ingrederetur Ioſeph meridie , audierant enim , quoniam ibi comeſturi eſſent panem.* Non antea,ſed poſtquàm audiunt , quòd apud Principem comeſturi ſunt , meminerunt munera præparare. Vtinam & nos munera virtutum præmittamus : & fallar , niſi ad cæleſte conuiuium , imò ad cæleſtem Regem habendum admittamur. Marci cap. 12. *Et ſedens Ieſus contra gazophylacium , aſpiciebat , quomodo turba iactaret æs in gazophylacium . Cùm veniſſet autem vidua vna pauper,miſit duo minuta ,* &c. Ecce tibi vidua pauper cum duobus ſolis minutis acceſſit,& oculos Ieſu rapuit, imò totum Ieſum in ſui commendationem traxit. Duorum minutorum munus præmiſit , & Ieſum habuit Felix, qui non vacuus , ſed cum virtutum muneribus accedit, quibus & cæleſte conuiuium , & ipſum conuiuatorem comparabit. Ad hæc D. Ambroſius lib. de viduis, ait : *Spectat vos Dominus ſemper : ſpectat,inquam,Ieſus , cùm ad gazophylacium acceditis , & de bonorum operum mercedibus ſtipem piètatis egentibus conferendam. Quantum eſt igitur,vt æra tua conferas , & Chriſti Corpus acquiras ? Noli ergo vacuus prodire in conſpectu Domini Dei tui , vacuus miſericordia , vacuus fide , vacuus caſtitate. Non enim inanes Dominus , ſed virtutibus opimos ſpectare Ieſus , & laudare conſueuit.* Itaque præmiſſis æreis , præmiſſis muneribus virtutum , Corpus Chriſti de menſa euchariſtica accipitur. Nemo ergo vacuus virtutum; ſed plenus miſericordia pauperibus exhibita accedat, & expectet a Rege meo Ieſu ingentem bonorum cumulum. Dicebat Iſaias cap. 58. *Frange eſurienti panem tuum,& egenos , vagóſque induc in domum tuam : cùm videris nudum , operi eum , & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet , quaſi mane , lumen tuum ,* &c. Ex Hebræo legitur : *Tunc ſcindetur,quaſi mane,lumen tuum.* Circa quæ D. Chryſoſt. hom. 55. in Matth. ait : *Cur non apparebit lux , dixit ; ſed ſcindetur,ait ? Vt velocitatem,& copiam dantis exprimeret , vt, hoc verbo intelligamus,valdè illum noſtra ſalutem cupidum eſſe , quódque muneribus plenus ex largiendi feſtinatione prorumpet , cùm nihil ſit , quod inæſtimabile deſiderium dandi prohibere poſſet , quibus omnibus infinitam bonorum copiam paratam nobis eſſe oſtendit.* Dixit notanter, quòd eleemoſynam largienti ſcindetur lux,vt copia mercedis oſtenderetur , vt Luc. 5. ad exprimendam piſcium copiam, dicitur , quòd *rumpebatur rete.* Similiter & feſtinantia , & alacritas oſtendebatur largitoris , qui nullis detinebatur impedimentis ; ſed,vt dicunt Hiſpani : *Rompia por todos.* Qui eleemoſynæ , exhibitis muneribus ad conuiuium Ieſu accedit , nullum magnum ibi non percipit bonum.

Marc. 12.
Ambroſ.
Iſaia 58.
Chryſoſt.
Luc. 5.

§. XXIV

De euchariſtico cibo ipſe Dominus Ieſus per ſe nos certiores fecit.

NOn otioſè illud dicitur , nimirum : *Audierunt enim, quoniam ibi comeſturi eſſent panem.* Non autem id audierant à Principe , à quo potiùs terrorem conceperant, quàm ſpem tantæ beneficentiæ : ſed audierant vel à diſpenſatore , vel ab aliquo alio miniſtro , qui conuiuium parabat. At nos Chriſtianos ipſe Rex , & Dominus noſter Ieſus de conuiuio nobis parato certificabat. Ioan. enim 6. ait : *Ego ſum Panis , qui de cælo deſcendit.* & rurſus ait : *Caro mea verè eſt cibus ,* &c. De quo ait Iulius Firmicus lib. de errore prof relig.cap. 19. *Vt autem manifeſtiùs doceretur,quinam ille eſſet Panis , per quem miſera mortis vincuntur exitia , ipſe Dominus ſancto , ac venerando ore ſignauit , ne per diuerſos tractatus ſpes hominum prauis interpretationibus falleretur. Dicit enim in Euangelio Ioannis : Ego ſum Panis vitæ.* Nullo gratiùs, & ſecuriùs ore proponeretur tantum conuiuium , quàm ipſius Domini ore. Ipſe, ipſe,qui ſolus potuit tantum ferculum facere,debuit nos de illo certiores facere.

Ioan. 6.
Firmic.

§. XXV.

Conuiuium cæleſte non ſubitò adeundum.

BEnè ait: *Audierant enim, quoniam ibi eſſent comeſturi panem.* Antequam hora eſſet accedendi, vt ad prandium venirent, audierant de illo conuiuio, ad quod ſe parauerant, muneribus exhibitis. Non enim deceret, vt ſubitò iuberentur conuiuio aſſidere, de quo nihil vnquam audierant. Vt videas, quam longè indecentius eſt, quòd ſubitò adeamus cæleſte conuiuium, & nulla anteà mentione eius facta, menſæ cæleſti aſſidere velimus. Dicebat Dominus Luc. 14. *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ, dicere inuitatis, vt venirent.* Et quis ille homo eſt, qui & tantam cœnam parauit, ad quam multo ante horam vocauit multos, & iam horam factam admonuit, vt venirent? Imo, quæ cœna hæc erat tam celebris, quæ niſi multo antè vocatos, & admonitos non admitteret? In cœna hac repræſentabatur cæleſte conuiuium, à Creatore omnium Deo ſuis paratum, ad quod nullus ſubitò admittitur: ſed is, qui prius iuxta vocationem, & admonitionem vitam ſuam dirigeret. Rem ſic ponderat Tertul. lib. 4. in Marc. *Vtique cœna parata vitæ æternæ ſaturitatè figurat: Sic quoque Creatorem eſſe oſtendit, qui miſit ad conuiuas admonendos, antè iam vocatos per patres, admonendos autem per Prophetas: non qui neminem miſerit admonendum, nec qui nihil priùs egerit ad vocandum, ſed ipſe deſcenderit ſubitò, tantùm quod innoteſcens, iam inuitans, iam ad conuiuium cogens, eandem faciens horam cœnandi, & ad cœnandum inuitandi.* Quippe tanta hæc cæleſtis menſa non potuit fieri ab eo, qui velit eis ſubitò aſſidere inuitatos. Vt idem ſit, & quòd ipſe ſubitò appareat, ſubitò menſam exhibeat, & ſubitò aſſidere conuiuas faciat. Fallar, ſi vnquam magnum aliquod conuiuium ſic ſubitò fuerit in mundo peractum. Vt magna ergo eſt cæleſtis cœna, & omnium celeberrima; ſic non potuit exhiberi, niſi ab eo, qui priùs monuerat, & vocauerat, vt non niſi vocati, & admoniti, & iuxta vocationem, & admonitionem viuentes ad illam intrarent. Hinc locutus Textus Luc. 14. de illis, qui ob iſtius cœnæ defectum periêre, ait: *Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit ei: Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam. rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò non poſſum venire: Tunc iratus paterfamiliâs*, &c. Et cur iraſcitur paterfamiliâs in omnes legitimè ſeſe excuſantes? Oſtendat primò excuſationes non fuiſſe legitimas, & tunc iraſcatur. Dum autem non patet illegitimas eſſe excuſationes, cur iraſcatur in illos? Planè euidentiſſimè apparebant excuſationes illæ illegitimæ ex eo, quòd non ſubitò illis conuiuium oſtendebatur, & offerebatur. Sed longè antè vocati, & admoniti fuerant de conuiuio, ad quod ſe debebant parare, & impedimenta abiicere. Et qui non ſubitò menſam videant; ſed præmoniti anteà, tempore conuiuij excuſationes prætendunt, prorſus ſunt inexcuſabiles. Vellicat Tertul. vbi ſuprà: *Excuſant ſe inuitati. Si ab alio Deo, meritò, quia ſubitò inuitati: ſi non meritò, ergo nec ſubitò.* Fortè excuſabiles fierent, qui ſubitò inuitarentur. At, qui non ſubitò, ſed multò antè præmoniti, in nullo ſunt errore excuſabiles. Eſt homo in vltimis conſtitutus, quando iam ad conuiuium debet intrare: ſed habet vxorem, habet filios, habet ingentem ſubſtantiam diſponendam, quibus curis abſorptus, via ſe diſponit Sacramentis excipiendis, vix attendit conuiuio cæleſti iam iam inſtanti. Is ſi erraſſet, nónne aliquam excuſationem haberet petitam ab anguſtiis temporis, à curis vrgentibus, quibus vel renuens abſtrahitur? Si nunquam præmonitus; ſed ſubitò vocaretur, forſan fuiſſet excuſabilis: at, quia multò antè præmonitus, & vocatus noluit ſe parare; ſed in illas anguſtias impedimenta reiecit; prorſus eſt inexcuſabilis. Eſt homo temporalibus negotiis immerſus pro familia ſuſtentanda, adeò vt non vacet illi, Sacro Euchariſtiæ adeſſe, toto anno. Iſne excuſabilis eſt? Abſit: cùm enim multis admoneatur, & multis vocetur, nec admonitionibus, nec vocationibus reſpondeat, omninò eſt inexcuſabilis.

§. XXVI.

De Ieſu aduenientis beneficio proficiſcitur, quòd illum præueniamus muneribus.

DIcit Textus: *Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie.* Ioſeph aduentus fecit, vt illi munerum parandorum meminiſſent. Et ſtatim ait: *Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera tenentes manibus ſuis.* Et munera, & pecuniam in ore ſaccorum inuentam trahebant ex patria ſua, oblaturi ea Ioſepho Proregi. At nunc non offerunt pecuniam, nec illam habent præ manibus, ſed ſola munera reſinæ, & mellis, & myrrhæ in manibus habent. Et cur non & cum muneribus oſtendunt illam etiam pecuniam? Vt pecunia illa credebatur eſſe eiuſdem Ioſeph, non oſtenditur in eorum manibus ante eius aduentum, ſed ſola oſtenduntur munera, quæ minimè Ioſephi erant, ſed illi denuo donabantur. Non enim Ioſephi, ſed nec alterius creaturæ eſt, ſed ſolius Ieſu, quòd præmittat nobis ea, quibus illum poſſimus ita muneribus præuenire. Cant. 5. *Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Pulſarat primò Ieſus, dicens Sponſæ: *Aperi mihi.* at illa prorſus imparatam ſe inueniens, cunctabatur ſurgere, vt aperiret. Interea ſurgit, non ſolùm exceptura dilectum; ſed in manibus habens myrrhæ munera probatiſſimæ, quibus illum deliniat. Et vnde tam citò in manus illi venerunt tam præſtantia munera, quæ offerret dilecto ſuo? Illa oſtendit dicens: *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen*, &c. Antequam intraret dilectus, antequam oſtium illi aperiretur, præmiſit manum, quæ fecit, vt manus Sponſæ muneribus poſſent illum excipere. Ait D. Amb. lib. 3. de Virg. *Nec ſolùm cùm ingreſſus fuerit Ieſus, mercedem relinquit; ſed etiam priuſquàm ingrediatur, mercedem præmittit. Ad hæc anima turbatur: adhuc oſtium quærit, vbi eſt Chriſtus, adhuc ſoluit vinculum carnis, & corporis clauſtrum, adhuc Chriſtum foris pulſat. Manus, inquit, meæ ſtillauerunt myrrham. Quam myrrham, niſi illam, quam attulit Nicodemus, qui attulit myrrhæ mixturam, & aloes, quaſi libras centum, & miſit in corpus Ieſu?* Nihil in manibus habes offerendum Ieſu, quod non ab illo, priuſquàm accederet, fuerit præmiſſum. Præmittit ille manum ſuam plenam donis, quibus & manus noſtræ ſtatim abundant in bonis operibus, per quæ accedentem excipiant illum. Vis, homo, ſcire, an ad te venturus ſit Dominus Ieſus? Reſpice manus tuas: & ſi in eis cœperint apparere opera virtutum, per ſua Deum venturum agnoſce ſigna, Ieſus aderit, qui priùs quàm ingrediatur, mercedem præmittit.

§. XXVII.

Non inter otioſas, & vacuas manus; ſed inter plenas virtuoſis operibus Ieſus gratus obambulat.

MEritò notabat Textus illa, nimirum: *Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera, tenentes manibus ſuis.* Sapienter Ioſephum expectabant non vacuis, ſed plenis manibus. Cui enim placere poſſent manus otioſæ, & vacuæ? Monebat Deus Exodi 23. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Quæ verba tractans Theodor. ait ibi quæſt. 53. *Quid ſibi vult illud: Non apparebis in conſpectu Domini Dei tui vacuus? Accedas ad Dominum Deum tuum adorandum, pro tua facultate offer munera. Quibus verbis inſtruimur, quòd ſi locupletes ſumus, eleemoſyna pauperibus præſtita Deum orare debemus: ſi verò paupertatem obtigerimus, animam bonis operibus minimè vacuam; ſed copia virtutum locupletatam geramus.* Huc ſemper ſpectat Deus, ne otioſæ, & vacuæ ſint manus eorum, qui eum apud ſe habere amant. Cant. 3. ait Sponſa: *Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos, & plateas quæram, quem diligit anima mea.*

quæ ſine

Luc. 14.

Tertul.

Luc. 14.

Tertul.

Cant. 5.

Ambroſ.

Exod. 23.

Theodor.

Cant. 3.

quæſiui illum,& non inueni. Septuaginta legunt : *Surgam &*
Septuag. *circuibo in ciuitate,in foro,& in plateis, & quæram,quem dile-xit anima mea quæſiui eum,& non inueni eum* Et quando rem anxie quærebatur,cur non inueniebatur? Non inueniebatur:quia quærebatur in foris,in plateis,vbi otioſi homines tota die degunt. Dicebat D.Amb.lib.3.de Virg. *Non eſt Chriſtus circumforaneus. Chriſtus enim eſt pax,in foro ſunt lites:*
Ambroſ. *Chriſtus iuſtitia eſt ; in foro iniquitas : Chriſtus operator eſt; in foro inanc otium.* Crede mihi : non inuenitur Ieſus, vbi otioſæ manus , vbi nullus fructus operum apparet. Nec ſolùm non inuenitur ; ſed maximè vindicat in eos, quorum manus omni fructu operum carent. Apocal.4. dicebatur : *Miſit Angelus falcem ſuam acutam in terram,*
Apoc.4. *& vindemiauit vineam terræ,& miſit in lacum iræ Dei magnum.* Quis non doleat tantam vineæ terrenæ calamitatem? Vnde ſic iræ Dei magnæ expoſita fuit ? An quia fructus non habuit præ manibus ? Accipite D.Zenonem lib.1.ſer.16. ſanientem : *Vinea Dei prior Synagoga fuit , ſylueſtis errantium palmitum crinibus vilis,quæ cùm per voluptuoſa,ac profana lo-*
Zeno. *ca laſciuâ paſſim ſe frondis diffudit,generauit pro fructibus ſpinam,pro vua labruſcam Cuius rei indignatione commotus Dominus illâ deſertâ aliam , id eſt , Eccleſiam plantauit.* Duo proponit totius perditionis indicia in vinea illa Synagogæ , quæ Dei indignationem incurrit. Primum illud eſt, quod ait : *Sylueſtis errantium palmitum crinibus vilis.* quippe tota viluit,dum nihil aliud monſtrabat , quam errantium palmitum crines. Erant antiqui homines nobiliſſimi, qui magnorum operum fructibus ditabantur , & inde à Deo augebantur. Modò nobilitas tota ab hominibus abfuit , & viliſſimi ſunt facti : quia tota illorum cura eò tendit,vt vndantium crinium pulchritudo appareat. Eorum manus non gladios,non equos,non alia vtilia opera ; ſed pectines tractant , quibus crinium errores concinnos faciant. Proh vilitas virorum Deo exoſa,& diuinarum irarum cauſa ! Iam minus eſt illud ſecundò additum,nimirum : *Per voluptuoſa loca laſciuâ paſſim ſe frondis diffudit , & generauit pro fructibus ſpinas* , &c. Voluptuoſæ vitæ dedita in otio degens nullum boni operis fructum exhibet. Ne miremur , quòd ab irato Deo in perditionem eat. Et quò perditionis non mittat homines otioſa,& ſine fructu vita ? Matth.21. *Homo erat paterfamiliâs , qui plantauit vineam,& ſepem circumdedit ei , &*
Matth.21. *fodit in ea torcular,& ædificauit turrim , & locauit eam agricolis , & peregre profectus eſt. Cùm autem tempus fructuum appropinquaret* , &c. Bonus paterfamiliâs cum agricolis iis extitit : at agricolæ mali fuerunt in patremfamiliâs, quando & fructus negarunt,& hæredem occiderunt,vnde in extremam ruinam deuenerunt. Et ſcire cupis radicem , ex qua in agricolis iſtis tanta mala pullularunt? Crediderim ego,tot malorum radicem in agricolis vnam otioſitatem extitiſſe : ſi enim aduertimus,quod fuit operis in vinea,totum à patrefamiliâs operatum fuit:agricolæ autem vineam acceperant ; ſed nihil in ea operati ſunt,traditi otio,& inertiæ Vt meritò dicat D Chryſoſt. homil.69.in Matth. *Expende autem & prouidentiam Dei ineffabilem , & otioſitatem inauditam iſtorum. Plura enim ipſe agricolarum opera fecit,maceriem compoſuit,vineam plan-*
Chryſoſt. *tauit,paruumque quid agricolis opus ipſe reliquit,vt ſcilicet plantata iam vinea curam haberent. Nihil enim ille conſerat ; nihil tamen ille lucrati ſunt* , &c. Magna equidem,& inaudita otioſitas horum fuit,qua nihil egerunt ; ſed fructus negarunt,ſed in tot mala venerunt. Et quæ mala ex otio non veniant ? Ait illa Cant 5. *Ego dormio , & cor meum vigilat : vox dilecti mei pulſantis.* Priùs putat Honorius,
Cant.5. fuiſſe ab Sponſa Chriſti hoſtes contritos , & poſt hæc ſe ad dormiendum recepiſſe. Sed ſtatim à ſomno reuocatur per vocem Sponſi. Et quando hoſtes contriti ſunt, cur non relinquitur dormire ? Ait Honorius:*Regina dormiente,diſſenſio inter milites eſt exorta,non ab hoſtibus ; ſed ab otio nata : qua increſcente Rex Reginam excitat : monet, vt ſurgat,tumultum compeſcat. Scilicet,Eccleſia in contempla-*
Honor. *tione quieſcente,multa vitia inter fideles exorta ſunt,noua hæreſes,diſcordia,ſchiſmata:vnde Chriſtus monuit,vt quieſcere intermitteret,tumultum vitiorum ſedaret.* Expende illa : *Non ab hoſtibus, ſed ab otio:* quippe otium malorum omnium origo.

§. XXVIII.

Verus amor non tua,ſed te quærit.

MVnera habebant illi in manibus,quæ offerebant Ioſeph : Ioſeph autem quid ad munera ? Ait Tcatus: *At ille clementer reſalutatis eis interrogauit eos dicens. Saluúſne eſt pater veſter ſenex,de quo dixeratis mihi ?* Nec dicitur ad munera reſpexiſſe,nec illa admiſiſſe, eò ſolùm intentus, vt Iacobi patris ſui agnoſceret & ſalutem , & fortunam. Vt enim verè amabat patrem , & verè amabat ſuos ; non ipſorum bona reſpiciebat , ſed ipſos. Nota eſt duorum fratrum parabola ex D. Luca cap.15. quorum ſenior maximè iraſcebatur de fratris prodigi reditu,timens,ne fortè paternæ ſubſtantiæ nouus hæres fieret. Cui iraſcenti pater ait : *Fili,tu ſemper mecum es,& omnia mea tua ſunt. Epulari autem,& gaudere oportebat . quia frater tuus hic mortuus erat,& reuixit.* Expende illa : *Omnia mea tua ſunt.* Fatetur Luc.15.
fratrem reuixiſſe : & nihilominùs omnia ſua bona ſeniori fratri promittit. Si alter filius reuixit , cur omnia ſua bona pater ſeniori filio adſcribit ? Cur & partem non reſeruat reuiuiſcenti filio ? Is erat rediuiuus iſte filius,qui in reditu ſuo non bona patris , ſed patrem reſpiciebat. Vt amabat patrem , ſic bonis cedebat,vt patrem ſeruaret ſibi Ait Chryſolog.ſerm.4. *Omnia mea tua ſunt. Hoc eſt dicere : Totus,filium rediiſſe patri : permitte patri filium ſeſe reſpexiſſe : nec ille aliud,quàm patrem quæſiuit,qui* Chryſol.
veniens non ſubſtantiam,ſed loco mercenarii voluit collocari. Sint tibi omnia,illi ſufficit pater Equidem verus patris amator,non patris , fratriſve bona aſpexit ; ſolum patrem requiſiuit; vno illo incolumi potitus , contentus extitit. Dicebat amatrix illa Cant.3. *Tenui eum,nec dimittam.* Similiter tenebat Iacob Geneſ.32. et dicebat : *Non dimittam te , niſi* Cant.3. Geneſ.32.
benedixeris mihi. Et quando Iacob Deum tenens expectabat eius benedictionem,cur illa nullum de benedictione verbum facit? Amat illa & non benedictionem,ſed dilectũ quærebat. Vt dicat D Bern ſer.79 in Cant. *Tenui eum,nec dimittam. Et ſanctus Patriarcha Non te,inquit,dimittam,niſi benedixeris mihi. Ita iſta non vult eum dimittere , & ſed magis,quàm Patriarcha id non vult , quia non pro benedictione* Bernard.
quidem. Siquidem ille benedictione accepta dimiſit eum ; hæc autem,non ſic. Nolo,inquit,benedictionem tuam,ſed te. Quid mihi eſt in cælo,& à te, quid volui ſuper terram ? Vna eſt dilecti perſona,quæ à verè amante animo requiritur Stabat Maria Magdalena ad oſtium monumenti Ieſu plorans Ioan 2. Cui in hortulani ſpecie apparens Dominus dicit : *Mulier,quid ploras,quem quæris ?* Non dixit : *Quid quæris,*ſed,*Quem quæris.* Et quando dixerat : *Quid ploras?* Ioan.20.
Cur non addidit : Quid quæris ? ſed maluit dicere: *Quem quæris ?* Noluit amori detrahere Magdalenæ, quæ, vt amatrix vera Dei erat, ſic nihil aliud quærebat , nihil aliud ſpectabat,niſi Deum. Circa quæ ait Orig in hom. *Tu dicis . Quid ploras?quem quæris ? Tu ſcis,quia te ſolum quærit,te ſolum diligit,propter te omnia contempſit. Tota pendet* Orig.
in te,tota manet in te.tota ſperat de te.& tota deſperat de ſe. Ita quærit te , vt quærens nihil quærat , nihil cogitet præter te. Sic verè amanti dilectus ſufficit , & præter eum ſpectat nihil.

§. XXIX.

Qui Deum amat , facilè eum in omnibus agnoſcit.

INter fratres erat omnium minimus Benjamin : qui tamen non potuit Ioſephum latere : imò dicit Textus *Attollens autem Ioſeph oculos , vidit Benjamin fratrem ſuum vterinum* , &c. Planè quem animus intus habebat per amorem , non potuerunt oculi quamprimùm illum non videre,& agnoſcere inter alios. Circa quæ ait D.Ambr. *Morale eſt,vt quos diligimus,eos videamus pro ceteris , & quos* Ambroſ.
animi intentio habet,priores eos obtutus offendat oculorum. Sæpe quidem plerumque circa alia,mentis occupatione diſtricti , quos habemus ante oculos,non videmus : ita duce animo dirigitur noſter aſpectus. Vidit igitur Benjamin fratrem ſuum Sanctus Ioſeph,quem tenebat animo,quem oculis requirebat. Quo abſente fratres penè non viderat. Qui intimo inſidebat animo, ſeſe ſtatim fecit exteriùs videri ; & in primis rapuit ocu-

na, qui animam iam tenebat.' Vtinam, nos Deum amaremus, Deum intimo teneremus animo, & affectu, illũ ſemper præſentiſſimum & videremus, & noſceremus. Aderat quondam Ieſus ignoto habitu in littore maris, dum
Ioan. 21. Diſcipuli piſcarentur Ioann. 21. *Dicit ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt.* Ille, ille vnus, vt vidit magnam capturam piſcium, ſtatim agnouit Deum præſentem. Et cur ille præ cæteris vidit, & agnouit? Ait
Chryſol. D. Chryſol ſerm. 78. *Primus, qui diligitur, vidit quia ſemper amoris oculus acutius intuetur.* O quam acutus, & citus eſt ad intuendum amatum, qui eius amore tenetur! In quouis ſecundo euentu, vel in quouis ſiniſtro, præſentiſſimum Deum cernit, qui Deum amat, animóque illi adhæret. Dicebat illa Cant. 2.
Cant. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.* Poſt parietem ſtabat Deus: & tamen illum indignabat amatrix anima dicens: *En ipſe.* Etiam parietes ipſos penetrat obtutus oculorum; vt videat, & agnoſcat Deum, quem amore proſequitur. Stabat Magdalena ad monumentum Ieſu plorans: quia non inueniebat Ieſum dilectum, Ioan. 20. Interea illi apparet Ieſus,
Ioan. 20. *& vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat, quia Ieſus eſſet.* Et mirabar, quòd tanta Ieſu amatrix, præ oculis haberet dilectum, & non videret, nec agnoſceret illum. Et quando ardentiſſimè amabat Ieſum, quomodo non videbat, nec agnoſcebat Ieſum præ oculis poſitum? Amabat illa tunc Ieſum mortuum, non rediuiuum. Amabat diuinum cadauer, de quo ſublato dolebat, quod in animo habebat; & ideò viuum Ieſum, nec videbat, nec agnoſcebat. Ait
Orig. Origenes ibi in homil. *O Maria, ſi quæris Ieſum, cur non agnoſcis Ieſum? Mortuum tu quæris, & ideò viuentem non agnoſcis. Tu certè quærebas, quod non erat; & non quærebas, quod erat. Tu quærebas Ieſum, & non quærebas Ieſum. Ideòque videndo Ieſum, neſciebas Ieſum.* Totus affectus Magdalenæ ad mortuum ferebatur: nullus erat illi affectus ad rediuiuum: ideò etſi præ oculis rediuiuum habebat, quaſi non videbat, nec agnoſcebat. Duce enim animo dirigitur noſter aſpectus, vt citiùs videamus, quem animo tenemus.

§. XXX.

Qui Deum amat, ſapidiſſimè, quæ Dei ſunt, ore verſat.

NOn contentus Ioſeph vidiſſe Benjaminum fratrem, adhuc interrogat: *Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi?* Amoris enim hoc eſt, quòd non lateant, quæ dilecti ſunt, ore verſare. Sic D. Ambroſius in
Ambroſ. præſenti: *Conſuetudo, & gratia charitatis eſt, vt dilectos nobis non ſolùm oculis; ſed etiam ſermone teneamus. Agnoscebat Ioſeph dilectum ſuum, ſed ideò interrogabat, vt quem tenebat animo, vox ſonaret.* Quàm ſapidè ad linguam trahitur,
Ioan. 20. qui per dilectionem ineſt animo. Stans ad monumentum Ieſu Maria Magdalena Ioann. 20. vbi de corpore diuiniſſimi Ieſu interrogat, illa verba dabat: *Dicito mihi, vbi poſuiſti eum?* Non ait: Quò tuliſti. ſed, *Vbi poſuiſti.*
Ioan. 11. quia & Ieſum quondam audierat interrogantem de Lazaro Ioan. 11. *Vbi poſuiſtis eum?* Quæ verba, vt verba Ieſu fuiſſe credebat, ſic eadem ſapidiſſimo ore verſabat. Vt dicat Orig. in præſenti: *Quid eſt autem hoc, Domine, quòd*
Orig. *Maria tam crebrò dicit, & repetit verbum iſtud: Vbi poſuiſti eum? Dixerat Apoſtolis: Vbi poſuerunt eum. hoc idem poſtmodum dixit Angelis: Vbi poſuerunt eũ & nunc tibi dixit de te: Vbi poſuiſti eum? Multùm dulceſcit verbũ in corde eius quod ſic abundat in ore eius. Certè dulce magis hoc facit dulcedo tua, facit & hoc ipſu pro amore tuo, quantum meminit te dixiſſe de fratre ſuo: Vbi poſuiſtis eum? Ex quo enim audiuit verbum hoc ab ore tuo, conſeruauit illud in corde ſuo, & delectata eſt vti eo, in ſermone ſuo. O quantùm diligit perſonam tuam, quæ tantùm diligit vocem tuam! O quantùm deſiderat videre vultum tuum, quæ tam deſideranter pronunciat verbum tuum.* Quid pulchrius?

Vt amabat Ieſum, ſic quæ Ieſu erant verba, verſat ore ſuo. Et fallar, niſi qui amat Deum, quæ ſunt Dei, in ore ſapidiſſimè habeat.

§. XXXI.

Amoris teneritudini quæuis valentia cedit.

ECce tibi, vt ad dilectum Benjaminum cœpit loqui Ioſeph, non potuit diſſimulare teneritudinem affectus: dicit nanque Textus: *Feſtinauitque, quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lacrymæ,* &c. Vbi eſt illa priſtina Ioſephi ſeueritas? Vbi illud regnandi ſupercilium? Meritò ait Ruper. in præſenti: *Dum affecta- Rupert. ta auſteritate, quaſi in alienos intenderet, rupit pietas intuſſa, nimiúmque viscerum præparatam fortitudinem pectoris, & diſſimulandi virtus non fuit, & feſtinauit in cubiculum, & plorauit,* &c. Equidem teneritudini affectus non potuit non cedere fortitudo Ioſeph, & totum ſupercilium regnandi. Dum Magdalena ad monumentum Ieſu ploraret, vidit illam Ieſus plorantem Ioan. 20 & ſolùm ait: *Mulier, quid ploras?* At Ioan. 11. *Vt vidit eum plorantem, & Iudæos, qui cum ea venerant, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum: & lacrymatus eſt.* In re defuncti Lazari, vt vi- Ioan. 20. & 11.
dit Ieſus Mariam plorantem, turbauit ſe, & commotus lacrymatus eſt. In re autem defuncti ipſius Ieſu videt eam etiam plorantem, nec vllam affectus commotionem oſtendit. Et cur in lacrymis tumuli ſui viſis ſerenus, & ſeuerus eſt, qui in lacrymis pro defuncto Lazaro non continuit fletum? Piè flebat Maria pro fratre, & pietatis amator, ceſſit in ſe pietatis affectui. Non adeò ſanctè flebat Maria pro Ieſu illo tempore, quando lacrymæ illæ notam incredulitatis prætendebant. Ne miremur, quòd ideò pro tunc erga illam minor eſſet in Ieſu teneritudo affectus, & adeò minor, vt nulla exteriora ſigna prætenderet. Pro quo ait Orig. hom. vlt. de diuerſis: *Recordu- Orig. re, Maria, quòd ipſe dixerit tibi, & aliis mulieribus: Nolite flere ſuper me. Ergo quid eſt hoc, quod facis? Ipſe prohibuit flere: & tamen tu non definis flere. Timeo, ne plorando, ipſum offendas, pro quo ſic inceſſanter ploras. Nam, ſi ipſe amaret lacrymas tuas, non poſſet forſitan, vt olim, tenere lacrymas ſuas.* Quippe vbi lacrymæ Magdalenæ maximoperè amabiles Ieſu erant, quaſi non potuit ſe continere Ieſus viſis illis, quin & fletu ſuum affectum erga illam oſtenderet. Vbi autem viſis lacrymis manet ſerenus, & ſeuetus, totúmque continet affectum, ſignum eſt, quòd non tenerè amat eas. Quæ enim ſeueritas non cederet teneritudini affectus, ſi hæc eſſet? Dicebat illa Cant. 3. *Per vicos & plateas quæſiui, quem diligit anima mea. quæſiui eum, & non Cant. 3. inueni.* Ecce tibi, qui omnia replet, qui à nullo poteſt abeſſe loco, ſic ſe diſſimulat eſſe in vicis, & plateis, vt nullo modo ſe oſtendat quærenti Sponſæ. Et quomodo ſe potuit cohibere tanta benignitas, ne ſe monſtraret quærenti? An erat aliquid in Sponſa, quod tunc minùs tenerè amaretur? Pulchrè rem ipſa tractat apud Gillibert. Abb. ſerm. 3. in Cant. loquens: *Ita, Domine, ſuaue tibi videtur, de pœnis diligentis, & quærentis te videre? Si maieſtas te Gillibert. abducit, miſericordia inclinet. Ioſeph malè meritos de ſe fratres miſeratus, non poterat ſe continere; ſed commota ſunt viſcera eius; & quis eſſet, blandè innotuit. Et quidem tenerior ſolet eſſe ad gratiam ſponſi pietas, quàm fratris. Tu mihi plusquàm Ioſeph. Tu enim frater: tu ſponſus. Ego me totam ad quærendum impendo, & tu te ſuſpendis ſponſus, & frater? Ergo eris in dilectione minor, qui es maieſtate ſuperior?* Planè, qui maieſtatis ſupercilium ad ſponſam ſeruabat, tepidum oſtendebat ad illam dilectionis affectum, Vbi in illa non erat, quod tenerè à ſponſo amaretur, non miror, quòd maieſtas non cedat affectui. In quo autem affectus tener eſt, rumpit quanlibet præparatam fortitudinem, & blandiſſimè curat innoteſcere.

§. XXXII.

Ieſu acceſſus quanlibet duritiem emollit.

TOta illa durities, & ſeueritas Ioſeph affectata contra fratres, in ſummam teneritudinem deſiuit, vbi ad illum Benjaminus accedit. Quippe ait: *Vidit Benjaminum fratrem vterinum:. Feſtinauitque, quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lacrymæ,* &c. Et quæ durities humani cordis non emollita fuit, vbi in terra noſtra viſus eſt, & ad nos acceſſit verus Benjamin, verus filius diuinæ dexteræ, Chriſtus Ieſus? Dicebat Dominus

Cant. 1.

Cant. 2. Cant. 2. vt ſuum ad homines acceſſum oſtenderet: *Surge, propera, amica mea, formoſa mea & veni. Iam hyems tranſiit.* Cum audio hyemem, totum rigorem gelu percipio, quo flumina conſtringuntur, & quaſi lapideſcunt. At in receſſu hyemis, conſtricta, & obdurata fluenta incipiunt molleſcere, & durítiam gelu reſoluere in placidiſſimas aquas. Et vnde hæc emollitio, & mutatio accidit? Non ab alio, quam ab acceſſu, quo Sol incipit nobis magis appropinquare. Hoc exemplo pulcherrimè oſtendit Dominus, quid in ſuo acceſſu ad homines cauſet. Lapiduerant enim homines lapides adorantes in hyeme idololatriæ. Quid tunc? Acceſſit Sol, venit ad nos Ieſus, & hyems abiit, & corda hominum cœperunt tenereſcere, & conuerti in fluenta aquarum. Ait D. Gregor. Nicæn. homil. 5. in Cant. *Quoniam ergo quæ lapiduerat per cultum idolorum, id est, quod est melius, erat immobilis, natura concreta frigore idololatriæ, ea de cauſa propter aſperam hanc hyemem oritur Sol iuſtitiæ, & ver efficit meridiano ſpiritu hanc ſoluente*

Gregor. *concretionem, ſimul cum ortu radiorum fouente, quidquid eſt ſubiectum, vt ſpiritu excalefactus, qui per gelu homo lapiduerat, & factus rurſus Verbi curſus fiat aqua ſaliens in vitam æternam.* Vt Solis acceſſus duratas gelu aquas, & lapideſcentes ſoluit, & conuertit in currentes aquas: ſic acceſſus Chriſti veri Solis, durata, & lapidea hominum pectora mollefacit, vt vertantur in pœnitentiæ lacrymas. Quo reſpiciens Pſaltes 113. nouos Chriſti aduenientis effectus in hiſtorus veteribus decantabat aiens: *In exitu Iſrael de Ægypto domus Iacob de populo barbaro. Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. Mare vidit & fugit, &c. A*

Pſal. 113. *facie Domini mota eſt terra. à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Quibus Chriſti Domini apparentis in terris effectus credit D. Auguſtinus decantari. Vt enim inter homines viſus

Auguſt. eſt, de lapideis hominum cordibus eas extraxit aquas, quæ nos in vitam æternam ductarent. Ad hæc Arnobius ſibi ait. *Quomodo fit Iudæa ſanctificatio eius? In Bethlehem*

Arnob. *Iudæ naſcitur Chriſtus, qui ſanctificat eos, qui fugiunt Pharaonem, & ſequuntur Moyſem, id eſt, legem Dei, veniant ad aquam. Ante tamen Chriſti faciem commota eſt terra, quando conuertit ſolidam petram in ſtagna aquæ, id eſt, ſaxea corda fecit aquas ex ventre ſuo producere ſalientes ad vitam æternam, & rupem id eſt, inacceſſibile ſaxum, ſacerdotalem gentium pectus conuertit ad fontes aquarum.* Sic acceſſus Chriſti vel ſaxea corda facit molliri, & in lacrymas pœnitentiæ conuerti, quibus ſaliant in vitam.

§. XXXIII

Vtero Mariæ debemus, quod Ieſus nobis ſit beneficus frater

Dicit Textus de Ioſeph: *vidit Benjaminum vterinum fratrem.* Ecce totam cauſam beneuolentiæ Ioſephi in fratres, alioqui ſibi iniurios. Nimirum, Benjamin frater vterinus, fraternitas ex matris vtero qualitas apparens in Benjamino faciebat, vt vel fratres iniurij bonum apud Ioſephum inuenirent. Non alio modo fraternitas ex vtero Mariæ apparens in Ieſu illum nobis fratrem reddebat, & beneuolum, & propitium. Hinc clamabat Sponſa

Cant. 8. Cant. 8. *Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te?* Inuentus eſt foris Abel a fratre ſuo Cain, & occiſus eſt. Ait enim Gen. 4.

Geneſ. 4. *Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras, &c.* Quando ergo inuentus foris Abel occiſus eſt à fratre, cur iſta cupit foris inuenire fratrem ſuum? Cur non magis timet, ſi foris inueniatur ab illo? Cauſam oſtendunt illa: *Sugentem vbera matris meæ*, nempe, Mariæ. Ille ab vtero, & vberibus Euæ veniens fratrem percuſſit; hic veniens ab vtero, & vberibus Mariæ fratribus etiam iniuriis fit propitius. Ait Tertull. lib. de carne Chriſti: *Eua enixa eſt Diabolum parricidam. Contrà Maria eum edidit, qui carnalem*

Tertul. *fratrem Iſraelem ateeemptorem ſuum ſaluum quandoque faceret. In vuluam ergo Deus Verbum ſuum detulit, bonum fratrem, vt memoriam mali fratris eraderet.* Vide, homo, quid debeas vtero Mariæ: venit Deus in illius vterum, & inde mali fratris memoriam raſit, factus omnibus fratribus, etiam iniuriis, beneuolus, & propitius.

Geneſ. 43. Rurſus lota facie egreſſus continuit ſe, & ait: Ponite panes. Quibus appoſitis ſeorſum Ioſeph, ſeorſum fratribus, Ægyptiis quoque, qui veſcebantur ſimul, ſeorſum, (illicitum eſt enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant huiuſcemodi conuiuium,) ſederunt coram eo primogenitus iuxta ætatem ſuam. Et mirabantur nimis ſumptis partibus, quas ab ipſo acceperant, &c.

§. XXXIV.

Menſa Euchariſtiæ nos & fratres, & cognatos probat Chriſti.

NOn obſcurè Ioſeph, & fratres, & cognatos oſtendebat ſuos, quos excipit conuiuio, & ad ſuam facit conſedere menſam, dum ait: *Ponite panes, &c.* De menſæ enim communione apertiſſimè cognatio exprimitur. Hinc Ieſus porrigens corporis ſui panem dicebat Cant. Cant. 5. 5. *Comedite, amici, bibite, & inebriamini, chariſſimi.* De quo ait Paſchaſ. lib. de Corpor. & Sanguine cap. 10. *Hic cibus* Paſchaſ. *non niſi ſuis amicis, & fratribus porrigitur. Inde Sponſus adhortatur in Cant. Comedite, amici, bibite, & inebriamini, chariſſimi.* Vt de tantæ menſæ participatione & amicitia, & cognatio manifeſta fiat. Luc. cap. 14. dicebat: *Homo* Luc. 14. *quidam fecit cœnam magnam, & inuitauit plurimos.* Ex quibus ſapienter arguit Tertullianus inuitatos hos ad inuitatorem, & cœnæ paratorem aliquo cognationis, & familiaritatis iure debere pertinere. Ait enim lib. 4. in Marc. *Dico primò extraneos, & nullius iuris affines inuitari* Marc. 4. *ad cœnam non ſolere, etiam facilius: ſolere domeſticos, & familiares. Ergo Creatoris eſt inuitaſſe, ad quem pertinebant, qui inuitabantur, & per Adam quà homines, & per Patres, quà Iudæi, non eius, ad quem nec natura pertinebant, nec prærogatiua.* Quos ad conuiuium Dei inuitatos videt, meritò aſſerit non extraneos à Deo eſſe, ſed aliquo cognationis, & familiaritatis iure ad illum pertinuiſſe.

§. XXXV.

Panem euchariſticum illoti, & aridi caueant.

LAcrymis lauit Ioſeph priùs faciem, poſteà aquis, vel lacrymas diſſimularet, ſicque conuiuium incipit clamare, dicente Textu: *Rurſus lota facie egreſſus continuit ſe, & ait: Ponite panes.* Vt hinc maximè caueant illoti, & aridi cæleſtem ſibi præripere Panem: dicit enim meritò D. Cyprianus ſerm. de cœna Domini: *Felix homo fletibus ſe abluit lacrymis ſe baptizat. Verum hi, qui verbo tenus corde* Cyprian. *ficci, & mente aridi facti interſunt, vel etiam participant donis, lambunt quidem petram, ſed inde nec mel ſugunt, nec oleum, qui nec aliqua charitatis dulcedine, nec Spiritus Sancti pinguedine vegetantur, nec ſe iudicant, nec Sacramenta diiudicant; ſed ſicut cibis communibus inuerecundos faces vtuntur muneribus, & Dominica menſa in veſte lutulenta ſe ingerunt impudenter; quibus melius erat mola aſinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conſcientia de manu Domini buccellam accipere.* Quid magis tremendum aduerſùs illos, qui ſicci, & aridi, & lutulenti, & illoti diuinam menſam participant? Planè Panis diuinus, calixque Sanguinis Chriſti in corde ſicco, arido, & illoto proficit nihil. De Chriſto in Cruce lancea puncto locutus D. Ioan. cap. 19. ait: *Continuò exiuit Sanguis, & aqua.* Quibus creduntur Ioan. 19. exiſſe Sacramenta Sanguinis, & aquæ, quæ ſanctificarent Patres antiquos defunctos, dum eorum per elementa ſparſam materiam pertingunt. Sed in elementis tam erat materies Sanctorum, quam ſceleſtorum, & tam iret Sanguis, & aqua Chriſti per hanc materiam, quàm per illam? Iret ſanè Sanguis, & aqua Chriſti per materiam ſceleſtorum: ſed, quia hanc aridam penitùs inueniebat, nihil illi afferret vtilitatis, quæ ſucculentis, & virentibus nouit ſolùm proficere. Ait D. Athanaſ. quæſt. 158. *Sanguis, & aqua,*

qua

Athanaſ. *quæ ex Chriſti lacere* [illegible] *etiam pro phetarum* [illegible] *elementa quæ ibi* [illegible] Non [illegible] *aqua* [illegible] *nihil prodeſt:* [illegible] Quid intereſt, quòd te per- [illegible] omnino es? Si nol- lom [illegible] luce [illegible] deuotionis exhibeas Cura prius [illegible] & eius aſperſiones, & [illegible] contende [illegible] excipere. Dicebat Dominus

Ioan. 14. Ioan. 14. de homine in quo excipiendus erat *Pro. & Pa- ter ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* De filio, & [illegible] locutus, nihil de Spi- ritus Sancti adu[illegible] An, quia ipſe, & [illegible] Spiritus Sanctus [illegible] ipſo, quò [illegible] veniant, debet intelligi Spiritus Sanctus præmiſſus [illegible] hoſpitium intrare, & parce tantis hoſpitibus [illegible] lib. de Corp. & Sang. Domi. cap. [illegible]

Paſchaſ. *totum ſui* [illegible] *Patrem, & Filium* [illegible] *cordium. Hinc idem Filius ait. Ego, & Pater ad eum ve- niemus, & manſionem apud eum faciemus. Non quaſi prater- miſſo Spiritu Sancto* [illegible] *quod ad eos tan- tum Pater, & ipſe venias, quos idem ſua* [illegible] *ſanctificauerit Spiritus.* Præmitti debet in nobis aſperſio, & lotio à Spiritus [illegible] ſic diuino cum Pa- tre, & Filio accumbamus conuiuio.

§. XXXVI.

Tempeſtiuitas in omnium bonorum uſu ſeruanda.

HOc mirabar, quòd in magno exhibendo conuiuio, tantum audiat Ioſeph iubere ſibi panes afferri. Quippe notat Textus *Lota* [illegible] *egreſſus continuit ſe, & ait: Ponite panes.* Licet enim ſciam panis nomine in Scriptura ſacra ſolere cætera omnia obſonia intelligi ta- men non dubito in præſenti conuiuio per panis nomen aliquid parcum, & abſtemium oſtendi: non enim intem- peſtiuitatis nota inurenda erit tanto Proregi quòd in pu- blica [illegible] ſupra modum [illegible] Quo ſpectans Philo ait [illegible]

Philo. *liberet* [illegible] *in publica* [illegible] *ipſum* [illegible] *in laudem* [illegible] *inuidiam* [illegible] *temporis. Fuit itaque opportunum, & minime* [illegible] fugit vir optimus minime op- portunum, & tempeſtiuum conuiuium in publica fame [illegible] enim non dedecet intempeſtiuitas [illegible] viros magnos Eccleſ. c. 10. dicebat: *Beata terra, cuius Rex nobilis*

Eccleſ. 10. *eſt, & cuius Principes* [illegible] *tempore ſuo* Quæ hic expli- cat Nazianzenus *Bonam illam terram beatam prædico, cuius*

Nazian. [illegible] *tempeſtiuè* [illegible] Expende ait: *Vbi tempeſtiue* [illegible] terræ po- teſt eſſe felicitas, quorum proceribus tempeſtiuus eſt bonorum vſus. Vt erubeſcant extra temporis exi- gentiam videri in luxo. Elizabeth, mater Baptiſtæ, poſt conceptum in ſenectute filium Luc. 1. *Occultabat ſe men-*

Luc. 1. *ſibus quinque dicens: Quia ſic fecit mihi Dominus*, &c. Circa quæ ait Chryſol. ſerm. 92. *Occultabat ſe menſibus quinque-*

Chryſol. *quia, etſi erat* [illegible] *tamen temporis non erat, quod habebat.* Sapiens fœmina, etſi fructum ventris ha- bebat munere diuino, tamen verecundabatur illum oſtendere, quia non erat iuxta exigentiam tempo[ris] ſui. Sic illi cordi erat tempeſtiuitas.

§. XXXVII.

Lacrymæ propter regnum cælorum, pro pane, & cibo ſunt.

A Lacrymis ad panes petendos contendit, dicente Textu *Lota facie egreſſus continuit ſe, & ait: Ponite panes.* Fuerant lacrymæ pro temporali affectu erga fra- tres [illegible] ad panem accen[illegible] Lacry- mæ autem, quæ pro Deo [illegible] pro cibo, & pane. Qu[illegible] ſpectans C[illegible] Tantibus cap. [illegible] *quæ non effunduntur propter regnum* [illegible] *magna* [illegible] *terra* [illegible] *de Iericho* [illegible] *ad de Paradiſo* [illegible] *refectio.* Equidem, quæ de Paradiſo deſid[illegible] lacrymæ, panis ſunt, & [illegible] Dic[e]bat enim [illegible] Pſal. 41.

Abb. Cell.

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. De quibus ait D. Ambroſ. lib. [illegible] *lacrymæ* [illegible] *non ſolum* [illegible] *pro peccatorum* [illegible] *refectio* [illegible] *vox eſt: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte.* [illegible] equidem lacrymæ p[illegible] ibus iuſtæ panes, qu[illegible] ſti cibatur, imò impinguatur. Vnde cat Pſal. 62. *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea.* Et quo adipe, quave pinguedine poteſt [illegible] anima [illegible] Petrus Dam. opuſculo 14. cap. 1. ponderans ex [illegible] Machab. 1. vt pro igne ſeruaro in puteo inuenta fuit aqua craſſa, dicit: *Quid enim craſſa eſt aqua, niſi lacrymarum compunctio* [illegible] *procul dubio gratia pinguedinis ſaginata* [illegible] *Propheta* [illegible] *pinguedine repleatur anima mea.* Non [illegible] cibari, ſed impinguari cupie[b]at, qui adipem lacrymarum ex- optabat.

Pſal. 41.

Ambroſ.

Pſal. 62.

Damian.

§. XXXVIII.

Non ſine ingenti moleſtia quiſque cogitur aſſuetos vitæ curriculos declinare.

IN conuiuio [illegible] Ioſeph non vnam menſam omnibus proponit, ſed diuerſas, prout erat diuerſitas [illegible] ten- tium perſonarum: dicit namque Textus *Seorſum Ioſeph, ſeorſum fratribus* [illegible] *quoque, qui* [illegible] *ſimul, ſeorſum*, &c. Et cur fratres ſeorſum, & Ægyptij ſeorſum? Nónne ſatius omnes in vnam [illegible] conuenirent? Ab- ſit [illegible] *illicitum enim erat Ægyptiis comedere cum Hebræis.* Vt enim nati erant Ægyptij abominati [illegible] ſanctis durum, & moleſtiſſimum illis eſſet, ſi cogerentur cum illis comedere Quippe ait Philo in præſenti *Frada-* [illegible] *eorum fuit* [illegible] *patria* [illegible] *conuiuia, vbi maxime* [illegible] *hilaritati, & iucunditati* [illegible] Pru- dens homo, [illegible] Ægyptio [illegible] & fra- tr[ibus] [illegible] mo[leſtiam] inferre [illegible] vt [illegible] tractabat [illegible] cuiuſque [illegible] moleſtia [illegible] curric[ulum] [illegible] I[illegible] cap. 10. [illegible] ante pote ſtam victoriam [illegible] *Luna* [illegible] *Aialon* [illegible] *Luna.* [illegible] Sol [illegible] ſtare, à [illegible] in id pu- tas [illegible] Sol [illegible] diſp. cum [illegible] Iudæ [illegible] *manus* [illegible] *Solem* [illegible] *Lunam* [illegible] *tude.* Exped[illegible] ſtatio non fo- [illegible] per ce- [illegible] figura [illegible] Solis taru ra- [illegible] quæ [illegible] nihil aliud [illegible] ſuſpendere [illegible] tatur [illegible] ad ma[illegible] Solis [illegible] in qua acerbæ [illegible] Chriſti Domini [illegible] figura.

Philo.

Ioſué 10.

Gregent.

§. XXXIX

Temporis præ[illegible] nihil aſtimanda.

VBi ad [illegible] Textus [illegible]

tolleret ſapiens homo, vnam in offerendis ſedibus prærogatiuam ſpectauit ætatis. Quæ ſola ſpectata nullius æſtimationis eſt apud viros cordatos. Vbi eligendus alius fuit Apoſtolus loco Iudæ ait Petrus Actor. 1. *Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à* Actor. 1. *Baptiſmate Ioannis, vſque in præſentem diem, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis.* Expende, quas dotes petat in eo, qui ad Apoſtolatum eligendus erat, nimirum, vnam petit temporis prærogatiuam, qua à Baptiſmate Ioannis in ſchola Chriſti fuerit. Et cur non magis petit, quòd fuerit in omni ſapientia, & virtute? Cauit querelas, & inuidias: & ideò propoſuit illam prærogatiuam, quæ minùs æſtimaretur. Ait D. Chryſoſt. hom. 3. in Acta: Chryſoſt. *E quibus autem oporteret fieri electionem, ipſe interpretatur dicens. Ex congregatis nobis per omne tempus. Etenim, ſi dixiſſet, modeſtos oportet adeſſe, ceteros affeciſſet contumelia. Nunc autem tempori permiſit iudicandi negotium, non ſimpliciter dicens, Congregatis; ſed addit. In omni tempore, quo exiuit,* &c. Equidem, vt tolleret inuidiæ, & querelarum occaſionem, ad illam prærogatiuam recurrit, quæ ſolius temporis erat, quæ parui momenti cenſenda erat. Huc trahe dicta tom. 5. de Chriſto figur. lib. 5. c. 9. §. 6. & tom. 3. lib. 7. § 14 & alibi.

§. XL.

Euchariſticus Panis non præripiendus.

BOni conuiuæ expectabant ſibi dari cibos, quos à dante accipiebant, iuxta illud: *Sumptis partibus, quas ab eo acceperant.* Non ipſi præripiebant; ſed magis expectabant à dante accipere. Quod vtinam ſeruarent menſæ Euchariſticæ conuiuæ, nec præripere feſtinarent; ſed tunc cæleſtem cibum acciperent, quando iuxta Doctorum præſcripta præſtatur illis. Dicebat Dominus Apoc. 2. Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei mei.* Non ait: Victor edet. ſed maluit dicere: *Vincenti dabo edere.* quaſi in eo oſtendatur victoria cuiuſque, quòd non ipſe ſibi ſumat; ſed à Deo dante accipiat cæleſtem cibum. Vt dicat Rupert. ibi lib. 2. *Sapi autem is, qui* Rupert. *necdum vicit, id eſt, qui pœnitentiam non egit, edit de hoc ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei, manducat Corpus, & bibit Sanguinem Domini. Nam illi dat Chriſtus, ſed ipſe rapit; & ideò iudicium ſibi manducat, & bibit.* Et ſemper, qui rapit, & non expectat dari ſibi cibum ſalutis, iudicium manducat, & bibit. Inter multos vnus accumbebat menſæ diuinæ Matth. 22. quem videns Rex ſine veſte nuptiali, iuſſit ho- Matth. 22. minem pedibus, manibúſque ligatis *mitti in tenebras exteriores.* Et in quo non habebat veſtem nuptialem iſte miſer? In eo, quòd ipſe rapiebat cibum, non expectauit dari ſibi. Quo alludens D. Athanaſ. quæſt. 45. ait: *Quis* Athanaſ. *erat, qui non habebat veſtem nuptialem? Iudas, & qui quemadmodum ipſe in ſancta myſteria ſeſe indigni ingerunt.* Non expectant dari ſibi ſanctum, ſed ſeſe indignè ingerunt, vt vel à non dantibus præripiant. Hi ſine veſte nuptiali adſunt conuiuio, & inde præcipitantur in æternum exitium.

§. XLI.

Mirum eſt, quòd bona pro malis reddantur, vbi Chriſti ſpiritus non eſt.

DIcitur de fratribus Ioſeph, eius menſæ aſſidentibus: *Mirabantur nimis ſumptis partibus, quas ab eo acceperant.* Creditur Ioſeph in illo conuiuio ad ſe ſingula fercula traxiſſe, cibóſque diuiſiſſe, & ſingulis porrexiſſe: quos cùm illi de manu Ioſeph acciperent, mirabantur nimiam hominis comitatem. Mirabantur, inquam, quòd à tanto Principe ipſi cibos acciperent: ſed illud mirarentur magis, ſi ſcirent, à quo cibi venirent. Veniebant illi cibi à Ioſeph in venditores ſuos, in peſſimos fratres, à quibus multas perpeſſus fuerat iniurias. Hoc planè mirandum, & mirandum maximè erat, quòd ante Ieſu aduentum, eiúſque doctrinam auditam, Ioſeph hoſtibus ſuis cibos porrigeret, nullius memor acceptæ iniuriæ. Vt dicat Cellenſis Abbas lib. de Panib. cap. 1. *Vbique gratioſus Ioſeph; ſed in conuiuio magis,* Cell. Abb. *multoque amplius iucundus. In conuiuio etiam venditoribus ſuis non negat negatam ſibi germanitatem. In conuiuio non retinet iniuriam, extendit beneficentiam. In conuiuio iuxta Scripturam, cibando inimicum ſuum extinguit inuidiam, & ſanat maleuolentiam.* Quid mirabilius? Mirandum ſanè eſt, quòd vbi ſpiritus Ieſu nondum viſebatur, non irateretur Ioſeph aduerſùs homines ſibi iniurios. Totus mirabundus Iſaias cap. 53. dicebat de Ieſu meo: *Sicut ouis ad* Iſaia 53. *occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* Et quod mireris magis, hæc verba referuntur à D. Athanaſio ad partem illam Paſſionis, qua Ieſu latus transfixum lancea fuit. Quippe ait D. Athanaſ. ſerm. 3. contra Arian. *In crucifigendo repræſentatus id,* Athanaſ. *quod dictum eſt à Moyſe: Videbitis vitam veſtram pendere, & in lateris vulnere per lanceam conficitur illud propheticum dictum: Vt ouis ad occiſionem ducetur,* &c. Ecce tibi totum illud dictum Iſaiæ de Ieſu, quòd ſicut ouis obmuteſceret, neque aperiret os ſuum, creditur ab Athanaſio peractum in lateris vulnere accepto. Idem ſentit D. Chryſoſt. ſerm. de negatione Petri, habito tom. 6 vbi circa illa verba Iſaiæ ait: *Ouis, & Agnus Chriſtus eſt: Occiſio illa* Chryſoſt. *eſt lateris,* &c. Sed, cùm illud vulnus inflictum fuit, iam erat mortuus Ieſus, iam ad Patris manus eius euolauerat ſpiritus. Quid ergo magnum, & mirandum erat, quòd hominis mortui cadauer obmuteſcat, & non aperiat os ſuum aduerſùs iniuriantes? Cur Iſaias, & Athanaſius extollunt eam virtutem, qua cadauer diuiniſſimum Ieſu obmutuerit in lateris vulnere? Equidem, ex quo inde abierat ſpiritus Ieſu, magnum, & mirabile creditur, quòd vel inſenſibile cadauer non fremeret aduerſùs iniurios ſibi. Dicebat Matth. 27. *Ieſus autem iterum clamans voce* Matth. 27. *magna, emiſit ſpiritum. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt,* &c. Dum vapulat Ieſus, dum ſpinis coronatur, dum crucifigitur, nullum motum exhibet creatura mundi. Vbi autem mortuus Ieſus, multus in mundo fragor auditur, in ruptura veli, in petrarum commotione, & ipſa Sanctorum cadauera in monumentorum apertione oſtenderunt ſenſum ſuum. Et cur tantus hic fragor & motus inſenſibilium auditur in morte Ieſu, qui non audiebatur in verberibus, nec in ſpinis, nec in crucifixione? Cauſam oſtendunt illa verba: *Emiſit ſpiritum.* dum verberatur Ieſus, dum vlceratur ſpinis, dum figitur Cruci, erat eius diuinus ſpiritus in mundo, qui docebat creaturas patienter tolerare iniurias: Vbi autem abiit à mundo ſpiritus Ieſu, creaturáque mundi ſe ſenſit orbatam diuiniſſimo illo ſpiritu, non potuit ſe continere, quin fremeret aduerſùs iniurios. Vt videas, quàm mirabile ſit, quòd vbi abeſt Ieſu ſpiritus, vel inſenſibilia non fremant aduerſùs inimicos. Vnus eſt enim ſpiritus Ieſu, qui indat hanc beneuolentiam, qua homines inimicos ſuos velint beneficiis afficere. In horto eduxerat Petrus gladium, & percuſſerat vnum ex comprehenſoribus Ieſu, cui ait Dominus Matth. 26. *Conuerte gladium tuum in locum ſuum.* Matth. 26. Circa quæ ait Victor Antioch. in Mar. cap. 14. *Apoſtoli amoris ſimul, & pietatis ſtimulo illi gladios obtendunt, cruentum hoſtium impetum hoc præſidio* Vict. Ant. *compeſci, & à Domino ſubmoueri poſſe arbitrati. Verùm Chriſtus Dominus non ſinit illud fieri. neque enim gladio aduerſarios nos vult ſternere, aut profligare, ſed virtute, & prudentia, & beneuolentia, aliíſque ſimilibus. Hæc enim ſunt arma, quibus aduerſus hoſtes familiariter nos vti iubet.* Sic ibi de ſpiritu Chriſti erga hoſtes.

§. XLII.

Culpa ignorantiam non paruam, & cæcitatem gignit.

ILlud etiam notandum de Ioſephi fratribus, poſitis in conuiuio, quod ait Textus: *Et mirabantur nimis, ſumptis partibus, quas ab eo acceperant, maiórque pars venit Benjamin,* &c. Multa quippe tunc erant, quæ admirationem facerent illis hominibus. Vel quòd ignoti homines, & maximè priuati apud faſtuoſiſſimum Ægyptiorum Principem tam nouam gratiam inuenirent & inauditam; vel quòd ab eodem exciperentur conuiuio, & conuiuio iucundiſſimo; vel quòd Benjaminus primò aſpectu ſic

Principis

Principis animum rapuiſſet,vt plùs cæteris honoraretur in conuiuio; vel quòd ſinguli vocati ad ſedem fuerint, iuxta ætatem ſingulorum. Hæc mirabilia erant,& nunquam viſa;& quæ non crederentur poſſe fieri,niſi ab homine, qui aliquid interinſecum erga illos habebat. Imò per hæc adeo mirabilia euidentiſſimè ſeſe Ioſeph inſinuabat eorum animis,vt poſſet noſci ab illis.Cur illi ſaltem informati antiquis ſomnijs in aliquam eius ſuſpicionem non venerunt. Vexationes primæ adduxerunt homines,vt recordarentur Ioſephum à ſe diuenditum; cur fauores ij adeò magni,adeò inuſitati non faciunt illos recordari Ioſephum forte adorandum iuxta ſomnia priſtina? Cur inter tot lumina nec ſuſpicionem habuerunt de illo? Adhuc erat illis Ioſeph in deſpectu: ſemper ſibi illum inferiorem putabant, quæ præſumptio in illis culpabilis faciebat, ne noſcerent præſentiſſimum, & ignorarent manifeſtiſſimum. Magdalena ad oſtium monumenti plorans Ieſum quærebat Ioan. 20. & conuerſa
Ioan.20. *vidit Ieſum ſtantem,& non ſciebat, quia Ieſus eſt.* Videbat Ieſum,loquebatur cum Ieſu, & ignorabat, quòd Ieſus erat: vnde tanta ignorantia in Magdalena? Nónne audierat de reſurrectione Ieſu? Nónne viderat Angelos aſſurrexiſſe ei venienti? Cur inter hæc non agnoſcit? Cur adhoc ignorantia tenetur? Nimis hæſerat Ieſu abiectioni, culpabiliter tenebatur eius deſpectu viſo in Cruce,quod ſic illam cæcabat,vt minimè agnoſceret præſentiſſimum. Ad hæc Orig.hom.vltima de diuerſis: *Mortuum tu quæris,& ideò viuentem non agnoſcis. Nónne in veritate comperi*
Orig. *bant eſſe cauſam,pro qua tibi non apparebat? Tu quærebas,quod non erat, & non quærebas,quod erat. Tu quærebas Ieſum; & non quærebas Ieſum. Ideóque videndo Ieſum,neſciebas Ieſum. O pie magiſter, non poſſum omninò excuſare hanc Diſcipulam tuam: non poſſum liberè defendere hunc errorem eius,& tamen errabat,quia talem te quærebat,qualem te viderat, & qualem in monumento poſitum reliquerat.* Errabat culpabiliter quærens Ieſum iuxta illam formam,qua viderat illum viluiſſe apud Principes ſæculi adeò, vt Diſcipulus eum venderet,& Iudæi morti traderent. Et de hac culpa illa ignorantia proſiliebat,qua præſentiſſimum Ieſum non agnoſceret. Nec ſemel culpa hominis ignorantia,& cæcitate ſolet caſtigari à Deo. Dicebat Paul. 1. ad Corinth. 1.
1.Cor.1. *Verbum autem Crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, iis autem,qui ſalui fiunt,id eſt,nobis, Dei virtus eſt.* Ecce tibi Crux Chriſti, quæ notiſſima Dei ſapientia eſt apud plurimos, apud alios ſtultitiæ datur, nihilque in ea,niſi ſtultum,illis apparet. Et quando adeò rutilat,& radiat virtus Crucis, cur alij non vident in illa,niſi quid ſtultum? Equidem illorum culpa ignoratione, & cæcitate à Deo caſtigatur. Tertull.lib.5.in Marc. cap.5.ait: *Cur apud Dominum optimum,*
Tertul. *& profuſæ miſericordiæ alij ſalutem referunt credentes Crucem virtutem,& ſapientiam Dei eſſe,alij perditionem, quibus eius ſtultitia reputatur,ſi non Creatoris eſt, aliquam & populi, & humani generis offenſum detrimento ſapientiæ, atque prudentiæ mulctaſſe?* Mulctantur planè hominum culpæ ignorantia,& cæcitate.

CAPVT X.

Scyphus in ſacco Benjamin.

Textvs Historia.

DVm fratres ab epulis ad quietem ſe recipiunt, præcepit Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ impleri ſaccos illorum frumento,quantùm capere poſſent,& apponi pecuniam ſingulorum in ſummitate ſaccis ſcyphum autem ſuum, & pretium tritici, quod dederat Benjaminus,in ore ſacci eius. Quæ omnia magna cum fide,ac prudentia executus eſt diſpenſator, intentioni domini ſui diligenter ſubſeruiens; tametſi videret innocentibus ingentem calumniam ſtrui. Ergo orto mane dimiſſi ſunt cum aſinis,& oneribus ſuis. Vtique admodum læti,quòd fratrem accepiſſent; quòd Benjaminum reducerent;quòd hilariter,ac peramanter accepti eſſent; quòd incredibili gaudio patrem eſſent cumulaturi. Iámque vrbem exierant, & proceſſerant paululùm: & ecce agmen equitum repentè illos circumuenit. inter quos erat,qui ſcyphum in ſarcinam indiderat. Virus atrocibus dictis inuadit,quòd augurandi ſcyphum à iam beneſico hoſpite eſſent furati. Illi tam atroci, & inopinato perculſi nuntio,accuſationem tamen,vt valdè improbabilem,humili oratione repellunt. Cur, inquiunt,tollerent ſcyphum,qui argentum in ſaccis repertum ex patria retulerunt? Inſuper & morti deuouent eum,in cuius ſacco ſcyphus inueniretur, & ſeſe etiam æternæ deuouent ſeruituti. Nec mora,diſpenſator ſcrutatus ſarcinas ſingulorum, tandem ſcyphum inuenit in ſacco Benjamin. Proh dolor! Ingens vniuerſos impleuit amaritudo,ſciſſiſque veſtibus, relicta patriæ via. in oppidum redeunt, Principi pro fratre adſtituri. Quibus ille denuò non dubitat crimen obijcere,ſeruitutiſque pœnam in vnum decernit Benjaminum. Ad hæc Iudas ſimul cum fratribus pronus in terram cœpit multa rogare, & referre multa de patris immodica triſtitia,in cauſa Benjamini,ſine quo minimè ſe ad patrem aſſerit rediturum, ne calamitati eius teſtis aſſiſtat.

MORALIA CIRCA TEXTVS Literam.

VT propior erat reuelatio Ioſeph, denſiora fiebant vexationum nubila: quò enim denſiores nubes præcedunt,lætior,& gratior ſolet lux Solis oriri.

Geneſ.44. Præcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Imple ſaccos eorum frumento, quantùm poſſunt capere; & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci: ſcyphum autem meum argenteum, & pretium, quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris. Factúmque eſt ita. Et orto mane dimiſſi ſunt, &c.

§. I.

In cæleſtibus nihil gloriæ habetur ſine meritorum pretio.

MVlta donabat Ioſeph fratribus ſuis,& multa donabat Benjamin,cùm apud ſe eſſent. At vbi ad frumentum ferendum ventum eſt, nunquam non video ab illis accepiſſe pretium. Dicit enim in præſenti: *Pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci: ſcyphum autem meum argenteum, & pretium, quod dedit tritici,pone in ore ſacci iunioris.* Ecce tibi pecuniam,& pretium tritici datum, & acceptum mandat reponi. Et quando reponendum erat pretium occultè,& multa alia publicè illis dederat, cur ſimiliter non publicè mandat illis dari triticum gratis? Cur mauult,repræſentetur illa ſpecies dantium pretia,& accipientium? Rem tropologicè tractat,& definit Abbas Cellenſis lib. de Pan. cap. 1. inquiens: *Liberalitatis opus cum ſagacitate venditionis fratribus ſuis Ioſeph exhibet. Implet ſaccos pro pecunia: buccas, & ventrem implet pro gratia.* Cell.Abb.
victum itineris gratis tribuit; vnde in patria familia ipſi alantur,non ſine pretio tradit. Quid eſt hoc, niſi,Centuplum accipiet,& vitam æternam poſſidebit? Ecce gratia, ecce meritum. Præparat Ioſeph ex gratia conuiuium. quia Chriſtus gratis mortuus eſt: vt impleat ſaccos,accipit pretium,quia fides ſine operibus mortua eſt. Dum erant extra patriam,vel verſantes in via, vel manentes in Ægypto, multa accipiunt gratuitò, & gratis hoſpitantur,& gratis excipiuntur conuiuio: at illud,quod in patria comeſturi erant, non niſi dato pretio recipiunt,

recipiunt. In quo oſtenditur tota fidei noſtræ œconomia; dum enim in via ſumus, in hac valle lacrymarum extra patriam conſtituti, multa ex Deo, imò omnia gratis accipimus. Nunc gratiæ à Deo in nos profectæ exundat. At pro gloria in patria habenda pretia exhibemus virtutum: nihil enim nobis gloriæ tunc dabitur, quod meritorum pretio non fuerit comparatum. Laboret ergo in hac vita, multaſúmque operationum virtutis pretio recondat, quod velit habere in patria. De manna locutus Textus Exod. 16. dicit: *Die autem ſexto parent, quod inferant, & ſit duplum, quàm colligere ſolebant per ſingulos dies.* Sexta die iubebantur colligere, quod ſufficeret pro ſequenti die. Die quippe ſeptima non comedebatur, niſi quod comparatum fuerat antecedentis diei laboribus. Quò innuebatur, vt in cæleſti patria nihil gloriæ habeatur, niſi quod fuerit modò operibus ſanctis acquiſitum. Circa quæ Orig. homil. 7. in Exod. ait: *Sextus dies eſt hoc, in quo nunc ſumus, vita in ſex enim diebus Dominus fecit mundum. Hoc ergo die tantùm reponere, ac recondere debemus, quantum ſufficiat & in futuro die. ſi quid enim hic boni operis acquiras, ſi quid iuſtitiæ, miſericordiæ, & pietatis recondas, hoc tibi in futuro ſæculo erit cibus. Nunquid non ita in Euangelio legimus, quia qui acquiſiuit hic decem talenta, ibi accepit decem ciuitates; & qui acquiſiuit quatuor, accepit quinque ciuitates?* Sic quidquid in præſenti comparamus operibus virtutum, accipimus in vita futura, & nihil aliud gloriæ nobis dabitur, niſi quod hinc tulerimus pretio bonorum operum acquiſitum.

Exod. 16.

Orig.

§. II.

Correptoris munus nunquam non excitat tempeſtates correpienti.

SCyphum in ſacco Benjamini apponi mandat Ioſeph illi verbis: *Scyphum autem meum argenteum, & pretium, quod dedit triticum, pone in ore ſacci iunioris.* Circa quæ ait D. Ambroſ. ibi: *Triticum multis datur, ſcyphum uni, qui prophetico, & ſacerdotali donatur munere.* Donabatur in ſcypho munus propheticum, & ſacerdotale. Ne putetis, quòd in ſacco Benjamini ponatur ſcyphus ad nouas turbines aduerſùs eum excitandas. Vt enim ſacerdotalis, & prophetalis muneris eſt, mala malis denunciare, illóſque frequenter corripere: ſic nunquam deſinunt Sacerdotes, & Prophetæ aduerſùs ſe excitare tempeſtates. Clamabat Dauid Pſal. 37. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Et mirabar, quòd tantus vir tam anxie detrectaſſet diuinam pati correptionem. Longè aliter videtur affectus Iob cap. 6. aiens: *Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus? Et qui cœpit, ipſe me conterat, ſoluat manum ſuam, & ſuccidat me. Et hæc mihi ſit conſolatio; vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam ſermonibus ſancti.* Dauid corripi à Deo, & metuebat, & fugiebat: Iob ſub manu corripientis, flagellantiſque Dei, vel conteri exoptabat. Vter perfectior in hoc affectu? Nónne illorum affectus erant contrarij? Non crediderim tantorum virorum affectus hos fuiſſe contrarios, ſed ſimillimos, & ad eadem tendentes. Iob enim correptionem, & flagellum petebat, cum hac conditione: *Nec contradicam ſermonibus Sancti.* quòd non permittendus erat contradicere corripienti: Dauid autem correptionem fugiebat, ſciens, quantas ſoleat tempeſtates correptio excitare in correpti animo aduerſùs correptorem. Cauénſque ne in ſe aduerſùs Deum tempeſtas aliqua inſurgat, mauult correptionem fugere, à qua nunquam non tempeſtates excitantur. Ait Orig. homil. 1. ibi: *Argui, & corripi eſt doloris pœna, & cruciatus; & ita grauis eſt, vt etiam hi, qui fideles, & religioſi videntur, ſi fortè vt homines aliquando in delicto aliquo incurrerint, & arguantur, indignentur aduerſus eos, qui arguunt, & oderint eos. Corripiunt enim, vt emendent. Et hoc malum fuit in cauſa, vt etiam à priori populo in odium haberentur Prophetæ, & perſecutionibus agitarentur. Hæc fuit cauſa, qua Iſaiam ſecari fecit; qua Zachariam inter templum, & altare tempuli trucidari; Ieremiam in lacum luti demergi. Et ad vltimum hoc fuit cauſa, qua Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum egit in Crucem.* Ecce tibi correptoris munus quàm ſit efficax, vt aduerſùs ſe

Ambroſ.

Pſal. 37.

Iob 6.

Orig.

tempeſtates excitet. Exod. 3. dicebat Dominus ad Moyſem: *Veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum.* Non ab illo expectat conſenſum, ſed vel eo reluctante imperat, vt vadat Ægyptum. Iſaiæ autem c. 6. ait: *Audiui vocem dicentis: Quem mittam? Et quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.* De mittendo aliquo tractat Deus, & habens præſentem Iſaiam, non imperat illi, vt vadat; ſed expectat, vt ipſe velit ire. Et cur, qui imperat Moyſi, vt vadat, cauet id imperare Iſaiæ? Moyſes ibat liberaturus populum, quod munus illi gratioſum eſſet, Iſaias autem iturus erat, ad corripiendum populum, iuxta illud cap. 58. *Annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Quod munus non illi mandatur, vt quòd ingentes tempeſtates aduerſùs illum erat excitaturus. Ait D. Baſil. ibi: *Moſem quidem non interrogat. Ad Iſaiam verò ait: Quem mittam? Et quis ibit nobis? Quæ vtriuſque cauſa? Quia ille mittebatur Moyſes pro bono, ac beneficio in populum conferendo: hic autem miniſteria proponitur ad nunciandum res parum amœnas, imò permoleſtas. Quocirca illi quidem mandatum præſcribitur; huic autem ſuſcipiendæ obeundæ legationis in poteſtate relinquitur.* Quippe non cogitur quis munus correptoris ſuſcipere, vt quod ingentia tempeſtatum nubila è terra ſceleſtorum hominum ſoleat elicere.

Exod. 3.

Iſaia 6.

Iſaia 58.

Baſil.

§ III.

Per Eucharistiam & ſuauiantur, & in bonum recidunt calamitates.

VBi luctum, & mœrorem inferre fratribus Ioſeph parabat, ſcyphum abſcondi in ſacco Benjamini mandat aiens: *Scyphum meum argenteum, & pretium, quod dedit, pone in ore ſacci iunioris.* Et cur notanter ſcyphus ille poni mandatur, & non potiùs aliud quid argenteum mandatur? Etſi Ioſeph luctum, & mœrorem fratribus inferre vellet; tamen eum luctum, & mœrorem procurabat, qui ſuauiari poſſit, & facilè in lætitiam tranſmutari. Ideò ſcyphum iuſſit apponi, in quo exprimebatur eucharisticus calix: de Eucharistia enim ſuauiſſimi luctus procedunt, & qui in lætiſſima gaudia tranſeunt. Ex quo dicebat D. Cypr. ſer. de cœna Dom. *Vide, quomodo iis, qui Chriſto commemorant paſſionem inter ſacra officia, quaſi per quoſdam canales de interioribus fontibus egrediuntur torrentes, & ſuper omnes delicias lacrymis nectareis anima delectatur, quando ſuauitatem animæ inquirenti, vbi ſit Deus ſuus, ſuſpenſa contemplationis illucent. Non illos imbres procelloſa tempeſtatis deponunt, res matutinum eſt de cæleſtibus ſtellans, & quaſi vnctio ſpiritualis mentem deliniens.* Ecce tibi, qui luctus ab Euchariſtiæ participatione fiant, nimirum, ait: *Non illos imbres procelloſa tempeſtatis deponunt, res matutinum eſt,* &c. Quis neſciat, vt concutiatur terra imbribus, quos procelloſæ tempeſtates emittunt, & , vt deliniatur matutinis roribus, quos cæli ſtillant? Vbi autem euchariſtica adeſt communio, ſæpe inde homini gignitur luctus; & qui luctus? Qui procelloſas tempeſtates indicet, quibus agitetur homo? Abſit: de tanti cibi, potúſque præſentia fit, vt vel ipſi luctus non abſimiles ſint roribus, quos matutini cæli ſtillant, vt terram refrigerent. Vertitur per Euchariſtiam res luctus in res lætitiæ, & refrigerij. Dicebat Sponſa Cant. 1. *Botrus Cypri, dilectus meus in vineis Engaddi.* Cyprus creditur eſſe idem, quod triſtitia, ſiue mœror: Engaddi autem idem, quod fons hœdi. Et mirabar, quòd tantus hic botrus inueniatur inter hœdos, & triſtitias, & mœrores. Quid botro, & mœrori? Quid botro, & hœdo? Planè diuiniſſimus calix Euchariſtiæ in hoc botro oſtenditur, de quo venit, vt peccator afficiatur triſtitia, & luctu, ſed non abſorbeatur: quin potiùs cito à triſtitia in lætitiam tranſeat. Ait Apon. lib. 3. in Cant. *Botrus omnimodò figuram aſſumpti hominis Chriſti Redemptoris noſtri ſignabat. Qui vtique & eſca, & potus Eccleſiæ factus eſt per Corporis ſui, & Sanguinis Sacramentum. Cyprus verò triſtitia, vel mœror interpretatur: Engaddi fons hœdi. Eſt ergo botrus Cypri amœna ſua Eccleſia, dum peccatoribus triſtitiam, vel mœrorem pœnitentiæ in mentibus ſeminat, vt eos ad illam beatitudinem ſublimet, de qua ipſe dixit: Beati, qui lugent nunc, quia ipſi conſolabuntur.* Sic Chriſtus, ſic diuiniſſimus botrus, factus euchariſticus calix, eum mœrorem, & luctum ſuis conuiuis ingenerat, qui citiſſimè vertatur in gloriam.

Cyprian.

Cant. 1.

Apon.

§. IV.

Vel in minutiſſimis, & puſillis, repoſita ſunt à Deo magna pro hominibus aut perdendis, aut ditandis.

ECce tibi, in quo reponitur Ioſephi iuſſu argenteus ſcyphus: quippe ait: *Scyphum meum argenteum, & pretium, quod dedit, pone in ore ſacci iunioris.* Crede mihi: pretioſa, & præſtantia, ſiue gratiarum, ſiue virtutum dona non ſemper in Magnatibus, & Primoribus; ſed frequentiùs in puſillis repoſita à Deo ſunt, & in paruis. Ioelis c. 2. dicebat Dominus. *Reddam vobis annos, quos comedit locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna.* Expende, quæ vocetur fortitudo Dei magna, an fulmen a nubibus iaculatum? An leo, an tygris, an vrſus? An Goliath ingentium virorum gigas? An Alexander, an Cæſar, domitores Orbis? Planè minimè non ij, ſed locuſta, ſed bruchus, ſed eruca dicuntur fortitudo Dei magna. Ne dubitemus, in paruis, & in minimis magna Dei dona poſita eſſe pro hominibus perdendis, ſeu ditandis. Huc ſpectabat Tertul. lib. 1. in Marc. cap. 14. *Animalia minutiora maximus artifex de induſtria ingenia, aut viribus ampliauit, ſic magnitudinem in mediocritate probari docens: quemadmodum virtutem in infirmitate, ſecundum Apoſtolum. Imitare, ſi potes, apis ædificia, araneæ tela, bombycis ſtamina. Suſtine, ſi potes, ipſas lectuli beſtiolas, cantharidis venena, muſcæ ſpicula, culicis & tubam, & lanceam, &c.* Magna pars deliciarum humanarum in melle, & cera poſita ſunt: & hæc a quo ſunt manant? Non ne ab apicula? Tota ſuperbia veſtium, & ornatus in ſericis poſita eſt, quæ a vermiculo valdè paruo originem habet. Et ad perdendos homines quis ignoret venena cantharidis, & culicis lanceam? Vane à ſolis magnis corporibus, & vanùs à ſolis Magnatibus expectas res magnas, nec aliud facis, quàm ſi deſpecta apicula, & bombyce ab elephanto, vel mel, vel ſericum conficiendum expectares. Ne deſpicias minima, in quibus ſunt à Deo repoſita magna. Trita eſt hiſtoria Samuelis quærentis filium Iſai, qui regnum ampliaret Iſrael. ... qui videns maiores natu, corporis præſtantia pollere, maximè illorum deſiderio afficiebatur: ſed illos repellere cogebatur. Tandem deſpectus vnus, & omnium minimus, omnium oculis diſtentus adducitur, & hunc ſeligit ad regnandum. Ait enim Text. 1. Reg. 16. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum ſuorum.* Quod agis, Domine, maiores relinquis, & minimum, & deſpectum eligis, qui hoſtes debellet, & regnum amplificet? Erat in minimo theſaurus repoſitus, quem conſpicatus Deus illum elegit. Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 14. nomine Dei: *Tu mortali oculo corporis magnitudinem dimenſus mirabaris. ego verò, qui mihi ſoli videtur pulchritudo, eam examino. Vbi enim animi theſaurum inuenio, ibi moratur oculus meus.* Non ad quantitatem corporis, ſeu fortunæ, reſpiciendum eſt, ſed ad theſaurum, qui in minimis etiam ſolet reponi. Et orat. 15. idem Pater: *Cura gregis diſtentum vocauit ad regnum. Nam cognita animi mente minimè trabalis actem. Placet ſibi Deus abſtruſam in deſpecto corpore margaritam conſpicatus.* Vt vel in minimorum animus ſæpè, & theſauri ſapientiæ, & fortitudinis reponuntur; ſic non detrectes ad illos recurrere pro gerendis magnis muneribus Reipublicæ. Huc trahi poſſunt dicta tom. 3. in Euang lib. 14. cap. 10. §. 17.

Ioel. 2.

Tertul.

1. Reg. 16.

Baſil. Sel.

§. V.

Non cenſendum eſt malum, quod ſtatim in magnum bonum deſinet.

VIx ab vrbe diſceſſerant fratres, & ait Ioſeph diſpenſatori ſuo: *Surge, & perſequere viros, & apprehenſis dicito: Quare reddidiſtis malum pro bono? Scyphus, quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit dominus, &c.* Quanta hæc vexatio, & turbatio in fratres mandatur à Ioſeph? Et vnde licitum fuit homini ſic fratres affligere, vexare, tantóque turpitudinis nomine implere? Equidem, vt hæc omnia maius gaudium ſtatim allatura erant fratribus, cùm illis inopinatè reuelaretur Ioſeph, non reputabatur malum illa inferri. Non enim malum cenſetur, quod ſtatim in maximum bonum deſinit. Ait D. Aug. quæſt. 44. in Geneſ. *Non fratres vtique facit calamitoſos, quòd tanta etiam ipſorum futura lætitiæ exitum cogitabat, & totum hoc quod agebat, vt eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, vt eadem dilatione cumularetur, tanquàm non eſſent condigna paſſiones eorum in tote illo tempore, quo turbabantur, ad futurum gaudium exultationis, quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem à ſe perditum eſſe arbitrabantur.* Nec malum, nec calamitas cenſebatur, vbi tam propinquum erat gaudium, inde oriturum. quæ enim mala gaudiis obtinendis deſeruiunt, nunquam cenſentur mala. Dicebat Iob cap. 30. *Ad dexteram Orientis calamitates meæ ſtatim ſurrexerunt.* Calamitates ſuas memorat, & dexteras vocat. Et cur dextram reputat ſtatum, cum quo veniebant tot calamitates, niſi quia illæ deſinebant in bonum maximum. Ait Gillibertus Abbas ſer. 38 in Cant. *Iure ventum illum dextrum vocauit, qui nihil ei ſiniſtram inferre: qui etiam coronæ gloriæ vira iuſti acomportauit augmentum, quando virtus probata emicuit, & quando prouocata exciuit.* Non eſt calamitas, ſed felicitas, quæ nullum inferat malum, ſed coronas trahit, ſed parit gaudia, & gloriam auget. Iſaias c. 53. agens de Chriſti Domini Paſſione dicit: *Sicut agnus coram tondente ſe obmutuit.* Sub flagello, ſub ſpinis, in Cruce affixus erat meus Ieſus, & dicitur tunc fuiſſe ſicut agnus ſub tonſoris manu. Quid tonſoris manus cum ſacrilegis carnificibus? Quid tonſura cum tam immani carnificina facta in Cruce? Tonſura ad leuamen, & ornatum fit, carnificina illa fiebat ad exitium: cur ergo exitium pro ornatu habet? Totum illud exitium ordinabatur ex Deo ad gloriam reſurgentis Chriſti: ideò meritò à Propheta non cenſetur exitium; ſed tonſura, quæ ad ornatum pertineat. Vt dicat D. Chryſ. ſer. de negat. Petri, habito 6. tom. *Vt enim in noſtra hac vita, qui tondetur homo, & nullo dolore afficitur, & forma ſpecioſus apparet: ita quando vulnus Chriſtus accipiens quaſi tonſuram ſuſtinuit, nec dolorem vllum perpeſſus eſt, & reſurrectionis pulchritudinem indicauit.* Non equidem vulnera, & dolores Chriſti Domini reputantur, vbi ab eis tam cita reſurrectionis gloria indicata fuit.

Auguſt.

Iob 30.

Gillib.

Iſaiæ 53.

Chryſoſt.

§. VI.

De inſania venit, quòd benefactori tuo mala rependas.

SIc iubetur diſpenſator dicere fratribus Ioſeph: *Quare reddidiſtis malum pro bono?* Quæ verba ſic expendit D. Chryſoſt. homil. 64. in Geneſ. *Quare benefactori mala rependitis? Quare malitiam veſtram eò vſque extenditis, vt ad eum quoque pertingeret, qui erga vos tantam declarauit benignitatem? Quare non reueriti eſtis viri erga vos beneuolentiam? Quæ tanta malitia? Quæ inſania?* Meritò non ab alio, quàm ab inſana quadam malitia oriri putat, quòd quis benefactori ſuo rependat mala. Quis neſciat officia à Dauide exhibita Sauli? Poſt multa etiam illum donauit vita, quem poſſet occidere in ſpelunca 1. Reg. 26. Poſt hoc autem Saul nullo cinctus milite Dauidem perſequebatur: Dauid autem nocturnis tenebris ingreſſus tentorium Saulis, quem cùm dormientem inueniſſet, ſcyphum aquæ, & lanceam ad caput lectuli poſitam tulit, quibus à longè oſtenſis monſtrabat, quam illi vitam iterum donauiſſet. Ad hæc Saul 1. Reg. 26. ait: *Peccaui. Reuertere, fili mi Dauid: nequaquam enim vltrà tibi malefaciam, eò quòd pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim, quòd ſtultè egerim, & ignorauerim multa nimis.* Ex Hebræo hæc vltima ſic redduntur: *Ecce inſaniui, & erraui multùm valdè.* Inſaniui, ait, & meritò: non enim niſi ab inſania notiſſima venire poterat, quòd toties tanto benefactori vellet inferre mala. Ait ibi Caietanus: *Recordatus Saül, quòd aliàs ſimile beneficium receperat à Dauide, fatetur non ſolùm, ſe erraſſe, ſed etiam inſaniſſe multùm valdè, perſequendo iterum Dauidem.* Notiſſima quidem eſt inſania, quòd quis aduersùs benefactorem arma capiat. Agricolæ illi Matth. 21. qui à Domino vineam acceperant, *Videntes filium dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres: venite, occidamus eum.* Benefactoris ſui filium agnoſcunt, & inſurgunt in eum. Quid inſanius? Ait D. Chryſoſt. homil. 69. in Matth. *Ecce interficiamus eum. Cur, obſecro? An, quia nominis vos Deus honorauit? An, quia peccata dimittebat? An, quia in regnum vocabat? Tu autem ad impietatem, magnam quoque dementiam accedere, & necis cauſam inſaniæ plenam eſſe conſidera.* Quippe ab inſania venit, quòd quis in benefactorem inſurgat, & eius bona ſibi velit attribuere. Vt dicat D. Proſper lib. de ingratis, c. 34.

Chryſoſt.

1. Reg. 26.

Caiet.

Matth. 21.

Chryſoſt.

Proſper.

Vos

Vos igitur ſoli queruli, ſolique ſuperbi
Vos ſoli ingrati, quos vult gratia: cuncta
Omnia opes arbitrio vultis ſubſiſtere veſtro:
Et quòd non cuncti mortales atria vitæ
Ingrediuntur ita ex ipſis pendere putatis,
Vt tamen ex vobis conſtet cuiuſque, quod intrat,
Quàm quod non intrat. ceu par ſit vtranque facultas
Suppetat, vt iam ſit proprium bona, quàm mala velle.
I procul, inſana impietas, &c.

Meritò vocatur inſana impietas ingratorum, qui ſic in benefactorem inſurgunt, vt negent illi bona ſua, & ſibi approprient.

Geneſ. 44 Fecit ille, vt iuſſerat, & apprehenſis per ordinem locutus eſt. Qui reſponderunt: Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantum flagitium commiſerint? Pecuniam, quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan. Et quomodo conſequens eſt, vt furati ſimus de domo domini tui aurum, vel argentum? Apud quemcunque fuerit inuentum ſeruorum tuorum, quod quæris, moriatur, *&c.*

§. VII.

Qui honorificis nominibus amat tractari, ſic ipſe alios tractet.

INgratos, & fures vocabat diſpenſator fratres Ioſephi: illi autem ad hæc quid reſpondent? Ait Textus: *Qui reſponderunt. Quare ſic loquitur dominus noſter?* Dominum modeſtiſſimè vocant eum, a quo fures vocabantur. Et ſapienter vtuntur tam honorifico titulo erga eum, vt illi occludant ora, & faciant ceſſare à conuitio. imò in ſimiles ita hant honoris locutiones. Crede mihi: nullo efficaciùs tu tuum honorem conuertes omnium ora, quàm ſi tu honorificè loquaris de omnibus. Dan. 3. tres illi Hebræi pueri ſe inter flammas incolumes cernentes, in ea verba
Daniel. 3. prorumpunt: *Benedicite, omnia opera Domini Domino laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.* Et vnde crederent poſſe fieri, quod petunt, vt, nimirum, vniuerſæ creaturæ ſimul conuenirent ad Deum benedicendum? In tanta rerum diuerſitate nónne timere potuiſſent, aliquam forſan creaturam non ituram exurgere in benedictionem Creatoris? Notum ſane erat, Creatorem prima rerum conditione omnibus creaturis ſuis benedixiſſe: erat: de ſingulis enim, & de omnibus cunctis, quæ creabat videbat, & pronunciabat bonum. Ex quo credebatur facilè omnia eſſe adducenda in laudem, & benedictionem tanti Creatoris. Vt
Tertull. dicat Tertul. lib. 5 in Marc. cap. 1. *Benedictus tamen Deus Dominus noſtri Ieſu Chriſti, non alius, quàm Creator, qui & vniuerſa benedixit. habes in Geneſi. Et ab vniuerſis benedicitur. Habes Danielem.* Expende illa: *Vniuerſa benedixit, & ab vniuerſis benedicitur.* qui enim omnibus bonum locutus eſt, ſimul & ab omnibus audit bonum. Clamabat aliquando Dauid aduersùs Abnerem de malè cuſtodito Rege Saüle, quem facilè occideret ipſe, ſi vellet. Clamorem audit Saül, & interrogat, an vox clamoris illius eſſet vox Dauidis. Quid tunc? Accipe Text. 1. Reg. 26. *Et ait Dauid: Vox*
1. Reg. 26. *mea, domine mi Rex. Et ait: Quam ob cauſam dominus meus Rex perſequitur ſeruum ſuum? Et ait Saul. Peccaui, reuertere, fili mi Dauid*, &c. Sæuiſſimus erat Saul hoſtis Dauidis, illumque crudeliter perſequebatur; quem crudeliſſimum perſecutorem nactus Dauid, eum dominum ſuum, & Regem ſuum vocat. Quid ad hæc Saul? An adhuc ardet ira? Abſit: ſed totum ſe in lacrymas fundit, & Dauidem filium vocat, & multa bona verba illi facit. Efficaciſſimum enim eſt, vt audias bona vel ab infenſiſſimis, quod & tu
Chryſoſt. bona verba des illis. Ait ad hæc Chryſ. hom. 3. de Dauide, & Saule. *Quid igitur Dauid? Seruum tuum, domine mi Rex. Poſt hoc certamen oritur, & contentio, vter alterum maiore proſequatur honore. Saul quidem ad cognationem adſciuit, cum filium appellauit: Dauid autem dominum eum appellat,* &c. Tanta mutatio facta eſt in Saüle per verbum Dauidis, qui eum honorificis titulis nuncupabat.

§. VIII.

Non parua virtus eſt, quòd iniurium tibi hominem honorificis titulis proſequaris.

AVdierant boni ij fratres, ſe à diſpenſatore, & ingratitudinis, & furti nota inſiſi, ad quem illi humaniſſimè reſpondent: *Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantum flagitij commiſerint?* Quanta hæc comitas, & humanitas? Imò quanta hominũ virtus, qui iniurium ſibi hominem dominũ vocitabant? Dauid nactus infenſiſſimum ſibi hoſtem Saülem, cùm eum poſſet occidere ait 1. Reg. 24. *Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, Chriſto Dei.* Circa quæ ait D. Chryſ. hom. 1. de Dauid. & Saüle: *Non ſolùm appellauit illum Chriſtum hoc eſt, vn-* 1. Reg. 24.
ctum, & Regem, verum etiam ſuum dominũ vocat. Non eſt pro- Chryſoſt.
feſſionis mediocris Philoſophiæ, hoſtem honoris, & obſequij vocabulo appellare. Atque id rurſus quàm ſit magnum, ex iis, quæ cæteris accidunt, queat aliquis perſpicere. Pleriq; ſiquidem inimicos ſuos ne nudis quidem, at ſimplicibus nominibus appellare ſuſtinent, ſed aliis vocabulis accuſationem habentibus eos nominant; puta illum impium, illũ deliram, illũ peſtilentem, &c. Vt magis conſuetũ eſt, quòd tibi iniurios turpibus agnominibus impleas, ſic maioris virtutis eſt, quòd illos honorificis titulis appelles. Acriter accuſabatur Stephanus ab hoſtibus Iudæis, quibus ipſe dixit Actor. 7. *Viri fratres, & patres,* Actor. 7.
audite. Quam Stephani virtutẽ miratus Nicæn. orat. de illo ait: *Illi quidem ad cædẽ ſpectabant, & iam manus lapidibus ar-* Nicæn.
mabant, obtutu, anhelatione, dentium colliſione ſæuitiam præferentes: hic verò, tanquàm fratres aſpiciebat, & tanquàm patres ſalutabat Viri enim, ait, fratres, & patres, audite. Quanta hæc virtus? Meritò ibi Nicæn. ait: *Talis martyrũ ſtadij Princeps erat, qui aduerſus omnes inimici copias ſeſe appoſuiſſet, aduerſusq; omnes victoria clarus deſignatur.* Tanta hæc virtus eſt, quæ poteſt omnes aduerſarios profundare.

§. IX.

Non ab aſperis vocibus, ſed à lenibus datur locus veritati.

ASperrimo, & iniurio accuſatori meritò blandè reſpondent dicentes: *Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantum flagitij commiſerint?* Quid lenius? Quid blandius? Sapientiſſimè in re adeò acerba ad verborum lenitatem recurrunt, vt ſic detur locus explicandæ, & proponendæ veritati. Erat aliquando D. Stephanus inter acerbiſſimas Iudæorũ accuſationes, quibus ipſe reſpondens ait
Actor 7. *Viri fratres, & patres, audite.* Qui poſtea eos incircunciſos corde vocabit, cur modò iam blandè vocat eos fratres, & patres? Modò locum facere curabat dicendæ veritati, & ideò meritò abſtinuit a verbis aſperis, & recurrit ad blanda. Ait D. Aug. ſer. 3. de Sanctis, *Sic cœpit ad ſuos perſecutores loqui, quaſi timeret eas: Viri fratres, & patres, audite.* Auguſt.
Quid lenius? Quid clementius? Conciliabat auditorem, vt commendaret Saluatorẽ. Blandè cœpit, vt diu audiretur. Non aſperis, ſed lenibus vtitur verbis, qui veritatis fructum in corde audientiũ creſcere amabat. Sic dicebat Moyſes Deut. Deut. 32.
32. dicens: *Fluat, vt ros, eloquium meum.* Circa quæ ait Procop. in Gloſſa: *Lenitatem, & verborum modeſtiam, quæ paulatim ſubſidunt, córque molliuſculum ferax reddunt, cum eo rorem* Procop.
propriis nominat. Quod ros facit in campis, vt, nimirum, fœcundentur ad fruges ferendas, id faciunt lenitas, & verborum modeſtia in hominum cordibus, vt, nimirum, ad veritatẽ excipiendam aptentur, & ea illa fructus reddant.

§. X.

Qui difficiliora ſuperare videntur, in facilioribus ne ſint ſuſpecti.

SApienter ij fratres ſuſpicionem furti à ſe remouent, dicentes: *Pecuniam, quã inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanaã. Et quomodo conſequens eſt, vt furati ſimus de domo domini tui aurum, vel argentum?* Efficaciſſimum ſanè, & prorſus peremptorium argumentum pro ſua innocentia. Qui enim tam ſe oſtenderant ab auri cupiditate alienos, vt pecuniam inuentam in ore ſacco-

rum ſuorum, nullis externis teſtibus, quam, vt erant longè ab Ægyptiorum terra diſſiti, facilè, & abſque vllo periculi temporalis metu poterant retinere, tam nihilominùs etiam incerto domino reſtituebant: ij, inquam, tales omnem auaritiæ, & furti ſuſpicionem clariſſimè à ſe depellebant. Qui tam ingentem pecuniam contempſerant, qualiter non contempſerunt paruum vas argenteum? Crede mihi, qui difficiliora ſuperant, æquè præſtantes in facilioribus debent haberi. Poſt Abrahami brachium extentum, vt filium ſibi chariſſimum occideret, ait illi Dominus Gen. 22. *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes: quia obediſti voci meæ.* Quibus verbis promittitur Abrahæ Filij Dei natiuitas ex eius ſemine, propter facinus tantæ obedientiæ. Et mirabar, quòd homini coniugato tanti Dei natiuitas promitteretur, quando huius natiuitas & virginitatem ſpectabat, & virginitatem in mundum adductura erat: ait enim D. Nic. lib. de virg. c. 1. *Nec nuptiarum via quaſi, in hanc vitam Chriſtus ingreſſus videtur, vt ex eo modo, quo carnem humanam aſſumpſit, admirabile hoc, & magnum planè myſterium patefaceret quoniam, quo Dei aduentum demonſtraret, ſola caſtitas idonea eſt.* Sola caſtitas virginea à nuptialibus delicijs aliena creditur idonea ad demonſtrandum Dei aduentum. Cur ergo in Abrahamo cõiugato, & filios habente is Dei aduentus demonſtratus eſt? Habebatne virginitatem, qui filios habebat? Aut quando poterat in illo credi virginitas, qui tam ardenter filios concupierat, & tam amanter poſſidebat? Item explicat circunſtantia promiſſionis: tunc enim illi Chriſtus promittitur, cùm obediens Deo filium parabat occidere, in quo virginitatis in illo credebatur affectus: vbi enim tantam exhibebat obedientiam Deo, vt filium periuteret; meritò creditur ab omni liberorum opera receſſurus, ſi Deus iuberet. In tanto enim facinore perfecto in filij occidendi obedientia, facilè oſtendebatur eius vel ab omni carnali opere abſtinentia, ſi ſic Deo placeret. Ait D. Auguſt. lib. vnico de bono coniugij: *Ex hac obedientia pater ille, qui ſine vxore non fuit eſſe ſine vnico filio, & à ſe occiſo paratus fuit. Quantò erga cætibus etiam ſine vxore eſſet, ſi hoc iuberi audiret?* Equidem qui tam difficile opus peragebat, volens occidere filium; non poterat non credi, & virginitatis cultor, & ab omni voluptate etiam licita alienus, ſi Deus iuberet. Nunquam enim in minoribus debet eſſe ſuſpectus, qui magna peregit. Aduentum Saluatoris notans Iſaias c. 7. ait: *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium.* &c. Et cur neceſſum fuit, vt Dominus meus à Virgine conciperetur? Venturi erant Hæretici, qui negarent humana corpora à Deo fieri, quos vt confunderet Deus, de Virgine naſci ſe fecit. Qui enim potuit in Virgine ſuum efformare corpus, non poterat credi non efformator eſſe omnium corporum. Ait D. Athanaſ. de corporali Domini aduentu: *Ex Virgine ſibi ipſi corpus formauit, vt nobis non tenue argumentum ſuæ Diuinitatis exhiberet, cum qui hoc ſibi corpus formarat, aliorum quoque conditorem, & formatorem eſſe.* Planè tam magnum opus præſtans, non potuit de minoribus eſſe ſuſpectus.

Geneſ. 22.

Nicæn.

Auguſt.

Iſaiæ 7.

Athanaſ.

§. XI.

Præ cibo eucharistico nihili debent æſtimari mundi diuitiæ.

NOtanda inſuper illa ſunt: *Pecuniam, quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te.* Quæ ſic Lippoman. in Cat. explicat: *Alienas diuitias non ambimus, cibum pro pretanio quærimus.* Viri cibo quærendo intenti nihili alias æſtimant diuitias, quas in ore ſaccorum poſitas, viſo tritico facilè contempſerunt. Sic cibus eucharisticus à nobis eſt quærendus, vt præ illo cætera nihili æſtimemus. Luc. 2. *Paſtores loquebantur ad inuicem. Tranſeamus vſque Bethlehem.* Circa quæ monebat D. Chryſoſt. in cat. Græca D. Luc. *Deſere igitur & tu perturbatam illam ciuitatem: temporalem cogitationem, & homicidam cum tyrannum Mammonum. In Bethlehem, hoc eſt, in Eccleſiam feſtinus accurre, vbi domus eſt panis ſpiritualis.* Sic Pani diuino quærendo inſtare debemus, vt omnem diuitiarum temporalium cupiditatem abijciamus. Hic diuitiſſimus cibus ſit nobis pro omnibus mundi diuitijs. Dicebat Dominus Matth. 19. *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit?* Et in quo verificari poteſt, quòd pro relictis mundi bonis centuplum habeamus in hac vita, niſi in cæleſti, & viuifico cibo? Quò ſpectans ait D. Ber. ſer. 1. in Dominic. 1. poſt Epiph. *Viuaus de panis Ægypti, qui deſeruiunt in operibus luti, & lateris: nobis fortior cibus eſt neceſſarius, quoniam nobis grandis reſtat via. vt ambulemus in fortitudine cibi illius: ipſe eſt panis Angelorum, panis viuus, panis quotidianus. Hic eſt, de quo nobis promiſſum eſt, quia centuplum accipiemus in hoc ſæculo.* Quippe, qui parentem reliquerit, pluſquàm centum parentum charitatem, & protectionem habet in hoc pane. Qui aurum, qui agrum reliquerit, centuplum in hac vna menſa habet. Nec mirror: vbi enim Chriſtus eſt, ibi theſauri ſunt opulentiſſimi. Quò ſpectans Iſ. c. 45. ait Dominus: *Et dabo tibi theſauros abſconditos.* Vbi abſconduntur theſauri, niſi vbi Ieſus latet? Qui & cum Ieſu accepto reuelantur. Ad hæc Tert. lib. 5. in Marc. c. 6. *Hanc dicit ſapientiam in occulto fuiſſe, quæ fuerit in ſtultis, & in puſillis, & inhoneſtis, quæ latuerit etiam ſub figuris, allegorijs, & ænigmatibus, reuelanda poſtmodum in Chriſto, poſito in lumen nationum à Creatore promittente per Iſaiam vocem patefacturum ſe theſauros inuiſibiles, & abſconditos.* Sunt equidem cum Chriſto latente, & occulto ſub ſignis panis, & vini ingentes diuinarum theſauri, qui apparebunt, vbi ipſe reuelabitur.

Lippom.

Luc. 2.

Chryſoſt.

Matth. 19.

Bernard.

Iſaiæ 45.

Tertul.

§. XII.

Nunquam non innocentia in hoc mundo obnoxior malis eſt.

SCrutatis omnium ſaccis, ait Textus: *Inuenit ſcyphum in ſacco Benjamin.* Quid in hoc mundo familiarius? Vt Benjamin erat omnibus innocentior, ſic in eum deuoluta eſt calumnia. Id pulchrè notans Lippom. ait: *Diſquiſitionem ſinguli admittunt promptè, donec deuentum eſt ad innocentiſſimum omnium: ſic ſolent impoſtores degrauari non alij, quàm piſſimi, longéque frequentius exponi malevolorum dolis, quàm impij, ac nebulones. Nulla tuta eſt innocentia, ſi res mendacem, & impoſturis vigi cœperit.* Frequentiſſimè in innocentiſſimos, & piſſimos ſæculi huius deuoluuntur iniuriæ, & perſecutiones. Adeò vt quem noueris innocentem, & ſanctum, ſtatim aduersùs illum ſenties commoueri Orbem. Matth. 11. *Ioannes autem cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Quibus verbis creditur ab aliquibus Ioannes ignoraſſe Chriſti aduentum ad mortem. Obſiſtunt tamen alij docentes, mortem, & Paſſionem Chriſti non potuiſſe ignorari à Ioanne. Et vnde conſtat non fuiſſe paſſionem Chriſti à Ioanne ignoratam? Ipſe Ioannes dicebat Ioan. 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* vbi autem eum innocentiſſimum prædicat agnum, omniſque fatetur oſorem peccati, non potuit ignorare eundem & perſequendum, & iniurijs afficiendum in hac miſeriarum valle. Ait D. Thomas in Cat. ad locum Matth. ex Chryſoſtomo: *Ioannes paſſionem non ignorabat, ſed hoc primum teſtatus eſt dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Agnum enim vocans, Crucem diuulgat.* Quid ſapientius? Vbi agnus innocentiſſimus oſtenditur, ſtatim & calumniæ, & flagra, & Crux, & Paſſio diuulgantur. Hæc enim omnia citiſſimè aduersùs innocentiam abeunt. Poſt excuſſum à Regia Dauidem 2. Reg. 17. *Dixit Achitophel ad Abſalonem. Eligam mihi duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar Dauid hac nocte.* Ecce tibi aduersùs quem perſecutiones excitentur, nimirum, ait; *Perſequar Dauid.* Circa quæ pulchrè D. Chryſoſt. hom. de Abſalone, ait: *O innocentia, quantum apud reos periculi ſuſcipis: quantùm malitia per flagitioſos intulit! Dauid ſanctiſſimus, tot dementes exercitus, quia non deliquit, offendit: tot populorum rabiem, quia non læſit, incurrit.* Hoc vnum ſufficit, vt trahas ad te mundi huius mala omnia, nimirum, quòd innocens ſis, & nullius peccati conſcius. Eò enim tendit mundialis furor, vt innocentes trahat in mortem.

Lippom.

Matth. 11.

Ioan. 1.

Thomas.

2. Reg. 17.

Chryſoſt.

Geneſ. 44. Illi ſciſſis veſtibus, oneratiſque rurſum aſinis reuerſi ſunt in oppidum. Primúſque Iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph, (nec dum enim de loco abierat.)

rat) omnéſque ante eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait: Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis, quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia? Cui Iudas: Quid reſpondebimus, inquit, domino meo, *&c.*

§ XIII.

Aduersùs peccatum, & vitium inculto amictu feliciter proceditur.

COnuictum de crimine, & à diſpenſatore apprehenſum fratrem videntes, ad ea confugiunt, quæ exprimit Textus, nimirum: *Illi ſciſſis veſtibus, oneratis que rur. us aſinis reuerſi ſunt in oppidum*, &c. Ad veſtium ſciſſionem, & totius ornatus depoſitionem confugiunt, cur non potiùs ad ſplendidiora alia innocentiæ teſtimonia deueniunt? Cur non memorant ſcyphum poſitum in ſacco Benjamini ab illo ipſo, qui & prima vice in ſingulorum ſaccis pecunias poſuerat, & nunc ſimiliter repoſitæ videbantur illis nescientibus? Cur inde non magis inflammati, & ad inſidias aulicorum excitati, das accedunt? Nónne hæ ſplendidiores eſſent defenſiones, quam laceris veſtibus, inculto amictu, lacrymis defluentibus & fratrem, & diſpenſatorem vſque ad aulam ſequi? ſplendidiſſimæ erant aliæ defenſiones; ſed ſapientes viri radicem omnium malorum priſtina ſua peccata agnoſcentes ad illa arma confugiunt, quæ validiora ſunt pro peccatis tollendis, & quæ ab inculto, & lugubri amictu procedunt. Crede mihi, vbi aduersùs peccatum, & Dæmonem decertandum eſt, non in ornatus luminibus, in ſplendore, & nitore veſtium, ſed in lacero, & inculto amictu pugnare debet, qui ad victoriam anhelat. Ioſue cap. 10. mitos victoriæ ſuæ à nocturnis tenebris clamauit ad Solem: *Sol, ne mouearis contra Gabaon, & Luna, contra vallem Aialon*, &c. *Steteruntque Sol, & Luna*, &c. Sic lucis diſpuitas horas nactus properauit ad triumphum. Aliter Ieſus meus in ſtadio Crucis ſe geſſit: ibi enim Lucæ 23. *Obſcuratus eſt Sol*, &c. Compone modo & Ieſum Naue, & Ieſum Nazarenum: vterque Ieſus vocatur, vterque in ſtadio erat aduersùs hoſtes, ſed Ieſus Naue in nouo Solis ſplendore hoſtes perſequitur, Ieſus autem meus non niſi Sole obſcurato, ab omni ſplendore, & nitore alienus apparebat. Et quando ille Ieſus ſub ſplendenti Sole pugnam peragebat, cur Ieſus meus in Sole obſcurato, & caligine ſuos hoſtes aggreditur? Pugnabat Ioſue aduersùs homines, pugnabat Ieſus aduersùs Dæmone & peccata, aduersùs quæ ille feliciter pugnat, qui non in circuiti ſplendore, & ornatu, ſed inculto, & obſcuro amictu concurrit. Quo ſpectans D. Gregentius diſput. cum Herbano Iudæo ait: *Io medio, inſurhit. Ille fuit Pompope exercitus Iſraelis, hic Rex & Deus non ſolùm Iſraelis, ſed & totius terrarum Orbis. Ille gentes in fugam vertebat; hic Dæmonum exercitus. Ille Solem & Lunam ſiſtere potuit. In Paſſione Domini mei Sol ... , & obſcuratus eſt, & Luna fulgorem ſuum non dedit.* Expende illa: *Ille gentes in fugam vertebat, hic Dæmonum exercitus*, &c. Ex quo enim res aduersus Dæmonem, & vitia erat, non ſplendenti ornatu, ſed lugubri, & obſcuro amictu pugnandum erat. Iudith cap. 10. pugnatura cum Holopherne, *induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ*, in ſplendenti ornatu, glorioſóque amictu procedebat; vbi autem ſuperauit hoſtem, ad lugubres viduitatis veſtes redit. Et cur non potiùs perſiſtit in ſplendenti veſtitu, quo hoſtem vicit? Nouum illi inſtaurandum erat certamen aduersùs Dæmonem, aduersùs vitia, quod non conficitur, niſi in obſcuro, & lugubri amictu. Sic D. Ambroſ. lib. de viduis, ait: *Iudith veſtes iucunditatis depoſuit, viduitatis reſumpſit; aut triumphorum ſuorum amauit ornatus, illos exiſtimans eſſe meliores, quibus vitia corporis, quàm quibus hoſtium arma vincuntur.* Splendidi amictus valere in pugna cum hominibus: vbi autem cum Diabolo, & vitiis conflicturus es, neceſſum eſt, vt eligas & luctuoſos, & laceros amictus, ſi amas & faciliùs, & feliciùs vincere. Accipe rem mirabilem in Apoc. c. 12. *Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim ſtellarum*, &c. Quid tunc? *Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo: & ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum, & miſit eas in terram, & ecce draco ſtetit ante mulierem*, &c. Quale hoc certamen? Hinc mulier amicta Sole, illinc horribilis draco: ſed vix ſeſe mutuò ſpectant, & ait Textus: *Et mulier fugit in ſolitudinem.* & mulier amicta Sole, radiantibus ſtellis coronata fugit? Cur non magis aggreditur draconem conculcare? Mulier Iudith ſplendenti ornatu compoſita audet truculentiſſimum Holophernem perdere: & mulier hæc, Sole amicta, fugit draconem? Non miror: ſplendidus amictus vt aduersùs homines valet, ſic maximè impedit arma, quæ aduersùs Diabolum, & eius vitia probantur. Hinc D. Zeno lib. 1. ſer. 15. dicebat fœminæ: *Ad Eccleſiam Dei apice vario tatum ... corpus execrabili metallo procedis onuſta: vbique delicata, ſub mollibus foetes. denique ipſo cultus rigore in oratione non flecteris; non manus tendis: tumidum monilibus pectus proſternere dedignaris.* Vide, quot impedimenta afferant ſplendidi ornatus & orationi faciendæ, & compunctioni excitandæ, quæ ſunt arma pro Dæmone ſuperando. Fugiat conſligere cum Dæmone, penè neceſſum eſt, quiſquis lucidiſſimis veſtibus amat radiare. Nec horrerem, quòd fugeret, niſi etiam cum Dæmone, & vitiis feriret pactum. Habes Horatium ethnicum lib. 1. epiſt. ad Lolium ſantem:

Arcta decet ſanum comitem toga. Deſine mecum
Certare. Eutrapelus cuicunque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa. Beatus enim iam
Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia, & ſpes,
Dormiet in lucem, ſcorto poſtponet honeſtum
Officium. nummos alienos poſcet.

Quid pulchrius? Nullum eſt vitium, cum quo ſplendidus amictus non faciat pactum, in ſententia Horatij. Quid dicant ſancti?

§. XIV.

Honoris cultus maximè ingenuas mentes trahit.

NIhil priùs ad flectendum Proregem fratres præmittunt, quàm adorationem: ait enim Textus: *Omnéſque ante eum pariter in terram corruerunt.* Circa quæ Chryſoſt. ait: *Vides, quoties adorationem faciunt.* Et quidem ſapientes: nihil enim ſic ingenuas mentes flectit, vt impenſa adoratio, & honor exhibitus. Dicebat Ioſepho Angelus Matth. 2. *Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi*, &c. Vix diuiniſſimus Puer nobis datus apparuit, & ſtatim rapitur ad terrã alienigenarum, & ibi morari mandatur. Proh dolor! in Ægyptum abis, & tuos fugis, Domine Deus. Quis eò te adducet, vt inde ad nos reuertaris? Quis faciet, vt de adeò longinqua terra ad me velis reuolare? Ille ſanè, qui Ieſum honoret, qui adorationem exhibeat, potens erit illum flectere, & ad ſe trahere. Monebat Nazian. orat. de Chriſti natiuitate, Leus: *Sin Ægyptum profugeas, alacri anima te ipſi comitem adiunge. Præclarum eſt cum Chriſto perſecutionem patiente fugere. Si diuturniorem in Ægypto moram faciat, ex Ægypto eum voca. Quod quidem fiet, ſi eum pulchrè, atque honorificè illic adoraueris.* Quem non trahat honorifica adoratio? Fallar, ſi mens ingenua aliò citiùs flectatur, capiatur, trahatur, quàm honoris cultu ſibi exhibito. Matth. 26. *Accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditq; Diſcipulis ſuis*, &c. Vtique quod dedit Diſcipulis, & Iudæ dedit, ex quo meritò arguit D. Chryſoſt. Iudæ malignitatem, qui nec tanto honore percepto valuit flecti, nec mutari: dicit enim hom. 81. in Matth. *O cæcitatem proditoris, qui cum ineffabilibus myſteriis communicaſſet, idem permanſit, & diuina menſa ſuſceptus in melius mutari noluit. Mutat enim peccatum vtraque ratione ſiebat, quia tali animo myſteriis ſuſcepere, nec timore, nec beneficiis, nec honore melior factus eſt.* Quem nec honor ei exhibitus traxit, nec flexit, proculdubiò omnes excedit malignitate.

§. XV.

Indulgentia præſtanda petentibus, prompta debet eſſe, & parata, non ſic fauores alij.

NOn otiosè notat Textus, Ioſephum in eodem loco manſiſſe, ex quo dimiſerat fratres, & diſpenſatorem dimiſerat: ſic enim ait: *Nec dum enim de loco abierat.* Et cur

cauerat in re præſenti locum mutare? Nè ſi pro venia redirent fratres, neceſſe haberent illum de loco in locum quærere, ſed ſtatim inuenirent: debet enim indulgentia, & venia, prompta eſſe, & inuentu facilis. Dicebat ille prodigus Luc.15. *Surgam, & ibo ad patrem meum,* &c. Non ait, Surgam, & quæram; ſed, *Surgam, & ibo.* Verùm Sponſa ait Cant.3. *Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea,* &c. Hæc de quærendo ſollicita eſt, de loco ad locum tranſit, multa luſtrat, vt inueniat dilectum. Ille nec verbum de quærendo facit; ſed ſtatim, immediatè ad patrem diſponit intrare. Et cur hunc nulla inquirendi cura ſollicitat, illa autem multa inquiſitione fatigatur? Filius ille prodigus pro ſola ibat venia obtinenda, quæ in promptu erat: Sponſa de deliciis obtinendis cogitabat, quæ non niſi poſt longam inquiſitionem dantur. Ait Gilliber. Abbas ſerm.3. in Cant. *Surgam inquit, & vadam ad patrem meum. Iſte de quærendo nihil monetur patre, tantùm de flectendo ſollicitus. Quæ Sponſa eſt, certa de gratia poſtulat præſentiam tantùm. Surgam, inquit, & circuibo ciuitatem, & quæram, quem diligit anima mea. inuentionem ſufficere reputans. Vide, ſi non in præſentis has poſſit obſeruari diſtinctio: quoniam patris expoſita eſt, & parata cunctis indulgentia, deliciæ verò fugaces, & recondito, & latibulis gaudentes. Ideò ille dicit: Surgam, & vadam. Illa verò: Surgam, & quæram.* Vt deliciæ latibulis gaudent, longam inquiſitionem expectant: ſic indulgentia prompta amat eſſe, & inuentu facilis. Hinc Cant.1. ait: *Faſciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Faſciculus myrrhæ creditur tota collectio Paſſionis Chriſti, vel, ſi mauis, ea flagellis, & ſpinis, & ligno Crucis faſcem formare. Et illud notandum, nimirum, quòd fax hæc, ſiue faſciculus Crucis ſic habeatur præ manibus, vt inter ipſa vbera dicatur morari. Et cur adeò vicino, & patenti loco moretur, niſi quia in Paſſione, & Cruce Chriſti, vt eſt indulgentia, & venia, & propitiatio, ſic debet eſſe prompta, & inuentu facilis? Ex quo dicebat D.Bernard. ſerm.43. in Cant. fatus: *Non requiro, ſicut Sponſa, vbi cubet in meridie, quem lætus amplector inter vbera commorantem. Non requiro, vbi paſcat in meridie, quem intueor Saluatorem in Cruce. Illud ſublimius, iſtud ſuauius, & paratius.* Sponſa multa inquiſitione quærebat, vbi cubaret Deus, vbi paſceret in meridie: quia à claritate gloriæ delicias emendicabat. Deus enim in gloria ſua paſcens animas, latebras amat, & lucem inacceſſibilem habitat: vbi autem reconciliat ſibi mundum per Crucis Paſſionem, parcens, & propitians omnibus, tunc paratior adeſt, & promptior, & ſic eſt, quaſi præ manibus habeatur.

Luc.15. Cant.3. Gillibert. Cant.1. Bernard.

§. XVI.

Qui in facilibus, & claris offendunt, in difficillimis, & duriſſimis probari, & approbari debent.

DEiectos, & humi iacentes adhuc feuerè, & durè accipit Ioſeph dicens: *Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis, quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?* De communi Ægyptiorum opinione, quâ habebatur nobiliſſimus omnium augur, & arcanorum interpres, educit telum, quo miſeros conficiat, & faciat tremere ſub præſentiſſimi cognitoris iudicio. Et meritò, qui in claris, & facilibus ſomniorum prognoſticis offenderunt, modò ſub duriſſimo coniectoris iudicio probantur, vt approbentur: ſic enim qui in facilibus & claris offendunt, & in difficillimis probari, & approbari debent, vt ſaluentur. Ionas iuſſus prædicare Niniuitis in adeò claris offendit, vt putaret ſe poſſe per mare fugere Deum, cap.1. *Et deſcendit in nauim, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini.* Et dum nauigatur, à tempeſtate coguntur nautæ mittere hominem in mare, vbi abſorptus fuit à ceto, in cuius viſceribus quaſi in obſcuriſſimo carcere viuus degebat. Magna profectò hominis anguſtia, ſed digna retributio à Deo, vt qui in facili offenderat circa Dei immenſitatem, modò in difficillimis probaretur, quàm vbique præſentem crederet Deum. Ait D.Paulinus epiſt.42. de naufragio Martiniani factus:

Ion.1.

Paulin.

Nam, qui putarat per mare euadi Deum,
Et nauis celari Deo,
Nunc iſte & intus belluam merſum mari
Adeſſe credat arbitrum.

Sic difficillimis, & duriſſimis probari debet animus erga Deum, qui ab illo in facilibus ſe diſcreuit: ſæpè enim lippientes oculi, & cæcutientes in luce, in obſcuris, & tenebroſis cernunt. Quò ſpectans Paulus 1. ad Corinth.1. ait: *Quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.* Præmiſerat Deus lucidiſſimos ſapientiæ ſuæ effectus in creaturarum creatione, conſeruatione, & gubernatione: per quos facilè quiſque deuenire poterat in agnitionem Dei: at mundus in adeò claris, & patentibus teſtimoniis Creatoris, ſic offendit, vt viliſſimas creaturas pro Deo habuerit. Quid tunc Deus? Effectus alios protulit, qui mundo ſtultitiam olerent, nimirum, Deum crucifixum, Deum mortuum, Deum ſepultum. Et cur effectus adeò difficiles, & repugnantes rationi, & ſapientiæ creatæ protulit? Vt in difficillimis iis probaretur, & approbaretur homo, qui in facilioribus offenderat. Et qui in lucidis cæcutierat, in obſcuris videret. Tertull. lib.5. in Marc.c.5. ait: *Quia homo in ſapientia non cognouit Deum, quem cognoſcere debuerat, & Iudæi in ſapientia Scripturarum, & omnis gens in ſapientia operum: ideò Deus idem, qui non erat agnitus, ſtatuit ſapientiam hominum ſtultitia repercutere, ſaluos faciendo credentes quoſque in ſtultitiam Crucis prædicationem.* Sic, qui in clariſſimis, & faciliimis offendunt, per difficillima, & duriſſima probantur, vt ſaluentur. Quid facilius, quàm Deum credere effectorem omnium? Quid difficilius, quàm Deum credere mortuum? Et qui non vidit Deum in clariſſimis creaturarum effectibus, adducitur, vt videat eum in mortis, & Crucis tenebris.

1.Cor.1. Tertull.

§. XVII.

Non niſi de magna ſtultitia, aut impudentia venit, quòd malum faciat ante eos, qui norint.

QVaſi ſtultos, aut impudentes arguit Ioſeph fratres ſuos in re ſcyphi ſublati, cùm ait: *Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis, quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?* Quando enim ſcientia augurandi dicitur Ioſeph valuiſſe, ſtultus, aut impudens erat, ei aliquid eripere velle, cuius oculos non poterat latere. Matth.2. locutus de Herode habente apud ſe Magos, qui Ieſum requirebant, ait: *Tunc Herodes clàm vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Dolose agebat Herodes, & hoc cum Magis, qui credebantur omnia diuinare; quid impudentius, aut ſtultius? Accipite D.Chryſoſtomum fantem homil.7. in Matth. *Conſiderate ſtultitiæ mixtum dolum tyranni: ſi enim hæc verè dicis, qua tandem ratione ductus latenter interrogas? Si enim, vt fraudem ſpecie conſilii tegas; hoc ipſe non canes, quòd clàm de puero interrogas, dolum tuum à Magis facile deprehendi? Verùm anima ſemel malignitate capta ſtultior cunctis efficitur.* Planè ſtultiſſimum eſt, dolum ſtruere coram illo, à quo facilè poteſt deprehendi. Et proprius Diabolo patet ea hominis impudentia, quæ nec oculos cognitoris veretur. Ieſus meus deſignans proditorem ſuum Ioan.13. porrexit illi panem tinctum, *& poſt buccellam introiuit in eum Satanas.* Cur poſt buccellam? Quia tunc eò venerat impudentiæ, vt ſciens malitiam ſuam patere, adhuc in illa perſeuerabat. Ait D.Cyril. Alex. lib.9. in Ioan. cap.16. *In malis perſeuerabat conſiliis nulla pœnitentia tactus, nulla Chriſti admonitione commotus, nullo ſaltem rubore, cùm ſcire omnia Chriſtum videret, affectus, imò verò magis in horas cupiditate patrandi ſceleris ardens. ideircò deſolatam, deſtitutámque auxilio animam eius Diabolus videns, ingreſſus in eam eſt.* Huc perduxit homines impudentia, quâ malum facere in oculis cognitoris non verentur.

Matth.2. Chryſoſt. Ioan.13. Cyril.Alex.

§. XVIII.

Temporalibus bonis inhiantes, & carentes, anguſtiſſimi animi ſunt in ſuis deſideriis.

COnuicti de ſcypho inuento in eorum ſaccis obmuteſcunt omnes: vnus Iudas ait: *Quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum; & omnes ſerui ſumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus eſt ſcyphus.* Quid anguſtioris animi dici potuit? Venerant

nerant omnes, vt pro fratre rogarent, vt abſolueretur: & tantùm abfuit, vt Iudas fratris abſolutionem peteret, vt potiùs poſceret omnes admitti in ſeruos. Sic fames patriæ vexauerat virum ſtrenuum, vt quitritico habendo intentus venerat, nihil non paruum, & abiectum ſciret petere. Dicebat prodigus ille Luc. 15. licèt in ſe conuerſus: *Ego hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum, & coram te. Iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.* Non audet ſperare ſe futurum ſupra mercenarios, & ſeruos patris ſui. Et cur non magis petit ſupra ſeruos admitti? Cur non magis ſeruilem conditionem metuit? Sic fames illum ad hæc inferiora depreſſerat, vt nihil ingenuum, aut magnum ſperare vellet. Ait Gilliber. Abbas ſer. 3. in Cant. *Prudenter ait: Surgam iturus ad eum, qui in cælis eſt, Patrem. Sed nimis exilem, & macilentam ſpem repoſuerat in ſinu ſuo, mercenariam conditionem Patrem rogaturus. Modeſtè quidem pro meritis, ſed de paterna miſerationis copia humiliter nimis, & inuerſiuè ſentiens, vitæ famelicæ dans in hoc animi indicium, & inedia confecti. Non enim poterat ieiunam, & macram ſpem ad maiora porrigere.* Longa fames, & inedia ſic virum eneruauerat, & in anguſtum deduxerat, vt nihil amplum, nec ſplendidum deſiderare ſciuerit. Facit ſemper bonorum penuria homines, & abiectos, & anguſtiſſimi animi, vt nequeant quid ſplendidum concupiſcere, nec videre.

Luc. 15.

Gillibert.

§. XIX.

Qui in peccato ſimiles ſunt, & in pœna ſimiles erunt.

DIcebat ille: *Quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum: en omnes ſerui ſumus domini mei, & nos, & apud quem ſcyphus inuentus eſt.* Cum Benjamino ſeruitute caſtigato, ſe, & omnes fratres ſeruituti deuouet. Et cur tam ſeuerè ſe, & omnes fratres in Benjamini infortunio ponit, & mulctat? Iam ipſe indigitat rationem illis verbis: *Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum*, &c. Quaſi dicat: Quia diſpenſator inuenit ſcyphum in ſacco Benjamini, ipſe ſeruitutis ſupplicio caſtigatur: ſed & Deus iniquitatem apud nos inuenit. Et quam iniquitatem? Chryſoſt. putat dici iniquitatem facinus in fratrem commiſſum. Ruper. ſingulariter iniquitatem illam intelligit, qua Iudas pro fratre vendito, argentum accepit, & inter omnes fratres diſtribuit. Sicut ergo inuentus ſcyphus argenteus in ſacco Benjamini fuit; ſic in marſupiis fratrum inuentum fuit à Deo argentum iniquum pro fratre accepto, vt videant quàm meritò ſeſe eidem pœnæ deuoueant, qui in culpa ſimiles erant. Solenniſſimum enim eſt apud Deum, vt qui ſimiles ſunt in culpa, ſe etiam videant in ſimili pœna. Matth. 2. locutus de puericida Herode ait: *Herodes autem videns, quia illuſus eſſet à Magis.* Circa quæ verba Theophylactus ait: *Sicut Deus illuſit Pharaoni per Moyſem; ſic Herodi per Magos. quoniam & Herodes, & Pharao puericidæ erant. Pharao maſculos Hebræorum pueros in Ægypto occidit, Herodes autem in Bethlehem.* Ecce tibi, ſimiles in culpa Reges, non abſimili caſtigantur illuſione. Geneſ. 3. caſtigaturus Deus peccati reos dixit ſerpenti: *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia.* Deinde ad Adamum accedens ait: *Maledicta terra in opere tuo.* Non tu maledictus; ſed terra maledicta in opere tuo. Poſteà Gen. 4. dicit ad Cain: *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Qui ſerpentem maledictione percuſſerat, cauit Adamum percutere maledictione; ſed non cauit maledictione percutere Cainum. Et cur, qui à maledictione abſtinuit in Adamo, non ſimiliter abſtinuit à maledictione in Caino; ſed illum eodem, quo ſerpentem, telo percuſſit? Ait Chryſoſt. hom. 19. *Et nunc maledictus, inquit, tu de terra. Nam, quia fermè eadem egit, quæ ſerpens, & quaſi organum fuit at Diaboli ſententia. & ſicut ille fraude malitiam introduxit, ſic & hic deceptum fratrem, & in campum eductum, armata in illum manu cædem compleuit. Et proptereà ſicut illi dixit: Maledictus tu inter omnes beſtias terræ. ſic & huic: quia eadem, quæ ille operatus fuit.* Quia in modo culpæ ſuæ Cain fuerat ſimilis ſerpenti, ideò in ſimilem etiam pœnam deuenit.

Matth. 2.

Theophyl.

Gen. 3.

Geneſ. 4.

Chryſoſt.

Geneſ. 44. Accedens autem propiùs Iudas, confidenter ait: Oro, domine mi, loquatur ſeruus tuus verbum in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo. Tu es poſt Pharaonem dominus meus. Interrogaſti priùs ſeruos tuos: Habetis patrem, aut fratrem? Et nos reſpondimus tibi domino meo. Eſt nobis pater ſenex, & puer paruulus, qui in ſenectute illius natus eſt, cuius vterinus frater mortuus eſt, *&c.*

§. XX.

Ab vno Ieſu veniunt efficaciſſima verba.

TAcentibus cæteris fratribus, quartus ætate, nomine Iudas, confidenter audet verba facere. Dicit enim Text. *Accedens autem propiùs Iudas, confidenter ait. Oro, domine*, &c. Et cur Iudas plus cæteris confidebat verbis ſuis? Futurus Ieſu pater forſan iam in verborum efficacitate monſtrabatur: à Ieſu enim notiſſima venit verborum efficacia. Ait 1. Reg. 16. *Quandocunque Spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul.* Ecce tibi, & citharæ ſonus, & vox Dauidis furentem Regem ad ſanitatem, & manſuetudinem reuocabat. Et vnde in puero Dauid tanta efficacia vocis, niſi ex eo, quòd iam in ſe continebat Ieſum, tanquàm eius pater? Ait D. Baſil. Sel. orat. 14. *Loquebatur tantùm Dauid, & hoſtis vincebatur. Quis audiuit trophæum cantibus excitatum? Ne mireris: Nam Chriſti pater ſecundùm carnem Dauid fuit.* A Ieſu accipiebant verborum efficaciam minimè contemnendam eius patres. Nec miror: vnus enim eſt Ieſus, cuius vox omnium efficaciſſima habeatur. Ioan. 1. dicebat Baptiſta ad Iudæos: *Ego vox clamantis in deſerto.* Verùm ſponſa Cantic. 5. de Ieſu meo ait: *Vox dilecti mei pulſantis.* Vtriuſque vox audita eſt in mundo, & vox Chriſti, & vox Ioannis: ſed vox Ioannis in deſerto, vox Chriſti vbicunque faciebat non paruam populoſitatem. Super omnes eius monſtrabatur efficacitas. Pulchrè Gillibert. Abb. ait ſer. 42. in Cant. *Vox, inquit, dilecti mei pulſantis. Quæ talis vox, niſi Ieſu? Nunquid Philoſophorum? Nunquid Hæreticorum? Nunquid legis? Nunquid Prophetarum? Valida vox eius eſt: Stultam facit huius mundi ſapientiam Lex, & Prophetæ neminem ad perfectum adduxerunt: vox Ieſu conſummationis ſummam complectitur: vox eius conſummationis præcepta continet; vox eius mouet affectus. Vox, inquit, pulſantis. Pulſat enim, & penetrat efficax inſtar ancipitis gladij, leniter illabitur, & blandè perſuadet, quod nulla potuit alia doctrina obtinere.* Quid pulchrius? A Ieſu meo venit vox, quæ efficaciſſima eſt ad animos trahendos, rapiendos. Pſal. 75. dicebat: *Notus in Iudæa Deus, & in Iſraël magnum nomen eius.* In quo magnum Dei nomen, quod Iſraelis fines non excedebat. Nunc verè magnum, quando ſonus eius Chriſti ab ore prolatus occupat omnem terram. Gillib. ſuprà: *In Iſraël magnum nomen eius; ſed non eatenus magnum, vel euidenti doctrina, vel vehementi deuotione, vel numeroſa populoſitate credentium. Olim loquens Deus Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio. Ideò vox valida, vox virtutis, vox dilecti.* Nunquam audita eſt vox, quæ ſic rapiat animos, quæ ſic trahat affectus, quæ ſic perficiat, quæcunque voluerit, vt vox, quæ exiuit ab ore Ieſu mei.

1. Reg. 16.

Baſil. Sel.

Cant. 5.

Gillibert.

Pſal. 75.

Gillibert.

§. XXI.

Lene gubernatoris ingenium feriſſimas quaſque mentes ſibi ſubiicit.

NOtanter Textus dicit: *Accedens autem propiùs Iudas confidenter ait. Oro, domine mi, loquatur ſeruus tuus*, &c. & tota eius oratio ingentem demiſſionem vndique ſpirat, vt notat noſter Salianus. Et vnde ſimul Iudæ, & tanta audacia, & demiſſio tanta obuenit? De Iuda dicebat Iacob Gen. 49. *Catulus leonis, Iuda: ad prædam, fili mi, aſcendiſti;*

Salian.

Geneſ. 49.

diſti: requieſcens accubuiſti vt leo. Confidentia, & audacia leoni conuenit: verùm demiſſio quomodo poteſt illi conuenire? Si leo eſt Iudas, & leonis catulus, qui fieri poteſt, vt demiſſionem tantam tota hæc eius oratio aſpiret? Notanda eſt occaſio, ex qua Iudas in hanc demiſſiſſimam orationem deuenit. Dixerat immediatè antè Prorex: *Abſit à me, vt ſic agam. qui furatus eſt ſcyphum; ipſe ſit ſeruus meus: vos autem abite liberi ad patrem veſtrum.* Quid lenius in re delicti? Ob vnius delictum non iraſcitur in omnes, non totam ingratitudinis cognationem arguit. Reum ſolum petit ad mediocrem pœnam, cæteros liberos, & ſine metu abire iubet. Hæc lenitas gubernantis, & confidentiam dedit Iudæ, & in tantam illum fecit demiſſionem venire. Quando enim lenitas Principis vel leones non ſubiicit, & facit demiſſos? Pro Chriſto venturo clamabat Iſaias cap. 16. *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ.* Et quando is agnus miſſus eſt, & Iordanis aquis baptizandus apparuit Matth. 3. *Vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.* Ecce tibi dominator Orbis deſideratur, & is petitur, qui agnus ſit, & cui columba inſideat. Quid agnus, quid columba ad domandum, & ſubiiciendum Orbem? Equidem agnina, columbináve lenitas, & manſuetudo potens eſt feriſſimos quoſque ſubiicere, & domare leones. Canit enim Prudentius lib. Cathemer. hymno 3.

Iſaia 16.
Matth. 3.

Quo feritas modò non trepidat
Territa de grege candiduli?
Impauidas lupus inter oues
Triſtis obambulat, & rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.
Agnum etenim vice mirifica
Ecce leonibus imperitat.
Exagitánſque truces aquilas
Per vaga nubila, perque Notos
Sydere lapſa columba fugat.

Prudent.

Sic agni, columbæque lenitudo & rapaces aquilas, & ferocientes leones ſibi ſubiiciunt, & faciunt, vt ſeſe ſuo imperio ſubmittant. Planè manſuetiſſimi agni illa vox fuit Matth. 11. *Venite ad me, omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Quid tunc? Ait D. Baſil. Seleu. orat. 19. *O vocem, quæ communi quoddam de hominibus trophæum ſtatuit! O vocem, ſalutis fontem! O verbum, vnica adſcenſione terram captiuam agens!* Planè nulla in Principe verba efficaciora ad ſubiiciendos feriſſimos quoſque animos, quam verba lenitatem, & clementiam ſpirantia.

Matth. 11.
Baſil. Sel.

§. XXII.

Durìſſimum, & luctuoſiſſimum homini, quòd mundialibus cogatur ſeruire.

INterpidè aſſerit a ſe venditum Iſmaelitis fratrem, mortuum eſſe aiens: *Cum vterinus frater mortuus eſt.* Vnde tam certò aſſeris illum mortuum? Ait Chryſoſt. ibi: *Quare autem & hic mentitur dicens. Frater eius mortuus eſt. quem eum negotiatoribus vendiderant? Quia non putauerant, eum potuiſſe ferre barbarorum ſeruitutem, & iam eſſe mortuum.* Quis crederet, filio Iacob non intolerabile fuiſſe, barbaris alienigenis ſeruire? Planè hoc eſt inſitum creaturis omnibus ingenuis, quòd intolerabile ducant ſeruire & mundialibus, & corruptibilibus. Dicebat Apoſtolus ad Romanos, cap. 8. *Vanitati ſubiecta eſt creatura non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhùc.* Et cur tantus gemitus, tantúſque dolor creaturæ? Cauſam præmiſerat dicens: *Vanitati creatura ſubiecta eſt.* Ex quo ſe videt caducis, & temporalibus ſeruire, id intolerabile putat. Vt dicat D. Ambroſ. *Videmus illa gemiſcentia cogi ad laborem. Hæc ergo omnia ſpectant ad requiem, vt à ſeruili opere liberentur: ſi autem hæc eſſet ſeruitus, quæ ad Deum proficeret promerendum, gauderet, non doleret creatura: ſed, quia noſtri cauſa ſubiecta eſt ſeruituti corruptionis, dolet. Rectè ergo dolet, cuius operatio non ad æternitatem pertinet, ſed ad corruptionem.* Seruitus pertinens ad æternitatem ad Deum promerendum, non eſt ſeruitus doloris, ſed gaudii; illa intolerabilis, & peremptoria ſeruitus eſt, quæ non æternitati, ſed tempori; non Deo, ſed corruptibilibus exhibetur. A qua Ieſus in mundum veniens ſuos liberauit. Ioann. 4. ſedebat Ieſus ſupra fontem: *Hora erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam.* & poſt verba cum Chriſto facta: *Reliquit hydriam mulier, & abiit in ciuitatem.* Quid in his? Planè Eccleſia gentium, quæ ſeruiebat creaturis, de Chriſti conuerſatione hoc habuit, vt illi ſeruitio renunciaret, nec ampliùs in creaturis ſeruiendo deſudaret. Ait D. Anaſtaſ. Sinaita lib. 7. Hexam. *Pulchrè gentilis illa Eccleſia, ſapientiſſima Samaritana ſextâ horâ ad Chriſtum acceſſit, iam pridem ſedentem ſuper puteum piſcinæ & lauacri, quando eum liberauit à ſeruitute, & ab aqua ferenda alienigenis ſimulacris, ſeu à ſudando, in laborando in iis, quæ ad eos pertinent. ſicut illa aquam ferebat Samaritanis.* Habemus hoc a Ieſu, ne creaturis ſeruiamus; ſed ſimus in filiorum Dei libertate.

Chryſoſt.
Rom. 8.
Ambroſ.
Ioan. 4.
Anaſt. Sin.

§. XXIII.

Dei ſeruus ſecurior inter feras, quàm inter homines.

REfertur Iacob dixiſſe ad filios ſuos de Ioſeph: *Dixiſtis Beſtia deuorauit eum & huc vſque non comparet.* Hoc adducit ad rei ponderationem, quòd voratus à beſtiis, hucvſque non compareat. Et quid mirum, ſi non comparet, qui voratus dicebatur à beſtiis? Equidem, vt Ioſeph credebatur à patre pius, & bonus: ſic nunquam ſecurior ad comparendum putabatur, quàm ſi à beſtiis voratus fuiſſet. Inter feras enim, & beſtias ſecurior degit ſeruus Dei, quàm inter homines. Nota eſt hiſtoria Ionæ, vt à nautis miſſus fuerit in mare, vt à piſce voratus, & tandem euomitus ſanus in portum: ait enim Textus cap. 2. *Et dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam.* Circa quæ ait Sedul. lib. 1. Paſch. cap. 13. *Ionas in marinos fluctus ante puppim trepidas: onerat iam, vteroque ſorbentis cete reconditus non ſenſit aquas in pelago conſiſtens. Hoſtilis protectione ſeruatus venit ad terram vomitu, non nauigio. Cui facta diuerſitate contraria, nauta ſeuitatem præbuit, fera nauigium miniſtrauit.* Qui feros nautas expertus fuerat, à piſce voratus inuenit protectionem, & inde venit ad incolumitatem. Darius ille Babylonius Rex, coactus a ſuis, mittit Danielem in lacum leonum famelicorum. Poſt quæ ait Textus Dan. 6. *Allatúſque eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci: quem obſignauit Rex annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem.* Quid magis mirandum? Tradit Danielem leonibus famelicis, & obſignat lacum, ne quid fiat contra illum. Nec mirum: non ſic Rex Danieli timet a leonibus, vt ab hominibus. De leonibus ſperat Danielis incolumitatem, quam minimè ſperabat de hominibus eius aduerſariis.

Ion. 2.
Sedul.
Dan. 6.

§. XXIV.

Bonus Præſul non detrectat ſubire ſuorum diſcrimina.

PIentiſſimè tandem concludit ſuam orationem Iudas dicens: *Ego propriè ſeruus tuus ſim, qui in meam hunc recepi fidem, & ſpopondi dicens.* &c. Ecce tibi, qui Beniaminum ſub fide ſua acceperat, non dubitat eius periculum ſubire. Ne Præſules, ſub quorum fide, & cuſtodia ſunt ſubditi, eorum detrectent ſubire diſcrimina. De Ieſu [illegible] dicit Iſaias cap. 53. *Sicut ouis ad occiſionem ducetur & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet.* Cur ſicut ouis? Erat paſtor, qui ſub fide, & cuſtodia ſua oues receperat [illegible] quod illæ ſubibant periculum, non dubitat intrare, vt [illegible] de extrahat illas. Ait D. Baſil. Sel. orat. 26. *Paſtor pro ouibus tanquam ouis iugulum præbet.* Hoc boni, perfectique paſtoris eſt ſigne, quòd pro iugulandis ouibus ouis etiam iugulanda fiat. In nullóque diſcrimine, in nullaque a[illegible]ctione ſuos videat, in quam ipſe intrare diſſimulet. M[illegible] 27. locutus Dominus de ſe Iudice venturo, dicebat: *Veruntamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Miratur [illegible] nemo, quòd in die oſtentionis [illegible], quando oſtendenda eſt gloria Diuinitatis eius, & poteſtas in nubibus veniat. Nonne Deus in luce magis inacceſſibili habitans debuit venire? Cur adhuc in nube? Dicebat Paulus ad Theſſalonic. 4. *Deinde nos qui viuimus, qui reſidui ſumus,*

[illegible] 27.
Theſſ. 4.

mur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra. Iuſti tunc exiſtentes in terra rapientur in nubibus obuiam Chriſto. Quando autem tunc Dominus veniet iuxta Matth. 25. ſeparare iuſtos ab iniuſtis, *ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis*, videns oues ſuas in nubibus, non poteſt non eſſe ſimul in nubibus cum illis. Vt dicat Orig. homil. 30. in Matth. *Si beati homines in nubibus rapientur in aërem, quid mirum eſt in nubibus Filium Dei venire cum virtute, & gloria multa?* Equidem non mirum eſt, quòd veniens Dominus, ſicut paſtor, ſegregare, & colligere oues ſuas, videns illas in nubibus rapi, ſimul ipſe appareat in nubibus. Perfecti enim paſtoris eſt, ouium ſuarum ſtatum non refugere.

Matth. 25.

Orig.

§. XXV.

Sæpè quis cogitur ſibi ipſi malum aſſumere, quod proximo intulerat.

Illud mirabile, quòd Iudas in eas deuolutus ſit anguſtias, vt neceſſe habeat ſibi eligere ſeruitutem, dicens: *Ego proprius ſeruus tuus ſim*, &c. Non hæc dicunt cæteri fratres; ſed vnus Iudas voto patri exhibito conſtrictus cogitur id dicere. Et meritò huc eo deducitur, vt neceſſe habeat, ſibi aſſumere ſeruitutem, qui auctor fuerat, vt Ioſeph iret in ſeruitutem, dum venditionem illius conſuluit. Quò ſpectans Rup. ibi ait: *Quid hac ratione iuſtitia pulchrius? Nempe, quæ hic ſeruitio ſe addicit, ipſe est, cuius conſilio in ſeruum venundatus eſt Ioſeph: ſic enim ſuprà habemus, quia dixit Iudas fratribus ſuis. Et iſ a-lita cauſa ſunt, venite, venundetur.* Et non rarò hic pulcherrimus ordo iuſtitiæ ſeruatur in mundo, vt qui mala & fratribus, & proximis inferunt, eò deueniant, vt eadem ipſi ſibimet ſuis manibus aſſumant. De illo alio Iuda nequiſſimo ſui magiſtri venditore ait Matth. 27. *Proiectis argenteis in templo receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Non fulmine ictus, non terra abſorptus fuit; ſed eò miſeriæ deuenit, vt ſibi malum ſuis manibus, ſuáque electione aſſumeret. cuius ipſe artifex fuerat in Chriſtum. Vt meritò dicat D. Chryſoſt. ſer. 3. de Reſur. *Cucurrit ad Iudæos. Penſat in pretio mortem ſuam, qui dum alienum ſanguinem vendidit, proprio laqueo diſperiit.* Tam certò miſer eò erat deuenturus, vt ſibi malum ſumeret, quod Ieſu inferebat: vt in ipſa penſitatione pretij accipiendi pro perdendo Ieſu, magis penſitare videretur pretium perditionis ſuæ, quæ non erat illi ab alio inferenda, ſed ipſe proprijs manibus erat illam allaturus. Interfectores Chriſti dum ſuum facinus ſub agricolarum perſonis repræſentatum vident, ſic ipſi contra ſe pronunciant Matth. 21. *Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis.* Circa quæ ait Imperfectus hom. 40. in Matth. *Ita veritate Chriſti circundantur homines, & tenentur, vt ipſi aduerſùs ſe Iudices fiant.* Eò, crede mihi, adducuntur homines impij, vt ipſi ſibi aſſumant malum, quod proximis inferunt.

Rupert.

Matth. 27.

Chryſoſt.

Matth. 21.

Imperf.

CAPVT XI.

Ioſeph manifeſtatur.

TEXTVS HISTORIA.

TOT peritus miſerationum argumentis, non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph: itaque aſtantibus cunctis, qui conuenerant, foras exire iuſſis, neminem intereſſe voluit ſcenæ, in qua neceſſariò memoranda erant fratrum in ſe delicta. Digreſſis omnibus, & ad fores, vt fit, auſcultantibus, & lacrymas oculis, & vocem ori permiſit, qua ſe illorum fratrem Ioſephum exponit, & de parentis ſciſcitatur vita. Quantus inde ſtupor fratres inuaſit? Hæſerunt elingues nimio terrore perterriti, cui vehementiori affectui medelam adhibens Ioſeph, placidiſſimis verbis ad ſe aduocat, accedere iubet, venditionis crimen pulchris exoſoat titulis, vt fuerit à Deo pro magno bono permiſſum, vt paternæ familiæ, difficillimis famis temporibus conſeruationem allaturum. Iam, inquit, non inſomnia Deus immittit, ſed vos ipſi, & dilectiſſimus frater Benjamin vident me in aula Pharaonis præcelſum, in throno à Rege ſecundo. Feſtinate ergo, nunciate parenti optimo gloriam dilecti filij, futuram omnibus vobis maximum in hac penuria ſubſidium. Interea omnes amplexatur, initio ducto ab eo, qui erat omnium chariſſimus, omnes oſculatur, & plorat per ſingulos, ſimúlque iſto quaſi pignore iniuriarum obliuionem, & veram reconciliationem confirmat. Poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum, excluſo timore, quem fraterna charitas foras depulerat.

Hæc dum Ioſephum inter, & fratres, in cubiculo geruntur, auditum eſt, & celebri ſermone in aula vulgatum, quòd fratres Ioſeph veniſſent. Et Pharao, & Regia tota mirum in modum gauiſi ſunt: ſecuta conuiuia, Optimatibus Ægyptiis eos, & conuiuijs, & publica gratulatione excipientibus: Ioſephi namque virtus eximia illos reddiderat amore dignos. Ad hæc Pharao, quæ iam mandauerat, ac promiſerat fratribus ſuis Ioſeph, roculcat, & ſuo nomine nunciari præcipit, & promitti. Et quidem cumulatiùs: nam Iacobi familiæ fertiliorem, & ditiorem terræ Ægypti partem mandat. Inſuper & iubet, vt tollant plauſtra de terra Ægypti ad ſubuectionem paruulorum ſuorum, ac coniugum, totíúſque ſupellectilis. Cuius impenſa Ioſeph plauſtra dedit fratribus, & cibaria in itinere, & dona multa, tam illis, quàm ferenda patri. Singulis binas ſtolas donauit, quinas Benjamino cum trecentis argenteis; & totidem ſtolarum, & pecuniarum deferri patri mandauit. Proficiſcentes admonuit a rixis, & contentionibus cauerent, quæ ſolent excitari inter fratres. Perueniunt tandem ad patrem, qui audita filij gloria extupefactus, vixque perſuaſus omnium narratione, ad filium profectionem parat.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

SEXTÒ in præſentia ait Chryſoſt. *Obſtupeſce omnipotentem Dei ſapientiam, quomodo tantis obſtaculis in medio poſitis omnia opere ſunt impleta.* Et quod non impletus diſpoſitum à Deo? Chryſoſt.

Geneſ. 45. Non ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph, multis coràm adſtantibus: vnde præcepit, vt egrederentur cuncti foras: & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. Eleuauítque vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptij, omníſque domus Pharaonis. Et dixit fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph: adhuc pater meus viuit? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti.

§. I.

Domeſticorum defectus non ſunt extraneis vulgandi.

HOc primum cauit Ioſeph, cùm ſe fratribus manifeſtaret, ne vllus extraneus adeſſet. *Præcepit*, ait Textus, *vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ.* Et cur nullum externum adeſſe paſſus eſt? Erant intereà memorandi fratrum errores antiqui, quos ſapientiſſimè cauit, ne externi noſcerent. Ibi Rupert. *Benè ergo præceperat, vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus cognitionis mutua. Non enim alienis communicanda erat domeſtica notitia ſceleris, neque ſub eorum præſentia penes fratres edicere voluit eam tanta confuſione.* Huc debent reſpicere, qui domeſticorum ſuorum, ſiue fratrum, Rupert.

trum, ſiue famulorum, ſiue ſubditorum maculas norunt, ne eas exterorum oculis proponant. Errent, licèt, apud te domeſtici; tu, quantum eſt in te, curare debes, vt apud exteros alij dicantur iuſtiores, puriores. Iob cap. 42. dicitur: *Poſtquàm autem locutus eſt Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob.* Ioh 42. Priùs cum Iobo locutus fuerat Dominus ſigillatim, nemine audiente: deinde apud illos homines Iobum extollit, illiúſque rectitudinem, & pietatem in diſputando de Deo, & in tolerandis ærumnis prædicat. Et quod mirere magis, in ſingulari illa collocutione Dei cum Iob, creditur Deus illum corripuiſſe, nonnullóſque defectus eius caſtigaſſe. Et quando cum ſeorſum corripit, cur ſic cum apud illos laudat? Sapientiſſimus Dominus familiarem ſuum ſecretò corripit: apud alios eum ſic extollit, ſic laudat, quaſi eſſet totius rectitudinis exemplar, & ſanctitatis. Ait Oleaſter ad c. 45. Gen. *Cùm Dominus voluit arguere Iob, ſolum eum conuenit. quem cùm arguiſſet ſeorſum, in publico apud amicos commendauit, Non eſtis, inquit, locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Mirabilis prudentia Domini: conuicerat ipſe Iob, vt fateretur, ſe ſtultè locutum, & apud amicos commendat eius locutionem rectitudinem.* Olcaſt. Cuius tu ſecretò notat defectus, in publico prædicat laudes. Apud ſe corripit ſubditum; apud alios illum mirum in modum laudat. Sic dum prodigum illum filium ſuis liminibus appropinquare cæleſtis Pater Luc. 15. *Dixit ad ſeruos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum.* Luc. 15. Circa quæ D. Chryſol. ſer. 3. *A ſeruis maluit veſtiri voluit filium, quàm videri, vt ſoli patri nota eſſet nuditas.* Chryſol. Sic pater amat filij celare maculas, ne pateant illi, qui pater non ſit.

§. II.

Pietatis in parentes affectus validiſſimus, vt ſuperari nequeat.

Illud notandum, quod ait: *Non ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph.* Et quando non ſe potuit Ioſeph cohibere? Quando audiuit parentis afflictionem: vbi Iudas repræſentauit dolores patris in duorum filiorum abſentia, qui affectus cohibuerat ſemel, & bis, in fratrum afflictione, vbi ad patris afflictionem peruenit, iam vltra ſeſe non potuit cohibere. Adeò enim validus eſt pietatis affectus in parentes, vt vinci nequeat. Pulchrè ait in præſenti Rupert. *Poſtquàm benè accepit grandem eſſe, vel fuiſſe pro ſe calamitatem patris, non poterat (inquit Scriptura) ſe vltra cohibere: Et qui hactenus ſe continuerat, vtcunque gemitus intercidens, & abſcondendo deglutiens, ac violentia lacrymarum fluenta diuidens, hora, qua ei operæ defluxerit. Ego ſum Ioſeph, cetens, ac properantibus erupit iacundite clamore doloris turbo violentiſſimus, vocémque cum fletu in altum extulit,* &c. Rupert. Vbi patris calamitatem audiuit, tanto inde doloris turbini erumpenti non potuit obuiam ire; ſed in luctuoſam vocem prorupit. Et quis in authoris ſui calamitate ſe contineat? Crucifixo Domino Matth. 27. *Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt,* &c. Matth. 27. Quorſum tanta mutatio mundialibus rebus? Ait D. Chryſoſt. hom. 3 de Paſſ. *Expectabant cuncta elementa exitum propriæ Conditoris: axem ſuum mundus extremum vergere cupiebat in lemitem. Volebat, credo, ſæculum ire prætinus in ruinam: at authoris ſui tacens præteriret iniuriam.* Chryſoſt. Nec vlla creatura eſt adeò lapidea, quæ in calamitate, & iniuria authoris ſui valeat cohibere dolorem ſuum, & teneritudinem. Sic Ieſus ipſe in Cruce poſitus, cùm humanæ ſalutis negotium cum Patre perageret, ad terram parum inclinatis oculis vidit Matrem ſuam. Quid tunc? Ait Ioan. 19. *Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem, & Diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dixit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus.* Ioan. 19. Quid ais, Domine? Inter tot negotia ſæculorum, quæ peragis cum Patre diuino, vacat tibi terrenam Matrem meminiſſe? Vidit eam in afflictione, & non potuit cohibere affectus pietatis in illam. Ait Arnold. Carnot. tract. de laud. Mariæ: *Iam hora appropinquante in Matre amplius, quàm in ſe pati videbatur; ac diſſimulans, quòd humano pungeretur affectu, expreſſit quantam vellet à mundo Matri exhibere reuerentiam, cui in vltimis tam officioſum reliquit patrocinium.* Arnold. Expende illa: *Nec diſſimulans, quòd humano pungeretur affectu.* Quippe affectus pietatis in parentes ſic animos pungit, vt vix poſſit diſſimulari à validiſſimo.

§. III.

Qui lacrymas dat, nihil magnum non dabit.

Meritò hoc præmittitur in hac manifeſtatione Ioſephi, nimirum: *Eleuauitque vocem cum fletu,* &c. Proſiliunt in primis lacrymæ, quæ ſeuerum illum cognitorem, & clementem oſtenderent, & munificum. Nullus enim eſt, qui afflictis dat lacrymas, qui non ſimul omnia, quæ poteſt, ſubleuamenta illis conciliet. Dicebat quondam Fortunatus epiſtola habita lib. 4. carmin. de quodam, qui venerat in conſpectum miſerandi captiui: *Fundebant igitur lumina ſuggeſtionem ſuam blandito ploratu compunctam, vt etiam quamuis crudelem redderent lamenta clementem, irrigabant lacrymæ tam ſemen miſeri, quàm frugem miſericordia Res mœroris, & muneris, vnde luctus, & merces. vnus rigans oculis, alter bibens auribus, quod iſte ſeminaret in fletu, ille apothecaret in fructu.* Fortunat. Quid pulchrius in rem præſentem? Fictam duritiem lacrymæ abſumebant, quæ in miſericordiam conuerterent vel ſimulatam crudelitatem. Ab eodem fonte veniunt & lacrymæ, & miſeratio munifica: ſimul erumpunt mœror de aliena miſeria, & munus pro illa ſubleuanda. Simul ſemper fluunt luctus, & merces, vt dum currunt lacrymæ, iam neceſſum ſit, pro colligendis fructibus horrea parari. De Ieſu meo acceſſuro ad Lazari defuncti ſepulcrum ait Ioan. cap. 11. *Infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lacrymatus eſt Ieſus.* Ioan. 11. Cur has præbet lacrymas amico defuncto? An, ſicut nos lacrymas defunctis damus? Abſit: imò Ieſu lacrymæ ideò mortuo dabantur, vt oſtenderent, quam ſimul & vita illi erat danda: ſimul enim & luctus, & merces, & mœror, & munus. Quò ſpectans Chryſol. ſer. 64. ait: *Qui cùm amittit, non flet; cùm recipit, tunc deplorat: tunc fundit mortales lacrymas, vitæ ſpiritum cùm refundit.* Chryſol. Ecce tibi & mœror, & munus, & luctus, & merces. Fieri enim nequit, vt qui aperiuntur fontes ad lacrymas, non maneant aperti ad impertienda multa ſubſidia. Vt dicat in præſenti Ericus: *Lacrymatus eſt: quia fons pietatis erat. Sed illa lacrymæ inexplebile gaudium erant paritura.* Ericus. Idem eſt fons lacrymarum, & fons pietatis, vt ſimul ſemper proſiliant, & lacrymæ, & munera. Hinc vbi dictum: *Infremuit ſpiritu, & turbauit ſe,* addit Ericus. *O fremitum pietatis! O turbatio turbatorum ſublatura mœſtitiam, æternam prorogatura lætitiam!* Simul enim inueniuntur, & mœror, & munus. Similiter Luc. 19. ait: *Cum appropinquaret Ieſus Ieruſalem, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam.* Luc. 19. Circa quæ Theophylactus: *Plorat ſuper ciuitatem vt miſericors, volens parcè eos, qui in illa, propter facta ſua contra ſe. Oſtendit itaque viſcera miſericordiæ per fletum.* Theophyl. Quæ reſerantur viſcera ad fletum, ſimul oſtenduntur reſerata ad dona.

§. IV.

De Patre Deo oritur eius Filij ad nos clementia.

Nihil prius in ſui manifeſtatione Ioſeph meminit, quàm patrem, dum ait: *Ego ſum Ioſeph. adhuc pater meus viuit?* Iam antea audierat multa de patris incolumitate, & ſoſpitate, quid neceſſum fuit, in primo manifeſtationis verbo iterum de patris ſoſpitate quærere? Sic quærens de patre ſuo in primo manifeſtationis verbo, oſtendebat, quàm totus in patre eſſet: vt inde omnimodam expectarent fratres clementiam. Quid enim aliud expectari poſſet, niſi clementia de eo, qui patrem præſeferebat? Cant. 1. dicebat illa: *Cùm eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Cant. 1. Quem ſæpè dilectum vocabat, nunc vocat Regem, quod nomen ad ſeueritatem magis pertinet. Et cur magis non refugit ſeueritatis agnomen? Cur non timet memorare Regem? Memorat cum eſſe in accubitu ſuo, hoc eſt, in ſinu Patris, & de Patre non poteſt non trahere clementiam. Vt dicat D. Bernard ſer. 42. in Cant. *Accubitus Regis, ſinus eſt Patris, quia ſemper in Patre Filius, Nec dubites, Regem hunc eſſe clementem,* Bernard.

tem, cui perennis accubitus eſt paternæ benignitatis diuerſorium. Dum Rex hic intelligitur de ſinu Patris apparere, non poteſt non eſſe & propitius, & clemens hominibus. Quidquid enim clementiæ, & propitiationis expectari poteſt in Rege Ieſu, totum id de Patre venit. Vt dicat D. Atha-
Athanaſ. naſ. ſer. 3. contra Arrian. *Poſteà Deus, vt bonus, & Pater Domini noſtri noſtram vicem dolens, cupienſque ſui apud omnes notitiam innoteſcere, author fuit Filio ſuo, vt induto corpore humano, homo fieret, Filius que appellaretur, atque in eo corpore ſeipſum offerens pro omnibus, omnes liberaret ab ignorantia Dei, & corruptione. Atque ita factus eſt omnium Dominus, & Rex.* Et cur non clementiſſimus ſit Rex, qui de Patre accepit, & in Patre habet, quo hominibus propitietur? Planè inter blaſphemas Phariſæorum accuſationes agens nobiliſſimus Rex Ieſus, dum tot mala ſuſtinet, neminem lædit, hoc Patri attribuit dicens Pſal. 72. *Tenuiſti manum dexteram meam, & voluntate tua deduxiſti me.* Quòd non fulminet Iudam, & cohortem militum; quòd non percutiat Annam, & Caipham, Pilatum, & Herodem, inde factum eſt, quòd pater tenebat dexteram eius, vt de Patre venisse oſtenderetur, quòd vel hoſtibus clemens eſſet. Ait Rupert. lib. 13. de gloria, & hon. Filij hominis *Deus Pater manum eius dexteram tenuit. Deus Pater ſua voluntate illum obedientis cepreſſit ad tempus fremitum leonis. Ru-*
Rupert. *panlo antè leniter ſe excutiens cum paruo flagello, qui in ſoris de teſticulis, tantam multitudinem vendentium, & ementium de templo eiecit. Et deinde cum traderetur, dicendo, Ego ſum, totam cohortem Præſidis, & miniſtros Pontificum cum traditore proſtrauit.* Ecce tibi, qui tantus erat in puniendis reis, iam manſuetus, iam clemens omnia mala ſuſtinet, nec impudentiſſimos hoſtes lædit! Vnde hoc? Deus Pater manum eius dexteram tenuit, & repreſſit ad tempus leonis fremitum. De Patre enim venit in nos clementia. Apo-
1.Cor.15. ſtolus 1. ad Corint. 15. ait: *In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. canet enim tuba, & mortui reſurgent*, &c. Et qualis hæc tuba, quæ mortuis refundet vitam? Ait Chry-
Chryſol. ſolog. ſer. 103. *Quæ eſt iſta tuba, quæ inferis infert bellum, ſepulcro reſoluit molem? Tuba, non quæ arctato ſpiritu per concauum cornu ligni teſtem bellantibus dat mugitum, ſed quæ de corde Patris, ore Filij vitalem ſimul, & inferis, & ſuperis dat clamorem.* Expende illud: *De corde Patris*, &c. A Patre enim venit, quidquid nobis, & vitale, & lætum fit. Huc trahe dicta tom. 2. in Euang. lib. 6. cap. 3. §. 34. & tom. 4. lib. 16. cap. 13. §. 19.

Geneſ. 45. Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et cùm acceſſiſſent propè, Ego ſum, ait, Ioſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum. Nolite pauere: neque vobis durum eſſe videatur, quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Biennium enim eſt, quòd cœpit fames eſſe in terra: & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit, nec meti. Præmiſit me Deus, *&c.*

§. V.

Plurimi, niſi præmittantur in ruinam, neſciunt ire in ſalutem.

ILlud mirandum, quod ait: *Neque vobis durum eſſe videatur, quòd vendidiſtis me. pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum.* Petit, ne grauentur ſub magno illo venditionis facinore, per quod factum eſt, vt à Ioſepho procuraretur illis ſalus. Quaſi neceſſum fuerit, quòd permitterentur in tam inhumane decidere delictum, vt inde per Ioſephum venirent in ſalutem. Nec miror: multi enim, niſi præmittantur in ruinam, neſciunt ſalu-
Pſal. 82. tem adire. Hinc dicebat Pſalm. 82. de perfidis Iudæis: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.* Hoc eſt, permitte illos ſic in Filium tuum ſæuire, vt inde magna ignominia apud omnes gentes impleantur: & quærent nomen tuum, & ad te euolabunt, & tandem ſub vmbra tua viuent. Et quid ignominioſum illud facinus Crucis Chriſti habet cum eo, quod Iudæi viuant? Planè tanta erat malorum hominum malitia, vt niſi de tam ignominioſo facinore perpetrato nunquam irent in vitam. Rem pulchre notat Ericus in Euangel. reſurrectionis Lazari dicens: *Duriſſima Iudæorum infidelitas, & inconuertibilis in malo pertinacia notata eſt. Et tamen à tantum erat peccatum eorum, vt aliter non poſſent dignè fidem Chriſti capere, niſi prius Filium Dei interficerent. Hinc Pſalmiſta: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. Poſtea enim ignominia repleti ſunt, cùm audientes Apoſtolos prædicantes, cœperunt erubeſcere, & perpendere, quantum ſcelus in necem Saluatoris admiſiſſent. itaque nomen eius quæſierunt*, &c. Tanta erat Iudæorum in malo pertinacia, vt niſi permiſſi eſſent tantum perpetrare facinus in morte Chriſti, quo ignominia implerentur, aliter non poſſent fidem Chriſti recipere, & in ſalutem ire. Matth. 26. dicebat Petrus: *Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi Ieſus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequàm gallus cantet, ter me negabis.* Et mirabar, quod tantus vir, tam Deo dilectus, ſic permiſſus ſit ire in magiſtri negationem. An niſi per negationis confuſionem, & ignominiam, non poſſet aliter dignè Pontificatum ſuſcipere? Planè elato, & præſumptioſo homini vtiliſſima fuit tantæ ruinæ confuſio, vt ſic ad electionis ſuæ gloriam veniret. Ait D. Aug. lib. 14. de ciuit. cap. 13. *Audeo dicere ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod apertum, & manifeſtum peccatum, vnde ſibi diſpliceant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit, quando fleuit, quàm ſibi placuit, quando præſumpſit.* Vtilis eſt ſuperbientis animo manifeſtus lapſus: de ruina enim multi ſecuriùs euolant ad percipienda magna.
Ericus.
Matth. 26.
Auguſt.

§. VI.

Fratrum delicta ex bonis circumſtantiis tegenda; non publicanda, nec exploranda.

NOn reſpicit Ioſeph fratrum facinus nudè ſumptum, ſed veſtitum bonis illis effectibus, quos inde Deus educere valuit: ait enim: *Neque vobis durum eſſe videatur, quòd vendidiſtis me. pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos*, &c. Quia videt venditionem à Deo conuerſam in tantum commodum, & paternæ familiæ, & Ægypti regni; maluit illam non venditionem, ſed miſſionem à Deo nominare. Sic quæ fuerat malitia fratrum à Ioſeph, mitioribus, & honorificis virtutum quæſitis titulis obnubilatur. Dicebat Pſal. 104 huc etiam reſpiciens: *Miſit ante eos virum.* Hiſtoria dicit venditum virum à fratribus in Ægyptum: Pſalmus dicit, miſſum à Deo. Et cur Pſalmus non dicit ipſum, quod in re accidit? Cur non dicit venditum a fratribus, ſed maluit dicere miſſum a Deo? Oſtendebatur, quam vnus erat Dei ſpiritus, & Ioſeph, quando vterque fratrum delicta curat ex bonis effectibus obtegere, honeſtare. Dicit Euthym. circa Pſalmum: *Nefarium eorum delictum, quo ille in ſeruitutem actus eſt, Propheta hic mitiori vocabulo Dei miſſionem, atque Apoſtolatum nuncupat, dicens, quòd Deus eum præmiſerit. Quamobrem ipſe Ioſeph fratribus ſuis dicebat: In vitam miſit me Deus ante vos.* Ecce tibi & Propheta, & Ioſeph, quàm vnanimi ſint in facinore fratrum obtegendo, honeſtando. Vterque in illo non attendit, quod fratres egerint; ſed, quod Deus inde extraxit, & quaſi excutiens ad fratrum manum, vna Dei manus ſpectabatur dirigens opus illud in bonum tantum. Sic qui ſpiritu Dei aguntur, ſolent culpabilia fratrum diſſimulare; & ſolùm, quod bonum in illis eſt, notare. Ioan. 9. cæci nati parentes dicebant: *Quomodo autem nunc videat, neſcimus; aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate, ætatem habet.* Quarum hanc reſponſionem referens ſtatim Euangeliſta, ait: *Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipſum interrogate.* Plùs dixerant parentes: non enim ſolùm dixerant, illi ætatem eſſe; ſed & dixerant, ſe neſcire, quomodo, & à quo eius fuerant oculi aperti. Cur Euangeliſta non inculcat integrum illorum teſtimonium; ſed prætermiſſo, quòd dixerant ſe neſcire, quomodo aperti fuerint filij oculi; illud tantùm proponit, quod vltimò dicunt, nempe, ætatem habet? In primo erat aliquod parentum mendacium: in ſecundo plena veritas videbatur: ideo Euangeliſta quod culpæ, & mendacio parentum dari poterat, prætermiſit.
Pſal. 104.
Euthym.
Ioan. 9.

teriuit, diſſimulauit, illúdque propoſuit, quod ab omni culpæ ſuſpicione erat vacuum. Vt dicat Rupert. ibi lib. 9. *Eam partem reſponſionis reliquit, quæ non omninò culpa vacat quia non omninò caret ſorde falſitatis id quod dixerant: Quomodo autem nunc vides, nequiuimus, & illud quod irreprehenſibile eſt, reponunt, velut atteſtando dicens: Propterea dixerunt, ipſum interrogato,* &c. Neſcit Spiritus Dei culpas fratrum explorare, prædicare; ſed abſcondere, ſed diſſimulare: in indagatione enim fraterni lapſus, quis ingens damnum non expaueat? Luc. 14. ad conuiuium nuptiale fuerant vniuerſi homines inuitati: vbi autem tempus conuiuij adfuit, *cæperunt omnes excuſare.* Et quæ excuſatio valuit tanto conuiuio homines priuare? Beda ibi: *Ad cœnam nos ergo æternì conuiuij ſummus paterfamiliàs inuitat: ſed dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus ſagax cogitatio deuaſtat, alterius etiam mentem voluntas carnalis inquinat, faſtidioſus quiſque æterna vitæ epulas faſtidit.* Expende illa: *Illum alieni actus ſagax cogitatio deuaſtat.* quippe voluptas dicitur ſolùm inquinare, ſæcularis cura ſolùm occupare notatur: at cogitatio, & ſcrutatio actorum proximi, vt eius perpendat culpas, & proclamet, hæc non occupat ſolùm, nec ſolùm inquinat; ſed prorſus dicitur hominem deuaſtare.

Rupert.

Luc. 14.

Beda.

§. VII.

Spiritus diuini eſt, quòd dona ex Deo accepta reputet non vni ſibi data, ſed pro omnibus alijs.

TOtum gloriæ ſuæ munus putat Ioſeph acceptum, non ſolùm pro ſe; ſed & pro fratribus ditandis, honorandis: ait enim: *Præmiſitque me Deus, vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis.* Et vnde colligit Ioſeph, munus ſibi datum eſſe, non ſolùm pro ſe extollendo, ſed & pro fratribus ſubleuandis? Ipſe indigitat dicens: *Præmiſit me Deus.* vbi enim Deus operatur, & adeſt, nullum venire ſolet à Deo donum, quod non ad alios ſubleuandos proficiat. Pſal. 15. dicebat Ieſus Patri: *Non relinques animam meam in Inferno.* Quæ verba ſic ponderat D. Athanaſ. ſer. 3. contra Arian. *Quòd non ſolùm ſurrexerit; ſed & alios mortuos ex monumentis excitarit, idem ſum eo eſt: Non relinques animam meam in Inferno.* Quippe ait, quòd munus illud reſurrectionis ſuæ ex Deo acceptum, idem ſit ei in munere aliorum exſuſcitandorum a monumentis. Idem eſt ipſum, non relinqui in Inferno, & non relinqui alios: quicquid enim Ieſus meus accipit pro ſe, non in ſe ſtagnat, ſed facit, vt participent alij. Qui dona diuina vni ſibi claudit, is minimè ſpiritu Dei agitur, cuius eſt, quidquid acceperit, ad alios etiam pertinere putare. Dicebatur Ieſus à Paulo ad Rom. 8. *Primogenitus in multis fratribus.* Cur primogenitus? Quia accipiens ipſe omnem Patris hæreditatem, non ſibi vni illam ſeruandam putauit; ſed & fratribus omnibus communicabat. Vt optimè dicat D. Bruno: *Vt ipſe Filius ſit primogenitus in multis fratribus, vt quemadmodum primogenitus filius dominus eſt paternæ hæreditatis, & quod inde habent alij, ſiqi ab eo habent: ſic & Chriſtus Dominus eſt in hac hæreditate; & quicunque aliquid inde habent, ab eo, & per eum totam habent.* Non equidem primogenitus totam acquirit hæreditatem, vt eam vni ſibi retineat, ſed vt inde ex illo alimoniam & fratres cæteri habeant. Sic Ieſus meus primogenitus dicitur, quia nihil diuinæ hæreditatis vni ſibi reſeruauit, ſed & fratribus omnia communicauit. Qui ſpiritus vt à Deo venit, ſic longè à Deo abeſt, qui contrarium facit. Lucæ cap. 12. *Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam?* Ex quo iam ſuſpecta eſt magno Baſilio conſultatio, quando non Deum, ſed ſe conſulit. Ait enim Baſil. hom. 6. *Ex te ipſa captas conſilium? Planè imprudentis viatu conſiliatio? Parata tibi reſponſio fuerat: Imitabor Ioſeph, vocem emittam magnificam: Quicunque panibus egetis, venite ad me, ſinguli participes fiunt gratiæ à Deo mihi collatæ.* Niſi ſe conſuluiſſet, ſed Deum, hoc inueniret conſilium, vt acceptæ gratiæ participes haberet fratres, vt Ioſeph habuit.

Pſalm. 15.

Athanaſ.

Rom. 8.

Bruno.

Luce 12.

Baſil.

§. VIII.

Vt à Deo nobis paratus ſit cibus eucharisticus, quem capiamus.

DIxit illud Ioſeph: *Præmiſit me Deus, vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis.* Et fallar, niſi hæc latiùs dicantur à Ieſu, qui nobis præmiſſus eſt, vt reſeruemur ſuper terram viuentium, & habeamus eſcas, quibus viuere poſſimus. Dum locus natiuitatis Chriſti Domini loquitur Matth. 2. *Illi reſponderunt: In Bethlehem Iudæ.* Idem autem eſt Bethlehem, ac domus panis: vt inde pateat, quàm præmittatur Ieſus meus à Patre, vt fratres eius eſcas habeamus ad viuendum. Quò refero pulchrum carmen D. Paulini, dictum in naufragio Martiniani epiſt. 42.

Matth. 2.

Vt ille quondam prouidentia Dei
Diſtractus in ſeruum puer,
Ad arua frugum miſſus eſt, vt & patrem
Paſceret, & fratres ſacer:
Qui mox per Orbem conſtitutura fame,
Patris alter & fratrum foret.
Sic iſti forſan in ſacram panis domum
Vos anteceſſit Filius
Vt & parentes paſcat, & fratres ſuos
In iſtius mundi famem.

Paulin.

Equidem inſtar Ioſeph Ieſus ſerui formam aſſumens, in domum panis præmittitur, vt eſcas paret, quibus fratres eius poſſimus viuere. Illéque frater erit Ieſu chariſſimus, qui quantociùs ad eius eſcas in altari paratas curret. Quod innuens ille Cant. 1. dicebat de anima ſibi chariſſima: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, amica mea.* Septuaginta legunt: *Equa mea in curribus Pharaonis aſſimilaui te,* &c. Et quæ gratia poteſt in equo eſſe, cuius ſimilitudo in homine ſic illum reddat Deo amicum? Suſpicor, aliquid ibi latere de generoſo equo ab Homero decantato lib. 6. Iliados, circa finem.

Cant. 1.

Septuag.

Atque vt in obſcuro ſtabulo cùm forsè moratus
Indignatus equus, ſtringentia vincula rumpens,
Ac pedibus terram pulſans per amœna vagatur
Prata, fluentis aquæ medio prouoluere corpus
Aſſuetus, ſummúmque caput ſuſtollit, & illinc,
Atque illinc latos humeros iuba concutit ingens:
Ipſe autem rapido conſueta ad paſcua curſu
Fertur.

Homer.

Vtinam & nos ſic rapidi, ſic feſtini ruptis cupiditatum vinculis ad diuiniſſima feramur paſcua, quibus poſſimus viuere.

Geneſ. 45. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ domus eius, ac Principem in omni terra Ægypti. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioſeph: Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris, & habitabis in terra Geſſen, eriſque iuxta me, &c.

§. IX.

Vt aiunt diuinæ poteſtatis eſt, quòd ab ærumnis corona parturiantur.

QVando Ioſeph ſeruitutis ærumnam mutatam oſtendit in principatum, ſapienter id non ab alio, quàm à Deo fieri potuiſſe aſſerit dicens: *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ domus eius.* Non equidem induſtria humana, ſed obſtetricante manu diuina, & venditio, & ſeruitus pepererunt Ioſepho regni gloriam. Quòd ſpectans D. Chryſoſt. in præſentiarum: *Dei, inquit, voluntate huc miſſus ſum. Qui fecit me patrem Pharaonis,* &c. *Illa ſeruitus principatum mihi contulit, illa venditio in hanc me gloriam*

Chryſoſt.

rium euexit, illa afflictio huius mihi honoris occaſio fuit. Quod non potuit humana cogitatio præſumere; hoc vna Dei poteſtas effecit, vt, nimirum, ab afflictione, à venditione, à ſeruitute regnum, & corona pareretur. Nota eſt trium puerorum Hebræorum hiſtoria, vt coniecti fuerunt à Rege Babylonio in fornacem ardentem, vt inde egreſſi ſunt abſque vlla læſione. Quid tunc? Ait Daniel cap. 3. *Dan. 3.* *Tunc Rex promouit Sidrach, Miſach, & Abdenago in prouincia Babylonis.* Qui captiui erant, & flammis dati, inde ad principatum deuenerunt. Non miror: vbi enim Deus adeſt, & ærumnæ nouerunt parere regna. Ait Chryſoſt. epiſt. 5. ad Theodor. lapſum: *Chryſoſt.* *Imperio Dei nihil eſt potentius, quem ſequitur omnium, quæ ſunt, natura: & qui eam ex eo, quod non eſt, in eſſe produxit, quemadmodum tunc demonſtrauit: nam flamma corripuit mortalia corpora, & non aliter atque ab immortalibus abſtinuit, integrúmque reddidit apud ſe depoſitum, idque multo cum ſplendore. Nam, quemadmodum ex Regibus Reges, ita de camino egreſſi ſunt illi pueri.* Quid pulchrius? Expende illa: *Quemadmodum ex Regibus Reges, ita de camino egreſſi ſunt pueri.* Quippe vt Reges generant Reges: ſic caminus, ſic fornax, ſic ærumna illa captiuitatis generauit Reges tres illos pueros. Et quod bonum non generent ærumnæ, agente Dei manu? Ait Paul. 1. ad Theſſalon. 4. loquens de tempore vltimo: *1. Theſſ. 4.* *Nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera: & ſic ſemper cum Domino erimus.* Cùm enim euocati fuerint mortui ad Iudicium, illíque ſurrexerint, adhuc inuenientur in mundo ſuperſtites, & viui multi iuſti, qui, vt multi Theologi volunt, nulla guſtata morte immortalitatem induent, in qua ſtola procedent obuiam Chriſto in aera. Et vnde illi feliciſſimi tantam gloriam habent, vt ſine morte transferantur in regnum immortale Chriſti? Rem attigit Tertul. lib. 5. in Marcion. cap. 12. ſatis: *Tertul.* *Hi propter tempora vltimum momentum, & propter merita vexationum Antichriſti compendium mortis, ſed mutati conſequentur, ſuperinduti magis, quod de cœlo eſt, quàm exuti corpus.* Expende illa: *Propter merita vexationum Antichriſti.* Rapidiſſima enim illa Antichriſti perſecutio patienter ſublata hunc pariet fructum multis iuſtis, vt ſine guſtu mortis euolent ad regnum immortale Chriſti.

§. X.

Magnæ virtutis eſt, quòd Magnalium cognationi tua te merita inſerant.

HOc argumentum præmiſit Ioſeph gloriæ ſuæ à Deo acceptæ, nimirum: *Qui fecit me quaſi patrem Pharaonis.* &c. Hebraicè, & Chaldaicè tollitur illud, *quaſi*, & abſolutè dicitur: *Qui fecit me patrem Pharaonis.* In quo non parnam Ioſephi admiror virtutem, cuius merita eò deduxerunt hominem, vt Rex magnus illum in patrem eligeret. Planè non ſic extolleretur Ioſeph, ſi tanti Regis pater naturalis eſſet, vt extollitur, quòd in patrem eligatur ab illo. Dicebat Paul. 1. ad Col. 4. *Miſi vobis Timotheum, qui eſt filius meus dilectus, & fidelis in Domino.* *1. Coloſſ. 4.* Quantum hoc erat virtutis in Timotheo, quòd à Paulo haberetur filius? Ait D. Chryſoſt. hom. 1. ad pop. *Quando autem Paulus ipſum vocat filium, hæc verba omnem ipſius virtutem demonſtrare ſufficiunt.* *Chryſoſt.* *Sanctorum enim iudicia non ad gratiam, neque ad inimicitiam ſunt, ſed ab omni ſunt dubitatione libera. Non fuiſſet tam beatus Timotheus, ſi Pauli filius à natura fuiſſet, quàm nunc eſt admirabilis, quoniam ſecundùm carnem nihil ad ipſum attinens, per cognationem, quæ eſt ſecundùm religionem, in ipſius ſe adoptionem induxit.* Non ſic equidem fuiſſet beatus Timotheus, ſi fuiſſet filius naturalis Paulus, quàm cùm eſt à Paulo adoptatus in filium. Hæc enim adoptatio ſupponebat ingentia merita in illo, qui tanto viro adiungebatur. Hinc ad Zachæi commendationem dicebat Ieſus Luc. 19. *Luc. 19.* *Quòd ipſe ſit filius Abrahæ.* Chananæus cùm eſſet Zachæus, ſic in immenſum auctus eſt, vt relicto vili genere mereretur Abrahamidum familiæ addi. Vt dicat ibi D. Baſil. habitus in Cat. Græca D. Lucæ: *Baſil.* *Exibat & ipſe de terra, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui. Egreſſio enim longè perfectiſſima aſcenſio eſt*, &c. Dum enim exuens abiectos parentes, ſeſe adeò extollebat, vt poſſet numerari inter Abrahæ filios, hoc magnam meritorum celſitudinem in eo arguebat. Nunquam ego ſine admiratione legi, pauperculam Moabitarum fœminam poſitam, & numeratam in ſplendenti cognatione Ieſu, dicente Matthæo cap. 1. *Matth. 1.* *Booz autem genuit Obed ex Ruth.* Quod non caſu factum; ſed ingentium virtutum pretio comparari à fœmina potuiſſe oſtendit D. Hieron. putatus in tractatu de vera Circunciſione, vbi inquit: *Hieron.* *O virtutem Ruth viris etiam præferendam! Abrahæ fidem incircunciſa gratis mulier imitatur, quam virilis circunciſio dereliquit, & per aliena veſtigia meritum iuſtificationis ingreditur, à quibus maternum eam hæreditas deuiauit. Deos ſuos Moabita contemnit, cùm tu Iſrael, deſideres alienos. Illa in vnum Deum ſuorum cum oblita conuerat, & tu poſt multitudinem fornicaris idolorum: hinc eligitur à Domino: hinc fit Iſraelita mente, non genere; fide, non ſanguine; virtute, non Tribu: hinc vſque adeò benedicitur, vt Prophetarum tuorum Mater vocetur & Regum.* Planè non eſſet ita beata Ruth, ſi naturali propagine cenſeretur inter Iſraëlitas, vt cenſu virtutum.

§. XI.

Magna felicitas, populi in quo bonus dominatur Princeps.

VT eò adducatur Iacob, vt amet habitare Ægyptum, terræ illius Princeps eſſe Ioſeph meritò proponitur illi: dicit enim: *Hæc mandat filius tuus Ioſeph: Deus me fecit me dominum vniuerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris*, &c. Et planè inde maximè commendatur præſtantia, & felicitas populi, quòd, nimirum, ei bonus dominetur Princeps. Dicebat Ieſus Petro Ioan. 21. *Paſce oues meas, paſce agnos meos.* *Ioan. 21.* Nec priùs ouibus ſuis præfecit Petrum, quam illum coram aliis de charitate in Deum examinarit. Et cur non niſi præmiſſo examine præfecit Petrum ouibus ſuis? In Principe, & Paſtore ſancto non parum augebat gregis ſui præſtantiam, & illam commendabat. Quò ſpectans canit Arator lib. 1. in Acta Apoſt. *Arator.*

Primus apoſtolico paruus de puppe vocatus
Agmine Petrus erat:::. Cui tradidit Agnos,
Quos paſſus ſaluauit oues, totámque per Orbem
Hos auget Paſtore gregem.

Ex bono, & præſtanti Principe nunquam non venit populo magnum augmentum felicitatis, & gloriæ. Hinc Oſeas c. 3. locutus de Iſraëlitis, ait: *Oſea 3.* *Dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, & ſine Theraphim. Et poſt hæc reuertentur filii Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius.* Græcè legitur: *Et ſuper bona eius.* quippe, qui ad ſummam miſeriam deuenerant, poſteà in tantam bonorum abundantiam, & felicitatem aſcenderunt, quæ faceret ſtuporem aſpicientibus. Et vnde è tanta miſeria ad tantam felicitatem? Textus ait: *Et quærerent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum.* Ex peſſimis Regibus abiectis, & ſancto Principe admiſſo, magnum apparuit in populo incrementum felicitatis. Theodor. ait: *Theodor.* *Cùm decem Tribus, quæ à Regibus profectæ à Dauide defecerant, proprium Regem ſibi elegiſſent, poſt è Babylone reuerſionem coniuncta, & coacta, vnum habuerunt ducem Zorobabel, ex Dauidica Tribu procreatum, ex quo diuinitus bonorum datorum fructum ceperunt.* Ecce tibi cum bono Principe venit populo bonorum abundantia. Facit enim ſemper bonus Princeps bonitate ſua, ne quis ſubditus non impleatur bonis fructibus. Dicebat illa de Sponſo ſuo Cant. 2. *Cant. 2.* *Sicut malus inter ligna ſyluarum ſic dilectus meus inter filios.* Et mirabar, quòd ſapiens anima non magis caueret Principem, & dominum ſuum conſtituere inter ſyluestria, & ſterilia ligna. An non indecorum, quòd tantus Princeps ſyluestribus detur lignis? Abſit: imò tanti inde oſtenditur lignorum felicitas, quæ, vt aliàs ſyluestria erant, ex quo ſibi adiunxerunt tantum Principem, cœperunt & ipſa abundare fructibus. Vt dicat D. Nicænus hom. 4. in Cantica: *Nicæn.* *Sponſum aſpicit purgata anima, in lignis ſyluæ factum malum, vt ſibi inſerens omnes agreſtes ramos ſyluæ, efficiat, vt ſimiles fructus producant.* De boni enim Principis coniunctione ſyluestriſſima quæque & ſteriliſſima ibunt in fœcundiſſimos fructus.

§. XII.

De paterna ſubſtantia nunquam non ſperandum bonum.

Aliter Ioſeph gloriam ſuam refert fratribus, aliter illam parenti ſuo nunciat. Fratribus enim dicit: *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum, qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ*, &c. Verùm ad patrem dici mandat: *Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me*, &c. Ecce tibi, fratribus dicit ſe factum & patrem Pharaonis, & dominum Ægypti: parenti autem ſolum ſe dicit factum dominum Ægypti, de verbo Pharaonis patris nullam mentionem facit. Et cur cùm apud fratres ſe propoſuerit Pharaonis patrem, apud parentem ſuum illam diſſimulauit dignitatem? Patri ſufficiebat oſtenſio filij principatus ad gaudium: fratribus autem vt iniuriarū reis non ſufficiebat oſtenſio principatus, ad ſecuritatem: & ideo illis ſeſe oſtendit vt erat Pharaonis pater: quippe apud paterna viſcera nullus etiam intuitus non habet ſecuritatem. Rebellis Abſalom, dum contritum exercitum ſuum vidit, fugæ ſe dedit; dum autem
2. Reg. 18. fugit 2. Reg. 18. *& ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam, adhæſit caput eius quercui*, &c. Sic à arbore detentus fuit, ne vltra procederet in fuga. Et cur Deus impio ſaltem fugam non permiſit? Credunt ille ad patrem fugiſſe, ad quem ſi perueniret, omnimodam iam ſecuritatem inueniret. Ait Egeſippus lib. 1. c. 44. circa fi-
Egeſipp. nem: *Abſalonem fuga vtem arbores ſua comu terra ſuſpendit, ne ad patrem perueniret, ad quem ſi perueniſſet, euaſerat.* Quaſi indubitata ponitur parricidæ ſecuritas, ſi vel patris tangeret limina. Non enim de patre naſubſtantia eſt, quòd tim ani etiam inimici. Sed, vbique patris affulget, & clementia patet, benignitas. Alt ille prodigus filius cur-
Luc. 15. rebat ad patrem: & ait Lucas c. 15. *Vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens*, &c. Malus ille erat, & nequam, ſi vt potuit in patris oculos venire, omnia
Ruric. inuenit tuta. Circa quæ dicebat Ruricius Epiſcop. lib. 1. epiſt. *Melius mihi eſt flere ſub patre quàm vt abducer contemptus à patre. Quia parentum pietas diſtringit, vt corrigat, non perſeuerat vt puniat. Sic ille Euangelicus indulgentiſſimus pater filium percepta ſubſtantia decoctorem lato ſuſcepit amplexu, promptior gaudere de reditu, quàm imputare de lapſu.* Nunquam in patre non inueniunt quod ad indulgentiam pertineat. Vide ſuprà § 4. ... præſenti.

§. XIII.

Per Deum Patrem omnia obtinebimus ab eius Filio.

Dicebat Ioſeph parenti ſuo per fratres nuncios: *Deſcende ad me ne moreris & habitabis in terra Geſſen eriſque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum*, &c. Nihil de his, fratribus ſuis promiſerat, nec dixerat illis, quòd apud ſe eſſent futuri, quæ vni patri promittit. Et quando patri promittit terram Geſſe habitandam cum filijs, & nepotibus, cur & fratribus eadem non promiſerat, cùm locutus erat cum illis? Vt fratres intelligerent ſe illa non habituros, niſi propter patrem, & mediante patre ipſo apud filium. Quo erudimur, vt per Patrem debemus
Ioan 7. etiam accedere ad Dei Filium. Dicit Ioan c. 7. *In nouiſſimo autem die feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Propinat Ieſus nobis omnibus poculum ſalutis, & iubet, vt ad illud veniamus. Et per quam viam ad id veniemus, niſi per Patrem? Ait D.
Hieron. Hieron. in cap. 1. Aggæi Prophetæ: *Relinquentes ergo huius mundi vanum, & ſordidum fluxum, atque tenebroſum, ſequamur flumen Ieſu, qui nobis expoſitus eſt ad bibendum, & largiſſimo fonte ſe præbet iuxta illud, quod dicit in Euangelio: Stabat Ieſus in templo, & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Et hunc ipſum tunc poterimus bibere, cùm potuerimus à Deo Patre. Nemo veniet ad Ieſum, niſi eum adduxerit Pater.* Vnus eſt Deus Pater, qui facit nos Ieſu bona participare. Quis enim de torrente Ieſu bibet, niſi quem addux erit ad Ieſum Pater?

§. XIV.

De aſſiſtentia cum Ieſu plura veniunt bona.

Inde Ioſeph oſtendit, quàm omnibus bonis affluant pater, & fratres eius, quod ait: *Eriſque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum*, &c. De tanti enim Principis aſſiſtentia, & fauore, quomodo parentes eius magnis bonis non implerentur? Ex quo non poſſum non meminiſſe ingentia illa bona, quæ capiunt fideles ex aſſiſtentia cum Ieſu meo. Ioann. 6. accepit Ieſus quinque panes, & Ioan. 6.
duos piſces, quibus ſaturauit quinque millia virorum: & poſt hos ſaturatos, *Collegerunt, & repleuerunt duodecim* Matth. 15.
cophinos fragmentorum, &c. Sed & Matth. 15. accepit etiam Ieſus ſeptem panes, & paucos piſciculos, quibus quatuor millia virorū ſaturauit, & *quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas.* Supra quinque millia ſaturantur quinque panibus, hic ſaturantur quatuor millia panibus ſeptem. His ſuperfluunt ſeptem ſportæ plenæ, illis duodecim cophini pleni ſuperfluunt. Et cur in quatuor millibus pauciores ſuperfuerunt ſportæ? An, quia his minùs dedit? Abſit: ſed, quia triduo Ieſu aſſiſtentes, hoc ab illo acceperunt, vt plura caperent, quò pauciora relinquerentur. Ait D. Ambr. lib. 6. in Lucam: *Cur* Ambroſ.
autem quinque millibus hominum plus reddidat, quatuor millibus minus? Quia quatuor millia iſta triduo cum Chriſto fuerunt; & ideò ampliorem cæleſtis pabuli alimoniam receperunt. Ecce tibi, de triduana aſſiſtentia cum Ieſu hoc habuerunt iſta quatuor millia, vt capaciores eſſent cæleſtis cibi, & partem ampliorem ſibi retinerent. Ne quis de aſſiſtentia cum Ieſu minùs ſperet. Petebat quondam Eliſæus ab Elia Spiritum eius duplum: cui Elias reſpondit 4. Regum, 2. 4. Reg. 2.
Si videris me, quando tollar à te, erit ſicut vis. Et quantulum erat, quòd Eliſæus videret Eliam tolli, vt inde dupla mercede remuneraretur? Planè in eo petebatur non parua aſſiſtentia Eliſei cum Elia, eaque maximè vigilans, & attenta: qui autem eam haberet aſſiſtentiam, mertitò dupla mercede ditaretur. Quò ſpectans D. Athanaſ. epiſt. ad Dia- Athanaſ.
conum ait: *Quando in ſpiritu dupla obtinuit Eliſeus, niſi cum omnibus relictis aſſiſtator factus eſt Eliæ?* Quippe ex quo Eliſeus ſic affectabatur Eliam, vt iuxta illum ſemper eſſet, ideo vigilans, vt ob oculos eum haberet, hæc aſſiſtentia illi duplam mercedem peperit. Ne credas poſſe aliquem ſic Ieſu aſſiſtere, quin duplo maius cæteris accipiat præmium.

§. XV.

Ieſus agrè, & difficulter, à Matris corporali præſentia ſeparatur.

Bonus filius Ioſeph ardentiſſimè amabat præſentiam patris, dum ait: *Eriſque iuxta me, tu*, &c. Sicque feſtinatiſſimum eius aduentum commendabat, quaſi nequiret eſſe à patre ſeparatus. Id, quod maximè eluxit in Ieſu, qui vix ſuſtinebat à matre corporaliter ſeparari. Hinc locutus ad Patrem Pſal. 21. *Quia tu es, qui auulſiſti me ab vtero* Pſal. 21.
Matris meæ. Expende illud verbum, *auulſiſti*, quod vim nó mediocrem importat, quaſi à Matre auelleretur, cum qua ipſe ſemper amaret eſſe. Tertul. lib. de carne Chriſti, c. 21. *Accipe Chriſtum, & unde Deo Patri loquentem: Quia tu es,* Tertull.
qui auulſiſti me ab vtero Matris meæ. Auulſiſti inquit, ex vtero. Quid auellitur, niſi quod inhæret, quod infixum, innexum eſt ei, à quo, vt auferatur, auellitur? Equidem Ieſus meus adeo erat ad Matrem affectus, ſic amabat cum illa eſſe, vt neceſſaria fuerit vis, & potentia non parua, vt ab ſe auelleretur. Quò trahenda ſunt dicta 1. tom. in Euang. lib. 1. cap. 9. 4.

§. XVI.

Vnius teſtimonium infirmum.

Hoc ſuæ gloriæ teſtimonium præmittebat Ioſeph dicens: *En oculi veſtri, & oculi fratris mei Benjamin vident, quòd os meum loquatur ad vos.* Circa quæ ait Lippom. in Cat.
Ac ſi dicat: Si patri credere nolueritis verbis veſtris, qui me vidiſtis, & nunc videtis, innocens tamen frater meus teſtis ne teſtabitur omnia hæc me promiſiſſe. quaſi vnus innocens Benjamin Lippom.

iamin eſſet teſtis omni exceptione maior. Et quando Benjamini teſtimonium omni exceptione maius erat, ad quid Ioſeph addebat cæterorum fratrum teſtimonium nunquam fide dignum? Sapiens homo, etſi fratres propter antiqua ſcelera, & mendacia erant indigni fide; tamen eorum teſtimonium adiunxit teſtimonio Benjamini, quod etſi fide dignum, tamen ſi ſolum eſſet, valde eſſet infirmum, vt infirmum eſt, quodcunque teſtimonium vnius
Ioan. 3. ſolius. Ioan. 3. aiebat Ieſus: *Amen, amen dico vobis, quia, quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur; & teſtimonium noſtrum non accipitis.* Non dixit: Quod ſcio, loquor; &, quod video, teſtor ſed de plurali maluit dicere, *ſcimus loquimur, teſtamur.* Et cur de plurali dicere maluit? Agebat de teſtimonio firmo, & ſtabili, quod culpabiliter appellebatur: tale autem teſtimonium à pluribus, non ab vno datur. Vt dicat Rupert lib. 3. in Ioan. *Pluraliter loqui*
Rupert. *maluit, quod ſcimus loquimur, &c. Videlicet, quia teſtari ſe profitetur & loquelam ſuam teſtimonium nuncupat; teſtimonium autem vnius legitimum non eſt.* Qui non infirmum teſtimonium habere amat, ne in vno fundetur, faciat. Vbi Moyſes vidit flammam in rubo, & rubum ſine læſione inter flammas, ait Exod. 3. *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.*
Exod. 3. Cur ait: *Vadam, & videbo?* Nonne iam videbat? Si videbat, cur dicit, ſe iturum, vt videat? Videbat vno oculorum ſenſu: vnius autem teſtimonio ſenſus non omninò fidem habens, accedere conabatur, vt ſi vel auditu perciperet aliquid, malens non vnius ſolus, ſed duorum teſtimonium probare. Nicænus de vita Moyſis, dicit: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, ne, videlicet, oculos ſolum, verùm etiam (quod mirabilius eſt) auditum eadem omnino illumina et. Namque enim illius lucis, veluti in duorum obiecta ſenſuum diuiſa, vt in oculos ſplendore radiorum fulgebat, ſic in auditum immortalque dogma tum intonabat.* Et meritò tantæ rei teſtimonium non vni ſenſui credebatur, ſed duobus: vnius enim teſtimonium nunquam non labat. Et vtinam omnes hanc mentem ebibamus, ne vnius ſenſus teſtimonio mordicùs fidamus, ſed nitamur magis ea plurimis teſtimonijs veritatem firmare.

§. XVII.

Lacrymæ à chariſſimis pro nobis profeſſæ maximè nos impellant ad mala tollenda.

AIt Textus: *Oſculatus eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſuper ſingulos.* Plorabat ſuper ſingulos, vt de tanti dilectoris lacrymis ipſi priſtinæ malitiæ vel radices
Auguſt. euellerent. Dicit enim D. Auguſt. ſer. 83 de tempor. *Oſculabatur ſingulos, & per ſingulos ſlebat, & irrigua fletibus pauperum colla perfudit. Odium fratrum charitatis lacrymis ab luebat.* Plane lacrymæ illæ tantæ charitate ſuper fratres profeſſæ facie ant, vt fratres iam priſtini odij radicem, aut macula in ſe penitus retenti remanere. Et quando chariſſimorum lacrymæ non trahunt humanos animos ad
Luc. 19. ſanitatem quærendam? Luc. 19. cum Ieſus iret Ieruſalem *videns ciuitatem fleuit ſuper illam.* Ad quid fleuit? An vt de tantæ charitatis lacrymis eum ipſa in fletum, quo
Ambroſ. ſalutem conſequeretur. D. Ambr. lib. 2. de pœnit. cap. 6 ait: *Ipſe Dominus Ieruſalem fleuit, vt quia ipſa flere nolebat, Domini lacrymis ad veniam perueniret.* Quia Ieruſalem de dicta delictis, à luctu abhorrebat, Dominus ſuper illam flebat, vt de tantæ charitatis lacrymis ipſa in ſeſe commota eam ſuſciperet mentem, qua peccata ſua abſtergens in parte ſalutis inueniretur. Item ſuſcitaturus Ieſus La-
Ioan. 11. zarum, qui in figura peccatoris iacebat, tria fecit Ioan. 11. In primis, *Lacrymatus eſt Ieſus.* deinde ait: *Tollite lapidem,* tandem clamat: *Lazare, veni foras.* Vt lapideum peccatoris onus tollatur è corde, vt virus peccati foras egrediatur per confeſſionem; priùs præmittuntur lacrymæ chariſſimorum, de quarum efficacia venit, quòd nihil in ſe ad ſalutem inutile relinquat homo. D. Amb. ſuprà cap.
Ambroſ. 7. ait: *Videns itaque graue onus peccatoris, illacrymat Dominus Ieſus. ſolam enim flere non patitur Eccleſiam. Compatitur dilecte ſuo, & dicit defuncto: Veni foras. delictum prode, vt iuſtificeris: ore enim fit confeſſio ad ſalutem.* Ecce tibi, quid profluit de lacrymis ſororum de lacrymis Ieſu, nimirum, de lacrymis chariſſimorum ſuper fratre peccatore. Nimirum, vt in corde emolliat, & onus peccati tollat, & confeſſionem aſſumat ſalutiferam. Adeò enim ſunt efficaces charorum lacrymæ pro ſanandis peccatoribus.

Geneſ. 45. Auditum eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula Regis: Venerunt fratres Ioſeph, & gauiſus eſt Pharao, atque omnis familia eius. Dixitque ad Ioſeph, vt imperaret fratribus ſuis dicens: Onerantes iumenta ite in terram Chanaan, & tollite inde patrem veſtrum, & cognationem, & venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. Præcipe etiam, vt tollant plauſtra, &c.

§. XVIII.

Dei veri aſſeclis nulla non ſeruit creatura.

MIrabar, aulicis viris fratres Ioſeph viles, & abiectæ conditionis apud Ægyptios viros, ſic arriſiſſe, vt dicat Textus: *Auditum eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula Regis. Venerunt fratres Ioſeph, & gauiſus eſt Pharao, atque omnis familia eius.* Solent equidem aulici ex nota vili, & abiecta cognatione eius, qui clauum tenet, aut ſedet in puppi, hominem deridere, & deſpicere. In præſenti autem id nouum accidit, & inauditum, vt notauit Oleaſt. in expoſ. mor. quòd viſis Ioſephi fratribus ex officio, & cultu apud Ægyptios deſpectiſſimis, & viliſſimis, adhuc tota Regia in maiorem celebritatem Ioſephi exurgit. Et cur in tanta fratrum deſpectione nota non magis viri aulici hominem contemnunt? Cur inde ad maiorem eius celebrationem exſurgunt? Is erat Ioſeph, & tota eius cognatio, quæ vnius veri Dei ſequeretur nutum, in cuiúſque obſequium niteretur ire, ex quo naſcebatur, quòd eorum progreſſibus vniuerſa creatura, quantumcunque ſit ſublimis, ſeruiret. Matth. 2. Matth. 2.
veniebant Magi natum Deum apud Iudæos quæſituri, & *Ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos.* Quæ creatura ſtellis clarior, & ſublimior? Hæc tamen ducit Magos, & eos vſque in Saluatoris cunabula deducit. Vnde factum eſt, quòd ſtella Magis hominibus, nullo Abrahamidum ſanguine nobilitatis famulatum exhibeat? Dicit Imperfectus hom. 2. in Matth. *Stella antecedebat eos, vt conſiderantes obſequium ſtellæ, Regis nati intelligerent dignitatem.* Imperf.
Præcedebat autem eos, vt oſtendat, quòd hominibus quærentibus Deum, ſit omnium elementa miniſtrant. Nulla eſt creatura vel in altiſſimis, celſiſſimiſque ſedibus, vel infimis, quæ non arrideat, famuletúrque verum Deum quærentibus. Agebat quondam Daniel c. 14. in lacu leonum, omni humano auxilio deſtitutus, vel leonum rabie diſcerpendus, vel fame periturus. Interea Angelus deſcendit è cælo, & inueniens Habacuc ferentem prandium meſſoribus ſuis, arripit hominem, facitque, vt prandium illud Danieli miniſtret. Textus enim ait: *Apprehendit eum Angelus Domini in*
vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylone ſuper lacum, &c. Sufficeret Angelus, vt cibaret Danielem, ſicut quondam ſuffecit, vt cibaret Eliam; cur maluit Dominus, vt non Angelus ſolus, ſed & Angelus, & Habacuc, & meſſores cum prandio ſuo concurrerent in cibando Daniele? Voluit oſtendere, vt in bonum eius, qui Dei eſt, & cælum, & terra, & tota vniuerſi domus concurrat. Quò ſpectans Prudent. lib. Cathem. hymno 4. ait: Dan. 14.

Prudent.

Iuſſus iuuaret aduolato ſeruu,
Qui paſtum famula daret probato,
Raptum de fitu obſequente mundo.

Expende illud: *Obſequente mundo.* quippe, vbi Dei famuli ſaluti proſpiciebatur, vniuerſa mundi domus debuit in bonum eius concurrere.

§. XIX.

Qui Deum omnium Creatorem nouit, non erubeſcit in conſanguineis abiectis.

DIcit Textus: *Auditum eſt, & celebri ſermone vulgatum eſt in aula Regis: Venerunt fratres Ioſeph. & gauiſus eſt Pharao,* &c. Erant fratres Ioſeph, homines paſtores, vilis conditionis apud Ægyptios, qui tamen nullum ſubo-

rem, nullam confuſionem ſecerunt Ioſeph, qui minimè cauit, ne in Regia cognoſcerentur, ſed potiùs ita ſe circa illos geſſit, vt eorum notitia totam aulam impleret. Sic faciunt, qui Deum Creatorem omnium nouerunt: ij enim, etſi in ſumma ſint gloria, viles fratres minimè erubeſcunt. Loquens Paulus de Chriſto Domino ad Hebræos cap. 2. ait: *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno omnes. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis.* Expende illud: *Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare.* Et quando homines infirmi ſunt, & abiectæ conditionis; Chriſtus autem in forma Dei eſt, & author exiſtit ſalutis humanæ, quæ cauſa eſſe potuit, ob quam non confunderetur homines fratres vocare? Cauſam oſtendunt præmiſſa illa verba, nimirum: *Ex vno omnes.* vbi enim Ieſus nouit tam ſe, quàm homines ab vno Deo Patre emanare, non erubuit illos, etſi viliſſimos, fratres nominare. Circa quæ pulchrè ait D. Thom. *Propter quam cauſam, quia, ſcilicet, & nos, & ipſe ex Patre pendemus, & ſumus ex vno Deo Patre, non confunditur eos vocare fratres. Sed nota, quod dicit: Non confunditur, &c. Quia aliqui de vili plebe nati, ſi promouentur, confunduntur cognoſcere conſanguineos ſuos. Non ſic autem Chriſtus; ſed dicit: Nunciabo nomen tuum fratribus meis.* Sunt equidem plebeij homines, qui in dignitate conſtituti erubeſcant agnoſcere viles fratres ſuos; ſed ij non attendunt, quòd omnes Dei genus ſumus, ab vnóque Deo Patre venimus. Quod quia Chriſtus Ieſus attendit, viliſſimos quoſque homines vocare fratres non erubuit. Hinc Textus ſacer texens hiſtoriam Iob, inquit cap. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* quibus oſtendit Iobum expertem generis benedicti in Abrahamidibus, & ad Eſau genus pertinuiſſe, à quo veniebant, & Idumæi, ſiue Huſitæ. Et cur non magis canit publicare Iobi cognationem vilem? Ex quo nouit omnes à Deo veniſſe, & ad Deum pertinere, nihili pendit aut nobilem, aut vilem cognationem. Quò ſpectans putatur Hieron. de vera circumciſ. ait: *Vbi es, in ſola carne circumciſa Iudæa? Conſer cum Iob pedem, & contende gloria, attolle te maiorum ſuperba virtutibus, laudaque tuum benedictu nobilium Patriarcharum coronaminge nominibus. Iob aduerſus te procedit in medium, ſanguinis authores non erubeſcens. Nam illa nec prodeſſe nouimus, nec obeſſe, dicente Domino: Anima patris, & anima filij mea eſt.* Vbi vniuerſi à Deo veniunt, & Dei ſunt, vanè attenditur ad nobilium ſleauras, & erubeſcitur cognationis vilitas.

Hebr. 2.

Thom.

Iob 1.

Hieron.

§. XX.

Magna Chriſti Domini virtus, quòd viliſſimos homines faciat cenſeri fratres ſuos apud Deum.

HOc mirandum in Ioſeph, quòd ait Textus: *Auditum eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula Regis: Venerunt fratres Ioſeph.* Etſi abiectæ erant conditionis fratres Ioſeph, tamen in Regia Pharaonis, nulli fuerunt deſpectui, quin potiùs ſub tanta celebritate, & gaudio apparuerunt, ac ſi omninò eſſent fratres Ioſeph, non ſolùm ſanguine; ſed & honore, & gloria præſenti: Et vnde factum eſt, quòd homines plebeij, vt tanti Principis fratres, & ſuſciperentur, & celebrarentur, non contemnerentur apud inuidos aulicos? Planè id faciebat virtus Ioſeph: dicit enim Lippom. *Virtutis maximè ſignum in Ioſeph, qui inuidiam aulicorum ſuperare potuerit dexteritate ſua.* Effecit virtus Ioſeph, quòd plebeij homines apud inuidos Palatinos non contemnerentur; ſed cenſerentur Principis digni fratres, & inde celebrarentur. Quod verius, & certius de vnius Chriſti virtute aſſerebat Apoſt. ad Rom. 8. dicens: *Quos praſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Ex Patris diſpoſitione venit Dei Filius in mundum; & viles, & abiectos homines nactos, ſic illos fecit apparere, quaſi Filij Dei viderentur, naturali Filio ſimillimi, eiúſque germaniſſimi in honore, & virtute fratres. Quid præſtantius? D. Chryſoſt. ait ibi: *Vides honoris cumulum? Quod enim vnigenitus natura fuit, id etiam illi per gratiam ſunt effecti. Nec tamen hoc contentus fuit, quòd, videlicet, dixerit, conformes; ſed & aliud addidit: Vt ipſe ſit primogenitus. Neque hic ſubſiſtit, quin & vnà cum hoc, rurſus aliud adiungit dicens: Inter multos fratres, modis omnibus manifeſtam oſtendere volens cognationem.* Proh diuiniſſimi Ieſu virtutem! Ea fecit, vt quod vnigenitus Dei erat per naturam, id ipſum homines lutei, & plebeij eſſent per gratiam. Tantúmque de Filij Dei virtutibus habebant, vt fratres eius poſſent cenſeri, & in eis abſque rubore Chriſti cognationem magnificari, & manifeſtari. Quò ſpectans dicebat Pſal. 9. *Pſallite Domino, qui habitat in Sion, annunciate inter gentes ſtudia eius.* Aquila legit: *Annunciate inter gentes immutationes eius.* Circa quæ pulchrè ait Folengius: *Ait Aquila, Immutationes. O dictionem auream: Quidnam ego tam mirabiles Dei mutationes prædicem, extollam, diuulgemque omnibus? Qui longè erant, facti ſunt propè in ſanguine Chriſti. Ecce immutatio vna. Viſne aliam audire? Abiecti enim aſſumpti ſunt, mortui ad vitam reſtituti, & Deus homo factus eſt, & homo Deus. Hæc ſtudia ſunt, hæ artes, hæ immutationes, quæ de Deo cogitanda ſunt, atque ab omnibus propalanda.* Quanta hæc immutatio? Qui longè erant, qui abiecti erant, per Chriſti virtutem facti ſunt & propinqui Deo, & conſanguinei; & vt tales publicandi, & celebrandi ſunt.

Lippom.

Rom. 8.

Chryſoſt.

Pſal. 9.

Aquila.

Foleng.

§. XXI.

Viſa Maria in cælis, vt in ipſa cognatio Ieſu apparebat; ſic Cælites gaudiis implebat.

ADhuc pondero illud: *Et celebri ſermone vulgatum eſt in aula Regis: Venerunt fratres Ioſeph, & gauiſus eſt Pharao, & omnis familia eius.* Circa quæ D. Chryſoſt. ait: *Exhilarauit omnes agnitio fratrum Ioſeph.* Sic cognatio tanti Principis, tanti benefactoris nota totam Ægypti Regiam gaudio impleuit. Vt hinc diſcas, quantis gaudiis impleta fuerit cæleſtis aula, eo die, quo nota ibi fuit cognatio Ieſu, Matre, & Sorore, & Sponſa Maria eò aſcendente. Rem pulchrè animaduertit D. Hildephonſus ſer. 3. de Aſſumpt. Mariæ, fatus: *Iure anteferitur in cæleſtibus, quæ ita ditata eſt, ac repleta præ omnibus in terris, diuinis muneribus. Quapropter feſtiuitas hodierna celebritas eſt omnium ſuperorum ſtatuum gratiſſima, quia ortus eſt aſſumptio de corpore, ex quo orta eſt veritas, & iuſtitia, quæ de cælo proſpexit, in qua omnes iuſtificamur, & exultant Sancti in cælo.* Planè quia in Maria cernebatur, & primum ſolum cognationis, & originis Saluatoris noſtri in terris, ideò eius apparitio in cæleſtibus omnes cæli Principes & gaudio, & celebritate impleuit. Hinc Pſal. 9. *Pſallite Domino, qui habitat in Sion.* Cùm & gaudia, & celebritatem Deo fieri poſtulat, eum Sion habitatorem meminit. Et quid habitatio Sion habet, cum pſalmis, & iubilis, & celebritatibus diuinis? Creditur, Sion habitatio fuiſſe Mariæ, in qua Saluatoris origo, & cognatio terrena viſebatur! & quæ præſentia ſua cæleſtem Orbem impleuit gaudiis. Vt dicat Andreas Cretenſ. hom. 1. in Aſſumpt. *Quanam de cauſa Sion feciſti mentionem, ô, qui tantis hymnum ſacra præſentis lætitiæ? Illis naturæ ſeruiens legibus Maria vitæ finem accepit. Illis latuit Diabolum, quomodo in pariendo ea effugit, quæ accidunt matribus illa ſanctiſſima, & à Deo vocata quo gloria, & gratia cælum, & terram impleuit magnitudine diuinæ ſuæ tranſlationis.* In Sion habitans Maria tranſlationem expectabat, ibi occultans Diabolum Chriſti Filij Dei originem ex ſuis viſceribus, quæ vt in tranſlatione ſui corporis in cælum patuit Cæleſtibus; ſic vniuerſos impleuit & gloria, & gratia. Iubilantium in cælis vox erat illa Cant. 2. ad Deiparæ ingreſſum: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Vox, inquam, turturis illius, qui de Sponſo Spiritu Sancto concepit, & peperit Filium Dei: huius vox dum in terra viuentium cœpit audiri, magna ibi annunciauit gaudia. D. Amedeus hom. 7. de laudibus Mariæ ait: *Vox tua, ô turtur caſtiſſima, exaudita eſt. Tempus aſſumptionis aduenit. Igitur tùm Virgo Virginum à Deo, & Filio ſuo, Rege Regum, exultantibus Angelis, collætantibus Archangelis, & cælo laudibus acclamante deduceretur, impleta eſt prophetia Dauid dicentis: Adſtitit Regina à dextris tuis. Tunc iuxta Salomonis vocem ſurrexerunt filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt, & Reginæ pariter laudauerunt illam.* Ecce tibi, vbi ducebatur, & trahebatur à Filio in cælum, cæleſtia omnia gaudiis, & celebritatibus impleta erant.

Chryſoſt.

Hildeph.

Pſalm. 9.

And. Cret.

Amed.

Cant. 2.

§. XXII.

Bonorum cæleſtium medulla nobis obuenit per Mariam.

ECce quod afferat Ioſeph cognationi ſuæ, dum in Ægypti aula aſſiſtit; nimirum, dicit Pharao fratribus Ioſeph: *Dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ.* Circa quæ ait Lippom. (Lippom.) *Patri, & fratribus, & propinquis propter Ioſeph regia munificentia promittit bona.* Vnus Ioſeph exiſtens in aula, tot bona faciebat venire ex Principe in fratres ſuos, vt comederent terræ medullam. Feliciores nos Chriſtiani, quorum ſoror, & Mater Deipara in aula cæleſti aſſiſtit: fallar, niſi per eam cæleſtium bonorum medulla nobis non obtingat. Dicebat (Damaſc.) Damaſcen. orat. 1. in Aſſumpt. apud Metaphraſt. *Ex hac Virgine vitam vita decerpſimus. Ex hac collegimus germen incorruptionis. Hæc nobis bona conciliauit.* Nihil incorruptionis, nihil ſuauitatis, nihil cæleſtis boni nobis obtingit, quod non capiamus de manibus Deiparæ. Dicebat Iſaias (Iſaia 11.) cap. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* & vt hæc virga fuit Maria à terra orta, & in cælos tranſplantata: ſic nos omnes ſuauiſſimis implet fructibus. Vt dicat Amedeus hom. (Amed.) 8. de laudib. Mar. *Feramus animos in ſublime, intuentes diligentiſſimè, quòd virga elegantiſſima orta ex radice Ieſſe, ramorum ſuorum mirabili excenſione ſe ſe vbique terrarum expandit, vt diſperſos filios Adæ ab æſtu, à turbine, à pluuia, vmbra deſiderabili protegeret, fructúque ſaluberrimo aleret eſurientes. Sublimata itaque ſupra omnia ligna Paradiſi, & ſuper altiſſimorum montium præcelſos vertices exultata, ipſos cælos inæſtimabili magnitudine penetrauit. O decus, ô gloria arboris huius, cuius fructu indeficiente, cuius paſtu immortali, cæligenæ, ac terrigenæ ſit iugis epulatio.* Planè dum nobilis virga Maria in cælos tranſplantata eſt, gloriáque cæleſti aucta, nulla inde reſectio, & abundantia non venit ſuis aſſeclis.

§. XXIII.

Non potentiæ, ſed infirmitatis eſt, quòd indigeat adminiculis.

PLauſtra mandantur mitti pro deferendis mulieribus & paruis: dicit enim Pharao: *Præcipe etiam, vt tollant plauſtra de terra Ægypti ad ſubuectionem paruulorum ſuorum, & coniugum.* Pro paruulis, & fœminis portandis mandantur mitti & currus, & plauſtra. Vt hinc videas, quò tendat tota ſæcularium hominum ambitio, in curribus, & ſellis, & ferculis comparandis: non equidem eò tendit, vt potentiam oſtendat; ſed potiùs infirmitatem. Non enim pro virtute, & potentia, ſed pro infirmitate adminicula dantur. De Ieſu meo dicitur Actor. 1. *Videntibus illis eleuatus eſt.* (Actor. 1.) Et mirabar, quod eleuaturus Eliam currus de cælo venerit 4. Reg. 2. (4. Reg. 2.) Ad Ieſum meum eleuandum in cæleſtia, nullus currus, nulla lectica, nullum mittitur vehiculum. Et quando Eliæ mittitur currus, cur non datur Ieſu? An quia Elia minor? Abſit: imò quia Elia valentior, adminiculis non egebat. Ait D. Bernard. de gradib. hum. (Bernard.) *Raptus eſt Paulus, raptus eſt Elias, tranſlatus eſt Enoch. Redemptor noſter legitur eleuatus, hoc eſt, ex ſeipſo leuatus, non alieno adiutus. Denique non currus vehiculo, non Angeli adminiculo, ſed propria virtute.* Dentur currus, vehicula infirmis: qui autem validiſſimus erat, & potentiſſimus, in hoc oſtendebat ſuam valentiam, quòd nullis egeret adminiculis. Et nihilominùs ait Textus Actor. 1. (Actor. 1.) *Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Circa quæ ait D. Bern. vbi ſuprà: *Cur hoc? An feſſum iuuit? An pigrum impulit? An cadentem ſuſtinuit? Abſit: ſed ſuſcepit eum ab oculis carnalibus Diſcipulorum, qui etſi Chriſtum nouerant ſecundum carnem, iam non nouerant.* Itaque nubes ſuſcipiens Ieſum aſcendentem in cælum, non illi adiumento fuit; ſed Diſcipulorum bono ſeruiuit, qui diſcerent non videre carnaliter Magiſtrum. Sed & crediderim, nubem illam aliquo modo ſeruiſſe triumphi pulchritudini. Extollebat Plinius Traianum ſuum in hæc verba: *Per hoc omne ſpatium cùm legiones duceres, ſeu potiùs (tanta velocitas erat,) raperes, non vehiculum vnquam, non equum aſpexiſti. Leuis* (Plin.) *hic, non ſubſidium itineris; ſed decus, & cum cæteris ſubſequebatur; vt cuius nullus tibi vſus, &c* In hoc robuſta virtus Principis, & valentia oſtendebatur, quòd nec vehiculis, nec equis vteretur; qui tamen Principem ſubſequebantur, non pro adiutorio, ſed pro pulchritudine. Sic Imperator meus Ieſus non vehiculis, non curribus, non nubibus vtebatur pro adiutorio; ſubſequebantur tamen aſcendentem nubes pro pulchritudine, & decore triumphi. Valentia enim, & virtus robuſta nunquam non ſuſpecta ſit ex his adminiculis neceſſarius. Marci cap. 2. allatus fuerat ad Ieſum homo paralyticus, qui iacens in lectulo a quatuor hominibus portabatur. (Marc. 2.) Cui Ieſus iubet, vt ſurgat, & grabatum humeris tollat, & eat in domum ſuam. *Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabato abiit.* Circa quæ Sedulius lib. 3. Paſchali, cap. 9. ait: *Nec moratus ille paret iuſſis, aſſurgit ex imbecille validus, ſuis tandem plantis incedere, alacris ſe gaudet caruiſſe veſtigiis.* (Sedul.) Equidem à quatuor deportatus mœrebat vt infirmus, cùm autem portatoribus caret, tunc lætatur: quia in ea oſtendebatur robuſta iam virtus, quæ non egebat alienis adminiculis.

§. XXIV.

Aſpirantes ad cæleſtem habitationem nihil ament de hac valle miſeriarum ſumere.

ILlud notandum, quod ait: *Vt tollant plauſtra de terra Ægypti ad ſubuectionem paruulorum, &c.* Et quidem plauſtra, & vehicula erant in terra Chanaan, in qua tunc temporis habitabant Iacobi familiæ: cur non permittuntur illis in vſum plauſtra Chanaan, ſed de Ægypto iubentur accipere vehicula? Eo affectu in Ægyptum aſcendere inſtruebantur, vt nihil in ſe haberent, quod de Ægypto non veniret. Quo docemur, qui ad cæleſtia properamus, corde que in cæleſtibus viuimus, nihil in nobis à terra ortum permittere; ſed de cæleſtibus omnia perquirere. Euntem ad cæleſtia Ieſum Actor. 1. *Nubes ſuſcepit eum*, & dicunt Angeli aſpicientibus Diſcipulis: *Sic veniet*, hoc eſt, ſic in nubibus cæli veniet iterum ad vos in nouiſſimo die. (Actor. 1.) Et cur aſcendit, & deſcendet ad nos in nubibus? Eo habitu oſtendebat, vt ea qua cæleſtem habitationem habebat, nihil in ſe admittebat, quod videretur de hac miſeriarum valle, ſed de cæleſtibus ſumptum: nubes enim cæli dicuntur. Ait D. Chryſoſtomus ſerm. 1. de Aſcenſ. habito tom. 6. (Chryſoſt.) *In cælos aſcendit, & de cælis iterum venturus eſt. Sed, quo pacto venturus? Non alia quidem aſſumpta perſona; ſed in forma carnis, & habitu humano; non tamen humilia agens, vt antea; non in mari deambulans, neque ſuper pullum aſinæ ſedens; ſed equo nube vectus.* Nobilis cæli incola, vt aſcendat, vt deſcendat, non à terrenis petit aſellum, quo vtatur; ſed nubes trahit a cælo, in quibus oſtenditur. Sic, qui ad cæleſtia contendimus, nihil in nobis habeamus, quod non ſit cæleſte. Huc trahe dicta in præſenti, cap. 6. §. 29.

§. XXV.

Translationem Matris in cælum nulli alteri credidit eius Filius; ſed ipſe peregit.

PRofectionem parabant fratres, vt patrem ad Ægyptum adducerent. *Quibus dedit Ioſeph plauſtra ſecundum Pharaonis imperium, &c.* Dedit itaque Ioſeph fratribus & dona, & cibaria in itinere, & plauſtra, vt patrem ipſi aſſerrent, quibus totam rem adductionis commiſit, manens interea ipſe in Ægypto. Amantior multò extitit Dominus Ieſus erga Matrem ſuam, cuius in cæleſtia tranſlationem, & deductionem nulli alteri commiſit; ſed ipſe peregit per ſeipſum. Poſt Ieſum in cælos aſcendentem Actor. 1. adſtiterunt duo Angeli, qui dixerunt Diſcipulis: (Actor. 1.) *Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, &c.* Et mirabar, quòd Angeli totum hunc ſermonem ad viros dirigerent, vt eos conſolarentur in Ieſu abſcentia. Et cur non præcipuè ad Matrem Ieſu, ibi etiam ſtantem, locuti ſunt? Apoſtolis alloquuntur Angeli, & Matri allocutus eſt nullus? Abſit: non illi alloquuntur Angeli: quia recenter allocutus fuerat Filius promittens ei, non per Angelos; ſed per ſeipſum eius à terra in cælum tranſlationem curaturum. De iam iam aſcendente Ieſu locutus D. Chryſoſtomus ſerm. 6. de Aſcenſione, habito tom. 6. ait: *Conuerſus ad Matrem*

Dominum dixit: Non te relinquam, Mater mea Virgo, quin & quando emigratura es de corpore, non Angelum, neque Archangelum miſſurus ſum, ſed ego ipſe veniam, tuámque animam Sole ſplendidiorem excipiam. Nulli Angelorum credidit Ieſus tantum munus, vt Matrem ad cæleſtia traduceret, ipſe Rex venit, & accepit eam in manibus ſuis puriſſimis. Sic enim dicebat D. Damaſceo. orat. in Aſſumpt. Mariæ apud Metaph. *Aduenit enim Rex, vt mihi quidem videtur, ad ſuam Parentem, diuinísque, & ab interitu alienis manibus, in ſepit eius puram, & nulla culpa affinem animam. Et ea quidem dixit: In manus tuas, Fili, commendo ſpiritum meum. Tu me ad te transfer, vt vbi tu es fructus meorum viſcerum, ego quoque tecum degam.* Sic ipſe Filius per ſe ipſum transferebat in cæleſtia Matrem ſuam. Rem habes non abſimilem in tranſlatione Arcæ teſtamẽti ad Sancta Sanctorum, de qua dicit Text. 3. Reg. 8. *Et tulerunt Arcam Sacerdotes, & portauerunt Arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vaſa Sanctuarij, quæ erant in tabernaculo, & ferebant ea Sacerdotes, & Leuitæ. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Iſrael, quæ conuenerat ad eum, gradiebatur ante Arcam.* Non Proceribus, neque Sacerdotibus commiſſa fuit illa Arcæ tranſlatio, ſed ipſe Rex adfuit, qui tranſlationem & ordinabat, & præſentia ſua honorabat. Quid aliud putas factum in tranſlatione Matris? Ait Damaſcen. vbi ſuprà: *Suſtinuerunt Sacerdotes Arcam, & tabernaculum teſtimonij ipſi & Leuitæ, & Rex, & vniuerſus populus ante Arcam ſacrificabant boues, qui & intulerunt Arcam in locum eius. Sic tunc propter vocatum Arca intelligentis, non teſtamenti Domini ſedes ſine hypoſtaſis Dei Verbi. Ipſe nouus Salomon, qui eſt Princeps pacis, & vniuerſi optimus architectus, &c.* Adfuit tranſlationi Arcæ Rex Salomon per ſe ipſum: ſic & tranſlationi Matris Ieſus adfuit Rex Regum, & Dominus dominantium.

Geneſ. 45. Dimiſit ergo fratres ſuos, & proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via. Qui aſcendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem ſuum Iacob. Et nunciauerunt ei, dicentes: Ioſeph filius tuus viuit: & ipſe dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito, Iacob quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis. Illi è contra referebant omnem ordinem rei. Cúmque vidiſſet plauſtra, *&c.*

§. XXVI.

Non petendum ab aliis, quod tu non facis.

NOn ſemel dimiſerat Ioſeph fratres ſuos, vt redirent in patriam; & tamen nunquam illos monuit de cauenda ira, vt in præſenti monet dicens: *Ne iraſcamini in via:* Cùm primo anno venerunt pro tritico, & illos coràm adduxit, tanquàm exploratores, audiuit Ruben illis obiicientem crimina, & nihilominùs dato tritico eos dimittit, & non monet, vt caueant iram. Cur ergo cùm anteà tacuerit, modò maluit illos de ira cauenda monere? In primo & ipſe iratum, & ſeuerum ſe erga illos oſtendebat, exploratores vocans, & in vincula eos mittens, & vno eorum retento in vinculis cæteros dimittebat minatus multa, niſi cum fratre redirent. Modò omnem iræ ſpeciem abiecerat à ſe, ſéque benignum fratrem, & amicum oſtenderat. Ideò non tunc cùm ipſe iram præferebat; ſed modò cùm omnem iræ radicem à ſe ablatam oſtendebat, petit ab eis, vt ab omni recedant ira. Nunquam enim ab aliis petendum eſt, vt faciant, quod non facit ipſe, qui petit. Matth. 5. dicebat Dominus: *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, &c.* Idem Deus erat veteris, & noui Teſtamenti: idem Deus erat, qui antiquis legem dederat, & qui intulit Euangelium. Cur ergo cùm idem Deus eſſet, antiquis nullum verbum fecit de benefaciendo externis, & inimicis, de quo modò nobis præcipit? Antiquitùs Deus ſi ſe vni populo ſuo addixerat, vt in eum ſolum videretur conferre ſua beneficia, penè nihil permittens ſe ad exteros, & alienigenas. Modò omnibus ſe exhibet populis, Iudæo, & Græco, inquilino, & alienigenæ. Et ideò dum ipſe tantùm ſuis ſingulariter attendebat, noluit aliquis mandare de alienis; quod nunc fecit, quando tam fouet alienos, quàm ſuos. Ait Tertul. lib. 4. in Marc. *Creator ſecundùm naturæ ordinem, primùm in proximos docuit benignitatem, emiſſurus eam poſteà in extraneos; & ſecundùm rationem diſpoſitionis ſuæ primò in Iudæos, poſteà in omne hominum genus. Ideóque quandiu intra Iſraelem erat ſacramentum, meritò in ſolos fratres miſericordiam mandabat.* O præclarum mundi gubernatorem! Non in aliis requirit, quod non facit ipſe. Tunc ſolùm rem ab aliis fieri iubet, cùm ipſe eam facit. Ierem. 31. *Creauit Dominus nouum ſuper terram: Fœmina circundabit virum.* Id, quod referunt Patres ad incarnationem, & natiuitatem Chriſti ex Virgine. Quæ natiuitas adeò noua fuit, vt nuſquam talis viſa fuerit in rerum natura. Et cur Deus tam noua, & inaudita natiuitate voluit exire in mundum? Dicturus erat Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto.* quibus nouas hominum natiuitates introducebat in mundum; & ideò etiam nouè debuit naſci ipſe. Aiebat Tertullianus lib. de carne Chriſti, inquiens: *Nouè naſci debebat noua natiuitatis dedicator. Hæc eſt natiuitas noua, dum homo naſcitur in Deo.* Tunc ſolùm ab hominibus nouas ex aqua, & Spiritu Sancto natiuitates petit, cùm & ipſe nouè à Virgine natus fuerit.

Tertul.

Ierem. 31.

Ioan. 3.

Tertull.

§. XXVII.

Vbi bona temporalia ſunt, ibi rixæ, & diſcordia.

DIxit Ioſeph fratribus ſuis: *Ne iraſcamini in via.* Et vnde cauet iras fratrum, & rixas? Dederat eis dona multa: ſic enim immediatè antè: *Singulis quoque iuſſit proferre ſingulas ſtolas. Benjamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis, tantundem pecuniæ, & veſtium mittens patri ſuo, &c.* Vbi ſingulos tot bonis ditauit, ſtatim cœpit timere illorum rixas, & præcauere, ne iræ proſilirent. Nuſquam enim ſunt temporalia bona, quæ non patiantur rixas. Gen. 13. poſt ingentem bonorum cumolum ait Abraham Loto conſobrino ſuo: *Recede à me, obſecro: ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo, &c.* Et cur hoc? Ait ipſe: *Ne, quæſo, ſit iurgium inter me, & te; & inter paſtores meos, & paſtores tuos.* Vt pleni erant bonis temporalibus, ſic credebantur non poſſe ſimul procedere ſine iurgiorum, irarúmque occaſionibus. Ibi ait D. Chryſoſt. hom. 33. in Gen. *Aucta ſunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt diuitiæ multæ, & ſtatim diſſcinditur concordia. Antè erat pax, & charitatis vinculum, nunc rixæ & contentio.* Cum bonis aucta venerunt & rixarum, & irarum occaſiones. Heu quot rixas, quot malorum turbellas excitat in nobis, quodcunque habeamus temporale bonum? Ioſeph accepit ex patre Gen. 37. tunicam polymitam præ cæteris fratribus, quam ipſi poſteà tulerunt, vt tinctam ſanguine patri offerrent, & eius mortem repræſentarent. Tandem ductus in Ægyptum, & amatus à domina, reliquit pallium in manu eius: illa verò *retentum pallium marito oſtendit*, vt adulterij reum accuſaret Ioſephum Gen. 39. Circa quæ pulchrè exclamat D. Nicæn. orat. de fugien. fornicat. *O nuditas ſanctior indumentis! Rurſum Ioſeph per veſtem appetitur calumnia. Fratres prius accepta eius veſte, per illam improbè calumniabantur fuiſſe eum à fera deuoratum. Nunc autem ipſa tunica eius accepta accuſat tanquàm fornicatorem. Ioſepho conuenit vox Domini: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt mendatium.* Vbi de mundialibus bonis vel vnam veſtem habeas; iam habes, vnde aduersùs te exurgant mendacia, & rixæ, & turbationes. Vt qui amat pacem, & tranquillitatem, nihil primùm curet, quàm à ſe abiicere affectum ad temporalia bona. Abrahamo dabatur ſepulcrum gratiâ filiis Heth: ipſe autem noluit ſepulcrum accipere, niſi data pecunia: ait enim Geneſ. 23. *Dabo pecuniam pro agro: ſuſcipe eam, & ſic ſepeliam mortuum meum.* Et cur noluit accipere ſepulcrum, niſi data pecunia? In ſepulcro quærebat locum quietis, quæ minimè haberi poteſt, niſi à te pecuniam,

Geneſ. 13.

Chryſoſt.

Geneſ. 39.

Nicæn.

Geneſ. 23.

Hieron. & bona temporalia alienes. Vt dicat Hieron. ad Gerun tij filias: *Locum ſibi requiſiturus pater Abraham, & fide ſua, & pecuniarum contemptu comparauit.* Dum non contemnuntur temporalia, nequit pax, & quies comparari.

§. XXVIII.

Non æſtimatur progreſſus eius, qui ſuos in ærumnis relinquit.

NVnc audio dictum de Ioſephi fratribus: *Qui aſcendentes ex Ægypto venerunt in terram Chanaan.* Modò dicuntur aſcendiſſe de Ægypto ad patrem. ſuprà autem cap. 42. cùm ſimiliter in patriam ex Ægypto irent, non dicuntur aſcendiſſe: ſed ait Textus: *Et illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt.* Et quando tunc ſimpliciter dicuntur abiſſe, cur modò dicuntur aſcendiſſe de Ægypto? Vt in aſcenſione aliqualis oſtenderetur progreſſus, & felicitatis augmentum, in ... cauit id in illa profectione oſtendere, quando eorum frater Simeon in vinculis remanebat. Nunc autem quando omnia læta, omnia felicia ſunt, fraterque eorum Ioſeph in principatu Ægypti manebat, ſapienter dicuntur aſcendiſſe de Ægypto: tunc enim cenſetur verus progreſſus, cùm omnes tui felicitatem participant, nullúſque in ærumna permanet. Pulchrè ad hæc Origen. homil. 15. in Gen. ait: Orig. *Neque enim dignè dicerentur aſcendere, quorum frater vinctus teneretur in Ægypto, cum ... & ... ſollicitis, velut quidam ... ad ſtella. Cùm autem recepto fratre ... Ioſeph ... & Benjamin in oculis ... cum lætitia ... dicitur, quia aſcenderunt de Ægypto.* Tunc equidem credens non paruos in felicitate facere progreſſus, cùm & tibi bonum acquiris, & nullus tuorum ærumnis premitur. De Pſal.48. Ieſu Domino aſcendente in cælos ait Pſal. 48. *Aſcendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.* Et cur tantum iubilum erat aſcendenti Domino? An, quia miſeriarum vallem ipſe reliquerat, & ibat in ſuam gloriam? Imò crediderim etiam iubilum aſcendentis eſſe, quia nullum ſuorum reliquerat, cuius ſaluti, & felicitati non eſſet efficaciſſimè prouiſum. Quò ſpectans D. Chryſoſtomus ſer. de Aſcen. 3. *Aſcendit, ait, Deus in iubilo, qui ſæculorum factor eſt, qui formator Adæ fuit, qui amicum Dei Enoch in regionem vitæ tranſtulit, qui Noe inter* Chryſoſt. *... vniuerſales ſeruauit imbres, qui Abraham ex terra Chaldæorum euocauit, qui patientiam Iob ..., qui Moyſem belli ducem conſtituit, qui Dauidem in Regem elegit, qui peregrinum curruum Eliam recepit, qui Prophetis præcognitionem inſpirauit, qui Apoſtolis donum curationum largitus eſt, & ad ipſos clamauit: Confidite, quia ego vici mundum. Hic eſt Dominus, qui aſſumptus eſt in cælum.* Quippe ex hoc in iubilo aſcendebat, quòd omnia mala deuicta ſuis reliquerat, nulliúſque non prouiderat ſaluti. Hinc dicebat Moyſi Exod. 33. Exod.33. *Stabis ſupra petram. Cùmque tranſibit gloria mea, &c.* Quæ legit D. Aug. August. *Stabis ſupra petram, ſtatim vt tranſeat mea maieſtas.* Quaſi in maieſtate ſua non eſſet tranſiturus ad Patrem, niſi ſuos firmiter in petra fundatos reliquerit. Ait D. Aug. lib. 2. de Trinit. cap. 17. *Reuerà enim vt tranſiit maieſtas Domini in clarificatione Domini, qua reſurgens aſcendit ad Patrem, ſolidati ſumus ſuper petram. Et ipſe Petrus ſolidatus eſt, vt cum fiducia prædicaret, quem priuſquàm eſſet ſolidatus, ter timore negauerat.* Vt in maieſtate aſcendebat Dominus ad Patrem, nos cognati eius ſolidabamur ſuper petram. Nullum enim ſuorum reliquit in aſcenſione ſua, cui non prouiſa fuerit ſoliditas finalis, & æternum bonum.

§. XXIX.

Mundialia omnia tam pro vita, quàm pro morte ſolent eſſe.

ACcedentes ad patrem Ioſephi fratres *Nunciauerunt ei dicentes. Ioſeph filius tuus viuit.* Qui ipſi ſuprà c. 38. Geneſ.38. *Tulerunt tunicam eius, & in ſanguine hædi tinxerunt, mittentes, qui ferrent ad patrem.* vt Ioſephi mortem perſuaderent, modò eius annunciant vitam. Huiuſmodi enim eſt rerum omnium mundialium conditio, quæ tam pro morte ſunt, quàm pro vita. Vidit Ioſeph ſomnium Gen. 37. quod retulit fratribus, ... ait Textus: *Hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum inuidiæ, & odij fomitem miniſtrauit.* Geneſ.37. Et huius ſomnij occaſione in ſecutra pericula, & mala proſiliêre, quibus miſere Ioſeph vapulauit. Quid tunc? Geneſ. 41. *Vidit Pharao ſomnium.* & ... ſomnium attendas, in cauſa fuit, quod Ioſeph exaltaretur, & intuitus Ægypti acciperet clauum. Gen.41. Ecce ... & ſomnium Ioſephum ærumnis multis dedit, & ſomnium eidem ingentem attulit claritatem. Vt dicat D. Chryſoſt. homil. de Ioſeph, habita tom. 6. *Vide, quæſo, myſterium: propter ſomnium venditus eſt Ioſeph, propter ſomnium eſt libertate donatus.* Chryſoſt. Quod myſterium inuenitur in omnibus rebus mundialibus, quæ & proſunt, & obſunt, in mortem impellunt, & etiam ad vitam trahunt. Dicebat Dominus Luc. 8. de deploratis Luc.8. hominibus: *Hi ſunt, qui à ſollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus euntes ſuffocantur.* Vbi diuitiæ ponuntur inter ea, quæ perdunt homines. At Prouerb. 13. dicit: *Re-* Prouerb.13. *demptio viri, diuitiæ eius.* & Eccleſiaſtici cap. 7. Eccle.7. *Sicut protegit ſapientia, ſic protegit & pecunia.* A Spiritu diuino dicitur homo protegi ... à ... meo dicitur ſuffocari .... Nonne hæc contraria ſunt? Abſit: ſed in illis apparet mundialium bonorum conditio, quorum eſt ſeruire & morti, & vitæ, perditioni, & ſaluti, iuxta vſum, ſeu abuſum hominum circa illa.

§. XXX.

Quod virtutis eſt, non creditur viuere, nec eſſe, niſi à ſolis viris iuſtis.

MOdò iſti fratres non dubitant nunciare: *Ioſeph filius tuus viuit.* qui dixerant cap. præcedenti de eodem, quod *mortuus eſt.* Modò indubitanter affirmant, quòd viuit. Nec miror: ante enim adhuc credebantur eſſe in priſtino peccato, pro quo affligebantur: & ideò virtutem Ioſephi mortuam eſſe cenſebant. Modò per afflictiones expurgati, & liberi facti à peccato, iam eum credunt & viuere, & eſſe. Quidquid enim ad virtutem pertinet, à ſolis viris iuſtis viuere, & eſſe creditur. Hinc cap. 50. Gen. locutus Textus de ſepultura Iacob, ait, iuxta lectionem Septuag. Geneſ.50. Septuag. *Et ſunt ſepelierunt ſepultores Ægypti Iſrael.* Cùm ſepeliunt ab Ægyptiis pater Ioſeph, non dicitur Iacob, ſed Iſrael. Et cur tunc notanter dicitur Iſrael? Iſrael nomen eſt virtutis, & maximè ad Deum pertinens: quod autem virtutis eſt, inter ea, quæ mortua ſunt, & non habent eſſe reputantur ab impiis. Circa quæ ait Origen. hom. 15. in Geneſ. Orig. *Sanè, quod dicitur, quia ſepelierunt ſepultores Ægypti, non Iacob, ſed Iſrael, grandis videtur quæſtio. Sed ego arbitror, quod illorum in hoc vitium exponat, quibus pro eo, quod expers eſt omnis intellectus bonorum, & omnis perſpicacia intelligentiæ cæleſtis, Iſrael ab eis ſepeliri dicatur, quia apud impios ſancti mortui ſunt, & ſepulti.* Nullus bonus, nullus ſanctus eſt, qui ab impiis credatur viuere: ſed quiſquis à parte virtutis eſt, creditur mortuus, imo & ipſa naturæ veritate carere. Dictum quondam fuerat Nabuchodonoſor, quòd tres pueri Hebræi minimè ſtatuam eius colerent, quibus vocatis ait Rex Dan. 3. Dan.3. *Verène, Sidrach, Miſach, & Abdenago, Deos meos non colitis?* Circa quæ pulchrè notat D. Chryſoſt. hom. de tribus pueris, habita Chryſoſt. tom. 6. *Arbitrabatur ſimulationem quandam, & laruam eſſe pietatem; ac ſciſcitatur, verène regiis mandatis reſiſtere audeant, qui pietatem profitentur.* Expende illa: *Arbitrabatur ſimulationem quandam, & laruam eſſe pietatem.* quippe impius Rex de veritate virtutis puerorum interrogat, perſuaſus, virtutem, & pietatem non eſſe pietatem; ſed laruam quandam, & vmbram. Sic impij cenſent virtutes, & pietates non inter veras naturas eſſe; ſed inter vmbras, & laruas.

§. XXXI.

Semel fallenti linguæ non facilè credendum.

AIt Textus: *Quo audito Iacob quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat.* &c. Et cur non credebat tot teſtibus? Forſan è totidem ore audierat Ioſephi mortem, inde factum eſt, ne facilè credat dicentibus de eiuſdem vita.

vita. Ait ibi D. Chryſoſt. *Incredibile eſt viſum eſt, quod de Ioſeph annunciabatur, & meritò. Qui enim tunc attulerant veſtem ſanguine hœdi inquinatam, & patri perſuaſerant, quid à beſtiis eſſet deuoratus, nunc dicunt, quòd viuat, & dominetur in Ægypto.* Meritò, qui ſemel dixerant Ioſephum mortuum, non creduntur, cùm viuere affirmant. Non enim facilè credendum eſt linguæ ſemel fallenti. Quo trahenda ſunt dicta tom. 2. in Euangel. lib. 7. cap. 1. § 8.

Chryſoſt.

§. XXXII.

Res amata in ſe conuertere ſolent amatores ſuos.

TAndem vbi Iacob, & filiorum verbis, & plauſtrorum aſpectu perſuaſus eſt: *Reuixit ſpiritus eius, & ait: Sufficit mihi, ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit.* Legit D. Chryſoſt. *Reexcitatus eſt ſenex.* Quid fuit illud reexcitari, & reuixiſſe ſpiritu? Vt amantiſſimus filius agnitus eſt in iuuenili ætate, & gloriarum flore conſiſtere: ſic qui amabat eum pater, tranſit in vigorem iuuenilem. Ait D. Chryſoſt. ibi: *Vbi autem cognouit, quòd viueret, & quòd dominaretur in terra Ægypto, & vidit plauſtra, reaccenſus eſt, & iuuenis ex ſene factus... Nam, inquit, iuuenis ille erexit mentem, & fugauit ſenectutis infirmitatem.* Sic amatus traxit parentem in ſuam iuuentutem. Et quando res amatæ non in ſe transferant amatores ſuos? Michæas cap. 2. aiebat: *Et erit, ſuper quem ſtillatur populus iſte. Congregatione congregabitur Iacob.* Quæ ſic Græce ſonant: *Et erit ibi de ſtilla populi huius. Congregatus congregabitur Iacob.* Origenes autem legit: *Et erit ex gutta populi huius congregatus Iacob.* Itaque populi congregari, & trahi dicuntur per guttam, ſiue ſtillam, hoc eſt, per paruum factum Dei Filium. Et cur in tanto rerum effectu, in quo populi vniuerſi trahuntur, congregantur, dicitur Filius Dei gutta, ſeu ſtilla? Iuxta Iſaiæ vocem cap. 4. *Ecce omnes gentes quaſi ſtilla ſitulæ.* Sunt equidem omnes gentes quaſi ſtilla, vel quaſi gutta: ne miremur, quòd qui eas ex amore trahebat, & congregabat, & gutta fiat, & in earum tranſeat paruitatem. Ait Orig. homil. 2. in Cant. ex quatuor. Vide autem, ſi forte Filium Dei in carne guttam dictum, & quaſi breue aliquid, & exiguum. Sicut in libello duodecim Prophetarum gutta futura dicitur, quæ congreget populum: *Eſt ergo & in Prophetis ſcriptum. Et erit ex gutta populi huius congregatus Iacob. Decebat enim eum, qui veniebat congregare non ſolum Iacob, ſed & omnes gentes, quæ, ſicut Propheta dicit, reputata ſunt tanquàm gutta ſitulæ, exinanientem ſe Diuinitatis formà, effici ipſum vt guttam, & ſic venire ad congregandam guttam gentium.* Vt amore gentium tenebatur, quæ omnes ſtillæ guttæ ſunt: ſic Deus omnipotens gutta fit, paruulus naſcitur; in earum paruitatem transformatus.

Chryſoſt.

Mich. 2.

Orig.

Iſaia 4.

Orig.

§. XXXIII.

Magnum quid in vno Chriſto Ieſu.

TAndem ait Textus: *Reuixit ſpiritus eius, & ait: Sufficit mihi, ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit.* Chryſoſtomus ibi legit: *Magna mihi ſunt, ſi adhuc viuit Ioſeph.* Origenes autem ponit: *Et reaccendit ſpiritum ſuum Iacob, & dixit Iſrael: Magnum mihi eſt, ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit.* Et cur bonus ſenex magnum ſibi putabat eſſe in Ioſephi vita? Expende, quis eſt, qui dixit: *Magnum mihi.* & rationem eius videbis: ait enim: *Dixit Iſrael: Magnum mihi, &c.* Vt erat Iſrael, nimirum, Deum videns, non miror, quòd magnum quid inueniret, quod in vno Ieſu Filio Dei inuenitur. Ad hæc Origen. homil. 15. in Geneſ. ait: *Ille, qui dicit: Magnum mihi eſt, ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit, quaſi intelligens, & videns, magnam eſſe vitam, quæ eſt in Ioſeph ſpiritali iſto non Iacob, ſed Iſrael ſcribitur, tanquàm qui mente videat veram vitam, quæ eſt verus Deus Chriſtus.* Non aliter diceret quis: Magnum mihi eſt de viſo Chriſto. Ille ſolus, qui veram vitam, nimirum, Ieſum meum videt, & noſcit, aliquid ſibi magnum videre poterat. Cùm Moyſes oues paſceret in deſerto Exod. 3. *Apparuit illi Angelus Domini in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.* Cur magnam putat viſionem illam? Origen. homil. 4. in Pſal. 36. ait: *Moyſes tunc videbat viſum magnum: & Angelus dicitur, qui videbatur in rubo in igne: & magnam eam viſionem appellat. Intelligebat enim quis erat ille Angelo.* Non equidem crederetur magna illa viſio, ſi ſimplex Angelus in ea appareret. At, quia Moyſes in Angelo Filium Dei Chriſtum ſpectabat, ideò illam vocat magnam. Hinc Angelus Luc. 1. dicebat de Ieſu: *Hic erit magnus.* Quod latiſſimè expendens D. Cyril. Alex. lib. 12. in Leuit. ait: *Audi, qui ſunt, qui magni appellantur. De Ezechia dicitur: Qui proficiebat valdè, quouſque factus eſt magnus valdè. Moyſes dictus eſt magnus, & Ioannes Baptiſta magnus dictus eſt: nunc autem Ieſus magnus dicitur, & poſt hunc eum nullus appellatus eſt magnus. Priuſquàm enim adeſſet, qui magnus eſt, ad comparationem reliquorum hominum magni appellati ſunt Sancti, quorum ſuperius fecimus mentionem. Vbi verò aduenit ipſe, qui non ex comparatione cæterorum; ſed ſua magnitudine verè magnus erat, vltrà eum magnus nullus appellatus eſt.* Sic ibi.

Chryſoſt.
Orig.

Exod. 3.

Orig.

Luca 1.

Cyril. Alex.

CAPVT XII.

Ioſeph patrem excipit.

TEXTVS HISTORIA.

PROPERABAT Iacob ad filium ſuum in Ægyptum: cùm verò iam Ægypto vicinus eſſet, ne importunè vel in aulam ſe daret, vel in regnum iniuſſus irruiſſe videretur, præmiſit Iudam, qui nunciaret Ioſeph, patrem adeſſe, vt ſibi mutuò ſub ingreſſum Ægypti, in terra Geſſen occurrerent. Quo nuncio audito, Ioſeph ad patrem venit, quem cùm primùm vidit, irruit ſuper collum eius, & voce vtriuſque intercepta, tam viſcerum commotione, quàm luminum flumine, dum loqui non permittuntur, ipſo ſilentio patrem, & filium lacrymæ fatebantur. Tantum eſt, vt in charitate natura, quo præualet antè ſe probet affectu, quam labio. A complexu ad colloquia venitur, à colloquiis ad conuiuium, cúmque redeundum eſſet ad Pharaonem, eique nuncium de aduentu patris afferendum, fratres præmonet, vt coram Rege dicturi ſint, ſe ouium paſtores eſſe, atque habitationem in terra Geſſe impetrarent: quia Ægyptij maximè à ſe paſtores alienant. Digreſſus igitur à patre Ioſeph, aſſumptis quinque fratribus properauit ad Regem. Non aſſumpſit autem eos, qui & ſpecioſiores, & validiores erant; ſed extremos, hoc eſt, contemptibiliores, vt ex ipſo oris geſtu crederentur inepti ad aliud, quàm ad pecora paſcenda. Hi coram Rege poſiti, & officium teſtantur, & Geſſen habitationem eorum contendunt, vt quæ vberrima ſit ad paſtum ouium, quarum ingentem copiam ipſi habebant. Annuit benigniſſimè Rex: inſuper iubet, vt ſi qui eorum induſtrij eſſent, regiis gregibus paſcendis præficerentur. Intereà acceſſit Iacob, cuius venerandæ canities non fuit parua apud Regem reuerentiæ. Interrogatus autem de natiuitatis ſuæ tempore, annos numerat centum & triginta, quos & ærumnoſos, & paucos aſſerit; nunquam enim homini ſeni non apparent anni breues, & pauci; etſi mille ærumnis veniant pleni.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

DIVINORVM promiſſorum certitudo! Ecce Iacob pater, & filii eius vniuerſi, & tota familia cum paruulis, & mulieribus ad Ioſeph veniunt, quem opem Ægypti adorant & parum panis perſuadet, quod ſigna cæleſtia non perſuaſerunt.

Geneſ. 47.

Geneſ. 47. Iuncto Ioſeph curru ſuo aſcendit obuiam patri ſuo ad eundem locum: vidénſque eum, irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixítque pater ad Ioſeph: Iam lætus moriar: quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnem domum patris ſui: Aſcendam, & nunciabo Pharaoni, *&c.*

§. I.

Mariæ ad Filium aſcendenti tota cæleſtis occurrit Curia.

VNus Ioſeph obuiam iuit parenti, dicente Textu: *Iuncto Ioſeph curru ſuo aſcendit obuiam patri ſuo.* Ex quo non poſſum non ſtupere longè glorioſiorem acceſſum Mariæ ad Filium. Tantæ enim Matri ad Filium properanti tota cæleſtis Curia occurrit. Quò ſpectans D. Amedeus homil. 7. de tranſitu agens Mariæ dicit: *In tranſitu eius glorioſo illuſtratus mons Sion, vbi prouecta dierum acceſſit, in ſenectute bona. Ibi orientis magis, quàm morientis, & abeuntis, pluſquàm abituræ occurrunt caſtra Dei, & veniunt obuiam ei exercitus militiæ cæleſtis.*
Amed. Crediderim nullum remanſiſſe in cæleſti Curia, qui Deiparæ accedenti non occurreret. Apoc. 21. dicit: *Ego Ioannes vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, nouam, deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.*
Apoc. 21. Et mirabar, quòd tota illa cæleſtis ciuitas in tanto decore, & ornatu à cælo deſcenderet. Ad quid enim neceſſum eſſet, vt à cælo tota ciuitas veniret? An vt exciperet ſecum Deiparam? Ait D. Hildephonſ. ſerm. de Aſſump. *Vidi Ieruſalem deſcendentem de cælo à Deo ornatam, & lapidibus pretioſis intextam. Quæ profectò hodie decorata ideò deſcendit, vt Reginam mundi, Beatam, ſcilicet, Mariam, ſecum eueheret ad ſublimia, & collocaret in throno regni.*
Hildeph. Non ſolùm Filius Mariæ; ſed tota cæleſtis Ciuitas effunditur, vt Mariæ accedenti occurrat. Nec ſolùm occurrit, ſed & cum magno lætitiæ, & feſtiuitatis apparatu occurrit. Quippe Apocal. 14. ait: *Ecce agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui vocem de cælo, tanquàm vocem aquarum multarum, & tanquàm vocem tonitrui magni, & vocem, quam audiui, ſicut citharædorum citharizantium in citharis ſuis.*
Apoc. 14. Et quò ſpectat lætantium hic conuentus? Ad agnum diuinum conueniunt Cælites omnes, vt in iubilo, & exultatione Deiparæ aſcendenti occurrant. Ait D. Hildephonſus vbi ſuprà: *Quid, putas, hodie ante Beatam Virginem, quando illa in cæleſtem Ieruſalem ingreditur, quantus exercitus Sanctorum*
Hildeph. *præcucurrit cum hymnis, & canticis? Nec dubium, quin illa centum quadragintaquatuor millia, qui in conſpectu throni ſunt, tenentes citharas ſuas citiùs cum omni fragore cale canticum nouum, quod nemo poteſt dicere, niſi ipſi, qui hodie feſtini venerunt obuiam cum citharis ſuis, ac læti in ſuo Beatam choro exceperunt Virginem.* Et omnium cæleſtium ciuium concurſu, & nouis canticis Mariæ, à Filio in cæleſtibus manſionibus excipitur.

§. II.

Vt rarum, ſic maximè glorioſum, quòd à Filio in parentes veniat gloriæ plenitudo. Vbi de Ieſu Matre.

VEnit Ioſeph in occurſum patris, & *Videns eum irruit ſuper collum eius.* Id frequentius, quod ait Lucas c. 15. de adoleſcente famelico ad patrem eunte, nimirum: *Vidit*
Luc. 15. *illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens ei cecidit ſuper collum eius*, &c. Vtrobique venienti occurritur, & in venientis collum incurritur; ſed in Geneſi filius id præſtat patri famèſcenti; in Euangelio pater id præſtat famelico filio. Et quidem quòd pater occurrat, & ſuccurrat famèſcenti filio, vſitatiſſimum, & frequentiſſimum eſt; at, quòd filius patri ſuccurrat famelico, & omnia illi impertiatur ſua, vt & glorioſè, & abundanter viuat, id rarum eſt, & penè vnquam in hac valle miſeriarum viſum. Quaſi quid nouum, & miraculoſum ſpectans Dauid dicebat Pſal. 113. *Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti, & tu, Iordanis, quia conuerſus es retrorſum?* Pſal. 113.
Accidit enim quadam die, quod Iordanis relinqueret conſuetos curſus, & quaſi reflectens fluctus ſuos, illos omnes in primum fontem reducebat, vnde exiuerant. Quod miraculum ſtupens Dauid, rationem eius inquirit, vnde factum ſit tam nouum, tam nunquam viſum prodigium, quòd flumen reducat fluctus ſuos in primam ſui originem? Et pro rationis demonſtratione illam ſubdit: *A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Iacob.* Quippe ab vnius Iacobi Deo, & in vna Iacobi familia id inuenitur, quòd fluenta primum ſuum fontem impleant; nimirum, quòd filij ad parentes omnem ſuam gloriam, & felicitatem deducant. Quod nos hodie in vno Iacobi filio Ioſepho ponderamus; & Damaſcenus in vna eiuſdem Iacobi filia ponderat Maria: ait enim orat. 2. de Aſſumpt. *Oportebat denique, Dei Matrem, ea, quæ Filij erant, poſſidere, atque ab omnibus rebus conditis,* Damaſc.
vt Dei Matrem, & ancillam adorari. Quanquam enim ſemper ita comparatum eſt, vt hæreditas à parentibus ad filios deuoluatur; nunc tamen vt eruditi cuiuſdam verbis vtar ſurſum ſacrorum fluminum fontes fluunt. Etenim Filius Matri res omnes conditas in ſeruitutem addaxit. Hæc eſt communis rerum vſus, vt fluenta à fonte veniant, non in fontem influant, vt à parentibus in filios hæreditas deuoluatur. At in Iacobi familia id apparet nouum, & inuſitatum, quòd ſurſum ſacrorum fluminum fontes fluunt, & filij implent gloria, & diuitiis patres. Sic Ioſeph impleuit in Ægypto patrem, ſic Ieſus in cæleſtibus ditauit Matrem.

§. III.

Sola cæleſtia bona minimè lacrymarum ſuſpecta.

IOſeph potitus patrem, inter eius amplexus lacrymatur: dicit enim Text. *Irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit.* Inter concupitos patris amplexus fit locus fletibus. Non ſic Luc. 15. vbi Pater cæleſtis filium redeuntem excipit: ait enim: *Cecidit ſupra collum eius*, ſed
non dicitur fleſſe. Et quando inter amplexus patris flet Ioſeph, cur inter amplexus filij redeuntis non flet Pater cæleſtis? An, quia vel amore, vel gaudio minor? Abſit: ſed Ioſephi gaudium vt erat temporale, ſic locum reliquit fletibus: ſemper enim bona temporalia lacrymarum ſunt ſuſpecta. Gaudium autem cæleſtis Patris in filij aduentu, gaudium erat ſpirituale, & cæleſte, quod omnem lacrymam abſtergit. Hinc Filius Dei vocans ad ſe Matrem ſuam dicebat Cant. 2. *Surge, propera, amica* Cant. 2.
mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam hyems tranſit, imber abiit. Circa quæ D. Amedeus hom. 7. de laud. Mar.
Surge ergo, amica mea, columba mea, immaculata mea, & veni. Amed.
Iam enim hyems tranſiit abſentia mea, imber lacrymarum tuarum abiit, & receſſit, oriente Sole flores angelici apparuerunt. Vbi Filius Dei Matrem in tabernaculis ſuis recipit, iam ibi lacrymarum imber recedit. Nullum relinquunt locum lacrymis cæleſtia gaudia. Apocal. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus* Apoc. 21.
eius erunt, & ipſe Deus cum eis, erit eorum Deus. Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltrà non erit, neque luctus, &c. Dixerat in principio abſtergendas eſſe omnes lacrymas in cæleſtibus, cur modò addit, non erit luctus? Nonne & lacrymæ, & luctus ad idem pertinent? Minimè: luctus enim à malis huius temporis gignitur, ideò ablatis malis, & luctus recedit: at lacrymæ etiam à bonis, & gaudiis temporalibus parturiuntur, ideò omni ſublato malo, & præſenti multo bono poſſint lacrymæ manere; ſed hoc in bonis temporalibus: at in cæleſtibus nullus luctus erit, quia non erit malum; nullæque lacrymæ, quia cæleſtia gaudia nullum permittunt lacrymis locum manere. D. Ambroſ. ibi: *Cùm ſuperiùs dicat, quòd abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, quid ne-* Ambroſ.
ceſſe fuit in hoc loco luctum ponere? Sed inter effuſionem lacrymarum, & luctum aliqua diſtantia eſt. Nam triſtitia ſæpè lacrymas educit, ſæpè gaudium, ſæpè lætitia. Luctus verò ſemper ex magno mœrore naſcitur, &c. Non ſolùm luctus ex malis ortus, ſed & lacrymæ ex gaudiis, & lætitiis natæ tolluntur

luntur à cæleſti ciuitate, cuius gaudia ſola nequeunt comparari cum vllis lacrymis.

§. IV.

Mariam vt impleat Filij gloria.

RVit Ioſeph in collum patris. Inter tam glorioſi filij amplexus dicebat pater: *Iam lætus moriar quia vidi faciem tuam.* Quaſi in ſolo conſpectu filij totum gaudiorum cumulum haberet pater: & tota filij gloria vita transfuſa fuerit in patrem. Non aliter Deipara in conſpectu Filij regnantis in cælo indelebilem cumulum gaudiorum inuenit. Monebat Pſal. 45. *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.* quæ verba tractans Guarricus Abb. ſerm. de Aſſumpt. 4. ait: *Gaudebat Maria vacare, & videre, quoniam Ieſus eſt Deus. Viſio prorſus ineffabilis gaudij, ſummaque delectationis omnibus, qui diligunt Ieſum, ſed præ omnibus illi, quæ genuit Ieſum. Cui, ſicut ſingulariter accepta gratia Deum generandi, ſic prærogatiua glorianði in eo, quem genuit.* Hoc eſt ingens Mariæ gaudium in cælis, nimirum, vacare, & videre, quòd Ieſus Filius ſuus eſt Deus, & omnium Dominus. Sic tota Filij gloria quaſi transfuſa in Matrem videtur. Dicebat Paulus 2. ad Cor. 9. *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Seminauit Maria benedictionem, quando Ieſum peperit, in quo omnes benedicentur. Et quis explicet, qualem habeat in Ieſu meſſem? Ait Guarricus Abbas vbi ſuprà. *Prorſus de benedictionibus ſuis hodie Maria metit, quia refuſa eſt ſpiritualiter in eam omnimoda benedictio illa, quam de ſe profudit. Date ei, inquit Spiritus Sanctus, de fructu ventris ſui, & ſaturetur illo, quem genuit. O Mater miſericordiæ, ſaturare gloria Filij tui, & dimitte reliquias tuas paruulis tuis. Tu iam ad menſam, nos ſub menſa catelli.* Sic ibi.

Pſal. 45.

Guarric.

2. Cor. 9.

Guarric.

§. V.

Præſtantiſſimus, & vtiliſſimus ordo eſt, vbi ſapientior, & iuſtior dominatur.

ID Ioſeph dicturus aduolat ad Pharaonem: *Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me: & ſunt viri paſtores ouium, curámque habent alendorum gregum.* Non equidem Ioſeph commendat paternam familiam apud Regem de ſubiectione gentium magnarum, ſed de ſubiectione ouium, de gubernatione pecorum. Et crede mihi, ille eſt præſtantiſſimus familiæ ordo ad commendationem, in qua pecorum mores ſubiecti ſunt ſapientioribus. Ait ibi D. Auguſt. quæſt. 153. *Commendatur in Patriarchis, quod pecorum nutritores erant à pueritia ſua, & à parentibus ſuis. Et meritò: nam hæc eſt ſine vlla dubitatione iuſta ſeruitus, cùm pecora hominibus ſeruiunt, & homo pecoribus dominatur.* Illud erat maximæ commendationis in familia Iacob, quòd ibi pecora ſeruiebant, homines ſuperabant. In eo enim ſplendet tota præſtantia ſeruiendi, & imperandi, quòd ſapientiæ propinquiores in puppi ſint; & in ſentina, qui magis aſſimilantur pecoribus. Dicebat Dominus Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris,* &c. Dedit homini principatum, ſed in animalia bruta: vt inde oſtenderet præſtantiſſimum naturæ ordinem in dominatione, quòd, nimirum, rationabiles præſint, pecuini in ſeruitute ſint. Ait D. Auguſt. vbi ſuprà: *Sic dictum eſt: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & habeat poteſtatem piſcium maris, &c. Vbi inſinuatur, rationem debere dominari irrationabili vitæ. Hæc igitur in dominationibus, & ſeruitutibus clara iuſtitia eſt, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione.* Id ſemper requirendum eſt ad ſubiectorum bonum, quòd alium teneant & ſapientiores, & iuſtiores. Dicebat Moyſes Gen. 9. *Maledictus puer Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Circa quæ ait Orig. hom. 3. in Ioſue: *Admiranda eſt benignitas, & prouidentia Dei, qui volens peccatori Chanaan præſtare remedium, & conferre ei ſalutem, ſeruum eum fore fratribus ſuis, ſicut Eſau factus eſt, vt ſeruiret fratri ſuo Iacob, non vtique vt periret, ſed vt ſalutem melioribus obediendo conquireret.* Quippe ſalus notiſſima eſt omnium, vbi melior præeſt, & imperfectior ſubeſt.

Auguſt.

Geneſ. 1.

Auguſt.

Geneſ. 9.

Orig.

§. VI.

Non aulica otia, ſed ruris negotia faciunt viros commodos Reipublicæ.

LOngè ab aula voluit Ioſeph manere familiam paternam, nimirum, in terra Geſſen, vt ibi paſtoritiis vigiliis operam darent: dicit enim fratribus: *Cùm vocauerit vos Pharao, & dixerit: Quod eſt opus veſtrum? reſpondebitis: Viri paſtores ſumus, ſerui tui ab infantia noſtra vſque in præſens, nos & patres noſtri. Hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in terra Geſſen.* Et cur adeò ab aula, & Curia vult illos diſtare, & arte paſtoritia occupari? Rationem pulchre indigitat Lippoman. ibi fatus: *Sollicitus Ioſeph de pace ſuorum, vt non otioſi eſſent; ſed tali exercitio inſtarent, quo facilè poſſent multi viuere, prouidet illis terram aptam nutriendis pecoribus.* Quærebat ſapientiſſimus Princeps artem populi ſui multiplicandi, in magnitudine animorum, & ſtrenuitate; & ideò prouidit, ne viderent, neque odorarentur otia aulica; ſed ruris negotiis inſtarent, quibus, crede mihi, viri, & multi, & ſtrenuiſſimi generantur. De pace glorioſiſſima Chriſtianorum locutus Iſaias cap. 2. ait: *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.* Non equidem conflabunt gladios in luxus, & otioſa aularum vaſa; ſed in inſtrumenta ruralia, quæ ſemper & multos, & ſtrenuos viros pariunt. Heu quoties à ſedentariis, & otioſis Palatinis nata ſunt excidia Monarchiarum, & de ruralibus curiis educti ſunt Saluatores ciuitatum! Nónne Samgar de aratro venit ad victoriam, & defenſionem populi Iſraelis? Id habet Iudic. cap. 3. Sed accipe illud de Cincinnato defenſore Imperij Romani. Paul. Oroſ. lib. 2. c. 12. ait: *Actúmque infeliciter foret, vt Quinctius Cincinnatus, præcipuus ille Dictator, artam obſidionem oppreſſo hoſte ſoluiſſet, qui repertus eius, ab aratro acceſſitus ad faſces, ſumpto honore, inſtructóque exercitu mox victor effectus iugum boum eques impoſuit, victoriámque quaſi ſtiuam tenens, ſubiugatos hoſtes præ ſe primus egit.* Da mihi huic ſimilem, quem pepererint otia diuitiaque aulæ. Multi in aula Saulis erant inoutriti: ſed, qui auderet congredi cum Goliath, de rure quæſitus eſt. Dicit enim Deus Pſal. 77. *De poſt fœtantes accepit eum.* Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 16. *Quibus feras fletuebat Dauid, in Goliathum impetiit.* Non quibus in aula ornabatur: ſed quibus vigilabat in agro pro grege cuſtodiendo auſus eſt hoſtem impetere.

Lippom.

Iſaiæ 2.

Iudic. 3.

Oroſ.

Pſal. 77.

Baſil. Sel.

Geneſ. 47. Ingreſſus ergo Ioſeph nunciauit Pharaoni dicens: Pater meus, & fratres, oues eorum, & armenta, & cuncta, quæ poſſident, venerunt de terra Chanaan: & ecce conſiſtunt in terra Geſſen. Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros ſtatuit coram Rege. Quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Reſponderunt: Paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos, & patres noſtri, *&c.*

§. VII.

Vna Maria cæleſtibus plena deliciis in cælum venit.

HOc ad magnam gloriam conducit Ioſephi, quòd non pauperculum patrem traxit ad Ægypti regnum; ſed diuitem, diuitiíſque plenum. Textus enim ait: *Ioſeph nunciauit Pharaoni dicens: Pater meus, & fratres, & oues eorum, & cuncta, quæ poſſident, venerunt,* &c. Meritò in aduentu ſuorum Ioſeph illorum diuitias, vt notat Lippomanus, recitat. Vnius enim tanti Miniſtri erat, non vacuos, & famelicos fratres, aut propinquos ad Regem adducere, ſed & qui ante Regiam, tam pleni & diuites, & honore erant. Qui ante aulæ ingreſſum abundabant diuitiis regiis. Quam gloriam vt Ioſeph in ſuis parentibus amauit, eandem ſingulariſſime Ieſus voluit eſſe in lautiſſima ſua Parente, quæ vel ante aulæ cæleſtis ingreſſum, iam abundabat

dabat cæleſtibus diuitiis,& deliciis,Quo ſpectans Cant.8. Cant.8. dicebat : *Quæ eſt iſta , quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum ?* Rara,& inuſitata erat hæc Matris Dei in cælum aſcenſio,& quæ admirationem faciat volueris. Et in quo rara,& inuſitata ? In eo,quod ait : *Deliciis affluens.* Quippe quiſquis in cælum tendit, non tam tendit cum deliciis,quam cum lacrymis, teſte Pſal.125. Pſal.125. *Euntes ibant , & flebant.* In cælo gaudia ſunt, in via lacrymæ,& fletus: Ieſus autem ſic ſuam Parentem deduxit ad cælum,vt etiam in terris affluiſſet diuitiis , & deliciis cæleſtibus. Quidquid enim Beati habent in cælis,videntes Deum. habuit Maria in terris videns Deum, quem concipiebat.Rem pulchre ponderat Guillel. Abbas apud Delrium : Goillel. *Multi electione gratiæ aſcendunt de deſerto humani generis:ſed nullus eorum aſcendit deliciis affluens. aſcendunt ad delicias,non autem in deliciis. Euntes autem eunt cum fletu, & quidem cum aliquantula delectatione , id eſt,quadam modica cæleſtis gaudii prægustatione aſcendunt,non tamen aſcendentes deliciis affluentes ; ſed,poſtquam aſcendunt. Quod ergo Dei Genitrix aſcendit de deſerto , commune ei cum multis eſt quod autem in deliciis aſcenderet , ſingulare illi eſt. Tunc ergo deliciis affluere cœpit , cùm Deum ſuauitatis de Spiritu Sancto ſacrum concepit.* Totum illud deliciarum mare,quod implet Beatus in patria,& Mariam in hoc exilio impleuit. Et altitudo illa diuitiarum,quæ Beatis obtingit in cælo,ea viſione Dei,obtigit & Deiparæ in terris,cum ante Filio , ne Mater in cælum iret, niſi iam ex terris plena diuitiis cæleſtibus.

§. VIII.

Ambitio nullo non ſanguine nutriri amat.

DE fratribus elegit Ioſeph extremos quinque , nimirum,& infirmiores,& ignobiliores : ſic enim dicitur : *Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros ſtatuit coram Rege.* Faciunt & hoc potentes Aulici,ne ad Regem ſtrenuos viros familiariter accedere permittant; ſed viliores,& infirmiores, à quibus nihil ſibi timeant. Nulli enim ſanguini parcit ſtrenuorum hominum ambitio,vbi accendi aulicis fauoribus incipit. Nota eſt Stiliconis hiſtoria,qui vbi filiam deſpondit Imperatori , vel totius Orbis ſanguine molitus eſt generum ac imperio deturbare,& illud tradere filio. De quo tandem ait Oroſius lib.7. cap.38. *Itaque vbi Imperatori Honorio hæc tantorum ſcelerum ſcena patefacta eſt,commoto iuſtiſſimo exercitu , occiſus eſt Stilico,qui vt vnum puerum purpuram indueret,totius generis humani ſanguinem dedit.* Oroſ. Equidem fera peſſima eſt ambitio,ſi in viuaci,& ſtrenuo animo accenditur , nutritur. Fallax,ſi vlli ſanguini profundendo parcat , vt proprias tingat purpuras. Dicebat Ezechiel cap.21. Ezech. *Gladius gladius exacutus,& limatus. Vt cædat victimas exacutus eſt , vt ſplendeat,limatus eſt.* Quæ verba expendens Petrus Damian lib.1.epiſt.19. aduerſùs Cadaluum Antipapam ait: Damiao, *Gladius,vt ſplendeat,limatus eſt. Nonne in te videntur iſta congruere,qui,vt diceret, vt ſolus vnlem dignitatis ſplendore , totum regnum laboras in prælium vitiæ occiſionis victimas congregare ?* Hæc eſt nouiſſima ambitionis ars,vt proprium ſplendorem vel totius mundi ruina , & ſanguine amet comparare.

§. IX.

Potentes viri in Regum aulis maximè rapiuntur regiis nutibus , etiam contra Deum.

NOn potentiores,nec cultiores fratres ; ſed viliores ſtatuit coram Rege Ioſeph,dicente Textu : *Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros ſtatuit coram Rege.* Et cur extremos,hoc eſt,viliores,& infirmiores ? Sapienter ſanè : quia potentiores,& cultiores viri magis ſolent periclitari in aulis Regum , vtqui maximè rapiantur eorum nutibus,etiam contra Deum. Poſt crucifixum Dominum ait D. Lucas cap.23. Luc.23. *Ecce vir nomine Ioſeph , qui erat Decurio,vir bonus,& iuſtus:hic non conſenſerat conſilio, & actibus eorum,ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnum Dei : hic acceſſit ad Pilatum,& petiit corpus Ieſu,* Notanter Ioſeph dignitas proponitur à Luca,vbi ille dicitur ad aulam Pilati veniſſe,& ibi pro Ieſu crucifixo ſtetiſſe. Rarum enim eſt,& valdè inſolitum, quod in aula Regum inueniatur vir potens,& diues , qui audeat ſtare pro Deo,& veritate. Ait Theophil.in Cat.Græca D.Lucæ: *Ioſeph tametſi primo lucinerit , nunc tamen laude dignam nunc facit,quamuis conſiliarius eſſet,ac diues , & audet petere corpus hominis crucifixi , quaſi perduellis , ac ſeditioſi.nullumque periculum ſuſpicatur,licet periculum eſſet diuitiarum.ſed & petit, & honorifico ſepelit.* Theophil. Expende illa. Quoniam conſiliarius eſſet, ac diues . id enim rarum fuit,& pene inauditum , quòd & dignitas conſiliarii,& potentia diuitiarum permitterent hominis , à veritate pro Ieſu ſtare. Quippe aulicibus,qui Regum cupedias præponat Deo,& virtuti , valentior eſt in potentioribus,& dignitate conſpicuis,& diſertis viris. Contemptor potentiæ,& diuitiarum ſit, neceſſe eſt,qui Regum cupediis ſe ſe opponat pro virtute. Quo refero illud Eccleſiaſtæ cap. 9. nimirum . *Ciuitas parua,& pauci in ea viri , venit contra eam Rex magnus , & vallauit eam, exſtruxitque munitiones per gyrum,& perfecta eſt obſidio. Inuentuſque eſt in ea vir pauper,& ſapiens,& liberauit vrbem,*&c. Eccleſ.9. Ecce tibi, qui magno Regi ſe apponere pro ciuitate tuenda , vir vs ſapiens pauper in ciuitate eſt. Viget enim apud ſapientes potentes , & diuites pulcherrimus,quo ſeſe Regum cupediis ſubmittunt,pauper ſit, & opum contemptor , qui Regibus pro virtute obſiſtat. Miratus Nabuchodonoſor Dan.3. tres pueros Hebræos ardentiſſimæ fornacis victores dicebat : *Benedictus Deus eorum,* Sidrach,videlicet,Miſach,& Abdenago , *qui miſit Angelum ſuum,& eruit ſeruos ſuos qui crediderunt in eum , & verbum Regis immutauerunt.* Dan.3. Duo mirabatur in iis pueris, & quòd à fornace non fuiſſent conſumpti,& quòd à verbo Regis non fuerint rapti ; ſed potiùs aliò deflexerint. Et vnde ij potuerunt obſiſtere verbis Regis? E multis adoleſcentibus,qui ſelecti fuerant Dan. 1. vt regiis deliciis implerentur,& de cibis regiis comederent,hi ſoli tres inuenti ſunt,qui delicias illas Regis contemnerent, & inde & ſoli inuenti,qui reſiſterent Regi , & triumpharent de Rege. Dan.1. Circa quæ prudenter ait D.Ephrem orat. de tribus pueris : *Neque quòd tantoperè eſcam leguminum appeterent, hanc ſibi delegerunt diætam,ſed,quòd pro veritate certamen ſubierunt. Tu igitur diſcerne mihi gloriam eorum qui cibo regio,ac pretioſo vino fruiti ſunt,& pro veritate laborare noluerunt,ab his,qui delicias vitæ huius à ſe propulſarunt,& labores pro veritate ſubierunt.* Ephrem, Contempſerunt illi regias delicias,& pauperem cibum amarunt,vt poſſent ſtare pro veritate contra Regem. Et vide aulicorum horum differentiam Qui deliciis regiis pleni erant, veritatem regio iuſſui poſtpoſuère : ſed, qui paupere cibo gaudebant,verbum Regis immutauerunt,& pro veritate ſteterunt. Heu ſapientia potens & diues,quam neſcis reſiſtere Regum cupediis .O contemptricem opum ſapientiam , quam ſcis ſtare pro veritate vel aduerſùs Reges !

§. X.

Diuinum , & regium eſt , ſibi habere bonum,quod aliis conferat.

HOc maximè regium,imò & diuinum inuenio in Pharaone,quòd dum pecoribus Hebræorum prouidet, ſimul & prouidet ſuis. Petierant fratres Ioſeph ex Rege terram Geſſen pro indigentia pecorum ſuorum,tunc Rex ait: *In optimo loco fac eos habitare,& trade eis terram Geſſen. Quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios,conſtitue illos magiſtros pecorum meorum.* Quod petebant illi pro ſuis pecoribus ſuſtentandis , concesſit Rex,& ſimul iurat , quòd pecora propria habeant eos paſtores , ſub quibus poſſint etiam viuere , & augeri. Da illis terram,inquit,ſuis pecoribus bonam,ſed & de pecoribus meis paſtores induſtrios.Planè quòd aliis bona tribuas , nihil tibi retineas , nec tua curans,ſeruile eſt : diuinum,& regium,quòd tibi habeas, quod bonum aliis tribuis. Notum eſt miraculum Eliſei defuncti 4.Reg.13.in cuius ſepulcrum cùm tumultuariè immiſſum eſſet cadauer hominis , *cùm tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo.* 4.Reg.13. Itaque mortuus Eliſeus alteri dedit vitam, quam in ſe minimè habebat. Matth. autem cap.27. poſt mortuum Ieſum ait : *Multa corpora Sanctorum , quæ dormierant,ſurrexerunt.* Matth.27. Quæ verba referunt Chryſoſt. & Orig. ad diem reſurrectionis Chriſti,vt notat Salmer. tract.47. Chryſoſt. Orig. Salmer.

in

in præſenti.Dedit igitur Ieſus vitam defunctis,ſed quam & habuit ſibi. In quo maximum ponit diſcrimen inter Eliſeum ſeruum,& Ieſum Deum,& Regem. D.Cyril.Ieroſ.catech.14.inquiens : *Si meditamur,quòd Eliſeum, (cum eſſet mortuus)attigit mortuus,& reſurrexit : Chriſtus autem à mortuis non excitatus eſt ? Sed illi quidem Eliſeum mortuus*
Cyril.Ier. *attigit,& reſurrexit ; ipſe tamen excitans,manſit nihilominùs mortuus. Hic autem mortuus noſter Ieſus,& ipſe reſurrexit,& multi neque attingentes eum mortui ſurrexerunt. Non maledicimus Prophetas,ſed magis Dominum illorum laudamus.* Dabat ſeruus vitam,quam non ſibi habebat : Ieſus autem meus,vt verus Deus,& Dominus ſibi habebat,quam aliis vitam dabat. Nequit enim Dei, Dominique eſſe,quòd ſibi non habeat,quod aliis tribuit. Quo ſpectat illa Dei vox apud Iſaiam ; *Nunquid ego,qui alios parere facio,ipſe non pariam ? Dicit Dominus. Si ego,qui generationem aliis tribuo,ſterilis ero ? Dicit Dominus Deus tuus.* Planè qui ſibi non habet, quod dat, & ſeruus eſt,& in aliorum virtute operatur. At qui verus Dominus , verúſque Rex eſt , nihil aliis præſtat , quod in ſe eſſe oſtendere non ſatagit.

Geneſ.47. Poſt hæc introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem , & ſtatuit eum coram eo. Qui benedicens illi , & interrogatus ab eo : Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ ? reſpondit : Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parui,& mali ; & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum , quibus peregrinati ſunt. Et benedicto Rege egreſſus eſt foras. Ioſeph verò patri , & fratribus ſuis dedit, *&c.*

§. XI.

Longè à perfectione hominis abeſt Princeps,qui ſeceſſum amat , nec per ſe ſatagit agnoſcere ſubditos,

DIcebat ſuprà Textus : *Ioſeph nunciauit Pharaoni dicens. Pater meus,& fratres,oues eorum , & armenta venerunt*, &c. Nunc autem dicit : *Introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem, & ſtatuit eum coram eo* Non ait : Introduxit patrem ad Pharaonem ; ſed ad Regem : & quando antea dicitur nunciaſſe Pharaoni patris aduentum, cur conſequenter non dicitur introduxiſſe patrem ad Pharaonem , ſed relicto nomine hominis tranſit ad nomen Regis,quod dignitatis agnomen eſt ? Cùm dicitur introduxiſſe patrem,ſimul oſtendebatur ſeceſſus Principis,in quo delitescebat,& quò nulli accedere licebat,niſi qui per Ioſeph fuiſſet introductus. Talis autem Princeps,qui ſic à conſpectu ſubditorum ſe arcet, nec vllum videt,nec noſcit , niſi quem introducere velit Miniſter, is,ne nomen quidem hominis habet,ſed longè à natura humana deſciſcit. Hinc in Euangelio dicebat Dominus Matth. 22. *Simile factum eſt regnum cælorum homini Regi,*
Matth.22. *qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias ::: Intrauit autem Rex,vt videret diſcumbentes,& vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali*,&c. Expende illa:*Simile factum eſt regnum cælorum homini Regi.* non Regi ſolùm,ſed Regi homini ; quaſi & Reges poſſint inueniri, qui homines non ſint. Et ſcire cupis,in quo monſtretur hic euangelicus Princeps,non ſolùm Rex eſſe,ſed Rex homo ? Planè in eo,quòd ipſe ex ſe mittit vocare,quos vult; ipſe per ſe exit,& ad diſcumbentes accedit,& introſpicit ſingulorum habitus,& mores,& reiicit indignos,retinet,quos ipſe dignos videt. Hoc totum maximè perfectionem hominis indigitat : qui autem in ſeceſſu delitescit,nec vocat,nec noſcit,nec videt illum,niſi quem miniſter velit introducere,is homo non eſt,nec nomen habet humanæ naturæ.Ad hæc dicebat D.Syneſ.lib.de Regno,locutus ad Principes : *Seuerior illa grauitas,id ipſum,*
Syneſ. *quod metuitis : ne ſi vos ſæpius ſpectandos præbeatis , minimum ſitis hominibus veſtris familiares , vos domo penitùs clauſos, & à vobis ipſis quaſi obſeſſos detinet , vt pauciſſimis videatis . & audientes,à quibus rerum agendarum prudentia colligitur,corporiſque duntaxat voluptatibus indulgentes , at marini Pulmonis vitam haud diſſimilem agatis. Quandiu ergo humanam conditionem aſpernamini,ne hominis quidem perfectionem attingitis.* Sic ibi:& meritò:quomodo enim homo,qui aſſuetos hominibus diſcendi calles nunquam terit?

§. XII.

Deipara exempta ab originali culpa.

POſt introductos quinque fratres ad Regem , poſt verba,quibus fratres illi bis,& ter Regis ſeruos ſe profeſſi ſunt,introduxit Ioſeph & patrem:ait enim Textus : *Poſt hæc introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem*,&c. Et cur non ſimul introduxit patrem cum fratribus ? Vt illi ſe Pharaonis ſeruos profeſſuri erant , ſ eparauit Ioſeph ab illis patrem , cauens , ne & pater videretur dictus aliquando ſeruus Regis Ægypti ? Et credam,id non ſimiliter cautum à Ieſu meo,ne Mater eius dici poſſit fuiſſe aliquando in ſeruitute Principis tenebrarum ? Cauerit id Ioſeph in patre ſuo : nam Ieſus ſanctiſſimè id cauit in ſua matre, in qua nulla vnquam apparuit vmbra ſeruitutis illius originalis peccati. Quò ſpectans dicebat D.Athanaſ ſer.3.contra Arrian. *Quando autem voluit Pater eum pro omnibus* Athanaſ.
in redemptionem offerre , ac omnibus donare,tunc , ſcilicet , Verbum,vt Aaron,veſtem talarem , ita carnem è terra aſſumpſit, Mariámque vice rudis , illaborata que terra Matrem ſui corporis habuit. Expende illa : *Vice rudis , illaborata que terra*, &c. quippe terra, cùm ad ſemina excipienda præparatur , vt fructus producat,ſub iugis boum premitur,voluitúrque: vt idem ſit,terram illaboratam eſſe , & nullum ſuper ſe iugum ſuſtinuiſſe. Accepta ergo fuit Maria ad diuinum fructum edendum,quaſi terra illaborata,hoc eſt , nullum iugum experta malignæ ſeruitutis. Nec vllus in ea,quaſi in limpidiſſima,& intacta petra ſerpentis antiqui apparuit ſulcus. Cauit enim Filius , ne in Matre ſua appareret illius ſeruitutis vel vmbra,quæ prouenit à Maligno. Dicebat quendam Dominus mulieri Geneſ. 3. *Multiplican-* Geneſ.3.
bo ærumnas tuas,& conceptus tuos : in dolore paries filios . & ſub viri poteſtate eris,& ipſe dominabitur tui. Ecce tibi,vt mulieres ventris ſui edant fructus , iubentur eſſe ſub virorum poteſtate , & dominio,ſubiectæ illorum ſeruituti. Quæ lex omnes mulieres tenuit , vna excepta Deipara, Ait enim D.Auguſt. ſerm.4 in Aſſumpt. *Ærumnam Ma-*
ria ſuſtinuit , cuius animam gladius Paſſionis Chriſti pertranſiit , ſed conceptus non multiplicauit,nec ſub viri,hoc eſt,mariti poteſtate degit quæ intègerrimis viſceribus de Spiritu Sancto Chriſtum ſuſcepit Non immeritò ergo excipitur a quibuſdam generalibus,vera aſtimatione , quam tanta ſeruat gratia, & inſolitæ dignitatis prærogatiua. Generalis erat lex , quæ ſubiiciebat fœminas actuali dominio , & poteſtati viri in concipiendis filiis : cauit autem Ieſus,ne huius carnalis ſeruitutis ſulcus eſſet in Matre,& non magis caueret , ne in ea eſſet ſtigma ſeruitutis malignæ,ſpiritualis nequitiæ? Credant id, qui volent : ego autem æſtimans charitatem Ieſu in Matrem ſuperiorem fuiſſe Ioſephi charitate in patrem, credo, nullam ſeruitutis malignæ maculam permiſſam fuiſſe in Maria.

§. XIII.

Adulatio nocina,

DE ſanctiſſimo ſene Iacob coram Rege ſtante locutus Textus ait:*Qui benedicens Regi*,&c.Quam benedictionem putant Oleaſter , & Abul. fuiſſe quandam communem bonorum precationem : ait enim Abul ibi : *Bene-*
dictio iſta fuit bonorum imprecatio. Et credendum eſt , quod Abul.
fuerit imprecatio ſecundum formam communem,ſcilicet,vt Deus conſeruaret eum , & coronam eius in æternum , & adiungeret vitam eius,vinceréque omnes hoſtes eius ſcabello pedum eius,vt nomen eius per omnia Orbis climata reſonaret. Et meritò creditur bonus ſenex in ſalutando Rege communes imprecationum formas non exceſſiſſe, nihil illi inſolitæ gloriæ , nihil mendax attribuiſſe,quod adulationem oleret ; nunquam enim adulatio non nociua eſt dominis.
loqa

Ioan. 19. clamabant Iudæi: *Non habemus Regem, niſi Cæſarem.* & Cæſar non erat peculiaris Rex Iudæorum: nihilominus illi ſuum peculiarem Regem mendaciter appellabant, vt adularentur, & ſic perderentur. Dicebat D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 44. *Iudæi publicè clamabant frendentes aduerſum Chriſtum: Nos non habemus Regem, niſi Cæſarem. Neque enim hoc verum, niſi illo vniuerſali dominatione Romanorum: quippe etiam Cæſar Rex erat, non propriè Iudæorum; ſed, vt Chriſtum negarent, & huic adularentur; ideò ſe ſuis voce damnauerunt.* Adulatio enim rarò non venit in damnationem, perditionemque ducentis.

Ioan. 19.

Auguſt.

§. XIV.

Magnis mentibus temporalia omnia parua ſunt.

DE annis vitæ ſuæ interrogatus Iacob ait: *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parui, & mali.* Centum triginta annos vocat paruos, nec miror: magnæ enim menti temporalia omnia parua ſunt. Vt dicat Rupert. lib. 1. in Apocal., *Eis igitur, qui dormiunt, & præ obeſitate habent ſenſum coangustatum, tempora longa videntur. Nam his, qui vigilant, quorum prudentes animas fides nutriuit, ſpes promouet, charitas dilatauit, & magnas fecit, breue exiſtimatur omne tempus præſentis ſæculi pro conſideratione æternitatis.* Et quid tam longum eſt in tempore, quod non breuiſſimum appareat menti magnæ? Angelo, ſiue Epiſcopo Philadelphiæ dicit Dominus Apocal. 3. *Ecce venio citò: tene, quod habes.* Citò dicit futurum eſſe aduentum Dei, de quo locutus ille alius Luc. cap. 12. ait: *Moram facit Dominus meus venire.* & hac perſuaſione cœpit *percutere ancillas, comedere, & inebriari.* Itaque ibi dicebat Dominus: *Citò venio.* hic autem dicit: *Moram facit.* Idémque Dei aduentus alteri citus, alteri moroſus videtur. Citus eſt bonæ, & magnæ menti: moroſus, & longus apparet puſillo, & ebrio ſeruo. Ait Rupert. lib. 1. in Apocal. *Familiare eſt, more Prophetarum, & omnium Sanctorum Vigilum, qui aduentum illum vigilanter prævideruat, dicere: Ecce veniet, velociter apparebit, citò apparebit vobis. At verò ſeruus malus putat in tempora longa fieri illud, dicenſque in corde ſuo: Moram facit Dominus meus venire. incipit percutere ancillas, comedere, & inebriari.* Totum tempus hoc, quod vſque ad Chriſti aduentum extenditur, quia temporale eſt, magnis viris, ſanctis, & Prophetis breuiſſimum apparet, & ideò dicunt: Citò veniet. At ſerui puſilli longiſſima putant tempora; & ideò ſemper in corde ſuo clamant: Moram faciet Dominus, vt veniat.

Rupert.

Apoc. 3.

Luc. 12.

Rupert.

§ XV.

Mundi mala gloria Sanctorum ſolent militare.

HOc pro ingenti gloria Ioſeph Textus addit, nimirum: *Alebat eos, omnémque domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis. In toto enim Orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maximè Ægypti, & Chanaan.* Quò ſpectans Nazianzenus orat. 18. ait: *Hac ſignorum, & prodigiorum Deus fecit. hæc illi, qui Ioſephum, fratrum ſcelere, atque iniuria venalem in Ægyptum deduxit, & in fœminis explorauit, & in frumenti largitione nobilitauit.* Ecce tibi ſcelera fratrum, fœminæ turpitudo, Ægypti fames militarunt Ioſephi honori, & gloriæ. Permiſſa enim eſt Ægyptus eſurire, vt ſapiens beneficentia Ioſephi manifeſtaretur, & inde magnificaret eius claritudo, & nobilitas. In non abſimili Ægypti fame, à Traiano depulſa, dicebat ſimile quid Plinius in eius Panegyr. *Igitur inundatione, id eſt, vbertate, regio Ægypti ſtandarit ſic opem Cæſaris inuocauit, vt ſolet amnem ſuum. nec longius illi aduerſorum fuit ſpatium, quàm dum nunciat. Tam velox, Cæſar, potentia tua eſt, támque in omnes pariter intenta bonitas, & attentio, vt triſtius aliquid ſæculo tuo paſſis, ad remedium, ſalutémque ſufficiat, vt ſciat. Omnibus equidem gentibus fertiles annos, gratáſque terras precor: crediderim tamen, per hunc Ægypti ſtatum, tuas fortunam vires experiri, tuámque vigilantiam expectare voluiſſe. Nam, cùm omnia vbique ſecunda mereris, nónne manifeſtum eſt, ſi quid aduerſi cadat, tuis laudibus, tuiſque virtutibus materiam, tamquamque præſtruit? Cum ſecunda felices, aduerſa magnos probent.* Quid pulchrius? Credidit diſertiſſimus homo famem Ægypti militaſſe gloriæ Cæſaris, qui eam excluſit. Militauit ea ampliùs noſtro Ioſepho, qui eius expulſione maximè nobilitatus fuit: ſemper enim mundi aduerſa ſolent militare præclaris viris, vt illos magnos efficiant.

Nazianz.

Plin.

CAPVT XIII.

Ioſeph Ægyptum emit.

Textvs Historia.

QVatvor anni famis abſumpſerant vniuerſas Ægypti pecunias; quas fideliſſimus Ioſeph regiis theſauris incluſerat. Tunc eò peruentum eſt, vt vniuerſa pecora pro pane venderentur; & adhuc ſæuiens fames terrarum, camporúmque poſſeſſiones tradi fecit Regi, vt pro ſuſtentanda vita acciperent Ægyptij frumentum. Annuit commercio Ioſeph, & dum miſeros exſaturat, ſimul & ſpoliat omni dominio rerum. Sed tandem quas acceperat poſſeſſiones, eiſdem dominis reddit, & ſemina addit, ea conditione, vt quinta pars fructuum Regi cederet. A qua conditione ſoli exempti fuêre Sacerdotes, qui ſuſtentabantur de arcariis regiis.

Moralia circa Textvs Literam.

FElicìores ſanè Ægyptiis ſub Ioſeph, Chriſtiani ſub Ieſu: illi & ſubſtantias, & libertatem amiſerunt pro pane; nos in Pane cæleſti & veras ſubſtantias, & libertatem accipimus.

Geneſ. 47. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium Regis. Cùmque defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioſeph, dicens: Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit: Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non habetis. Quæ cùm adduxiſſent, dedit eis alimenta, &c.

§. I.

Dei miniſtri non à pecunia congeſta, ſed à gratia exhibita.

FIdeliſſimus Regis miniſter, Ioſeph, ex frumento diuendito, famis tempore, ingentem pecuniam acquiſiuit Regi. Vt dicat Textus: *E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium Regis.* Decuit forſan hoc miniſtrum Regis, fideliter illi theſaurizare pecunias. Miniſtrum autem Dei longè plùs decuiſſet, abiurare pecunias, & pauperum ventres implere. Ex quo Nazianzenus componit Ioſephum cum Baſilio Magno orat. 20. Vterque populorum ſæuienti fami occurrit: Ioſeph frumentum dabat, & pecunias accipiebat. Quid Baſilius? Ait Nazianz. *Talis erat nimis noſter procurator, & ſecundus Ioſeph: imò etiam aliquid amplius habemus, quod dicamus. Ille enim ex fame quæſtum captat, ac per benignitatem Ægyptum emit, vbertatis tempus ad* Nazianz.

famis tempus diſponens, & adminiſtrans: hic autem gratis benignus erat, nec in hoc tribuendi frumenti auxilio lucrum vllum captabat, ſed vnum ſpectans, vt miſericordiam per miſericordiam ſibi compararet, ac per profuſam annonæ largitionem futura bona conſequeretur. Ecce tibi Ioſeph, & Baſilius; ille Prorex; hic Epiſcopus: ille Pharaonis vicarius; hic Petri ſucceſſor: ille quæſtum Regi captat; hic miſericordiam exhibet: ille ingentes pecunias ex tritico theſaurizat; hic ex tritico theſauros nititur facere in cælo. Regis miniſter ſeruat Regi ſuo in pecuniis; Dei miniſter ſeruat Deo in miſericordiæ operibus. Nunquam enim pecuniæ Petri alumnis non fuerunt nociuæ. Ioan. 19. locutus de Chriſto patiente ait: *Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius.* Per Chriſti caput non nemo Petrum intelligit. Et quid ſpinæ cum Petro? Quid diuitiæ, & pecuniæ cum miniſtris Eccleſiæ. Ait Drogo Oſtienſis lib. de ſacramento Paſſionis Chriſti: *Quod Petrus à Satana intus paſſus eſt, hoc Chriſtus à miniſtris Satanæ foris pertulit.* Plectentes coronam de ſpinis ponunt ſuper caput eius, dum de ſupinis principum ſpinas et diuitias tractantes, caput eius ad iniquam elationem efferunt. Quæ pecuniæ, quæ diuitiæ pauperibus eſurientibus concernantur, ſucceſſoribus Petri, miniſtris altaris, ſpinæ ſunt, quæ miſeros & dolore, & dedecore replebunt.

Ioan. 19.

Drogo.

§. II.

Ille abundat, qui non ad creaturas, ſed ad Deum reſpicit.

DIcit Textus: *Venit cuncta Ægyptus ad Ioſeph dicens: Da nobis panes, quare morimur coram te, deficiente pecunia?* Iam erant Iſraelitæ omnes in terra Geſſen, quorum nullus dicitur ſenſiſſe defectum pecuniæ, nec famem panis. Ægyptij autem omnes in ſumma pecuniarum egeſtate, & in ſumma fame conſtituti dicuntur veniſſe. Et cur in calamitate æquali temporis Ægyptij potiùs in maiori miſeria conſtituuntur? Cauſam indicant illa verba dicentia: *Venit cuncta Ægyptus ad Ioſeph, &c.* Ibant Ægyptij non ad Deum; ſed ad Proregem, & inde metebant penuriam: feliciores Iſraelitæ, qui magis Deum adibant, quàm creaturas. Ait Lippom. ibi: *Ægyptij non inuocantium Deum, ſed Regem. Ridiculo eorum Dei pariter dormiebant, & nihil præſtabant, iam deligendi oraculis. Deo credentibus Iſraelitis nihil deſuit.* Nullius ſentiebant defectum Iſraelitæ, ſed omnibus abundabant, vt qui cum Deo vero negotiabantur. Verùm Ægyptij Deum minimè recordantes, in vno homine Principe habebant fiduciam, quo miſerè peribant. O quam felix cauſa eius, qui non ad creaturas; ſed ad Deum verum ſuſpirat! Iſaias cap. 65. dicebat: *Propter hoc hæc dicit Dominus: Ecce ſerui mei comedent; vos eſurietis: ecce ſerui mei bibent; & vos ſitietis.* Illi equidem abundant, qui ſub Deo vero ſunt: à creaturis enim & macies venit, & defectus. Quòd ſpectans D. Zen. lib. 3. ſer. 38. comparans Iudæos cum Chriſtianis ait: *Illis ducatum Moyſes præbuit: dux noſter Chriſtus eſt. Illis columna nubis, atque ignis viam monſtrabat: nobis Teſtamenti vetera, & noui clariſſima oracula viam, & verum Chriſtum Dominum prodiderunt. Denique illi poſt mare ad eremum peruenerunt: nos poſt Baptiſmum ad Paradiſum peruenimus. Illis irroratum eſt eſurientibus manna; nos autem eſurire non poſſumus, ſempiternam qui caleſtis Panis nobiſcum portamus annonam. Illis ſitientibus petra fluxit in poculum: ad Chriſti fontem qui biberit, in æternum ſitire non nouit. Illis in deſerto ſuauitas lactis, & mellis exhibita eſt: nobis verò, quod plus eſt melle dulcius, ac lacte candidius æterna vitæ beatitudo Dei tribuetur in regno.* Ecce tibi, quot defectus ſub creaturis, quanta abundantia ſub Deo vero, & Chriſto eius. Dicebat Ierem. cap. 17. *Ego autem non ſum turbatus te paſtorem ſequens.* Septuag. legunt: *Non laboraui ſequens poſt te.* Circa quæ ait D. Ambroſ. lib. 7. epiſt. 44. *Quis autem poteſt laborare ſequens Ieſum, cùm ipſe dicat: Venite ad me, omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos? Sequamur ergo Ieſum ſemper, nec deſinamus. Quòd ſi ſemper ſequamur, nunquam deficimus: dat enim vires ſequentibus ſe. Itaque, quò propior virtuti fueris, eò fortior eris.* Imò & ipſe Ierem. cap. 17. referens paſſionem ſuam, vt erat ab hoſtibus impugnatus, ait: *Ecce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt verbum Domini? Veniat. Ego autem non ſum turbatus te paſtorem ſequens.* Ad quæ verba D. Ambroſij vbi ſupra: *Dicebat hoc Propheta, cùm mitteretur in carcerem, cùm demergeretur in voraginem luti: Vbi eſt verbum Domini? Veniat. Sed ille multa magis ſecutus eſt: & ideò ad brauium peruenit, ideò accepit coronam: quia non laborauit, qui ſequebatur Ieſum. Non eſt enim labor in Iacob, nec dolor videbitur in Iſrael.* Sic ibi, & ſapienter: quippe ſub Ieſu vero Deo mala fugiunt, & bona cumulatiſſimè veniunt.

Iſaia 65.

Zeno.

Ierem. 17.

Septuag.

Ambroſ.

Ierem. 17.

Ambroſ.

§. III.

Quod pecuinum hominis eſt, aſſumptum à Deo, cibum affert rationis, & ſalutis.

PEcora petit Ioſeph, vt panem tribuat, dicente Textu: *Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos.* Sic pecora aſſumit, vt hominibus cibos tribuat. Nec aliter, quod hominis pecuinum eſt, à Ieſu abſumptum cibos nobis profert rationis, & ſalutis. De partu Mariæ locutus Luc. cap. 2. dicit: *Peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio.* Præſepium ad pecora pertinet, cur pro cunis accipitur à ſæculorum Rege? Cur amauit Deus ad præſepium venire citiùs, quam ad lectum regium? Præſepium, vt pecuinum erat, aſſumptum à Deo, meritò oſtendebat, quàm inde rationis cibi naſcituri erant. Ait Theodotus homil. de Nat. habita in Concil. Epheſino, Appendice 5. cap. 2. *Non tam in præſepe ponitur Ieſus; ſed in ſalutari menſa conſtituitur: illud namque præſepe mater factum eſt huius menſæ. Propterea enim ille eſt poſitus, vt in eſcam comedatur, & fidelibus fiat ſalutis cibus. Sed præſepe quidem clarum hanc ſalutis menſam deſignauit.* Quid pulchrius? Pecora aſſumpſit Ioſeph, & cibos hominibus præbuit: pecorum præſepe accepit ſibi Ieſus, & parauit rationis, & ſalutis menſam. Vtinam & nos, quod pecuinum eſt, & ad præſepe pertinet, offeramus Deo, mactemus Deo: & fallar, niſi inde rationalium ciborum parturiantur nobis immenſæ ſegetes. Cant. 2. dicebat Sponſa: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.* Græcè leguntur hæc vltima: *Qui paſcit in liliis.* Itaque amator hominum Deus dicitur ſuos aſſeclas ducere, non ad herbidam paſcuam; ſed ad floridam, vt lilia comedant, hoc eſt, ſalutis cibos, & rationis. Et vnde homo ad tantum cibum deueniet? Ex eo folùm, quòd in ſe quidquid pecuinum eſt, mactet Deo; quod fœnum pecorum proprium, pro Deo abijciat. Dixit Nicænus homil. 6. *Natura expertis rationis proprium nutrimentum eſt fœnum. Homo autem cùm ſit capax rationis, verò naſcitur verbo. Quòd ſi brutaſmodi fœno fuerit ſaturatus, ipſe quoque fit fœnum: ſin autem fiat ſpiritus, qui natus eſt de ſpiritu, non ampliùs cibum paſcit de fœno; ſed ſpiritus eius erit alimentum, quod quidem tacitè ſignificat lilij puritas, & ſuauis odor. Erit ergo ipſe quoque lilium purum mutatus, & alteratus in alimenti natura.* Ablatio fœni pecuini nos introducit ad cibum rationis, quo in ſalutem creſcamus, & floreoti cibo fiamus floridi.

Luc. 2.

Theodot.

Cant. 2.

Græc. lect.

Nicæn.

Geneſ. 47. Venerunt quoque anno ſecundo, & dixerunt ei: Non celabimus dominum noſtrum, quòd deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt, quòd abſque corporibus, & terra, nihil habeamus. Cur ergo morimur, te vidente. Et nos, & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutem regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem. Emit igitur, *&c.*

§. IV.

Paupertas multùm detrahit pecuinis affectibus.

ILlud ſapienter dictum, nimirum: *Deficiente pecunia pecora ſimul defecerunt.* Heu quot pecora in nobis paſcit pecuniarum

pecuniarum abundantia: de illa enim venit, quòd inſtar brutorum, ferarùmque viuamus. Deſint pecuniæ, & fallaces illi pecuini mores, & maximè cohibeantur, & deficiant. Iſaiæ cap.48. dicebat Dominus: *Laude mea infrænabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis.* Duo ſe promittit facturum Dominus pro ſaluando populo ſuo. Primum illud. *Infrænabo te, ne intereas* hoc eſt, ait D.Bernard homil. 11.

Iſaia 48.

Bernard. in Cant. *Ne quaſi equus effrænus in præceps eas, frœno te cohibebo.* Et vnde tale frænum extrahet, quo pecuinos populi impetus cohibeat? Iam alterum adiicit dicens: *Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis.* Non te in conflatorium argenti, ſed in conflatorium paupertatis conieci, vt ibi totum, quod pecuinum eſt, in te deficeret. Et ſapientiſſimè ait: *Non quaſi argentum,* &c. meminerat enim Exod. 32. vbi Aaron dicit: *Proieci aurum in ignem, egreſſúſq; eſt hic vitulus.* Quip-

Exod.32. pe de conflatorio auri, argentive, quid niſi pecuina vita, pecuinique mores egrediantur? Propterea Deus, vt populum non pecuinum faceret ad macellum; ſed rationalem ad vitam, ait: *Coxi te, non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis.* Vt enim argentum pecuinos mores format & nutrit, ſic argenti defectus, ſic paupertas, quod pecuinum eſt, abſumit. Hinc Lucæ cap.9. dicebat

Luc 9. Dominus ſuis Diſcipulis: *Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam.* Ad quid tanta, & pecuniarum, & rerum omnium abnegatio? Ait

Chryſoſt. Chryſoſt. ibi apud Cat. Græcam. *Non habere peram in via, eius rei cauſa præcepit. Ex hominibus eos Angelos faciebat, expeditos à qualibet curæ vitæ.* Imperabat pecuniarum contemptum, vt quod animale erat, & pecuinum in homine, abſumeretur, & Angeli fierent: ſic paupertas, & diuitiarum contemptus pecuinos mores facit deficere, & homines in ſpiritualem vitam transferri. De Maria Deipara locutus Lucas cap. 2. ait: *Peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio.* Circa quæ D.Cy-

Luc.2.

Cyril.Alex. ryl.Alex. in Cat.Græc.: *Idcirco in præſepio, tanquam loco pabuli, ponitur, vt vitam brutalem mutantes ad conuenientem homini perduceremus ſcientiam.* Et quid præſepium ad conuenientem hominis ſcientiam cauſandam? Nonne præſepium plùs conducit ad pecora trahenda? Ait Prouerb. 14.

Prou 14. *Vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouum.* Quæ ſic

Hieron. legit D.Hieron in cap. 1 Habacuc: *Vbi plena ſunt præſepia, manifeſta eſt fortitudo boum.* Quando ergo præſepium plùs conducit ad manifeſtandam pecorum fortitudinem, cur in eo ponitur Saluator, vt in homine, quod pecuinum eſt, tollat, & ſapientiam doceat? Nónne ad ſapientiam docendam potior eſſet cathedra Moyſis, quàm præſepium brutorum? Abſit: vt enim in præſepi conſtitutus Saluator, ſummam perſuadebat paupertatem, ſic inde pecuinis abſumptis morbus, ad ſcientiam perducimur conuenientem homini. Cadit equidem, quod pecuinum eſt, vbi paupertas floret.

• §. V.

Seruitus, vt ſoleat fieri vtiliſſima.

EO adduxit fames Ægyptios, vt ſeſe traderent in ſeruitutem: dicunt enim: *Eme nos in ſeruitutem regiam, & præbe ſemina. Emit ergo,* &c. Ecce tibi pro pane ſe Ægyptij vendunt; & dum tunc ſub ſeruitutis iugo fame liberantur, qua premebantur liberi. Nec id ſemel accidit Ægyptiis; ſed & poſtea à Romanis ſubiugati, in ſeruitutéque eorum conſtituti, Imperatoris Traiani prouidentia, à magna etiam fame liberati ſunt. Vt meritò dicat Plinius in Traia-

Plin. ni Paneg. *Meminerat, Cæſar, viderat ac, ſi deſiderat Ægyptum, ceſſantémque Nilum non ſenſiſſet vrbis annona, quæ tuis opibus, tua cura vſque illuc adduxit, vt ſimul probaretur, & nos Ægypto carere poſſe, & nobis Ægyptum carere non poſſe. Actum erat de fœcundiſſima gente, ſi libera fuiſſet. Pudebat ſterilitatis inſolita, nec minùs erubeſcebat fame, quàm torquebatur, cùm pariter à te neceſſitatibus eius, pudoríque ſubuentum eſt.* Expende illa: *Actum erat de fœcundiſſima gente, ſi libera fuiſſet.* Quippe tota illa cantatiſſima Ægypti fœcunditas, & fertilitas non potuiſſet Ægyptum conſeruare, nec à famis rabie liberare, dum illa maneret in libertate ſua. Quod malum penitùs effugit, tradens ſe ſeruituti. Vt videas, quam ſoleat ipſa ſeruitus eſſe vtilis. Cùm Ioſeph eſſet in throno regni, & vellet ſe manifeſtare fratribus ſuis, ait Geneſ.45.

Gen.45. *Ego ſum Ioſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum.* Cùm ſe in throno oſtendit, cur ſeruitutis meminit, niſi vt oſtendat, quam vtile illi fuerat ſeruiſſe? Ait Theodor.

Theodor. ſerm. de Prouident. *Quem vendidiſtis, ait, in Ægyptum. Nec mea vobis diſplicat ſeruitus, quæ Dei eſt adminiſtratio. Per ſeruitutem totius Ægypti imperium conſecutus ſum. Per hanc ſecundum locum à Rege teneo, & mihi tanto gentes habenæ commiſſæ ſunt.* Quippe ſeruitus Ioſeph illi regnum peperit; Ægypto, & Iſraëli attulit famis remedium: actum eſſet de vtroque populo, ſi Ioſeph fuiſſet liber.

§. VI.

Mala temporalia & lictores, & carnifices ſunt contra impios.

DIcebant Ægyptij: *Cur ergo morimur, te vidente? Et nos, & terra noſtra tua erimus. Eme nos,* &c. Fames enim illos vel in mortem impellebat, vel in ſeruitutem. Agit enim fames carnificem aduerſùs impios. Fratres Ioſeph iam ſemel experti ſibi durum Proregem Ægypti, nihilominùs ſecundò ad eum accedunt. Ait enim Geneſ 43. *Tulerunt*

Geneſ.43. *ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin, deſcenderúntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph.* Cur non magis timent ſiſtere ſe duriſſimo Iudici? Ait D. Chry-

Chryſoſt. ſoſt. hom. 5 de Lazaro: *Reuerſi ſunt iſti, & fame illos, velut carnifice, tradente, & Principe Ioſeph exhibente.* Expende illa: *Fame illos, velut carnifice,* &c. quippe fames carnificem agebat, in viros in fratrem iniquiſſimos arreptos & iudici ſiſtebat, & pœnæ. Quò ſpectans Pſal 105. locu-

Pſal.105. tus de Deo dicit: *Et vocauit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis contriuit. Miſit ante eos virum, in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.* Ecce tibi, vbi Ioſeph à fratribus venundatus eſt, vocauit Deus famem. Et ad quid famem vocauit? Nimirum, vt lictorem, carnificémque ageret, qui reos in pœnam deduceret. Ait Rup. lib.9. in Gen. cap. 20. Hos habuit effectus illud, quod vocauit Deus famem ſuper terram, vt Iſrael intraret in Ægyptum, & in ſeruitutem redigeretur Ægyptiorum ſuperbia. *Proinde ſapienti-*

Rupert. *bus quoque, qui altero gaudeant eloquio, placeat & illud, quod Pſalmiſta dicit: Et vocauit famem. Benè ergo tanquam ſtrenuus lictor adſtitit vocanti, & voluntatem fecit imperantis, cum duos reos velut vno carcere arctauit, & alter, ſcilicet, Iſraël flagellatus, generatione quarta ſolueretur ad gloriam alter, id eſt, Ægyptius populus ſuperbiens, in curribus, & equis adduceretur ad pœnam.* Sic temporalia mala, & carnifices, & lictores ſunt Deo aduerſùs impios.

§. VII.

Ab vno Deo beneficia omninò ſalutaria veniunt.

DEdit Ioſeph triticum, famelicorum Ægyptiorum remedium, ſed illis libertatem ademit, & ſub Pharaonis redegit ſeruitutem: ait enim: *Emit ergo Ioſeph omnem terram Ægypti,* &c. A nullo, niſi à Deo, veniunt omninò ſalutaria beneficia. Vt dicat in præſenti Caſſiodor. 12. Var.

Caſſiod. 28. *Ioſeph legimus contra famem funeſtam, emendi quidem tritici dediſſe licentiam, ſed tale poſuiſſe pretium, vt ſua ſubuentione auidus ſe potius venderet, alimentum mercaturus. Quale fuit, rogo, tunc miſeros viuere, quibus attrita ſubuentio libertatem ſuam videbatur adimere? Vbi non minùs ingemuit libertas, quàm potuit ſi ſe captiuus.* Huiuſmodi ſunt omnia, quæ à Deo non veniunt, beneficia. Ieſus meus, vt ſanaret ingentem multitudinem Luc cap. 12. *Acceptis quinque panibus, &*

Luc.12. *duobus piſcibus reſpexit in cœlum, & benedixit illis, & fregit, & diſtribuit,* &c. Ipſe fecit, ipſe dedit panem, nihil accepit à comedentibus, nullum illis impoſuit onus. Quò ſpectans D Ambroſ. lib.6. in Lucam, ait: *Conferant gentiles cum*

Ambroſ. *Chriſti beneficiis, Deorum ſuorum non facta, ſed ficta. Ferunt enim fabulo, fuiſſe Regem quendam, cui quidquid tangebat, aurum fiebat; ſed etiam comeſta ipſa ferali. Nam & ipſa mantilia digitis apprehenſa riguerunt, & cibus in ore crepitabat, ferens non alimenta, ſed valaera; & in gutture potus haerebat, nec poterat ei facilis, nec reditus. Digna beneficia vottis, digna tanto munera precatore.* Talia ſunt idolorum beneficia, vt cùm

videntur prodeſſe, illis noceant. At verò Chriſti munera parua videntur, & maxima ſunt. Equidem à ſolo Deo venientia veniunt ſalutaria, quæ à creaturis, quæ à mundanis Principibus rarò non nociua ſunt. Lepidum eſt illud Fortunati Venantij epigramma ad Beruſſum Comitem, qui ſe ad prandium inuitauerat, dictum lib. 7.

Fortun. *Delitias, Beruſſe, tuas ſpectando, libenter*
Me fateor duplicem ſuſtinuiſſe famem.
Sit ego credebam, quarta ſatiarer hora,
Me nec ad octauam menſa benigna vocat.
Per veſtras epulas didici ieiunia guſtans,
Lotanſa ſuis prandia veſtra magis.

Hæc ſunt omnibus conuiuia Principum, quæ longa expectatione fatigant, & faciunt diutiùs ieiunare.

§. VIII.

Malum à te liberè, & ſpontaneè electum ægrè effugies.

NOtanter ait Textus: *Emit igitur Ioſeph omnem terram Ægypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecitque eam Pharaoni, & cunctos populos eius*, &c. Expende illa: *Vendentibus ſingulis*, &c. quippe ipſi Ægyptij liberè, & ſponte ſua ſeſe, ſuaque vendebant, & redigebant in ſeruitutem: ne mireris, quòd nunquam non ſerui ſint Ægyptij. Quò ſpectans Origenes componit Iſraelitas cum Ægyptiis, & ait homil. 16. in Gen. *Hebræi, etiamſi in ſeruitutem redigantur, etiamſi tyrannidem* Orig. *patiantur ab Ægyptiis, violenter, & neceſſitate patiuntur. Ideircò ergo liberantur de domo ſeruitutis, & ad libertatem priſtinam, quam ſcilicet amiſerant, reuocantur. De Ægyptiis nihil tale conſcribitur, nec vſque diuina lex curam gerit libertatis Ægyptiorum, qui eam ſponte perdiderant, ſed æternæ conditionis iugo, ac ſeruituti perpetuæ derelinquit.* Sic ſinuntur in malis eſſe, qui ea ſponte, & voluntariè, nemine cogente, ſibi atripiunt. Monebat Ierem. Sedechiam Regem Iuda cap. 27.
Ierem 27. *Subiicite colla veſtra ſub iugo Regis Babylonis, & ſeruite ei, &*
& 42. *populo eius: & viuetis.* Sic & cap. 42. aiebat Iudæis: *Omnes viri, qui poſuerunt faciem ſuam, vt ingrediantur Ægyptum, morientur.* Vita, & incolumitas proponebantur Iudæis, ſi vellent eſſe ſub Chaldæorum iugo; mors, & excidium, ſi ad Ægyptium confugerent. Nónne tam apud Chaldæos erant illi ſerui futuri, quàm apud Ægyptios? Cur ergo ſeruitus præſtita Chaldæis adeò illis ſalutaris proponebatur, & ſeruitus Ægyptiis præſtita illis oſtendebatur lethaliſſima? Ad ſeruiendum Chaldæis cogebantur illi ingenti Chaldæorum exercitu, qui cingebat vrbem. Ad ſeruiendum Ægyptiis minimè cogebantur; ſed liberè, & ſpontè illi amplectebantur eam ſeruitutem, ne mireris, quòd pereant ſub illa. Egeſippus lib. 5. c. 16. ait: Abductus erat ab Aſſyriis populus Iudæorum in Babyloniam, reliqui ad Ægyptios transferre ſe, qui remanſerant, deliberabant. Mandauit Dominus per Ieremiam, vt vnius gentis eſſent imperio contenti, ne geminata captiuitas ærumnam augeret. *Verùm illi poſthabentes oracula Dei, facti ſunt captiui duarum gentium.*
Egeſipp. *Itaque in Ægypto exules perſeuerarunt. At verò qui in Aſſyrios ducti ſunt, expleto tempore captiuitatis, quod pro peccatis Dominus conſtituerat, remeandi facultatem adepti, reuerterunt cum gratia.* Procurante Deo, ſeruitutem Chaldæorum exuerunt, qui ad eam viuentes fuerunt capti. At, qui ſponte Ægyptiorum ſeruitutem fuerunt amplexati, in ea exules perpetuò perſeuerarunt. Non enim ſolet effugi malum, quòd liberè, & ſponte amatur. Dicebat Pilatus Iudæis, quemnam dimitteret, Ieſum, an Barabbam, qui ſeditioſus homo erat, & propter ſeditionem factam tenebatur in carcere? Illi autem clamarunt Ioan. cap. 18.
Ioan. 18. *Non hunc, ſed Barabbam.* Pacificum Ieſum expuunt, & nullo cogente eligunt ſibi ſeditioſum Barabbam. Quid tunc? Gens illa vſque ad vltimum exterminium, ſeditiones fuit paſſa. Vt dicat illis Egeſippus lib. 5. de excidio Ieroſolymitano, cap. 2. *Habes, Iudæe, quod petiſti: eripuiſti tibi Præ-*
Egeſip. *ſulem pacis, petiſti necare vitæ arbitrum, concedit tibi Barabbam, qui propter ſeditionem factam in ciuitate miſſus fuerat in carcerem. Ideò ſalus abs te receſſit, pax abiit, quies deſtitit, data eſt tibi ſeditio, datum excidium. Agnoſce tibi hodie Barabbam viuere, Ieſum mortuum, ideò in te regnat ſeditio, pax ſepulta eſt, vt crudelius à tuis pereas, quàm ſi ab alienis perires.* Sic ibi, vt pateat, quàm non exuitur malum, quod liberè, & ſponte eligitur. Oſeas cap. 8. *Deuoratus eſt Iſrael, nunc* Oſea 8.
factus eſt in nationibus quaſi vas immundum. Quia ipſi aſcenderunt in Aſſur. Circa quæ ait D. Cyril. Alex. *Quamobrem* Cyril. Alex.
ob cauſam hæc paſſus eſt Iſrael? Quia ipſi aſcenderunt. Ad hoſtes quaſi vltrò transfugerunt. Non Deum implorarunt, ſed vltrò ſeſe hoſtibus dediderunt, & ideò ibi miſeri manſerunt.

§. IX.

Poſſeſſionum terrenarum cupiditas ſuſpecta in Chriſtianis Sacerdotibus.

DIcitur Ioſeph ſubiecisse Pharaoni omnem terram Ægypti, *præter terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis*, &c. Quibus oſtenduntur Ægyptij Sacerdotes terrenis poſſeſſionibus ditari, non à Ioſepho, ſed à Pharaone. Vt hinc pateat, à quo ſpiritu veniat, quòd Sacerdotum affectus in terrenas poſſeſſiones eant. Quò reſpiciens Orig. hom. 16. in Gen. ait: *Vis ſcire, quid interſit inter Sacerdotes Dei, & Sacerdotes Pharaonis? Pharao terras* Orig.
concedit Sacerdotibus ſuis: Dominus autem Sacerdotibus ſuis partem non concedit in terra: ſed dicit eis: Ego pars veſtra. Obſeruate ergo, qui hæc legitis, omnes Domini Sacerdotes, & videte, quæ ſit differentia Sacerdotum, ne fortè, qui partem habent in terra, & terrenis cultibus, ac ſtudiis vacant, non tam Domini, quàm Pharaonis Sacerdotes eſſe videantur. Ad Pharaonem pertinent, non ad Deum Sacerdotes, qui terrenis poſſeſſionibus acquirendis, habendis, totum impendunt animum. Planè, qui Eccleſiæ miniſter ſic eſt intentus terrenis poſſeſſionibus, non in via veritatis ſtat; ſed multùm à veritate, & ſalute claudicat. Actorum cap. 3. homo erat claudus in limine templi, qui eleemoſynam emendicabat, reſpiciensque Petrum: *Intendebat* Act. 3.
in eum, ſperans, ſe aliquid accepturum ab eo. Sperabat accepturus non aliquid ſanitatis corporalis, aut ſpiritualis; ſed lucelli aliquid. In quo D. Chryſoſt. Sacerdotum Synagogæ conditionem meditatur aiens: *Tales quidam* Chryſoſt.
erant & Iudæi claudicantes, & opus erat illis petere ſanitatem: ipſi autem magis opes petebant, humi iacentes, qui & propter hoc templo aſſidebant, vt ditarentur. Sic illi templo ſeruiebant, non ob ſalutem, ſed propter opes terrenas, quibus ditarentur: in hoc verè claudicantes, & à recta ſalutis via deficientes. Nec aliter multi Sacerdotes Chriſtiani ſpectant Petrum, ſpectant beneficium eccleſiaſticum, non de ſalute curantes; ſed de terrenis poſſeſſionibus acquirendis. Verè claudi, vt ægre, & difficulter viam ſalutis poſſit terere. Hos maximè pungebat Iſaias c. 1. vbi iuxta Septuag. legitur: *Caupones tui miſcent aquam* Iſaia 1.
vino. Circa quæ ait D. Ambroſ. ſer. 78. *De illis cauponibus loquitur, qui præſunt Eccleſiis, non tabernis. Iſtos ergo* Ambroſ.
caupones Propheta arguit, & obiurgat, & queritur, cur vino aquæ ſpeciem permiſcere. Hoc increpat in eis, cùm ſunctionum diuinarum eſſent Præſules, ſectatores rerum facti ſunt humanarum. Hoc equidem maximè reprehenſibile eſt in miniſtris Eccleſiæ, quòd relictis diuinis, terrenis inhient, & lenidenſibus.

§. X.

Ille eiectitius ſeruus eſt, cui non ſuppetit cibus cæleſtis.

SOli Sacerdotes Ægypti nec ſe, nec ſua ſe ſeruitutem vendiderunt: quia eis cibus ſuppetebat munere Regis. Dicit nanque Textus de illis: *Quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur; & idcircò non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas.* Quia Sacerdotibus ſuppetebant cibaria, panis, nimirum, ſuppetebat, non ſe in ſeruitutem vendunt. Crede mihi: illi ab omni ſeruitute liberi ſunt, quibus ſuppetit Panis cæleſtis. Qui autem hunc Panem non recipit, eiectitius ſeruus eſt, ab omni filiorum Dei domo eiiciendus. In domo Abrahæ erat Agar ancilla, & Iſmael, filius eius: dicitur autem Abrahæ Gen. 21.
Eiice ancillam, & filium eius. Nec multùm moratus Abra- Geneſ. 21.
ham tulit *vtrem aquæ, & impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerum, & dimiſit eam.* Et miratur D. Ambroſ. quòd ancilla hæc à domo locupletiſſima, & à conſortio liberorum eiiciatur cum ſolo aquæ vtre. Cur aquam ſolam accipit hæc ancilla? Cur non magis cibos

alios

alios recipit ſufficientes ad viam? Oſtendebatur in iſta ancilla, illorum conditio, qui cæleſtem non recipientes cibum, ſerui reiectitij fiunt. Ad hæc D.Ambroſ.ſer.78 ait: *Cùm eiiceretur Agar, non cum vino, ſed cum vtre aquæ de tabernaculis effugatur. Certè domus Abrahæ erat diues, locuples, abundans; attamen non vinum, non oleum, non panem accepit, quæ ſunt vitæ alimenta firmiſſima. Et rectè verò Synagoga alimenta non accepit, quia vitam, quæ eſt Chriſtus, ignorat.* Non equidem ancilla eiicitur cum vino, & pane: ſi enim hæc accepiſſet, non eſſet eiicienda ancilla. In illa optimè exprimebatur ſeruilis Synagogæ conditio, quæ inde eiicitur, quia non recepit alimenta vitæ, nempe Chriſtum.

Ambroſ.

Geneſ. 47. En vt cernitis, & vos, & terram veſtram Pharao poſſidet. Accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis. Quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familiis, & liberis veſtris. Qui reſponderunt: Salus noſtra in manu tua eſt. Reſpiciat nos tantùm Dominus noſter, & læti ſeruiemus Regi. Ex eo tempore vſque in præſentem diem, *&c.*

§. XI.

Iuxta ea, quæ accipis, debes dare.

SApientes ait: *Quintam partem Regi dabitis.* Cur quintam partem? Per quintam frugum partem prouiſam Rex ſterilibus annis ſuſtentabat. Merito ergo iuxta accepti menſuram coguntur ipſi præſtare. Sic Rupertus lib.9. in Geneſ. cap.20. *Quinta pars fructuum per ſeptem fertilitatis annos de cunctis regionibus ſub curam, & cuſtodiam Pharaonis recondita eſt pro ſalute veſtra: quintam ergo deinceps partem Regi dabitis, cui vos in ſeruitutem vendidiſtis.* Qui per quintam partem ſuſtentabantur, quintam etiam partem debent ipſi erogare. Quo ſpectans ille fidelis ſeruus Matth.25. ait: *Ecce quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum:* nimirum, alia quinque præſtaui. Sic Euſeb Emiſſen. ibi: *Viſum mihi dediſti, operatus ſum in eo, & multos illuminaui. Quæ vidi, oſtendi. Dediſti mihi & auditum & multis aliis aures aperui, mutùmque ſecretorum verbum eis audire, & intelligere dedi. Guſtum quoque mihi dediſti; alios quoque ad guſtandum inuitaui dicens: Guſtate, & videte, quàm ſuauis eſt Dominus. Quid dicam de odorata, quo ſi dilectam explicaui? Hoc illecti dicunt: Curremus in odorem vnguentorum tuorum. At verò & intellectu operatus ſum. Tactus anima fides eſt, &c.* Ecce tibi, quæ talenta ſenſuum accepit, eadem reddidit, & in aliis formauit. Quidquid enim accipimus, & debemus liberaliſſimè erogare. Prouerb.23. *Quando ſederis, vt comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo.* Quæ ſic leguntur à D. Auguſt.& Chryſoſt. *Si ſederis cœnare ad menſam potentis, ſapienter intellige, quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, ſciens quia talia te oportet præparare.* Circa quæ ait D. Auguſt.tract. 47. in Ioan. *Menſa potentis, quæ ſit, noſtis, vbi eſt Corpus, & Sanguis Chriſti, qui accedit ad talem menſam, præparet talia. Et quid eſt, talia præparare? Quemadmodum ipſe pro nobis animam poſuit; ſic & nos debemus ad ædificandum plebem, ad aſſerendum fidem animas pro fratribus ponere.* Expende illa: *Sic & nos debemus, &c.* Eò enim, quòd quid accipiamus ex Deo, iam non liberi ſumus; ſed debemus tale præſtare. Vt dicat Ioan.in 1.epiſt.canon.cap.3. *Sicut ipſe pro nobis animam ſuam poſuit; ſic & nos debemus animas pro fratribus ponere.* Vbi D Auguſt. loco dato: *Debemus, dixit: debitores nos fecit, qui primus exhibuit.* Eò nos deducunt accepta ex Deo dona, vt debeamus talia præſtare.

Rupert.
Matth 25.
Euſeb.
Prou.23.
Auguſt.
Chryſoſt.
Auguſt.
1.Ioan.3.
Auguſt.

§. XII.

Impiorum malitia ſub calamitate ſopita, in tranquillitate ſolet reuiuiſcere.

QVàm morigeros ſeſe nunc exhibent Ægyptij ſub famis flagello conſtituti! Dicit enim Text. *Reſponderunt: Salus noſtra in manu tua eſt. Reſpiciat nos tantùm Dominus noſter & læti ſeruiemus Regi.* Quid moralius? Vnde ſuperbiſſimi homines tam humiles erga Proregem exterum? Erant ſub flagello famis: vbi autem abundantia venit, ſtatim recrudut ſuperbia, & in Ioſephi genus ſæuierunt. Ait Rup.lib.9.in Gen.c.20. *Quàm ſuperborum tunc ceruicibus victrix famis inſiderat, læti ſuſceperunt conditionem ſeruitutis, dicentes: Salus noſtra in manu tua eſt, reſpiciat nos tantùm Dominus noſter, & læti ſeruiemus Regi. Verùm, vbi rediuiua ſaturitas famem depulit, pariter & ſuperbia reuixit.* Et fortaſſis inde inimici filiis Iſrael facti ſunt, & inde verſum eſt cor eorum, vt odirent populum Domini, quia quos tempore famis ſubiicientes ſe regiæ ſeruituti ſuſcipiens, & paſcens dictus eſt Saluator mundi, tempore ſaturitatis, a poſteris eorum, qui ſe vendiderant, odio cœpit haberi memoria eius, tanquàm fuiſſet proditor libertatis. Depoſuerant in tempeſtate ſuperbiam, & ſub flagello famis conſtituti dicebant ad ſalutatorem ſuum: Tu es Saluator mundi. In tranquillo autem, vbi vbertas affulſit, ſuperbia recrudiut, & ad priſtinam redierunt ferocitatem, vt vel benefactoris ſui ſemen duriter percuterent. Heu impiorum deploratorum mores! Morigeri ſunt in calamitate: cùm primum in felicitate ſunt, priſtinis adhærent vitiis. Iſraelitæ habebant ſeruos, & ancillas contra legem Domini, quibus minatus eſt Deus per Ieremiam ſupplicium, & victores hoſtes ante oculos poſuit. Quid tunc? Ait Ier.c 34. *Audierunt ergo omnes Principes, & vniuerſus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam, liberos, & vltrà non dominarentur eis. Audierunt igitur, & dimiſerunt. Et conuerſi ſunt deinceps, & retraxerunt ſeruos, & ancillas ſuas, quos dimiſerant liberos, & ſubiugauerunt in famulos, & famulas, &c.* Et quando ſemel iam manumiſerant ſeruos, cur iterum illos ſeruituti ſubiecerunt? Dum erant ſub hoſte, manumiſerant ſeruos, vt ſic diuinum auxilium negotiarentur. Vbi autem abfuit hoſtium metus, homines impij & deplorati ad priſtina delicta rediêre. Rē explicat Carth.ibi: *Deus per Moyſem iuſſit Exod 21. Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in anno autem ſeptimo egredietur liber gratis. Iſtud præceptum Iudæi tempore Sedechiæ tranſgreſſi fuerunt. Cùm autem Rex Babylonis nono anno Sedechiæ cœpiſſet obſidere Ieruſalem, territi Sedechias, & populus eius, vt impetrarent auxilium Dei, præfatum præceptum implere curarunt. Cumque Chaldæi audito, quòd Ægyptij exiiſſent contra eos, abiiſſent ab Ieruſalem, vt Ægyptios obuiarent, Sedechias cum ſuis putans ſe à Chaldæis ſecurum, à bono inchoato defecit, & tam ipſe, quàm Principes, ac populus eius, ſeruos, famulaſque licentiatos in ſeruitutem priſtinam ex auaritia redegerunt.* Sic homines impij, & deplorati, dum hoſtili cogebantur exercitu, Dei præcepta implebant: cùm autem ab hoſtibus liberi fuerunt, ſtatim ad priſtina vitia redierunt.

Rupert.
Ierem.34.
Carthuſ.

CAPVT XIV.

Filiorum Ioſeph benedictio.

TEXTVS HISTORIA.

INTEREA Ioſeph accepit de patris ægritudine nuncium: aduolat ille, & ægro patri præſefert duos filios, Ephraim, & Manaſſem, qui ab avo benedictionem accipiant. Non parum lætatus Iacob ad conſpectum Ioſeph, & confortatus refert, vt ſibi apparuerat Deus in Luzao, promiſeràtque ingentem nepotum multitudinem: cui promiſſioni vt ſeruiret, in numero filiorum ſuorum ex tunc cenſebat duos Ioſephi filios, qui ei primò nati fuerant in Ægypto. Expiebat autem Iacob Ioſepho duos filios, & eos ſibi adſcribebat: quia ſic dilectæ coniugis Rachelis mortuæ fœcunditatem æquabat cæteris vxo-

ribus, ex quibus habuerat decem alios filios. Quæ dum agit, iam clarè videbat duos aſtantes iuuenes, & certificatus, eos Ioſephi eſſe filios, lætatus in tam dilecti filij ſemine, ſibi appropinquari iubet, vt illis poſſit benedictionem impertiri. Poſuit ergo Ioſeph Manaſſem ad dexteram ſenis: Ephraim autem locauit in ſiniſtra. Verùm Iacob acutiori mentis, quàm oculorum acie nepotes attendens, manus commutat, & relicto ad læuam Manaſſe, dextera Ephraimum pertingit. Ægre acquieſcit Ioſeph manuum mutationi, & intendebat manum dexteram patris reuocare in caput Manaſſe, vt qui ſibi eſſet primogenitus filius. At Iacob, vt ſciens dexteram dederat Ephraim, ſic in eo permanſit, oſtendens Manaſſem feliciſſimum, & clariſſimum; ſed longè feliciorem, & clariorem Ephraimum futurum. Denique à filiis ad patrem conuerſus Iacob, Ioſepho dedit agrum Sichen, quem precibus, & meritis ex Deo acquiſierat, quo ſupra alios fratres ditare voluit amantiſſimum, & benè meritiſſimum de ſe filium.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

QVANTA eſt parentum charitas in filios! Ioſeph audita patris Iacobi ægritudine, oblitus ſui feſtinat illi filios adducere, qui benedictionem ex auo acquirant. Nunquam enim non credidit maiorum benedictio poſteris profutura.

Geneſ. 48. Nunciatum eſt Ioſeph, quòd ægrotaret pater ſuus. Qui aſſumptis duobus filiis, Manaſſe, & Ephraim, ire perrexit. Dictúmque eſt ſeni: Ecce filius tuus, Ioſeph, venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe Ioſeph, ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan, benedixitque mihi, & ait: Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum, *&c.*

§. I.

Nulla ſenectus tanta, quæ horrorem mortis eripiat.

Septuag. August. AVdiuit Ioſeph, *Quòd ægrotaret pater ſuus.* Septuaginta legunt: *Quia pater tuus turbatur.* Et quo turbatur? D. Auguſt. de locutionibus Geneſis ait: *Morte propinquante.* Senex erat Iacob, & per ſenectutem adeò erat vicinus morti, vt poſſet illam habere familiarem, & amicam. Vt cùm ille ad mortis conſpectum, quantumuis ſenex, turbabatur: nulla enim eſt ſenectus tanta, quæ mortis horrorem eripiat. Dicebat Dominus Petro Ioan. 21.
Ioan. 21. *Cùm autem ſenueris, alius cinget te, & ducet quò tu non vis.* Loquebatur de Petro ſene, quando ad mortem ducendus erat. Ad quam equidem iam ſenex erat ducendus: & nihilominùs ipſe non vellet ire. Et quando ſenex eſt, cur non magis ire in mortem feſtinet? Pulchrè ait D. Auguſt. tract. 123. *Nolens ad mortem venit, ſed volens eam vicit, & reliquit hunc infirmitatis affectum, quo nemo vult mori, vſque adeò naturalem, vt eum beato Petro, nec ſenectus auferre potuerit. Cui dictum eſt: Cùm ſenueris, ducent te, quò non vis.*
August.
Quippe adeò naturalis eſt mortis horror, vt eum nec longa, & profunda ſenectus hominibus poſſit eripere. Et quomodo ſenectus mortis horrorem tollat, quæ mali cuiuſlibet maiorem metum imprimit? De ſenibus locutus
Eccleſ. 12. Eccleſiaſtes cap. 12. dicebat: *Excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via.* Ad quoduis mali ſignum timent, turbantúrque ſenes, nec ſenectus illis timores adimit; ſed auget. Vt dicat in præſenti Titelmannus: *Dicuntur ſenes iam morientes excelſa timere, & formidare in via quoniam propter debilitatem, & defectionem vehementer fiant pauidi.*
Titelm.
Senectutem enim potiùs comitantur pauores, & timores, vt in rebus difficilioribus ſenes magis turbentur, & conſternantur.

§. II.

Feſtinandum eſt pro bonis ſpiritualibus accipiendis.

AVdita ægritudine patris, Ioſeph properauit, vt eius benedictionem acciperet. Dicit enim Textus: *Qui aſſumptis duobus filiis, Manaſſe, & Ephraim, ire perrexit.* id eſt, ire properauit, vt ait Rupert. Et cur properat Ioſeph *Rupert.*
in benedictione obtinenda? An cum ea maiorem diuitiarum temporalium partem capere ſperabat? Abſit: tantus enim vir, non ad temporale, ſed ad ſpirituale lucrum benedictionis feſtinabat. Dicebat ibi D. Ambroſ. *Si pater pauper eſt, & non habet diuitiarum copias, quas relinquat filiis; habet tamen vltimæ benedictionis hereditatem, quæ ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur. Et multò plus eſt beatum, quàm diuitem fieri. Idéque & Ioſeph feſtinabat à patre ſumere benedictionem.* *Ambroſ.*
Ideo feſtinabat Ioſeph benedictionē paternam accipere: quia in ea ſanctificationis, & beatitudinis opes cogitabat: pro bonis enim ſpiritualibus nunquam non eſt feſtinandum. Tres aliquando apparuerunt Angeli Abrahæ Geneſ. 18. *Quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terra, & dixit: Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum,* *Gen. 18.*
&c. Et cur neceſſum fuit currere ad hæc? Sperabatur ibi lucrum ſpirituale, pro quo obtinendo, & currendum eſt, & feſtinandum. D. Chryſoſt. ibi ait: *Benè & hoc verbum, cucurrit, quadrat, vt diſcas, quòd quaſi ignem aſſumebant, & qui non ſua ſponte ad tabernaculum venerunt, propterea ne ſubterfugeret eum ſpirituale lucrum, quod ſenuerat, nonagenarius; & centenarius erat, cucurrit, & curſu promptitudinem declarat.* *Chryſoſt.*
Vbi ſpirituale lucrum affulſit, non moratur, ſed viam cum feſtinatione arripit, ſuperans eum animi alacritate ſenectutis tarditatem. Vnde Dominus Exod. 12. de edendo agno locutus monet: *Comedetis illum feſtinanter.* Circa quæ D. Bernard. in Cat. Lippom. *Exod. 12.*
dicit: *Et tu ergo cum voluntatem cordis, ſimplicitatem operi, hilaritatem vultus coniunxeris, adde velocitatem, vt ſis, iuxta Apoſtolum, velox ad audiendum, & ad implendum velocior.* *Bernard.*
Sic in re virtutis, lucrique ſpiritualis, & feſtinatio, & velocitas commendatur.

§. III.

Vbi typus, & imago Chriſti affulget, malum ſolet abſcedere.

PRoperauit Ioſeph filios patri benedicendos adducere, cùm dicat Textus: *Qui aſſumptis duobus filiis, Manaſſe, & Ephraim ire perrexit.* Circa quæ Rupert. *Ire perrexit, id eſt, properauit, & ob id ſeſe intendit ad accipiendas partes de diuitiis paternis, & ad videndos theſauros benedictionis, quos pater iam theſaurizauit filiis ſuis. Idcircò filios ſuos ſecum aſſumpſit.* *Rupert.*
Eò intentus, vt benedictionem paternam acquireret, ſecum filios benedicendos tulit. Sic alij curabant parentum morientium benedictionem accipere. Vnum inuenio Iſaac, qui nec patris benedictionem petiit, nec accepit. Et quando cæteri omnes Patriarcharum filij curabant à parentibus benedici, cur Iſaac non benedicitur? Quæſtionem in præſenti mouit Rupert. & ſoluit dicens: *Cur Abraham moriturus non Iſaac benedixit? Videlicet, quia Iſaac, iam ex quo in holocauſtum Deo oblatus eſt, benedictionum hereditate poſſedit, nec opus fuit, illum ſermonem conſecrare, qui re ipſa in typum Saluatoris ſanctum ſacrificium, & hoſtia viua eſſe meruit.* *Rupert.*
Manaſſe, & Ephraim, in quibus non affulgebat Chriſtus, quærunt benedictionem paternam, vt ſub illa augeantur, & à malis liberentur. Iſaac autem, qui expreſſiſſimus typus Saluatoris fuerat, nullo alio egeri: non enim audet malum, ſed abſcedit, vbi Chriſti imaginem reſpicit. Cùm exercerentur Dæmones Matth. 8. clamabant ad Ieſum: *Mitte nos in gregem porcorum.* Cur non magis petebant mitti in alios homines tali ſupplicio dignos? Non- *Matth. 8.*
ne tunc plures erant flagitioſiſſimi homines? Cur ad illos non magis amant ire Dæmones, quam ad porcos? Vt

Deum hominem factum experiebantur, non iam audebant accedere ad homines, in quibus apparebat ſimilitudo, & imago tanti Saluatoris. Ait Sedul. lib. 3. Paſch. c. 8. Sedul. *Tunc Domino veniente perterritus Dæmon, & à ſedibus purgatæ mentis excluſus in humanam rurſus effigiem, quam Chriſtum videbant gerere, metuens intrandi licentiam poſtulare, pecus immundæ obſcœnitatis latiſſimum, pro ſuis adire meritis impetrauit.* Sic horrebat malus ad eos accedere, in quibus imago Chriſti radiabat.

§. IV.

Quod à Deo accipis, alijs tribue.

VIdens Iacob intrantem Filium, ſtatim ait: *Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan, benedixitque mihi, & ait: Ego te augebo, & multiplicabo*, &c. *Duo ergo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti, antequàm huc venirem, mei erunt*, &c. Qualis hæc conſequentia? Proponit Deum ſibi in Luza apparentem, & benedicentem, & inde quaſi rem neceſſariam elicit, quod ſibi duos filios Ioſeph adſcribat. Et cur ex eo, quòd viderit Deum in Luza apparentem, & benedicentem ſibi, & multa promittentem, neceſſarium infert ſibi aſſumere duos filios Ioſeph? Bonus Iacob ex eo, quòd ipſe acceperat benedictionem à Deo, quærebat anxius pluribus alijs eam dare. Chryſoſt. D. Chryſoſt. ibi ait: *Vide, quomodo incipit. Primùm narrat beneuolentiam, quæ ſibi à Deo facta erat, & tunc benedictiones in filios facit, & dicit. Deus meus apparuit mihi*, &c. Exnarrata ſibi benedictione facta à Deo procedit ad benedictiones filijs pluribus præſtandas. Sic quæ à Deo accipimus, debemus & alijs plurimis quàm liberaliter dare. Hinc extollebat Sponſam Dominus Cant. 6. dicens: Cant. 6. *Pulchra es, amica mea, ſuauis, & decora, ſicut Ieruſalem, terribilis ut caſtrorum acies ordinata.* Quæ verba legunt Septuag. apud Nicænum ita: *Pulchra es, amica mea, ſicut ipſa beneuolentia, formoſa ſicut Ieruſalem, ſtupor tanquàm ſtructæ acies.* Expende illa: *Pulchra es, ſicut ipſa beneuolentia.* quaſi tota animæ pulchritudo, & excellentia in eo conſiſtat, quòd diuinæ beneuolentiæ aſſimiletur. Et in quo anima poteſt diuinæ beneuolentiæ aſſimilari? Planè in eo, quòd quæcunque ex diuina beneuolentia accipit, ipſa etiam beneuolentiſſima nouerit alijs præſtare. D. Nicæn. hom. 15. Nicæn. in Cant. *Si Deus ille altiſſimus, qui eſt in ſinibus Patris, declaranda in hominis beneuolentia cauſa, ſanguini, & carni miſcetur, ut in terra pax noſtra naſceretur; plenum eſt, illam, quæ ad hanc beneuolentiam conformauit ſuam pulchritudinem, præclaris operibus ſuum Chriſtum imitari. quippe quæ alijs hoc ſit, quod Chriſtus humano generi fuit.* Hæc eſt hominis pulchritudo magna apud Deum, quòd alijs fiat, quod ſibi nouerit Deum factum.

§. V.

Illa vera paupertas, quæ nihil tuum noueris; ſed omnia alijs tribuas.

ILlud notandum in ſanctiſſimo ſene Iacob, quòd ait: *Deus omnipotens apparuit mihi in Luza*, &c. Fuit Luza nomen antiquum loci, quem poſteà Iacob vocauit Bethel, vt habes Geneſ. 28. Geneſ. 28. Cur ergo placuit ſeni potiùs nomen antiquum loci meminiſſe, quàm nouum, & à ſe poſitum, & ſuis magis notum? Cur non potiùs dixit in Bethel, quàm in Luza? Diſtributurus totam illam terram inter filios, & daturus eam omnibus, cauit aliquid ſuum in ea oſtendere, nec nomen ipſum, ſed quaſi nihil ſuum in ea eſſet, illam alijs dare, vt ſic pateret, quàm altè teneret paupertatem in diſtributione facultatum. Totus enim erat in illis dandis, ex eo quòd nihil ſuum in illis cognoſcebat. Proh altitudo, & perfectio paupertatis! Paulus locutus de Macedonibus 2 ad Corinth 8. ait: 2. Cor. 8. *Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.* Abundabant equidem Macedones quique vel deſpectiſſimi omnibus neceſſarijs, ac ſi diuites eſſent. Et vnde ſic abundabant? Ait Paulus, *Altiſſima paupertas eorum.* vt pollebant nouiſſima paupertate, nihil ſuum agnoſcebant, ſed omnia alijs danda habebant præ manibus. Non pauper; ſed magis videtur auarus, qui in retinendis rebus totus eſt, ſicque reſculas ſibi retinet, quaſi ſua propria ſint. Quæ enim nobilis, & vera paupertas eſt, vt nihil ſuum agnoſcit, ſic omnia nouit facilè præſtare. Ad hæc D. Anſelmus ibi: *Altiſſima, id eſt, nobiliſſima, & præconio extollenda paupertas eorum abundauit in diuitias, id eſt, maior facta eſt, dum tenderet diuitias dare.* Anſelm. Equidem, quæ ſic intendit diuitias dare alijs, quaſi nihil ſuum in illis æſtimet, illa & magna, & nobilis, & extollenda paupertas eſt. De Iob dicitur cap. 1. *Eratque vir ille magnus.* Græcè legitur: *Erant ei opera magna.* Opera Iobi magna fuiſſe dicuntur. Iob. 1. Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. 3. in Iob: *Quænam opera magna? Paupertatis, & hoſpitalitatis amor.* Chryſoſt. Id magnum, & nobiliſſimum in Iob erat, quod eam paupertatem colebat, quâ nihil ſuum agnoſceret, ſed omnia daret. Dum ſic peregrinos hoſpitabatur, vt omnia eis neceſſaria abundantiſſimè præſtaret, ſic ſubſtantiam adminiſtrabat, quaſi ſuum nihil agnoſceret, in quo ſe oſtendebat præſtantiſſimum pauperem.

§. VI.

Quidquid floridum in mundo eſt, caſum denotat.

FIliorum Ioſephi ſibi adſcribendorum cauſam proponit Iacob immaturam vxoris ſuæ Rachelis mortem, dicens: *Mihi enim, quando veniebam de Meſopotamia, mortua eſt Rachel in terra Chanaan in ipſo itinere. Eratque vernum tempus.* Et merito mortis Rachelis tempus notat fuiſſe vernum, in quo vniuerſa terra veſtitur floribus. Flores enim terreni nunquam non caſum indicant, & deiectionem. Quo aſpiciens Cant. 2. ait: *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit.* Cant. 2. Ecce tibi & ſimul flores, & vitis putatio, quo palmites deciduntur, & mittuntur in terram. Et quando terrenus flos non infert caſum, & deiectionem? Iſaias cap. 11. *Egredietur virga ex radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Iſaiæ 11. Virga Maria dicitur, Ieſus flos: vbi autem diuiniſſimus hic flos apparuit in terra, ſimul & Synagogæ caſus apparuit, & deiectio. Ad hæc dicebat Tertul. lib. 5. in Marc. *Quoniam exinde, quòd floruiſſet in carne ſumpta ex ſtirpe Dauid, requieſcere in illo omnis haberet gratia Spiritus Sancti, & ceſſare, & finem facere quantum ad Iudæos, ſicut res ipſa teſtatur, nihil exinde ſpirante penes illos ſpiritu Creatoris.* Tertull. Apparuit equidem diuiniſſimus flos Ieſus, carne ſumpta de ſtirpe Dauid. Quid tunc? Vitalis gratia ceſſauit in Iudæis, finemque in illis fecit. Heu terrenorum florum conditionem! Neſciunt apparere, quin caſus mille oſtendant, & deiectiones.

§. VII.

Benè radicata memoria puluris humani nos alit in regnum.

DVm Iacob recolit diuinas apparitiones factas ſibi in Luza, & à Deo ibi acceptas promiſſiones de poſteritate eius augenda, & de principatu, pro quibus fundandis etiam adſcribit ſibi duos Ioſephi filios, ſtatim adiungit tractatum de morte, & ſepultura formoſiſſimæ Rachelis, dicens: *Mortua eſt Rachel in terra Chanaan*: *& ſepeliui eam iuxta viam Ephrata.* Et quid mors Rachelis, & eius ſepultura in Chanaan cum præcedenti relatione de apparitione diuina, de promiſſione principatus Iſraelitici in eadem Chanaan, de adoptione filiorum Ioſeph? Crediderim ſanctum ſenem, cùm refert principatum promiſſum, & augmentum poſteritatis ſuæ in terra Chanaan, ſtatim adiunxiſſe & mortem Rachelis, & eius ſepulturam poſitam ibi, vt inde poſteri eius radicari inciperent in memoria pulueris, in quem pulchritudines mundiales conuertuntur. Huius enim memoria benè radicata maximè ſuos alit in regnum vitæ. Audiſti ſæpè proceram illam arborem, & pulcherrimam frondibus, & diuitem fructibus, quam meminit Daniel cap. 4. repræſentaſſe regnum Nabuchodonoſoris. Huius pulchritudo, & diuitiæ ſubitò diſſipantur, rami præſcinduntur, Daniel. 4. & vt ventum eſt ad radices, quæ in terra erat, dicit Deus: *Germen radicum eius in terra ſinite.* Cuius ramorum pulchritudinem conteris, cuius fructum, diuitias diſſipas

cur pateis radicibus? Quid eſt, quòd in tanta arboris ſtrage, iubes in terra radices ſini? Ipſe Daniel ait: *Quod autem præcepit, vt relinqueretur germen radicum eius, idest, arboris regnum tuum tibi manebit.* Vt permanentiam regni oſtenderet, iubet radices in terra ſini: vbi enim quis benè radicatus eſt in agnitione pulueris, in quem mundiales omnes, & pulchritudines, & diuitiæ, fallar, niſi inde ad permanens regnum exurgat. Neſcit enim malum tangere eos, qui in hac terra radicati ſunt. Hinc iratus Deus aduersùs genus hominum, ait Gen. 7 *Delebo omnem ſubſtantiam, quam feci, de ſuperficie terræ.* Non ait, quòd delebit eos de terra, ſed de ſuperficie terræ. Et cur de ſuperficie terræ? Quia ira Dei non ſolet ſe extendere ad eos, qui intimè radicati ſunt in cognitione humanæ terræ, & vilitatis eius. Dicit D. Ambroſ. lib. de Noe, c. 13 *Deleturum ſe dicit omnem carnem, non à terra; ſed à facie terræ. Florem decutit, radicem ſeruat; ſinit, vt in profundo ſubſtantia virtus maneat humanæ.* Ita Dei aduersùs mundi flores armatur, eis parcit, qui ſeſe, vt radices, abdunt in terra: qui non ſeruntur his bonorum temporalium ſuperficiebus, ſed profunda quæque ſcrutantur, & notant, in quos pulueres deſinant.

Geneſ. 1.

Geneſ. 48. Videns autem filios eius, dixit ad eum. Qui ſunt iſti? Reſpondit: Filij mei ſunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Oculi enim Iſraël caligabant præ nimia ſenectute, & clarè videre non poterat. Applicitóſque ad ſe, deoſculatus, & circumplexus eos, dixit ad filium ſuum: Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum.

§. VIII.

Qui terrenis ſolis paſcuntur, adeò infirmi ſunt, vt nequeant ad diuinam benedictionem accedere.

VIdens Iacob filios Ioſeph iuxta ſe, dicit ad Ioſeph: *Adduc eos ad me, vt benedicam eis.* Cur non magis man[illegible] pueris, vt ipſi accederent? Sapia Gen. 27. benedicturus Iſaac filium ſuum dicebat illi: *Accede ad me*, non alius iubet, vt adducerent, ſed ipſi mandat, vt accedat. Cur ſimiliter Iacob non mandat nepotibus, vt accedant ipſi, ſed magis placuit iubere Ioſeph, vt eos adducat? Nonne ipſi poſſent accedere? Planè in re accedere ipſi poterant, vtpote qui iuuenes erant: in myſterio autem, vt nati, & nutriti erant bonis Ægypti, adeò infirmi erant, & imbecilles, vt minimè ad cæleſtem benedictionem poſſent per ſe venire. Quis enim mundialibus tantùm paſtus bonis non nimis ſit infirmus ad cæleſtem benedictionem acquirendam? Iſaias aiebat cap. 3. *Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ.* His Prophetæ verbis denunciatur Iudæorum repulſa, qui ad tantam deuenient infirmitatem, vt minimè accedant ad benedictionem diuinam. Et vnde deuenient ad tantam infirmitatem. Dicit illis: *Auferet à Ieruſalem, & à Iuda omne robur panis*, &c. Non permittentur paſcere ſuperſubſtantiales coelium æternorum cibos, ſed hæc leuidenſia temporis huius bona accipient, ex quibus nimiam infirmitatem incurrent. Ait D. Baſil. in Cat. Græca D. Luc. cap. 21. *Vixit autem Ieſus virtute Dei, infirmitatem Iudæis reliquit. Illius autem infirmitatis cauſa eſt, quòd non ſit apud illos robur panis, & robur aquæ. Vbi autem infirma dapes, ibi neceſſe eſt tales effici, qui iſtis nutriuntur.* Incurrerunt Iudæi lethalem infirmitatem, qua nec gradum faciunt ad ſalutem, ex quo ablatis cæleſtibus annonis, in quibus robur erat, & virtus, cœperunt ſe tradere temporalibus cibis, leuidenſibus, & infirmis. De infirmis autem, & leuibus, quid niſi infirmitatem lethalem accipiant? Rem ipſam latiùs dicebat Baſilius in c. 3. Iſaiæ, ita: *Quemadmodum corpora noſtra conualeſcunt, ac firmantur ſub alterna ſumptione congruentium alimentorum: ita quiddam eſt, quod conſentaneè paſcit animam, eique ſuggerit vegetas vires ad beatitatem conſectandam. Quid illud tandem eſt? Dominus ait: Quia Caro mea verè eſt cibus, & Sanguis meus verè eſt potus. Quibus autem non ſuppetunt hæc, in vtrique deficit robur panis, & robur aquæ. Vbi autem infirmæ dapes, ibi neceſſe eſt tales effici, qui iſtis enutriuntur.* Cui cæleſtis cibus deficit, etiamſi totius mundi bonis abundet, in magna erit infirmitate: de ſolo enim cæleſti cibo, venit robur, & augmentum fortitudinis. Dicebat Dominus Petro Ioan. 21. *Paſce oues meas, paſce agnos meos.* In agnis infirmi exprimuntur, in ouibus iam robuſti. Et ex quo ab agnina imbecillitate in robuſtam ouium perfectionem creuêre aliqui? Ex robuſtiſſimo cæleſti cibo, quo paſci cœperunt. Dicit D. Chryſoſt. hom. de Petri negat. habita tom. 6. vbi ſic: *Oues porò nuncupati ſunt Apoſtoli, vt qui Crucis pedo obtemperent, ac Dominico Corpore paſcantur, & in campis regni cœlorum ſtabulentur.* De cæleſtibus cibis, & paſcuis venit, quod in robuſtiſſimam Apoſtolorum perfectionem creſcas.

Geneſ. 27. Iſaia 3. Baſil. Baſil. Ioan. 21.

§. IX.

Cui Mariæ patrocinium deficit, ægrè, ac difficulter diuinæ benedictioni accedet.

BEnedicturus Iſaac filium Geneſ. 27. ait: *Accede ad me.* Iacob autem benedicturus nepotes dicit Ioſeph: *Adduc eos ad me.* Et quidem & iſti propè erant; non tamen iubentur accedere ipſi, ſed magis expectat Iacob, vt ab alio adducantur. Quando autem ipſe Iacob per ſe iubetur accedere benedicendus à patre, cur ſimiliter & hi Ioſeph filij non iubeantur accedere? Planè Iacob inſtructus erat à matre Rebecca de omni re benedictionis, ab illáque maximè roboratus, vt illam poſſit piſcari. Filiis autem Ioſeph totum defuit, & documentum, & auxilium matris. In quo maximè claret, quam validi ſunt ad benedictionem cæleſtem expiſcandam, qui habent auxilium Deiparæ noſtræ Matris; & quàm infirmi ſunt, qui tantæ Matris auxilio carent. Iſaias cap. 3. *Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & à Iuda validum, & fortem.* Septuaginta legunt: *Fortem, & validam.* Quam validam? Omnem valentiam matrum antiquarum, ſine quarum auxilio populus ille maximè infirmatur. D. Baſil. ibi ait: *Auferet Dominus ab Ieruſalem, & à Iuda fortem, & validam cuiuſmodi erat Sara, robuſta planè, & Princeps tanti viri Abrahæ. Qualis erat Rebecca, quæ ſtudiis hoſpitalitatis mirè effloruit, & inualuit virtute. Debbora, dux exercitus. Iahel, aduerſus hoſtem admirabilis conſtantia. Anna, cuius preces exauditæ ſunt. Elizabeth Propheteſſa. Non iam ſuppetunt robuſti, non fit valida.* Tota valentia, & Iudæorum fortitudo creditur corruiſſe, ex quo illis non adfuerunt auxilia matrum illarum antiquarum. Sed certiùs corruit valentia hominis, quæ non habet pro ſe patrocinium Mariæ Matris. Hæc validiſſima Mater eſt, vt ſuos in benedictorum partes ire faciat; ſine qua virtus humana ſic elanguet, vt vix gradum in ſalutem faciat.

Geneſ. 27. Iſaia 3. Septuag. Baſil.

§. X.

De vnius Chriſti conſpectu guſtandum.

QVis dicat, quam perceperit lætitiam Iacob à conſpectis nepotibus, Ioſeph filiis? Ipſe dicebat, quaſi rem ſibi lætiſſimam explicaret: *Non ſum fraudatus conſpectu tuo, inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum.* Si lætitiæ ducit Iacob, quòd videat filium Ioſeph, & nepotes ſuos; quantò maiori ducet lætitiæ, ſi videat Chriſtum? Crediderim id magno nobis bono ducendum, quòd præ filiis hominum pulcherrimum Ieſum videamus. De Ooliba ſorore Ieruſalem locutus Ezech. cap. 23. dicit: *Cúmque vidiſſet viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expreſſas coloribus, & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, ſimilitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti ſunt, inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nuncios ad eos in Chaldæam.* Sic affecta illa eſt ex aſpectu pictorum Chaldæorum, cur non magis nos afficiemur aſpectu non picti, ſed veri Saluatoris,

Ezech. 23.

uatoris noſtri Ieſu? Monebat meritò Pſalmus 37. *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* De nullius enim Pſal. 37. conſpectu tantus, tamque ſuauis nobis obueniet guſtus, quàm de conſpectu noſtri Saluatoris. Ad hæc dicebat Ruper. in cap. 5. Cant. *Sicut illa non Ieruſalem; ſed Oolla exhibuit oculos ſuos videre viros depictos in pariete, videre* Rupert. *imagines Chaldæorum expreſſas coloribus, videre baltheos eorum, tiaras eorum, & formas eorum, ita nunc exhibete oculos veſtros, oculos interiores, videte dilectum hunc, videte aureum caput eius, columbinos oculos eius, venerandas genas eius, candida, & gratioſa labia eius, tornatiles, & aureas manus eius, eburneum, & ſapphiris diſtinctum ventrem eius, vaſtiſſima crura eius, & tangite ſuauiſſimum guttur eius, iuxta illud. Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Accedant huc, qui in filiorum, ſeu amicorum conſpectu, tanta lætitia rapiuntur, & videant oculis ſuis Ieſum meum, cuius aſpectus longè abundantius gaudium, & lætitiam ſtillat. Necnon accedant, quos picta puellarum rapit facies, & videant, quam ſuperet vniuerſas pulchritudines, vera, & ſuauis, & æterna Ieſu pulchritudo.

Geneſ. 48. Cùmque tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris ſui, adorauit pronus in terram. Et poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſrael: Manaſſem verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram, ſcilicet, patris: applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim, minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitque Iacob, &c.

§. XI.

Vnus Chriſtus nos Patri Deo facit accedere.

POſuit Ioſeph filios, vtrunque in loco ſuo, *Et applicuit ambos ad patrem.* Non ipſi ſe ſe ad patrem applicaront, nec pater illos ad ſe applicuit: ſed Ioſeph illos ad patrem applicuit. Et cur vnus Ioſeph id præſtitit munus? Planè oſtendebatur, vt vnius Chriſti munere hominibus ad Patrem Deum accedere licet. Quò ſpectans D. Cyril. Alex. in Cat. Lippom. ait: *A Chriſto Patri applicamur: quia per Chriſtum nos, qui longè eramus, propè facti ſumus. Et per ipſum, non per Angelos, aut Moyſem, aut Prophetas acceſſum ad Deum habemus,* nempe, ad Patrem. De vnius Chriſti munere venit, quòd ad Patrem accedamus: nam ſine Chriſto Filio eius, nec ſciremus, quòd Pater eſſet in diuinis. Aiebat enim Dominus Ioan. 14. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.* In hoc enim ſeſe eximebat a conditione aliarum creaturarum: creaturæ enim viſæ, etiam præſtantiſſimæ, in Dei cognitionem nos inducunt: de Patre autem nec vllam ſuſpicionem permittunt. Vnus Chriſtus, Dei Filius, viſus, id, quod in Deo altius eſt, nimirum, paternitatem, innoteſcere facit hominibus. Vt dicat D. Cyril. Alex lib. 1. Theſauri, cap. 6. *Qui videt me, ait, videt & Patrem meum. Non dixit, & Deum. Non enim nomen, ſed maius voluit Genitori ſuo attribuere. Pater enim à maiore, atque digniore, hoc eſt, ex Filio, intelligitur; Deus verò à creaturis, quæ tantùm diſtant à Filio, quantùm natura ſeruus à natura Domino, & Creator à creatura.* Ad Dei cognitionem nos & creaturæ deducunt: ad Patris autem cognitionem vnus Ieſus, Filius eius, facit nos venire. Quod inter beneficia à Ieſu accepta numerat Minut. Felix in Octauio dicens de Ieſo meo: *Qui nos Patrem facis benigniſſimè ſcire.*

Cyril. Alex.

Ioan. 14.

Cyril. Alex.

Felix.

§. XII.

Tunc oratio, & benedictio efficax eſt, nec aberrat ab ſcopo, cum ſub ſigno Chriſti procedit.

NOtanter ante benedictionem faciendam commutatione manuum expreſſit Iacob ſignum Crucis. Dicit enim Textus: *Commutans manus. Benedixitque Iacob,* &c. In illa commutatione manuum intelligunt D. Iſidor. & Ruper. ſignum Crucis. Et cur benedictioni ſignum crucifixi præmittitur, niſi vt oſtendatur, quàm de Chriſti ſigno oratio, & benedictio efficaciam, & certitudinem accipiant? Cant. 4. dicitur Sponſæ: *Vitta coccinea, labia tua.* Cant. 4. Septuag. legunt: *Sicut funiculus coccineus, labia tua.* Quid Septuag. coccineus funiculus cum labiis? Ait D. Nicæn. hom. 15. in Nicæn. Cant. *Funiculum menſuræ nomen eſſe de libro vaticiniorum Zachariæ didicimus. Habebat enim in manibus Angelus, in ipſa loquens, funiculum, quo terram homines metiri ſolent. Tunc autem oratio maximè ſuam menſuram conſequitur, cùm à rubedine coloratæ eſt, quæ eſt ænigma ſanguinis illius, à quo redempti ſumus.* Quippe vt funiculus certam menſuram deſignat, a qua minimè exorbitare licet: ſic oratio, ſeu benedictio, quæ ſub ſigno Chriſti Redemptoris profertur, non inania voluit, non exorbitantia effugit; ſed effectûs commenſurata procedit. Quomodo ab ſcopo aberrabit, quæ ſub ſigno Chriſti emittitur? Habes ex 1. Reg. 17. vt Dauid in 1. Reg. 17. lapide, & funda egreſſus eſt contra alienigenam: ait enim Textus: *Tulit vnum lapidem, & funda iecit, & circumducens percuſſit Philiſthæum in fronte,* &c. Vnde tam certus ictus lapidis fuit? Erat in lapide ſignum Chriſti, quo ab ſcopo aberrare non licuit. Ait D. Nicæn. orat. de Quadraginta Martyribus: *Vna vox ad hæc omnia audiebatur, Chriſtus, quem ore Sancti illi confitebantur. Hoc erat aduerſariorum vulnus, hanc cuſpidem aduerſariis obiiciebant, per hanc vocem in medio corde vulnus aduerſarius accepit: hic eſt lapis, qui per manum Dauid funda emittebatur, qui à galea aduerſarij, quò deſtinatus erat, non aberrauit.* Quid pulchrius? Non aberrat a ſcopo, qui procedit ſub ſigno Chriſti.

Nicæn.

§. XIII.

Efficaciſſima eſt bona à patribus inſtitutio, vt filios in bonum adducat.

BEnedicturus Iacob nepotes meminit virtutes parentum, dum ait: *Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Iſaac,* &c. Vt oſtendat radicem, ex qua Abrahamides omnes in diuinas virtutes, & benedictiones creuerunt. Nimirum, quòd inſtitutores nacti ſunt illos præſtantiſſimos viros Abraham, & Iſaac, qui ſemper ambularunt in conſpectu Domini: ſub talium autem parentum inſtitutione, quis filius non iret in benedictionem? Exod. 13. cauebat lex dicens: *Quod primitiuum eſt* Exod. 13. *in pecoribus tuis, quidquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis Domino.* Et mirabar, quòd ſic lex voluerat conſecrari etiam pecora Domino. Cur non magis cauit in pecoribus recalcitrationem, & repugnantiam? Nonne beſtiarum eſſet, calcibus altaria percutere, fœdare, in non paruam indecentiam ſacrificij? Cur ergo non magis illa ab altaribus arcet? Cauit id lex, cùm petit ab homine non qualiacunque pecora; ſed ea, quæ ſub eius poteſtate nata, & educata ſint, certior iam facta lex, quòd nullum pecus adeò ferox eſt, quod ſub bono magiſtro, & educatore, non ebibat manſuetos mores. Vt dicat D. Ambroſ. lib. 2. de Cain, cap. 1. *Quæ tamen cùm à cultore gubernantur, facilè manſueſcunt, & imperata exequi, & iugum ſubire, & ad vocem magiſtri accelerare, gradum aut ſiſtere, aut deflectere, aut aliqua munia ſui operis, quaſi iubentino, humano quodam famulatu obedire conſueuerunt. Tantùm valet inſtitutio, vt vincat naturam.* Nulla equidem natura adeò ferox eſt, quæ non poſſit vinci, & ſub iugo coerceri, & ad bonum deduci a bono parente, aut magiſtro inſtitutore. Hinc Iudicum cap. 19. locutus Textus de perditiſſimis Benjaminitis, qui vxorem Leuitæ compreſſerunt, occiderunt, ait: *Venerunt viri ciuitatis illius, filij Belial, id eſt, abſque iugo, & circumdantes domum ſenis, fores pulſare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes. Educ virum iſtum, vt abutamur eo.* Quid turpius? Quid impudentius? Parum eſt, quòd inter tanta facinora filij Belial, hoc eſt, ſine iugo vocentur. Cur non maiori aliquo elogio feriuntur? Dum abſque iugo dicuntur eſſe, parentes eorum mordentur, quorum negligentia factum eſt, quòd filij ſine iugo eſſent: quando enim parentis, aut magiſtri diſciplina adeſt, vel feriſſimi filij iugum ſubirent. Ait Arias Montan. ibi: *Tantam morum corruptelam parentum negligentiæ, ac improbitatis adſcribendam indicat nomen illud: Filij Belial,*

Ambroſ.

Iudic. 19.

Montan.

lial, abſque iugo. Ad culpam enim pertinet parentum, qui cùm & ipſi improbiſſimi fuerint, non ſolùm indulgentiam, ſed & licentiam patria, & adoleſcentibus filiis, laxáſque in ſummum nequitiam habenas præbuerint. Crede mihi, niſi parentum eſſet negligentia, nullus eſſet adoleſcens, qui ſub rationis non cohiberetur iugo.

§. XIV.

Id tibi præſtabit Deus, quod tu aliis præſtiteris.

ET illud etiam maximè notandum, quod Textus ait, nimirum: *Benedixitque Iacob Ioſeph, & ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Iſaac; Deus, qui paſcit me ab adoleſcentia mea, benedicat pueris iſtis.* Et quando non Ioſepho; ſed eius filiis benedictio dabatur, cur dicit Textus: *Benedixit Iacob Ioſeph?* Inuocaturus erat Iacob Deum, altorem ſuæ familiæ illis verbis, nimirum, *Deus, qui paſcit me.* & ideò præmittitur Ioſeph benedicendus: vt enim Ioſeph Ægyptios pauit in fame; ſic Deus, & parentes eius, & filios pauit: ſemper enim Deus ea ſolet ſuis creaturis præſtare, quod illæ præſtant [Geneſ. 1.] aliis. Gen. 1. *Dixitque Deus: Fiat lux. & facta eſt lux. Viditque lucem, quod eſſet bona.* Non ſolùm Deus fecit lucem, ſed & poſt factam aſpexit. Nulla alia creatura dicitur ſic expreſſe, & per proprium vocabulum à Deo viſa, ſicut lux. Et cur in luce ſingulariter exprimitur Deus illam vidiſſe? Lux cætera omnia facit videri, & ideo Deus illam vidit, vt haberet lux ex Deo bonum, quod ipſa aliis præſtat. Ait D. Ambr. lib. 1. Hexam. cap. 9. [Ambroſ.] *Nunc iam lucem expreſſit, quæ videndo complacet: quoniam ipſa videndi officium, ubi miniſtrant. Nec immeritò tantum ſibi prædicatorem meruit enarrare, à quo, puto, primò laudatur: quoniam ipſa fecit, vt ipſa cætera mundi membra digna ſint laudibus.* Vt lux illuſtrat omnia alia, & facit, vt eorum pulchritudines videantur, & deinde laudentur: ſic Deus illam ſuo conſpectu dignatus eſt, & ſuis laudibus magnifecit: expe-[Matth. 6.]ctat enim Deus, qualia homo faciat proximis ſuis, vt rependat ei ſimilia. ſic enim ait Matth. cap. 6. *Si dimiſeritis* [Iſid. Pel.] *hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cæleſtis peccata veſtra.* Itaque ait D. Iſidor. Peluſiot. 4. lib. epiſt. 185. *Quòd rogatus veniam, te difficilem præbeas, id ſanè miror. Atqui non mineris nobis vtilitatem auferre conſueuit auxilium datum. Nam inter aſſiduam manſuetudinem, & inter aſperitatem nolentem remittere offenſam illis, qui in nos deliquerunt, ſalutis noſtræ negotium periclitatur. Remittite enim, & remittetur vobis, diuinum clamat Oraculum.* Id equidem in Deo habemus, quod in nobis proximi habent: quod aliis fecerimus, recipiemus. Sapientia cap. 7. de Dei Filio om-[Sap. 7.]nium mortalium Iudice locuta ait: *Candor eſt enim lucis æternæ, ſpeculum ſine macula.* Cur ſpeculum? Quia repræſentat ſuis, quæ ipſi habent. Ait D. Nicænus orat. 5. de [Nicæn.] Beatitud. *Quemadmodum artis exactè probæ verúque ſpecularia tales vultuum oſtendunt effigies, qualeſcunque ipſi vultus ſint; ita iuſtum quoque Dei iudicium noſtris affectionibus aſſimilatur. quæ cumque à nobis commiſſa fuerint, tales nobis de ſuo præbens retributiones,* &c. Nos noſtris muneribus facimus, quæ ad nos veniant munera ex alto. Si largi, ſi liberales in proximos ſimus, ſummam in Deo erga nos experimur largitatem. Si inhumani ſimus, & immiſericordes, nec guttulam ex Dei miſericordiæ capimus. Diues ille inhumanus in Lazarum, cui vel micas negabat, poſitus in tormentis guttam poſtulabat aiens Luc. 16. [Luc. 16.] *Intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam.* Guttam petebat, & nemo e Cælitibus illi guttam dabat! Et cur miſero tam paruum refrigerium negatur? Nicæn. vbi ſup. [Nicæn.] *Ideò miſericordiam ſibi præcidit, & miſericordia implorata non auditur, non quod vna gutta de magno Paradiſi fonte dempta damnoſa eſſet; ſed, quia miſericordiæ ſtillam commiſceri, atque communicari cum inhumanitate non poteſt. Qualis enim ſemen ſeminauerit homo, talem & metet.* Sic ibi, & verè.

§. XV.

Diuini fauores, etiamſi maximi ſint, crebrò ſolent intermitti.

BEneuolum, & fauorabilem ſuis expertus Deum fuerat Iacob, & nihilominùs orat, vt in benedictionibus adſit nepotibus dicens: *Deus, qui paſcit me ab adoleſcentia mea, vſque in præſentem diem; Angelus, qui eruit me à cunctis malis, benedicat pueris.* Et quando tam longo tempore expertus fuerat Iacob Deum ſuis rebus propitium, quid neceſſum fuit denuò eius fauorem requirere nepotibus ſuis? Cur non magis fidit in præteritis Dei auxiliis? An timet, ne aliquando deficiat ſuis diuinus fauor? Equidem memor fauorum diuinorum in ſe, & in ſuos non adeò credit illis, vt non etiam valdè timeat, ne deficiant; & ideò denuò precatur pro illis: ſic enim ſancti viri non omnino credunt diuinis fauoribus; ſed ſemper pro illis conſeruandis ſunt ſolliciti. Sic ſanctus Iob cap. 9. ait: [Iob 9.] *Et cùm inuocantem exaudierit me, non credo, quòd audierit vocem meam.* Se in oratione exauditum experiebatur, & nihilominùs dicit, ſe non credere. Cur ita? Ait Philippus [Philip. Ab.] Ab. ibi: *Exauditum eſt in hoc, vt à Deo bona mereamur. Non ſe autem exauditum credit, eo quòd mala patimur: ſemper enim timendus, ac venerandus eſt Deus: ideòque non ſtatim me huius committo fiduciæ, vt de tranquillitate eius, & manſuetudine, certam ſecuritatem quaſi eâ iuſtificatus aſſumam. quia inopinantem ſubitò quaſi turbo me rumpit.* Quibus illa maximè expendenda ſunt, nimirum: *Non ſtatim me huius committo fiduciæ, vt de tranquillitate, & manſuetudine eius certam ſecuritatem aſſumam.* Quippe etſi tranquilliſſimè, placidiſſimeque Deus mecum agat, non ſic credo huic tranquillitati, vt me reputem ſecurum, quin potiùs tunc inopinantem me turbo concutiet; propterea ſemper ſollicitus ſum, & in continuis precibus apud illum. Iam oſcula, & amplexus Sponſi ſui experta Sponſa clamat Cant. 1. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* [Cant. 1. & 2.] Sed & poſt pauca ait Cant. 2. *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.* Ecce tibi meridiana Sponſi paſcua quærebantur, & in noctibus adhuc errat Sponſa quærens dilectum. Cur in noctibus adhuc errat, an quia non inuenit meridiem? Inuenit, nec eſt fraudata deſiderio ſuo: ſed, vt meridiem vidit, ſtatim in nocte fuit. Vt dicat D. Bern. ſer. 32. in Cant. [Bernard.] *Deſiderium cordis eius tribuitur ei. Expectet tamen, idq; ad tempus, & tempus modicum. Nam, cùm multo labore quæſitus adfuerit, ſubitò dum teneri putatur, elabitur; & comprehendi patitur, ſed nequaquam retineri, dum ſubitò, quaſi manibus euolat: ita ergo poteſt eſſe de præſentia Sponſi lætitia, ſed non copia: quia etſi viſitatio lætificat, ſed moleſtat viciſſitudo.* Huc trahe dicta tom. 1. in Euan. lib. 2. cap. 11. §. 1.

§. XVI.

Dei benedictio nulli deficit, qui virtutis teneatur ſtudio.

REmouit Iacob à Manaſſe honorem primatus, dum ab illo in Ephraim tranſtulit dexteram manum: ſed benedictionem à Deo poſtulatam non remouit. Imò ait: *Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei, Abraham, & Iſaac: Deus, qui paſcit me ab adoleſcentia mea: benedicat pueris iſtis.* Non vni, ſed ambobus nepotibus benedictionem largitur. Etſi à dextera, & maioratus honore deturbet alterum; tamen benedictionem vtrique æqualiter largitur. Quippe vterque tunc bonus erat, & ſub parentis diſciplina vterque ſtudebat virtuti; & ideò neutri defuit diuina benedictio. Non ſic accidit duobus aliis fratribus Iſaaci filiis, nempe, Iacobo, & Eſau. Cùm enim Iacob præripuiſſet honorem primogenij cum benedictione, poſtea non inueniebatur benedictio Eſau. Quod indignè ferens Eſau Gen. 27. clamabat: *Num vnam tantùm benedictionem habes, pater? Mihi quoque, obſecro, vt benedicas.* [Geneſ. 27.] Quaſi nouerit ſibi benedictionem deficere. Compone modò hos Iſaaci filios, cum duobus illis Ioſephi filiis. Vtrobique iunior præfertur maiori; & honor maioratus datur iuniori. At in filiis Ioſephi benedictio nulli deficit. Perdiderit licet Manaſſes maioratum; benedictionem tamen

men diuinam non requiſiuit,ſed illam habuit.Eſaü autem, vbi maioratum perdidit, benedictionem requirit,& non inuenit. Et quando Manaſſe cum ſpoliatione maioratus non defuit benedictio,cur defuit Eſau? Defuerat in Eſau ſtudium virtutis, & ideò illi defuit cæleſtis benedictio, quæ bonis, & virtuoſis neſcit deficere. Ait D.Iſidor. Pe- Iſid. Pel. luſ. lib.4. ep.26. *Si verò Eſaü ſeriò pœnitentiam egiſſet, non fuiſſet à Deo neglectus.* Diues enim cùm ſit Deus, & alijs abundet pluribus coronis, aliter quoque ipſum ornare potuiſſet. Tametſi enim benedictiones,quas vendiderat, recuperare non poſſet; alijs tamen coronis ornatus fuiſſet, ac primùm quidem illa,quòd propitium haberet Deum: *Quia verò virtutis nulla tangebatur cura,meritò ſuo deſiderio fruſtratus eſt.* Equidem Deus, cùm ditiſſimus ſit in benedictionibus,nulli poteſt eius deeſſe benedictio,niſi ei,qui virtutis nullam habet curam.

*Geneſ.*48. Videns autem Ioſeph, quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraïm, grauiter accepit. Et apprehenſam dexteram manum patris leuare conatus eſt de capite Ephraïm, & transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitque ad patrem: Non ita conuenit pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. Qui renuens ait: Scio,*&c.*

§. XVII.

Antiquitatis prærogatiua vix ad aliud ſeruit, quàm ad rixas.

HOnor datus iuniori filio, & ablatus maiori natu grauiter momordit patrem; ait enim Textus: *Videns autem Ioſeph, quòd poſuiſſet pater ſuus manum ſuper caput Ephraim, grauiter accepit. Et apprehenſam dexteram manum patris, leuare conatus eſt*, &c. Ecce tibi,obedientiſſimus patri Ioſeph, vbi vidit ab illo iuniorem filium exaltari, deprimi maiorem, ſtatim acriter commotus pro maiori natu ſtans nititur obſiſtere patri. Heu prærogatiua antiquitatis, neſcia non turbellas, & rixas excitare! Cùm ſacerdotium, & regimen populi Iſraelitici eſſet penes *Num.*16. Moyſem, & Aaron, ait Textus Numeror.16. *Ecce autem Core, filius Iſaac, filij Caath, filij Leui, & Dathan, atque Abiron,filij Eliab,Hon quoque filius Phileth de filijs Ruben ſurrexerunt contra Moyſem*, &c. Sic Core, & Dathan,& Abiron primas excitant ſeditiones in populo, obſiſtúntque Moyſis, & Aaronis dignitatibus. Et cur tacentibus alijs fortè nobilioribus, & præſtantioribus, iſti ſoli indignè ferunt Moyſis dignitatem, & ſeditionem mouent aduerſùs illum? Textus indicat cauſam, cùm eorum proſapiam deſignans ait: *De filijs Ruben.* erat enim apud illos prærogatiua antiquitatis,vt qui à Ruben, fratre omnium maximo, venirent: in quibus autem eſt hæc prærogatiua, non poteſt non eſſe, & morſus,& rixa, vbi minores Iſid Pel. alij primas rapiunt. Ad hæc D. Iſidor. Peluſiota 2. lib. ep.48 fatur. *Cùm quidam in deſerto, qui à Ruben genus traxerant,ſéque quòd à primogenito oriundi eſſent,ſacerdotio dignos eſſe iudicarent, furore quodam percitis, in eos, qui diuino cultui conſeruati erant, impetum feciſſent*, &c. Sic prærogatiua antiquitatis homines in furorem traxit, quo vellent perdere minores, qui virtutum merito præripiebant ſibi *Geneſ.*27. dignitates. Noſti etiam odia, & rixas Eſau aduerſùs fratrem Iacob: ait enim Gen.27. *Oderat ergo ſemper Eſau Iacob pro benedictione, qua benedixit ei pater.* Et cur Iacobi benedictio tantum odium excitauit in Eſau? Ait D. Iſidor. Iſid.Pel. Pel.4. lib. epiſt.26. *Primogenituræ iuri innixus, eóque fretus benedictionem, quæ virtuti debetur, hæreditario iure habere voluit, quod fieri neutiquam potuit.* Habens in ſe antiquitatis ius, diſcerpebatur videns in minore benedictionem, quam ad ſe eo ſolo titulo antiquitatis trahere non potuit.

§. XVIII.

Qui ad magna ſolent ex Deo aſſumi, aliquid minus habere coguntur, vt inde ſe humilient.

NOn oſcitanter dictum fuit illud: *Frater eius iunior, maior erit illo.* De duobus fratribus iunior eligitur à Deo,vt in eo magnitudinem mundialium bonorum conſtituat. Et cur iunior? Vt ſaltem inde habeat, quò ſe humiliet:ſolet enim Deus prouidere aliquid minus in ſuis Magnatibus, ne ſe extollant ſupra id, quod ſunt. Gen.1. *Gen.*1; dicit: *Fecit Deus duo luminaria magna; luminare maius, vt præeſſet diei; luminare minus, vt præeſſet nocti,& ſtellas. Et factum eſt veſpere,& mane dies quartus.* Itaque, quem ad mundi principatum creauit Solem, cur condidit quarto die, cùm terram, & herbas viliſſimas quaſque ſecunda, & tertia die condidiſſet?Et cur poſt terram,viliſſimáſque herbas factus eſt Sol mundi Princeps? Ne in tanto principatu conſtitutus crederetur ſupra id,quod eſt. Vt dicat D. Ambr.lib.3. Hexam c.6. *Ne error hominum conualeſcat,* Ambroſ. *germinet prius terra,quàm fotus Solis accipiat. Sciant omnes Solem authorem non eſſe naſcentium. Quomodo Sol viuendi vſum miniſtrat oriundis,quando illa priùs diuinæ operationis viuificatione ſunt edita, quàm Sol in hos viuendi vſus veniret? Iunior eſt herbis,iunior fœno.* Fecit equidem Dominus Solem ſplendore,& principatu clareſcere; ſed & illum fecit eſſe nouitium, vt qui omnia luce ſuperabat, vel à vilibus herbis antiquitate vinceretur, ne crederetur eſſe ſupra id,quod eſt; ſed magis intra humilem creaturarum modum contineretur. Hinc magnus Eliſeus lumine prophetiæ conſpicuus 4. Regum, cap. 4. videns hoſpitam ſuam triſtem, dicebat ſeruo ſuo: *Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me, & non indicauit* 4.*Reg.*4. *mihi.* Et cur tanto Prophetæ aliquid celari debuit? Ait Lippoman.in Cat ad cap.18. Gen. *Non indicauit mihi, ait.* Lippom. *Quod Deus omnipotens ex magnæ pietatis gratia diſpoſuit. Nam dum prophetiæ ſpiritum aliquando ſubtrahit, prophetantium mentes & eleuat in celſitudinem, & cuſtodit in humilitate.* Expende illa: *Eleuat in celſitudinem, & cuſtodit in humilitate.* Dum enim magna præbet, in celſitudinem eleuat; dum ſimul minus aliquid largitur,in humilitate cuſtodit.

§. XIX.

Vbi deficiunt manus ſuſpectæ,ſint largæ orationes in gubernatore.

VOlebat Ioſeph, ne pater Iacob applicaret manum dexteram iuniori nepoti Ephraim; ſed eius magnalia nunciaret, remota ab illo dextera manu. Quid tunc Iacob? Ait Textus: *Qui renuens ait: Scio, fili mi, ſcio*, &c. Sciens enim certò futura eſſe omnia felicia, quæ nunciabat, circa Ephraim augmentum, noluit ab illo auertere dexteram manum, vt dexteræ conſtantia dicendorum etiam conſtantiam deſignaret:nunquam enim non ſuſpectæ ſunt verborum pompæ, & largæ orationis flumina, vbi paſſim cernuntur defeciſſe manus. De Imperatore Ioſeph. Caio locutus Ioſephus lib.19. Antiq. cap. 2. poſt cladem Imperio Romano per illum illatam narratam, addit: *Opus autem eius regale,aut magnificum nullum eſt memorabile, aut excogitatum ad vtilitatem hominum. In cauſa fuit ſtudium rerum inutilium, & quòd pecunias in priuatas ſuas voluptates inſumere maluit, quàm in publicam magnificentiam. Alioquin Orator facundus, & peritus vtriuſque literaturæ,tam Græcanicæ, quàm patriæ: facilèque intelligebat omnia, ad quorumuis orationes reſpondens ex tempore, & vel in maximis negotijs ſuadendi facultate præditus.* Hæc omnia tranſcripſi, vt diſcas non mirari hominem diſertum, & facundum, omniaque ſcientem, & de omnibus aptè diſſerentem; ſi alioquin vides illum carere dextera manu, nullúmque opus vtile, Reipublicæque commodum ab illo præſtari. Quippe grandiloquentia in homine ſine effectu manuum,non diuinæ ſapientiæ argumentum eſt;ſed diabolicæ ſuperbiæ, & inanitatis. Vbi apparuit Dauid in funda, & baculo 1.*Reg.*17. Philiſthæo illi 1.Reg.17. *Maledixit Philiſthæus Dauid in Dijs ſuis,dixitque ad Dauidem: Veni ad me,& dabo carnes tuas volatilibus cæli,& beſtijs terræ.* Quanta hæc verborum ſuper-

bia? Maledictionem multam in puerum iacit; ridet paſtoris arma; certam ſibi nunciat victoriam, & Dauidis ſtragem. Vnde homini tanta verborum præſumptio? Plane, ſi ſpectes, vt illi in conflictu defecerunt manus, vt victus miſerè occubuit, facilè credes, totam illam magniloquentiam profectam fuiſſe a Diabolo. Dicit Baſil. Sel. (Baſil. Sel.) orat. 15. *Dæmonum opera factus elatior Philiſthæus ſuperbiloquium perterreſaciebat.* Quando Philiſthæus tantus erat in verbis, ſic præſumptuosè loquens, nullus futurus in manibus, apertè oſtendebatur eius inhabitator eſſe Diabolus. Ne tu ab alio venire credas, quòd homo nihil dexterum conficiens, nihil ad vtilitatem faciens, in verborum pompis, & ratiocinationum diſertitudine ſe iactet.

§. XX.

Non mutandi conſueti rerum ordines, niſi per certiſſimam, & euidentiſſimam boni euentus ſcientiam.

PErſiſtens Iacob in præferendo iuniore nepore ait: *Scio, fili mi, ſcio.* Non contentus ſemel dixiſſe, ſe ſcire; iterum illud repetit indicans ſcientiæ certitudinem ſibi apertiſſimè exploratam. Niſi enim de certiſſima, exploratiſſimáque ſcientia conuenientiæ veniret, minimè tentaret naturæ conſuetudinem, rerúmque ordinem immutare, præferens minorem maiori fratri. Hac ſcientia debet pollere quiſquis conſuetos ordines rerum amat immutare. (Ioan. 13.) Ioan. 13. *Sciens Ieſus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua. Et cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe. deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes Diſcipulorum*, &c. Ecce tibi, vt dictitus Ioannes Chriſti Domini condeſcenſum in pedibus diſcipulorum lauandis, eius clariſſimam ſcientiam de omnibus ſibi traditam prænotauit. Et cur neceſſum fuit prænotare ſcientiam Ieſu in tanto illo humilitatis miraculo? Ad miraculi illius ponderationem, nonne ſuffeciſſet Ieſu celſitudinem, nobilitatem, Diuinitatem prænotaſſe? Cur eius omnigenam ſcientiam maluit indicare? Oſtendebantur tunc omnes conſueti rerum calles immutati, quando maior ſeruiebat minoribus, & Dominus ad ſeruorum pedes ſe demittebat. Quæ mutatio ordinis conſueti vix crederetur honeſta, niſi de tanta plenitudine Ieſu ſcientiæ manaſſet. Quis enim vſitatum ordinem deſerat honeſtè, niſi qui ingenti ſcientiæ lumine valet? Ezech. cap. 1. locutus de curru illo mirabili, ait: *Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus, & totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor.* (Ezech. 1.) *Cùmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea*, &c. Rotæ ergo ſequebantur animalia, vt ſolent rotæ ſequi animalia in omni plauſtro. Quis enim non videt in curribus, ad animalium motus rotas moueri? Cur ergo rotæ iſtæ, vt animalia ſequantur, prænotantur fuiſſe plenæ oculis, id eſt, cognitione, & ſcientia? Reſpondet Theodoret. ibi fatus de ſanctis (Theodor.) illis animalibus: *Neque enim temo, aut iugum animalibus erat impoſitum.* Ponitur temo, & iugum animalibus, quæ ferunt plauſtra, vt de iugi ſtrictura habeant, ne à curruum ſemita exorbitent; ſed in conſuetis curruum callibus obambulent. Quando autem in curru hoc Ezechielis, nullum iugum ſtringebat ſancta animalia, vt per vſitatos, & notos calles ambularent; ſed liberum erat illis viæ ordines immutare; neceſſum erat, multis oculis, multa ſcientia pollere rotas tanti plauſtri. Quæ enim via extra conſuetum callem probabitur, niſi de magna, & certiſſima ſcientia proficiſcatur? Vt meritò dicat Caſſiodor. 6. Variar. (Caſſiod.) 59. *Periculis potius exponimur, ſi vagis voluntatibus ſubiacemus.* Quippe ſequi eum, qui nullo iugo ſtringitur ad certum procedendi callem; ſed vagè huc illuc pro libito proprio fertur, periculoſum eſt, niſi oculis plenus ſis, & magna polleas ſcientia. Sed magis debes inſiſtere notis bonorum callibus. Quò trahenda ſunt dicta lib. 12. cap. 3. §. 14.

§. XXI.

Vnus meritorum ordo inuariabilis eſt.

MItatis illa verba, nimirum: *Frater eius iunior, maior erit illo.* Nec ſemel dextera patris iuniores filios ſupra maiores extulit. Vt diſcant homines, quam fragilis ſpes ſit, quæ vel ordine naturæ, vel conſuetudinis nititur. Qui enim ordo non ſit variabilis, niſi vnus ordo meritorum? Samuel electurus vnum filium Iſai in Regem Iſrael venerat in viri domum 1. Reg. 16. *Adduxit itaque Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele. & ait Samuel ad Iſai. Nõ elegit Dominus ex iſtis.* (1. Reg. 16.) Non adductus eſt natu minimus; ſed natu maiores adducti ſunt, vt qui naturæ ordine præferebantur: ſed volente Deo, repellebatur ordo naturæ. Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 14. *Fecundi ordo naſcendi ſequebatur ordinem, & proprium gratia non reperiebat:.: Subitòque primus fratrum comperiebatur, qui poſtremus, ordoque naturæ cedebat gratiæ:.: Et quos primos natura produxerat, primos deſtituebat gratia.* (Baſil. Sel.) Quippe in bonis gratiæ variabilis ſæpiùs eſt ordo naturæ, & conſuetudinis. Ille autem vnus eſt inuariabilis ordo, qui non gratiæ, ſed meritorum eſt. Vt dicat Paul. 1. ad Corint. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Vnuſquiſque autem in ſuo ordine.* (1. Cor. 15.) Ibunt in vitam vniuerſi cum Chriſto: ſed ibit vnuſquiſque in ordine ſuo. Nemo non tenebit ſuum ordinem, & qui maior, & qui minor. Nec minor aſcendet ad ordinem maioris, nec maior ad minoris ordinem deſcendet. Et cur tanta firmitas, & inuariabilitas ordinis tunc tenebitur? Erit ordo ille non iuxta gratiam, ſed iuxta merita, ex quibus prorſus inuariabilis exiſtet. Ait D. Anſelmus ibi: *Vnuſquiſque in ordine ſuo, id eſt, in ſuorum meritorum dignitate.* (Anſelm.) Ab ordine, & gradu ex meritis acquiſito nemo deturbabitur in cæleſti vita.

§. XXII.

Parentum merita & ſolent proficere poſteris.

NOn diſſimulo illa verba: *In te benedicetur Iſraël, atque dicetur: Faciat tibi Deus, ſicut Ephraim, & Manaſſe.* Mirabile enim eſt, quòd tantus benedictionum cumulus impleuerit Tribum Ephraim, quando ex hac Tribu in publicum idololatria proſilierit. Primus Ieroboam vitulos aureos dedicauit, poſt quem cæteri Reges Iſraelis idololatræ fuerunt. Cur ergo idololatriæ matrici tantum benedictionum cumulum impertitus Dominus eſt? Rationem indicant illa verba, nimirum, *in te*; hoc eſt, in Ioſeph, vel propter merita Ioſeph. Non enim rarò merita parentum ſolent etiam filiis dyſcolis prodeſſe. Sic dicebat Dominus (4. Reg. 19.) 4. Reg. 19. de Ieruſalem: *Protegámque vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Plena erat Ieruſalem ſceleribus; ſed merita Dauidis faciebant, ne funditùs à Deo perderetur. Quò pulchrè reſpiciens D. Ennod. lib. 4. epiſt. 10. ait: *Superiorum inſtituta ſeruantur, per quos generatio recipit, quod perſona condiderit. Sic Iſraelitici delicta populi propter Dauid pœna non tetigit, dum genti opitulatur eſt preceſſoris integritas, & fides hominis vnius eripuit de errore populum, vnius iunxit in gratia.* (Ennod.) Sic ibi meritò illa dicuntur: *Generatio recipit, quod perſona condiderit.* Quid enim boni egeris, poſteri tui recipient.

§. XXIII.

Vt à Dei ſpiritu perſpicacia, ſic à Dæmone cæcitas venit, & caligo.

SEd & illud pondero, quod ait Textus: *Benedixitque eis in tempore illo dicens: In te benedicetur Iſrael*, &c. Circa quæ ait D. Chryſoſtom. *Vide, quomodo gratia prædicit futura, & prophetico afflatus ſpiritu pueris Ioſeph benedicit. Et quod tantis temporibus aberat, tanquàm præſens, & ante oculos ſitum viderit.* (Chryſoſt.) De gratia, & ſpiritu Dei aſſiſtente in Iacob, tanta in eum perſpicacia venit, vt quod longè aberat, tanquam ante oculos ſitum viderit. Sic aſſiſtentia Spiritus diuini in perſpicacia videndi veritatem affulget. Vt è contra Diaboli aſſiſtentia oſtenditur

ditur in cæcitate, & oculorum caligine. Ait Textus 1. Reg.
1. Reg. 16. 16. *Spiritus autem Domini receſſit à Saule, & exagitabat eum Spiritus nequam.* Quòd ſi quæras, vnde pateret, quòd exagitaret Saulem Spiritus dæmoniacus? Ait D. Baſil. Seleucienſis orat. 14. *Deſertam igitur à gratia, nec habitatam Saülis animam nactus, Dæmon proprium ſibi effecit domicilium, & aduentus ſui notas euentu rerum dedit.*
Baſil. Sel. *Prudentia de mentis arce deturbabatur: tranſuerſim agebantur oculorum pupillæ, dæmoniacis motibus obturbabantur.* Expende illa: *Aduentus ſui notas euentus rerum dedit.* Quòd ſi quæras rerum euentus, qui ſint indicia Dæmonis aſſiſtentis, ſtatim addit prudentiæ defectum, oculorum turbationem, ne quid ſyncerè, & verè conſpiciatur. Hoc enim in primis dæmoniacus Spiritus agit, nimirum, vt obſcurentur mentis acies, & tota abſcedat in rebus gerendis prudentia, nec inſtantia videantur
Matth. 12. mala. Matth. 12. *Tunc oblatus eſt Ieſu Dæmonium habens, cæcus, & mutus.* Quæ cæcitas non ab alio, quàm à Dæ-
Chryſoſt. mone creditur inducta. D. Chryſoſtom. hom 41. *Quaſi neſciret Dæmon exeſſe aliter, quàm cùm oculis caliginem infunderet.*
Hilar. Quò ſpectans D. Hilar. can. 12 ait: *Qui erat habitatus Dæmonio, & cæcus, & mutus.* Sic de aſſiſtentia Dæmonis oritur cæcitas mentis, & tenebroſa caligo.

§. XXIV.

Bona à Deo immediatè habita neſciunt in proſperiora non ire.

Meritò Iacob diſceſſurus è vita vnum Deum protectorem, & deductorem poſteris ſuis relinquit, dicens: *En ego morior, & erit Deus vobiſcum, deducétque vos ad terram patrum veſtrorum.* Non homo aliquis, non Angelus, non creatura, ſed vnus Deus per ſe dicitur aſſiſturus Iſraëlitis, eóſque reducturus in terram patrum ſuorum. Et notanda ſunt illa verba, nimirum: *Reducétque vos in terram patrum veſtrorum.* Quid ſimplicius? Solam deductionem ex Ægypto proponit: de diuitiis, & felicitatibus in illa
Geneſ. 15. reductione habendis nihil dicit. Suprà Gen. 15. locutus Deus de illa reductione ad Abraham dicit: *Et poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.* Et quando Deus illam egreſſionem, ſeu reductionem promiſerat tunc futuram cum magna ſubſtantia, cur Iacob modò ſolam reductionem proponit: de ſubſtantia, & diuitiis inde orituris nihil dicit? Iacob proponit reductionem illam immediatè à Deo peragendam, cùm ait: *Erit Deus vobiſcum, reducétque vos.* cætera prætermiſit, tanquàm ibi neceſſariò intelligenda. Vbi enim bona immediatè à Deo oſtenduntur proficiſci, ſimul oſtenduntur ea in ampliora, & maiora ire. Cùm Iſraëlitæ in captiuitate eſſent Babylonis, magna eſt Angelorum orta concertatio de reductione eorum. Alij dicebant reducendos eſſe Iſraëlitas ad propria: negabant alij, iuxta id, quod vnus eo-
Dan. 10. rum fatetur Daniel. 10. dicens: *Princeps regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus.* Et poſt pauca ait: *Et nunc reuertar, vt prælier aduerſus Principem Perſarum.* Ecce tibi & lis, & pugna Angelorum circa reditum Iſraëlitarum, ad propria. Et cur ſic Angeli oſtenduntur pugnantes inter ſe, & repugnantes ſibi ipſis in cauſa illa? Vt dum Angeli minime conuenientes cernuntur, credatur reditus ille immediatè à Deo decretus, & inde in maiorem felicitatem venturus. Ait D. Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſt 87. locutus de pugna illa: *Hac vtilitatis cauſa tunc dicebantur, tunc fiebant, vt Daniel preces ſuas exauditas intelligeret, & populus cùm ſe à Deo ſalutem conſequi audiret, ad meliorem frugem ſe reciperet, reditúmque expeteret, tanquàm ingentibus bonis potiturus, ſi diuino beneficio in patriam rediret.* Expende illa: *Ingentibus bonis potiturus, ſi diuino beneficio in patriam rediret*: quippe reditus à Deo inceptos non poſſet eſſe ſimplex, ſed in in[illegible] bonorum procederet cumulum. Neſciunt enim [illegible] à Deo veniunt bona, in ampliora non ire.
Ioan. 13. Hinc Ioan. 13. de Ieſu meo dicitur: *Cœpit lauare pedes Diſcipulorum ſuorum.* Cœpit, inquit, lauare pedes, an [illegible] deſtitit? Abſit: ait enim acutè, & ſapienter
Orig. Origenes [illegible]: *Cœpit ille quidem tunc abluere Diſcipulorum pedes [illegible] tum eorum pedes abluere deſiuit: poſteà enim [illegible], & ſicem fecit abluendi, quandoquidem inquinati [illegible] vt ex loco illo intelligi poteſt: Omnes vos* *ſcandalizabimini in me, in hac nocte. Hi enim commiſſis peccatis, iſtorum Diſcipulorum pedes ablui debuerunt, quos abluere cœpit, tunc. Finem verò abluendi fecit, cùm eos mundauit, ita vt eam non eſſent inquinandi.* Quippe ablutio pedum, quæ immediatè per Deum cœpit, non potuit deſiſtere ex ſe; ſed magis creſcere, donec non eſſet, quid ablueretur.

§. XXV.

In oratione validiſſima arma iuſtorum ſunt.

Dicebat Iacob Ioſepho ſuo: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Cùm dicit, *in gladio, & arcu meo*, aliquod ſingulare, & nouum ſibi genus gladij, & arcus prætendit, non iſtud commune. Quale in ſola oratione ad Deum facta conſiſtit, ad quam ſolam reſpexiſſe Iacobum in præſenti, author eſt Pater Salianus. Nec miror: Sanctorum enim Patriarcharum arma in oratione eſſe aſſerit Ioſephus apud Egeſippum lib. 5. cap. 16. Egeſipp. inquiens: *Quis non intelligat in oratione nobis eſſe meliora arma, quàm in virtute? Illa enim ſibi diuinum auxilium adhibet, hæc corporis. Dediſti hæc arma, quæ non carnalia ſunt, ſed fortia Deo, Ieſus Naue, qui aquas Iordanis conuertit retrorſum, idemque cùm inexpugnabiles Iericho muros videret, Sacerdotes tuba canere iuſſit, iubilare populum, quo facto repentè decidêre muri, atque exuſta ciuitas eſt.* Hæc erant arma antiquorum iuſtorum; nec alia arma nouerant, quàm orationem. De quo vide ſupra lib 12. cap. 10. §. 4.

CAPVT VLT.

Ioſephi mors.

Textvs Historia.

Moritvr tandem Iacob, poſt cuius funus in filiis eius recrudùit metus, ne propter antiquam venditionem, malè apud Ioſephum audirent, cùm in Ægypto ſub eius poteſtate eſſent. Componitur itaque inter eos patris mandatum, quod per amantiorem aliquem fratrem Ioſepho delatum eſt, vt ab antiquatæ vindicta iniuriæ prorſus abſtineret. Non potuit bonus ſine lacrymis adhuc metuentes fratres videre, quibus ſecuritatem promittit, & obliuionem iniuriæ, ex qua in tantam felicitatem venerat. Inſuper copioſam addit annonam, qua & eorum paruuli, & ingentes familiæ non mediocriter alerentur. Intereà cum fratribus ſuis agebat in Ægypto Ioſeph centeſimum & decimum vitæ annum, & quartæ ſuæ generationis nepotibus adgaudens poſtremam humani curſus attigit metam. Et cùm prænoſceret ſuorum ab Ægypto migrationem, inde etiam iubet aſportari oſſa ſua: quo teſtamento condito, è viuis exceſſit. Sepultus primò in Ægypto fuit: deinde eius oſſa tranſlata in Chananitidem; tandem cum Chriſto Domino, vt piè creditur, reſurgens, cum ipſo gemina donatus ſtola breuem huius æui gloriam æterna commutauit.

MORALIA IN TEXTVS Literam.

Mandat Ioſeph oſſa ſua ſepeliri in Chananitide, credens inde poſſe reſurgere in gloriam cum Chriſto, qui è carcere, & neruo ſurrexerat in thronum Ægypti.

Geneſ. 50. Reuerſúſque eſt Ioſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu, ſepulto patre. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes: Ne fortè memor ſit iniuriæ, quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum, quod fecimus. mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis, antequàm moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro, vt obliuiſcaris ſceleris fratrum, *&c.*

§. I.

Ab vno Ieſu venit, quòd temporali renunciemus & gloriæ, & vitæ.

A Sepultura patris reuertitur Ioſeph in Ægypti aulam, dicente Textu: *Reuerſus eſt Ioſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu, ſepulto patre.* Et cur non magis renunciat Ioſeph Ægypto, & gloriæ eius, Iacobi mortem videns? Crede mihi, non à Iacobo mortuo, nec ab alio, ſed ab vno Ieſu venit, quòd temporali gloriæ renuncietur, & vitæ. Iordanis, qui versùs mare mortuum vergebat, aliquando hæſit, & in primos fontes conuertit fluctus ſuos. Quo ſpectans Pſal. 113. ait: *Quid eſt tibi mare, quod*
Pſal. 113. *fugiſti? & tu, Iordanis, quia conuerſus es retrorſum?* Intrauit arca Dei Iordanem, & Iordanis conuerſus eſt retrorſum:
Matth. 3. verùm Matth. 3. *Venit Ieſus in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.* Et videns Iordanis Ieſum minimè retrorſum conuertitur. Et quando videns Iordanis Ieſum non conuertitur retrorſum, cur videns arcam retrorſum conuerſus fuit? Non equidem arca, non vlla alia creatura, ſed vnus ſolus Ieſus poteſt facere, ne ad temporalium bonorum ſcaturigines redeas. Vt meritò dicat D. Cyprianus orat. de Baptiſmo Chriſti: *Baptizatur*
Cyprian. *Chriſtus, nec vltrà Iordanis retrorſum conuertitur.* Apparuit Ieſus ſub aquis quaſi ſub ſepulchro terra: vmbra autem Chriſti ſepultæ (quæ eſt Baptiſmus) viſa, nec Iordanis retrorſum conuertitur, nec vlla mens ad bonorum
Luc. 23. temporalium affluentiam redit. Similiter Lucas cap. 23 mortuum Ieſum oſtendens, ait: *Et obſcuratus eſt Sol, & velum templi ſciſſum eſt.* At tempore Ezechiæ Regis 4
4. *Reg.* 20. Reg. 20. *Reduxit vmbram per lineas, quibus iam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decem gradibus.* Quippe Sol reuerſus eſt retrorſum decem gradibus. Et cur ad morbum Ezechiæ Sol retrorſum conuertitur: ad Chriſti autem mortem viſam non reuertitur Sol, ſed inibi obſcuratur? Planè de ſolo Ieſu venit, quòd nemo ad temporalis gloriæ abundantiam reuertatur; ſed malit illi renunciare, nouúmque vitæ genus initiare. Vt dicat D. Athanaſius oratione in caput Matthæi 11. fatus: *In*
Athanaſ. *ſalutifera Paſſione Chriſti, non apparuit Sol, indicans finem prioris creaturæ adiſſe, & principium alterius ſuperuenire, quæ diluculum ſuum, & exortum in Saluatore conſecuta eſt: Non enim omnium hæc dies eſt; ſed eorum, qui mortui ſunt peccato.* Itaque mortuo Ieſu viſo prioris creaturæ ſplendor teucitur: nec eſt creatura, quæ velit redire ad prima temporalium bonorum decora; ſed noua vita inſtituitur, ſæculúmque apparet eorum, qui peccatis mortui ſunt, & ſepulti cum Chriſto. Sic quæ prima fuerunt, reiiciuntur.

§. II.

Temporalium bonorum affectus obſcurare ſolent ad limpidiſſima veritatis lumen.

ILlud mirandum, quod ait: *Reuerſus eſt Ioſeph in Ægyptum, ſepulto patre.* Quippe in ſepulto patre viderat vitæ humanæ fallacias: de tanti patris cineribus lumen oculis mentis affulſerat, quo parebat bonorum temporalium incertitudo, & vilitas. Inter hæc tamen Ioſeph temporalibus hæret, magiſque afficitur gloriæ Ægypti, ad quam redit. Sic, ſic ſolet affectus temporalium bonorum lapideſcere inter limpidiſſimarum veritatum lumina. Habacuc cap. 2. aiebat: *Væ qui multiplicat non ſua. Vſquequò aggrauat contra ſe denſum lutum?* *Habac.* 2.
Meritò vocat denſum lutum bona temporalia congeſta; quia, vt videmus lutum ſub radiis Solis obdureſcere: ſic temporalium harum rerum affectus magis in hominum mentibus rigeſcit, & lapideſcit, vbi eis veritatis notæ lumen affulget. Quò ſpectare mihi videtur illa repetita vox Dei de Pharaone Exodi cap. 7. *Ego indurabo cor eius.* Non *Exod.* 7.
quòd Deus per ſe indurationem Pharaonis efficeret; ſed, quia ſicut lutum ſeſe indurat ſub radiis Solis; ita affectus bonorum temporalium in Pharaone ſub diuinarum veritatum claritate, & luce magis lapideſcebat. De quo diſſerit eleganter, & pulchre Origenes homilia 2. in Cantica: *Erat vtique cor Pharaonis ſecundum ea, quæ cogitabat, luteum, & limoſum. Et ſicut materiam* Orig.
luti Sol iſte viſibilis ſtringit, & indurat: ita Sol iuſtitiæ iiſdem radiis, quibus illuminat populum Iſrael, Pharaonis cor, cui inerant luteæ cogitationes, pro ipſis motuum ſuorum qualitatibus indurabat. Obdureſcebant planè bonorum temporalium affectus, luteáque deſideria, & cogitationes ſub luce diuinarum veritatum, ſicut lutum obdureſcit ſub Solis radiis. Hinc Exodi cap. 2. de filiis Iſrael circa lutum, & lateres laborantibus notanter dicit Textus: *Exod.* 2.
Poſt multum verò temporis mortuus eſt Rex Ægypti, & ingemiſcentes filij Iſrael propter opera vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. Antea circa lutum laborabant, & rigebant, & muti erant tanquam lapides. Vbi autem Regem viderunt mortuum, hinc in illam teneritudinem venerunt, vt ingemiſcentes, & lacrymantes ad Deum irent. Vnde eis hæc teneritudo venit? Sapienter ait Textus: *Ab operibus.* Sapienter canit dicere, ab operibus luti, & lateris. Vbi enim luteis rebus immergebantur, muti fiebant vt lapides: vbi autem luteas res cœperunt deteſtari, iam teneriſcebant, & emolliebantur, vt ad Deum poſſent ſuſpirare. Origenes dicit ſupra. *Non dicit à luto, neque à latere ingemuiſſe eos; ſed, ab* Orig.
operibus ſuis, inquit. Et rurſus: Aſcendit, inquit, clamor eorum ad Deum. Crede mihi, à mente lutea, quæ iis luteis rebus ſeſe immergit, nulla teneritudo expectanda eſt, qua ad Deum vadat, ſed duritiés illa lapidea, quæ vxorem Loth tenuit, vbi reuerſa eſt, vt videret conflagrantem Sodomæ ciuitatem. Caue ergo, ne te affectus ad luteas mundi glorias impellat, ni velis inde ſub ipſis diuinarum veritatum radiis lapideſcere.

§. III.

Veterum delicta non ſcrutanda ſunt in noſtrarum excuſationem.

LAudo in filiis Iacob, quod dicunt pro excuſatione delicti ſui apud fratrem Ioſephum: nimirum ait Textus: *Mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis, antequàm moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro, vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te.* Simpliciter ſuam malitiam illi confitentur, nec illam ex comparatione cum aliis extenuare contendunt. Habebant illi in promptu Cainum, qui longè fœdiùs, malitioſiùs, & crudeliùs in fratrem Abelem inſurrexerat, cuius comparatione ipſi innocentiſſimi erant. Cur ergo non excuſant ſuam malitiam, prætendentes, Cainum longe nocentiorem in fratrem ſuum fuiſſe? Planè non erat tantorum viroſum ingenium, quòd veterum cineres ſcrutarentur, vt propriæ malitiæ leuamen afferrent. Id ſolent facere nefariſſimi homines, contra quos pulchrè ait D. Ennod. in Apologia pro Synodo, vbi ſchiſmatici ſe excuſabant, & prætendebant veterum exempla; quibus respondet: *Quid Eulalij, & Bonifacij tempora, dum malorum ſolatium quæris, reuocaſti in medium? Quid incrementis exceſſuum præſentatis vetuſta contagia, & per iniquam voluntatem ſimilitudinem in aperiendis delictis facitis nihil licere?* Quid pulchrius, quid veritati conformius? A malo venit, quòd priſcorum delicta & errata non permittantur iacere in tenebris, [illegible] ſæpiùs adducantur in medium ad excuſationem [illegible] ſium. Propheta Amos cap. 6. [illegible] aptiſſime [illegible] Ennod.

bat contribules: *Qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, &*
Amos 6. *laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalterij: ſicut Dauid, putauerunt ſe habere vaſa cantici.* Summa iſtos manebat pœna, quippe ſeparati erant in diem malum. Et quale peccatum erat illud, quod ait: *Sicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici?* Quid hoc ad tantam illam pœnam? Magnum erat iſtorum crimen, quòd cùm laſciuirent in lectulis, in comeſſationibus, in citharis, & canticis, Dauidem paſſim afferebant, & prætendebant, vt qui feciſſet etiam talia. Et quid ſceleratius, quàm in ſuorum ſcelerum excuſationem, veterum cineres ſcrutari? Ruffinus ibi: *Cùm electos de gregibus, & armentis*
Ruffin. *agnos, vitulosque conſumitis, & vſque ad temulentiam vina diffunditis, pſalterium, & lyram facitis concrepare; hiſque flagitiis etiam contumelias antiquitatis adiungitis. Dicentes, videlicet, ea vos habere organa, quæ Dauid beatiſſimo ſuppetiuerint.* Meritò dent pœnas, qui cùm flagitioſi ſint, antiquitati contumelias adduot, ſcrutantes, & prætendentes errores veterum, vt ſuos excuſent. Nimirum, qui Dauidis adulterium ore verſant, & Matthæi teloonium, & Magdalenæ proſtibulum, vt inde propriæ auaritiæ, ſeu laſciuiæ probra colorent, fœditatem minuant.

§. IV.

Multa eſt præcipientis authoritas, vt difficillima quæque impleantur.

ETſi difficilè credebant filij Iacob à Ioſepho iniuriarum condonationem extorquere, tamen illud efficaciſſimum medium proponunt, nimirum, præcipientis authoritatem. Dicunt enim: *Pater tuus præcepit nobis, antequàm moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro, vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum,* &c. Expende illud: *Pater tuus.* de tanti enim patris authoritate præceptiuo parendi iniurioſis hominibus ſuadent. Quod faciebat Ieſus meus Matth. 5. aiens: *Ego autem*
Matth 5. *dico vobis: diligite inimicos veſtros.* Quid efficacius, & ſuauius? Quis ſe neget præcepto tanti Domini? Dicebat Nazianzen. in præceptis ad Virg.

Naziaoz. *Eſt aliud rurſus flammis ardentibus ignis,*
Si modò vera ferunt, Æthnæo vertice manans.
Mirum prodigium! Nexu ſociantur amico
Ignis aqua, etenim Chriſti contraria iuſſu.

Contraria ſunt, & maximè inter ſe repugnantia, ignis, & aqua: ſed vbi præceptum Ieſu inſtabat, ſub tanti Domini iuſſu, nexu ſociantur amico. Aduersùs enim tanti Dei authoritatem, quæ ſe opponat creatura? Dicebat Dauid Pſalm. 103. de maris fluctibus: *Terminum*
Pſal. 103. Baſil. Sel. *poſuiſti, quem non tranſgredientur.* Circa quæ ait D Baſil. Sel. orat. 1. *Manet mare, pro ope murmur, arena vinctum, nec pro vinculis exarenatis vinculis violat: vetèmque Propheta ei am farit: Terminum poſuiſti,* &c. Sic præcipientis authoritate, & reuerentia tenentur creaturæ, ne præcepti vincula rumpant. Vide ſupra cap. 3. §. 7. in fine.

§. V.

Ex paterno affectu præcipientis, admittuntur difficilia.

VT trahant Ioſephum in rem difficilem peragendam filij Iacob, non dicunt: Dominus tuus, nec, Rex tuus, nec, Iudex tuus, ſed ſapientius dicunt: *Pater tuus præcepit,* &c. De paterno enim affectu manantia præcepta efficaciſſimè in effectum deducuntur. Apocal. 14.
Ecce agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris
Apoc. 14. *eius ſcriptum in frontibus ſuis.* De quibus ſtatim addit: *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. Virgines enim ſunt.* Qui virgines erant, & ardua virginitatis ſuperarant, nomen Patris in frontibus ſcriptum habent. Vt hinc pateat, non ſeueritatem, ſed paternam manſuetudinem conducere, vt difficilia impleantur. Quò

reſpiciens D. Nazianzenus, in præceptis ad Virgines, ait:

Nec tamen æterno venit hoc ſine Numine Patris, Nazianz.
Vt quiſquam Veneris, fœdæq; ſub dimi expers
Viuat, & hic fragili maneat tranquillus in ouo.

Expende illa, omnium: *Sine Numine Patris.* non enim tam arduum, & difficile vitæ genus, quod in virginitate conſiſtit, perſuaderetur, niſi perſuaſio crederetur à paterno affectu veniſſe.

§. VI.

Humilitas ſe aliquid Dei eſſe oſtendit.

ADdunt iſti fratres: *Nos quoque oramus, vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc.* Cùm verba patris referunt, ſolùm dicunt: *Vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum.* Modò cùm per ſe adiuot, & pro ſe humiliter precantur, dicunt: *Vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc,* &c. Non iam fratres Ioſeph ſe nominant, ſicut anteà; ſed ſeruos Dei patris ſui. Et cur non anteà, ſed modo ſe Dei ſeruos nominant? In referendis patris verbis nullam prætendebant humilitatem: modò autem cùm pro ſe ipſi orant, id humiliter faciunt, ſeſe apud fratrem demittentes, quo clariſſimè oſtendunt, ſe ad Dei pertinere principatum. Humiliari enim opus eſt eius, qui circa Deum verſatur. Ioannes cap. 13. hæc ait:
Sciens Ieſus, quia omnia dedit Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna, ponit veſtimenta Ioan. 13.
ſua. Et cùm accepiſſet linteum, &c. Vbi tantum peragit humilitatis opus, pedes Diſcipulorum lauando, tanto operi præmittitur illud: *Quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Et meritò: quia humiliari opus eſt eius, qui tantùm cum Deo commercium habet. Quocirca optimè ait Theophylactus in hunc locum: *Conſidera igitur, quòd* Theophyl.
humiliari opus eſt eius, qui à Deo egreſſus eſt, & ad Deum vadit. Superbire, & faſtuoſum eſſe, opus eſt eius, qui à Dæmonibus exiuit, & ad Dæmones vadit. Equidem humiliari opus eſt eius, qui a Deo exiuit, & ad Deum vadit, quando de humilitate venit, quòd ad Deum pertineas, & tanquam res eius cenſearis. Hinc Ieſus, vt habetur Ioannis cap. 11 ſuſcitaturus Lazarum, eleuatis ſurſum Ioan. 11.
oculis dixit: *Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me: ego autem ſciebam, quia ſemper me audis.* Quibus verbis Ieſus meus ſic ſe habet ad Patrem, quaſi Patre minor ſit. Et cur ſe maluit oſtendere quaſi minorem Patre? Dicit D Baſilius Seleucienſis orat. 42 circa illa verba: *Cùm enim illud à Chriſto fit, humilitatis cauſa fit: vt à Deo ve-* Baſil. Sel.
niſſe putetur. Præmittit rem humilitatis, vt magis à Deo veniſſe credatur: nunquam enim humilitas non facit, vt homines aliquid Dei eſſe credantur.

§. VII.

Lacrymæ feſtinatiores ſunt, quàm verba in affectibus internis propalandis.

ILlud etiam notandum, quod ait: *Quibus auditis fleuit Ioſeph.* Poſt verba fratrum veniam petentium, nihil priùs apparet in Ioſeph, quàm lacrymæ. Quippe hæ feſtinatiores ſunt verbis, vt internos affectus propalent. De Iacob locutus Text. Gen. 29. vt viderit Rachelem, vt eius gregem adaquauerit, ſtatim addit: *Et adaquato grege oſculatus eſt eam. Et eleuata voce fleuit; & in-* Geneſ. 29.
dicauit ei, quòd frater eſſet patris ſui, &c. Tria hæc ponuntur à Iacob peracta, nimirum, oſculum, fletus, & annunciatio propinquitatis. Et ſto à ſententia eorum, qui putant oſculum in poſtremis fuiſſe. Præceſſerant autem & fletus, & propinquitatis annunciatio; vter prior? An priùs annunciauit propinquitatem, deinde fleuit? Id aſſerit Caietanus: ſed minimè naturæ noſtræ conſentaneum. Nunquam enim lacrymæ non promptiores ſunt, & feſtinatiores, quàm verba ad affectus internos manifeſtandos. Accipite Venantium Fortunatum epiſt. ad Siagrium Epiſcopum, habita lib. 4. Poematum, in qua depingit patrem lacrymantem in occurſu calamitoſi filij, & ait: *Voce intercepta, tam* Fortunat.
viſcerum mœrore, quàm luminum flumine, dum loqui non permittitur, ipſo ſilentio patrem lacrymæ fatebantur:

quia dum anxius in verbo genitor prodet, nec exprimit, tacente fauciu organo, pupillis fletibus loquebatur. Tantum eſt, vt in charitate, natura, quo praualet, antè ſe probet affectu, quàm labio. Equidem natura affectus prius ſe probat lacrymis, quàm labio. Antequam labia verbis ſonent, oculorum pupillæ intimos affectus intonant lacrymis. Idque accidit Eſau, de quo ait Geneſis cap. 33. *Currens*

Geneſ. 33. *itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum, ſtringenſque collum eius, & oſculans fleuit.* Adhuc erat ſilentium in ore eius, & pupillæ lacrymis loquebantur charitatem. Vt

Caiet. dicat Caietanus: *Commotus affectus fraternus oſtenditur, vſque adeò vt ſe ipſum non potuerit continere, & præ fraterna teneritudine motus ad lacrymas fuerit.* Qui potuit verba continere, non potuit continere lacrymas, quæ feſtiuatiſſimè affectum fraternum monſtrabant.

Geneſ. 50. Quibus ille reſpondit: Nolite timere. Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos. Nolite timere. ego paſcam vos. & paruulos veſtros. Conſolatúſque eſt eos, & blandè, ac leniter eſt locutus, & habitauit in Ægypto cum omni domo patris ſui.

§. VIII.

Mala, quæ pro Deo ſubeuntur, vix cenſentur mala.

FRatrum facinus excuſat Ioſeph, quaſi nullum fuerit, dum ait: *Nolite timere. Nunquid Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* In eo quippe non tam factum ipſum ex ſua natura, & ſcelerata fratrum voluntate æſtimat, quàm ex eo bono, quod Deus inde elicuit: propter quod illud permittere voluit. Proponénſque ſibi Ioſeph diuinam voluntatem de ſuſtentando populo Iſraelitico, propter quam implendam permiſſum fuit totum illud fratrum ſuorum facinus, ſic ſuas iniurias æſtimat, quas illas perpeſſus fuerit propter Dei implendam voluntatem, atque inde illas nihili oſtendit æſtimare. Quis enim bonus credat eſſe mala, quæ propter Deum tolerantur?

Chryſoſt. Quò ſpectans D. Chryſoſt. legit præfata verba dicens: *Ne timeatis: Dei enim ſum ego.* quaſi dicat: Non paſſus ſum, vt mundialis quidam homo, nec vt malefactor, ſed vt homo Dei, & verus Dei famulus, eius adimplens voluntatem: ex quo ſic afficior, quaſi nihil fuerim paſſus. Sic de Sanctis Martyribus loquutus Clemens

Clem. Al. Alexandrinus lib. 4. Stromatum, cap. 5. ait: *Nec mala illa appetiti, vt adulter, vel raptor: ſed accuſati, quòd ſint Chriſtiani. quod quidem eos conſolabitur. vt ne videantur quidem pati.* Quid pulchrius? Vix cenſetur malum, quod non vt malefactor; ſed vt Dei famulus, propter eius voluntatem adimplendam, pateris. Tres illi Hebræi pueri, Sidrach, Miſach, & Ab-

Dan. 3. denago, Danielis cap. 3. contemnentes, & pro nihilo habentes ardentem fornacem clamabant ad Regem Nabuchodonoſor: *Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* Et cur homines non magis timent ardentem fornacem? Pulchrè, ac ele-

Chryſoſt. gantiſſimè ait D. Chryſoſtomus homilia 5. in Iob: *Miraris tres pueros? Et ego, quoniam contra caminum ignis ſunt auſi: quoniam contra tyrannum inſurrexerunt, Deos tuos (dicentes) non colimus; ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus. ſed grande illis erat ſolamen, manifeſtè ſcire, quoniam propter Deum hæc eadem patiebantur.* Inter ardentes flammas hoc illis adeò grande ſolamen erat, quòd propter Deum paterentur, vt penè viderentur minimè pati. Latro ille cruci ſuffixus clamabat ad Do-

Luc. 23. minum Lucæ cap. 23. *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Circa quæ ait Euſebius Emiſſenus homilia 1. de Latrone: *Non dixit: Si Deus es, de præſenti ſupplicio libera me: Memento, inquit, mei: hac glorioſa voce præſentes temperat cruciatus. Temperat, diximus: quia, etſi pœna cœpit in Latrone, nono genere conſummatur in Martyre.* Non curauit à cruciatibus, & pœnis liberari: quia pœnæ illæ, quæ in principio fuerant pœnæ latronis, nec alium finem habebant, quàm latronis delicta, atque ſcelera caſtigare, mutatæ ſunt in pœnas Martyris: quaſi propter Deum veraciter cultum, amatumque ſuſtineantur. Ex quo ſic attemperatæ ſunt, vt videatur bonus latro, quaſi illas nec ſuſtinere, nec curare.

Euſeb. Em.

§. IX.

Vbi pugna eſt, & contrarietas, non eſt Diuinitatis ſpecies.

TImentibus fratribus Ioſephi indignationem ait ipſe Ioſeph: *Nolite timere. num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Chryſoſtomus legit: *Nolite timere. Dei enim ſum ego* Alij autem poſuère: *Nolite timere: quòd ſi loco Dei ego?* Et ſapienter monſtrabat in ſe minimè timendam inimicitiarum contentionem, vt qui locum Dei tenebat. Qui enim vices Dei erat geſturus, omnem à ſe excludere debebat pugnæ, & contentionis affectum: nequit enim vel ſpecies Dei eſſe, vbi odij, rixarúmque ſunt ſemina. Quò ſpectans Paulus ad Galatas, cap. 4. dicit: *Tunc quidem ignorantes Deum, ſeruiebatis iis, qui natura non ſunt Dij. At nunc poſteaquàm cognouiſtis Deum, imò cogniti ſitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuò ſeruire vultis?* Carpebat Paulus Galatas, quòd reuerſi eſſent ad vomitum, quòd poſt cognitum verum Deum rediiſſent ad adorationem eorum, qui natura non erant Dij. Quomodo ergo non perſtitit in prima enunciatione dicens: Conuertimini ad eos, qui natura non ſunt Dij? Cur maluit mutare enunciationem hanc dicens: *Conuertimini ad egena elementa?* In nomine elementorum prætendit etiam probationem aſſertionis dictæ, quòd Galatæ adoraſſent eos, qui natura non eſſent Dij. Elementa enim, vt ſe mutuò impugnant, & conficiunt, manifeſtè oſtendunt, nec habere poſſe Diuinitatis ſpeciem. Vt dicat Chryſoſtomus homilia in Pſalmum 2. *In creatione quidem, mundique opificio, quæ ſunt elementa inimica natura, concordiam amplexa ſunt, & mundum perfecerunt, natura Opificis parentia: illi vniuerſi autem prouidentia ſunt ſibi inuicem infeſta, impium multorum Deorum cultum reuellentia, vt omnes ſciamus, quòd quæ bello impetunt, & impetuntur, Dij eſſe non poſſunt.* Non eſt Deus, neque ſpecies Diuinitatis vlla, vbi inimicitia viget, & mutua percuſſio. Dicebat Pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Et creduntur his verbis mordere ſapientes Græcorum, qui in creaturis poſuerunt Diuinitatem, quod inaniſſimum figmentum fuit. Et cur tantæ inanitatis in eo accuſantur? Equidem inaniſſimum in eis erat, velle eſſe vel vmbram Diuinitatis, in quibus mutuæ pugnæ, & inimicitiæ cernebantur. Ad hæc Chryſoſtomus ſuprà: *Et nunc Eccleſia videns gentes multorum Deorum cultui deditas dicit: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Græci, ſcilicet, qui elementa Deos appellauerunt. Si enim ſunt elementa Dij, quomodo pugnant inter ſe? Aqua enim eſt igni inimica; ignis autem aquam perimit. Terra ab aëre frigido flagellatur; aër autem à terra vaporibus peſtilentem affectionem ſuſcipit. Si Dij ſunt elementa, quo modo Deos inter ſe bellum gerere?* Sic à Diuinitate prorſus ſeparat, quæ in mutuis inimicitiis, & contentionibus verſantur.

Chryſoſt.

Galat. 4.

Chryſoſt.

Pſal. 2.

Chryſoſt.

§. X.

Timentibus Deum Deus adeſt.

INſuper vbi dicit: *Nam Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Septuaginta legunt: *Dei enim ſum ego.* Chaldæus autem ponit: *Quoniam ego timeo à facie Dei.* Et meritò qui timore Dei plenus erat, ſe ad Deum pertinere aſſerebat: maximè enim adeſt Deus illis, qui in eius timore ſunt. Dicit Ioannes cap. 10. *Ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.* Non ſolùm dicitur Ieſus eſſe in templo, ſed

Septuag.
Chald.
Ioan. 10.

ſed notanter aſſeritur ambulare in porticu Salomonis. Cur in porticu Salomonis? Ait Ericus ibi: (Ericus.) *Si tunc in porticu, in qua Rex ille, quamuis potentiſſimus, & ſapientiſſimus, tamen mortalis, atque terrenus, ſtare ſolebat, perambulare non deſpexit: multò magis penetralia cordium noſtrorum ſua præſentia maieſtatis dignabitur: ſi tamen noſtras mentes porticum eſſe Salomonis, id eſt, ſi eas timoris ſui plenas, qui eſt initium ſapientiæ, viderit.* Creditur porticus Salomonis idem eſſe, quòd initium ſapientiæ ex timore Dei conſiſtens, cui præſentiſſimus eſt Deus, nec poterit ſe negare animæ, quæ Deum timet. Dicebat Paulus epiſtola 2. ad Corinthios, cap. 6. *Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis.* Et quis tanta Dei aſſiſtentia gaudeat, quòd mereatur templum Dei dici? Ait (Theodor.) Theodor. apud Leonem à Caſtro in cap. 66. Iſaiæ in initio: *Ego habeo domum veram, & templum ſanctum, quod ſecundùm præcepta mea gubernatur, populum enim, ſcilicet, qui timet me, & contremiſcit ad ſermones meos.* Qui timet Deum, ille quaſi Dei templum habetur, cui in omnibus adeſt Deus. Adeò vt dicat Iacob Geneſis cap. 31. (Geneſ. 31.) *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac adfuiſſet mihi, forſitan nudum me dimiſiſſes.* Expende illa: *Timor Iſaac adfuiſſet.* nempe, timor Dei, quo plenus erat Iſaac, meruit continuam Dei ſuis rebus aſſiſtentiam. Caietanus ibi: (Caiet.) *De reuerentiali quoque timore, quo adhuc viuus aluatur Iſaac Deum, eſt ſermo. Profitetur enim, quòd etiam meritum patris ſui, apud Deum tantì eſt, quòd adiuuit eum, &c.* Et meritò, vbi Deum ſibi aſſiſtentem ob meritum patris Iſaac profitebatur, recurrit ad timorem Dei, quo Iſaac plenus erat, qui tantam Dei aſſiſtentiam Iſaaci rebus promeruit.

§. XI.

Ex Deo non odium, ſed charitas in fratres venit.

(Septuag.) ADhuc inſto verbis illis iuxta Septuaginta lectionem, nimirum: *Nolite timere: Dei enim ſum ego.* Vel, vt alij: *Quid ſi loco Dei ego?* Quæ eò ſpectant, vt ab homine, qui ad Deum pertinet, non timendum ſit odium; ſed charitas in fratres magis ſperanda. Dicebat (Matth. 23.) Dominus Matthæi cap. 23. *Vnus eſt Pater veſter, qui in cælis eſt.* Et quando vnus eſt nobis Pater in cælis Deus, quo nos filios eius oſtendemus, & ad talem patrem pertinere? Dicebat ipſe Matthæi cap. 5. (Matth. 5.) *Diligite inimicos veſtros: benefacite iis, qui oderunt vos: : : vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt.* Equidem, qui ex Deo venit, in eo oſtenditur, quòd amore ſemper fratres ſuos proſequitur. Ad hæc dicebat D. Zeno ſer. de fide, ſpe, & charitate: (Zeno.) *Clamat Propheta: Deus vnus creauit vos. Nónne pater vnus eſt omnium veſtrûm. Quiſquis igitur nobilitatis ſuæ conſcientiam retinet, diligit fratrem, nec aliquid audire expectat ex lege, ne admonitione pietatis aliquid derogetur, tantùmque ſe in ipſo amat, vt oderit ſe ſine ipſo.* Neſcit conſcientia nobilitatis humanæ ex Deo venientis fratribus ſuis non benè velle: ſemper enim ex Deo habemus, quod ad benefaciendum hominibus inclinemur. Nota eſt hiſtoria. Pſeudoprophetæ, qui virum Dei fefellit, vt comederet: propter quod vir Dei occiſus fuit à leone, qui poſt occiſum virum Dei manſit iuxta cadauer eius. Quid tunc? (3. Reg. 13.) Ait Textus 3. Reg. 13. *Dixit Pſeudopropheta ad filios ſuos: Sternite mihi aſinam. Qui cùm ſtrauiſſent, & ille abiiſſet, inuenit cadauer viri Dei proiectum in via, & aſinum, & leonem ſtantem iuxta cadauer. Tulit quoque Propheta cadauer viri Dei, &c.* Circa quæ ait Abulen. quæſt. 33. (Abul.) *Quomodo auſus eſt Propheta ſenex ire prope cadauere viri Dei, cùm denunciatum eſſet ei, quòd leo ſtaret iuxta cadauer?* Et addiderim, quòd malus hic Propheta cauſa fuerat totius illius mali. Quomodo ergo audet accedere ad cadauer eius, qui à ſe fuerat deceptus, qui iuxta ſe habebat leonem, qui vindictam ſumere poſſet? Vt nouit veri Dei cadauer eſſe, nihil ſibi timuit: qui enim aliquid Dei eſt, neſcit non benefacere iniuriatori ſuo. Quò trahenda ſunt dicta tom. 2. in Euangel. lib. 9. cap. 2. §. 29.

§. XII.

Timor Dei filialis non niſi ex magnarum virtutum congerie naſcitur.

SE timentem Deum oſtendit Ioſeph, vt fratres de memoria iniuriarum ſublata certiores faciat: ſic enim ait iuxta Chaldæum: *Nolite timere, quoniam ego timeo à facie Dei.* Et quid, quòd ipſe timeat Deum, vt fratres non debeant ſibi ab illo timere? Nónne, etiamſi nollet, parcere poſſit, & Deum timere? Nónne & timor Dei, & voluntas iuſtè vindicandi iniurias poſſent ſimul ſtare? Si de timore ſeruili loquatis, manifeſtum eſt, illum talem timorem poſſe ſtare ſimul cum voluntate iuſtè vindicandi iniurias. At timor Dei filialis, qui ardentiſſima charitas eſt, vix credi poteſt exiſtere, ſine voluntate benefaciendi iniuriſolis, quando talis timor non niſi de magna virtutum congerie naſcitur. Vt meritò dicat D. Zeno ſerm. in Pſalm. 137. *Cæterùm ſi quis timeat, & non parcat, erit quidem timens ex trepidatione naturæ, ſed non erit beatus ex timoris officiis.* (Zeno.) Quando ſine officiis charitatis, & magnarum virtutum timor filialis non eſt. Poſt intentatum filij ſacrificium dicitur Abrahæ Gen. 22. (Gen. 22.) *Nunc noui, quòd Deum metuas.* Ecce tibi, quando Dei timor in Abrahamo eſſe prædicatur, quando ipſe paratus fuerat filium Deo immolare. Cur non anteà apparuit iſte timor, niſi quia timor filialis erat, qui non niſi de magnis virtutibus, vel cum magnis virtutibus naſcitur? Ait Sanctus Dorotheus doctrina 4. de timore Dei: Dominus cùm ad Abraham dixit poſt immolationem filij: Nunc noui, quod Deum metuas; de illo vtique timore dixit, qui ex charitate prouenit. Quomodo enim ſe habet, nunc cognouit? Tanta fecerat: omnem reliquerat ſubſtantiam ſuam: peregre profectus erat in terram alienam: paſſus erat & hanc horrendam tentationem, de immolando filio: *& poſt hæc omnia illi dicitur, Nunc noui, quia metuis Deum. Ad innuendum, videlicet, perfectum illum timorem, qui non niſi Sanctorum eſt.* (Doroth.) Sic Doroth. Equidem, dum oſtendebatur timor, qui ex charitate prouenit, qui non niſi Sanctorum eſt, præmittenda erat magnarum illarum virtutum congeries.

§ XIII.

Dei eſt, de ipſis malis extrahere bona.

ILlud notiſſimum Dei ſignum: *Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum.* Deus eſt, qui de ipſis malis bona elicit, & medicinam de veneno. Cùm Iſraelitæ à ſerpentibus percuſſi caderent Numerorum cap. 21. *Fecit Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno, quem cùm percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Serpens erigitur, qui ſerpentinum fugaret venenum: qui enim mortem cauſabat, ſic ordinatur à Deo, vt vitam cauſet. Dicit enim Prudent. in Enchirid.

Sed prudens oro pelitum

Dux cruce ſuſpendit, qui virus temperet, anguem.

Sic de ipſo veneni fonte fecit Deus medicinam parari. Eius enim eſt in ipſis malorum viſceribus & vitam, & ſalutem conflare. Propheta Pſ. 133. locutus de Dei potentia fatur: *Fulgura in pluuiam fecit.* Pluuiam, inquit, fecit de ardentibus fulminibus manare. Semel fecerat Dominus Danielis cap. 3. *Medium fornacis, quaſi ventum roris flantem.* Quippe de viſceribus ignis rorem ſalutiferum extraxerat; modo quid maius à Deo dicitur factum, nimirum, quòd de fulminibus pluuiam facit, quæ ſciant arua viuificare, & in ſegetem alere. Sic enim facit ardentiſſima fulmina, & frigidiſſimas aquas ſimul concurrere, vt de adeò contrariis viribus ſalus, & vita animalium naſcatur. Id quod miratur D. Ennodius lib. 5. epiſt. 8. cùm de balneo quodam locutus ait: (Ennod.)

Hic pyra gurgitibus, ſcintillis fluctuat humor,

Viuitur, alterna mortis amicitia.

Aqua ſimul fluit, & ignis, vterque valens perimere animalia; verùm de illis confluentibus illam temperiem nouit Deus efficere, de qua nobis veniat & vita, & ſalus.

§. XIV.

Præmittenda cæleſtis annona, pro qualibet difficultate ſuperanda.

OMnium malorum timorem excludit Ioſeph à fratribus, illo vnico verbo aiens: *Nolite timere: ego paſcam vos.* Vnam promittit paſcuam, & omnem timorem abire facit. Crede mihi: nullus conflictus reſtat timendus, vbi præmittitur cæleſtis paſtus, vbi cæleſtis annona priùs datur. Notæ ſunt columnæ illæ à Salomone in templo conſtitutæ, quarum fabricam expendens Textus, vbi ad capitella earum accedit, dicit 3. Reg. 7. *Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli*, &c. Itaque malogranata non pauca apparebant in ſummitate columnarum. Quid ibi portendebant malogranata? Ait D. Bruno de laudib. Eccleſ. cap. 4. *Habuerunt autem & malogranata, quibus animas ſatiarent, & à libidinis æſtu ſanarent.* Quippe in malogranatis proponebat Dominus militibus ſuis paſtum, quo eorum ſatiarentur animæ, & inde vincerent omnem conflictum carnis. Imprudenter enim ſpectatur victoria, niſi præmiſſo cæleſti paſtu. Samſon à Philiſthinis in mortem petitus Iudic. 15. *Mandibulam aſini, quæ iacebat, arripiens interfecit in ea mille viros.* Intereà vehementer ſitiens, penè exanimabatur, enixeque petit ex Deo refrigerium aquæ. Quid tunc? *Aperuitque Dominus molarem dentem in maxilla aſini, & egreſſa ſunt ex eo aquæ*, &c. Et cur ex illa ipſa maxilla victoriæ cauſa fecit aquam manare? Vt oſtenderet nulla poſſe eſſe victricia arma, niſi, quæ ſimul ſecum, & paſtum, & refectionem militibus Dei afferunt. Vt meritò canat D. Paulinus epiſt. 42. de Martiniani naufragio:

3.Reg.7. — Bruno. — Iudic.15.

Et tunc triumphus fónſque nobis naſcitur
In arefactis oſſibus.
Maxilla telum prælianti quæ dedit,
Dat æſtuanti poculum.

Paulin.

Et planè minimè daret telum triumphale, niſi daret ſimul annonam. Iuncta ſint, neceſſe eſt, & tela, & annona, vt inde naſcantur triumphus, & victoria. Alioquin in vanum victoriam ſpectas, niſi de primò accepta cæleſti annona.

§. XV.

Serui Dei feliciùs, & ſecuriùs apud extraneos ſolent degere, quàm apud ſuos.

NOn miror, quòd Ioſeph patriam non meminerit, ſed maluerit in Ægypto habitare: dicit enim Textus: *Habitauit in Ægypto cum omni domo patris ſui.* Quando enim apud extraneos non feliciùs, & ſecuriùs ſerui Dei agunt? De Eccleſia gentium locutus Iſaias cap. 66. ait: *Antequàm parturiret, peperit. Antequàm veniret partus eius, peperit maſculum.* Naſcebantur equidem viri maſcula virtute præditi, naſcebantur domeſtici fidei: & vbi alebantur, & fouebantur? An apud ſuos? Minimè: dicit enim Dominus Matth. 10. *Tradet enim frater fratrem, & pater filium.* Meliùs equidem habebunt Dei ſerui apud extraneos. Ait Gloſſa circa illud Iſaiæ: *Mundus concepit audita prædicatione, & peperit maſculum, quem Pharao, & Herodes conabantur occidere, qui in Moyſe, & in Chriſto ſaluatus eſt in Ægypto.* Moyſes à parentibus in flumen immiſſus fuit, & ab hoſtibus Ægyptiis nutritus, & educatus: ſimiliter Ieſus in patria perſecutionem paſſus eſt ab Herode, & in Ægypto perſecutionem euaſit. Vt videat Dei populus ſibi ſalutem magis plaudere apud extraneos. Dicebat Dauid 1. Reg. 27. *Melius eſt, vt fugiam, & ſaluer in terra Philiſthinorum.* Erant Philiſthim acerrimi hoſtes Iſraelitarum, & præcipuè ipſius Dauid, à quo maximus Philiſthinorum percuſſus fuerat. Cur ergo Dauid mauult fugere Iſraelem, in quo natus, & educatus fuerat, & ire ad Philiſthinos ſuos hoſtes implacabiles? Ipſe ait: *Et ſaluer in terra Philiſthinorum.* agebat de ſalute, & vita ſua conſeruanda, quæ maximè apud ſuos, propter inuidiam, periclitabatur; & illam magis voluit credere hoſtibus, quam contribulibus. Vt meritò dicat D. Hieronymus in Epitaphio Paulæ: *In Abimelech tradit Dauid, malens hoſtibus, quàm inuidis ſubiacere.* Rectè pro contribulibus poſuit, inuidis: in contribulibus, & compatriotis, vt inuidia eſt; ſic minor homini ſerui Dei ſecuritas, minor fortuna, vt ſatius ſit eum apud hoſtes, quàm apud illos viuere. De Iſraelitis dicitur: Quem Prophetarum non perſecuti ſunt? At Ionæ cap. 3. vbi Ionas miſſus eſt Niniuen, & ingreſſus clamat: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum*, &c. Iſraelitæ deſpiciunt omnes Prophetas, illóſque perſequuntur: Niniuitæ autem vnum, quem audiunt, Prophetam, & ſuſpiciunt, & eius parent verbis. Vnde hoc? Apud Iſraelem erant Prophetæ in patria ſua: apud Niniuen erat Ionas extraneus, & quaſi inter hoſtes. Ad hæc ait D. Baſilius Seleucienſis orat. 12. *Comminatur extraneus, & ad eius orationem motæ communis vniuerſa ciuitas: extraneus loquebatur, ac veluti demiſſam cælitùs orationem pertimuerunt, & ad vnam vocem luctui indulgebant.* Sic ſancti, & Dei ſerui feliciores apud extraneos, quàm apud ſuos ſunt.

Iſaia 66. — Gloſſa. — 1.Reg.27. — Hieron. — Ion.3. — Baſil.Sel.

Geneſ. 50. Vixitque centum & decem annis: & vidit Ephraim filios vſque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir, filij Manaſſe, nati ſunt in genibus Ioſeph. Quibus tranſactis, locutus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere faciet de terra iſta ad terram, quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob. Cúmque adiuraſſet eos, atque dixiſſet: Deus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto. mortuus eſt, *&c.*

§. XVI.

Gubernator non perſonis, ſed iuribus gratificari ſtudeat.

ILlud non parum extollit Ioſephum, quod de illo ait Textus, nimirum: *Vidit filios Ephraim, vſque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir, filij Manaſſe, nati ſunt in genibus Ioſeph.* Non de iis, qui ab Ephraim; ſed de iis, qui à Manaſſe veniebant, dicitur, quòd nati ſunt in genibus Ioſeph; hoc eſt, quod Ioſeph illos accuratiùs nutriebat, vehementiùs amabat, atque in delicijs habebat. Et quare Ioſeph gratior habebatur erga filios Manaſſe, quàm erga filios Ephraim? Nónne Ephraim cum poſteritate ſua prælatus fuerat à Iacob, & ſupra Manaſſe conſtitutus? Cur Ioſeph adhuc inſtat, vt magis foueat, extollat, & ſuſpiciat filios Manaſſe? Ioſeph æquiſſimus Ægypti gubernator in primis cauebat, ne videretur perſonis, ſed iuribus gratificari; & vt erat & ius naturale, & ius gentium receptiſſimum; quòd primò natus filius, eiúſque poſteritas familiæ honorem, & cultum ſibi haberent: ſic Ioſeph ad Manaſſe, qui primò natus erat, filios inclinabatur, in quo non tam perſonis, quàm iuribus videbatur gratificari. Sic apud Matthæum cap. 9. legitur, quòd cæcis petentibus à Ieſu viſum, ipſe reſpondens Ieſus: *Creditis, quia hoc poſſum facere?* Daturus illis oculorum lumen, priùs eorum fidem requirit. Et cur Chriſtus Dominus priùs fidem requirit, qui etiam non credentibus, ſi vellet, poſſet dare? Curabat equidem non perſonis videri, ſed meritorum iuribus ſatisfacere. Vt eleganter dicat D. Athanaſius oratione in Paſſionem, & Crucem Domini, paulò poſt initium: *Fidem ante omnia expoſcit, quemadmodum factum eſt in cæco, Creditis, inquit, quòd hoc tibi poſſum facere? Ad lunaticum ait: Quod ſi credideris, fiet. Poſtulat autem id Seruator, non, quod alicuius opera, aut miniſterio indigeat: ipſe enim fidei author eſt, & ſuppeditator: ſed ne videretur perſonis gratificari.* Quærebat Saluator noſter in recipientibus aliquod ius meritorum, aut excellentiæ, quo præferrentur alijs: vt dum talibus benefaciebat, non videretur perſonis arridere: quod in gubernatore non careret piaculo. Similiter D. Petrus Actorum cap. 1. aiebat: *Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioannis*, &c.

Matth.9. — Athanaſ. — Actor.1.

qui

qui aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, &c. Non ipſe per ſe elegit teſtem reſurrectionis pro Iuda, vt poterat, ſed vniuerſæ congregationi electionem remiſit. Et cur non magis ipſe elegit. Dicit D. Chryſoſtomus ibi: Chryſoſt. *An non licebat ipſi eligere? Licebat, & quidem maximè. Verum id non facit, ne cui videretur gratificari.* Sic metuunt cordatiſſimi viri ſancti in ſuis muneribus exercendis vel vmbram præmittere acceptionis perſonarum, vt quæ peſtis ſit totius gubernationis ſpiritualis.

§. XVII.

Dei bona maximè præferuntur ab eis, qui mundialium bonorum habent experientiam.

NOtanda ſunt illa verba: *Deus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto.* Etſi apud Ægyptios floreret, magniſque ibi abundaret bonis, vbi ſuos prænoſcit inde egreſſuros, & ituros in terram à Deo promiſſam, mauult cum illis in illam ire. Nec miror; nonquam enim non præferuntur bona a Deo venientia, etiam ab illis, qui in magna experientia aliorum mundialium ſunt. Quò ſpectans D. Chryſoſt. in præſenti ait: *Videre licebat rem* Chryſoſt. *nouam, atque admirabilem; eum, qui omnem Iſraël in Ægypto paſcebat, illum & ducem vidisse, & in terram promiſſam inducentem.* Ecce res mirabilis: ille, ille, qui potens in Ægypto erat, qui omnibus ibi abundabat; tamen exeundi inde author erat, & ducem ſe præbebat itineris, quod ad terram promiſſam ducebat. Quò enim magis experiebatur Ægypti glorias, chariora illi erant, & æſtimabiliora bona promiſſa a Deo. Dicebat Iſaias cap. 49. *Reges vi-* Iſaiæ 49. *debunt, & conſurgent Principes, & adorabunt propter Dominum.* Nimirum, Regibus ſubolebit regnum Dei, regnum cæleſte, & auidè conſurgent ad illud, & adorabunt propter illud. Quòd pauperes, & debiles ad odorem regni Dei exiliant, id facilè credendum eſt. At Reges, qui clauum tenent mundi; qui in principatu ſunt; qui imperio pollent; vnde ij tam ardenter ſuſpirabunt pro regno Dei? Equidem ij, quia in experientia ſunt mundialis regni, ardentiùs cupiunt regnum cæleſte. Dicebat D. Irenæus lib. 4. cap. 72. *Benè valere autem, malè valentis experientia* Iren. *honorabilius efficit; & lucem tenebrarum comparatio, & vitam mortis. Sic & cæleſte regnum honorabilius eſt his, qui cognouerunt terrenum.* Planè bonorum terrenorum experientia commendabiliora facit bona cæleſtia: qui enim mundialia hæc fuerit expertus, niſi ebrius ſit, pluris æſtimabit ea, quæ a Deo veniunt.

§. XVIII.

Mundiales non niſi oſſa, & cineres mandant Deo.

ALiqua de Ægypti malo ſpecies ſeſe mihi offert, in ſanctiſſimi Ioſephi verbis, dicentis: *Aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto.* Poſſet ipſe de Ægypto exire, & venire in terram ſanctam: ſed mauult in Ægypto manere, donec & vita, & carnes ibi conſumantur: oſſa autem in terram ſanctam transferri iubet. Sic vidi mundiales plurimos, qui cùm in deliciis vitam abſumere malunt, in eo maximè confidunt, quòd oſſa ſua, cineres ſuos ſacco Sancti Franciſci indutos mandabunt ſepulcro. Dum viuit fœmina nobilis, nihil de pompa mundi dimittit, immerſa voluptatibus, & deliciis: ſed eò ſpectat, vt poſt mortem oſſa ſua induantur Sanctæ Tereſiæ ſacco. Communia hæc ſunt, & ſolennia etiam hominibus perditiſſimis. Pſeudopropheta ille, qui viſum Dei feſellerat, 3. Reg. 13. dicebat filiis ſuis: *Cùm mortuus fue-* 3. Reg. 13. *ro, ſepelite me in ſepulcro, in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. Profectò enim veniet ſermo Domini*, &c. Audierat peſſimus homo ex ſermone Dei, ve tempore Ioſiæ Pſeudoprophetarum ſepulcra aperienda erant, & oſſa comburenda: quod malum vt euaderet ipſe, mandat, oſſa ſua poni iuxta oſſa viri Dei: ſed feliciùs ille ipſe præcaueret malum illud, ſi vitam ſuam iuxta vitam viri Dei poſuiſſet, ſi idololatria renunciata, & ſcandalo populi ablato ſic fideliter viueret, vt & ipſe vir Dei fieret. Cur ergo, ſi noſcis ventura ſupplicia malis, non te magis recipis in bonam frugem? Cur non magis vitam ponis iuxta vitam viri Dei, quàm oſſa? Ea eſt peſſimorum hominum conditio, vt malint vitam, & carnes inſumere in deliciis, & voluptatibus, contenti, ſi oſſa ſua, vel cineres ſuos mandent religioni ſeruire.

§. XIX.

Regnum præſtigiis Dæmonum quæſitum, immaturè perditur.

VEntum eſt ad finem principatus Ioſeph, de quo ait Textus: *Mortuus eſt expletis centum decem vitæ ſuæ annis.* Ex quibus octoginta annos tranſegit in principatu Ægypti. Et quis mortalium tot annis regnauit? Et quis Principum tot annis ſe conſeruauit in gratia Regis? Sed ad tam longum imperij ſpatium inde peruenit, quòd vnius veri Dei auxilio in habendo, & conſeruando regno vſus eſt. Qui enim præſtigiis Dæmonum vtuntur, nunquam non immaturè à regno, & à viuis abeunt. Circa quæ ait D. Iſidorus Hiſpalenſis in Chronico Gothorum, de Litorio Rege: *Litorius autem dum primùm res proſperas aduersùs Gothos geſſiſſet, de-* Iſid. Hiſpal. *nuò reſponſis Dæmonum deceptus in bello, à Gothis amiſſo exercitu miſerabiliter ſuperatur: & qui antea hoſtium militibus caſis feliciter vicerat, dum fallacia Dæmonum oracula quærit, ignobiliter victus interiit.* Sic, qui Deo nituntur, triumphant: & qui Dæmonum reſponſis inhiant, immaturè, & miſerabiliter rapiuntur è viuis. Quis non defleat immaturam illam Ionathæ primogeniti Saulis mortem? Ait enim Textus 1. Reg. 31. *Irruerúntque Philiſthiim in Saul, & in filios eius, & percuſſerunt* 1. Reg. 31. *Ionatham*, &c. Ecce tibi percuſſus occumbit bonus ille iuuenis Ionathas, cuius induſtria toties Dauid incolumis euaſerat. Et qui adeò bonus in Dauidem fuerat. Cur non magis ob hanc pietatem a Deo ſeruatus eſt? Cur permiſſus adeò immaturè perire? Ait D. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſtol. 370. *Quia Ionathas patrem* Iſid. Pel. *Pythoniſſam quærentem minimè prohibuerat, ob id, ante eum, qui ſcelus admiſerat, is, qui prohibere poterat, in bello interiit.* Saul ad Pythoniſſam peruenit, vt ex Dæmonis reſponſis ſciret euentum belli, in qua etiam culpa fuit Ionathas, quia patrem non prohibuit: quia non niſus eſt totis viribus illud piaculum ab aula tollere; & ideò tam immaturè, & miſerè percuſſus interiit. Vt videant Principes, quàm longè debeant eſſe à Dæmonum conſuetudine, ſi æternari in principatu velint.

§. XX.

Virtutum theſaurus in fine inuenitur.

MOrtuus igitur fuit Ioſeph, *& conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Ægypto.* Et meritò dicitur poſitus in loculo, idem enim eſt loculus, ac theſaurus, iuxta Domini ſententiam de Iuda theſaurizante ſibi, Ioannis cap. 13. *Et loculos habebat.* Qui autem virtu- Ioan. 13. tibus dat operam in fine theſauros inuenit. Quò ſpectans Rabanus in præſenti ait: *Conditus eſt Ioſeph aro-* Raban. *matibus, & repoſitus in loculo. Loculus eſt vas repoſitorium, vbi aliquid ad conſeruandum commendatur. Felix illa anima, quæ virtutum aromatibus condita, perenni vita conſeruatur.* Quippe illud de condimento virtutum naſcitur, vt in fine in theſauro ſeruatam inuenias æternam vitam. Quid fructuoſius virtutibus? Felix ille, qui ſe illis committit, quorum theſauros in fine metat. Hinc Dauid miratus humanæ vitæ curſus, & curſuum metas aiebat Pſalmo 32. *Fallax equus ad ſalutem.* Deinde Pſal. 32. verſus ad vias maris ait Pſalm. 106. *Qui deſcendunt ma-* Pſal. 106. *re in nauibus, facientes operationes in aquis multis. Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* Ecce tibi in equo nihil putas eſſe ſalutis; in naui autem & mirabilia Dei reponuntur. Et cur tot diuina in naui, & in equo nihil ſalutis inuenitur? Planè Princeps multa induſtria, multa diligentia equum nutrit, illúmque pretioſis monilibus adornat. Et poſt curas multas in equo

comendo, ornando, ventum eſt in diem oſtentationis ſuæ; pompaticè in illo incedit, ad curſum incitat, velociorque ventis meram attingit. Quid tunc? Inter plauſus, & acclamationes domum redit, & equus in ſtabulum mittitur, hoc ſolùm nactus, quòd dicatur benè cucurriſſe. At mercator naui auro, gemmiſque plena, India ſoluit, vela ventis committit, immenſóque ſuperato mari ad portum appellit. Quid tunc? Immenſi naues theſauri aperiuntur, gemmæ, pretioſi lapilli, adamantes, auri, argentiue propè infinita pondera oſtenduntur. Pulchrè D. Ambroſius lib. 5. Hexameron, cap. 11. ait: *Equus in vanum currit, non*
Ambroſ. *in vanum nauigia. Ille in vanum, quia vacuus, iſta ad vtilitatem, quia plena.* Proh infelicem equi curſum! In illo mera vanitas eſt, nihil ſolidæ felicitatis, nihil ſalutis inuenitur. Feliciſſimus nauium eſt curſus, qui poſt ſuperatum mare, ingentes oſtendit in portu diuitias. Equidem qui virtutibus dant operam, naues ſunt, quæ in felicitatis portu ingentes oſtendunt theſauros ſuos. Qui autem pompæ, gloriæque mundiali ſeruiunt, quid ampliùs habent, quam equus, aut mulus? Sapienter dicebat D. Bernardus epiſtola 104. glorioſo iuueni: *Liceat tibi gloriari in laude tua, voca-*
Bernard. *ri ab hominibus Rabbi, & fateri tibi nomen grande ſuper terram. Quid tibi poſt mortem de iis omnibus, niſi ſola fortaſſe memoria relinquetur? Quid habes ampliùs iumento? Siquidem & de ſuo Palafrido, cùm mortuus fuerit, perhibebitur, quia bonus fuit.* Vocabatur equus huius iuuenis Palafridus, cuius elegantiæ, & velocitatis fama poſt mortem erat duratura. Cui non abſimilis erat dominus, quando nihil aliud quærebat, quàm plauſus mundi. Longè ab hoc abſunt, qui malunt in fine carpere virtutum fructus, & in portu monſtrare immarceſcibiles diuitias. Sic meus Ioſeph peruenit ad portum plenus diuitiis: cui ego minimè equeſtrem imaginem apponam, ne credatur eius gloria, cum equi gloria præteriiſſe. Mallem potiùs aliquid de Machabæorum Mauſoleo illi attribuere, naues, nimirum: quia dicitur 1. 1. Mach. 13.
Machabæorum, cap. 13. *Iuxta arma naues ſculptas*, &c. Erigebantur Machabæis naues, non quòd ipſi, aut nautæ eſſent, aut certamen aliquod nauale ſuperauiſſent; ſed vt crederentur tanti viri, non ſicut equi in vanum cucurriſſe; ſed, ſicut naues, ingentem bonorum theſaurum in portu felicitatis extuliſſe. Vtinam & noſter talis fuerit curſus, qui dum in fine ſumus, non inanes plauſus ſpectemus; ſed de laborum theſauris metamus æternitatis fructus. Quibus in laude Ieſu, Virginiſque Matris continui ſimus.

LIBER

LIBER
DECIMVSQVARTVS.
SVSANNA,
SIVE
IESVS IN HORTO.

ADEST caſtiſſima Suſanna, quæ Chriſti Domini in horto comprehenſi expreſſiſſimam referat effigiem. Dicit nanque D. Ambroſius ſerm. 50. *Suſanna in paradiſo ab accuſatoribus circumuenitur, Dominus in horculi paradiſo à traditoribus circundatur. Illa ibi inſidiatores patitur, iſte hîc ſuſtinet proditorem.* Sic in Suſanna, & in Chriſto hortus palæſtra fuit, vbi inceperunt certamina victricia caſtitatis in Suſanna, in Chriſto iuſtitiæ. Ambroſ.

CAPVT I.

Chriſti, & Suſannæ in horto ſymbola.

ADOVCITVR Suſanna ad Chriſtum, ne quid in materialibus ſignis deficiat reparatori hominum, ex iis, quæ in vaſtatore reperta ſunt. In horto paradiſi fœmina, & vir hoſtiles ſuſtinuêre impetus, quibus corruêre miſerè. Ecce tibi in hortis fœmina, & vir; Suſanna, & Chriſtus ab hoſtibus impetuntur, ſed triumphatores exiſtunt.

§. I.

Nulla eſt rerum circunſtantia, in qua aliquis non cadat, & aliquis non ſtet in virtute, ſiue fœmina, ſiue vir.

DVm meditor Euam, & Adamum in paradiſo conſtitutos corruiſſe, ſtatim ſubit animum ſollicitudo pro Suſanna, & Ieſu meo venientibus in hortum, ſiue paradiſum: dicit enim de Suſanna Daniel cap. 13. *Ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui.* Et de Ieſu dicit Ioan. cap 18. *Egreſſus eſt Ieſus cum Diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, &c.* Cur boni in hortum curritis? Cur non magis ſuſpectos habetis paradiſos, in quibus ſcitis primos homines corruiſſe? An & vos amatis corruere? Abſit: imò ſtabit Chriſtus, ſtabit Suſanna, etiamſi mille impetantur hoſtilibus incurſibus. Nulla eſt enim circunſtantia rerum, in qua aliquis non cadat, & aliquis non ſtet in virtute. Ait Rupert. lib. 13. in Ioan. *Pulchrè in horto voluit Adam ſecundus obediens inueniri, quia, videlicet, primus Adam in horto, ſcilicet, in paradiſo, qui interpretatur hortus, inobediens inuentus, imò à ſerpente circumuentus eſt.* Ne res peccati, vel virtutis credatur eſſe res loci, vel aliarum circunſtantiarum externarum, ſed res liberi arbitrij, à Deo vel præuenti efficaciter, vel deſerti. In horto fuit Adamus inobediens; in horto fuit obediens Chriſtus: in horto corruit primus homo; in horto ſtetit ſecundus. Similiter in horto corruit Eua à ſerpente corrupta, in horto ſtetit Suſanna, etſi à duobus humi repentibus ſenibus impetita. Quò ſpectans Dominus Matth. 24. dicebat: *Tunc duo erunt in agro, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur: & duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur.* Ne quod ſe offerat munus, ne qua rerum circunſtantia viris, aut fœminis, ex qua non aliqui corruant, & aliqui euolent in ſalutem. Ait D. Chryſoſtomus homil. 78. *Serui, & domini aſſumuntur, & relinquuntur, tam qui in otio, quàm qui in labore, & alia atque alia dignitate præfulgent. Sicut in veteri quoque Scriptura dicitur Exodi cap. 12. A ſedente in ſolio vſque ad captiuam, quæ in mola eſt. Quoniam enim iam dictum erat, difficilè diuites ſaluari, idcircò neque iſtos omnes perituros, neque pauperes è contrario ſaluari omnes; ſed vtrinque, & ſaluari, & perire modò oſtendit.* E qualibet rerum humanarum circunſtantia inueniuntur, qui præuenti à Deo ſtent in virtute, & qui in perditionem ruant.

Dan. 13.
Ioan. 18.
Rupert.
Matth. 24.
Chryſoſt.

§. II.

Per eadem, per quæ iuſtos impetis, peribis.

OBrepſit ſerpens ille antiquus in paradiſum, & tota illa fructifera amœnitate abuſus primos parentes in perditionem coniecit. Quid tunc? Ait Ioan. 18. *Egreſſus eſt Ieſus cum Diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus.* Nec immeritò: ſed vt hoſtis frangeretur per ea, quibus vicit. Vt enim frugifera paradiſo abuſus hominem proſtrauit: ſic modò Deus homo eius deſtructionem per hortum incipit. Vt dicat D. Cyril. Alex. lib. 1. in Ioannem, cap. 31. *Vt in paradiſo malorum initium factum eſt: ſic* Ioan. 18. Cyril. Alex.

in horto Chriſti paſſio incipit, per quam à malis liberati in priſtinum habitum reſtituti ſumus. Seduxit paradiſus Diabolo, vt primum hominem traheret in ruinam, & ſecundus homo Chriſtus ab horto incipit & hoſtem perdere, & nobis primum ſtatum reſtituere. Similiter & Eua per paradiſi luctus tracta fuit in ruinam: & Suſanna *deambulans in pomario viri ſui*, ſerpentinos retudit inſultus. Vt

Iſaia 1. meritò de talibus hoſtibus dicat Iſaias c.1. *Erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis.* Quippe elegerant hi hoſtes hortos, vt inde traherent humanas ruinas: at per hominem Chriſtum, & fœminam Suſannam, hortis illis ad confuſionem, & erubeſcentiam extiterunt. Vt meritò dicat D. Baſil. ibi:

Baſil. *Sub vituperationem cadit hortis memoria, cùm Achab patrimonium Naboth concupiſceret, vt illud conuerteret in hortum olerum. Eccleſiaſtes contrà commeminit laudabilia horti dicens: Feci mihi hortos, & paradiſos. Proinde benedicitur hortus, in quo monumentum eſt, quod temporariam excepit diſpenſationem mortis in corpore Domini. Vice verſa in præſente in malam traducitur, quaſi conciliaret confuſionem obſcœnis affectibus.* Inuenies hortos ſeruiſſe vitiorum cupediis; ſed & hortos ſeruiſſe virtutibus. Vt per eadem vincantur vitia, per quæ aliquando triumphant. Sic hortus Suſannæ obſcœnis ſenum affectibus confuſionem conciliauit, & ruinam: ſemper enim ſolent perire homines per ea, per quæ volebant alios in perditionem mittere. Quò ſpectans Pſ. 36.

Pſal. 36. dicit: *Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum ſuum. Vt decipiant pauperem, & inopem, vt trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipſorum.* Quem euaginauerunt gladium peccatores aduersùs iuſtos, hunc petit conuerti in corda ipſorum. Quod ſic factum probat circa Iudæos Rupertus. Dicit enim lib. 8. in Ioan. *Meritò*

Rupert. *ergo retributum eſt illis, vt gladius eorum intraret in corda eorum, intraret, inquam, gladius eorum in corda ipſorum, ita vt pro vna cohorte Romana quam aduerſus dominum, & Regem ſuum armatam conduxerunt, immenſum Romanæ fortitudinis aduerſus rebellionem ſuam commouerent exercitum.* Armatam gladiis cohortem Romanam adduxerunt contra Ieſum; & per armatum gladiis Romanum exercitum periêre. Et etiam pergit Rupert. *Et quia cum laternis, & facibus, & armis exierunt noctu, tanquàm ad latronem, ideirco lucerna Dei, lucerna legis, & Prophetarum, quæ illuſtrauit patres eorum, ſublata de manibus ipſorum, ſi ut ſcriptum eſt. Obſcurentur oculi eorum ne videant, & ideircò ſub armis iiſdem, cum quibus exierunt, ſemper incuruatus dorſum eorum.* Sic ibi.

§. III.

Quod amas perdere in proximo, id tu perdes in te.

Non otioſè Suſannæ dicuntur inſidiæ poſitæ à ſenibus in horto, quando ait Daniel 13.

Dan. 13. *Ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui. Et videbant eam ſenes*, &c. Idem ſonat Suſanna ac lilium, quod præcipuè de horto tolli poteſt. Ideò aſtutiſſimi illi ſenes inſidias in horto ponunt, vt illum tanto honeſtatis, virtutis, & decoris orbarent flore: ſed ipſi, qui flos, & Principes populi erant, miſerè periêre. Similiter Ieſus meus ab hoſtibus ſuis in horto quæritur, quia ipſe verus flos mun-

Ioan. 18. di erat, dicente Ioanne cap. 18. *Egreſſus eſt Ieſus cum Diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus.* Quò venerunt milites, & interrogati, quem quærerent, dicunt: *Ieſum Nazarenum* quod interpretatur floridum. Quærebant equidem de horto tollere, & perdere mundi florem. Sed dum mundi florem perdere amant, ipſi ſuum perdunt decus, ſuúmque florem. Quò ſpectans Iſaias cap. 28.

Iſaia 28. ait: *Ecce validus, & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis turbo confringens, ſicut impetus aquarum multarum inundantium, & emiſſarum ſuper terram ſpatioſam. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui eſt ſuper verticem vallis pinguis.* Hebraicè

Hebr. lect. legitur: *Super verticem Geſemanim.* Loquitur de vindicta à Deo ſumpta de interfectoribus Chriſti ſui. Quæ vindicta vt perfecta fuit Ieroſolymis per Titum, & Veſpaſianum, ſic inchoata, & oſtenſa fuit in horto Geſemanim, quò venientes Proceres Iudæorum, vt comprehenderent Ieſum, eius voce deterriti ceciderunt retrorſum. De illis namque dicit: *Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius.* Vbi enim ceciderè Proceres, & Principes Ieruſalem, ſic dicitur conculcata fuiſſe corona, & decidiſſe flos, & meritò; quando enim perdere volunt florem terræ, cælique Ieſum, ipſi totius ſui populi perdiderunt florem. Ecce tibi in Suſanna, & in Chriſto illi pereunt, qui erant populi flos, nempe, Principes, vt pateat, quam meritò perdant ſuum florem, qui florem honeſtatis Suſannam, & florem iuſtitiæ Ieſum ab hortis ſuis eiicere volebant. Quò adduxerim il-

lud etiam Iſaiæ cap. 1 vbi de Iudæis dicit: *Erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis, cùm fueritis, velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus abſque aqua.* Elegerunt equidem Proceres Iudæorum duos hortos populi ſui, vt inde præclariſſimos flores ſuccideret, nimirù, & Suſannam, & Ieſum Nazarenū, quibus ſublatis, omni ornatu ſuos hortos nudarent. Quid tunc? Ipſi omni flore, & fructu, & foliis nudari, apparuêre erubeſcentes ſuum in hortis facinus. *Iſaia 1.* Ad hæc ait D. Cyril. Alex. orat. 1. in Iſaiam: *Affecti ergo ignominia in hortis, erunt tanquàm terebinthus abiectis foliis, & vt hortus*

Cyril. Alex. *aquam non habens, id eſt, nudi, & deſpectiſſimi. Nam ante Seruatoris aduentum, dum legis vmbram retinerent inſtar arborum erant, quæ foliis prouectis, & propagatis egregiè efflorescunt. Cum deinde offendiſſent Chriſtum, ipſam etiam vmbra obſeruationem abiecerunt. Nec vlterà legalibus ornamentis inſignantur; ſed infrugiferi ſunt, ſpoliatiq́; honoribus*, &c. Quam ignominiam hortis inferre tentarunt, ipſi in ſe ſuſtinuêre. Voluerunt nudare hortos candidiſſimo honeſtatis lilio in Suſanna, pulcherrimo iuſtitiæ flore in Ieſu Nazareno, vt ſic horti manerent ſteriles, & deſpectiſſimi. Sed hæc ipſis obuenit ignominia, quando qui antea, vt paradiſus floreſcebant, poſt hæc omni decore, omnique ornatu nudati, & ſpoliati ſunt. Et qui ſteriles hortos facere tentarunt, ipſi per omnia ſteriliſcunt.

§. IV.

Creatura vt nos docent reſpondere virtutibus.

Itaque Suſanna *deambulabat in pomario viri ſui*. ſimiliter & Ieſus meus egreſſus eſt trans torrentem Cedron, *vbi erat hortus.* Et Suſanna, & Ieſus in horto hoſtiles ſuſtinent impetus. Et cur ad ſuſtinendos hoſtium impetus prouidet Deus, vt Suſanna, & Ieſus in horto fuiſſent? Hortus exemplo ſuo non paruus aculeus eſt, qui nos ad virtutes exercendas incitet: quotquot enim plantæ in horto ſunt, vt flore, & fructibus correſpondent naturæ ſuæ, ſic nos hortantur, vt reſpondeamus virtutibus. Iſaias c. 58. creditur dixiſſe de Maria: *Eris quaſi hortus irriguus*, &c. Cur *Iſaia 58.*

quaſi hortus? Pulchrè ait Richardus à Sancto Laurentio lib. 12. de laud. Mariæ: *Quia hortus poteſt dici ab hortando ſua*

Richar. à S. Laurent. *enim amœnitate hortatur nos intrare ad videndam virentem, & gloriam ſuam. Vnde dicit Eccleſiaſticus cap. 44. Tranſite*

Eccli. 44. *ad me, omnes. Nec ſolùm ad videndam gloriam ſuam, ſed ad guſtandam*, &c. Eſt equidem Maria hortorum æmulatrix, in præcipua illa hortorum proprietate, qua horti plantarum ſuarum generationibus cuiuſque reſpondentibus naturæ hortantur, & efficaciter trahunt in eam mentem, qua nolimus ſemina diuina noſtris in animis euaneſcere, ſed creſcere in operationes virtutum. Hinc ille parricida Cain, cùm nollet in virtute conſiſtere, dicebat fratri ſuo Geneſ. 4. *Egrediamur foras.* Septuaginta legunt: *Eamus in*

Geneſ. 4. *Septuag.* *campum.* Non ad frugiferum, floridúmque hortum ducit, ſed ad ſterilem campum. Cauebat enim exhortationem à frugiferis plantis profectuam, quæ contineretur in virtute. Sic D. Ambroſ. lib. 2. de Abel, cap. 8. *Meritò dicit. Eamus in campum. Non dicit: Eamus in paradiſum, vbi poma*

Ambroſ. *florent: Quia videtur veritus, ne largior bona terra prouentus triſte facinus impediret, & liberalitatis aſſiduitate gratulus, quæ fecit ſibi fœtus, ac varios fructus germinaſſerit, in hoc quoque criminis apparatu, vel mora ſpecie ſui fraternum reuocaret affectum.* Adeò cauit ſibi infelix ab hortorum exhortatione, quæ potens credebatur, vt triſte facinus impediret: & vel in tanto criminis apparatu fraternum reuocaret affectum. Quis enim à ſe vellet deſciſcere inter tot genimina flore, & fructu ſuæ correſpondentia naturæ?

§. V.

§. V.

Corona ex ærumnis naſcuntur.

MEritò Suſanna ab adulteris affligenda *deambulabat in pomario viri ſui.* Vt enim hortorum germina feraciſſima ſunt fructuum; ſic ærumnæ, & afflictiones coronarum non ſunt parum fœcundæ. Quò ſpectans D. Paulinus gaudiorum natales in fletu animaduertit conſtitutos dicens: *Gaudia fletu naſcuntur.* Quod vt hortus Suſannæ oſtendit; ſic patet ſimiliter in horto Chriſti Domini, vbi cùm eſſet, ait D. Lucas cap. 22. *Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* In ſumma anguſtia, & afflictione erat Ieſus, quando ſudor eius ſanguineus decidebat in terram. Et meritò in terram horti cadebat ſanguineus ſudor Chriſti mei: in eo enim ponebantur ſemina Martyrum, ex quibus poſteà coronati prodirent. Quò ſpectat ſpecioſum illud D. Proſperi epigramma, quod de Chriſto Domino in afflictione horti conſtituto ait:

Paulin.

Luc. 22.

Proſper.

Cùm prece ſanguineas ſundebat corpore guttas,
Et pretium mundi ſudor erat Domini.
Nec Crucis aſperitas poterat terrere volentem,
Quæ ſignatura gloria carnis erat.
Sed cruor ille pater Sanctis ſpondebat honores,
Ortus à toto corpore Martyribus.
Nam, cùm ſacra ſeges terrarum impleuerit Orbem,
Omnis ab hoc vno ſemine meſſis erit.

Quid horto Chriſti feracius coronarum? Planè de tanta Chriſti agonia proſiliens ſudor ſanguineus, pro ſemine fuit, quod iactum in horti terram, totam coronarum meſſem, quæ in Martyribus videmus, produxit. Sic de ærumnis, & mortibus coronæ naſcuntur. Quò ſpectans Iſai. 51. ait: *Conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius, & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini.* Abierat in ruinas Ieruſalem, quæ modò promittitur à Deo inſtauranda, & conſtituenda, quaſi hortus Domini. Qui hortus Domini? Credatur floridiſſimus, & cultiſſimus quisque. ego cæleſtem paradiſum credo, vbi aſtra pro plantis ſunt, &, vt ait Pindarus, *Micant aurei flores.* Vbi omnia lucent de tenebris, oriuntur de occaſu: quam conditionem æmulantur terrena omnia, de ærumnis, de morte conualeſcentia in gloriam. Sic ait Tertull. lib. de reſurrect. carnis: *Quippe etiam terra de cælo diſciplina eſt, arbores veſtire poſt ſpolia, flores denuo colorare, herbas ruſſum impouere, exhibere eadem, quæ abſumpta ſunt, ſemina, nec priùs exhibere, quàm abſumpta: Nihil deperit, niſi in ſalutem.* Expende illa: *Etiam terra de cælo diſciplina eſt.* quippe terræ accidit, quod cælo, quod horto Domini, quod paradiſo cæleſti. vt enim nullus datur aſtrorum exortus, niſi de præcedenti occaſu: ſic nulla ſalus, nulla gloria, nulla corona tam læta ſolet terrenis aduenire, quàm quæ ex ærumnis naſcitur, & ex afflictione, & ex morte.

Iſaia 51.

Pindar.

Tertull.

§. VI.

Nobis facilis, Chriſto Ieſu difficilis propoſita fuit via noſtra ſalutis.

ABiit Suſanna in hortum ad balnea: dicit enim Dan. 13. *Voluitque lauari in pomario: æſtus quippe erat.* Venit itidem Chriſtus Dominus in hortum, quaſi ad balneum, quia dicit D. Anſel. dialog. de Paſſione: *Venit Ieſus de Sion cum Diſcipulis ſuis per portam ad natatorium Siloe, vbi erat hortus.* Ecce tibi & Suſanna, & Ieſus in hortis veniunt ad lauacrum: Suſanna vt lauaret corpus ſuum aqua; Ieſus vt etiam lauaret ſuum corpus ſanguineo ſudore. Sic enim dicit Luc. 22. *Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis,* &c. Quid facilius lauacro aquæ? Quid difficilius lauacro ſanguinis? Sed nobis datum eſt, vt aqua lauemur: Ieſus meus ſibi aſſumpſit, vt lauaret nos ſanguine. Reliquit ſic nobis, quod facile erat: ſibi ſeruauit, quod difficillimum. Dicebat Geneſ. cap. 2. *Flumen egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, quod inde diuiditur in quatuor capita,* &c. Habebat equidem hortus ille amœniſſimus fluuium dulciſſimarum aquarum, qui aquis ſuis ſeruiret plantationibus horti, & hominibus ibi habitantibus. Dabat quotidie fluuius ille dulciſſimos latices hominibus, nihilque aliud niſi facilia pocula propinabat. In dulciſſima aqua habebat homo remedium neceſſarium ſanitatis. Sed & alius fluuius è cæleſti nobis paradiſo naſcitur, iuxta illud Iſaiæ cap. 66. *Ego declinabo ad eam, vt fluuium pacis,* &c. Et qualis hic fluuius, qui è cæleſti paradiſo ad nos declinat? Ieſus eſt Filius Dei, qui non tantum in aqua; ſed in aqua, & ſanguine, in ſudore, & lacrymis venit, vt nos lauaret. Vt dicat Richard. de Sancto Laurentio lib. 12. de laud. Mariæ: *Exiuit de hoc paradiſo fluuius Dioryx, id eſt, Filius Dei, qui ſe comparat fluuio dicens. Ego quaſi fluuius Dioryx. Dioryx interpretatur medicamentum generationis. Nam partus virgineus medicamentum fuit generationis humanæ. Cuius, ſcilicet, fluuij quatuor capita, quatuor illi liquores, qui de dominico Corpore manauerant, lacrymæ, ſcilicet, & ſudor in vita, ſanguis in Circumciſione, in ſudore ſanguineo, & in crucifixione, & poſt ſanguis mortē, & aqua.* Qui nobis datur fluuius, quo vtamur, fluuius aquæ eſt: nihil ſudoris, nihil ſanguinis habet: facilia ſunt, quæ nos pro ſalute facimus. At fluuius ille diuinus Ieſus, qui ad nos venit, in quatuor capita diuiditur, qui ſunt quatuor liquores, qui ab illo in laboribus ſuis, & anguſtiis ſuis emanarunt, nimirum, lacrymæ, ſudores, ſanguis, & ſanguis, & aqua. Nobis dedit aquis tantùm lauari, leuibus ſalutem mercari: ipſe autem & lacrymis, & ſanguine, & ſudoribus noſtram atiat munditiem, & ſalutem comparare. Si vitam hominis conſideres, fluuius eſt ſolas voluens aquas, nihil non habens facile. Habet etiam quatuor capita, quatuor excellentiora Sacramenta immediatiùs æternam ſalutem cauſantia, nimirum, Baptiſmum, Pœnitentiæ confeſſionem, Euchariſtiam, Extremam vnctionem; quæ & ſuauiſſima ſunt, & facillima. At, ſi vitam Chriſti Domini conſideres, & ipſa fluuius plenus medicamentis, ſed, qui diuiditur in quatuor capita, in lacrymas, in ſudores, in aquam, & ſanguinem. Sic duriſſima, & difficillima ſibi Ieſus aſſumpſit pro noſtra ſalute, faciliora autem perficere nobis donauit. Hinc Prouerb. 30. de anima ſancta dicit: *Quaſi nauis inſtitoris de longè portans panem ſuum.* Vocatur anima ſancta nauis portans panem: ciborum enim portatio vocatur. Æſopi ſarcina, vt leuiſſima, & commodiſſima credatur. Sic quidquid anima portat pro ſalute, leuiſſimum eſt. Verùm huius nauis inſtitor non vili, ſed magno pretio comparauit animam. Vt dicat Richardus à Sancto Laurentio lib. 11. *Bonus inſtitor Chriſtus Dominus, qui tam tanta induſtria negotiationem ſuam de humano genere redimendo exercatus eſt. Quæ enim maior inſtantia quàm quòd pro nobis emendis vendi voluit, & occidi? Quod oſtendebat dicens Luc. 12. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec perficiatur illud? Et vocat paſſionem Baptiſmum, id eſt, tinctionem: quia fuit proprio ſanguine rubricatus.* Compone modò nauim, & inſtitorem, animam hominis, & Chriſtum. Nauis hoc ſolùm agit, vt panem deferat, inſtitor autem multis negotiatur, non leue pretium exhibet pro mercibus habendis. Nauis aquis ſolùm baptizatur, inſtitor multo ſudore, & anxietate negotiationem peragit. Sic nos inſtar nauis leuibus diligentiis noſtris ſalutem trahimus, aquis ſolis baptizamur: Chriſtus autem Dominus inſtitoris more, vel ſudore ſanguineo noſtram ſalutem emercatur.

Iſaia 66.

Richar. à S. Laurent.

Prou. 30.

Richar. à S. Laurent.

§. VII.

Peccatorum emendatio non niſi de magno, & pretioſo remedio venit.

NOn ſimpliciter aquis pomarij voluit Suſanna lauari, ſed & pretioſa vnguenta afferri mandat, quibus ſit pretioſius lauacrum: dicit enim ancillis ſuis Dan. 13. *Afferte mihi oleum, & ſmigmata; & oſtium pomarij claudite, vt lauer.* Similiter & Chriſtus Dominus horti lauacrum ingrediens, vt vidimus ex Anſel. §. præcedenti, non voluit tingi ſimplicibus aquis, ſed pretioſo Sanguinis ſui vnguento Corpus ſuum baptizauit, vt dicat D. Lucas cap. 22. *Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis,* &c. Nec mirum: emundabatur enim à culpis totum corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia: emundatio autem à culpis non venit, niſi per magnum, & pretioſum aliquid. Renuebat aliquando Petrus lauari aquis à Ieſu: cui ſtatim Ieſus ait Ioan. 13. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Deus bone! ſic

Daniel. 13.

Luc. 22.

Ioan. 13.

amantiſſimus

amantiſſimus Diſcipulus reiicitur à Ieſu, eò quòd paucis aquis nollet lauari? Creditur a Ruperto Chriſtus Dominus in hac comminatione ad aliud pretioſius Sanguinis ſui lauacrum reſpexiſſe, ſine quo nequiret Petrus peccator ſaluari. Quippe ait lib. 11. in Ioan. ea nomine Chriſti Domini: *Niſi ego alitèr prætinctus maiori diſpendio lauero te, non habebis partem mecum.* Rupert. *Verè enim niſi Chriſtus dilectos ſuos lauiſſet à peccatis eorum in Sanguine ſuo, nec Petrus, nec quiſquam alius cæterorum hominum partem habuiſſet cum illo.* Et quidem niſi magnum aliquod diſpendium bonorum fieret pro tollendis, mundandiſve peccatis, nulli peccatori veniret ſalus. Immolato vitulo pro peccato Leuit. 4. cauebat lex Leuitici c. 4. *Tollet quoque Sacerdos de ſanguine vituli, & aſperget digito ſepties contra propitiatorium.* Vt quid ſepties debuit aſpergi ſanguine vituli propitiatorium? Vocabatur ſeptiformis Spiritus Sanctus, qui niſi de Sanguine Ieſu fuſo non veniret in emundationem peccati. Rupert. lib. 13. de gloria Filij hominis, in fine dicit: *Vt* Rupert. *quid enim vitulus eſſe immolatus, vt quid Sanguis Chriſti eſt fuſus, niſi vt Spiritum Sanctum, qui in eo ſeptiformi plenitudine requieſcit, in remiſſionem peccatorum acciperemus? Septies ergo contra propitiatorium debuit aſpergi ſanguis illius vituli ſignificanter digito Sacerdotis: quia non niſi per Paſſionem, & Sanguinem huius Filij hominis potuit, aut debuit Sanctus ſeptiformis Spiritus in remiſſionem peccatorum dari nobis.* Sic ad emendationem peccatorum magnum, & pretioſum remedium fuit requiſitum.

§. VIII.

Omni ex parte homo purus eſſe debet.

ANcillis ſuis iubet Suſanna, vt oſtium claudant pomarij: ait enim ibi: *Oſtium pomarij claudite, vt lauer.* Et quando oſtium claudi mandat, non de lotione manuum tractat; ſed de totius corporis lotione. Totam enim ſe dare balneis amabat. Sic Chriſtus in horto orans, Pſal. 21. totum ſe effudit in aquas, ſiue lacrymarum, ſiue ſudoris. Iuſt. Mart. Quò ſpectans Pſalm. 21. aiebat: *Sicut aqua effuſus ſum.* Quæ verba completa credit Iuſtinus Martyr, cùm in horto Dominus ſudore ſanguineo tingebatur. Et D. Bernard. Bernard. ſerm. 3. in Dom. Palmar. ait: *Non ſolis oculis; ſed quaſi omnibus membris fleviſſe videtur Dominus. vt totum corpus eius, quod eſt Eccleſia, totius lacrymis corporis purgaretur.* Noluit Dominus ſe ſolis lacrymis dare; ſed magis ſudori ſanguineo. Vt enim ſudor per omnes corporis partes ſolet manare: ſic totum corpus Ieſu, quod eſt Eccleſia, oſtendebatur ex omni parte debere purificari. Hinc Petrus, qui Ioan. 13. reſpuerat ſuos pedes lauari a Ieſu, poſt minas ſibi factas ait Ioan. 13. *Domine, non tantùm pedes meos, ſed & manus, & caput.* Et cur, qui pedes negabat lauandos, modò ſe totum à capite vſque ad pedes poſtulat lauari? Anteà nihil præter externam pedum lotionem cogitabat, quam comes, & humilis refugiebat accipere à tanto Domino. Modò ex verbis Saluatoris intellexit ſpiritualem animæ munditiem ibi imbibitam eſſe, quam meritò non ſolùm pedibus; ſed toti homini neceſſariam poſtulat, vt omni ex parte purus euadat. Ait Beda tom. 7. homil. Quadrag. Beda. *Quia iam te docente intelligo, quòd lauando pedes meos, errata mea te mundare ſignificas, non ſolùm pedes, ſed & manus, & caput tibi lauandum offero. quia non ſolùm inceſſu, ſed etiam actu, viſu quoque, auditu, guſtu, olfactu, & tactu multa me committere, quæ à te debeant dimitti, non ambigo.* Vbi de lotione peccatorum agi cognouit, meritò curat omni ex parte mundari. Debet enim homo integrè purus eſſe, omni ſenſuum ſpurcitie ſublata. Vnde ad Chriſtianum lauacrum inuitans D. Zeno lib. 3. ſerm. 31. ait: *Pij fontis ad gurgitem* Zeno. *conuolate. Vos conſtanter immergite, ſalue ſalutis ſtatu, veteris hominis veſtri felice morte victuri.* Non enim niſi de toto homine renouato, & mundato conſtat vita. Vt meritò dicat Paulus ad Romanos 6. *An ignoratis, quia quicunque* Rom. 6. *que baptizati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem, &c.* Non mutilamur per Baptiſmum; ſed morimur veteri vitæ, veteribus ſordibus, ibique integrè ſepelimur, vt noua inde vita exſurgat. Quod miratus D. Zeno lib. 3. ſer. 34. Zeno. ait: *O magna poteſtas, magna peritior Iudicum veſtri. Deſcendit quippe gladius pius in viſcera peccatoris, & vno, eodemque ictu, incolumi corporis manente materia, interficit hominem veterem,* *erat nouum, ſacriſq; gurgitis elemento ſepelit. Et cùm omnium aquarum natura ſit talis, vt cùm in profundum homines ſuſceperit viuos, euomat mortuos, aqua noſtra ſuſcipit mortuos, euomit viuos.* Quid pulchrius? Proprium lauacri Chriſtiani, quòd integrum hominem purum reddat ad vitam.

§. IX.

Mundi flores, quid pariant, niſi anguſtias, & afflictiones?

SVſanna in horto viri ſui erat: & Ieſus ſimiliter in horto Gethſemani. Et propoſita ſibi morte corporis, & peccati admittendi fœditate, exclamauit Suſanna Dan. 13. Daniel. cap. 13. *Anguſtiæ ſunt mihi vndique.* Similiter & Ieſus & peccatum mundi, & mortem corporis ſui expaueſcebat, quo in magnam deuenit anguſtiam, vt dicat D. Lucas cap. 22. *Factus in agonia prolixiùs orabat.* Et quid ab Luc. 22. hortis, & paradiſis mundi, inter pulcherrimos illorum flores citiùs, quàm anguſtiæ, & agoniæ naſcantur? Pſal. 44. Pſal. 44. *Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* Quæ verba accommodantur Mariæ adſtanti à dextris Crucifixi, in ſumma ipſius Mariæ anguſtia, & afflictione. Et qualis erat tunc anguſtia Mariæ? Magna equidem erat, quando par credebatur anguſtiæ ortæ ex floridiſſimo rerum mundanarum ſtatu. Accipite Richardum à Sancto Laurentio lib. 3. fantem: *Verè ergo circumdata Ma-* Richar. à S. *ria varietate dolorum, vt verè poſſet dicere cum Suſanna Danie-* Laurent. *lis cap. 13. Anguſtiæ ſunt mihi vndique. Et cum Dauid 1. Paralip. 21. Vndique me anguſtiæ premunt. Et tunc, ſicut canit Eccleſia, circumdabant eam flores roſarum.* Quæ anguſtiis premebatur, vt Suſanna, dicitur circundata eſſe floribus roſarū, quod mihi videtur metonymicè dictum, vt oſtenderetur, illis anguſtiis, & afflictionibus eſſe circundata, quæ inter mundiales flores ſolent naſci, quæ quidem ſunt maximæ. Matth. 24. locutus Dominus de vltimis Matth. 24. mundi anguſtiis ait: *Ab arbore fici diſcite parabolam: cùm ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas,* Ecce tibi fici ramus cùm frondet, imminentem æſtatem denunciat, qua vniuerſi campi calore torrentur, aduruntur. Et quis eſt hic fici ramus niſi Antichriſtus in floridiſſimo ſtatu regni ſui? Planè quò magis temporalia florent, citiùs annunciantur extremæ anguſtiæ. Vt dicat D. Hilar. in Matth. canone 26. *Ramus igitur ſiue Antichriſtus eſſe intelligetur. Qui cùm teneraſcere cœperit, atque frondeſcere, tunc* Hilar. *proxima eſſe æſtas, id eſt, dies iudicij ſentietur. Frondeſcere autem quadam peccatorum exultantium viriditate noſcitur. Eſt enim tunc flos criminoſorum, & honor ſacrilegorum, & gratia profanorum, quibus tamen æſtus, id eſt, calor æterni ignis in proximo eſt.* Ecce tibi, vt de florenti mundialium curſu, nihil prius, quàm extremæ anguſtiæ, & æterni ignis æſtus exoritur. Cant. 5. dicebat illa: *Veniat dilectus meus in hor-* Cant. 5. *tum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum. Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham, &c.* Inuitabatur ad hortum, in quo floridiſſimæ quæque plantæ fructum præbebant. Venit ille in hortum, & ex omnibus horti floribus ſolam myrrham collegiſſe dicitur. Quò ſpectans Simon de Caſſia lib. 13. in Matthæi cap. 24. ait: *Eſt & anima hortus, in quem ſponſum ſponſa inuitat dicens:* Simon de Caſſ. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum. Cui ille reſpondit: Veni in hortum meum, meſſui myrrham meam: quia doluit vſque ad ſudorem ſanguineum.* Nec aliud elicitur de florentibus hortis mundi.

§. X.

Peccati conſpectus non paruas anguſtias ſanctis mentibus ingenerat.

AD adulterium inuitata Suſanna ſanctiſſimè exclamat: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique.* Vel ipſe peccati conſpectus tot ſanctæ menti anguſtias ingenerabat. Similiter Chriſto Domino in horto accidit, vbi populi ſui, totiúſque mundi ſcelera videns Luc. 22. *Factus in agonia prolixiùs* Luc. 22. *orabat.* Quid enim aliud de conſpecto peccato veniat ſanctis, quàm anguſtiæ, agoniæ, afflictiones? De Ieſu dicebat Ioan. cap. 13. *Cùm hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, &* Ioan. 13. *proteſtatus eſt, & dixit: Amen dico vobis: quia vnus ex vobis*

tradet

tradet me. Aſſumpſit turbationem peccatum Iudæ videns: vt doceat, quantis turbationibus, & anguſtiis repleat animas ſanctas peccati viſio. Dicebat D. Laurent. Iuſtinian. lib. de triumph. Chriſti agone, cap. 5. *Non vtique*
Laur. Iuſt. *propter ſe turbatus charitas, non de ſua dolebat iactura; ſed alterius perditio eius turbationis erat cauſa efficiens: Quoniam proditoris animum inuaſerat Satanas, omnemque ſtatum priſtinæ gratiæ euerterat, meritò turbatur Dominus, &c.* Non crux, non verbera; ſed vnum Iudæ peccatum ob oculos poſitum ingentem turbationem, & agoniam intulit Chriſto, qui propter nos, ſic turbari voluit: vt pateat, quàm debeat eſſe ſanctis viſio peccati terribilis. Similiter Ioan. 11. de Maria, ſorore Lazari defuncti, locutus addit: *Ieſus autem*
Ioan. 11. *vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum, &c.* Ecce ubi, vt Ieſus vidit lacrymantem Mariam, & lacrymantes Iudæos, infremuit, & turbauit ſeſe. Vnde tanta in Ieſu turbatio, & anguſtia? An ex lacrymis aliorum viſis? Negat Chryſol. ſerm. 64. fatus: *Non quando plorantes videt, tunc plorat Chriſtus; ſed quando interrogat, & in reſpon-*
Chryſol. *dentibus videt, fidei nihil manere. Dixerat enim: Vbi poſuiſtis eum. At illi dixerunt: Domine, veni, & vide.* Itaque non tam lacrymantium conſpectus, quam conſpectus deficientis fidei turbationem, & anguſtiam Chriſto ingenerabat. Imo quia in defuncto Lazaro videbat peccati mortem, inde in anguſtiam, & turbationem ibat, vt doceret, quam debeamus turbari à facie peccati. Ad hæc Beda ait: *In quo eſt ſumma poteſtas ſecundùm voluntatis nutum,*
Beda. *turbatur infirmitas. Hoc eſt, turbauit ſemetipſum. Dixi poteſtatem, attende ſignificationem. Magnum reus eſt, quem mors quatriduana ſignificat. Quid eſt ergo, quod turbat ſemetipſum Chriſtus, niſi vt ſignificet tibi, quomodo turbari tu debeas, tam tanta mole peccati grauatus?* Vt Lazari mors ſignificabat peccati mortem; ſic in hac viſa turbatur Chriſtus, vt nos turbemur, & anguſtiemur à noſtrorum peccatorum fæce viſa.

§. XI.

Non carni acquieſcendum, ſed Deo.

IN magnas anguſtias coniecta Soſanna hinc inde agitabatur variis affectibus: caro refugiebat inſtantem mortem: ſpiritus amabat tenere Deum. Interreà triumphat ſpiritus, dum Suſanna mauult Deo, quàm carni acquieſcere: dicebat enim: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique. Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* Ecce tibi bellum: ex vna parte vita corporis iuncta peccato: ex [illegible] vita animæ iuncta Deo. Ex his validi affectus proſilientes afflictiſſimam Suſannam reddebant: vicit tamen pars, quæ ad Deum pertinebat. Non multum abſimile bellum inuenies in Ieſu in horto exiſtente, cum Luc. 22. *Factus in agonia prolixius orabat*, & calicem à
Luc. 22. ſe tranſire poſtulabat. Sed tandem ait: *Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Circa quæ locutus D. Laurent. Iuſtinian. lib. de triumph. agone, cap. 6. *Qualis conflictus!*
Laur Iuſt. *Qualis pugna! Quale ſpectaculum! impellebat ſpiritus paternam, adimplebat honor, ſuadebat cultus, reſtauratio tagebat humanum. Reclamabat vtique natura ipſa paſſibilis; ſenarum immanitate perterrita, nolebátque dominantis animæ imperio famulari. In horum vero medio conſtitutus tanquam ſtrenuus, ac inuperabilis miles carnis non ferens blanditias ſpiritus iuſſa implere curauit.* Sic in vno duello Chriſtiano ſpiritus apparuit victor, non carni, ſed Deo ſeſe ſubmittens. Et vtinam in nobis ſemper ſpiritus vincat. Dicebat Pſal. 41.
Pſal. 41. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Vbi eſt Deus tuus? Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam.* Anxius erat Dauid, & in non parua afflictione pro Deo habendo. Quid ad hoc fecit? *Effudi in me animam meam.* hoc eſt, me ſpiritu conſtitui; vt in me non caro, ſed ſpiritus videretur triumphans: & hinc quod optabat obtinuit. Ait D. Ambroſ. lib. de fug. ſæcul. cap. 9. *Qui diuinum fontem deſiderat, effundit ſuper ſe animam ſuam, vt*
Ambroſ. *nihil Paſſioni carnis relinquat, ſed vbique anima ſuperfluat.* Pulchrè eam effundit Suſanna, vt enaperire eam poſſet incendia corporis [illegible] metus formidines, vita impedita-*tes. Effuſa ſuper ipſam animus omne reſtinxit carnale deſiderium, ſaluber ſtudium.* Sic in Deo triumphat ille, qui minime carni acquieſcit; ſed Deo, ſed ſpiritui.

§. XII.

Suſannæ proci, & Ieſu hoſtes in idem recidunt.

A Iudicibus populi vocabatur Suſanna in adulterium, dicentibus: *Commiſcere nobiſcum.* A Principibus Ieroſolymæ prehendebatur Ieſus in horto ad mortem Crucis. Quid ſimilius? Eadem vox eſt luxuriantium, & impellentium ad Crucem. Vt meritò dicat D. Chryſoſt. orat. in Paraſ. habita apud Gretbſer. tom. 2. loquens de Iudæis: *Extulerunt contra Ieſum Sodomiticum clamorem. extulerunt, & clamauerunt: Tolle, tolle, crucifige eum, &c.* Sodomiticus clamor erat hominum luxuriantium, Iudæorum clamor erat hominum crucifigentium: cur ergo dicitur clamor ſonans crucem clamor Sodomiticus, luxuriam ſonans? Planè idem clamor eſt trahentium ad luxuriam, & clamor crucem lethalem inferentium. Eadem etiam videtur cauſa eius, qui in caſtitate ſtat, & qui in cruce. Locutus Moyſes de ſerpente æneo, qui à ligno pendebat, dicit Num. 21. *Quem qui percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Numer. 21.
Quæ verba tractans D. Chryſoſt. hom. in adorationem Crucis, apud Gretſer. tom. 2. ait: *Quemadmodum olim in eremo icti, qui æneum ſerpentem aſpiciebant, à morte liberabantur. ita & nunc, qui Crucem attingunt, ſerpentem illum, qui ſub intelligentiam cadit, occidunt, & ipſi immortales fiunt, & ſocij cruciatuum Chriſti per continentiam efficiuntur, &c.* Ecce tibi, qui ſe à carnalibus voluptatibus continent, ſocij fiunt Crucifixi. Quò ſpectans Græcus Author hom. in adorationem Crucis, apud Gretſerum, inquit tom. 2. fol. 203.
Qui vult ad Crucem accedere, teterrimum illud flagitium, tam noxium, quod animas ſimul, & ſamulum perdit. adulterium, inquam, ne committito. Ne igitur adulterium perpetres. Nec ſcortem, nam ſeruitutis cauſa fuit, cui vniuerſus mundus ſubiectus. Qui Crucem contingere, debitúmque ab eo fructum percipere cupiunt, ne præcipitent ſe in tenebroſam ſeruitutis foſſam, & in caliginoſum adulterij puteum. Accendit enim improba ſcortatio, & ignita mœchia tela generant inquietum vermem, & ignem inextinctum. Fornicatio, & mœchia eum adſeruat, qui à ſua medulla exedit, & ter ſpiritus tabeſcit, æternùmque ab ipſis. Sic ibi: vbi caſtitas commendatur, quaſi amica Chriſti crucifixi. Græc. Aut.

CAPVT II.

Suſannæ parentes, & coniux.

TEXTVS HISTORIÆ.

FVit vir inter Primarios Iudæorum, nomine Helcias, cuius vnicam filiam inter raræ pulchritudinis, & morum exempla populus numerabat. Acceperat puella pulchritudinem ab ipſa naturæ ſimplicitate: à parentibus autem magis ebiberat morum concinnitatem. Sic enim floridos eius annos parentum induſtria virgineæ virtutes amœnabant vt ea florenti pulchritudine, & vita iure vocaretur Suſanna, quod nomen, & lilium ſonat, & lilium agit. Iam nubiles Suſanna attigerat annos, & ingentis fortunæ iuuenem ſponſum nacta, coniux Babylone degebat, ſiue, vt obſes maritus eius eſſet Regi barbaro; ſiue, vt populi ſui ibi captiui eſſet ſolatium. Erant equidem viro in ipſa captiuitate tot diuitiæ, & honores tanti, vt inde non ignobiles Doctores, ſimilitudine nominis deluſi, Iſraeliticum Regem crederent: quippe Ioacim vocabatur. Verùm non erat illo Rex; ſed Rege longè felicior, ſi qua felicitas hominem poteſt pertingere, qui premitur captiuitate. Rex enim Ioacim nunquam non fuit in carcere catena-

ſus: Ioachim noſter Suſannæ maritus libera pollebat apud omnes authoritate, multis & diuitiis, & deliciis auctus: quippe illi iuxta domum erat hortus ca-ritatiſſimus amœnitate, & frequentiſſimus ſuis popularibus.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

CVM Hiſtoriam Suſannæ aggredimur, quaſi ad lilia, & roſas euolamus, quæ vt iniquis tribulos, & ſpinas dederunt, nobis morum ſuauitatem propinabunt.

Daniel. 13. Et erat vir habitans in Babylone: & nomen eius Ioachim: & accepit vxorem, nomine Suſannam, filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum: parentes enim illius, cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſis.

§. I.

Vbicunque ſit vir bonus, non poteſt non lucere.

NOn Ieroſolymis, ſed Babylone dicitur habitaſſe Ioachim: quippe ait: *Erat vir habitans in Babylone. & nomen eius Ioachim* Erat, inquam, Ioachim habitans Babylone, hoc eſt, mediis in ciuitate confuſionis: & tamen ibi inter ipſas captiuitatis tenebras conſpicuus erat, & vir nominis. Nullibi enim exiſtet vir bonus, nec eo, quòd maximè effulgeant eius bona. Ait Textus Geneſ. 8. *Noe dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ,* &c. Ad veſperam dicitur veniſſe columba ad Noë. Erat autem Noe ſub arcæ tenebris, inſuper & vmbræ veſpertinæ hominem opplebant: inter hæc venit ad eum columba. Cur non magis venit in meridie, quando nullæ ſunt vmbræ, & totus homo in luce eſt? Cur non magis cauit venire veſperi tenebris? Veniebat ad Noe virum bonum, & iuſtum, qui vel in veſpertinis, vel in nocturnis horis exiſtens, nihil de tenebris ſumens non poterat non lucere. Ait D. Ambroſ. lib. de Noe, cap. 19. *Non otioſè poſuit, & veſperam: vt neque ſine lumine virtutem eſſe cognoſcas, & quibuſdam tenebris occultatam, ſed diuino candore fulgentem expectaſſe vſque ad occaſum diei, & ſic ad eum regreſſam, apud quem etiam veſperi tenebras habere non poſſit.* Vt in columba virtus exprimebatur, ſic amica eſſe lucis oſtenditur: & ideò dum ſub luce meridiana erat, verſabantur liberè in terris: vbi autem vmbræ cœperunt de montibus cadere, & iam per tempus aduelperaſcebat, confugit ad Noe bonum, & iuſtum, qui etiam inter tenebras nihil de tenebris habebat, nec poterat ſine luce eſſe. *Apud quem etiam veſpere tenebras habere non poſſit.* Vbicunque enim ſit vir bonus, ſic lucet, vt nec veſperi tenebras ſecum eſſe patiatur. Hinc Leuit. cap. 24. *Afferant tibi oleum de oliuis puriſſimum, ac lucidum ad concinnandas lucernas iugiter, extra velum teſtimonij in tabernaculo fœderis. Ponetque eas Aaron à veſpere vſque ad mane coram Domino.* D. Cyrill. Alex. legit non lucernas, ſed lucernam: ait enim: *Ad concinnandam lucernam iugiter extra velum teſtimonij. Ponétque eam Aaron à veſpere vſque ad mane.* Iubetur igitur lucerna poni ab Aarone, quæ ſic luceat, vt nec tenebras veſperi patiatur ſecum. Et vbi inuenitur hæc lucerna per Aaronem præparata, niſi in deſerto, in vaſta ſolitudine, in loco horroris, vbi Ioannes Baptiſta ex Aaronis genere ortus prædicabat? Ad hæc D. Cyrill. Alex. lib. 3. in Ioan. cap. 1. circa finem, ait: *In fine tabernaculo lucerna locata ponitur, poſtquàm Sacerdotum acceſſus, & vſus deſcribitur, quoniam in fine legis, & Prophetarum, vox clamantis in tuba ſonuit in deſerto. Parate viam Domini dicens.* &c. Itaque vbi Ioannes ad deſertum ſe conſulit, ibique inter feras agebat, ab hominum conuerſatione ſecretus; ſic vel ibi cœpit lucere vt meritò credatur fuiſſe illa lucerna, quæ ponebatur, vt veſpertinas tenebras tolleret è medio.

Geneſ. 8.

Ambroſ.

Leuit. 24.

Cyril. Alex.

§. II.

Iudæis vilis ſeruitus; Chriſtianis nobilis libertas affulſit.

ECce tibi Ioachim, Iudæorum facilè Princeps, inter captiuos Babylonis numeratur, & abſque vlla proſapiæ mentione introducitur: dicit enim Textus: *Et erat vir habitans in Babylone. & nomen eius Ioachim.* Et quidem ſolenniſſimum eſt in ſacris Literis, nullum magnum virum introduci ſine auorum, atauorúmque cenſu. Cur Ioachimus iſte Iudæorum Babylone exiſtentium clariſſimus ſine illo nobilitatis decore, nempe, proſapiæ cenſu introducitur? Vt Daniel huius Hiſtoriæ Author, Chriſti iam tempora appropinquare per certas hebdomadas notabat; ſic Iudæorum nobilitatem ridebat, quæ deſinebant in viliſſimas ſeruitutes: ad Chriſtianos enim ſolos pertinebat & vera, & libera nobilitas. Quòd pulchrè canebat Prudentius in Apotheoſi contra Iudæos, in fine:

Heu quò priſcorum virtus defluxit auorum!
Seruit ab antiquis delapſa fidelibus hæres
Nobilitas, ſed iam non nobilis illa recentem
Suſpectat captiua fidem: vic tanta nouella
Crudelitatis ineſt, Chriſtum confeſſa triumphat
Gens inſida priùs: Chriſti ſed vita negatrix
Subditur imperio, dominos ſortita fideles.

Prudent.

Claret equidem Iudæorum perfidia à vili ſeruitute, Chriſtiana claret fides ab imperio, à triumpho. Gens illa multis maiorum titulis, longiſque & clariſſimis ſucceſſionibus per auos, & atauos nobilitata, ignobilis iacet preſſa vili ſeruitutis iugo; dum recens, & nouella Chriſti fides in ſuis Chriſtianis ſplendidiſſimum regnum acquiris. Illud iam antiquitùs preſſis Iudæos vaticinium Gen. 25. *Maior ſeruiet minori.* quo Eccleſia Chriſtiana conuenit Synagogam apud D. Auguſt. in dialogo de altercatione Eccleſiæ, & Synagogæ, dicens: *Cete maiorem te paulò antè dixiſti, regnaſſe, triumphaſſe, ſceptrum tenuiſſe, purpuram poſſediſſe; me minuſculam vallibus deliuiſſe quondam, vel in collibus habitaſſe ſaxorum; te aureo ornamento, byſſo, ſerico, gemmis clariſſimis nobilibus, me minorem pecorum lacte vixiſſe: ego oues, & pecora, tu militem poſſidebas. Inde eſt, quòd ego minor, atque pauperior, tu maior, & diues ſubiugata mihi degas populo ſeruitura minori.* Gloriabatur Synagoga quondam, quia regno floreret, quia nobilitaretur, aut maior omnibus ſpiritualibus diuitiis, & ornamentis, dum gentium Eccleſia, vt minima, & deſpecta paſcebat oues. Synagogæ erant ſtrenuiſſimi milites, qui pro Deo, & virtute decertabant: Eccleſiæ gentium tunc oues erant, de quibus Pſalmus loquitur: *Sicut oues in inferno poſiti ſunt.* & vt alius. *Errani ſicut ouis.* At modo conuerſa eſt, & Synagogæ, & Eccleſiæ conditio, ſeruit illa, hæc triumphat, & maior degit populo ſeruitura minori. Adeò vt tota illa Synagogæ de regno gloria non tam Synagogæ, quam Eccleſiæ maiori exaltationi proficiat. Dux noſter Ieſus dicitur habere ſcriptum in femore Apocal. 19. *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Ex quo Eccleſia ſic arguebat Synagogam vbi ſuprà aiens: *In eo me gaudeo ſublimatam, quòd celſis celſior ſum facta, & regna regnantium diſieci & ecce ſub pedibus meis purpurata quondam Regina verſatur. Ille eſt enim Rex Regum, qui eadem imperare cœperit, quæ ſe vidit aliquando regnaſſe Regnaſti, fateor. Noli iraſci, ſi tu, quæ fueras domina, mihi facta videaris ancilla.* Magna equidem eſt gloria Chriſtiani, qui magnis Iudæis factus eſt maior, qui redacta ad ſeruitutem Synagoga, nouit regnare, vt de ſubiecto eius regno Rex Regum dicatur. Ad hæc ait D. Zeno lib. 3. ſerm. 36. *Regium illud templum campis æquatum iacet. Altaria Dei eius ſubuerſa manu eum ſunt ſibi ſacrificiis ſparſa in puluerem vanuerunt. Sacerdotalis cathedra peſtilentia ſue nomine deleta eſt. Agnus ſalutaris, qui deſignatur ex ouibus, & ex hœdis, inter pecora non poteſt inueniri. Superba illa ciuitas ſeruit.*

Gen. 25.

Auguſt.

Apoc. 19.

Auguſt.

Zeno.

Sic Iudæus ſeruit, Chriſtianus nobilis eſt.

§. III.

§. III.

Viri præſtantia ab vxore.

SIne proſapia, ſine nobilitatis titulo introducitur Ioachim Suſannæ maritus, dum ait: *Erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim, & accepit vxorem nomine Suſannam, filiam Helciæ.* Ecce tibi, vna Suſanna dicitur eſſe filia Helciæ: Ioachim autem non dicitur, cuius filius ſit. Nec immeritò: quando enim oſtendebatur Ioachim Suſannæ eſſe maritus, hoc illi ſufficiebat ad nobilitatem, ad præſtantiam, ad gloriam. De vxore, & ſorore Traiani locutus Plinius in eius Panegyri, ait: *Obtulerat illis Senatus cognomen Auguſtarum, quod certatim deprecatæ ſunt, quandiu appellationem Patris Patriæ tu recuſaſſes, ſeu quòd plus eſſe in eo iudicabant, ſi vxor & ſoror tua, quàm ſi Auguſtæ dicerentur.* Repudiauit Traiani vxor Auguſtæ nomen, vt quæ maius quid haberet in eo, quòd diceretur Traiani vxor: ne miremur, quòd in Ioachimo taceantur, & dimittantur alij nobilitatis tituli, vt in quo maius quid ſit, ſi dicatur Suſannæ maritus. Cur enim in tanta vxore non quieſcat maxima gloria, & præſtantia viri? De felici homine dicit Pſal. 127. *Vxor tua, ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.* Itaque vxor in lateribus domus ponitur, vt in qua tota domus, & mariti gloria recumbat. Ait D. Paulinus epiſt. 42. de Martinia naufragio:

Plin.

Pſal. 127.

Paulin.

Et ecce coniux in iugo Chriſti tua,
Vt vitis exundat bona,
Domus, Deo quæ vita hæc ſerat tibi
Lateribus domus tuæ
Curat maritus ſu tenent, curant fidem
Sancti tenent quieti.

Eſt equidem bona coniux, columna fortis, & columna, & corona mariti, in qua & domus recumbat, & maritus triumphet.

§. IV.

Maria Virgo nunquam non inuenta eſt Spiritus Sancti Sponſa, nec in ipſo primo conceptionis inſtante.

AGgrediens Daniel nobis Suſannæ hiſtoriam proponere, nullum de fœminæ non vxoratæ verbum facit: ſed illam in primis introducit nuptam viro. Dicit nanque: *Nomen eius Ioachim, & accepit vxorem Suſannam.* Nunc primum audimus Suſannam, cùm illam viro iam copulatam audiuimus. Et cur non niſi viro deſponſata, & copulata proponitur Suſanna? Geneſ. 14. recenſens victoriam Abraham de quinque Regibus, inter proponendum Abrahamum victorem ſic inquit: *At verò Melchiſedech, Rex Salem, proferens panem, & vinum.* Sic Melchiſedech introducit offerens panem, & vinum, vt nihil aliud de eo antecedenter dicat. Nec de aui eius nobilitate, nec de genealogia loquitur, vt in hoc oſtenderetur ſimilis Filio Dei, qui ſecundum Diuinitatem auis, atauiſque carebat. Id aſſerit D. Paul. ad Hebræos 7. vbi ait: *Melchiſedech ſine patre, ſine matre ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem Filio Dei.* Introducitur ergo Melchiſedech ab Scriptura ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, ſine initio, & ſine dierum, vt in eo aſſimilaretur Filio Dei. Similiter & Suſanna introducitur ab Scriptura ſine genealogia, & nunquam non nupta, vt ſic ſimilis eſſet Mariæ Matri Dei, quæ nunquam nec in ſtatu primo ſuæ conceptionis Spiritui Sancto nupta nô fuit inuenta. Quò reſpiciens Ioannes Apocal. 12. ait. *Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta Sole, Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim ſtellarum, & in vtero habens,* &c. Cæleſtis fœmina nobis proponitur in vtero habens, neque dicitur, quâdo deſponſata fuerit. Et quidê in cælo, teſte Domino, *neque nubent, neque nubentur.* Matt. 22. Quomodo ergo in cælo hæc mulier oſtenditur cum nuptiarum fructu, ſi in cælo nuptiæ non ſunt? Ea erat fœmina Maria, quæ vt Spiritui Sancto nupta erat; ſic nunquam non poterat intelligi non nupta, nec in cælo, nec in primo ſuæ conceptionis inſtanti. Id quod ſic ſuauiſſimè oſtendunt illa verba: *Mulier amicta Sole.* Quippe Sol à primo ſui exortus inſtante tanquàm Sponſus procedit, de quo ait Pſalm. 44. *Et ipſe, tanquàm Sponſus procedit de thalamo ſuo.* Pro

Geneſ. 14.

Hebr. 7.

Apoc. 12.

Matth. 22.

Pſal. 44.

quo ſapienter ait Cæſarius, Nazianzeni frater, dialog. 1. *Sed enim ad ſponſalem pulchritudinem huius luminaris accedamus. Inquit enim de eo David: Et ipſe tanquàm Sponſus procedens ex thalamo ſuo. verbis hiſce alacritatem, & temperamentum aſpectus eius matutini exprimunt. Nam cùm meridionale cælum percurrit, ſæpenumerò refugimus quærere tentamus igneum calorem eius non ferentes. Simul autem in exortu iucundus eſt omnibus, & velut Sponſus aſpicitur,* &c. Fugitur Solis æſtus meridionalis: quæritur temperamentum matutinum. In primo enim exortu ſuo exhibet Sol totam ſponſalem pulchritudinem, totum ſponſalem ornatum, & delicias. Quam Solis conditionem induit prorſus cæleſtis fœmina, Maria: in primo exortu ſuo, in primo conceptionis ſuæ inſtanti, velut Sponſa apparet, & ornata, & copulata viro ſuo, diuino Spiritui. Adeò vt nequeat apparere, aut eſſe Maria ſine his diuiniſſimis nuptiis. Vt de illa poſſit dici id Apocal. 2. *Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de cælo, ſicut Sponſam ornatam viro ſuo.* Non enim datur inſtans temporis, in quo Maria poſſit videri non Sponſa, & eo ipſo puncto, in quo à Deo exiuit, iam Sponſa erat diuino Spiritui vnita.

Cæſar.

Apoc. 2.

§. V.

Pueritia bona educatio, & informatio plurimùm conducit ad virilitatis virtutes.

SOlent & mariti, & parentes puellas informare ad virtutem: Textus autem dicturus inuincibilem Suſannæ virtutem, notat illam, non à marito, ſed à parentibus imbibitam: quippe dicit: *Parentes enim illius, cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſis.* Et cur potiùs à parentibus, quam à marito oſtendit educatam Suſannam in lege Domini? Parentum eſt filios, filiaſve educare, moréſque eorum informare à primis vnguiculis, ab ipſis incunabulis. Quo autem teſta recens ſemel imbuta diu ſeruat odorem: ſic Suſanna, vt tenerior, de parentibus accepit ſanctam morum conformationem, eam in adultæ ætatis periculis validiſſime conſeruauit. Mirabar aliquando fluidam aquarum naturam ſic ſeſe firmaſſe, vt greſſus Domini pateretur ſuper illas ambulantis: dicit enim Matth. 14. *Quarta vigilia noctis venit ad eos Ieſus ambulans ſuper mare.* Et vnde mare tantam ſoliditatem accepit, vt immobile ſuſtineret greſſus Domini ambulantis? Dum hæc miror in memoriam reduco prima aquarum cunabula, de quibus ait Geneſ. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Ecce tibi aqua in primo ortu ſuo, in pueritia ſua docta fuit portare greſſus diuini Spiritus: ne mireris, quòd adulta magis ſic firma, & ſolida, & immobilis ſit, vt greſſus Domini valeat etiam portare. Ait Prudentius in Apotheoſi contra Hominucionitas;

Matth. 14.

Geneſ. 1.

Quia Spiritus olim
Ore ſuperfuſus patrio volitabat in vndis
Nondum diſcretis, nec certo littore clauſis,
Suſtinuit greſſum Domini famulus liquor, ac ſe
Mobilitatis egens ſolidos ſubſtrauxit ad vſus.

Prudent.

Quid pulchrius? Expende illa: *Spiritus olim Ore ſuperfuſus patrio,* &c. De Patre enim eſt, quòd recèns nata aqua aſſueſceret portare diuinum Spiritum; quo poſtea ad eam ſoliditatem, & immobilitatem accedit, vt etiam portaret Domini greſſus. Tantam vim habet in filiis bona educatio à parentibus profecta. Matth. 14. Ioannes dicebat Herodi: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Vnde bonus audet ſic ſtare pro virtute aduersùs Regem impiiſſimum? Ait D. Baſilius Seleucienſis orat. 18. *O dicendi libertas, quæ regiam iniuriam non metuit! Linguam exibebat: vt olim in vtero ſaltum edebat.* Vt equidem ab vtero aſſuetus erat Baptiſta pro virtute ſtare: ſic adultus minimè id munus refugit. Spectans prophetice Iſaias Ieſum in Paſſione ſua dicebat cap. 53. *Sicut agnus coram tondente ſe obmutuit.* Cur, ſicut agnus, & non magis ſicut ouis? Vt oſtenderet, quam illum conſtarentur virtutes pueritiæ. Dicit D. Leo ſerm. 7. de Epiphan. *Diſpoſitor dies ſub perſecutione inchoauit, & ſub perſecutione finiuit,*

Matth. 14.

Baſil. Sel.

Iſaia 53.

Leo.

uinit, nec puero tolerantia Paſſionis, nec paſſure defuit manſuetudo puerilis. Sic ibi. Huc trahe dicta tom. 3. de Chriſto figur. lib. 7. cap. 4. §. 5. & tom. 4. in Euang. lib. 16. cap. 9. §. 17. & tom. 2. in Euang. lib. 6. cap. 1. §. 15.

§. VI.

Parentes efficaciores ſunt omni alio, ad filios moderandos.

NOn alius erudiendam in virtute filiam Suſannam tradiderunt: ſed, vt notat Textus: *Parentes illius, cum eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.* Et crede mihi: nullus alius ſic valet efformare iuuenum mores, vt parentes eorum, ſi boni ſint. Memini Ieſum
Matth. 8. cum Diſcipulis ſuis eſſe in nauicula Matth. 8. quam inſolens tempeſtas inuadit, rapidiſſimique venti ſic impellunt, vt mergenda credatur. Ad hæc Ieſus excitatus de ſomno, *imperauit ventis, & mari: & facta eſt tranquillitas magna.* Quod mirati nautæ clamabant: *Qualis eſt hic, cui & venti, & mare obediunt?* Quòd autem nautæ dubitant, id ipſi venti quieſcentes, compoſitique in tranquillitatem fluctus maris teſtantur: non enim niſi de authoris, genitoriſque eorum moderatione tumentes fluctus, & rabidi venti poſſent tranquillari. Vt meritò dicat Prudentius in Apotheoſi contra Homuncionitas:

Prudent. *Increpat ipſe Notos, & flatibus otia mandat.*
Quis ſubeat ſanus Aquilonibus, ite, ſilete,
Carceribus veſtris, amplóque faceſſite ponto,
Sit niſi omnipotens Aquilonum conditor idem?

Equidem vnus conditor, & genitor ventorum poſſet illos frænare, feroeientémque ex illis tempeſtatem in tranquillum conuertere. Quippe nullus hominum iuuenum appetitus compeſcere, moreſque effrænes componere ſic valet, vt eorum parentes. Similiter Matth. 14. dum Diſci-
Matth. 14. puli Ieſu nauigarent, *Venit Ieſus ad eos ambulans ſuper mare.* Et mirabar, quòd fluitantes vndæ ſecurum inceſſum præberent Ieſu pedibus. Quis enim fluctuum inconſtanciam ſic firmare poſſet, qui non eſſet eorum genitor? Ait Prudentius ſupra:

Prudent. *Quis pelagi ſaliarit aquas? Quis per vada glauca*
Greſſibus impreſſis ſpatiatus triuerit vdum
Non ſubmerſus iter, ſolo pendulus, & pede ſicca
Æquorea, niſi factor aquæ?

Planè vnus factor, genitorque aquæ, eius nobilitatem ſic poteſt firmare, vt ſuſtineat greſſus diuinos. Ne credamus, ab aliis, quàm a parentibus iuuenum motus, & fluidas illorum cupiditates poſſe firmari, & componi, vt Deum in ſe excipiant.

§. VII.

Nulla gratia temporalis ſine virtute poteſt conſiſtere.

NEc poſſum non illud coniunctum meditari, nimirum, quod ait: *Accepit vxorem, nomine Suſannam, pulchram nimis, & timentem Deum: parentes enim, &c.* Expende illud: *Pulchram nimis, & timentem Deum.* Pulchritudo enim cum timore Dei, & cum virtute coniuncta triumphat: ſine iis tam pulchritudo, quàm cæteræ omnes temporales gratiæ miſerè perduntur. Dicebat Matth. c. 3. de Ieſu: *Cuius ven-*
Matth. 3. *tilabrum in manu ſua: permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum: paleas autem comburet, &c.* Quid facilius ad combuſtionem quàm paleæ! Sed paleæ ſunt Deo quicunque temporalibus gratiis florent ſine virtute. Pulcherrimæ Helenæ, cantatiſſimi Duces, vt ſine virtute erant, ſic facilè inſtar palearum perduntur. Vt dicat Cæſarius, Nazianzeni frater, dialog. 4. *Multi captu difficiles pu-*
Cæſar. *tati miſerabiliter vita priuati ſunt. apud nos quidem Orebus, & Zebus & Zebæus, & Salmana, & Abimelechus, & Goliathus, & Abſalom, & quicunque ſimiles illis fuêre. Apud exteros autem Hectores, & Aiaces, & ipſi, qui propter fortitudinem inflati erant Lacedæmonij: quoniam non habebant cum robore coniunctam iuſtitiam.* Et pulchri, vt Helena, & Abſalom; & fortes, vt Salmana, vt Goliathus, vt Hector, qui videbantur inuincibiles, & inſuperabiles, facili negotio, vel ſundæ ictu in miſerum exitium ſunt delapſi. Quid mirum? Non habebant cum pulchritudine, aut cum robore coniunctam iuſtitiam: & ideò periêre. Dum Samuel curat eligere vnum ex filiis Iſai in Regem, vidit maiorem natu Eliab, iuuenem forma conſpicuum: de quo tamen ait Dominus 1. Reg. 16. *Non reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ* 1. Reg. 16.
eius: quoniam abieci eum. Et tandem vocatus eſt Dauid puer paruulus, qui paſcebat oues, de quo dicit: *Erat autem rufus, & pulcher aſpectu, decoráque facie, & ait Dominus: Surge, & vnge eum.* Ecce tibi duos fratres Eliab, & Dauid: Eliab præſtantia formæ florebat, ſed & Dauid pulcher erat aſpectu, decoráque facie. Et de Eliab dicit Dominus: *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius.* De Dauid autem ait: *Vnge eum.* Itaque in Eliab contemnitur formæ præſtantia, & reiicitur à Deo: in Dauid eligitur, & ſceptro donatur. Et cur quæ contemnitur in Eliab præſtantia, eligitur in Dauide? Erat equidem in Eliab formæ præſtantia, quæ rapuerat oculos Samuelis; ſed non erat illi virtus animi: & ideò maximè à Deo contemnebatur. Erat in Dauide pulchritudo, & ſpecies corporis, non ſeparata; ſed coniuncta cum ingenti virtute animi: & ideò hæc ad regnum eligebatur. Ait D. Baſilius Seleucienſis orat. 45. *Puer* Baſil. Sel.
Dauid producitur paruus ætate, animo magnus. Mitis erat aſpectu, mitior animo. Ore micauit, animo candido, pro corpore benè colorato latius geſtans animæ decus. Et quid verbis opus? Trahe in commendationem oculos Creatoris, perinde ac ſi diceret ad Samuelem Deus. Tu mortali oculo corporis magnitudinem dimenſus mirabaris: ego verò, quæ mihi ſoli videtur pulchritudo, eam ambio. Vbi anima theſaurum inuenio, ibi miratur oculus meus. Reiicitur præſtantia formæ, quam animæ virtutes non comitantur: vbi autem & corporis præſtantia, & animæ virtus conueniunt, ibi & complacet ſibi Deus, & duratura dona facit inhabitare. Vt diſcamus ſuſpectas habere temporales gratias, cum quibus nulla adeſt virtus animæ. Deplorato illi Angelo dicebat Ezechiel cap. 28. *Perdidiſti in decore* Ezech. 28.
tuo ſapientiam. Habebat ille decorem; ſed non habebat ſapientiam, cuius initium eſt timor Domini: & inde omnia perdidit. Propter quod dicebat D. Bernard. ſerm. 34. in Cant. *Nolo decorem, qui mihi ſapientiam tollat.* Abſit equidem a nobis decor, abſit elegantia, abſit virium valentia, ſi cum iis non ſtat ſapientia Chriſtiana: hæc eſt timor Domini. Bernard.

§. VIII.

Virginitatis virtus non in lege Moyſis; ſed à Chriſti ſchola.

POſt Suſannam acceptam in coniugem à Ioachimo, ſapienter addidit Text. *Parentes enim illius cùm eſſent iuſti, inſtituerunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſis.* Cùm eſſent iuſti, filiam inſtituunt ſecundùm legem Moyſis, dum eam ad honorabile, & ſanctum coniugium inſtituunt. Tota enim Moſaicæ legis iuſtitia virginitatis virtutem non attingit. Vbi noſter poſuit Cant. 1. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* legunt Septuag. *Similitudi-* Cant. 1.
nes auri faciemus tibi, cum diſtinctionibus argenti. Auri vocat Septuag.
ſimilitudines, argenti diſtinctiones: quia in auro intelligitur virtus virginitatis, quæ in lege veteri non fuit in veritate, ſed in figura: in argento autem matrimonium notabatur, quod diuerſas, diſtinctáſque virtutes in genere pudicitiæ admittit. Ad hæc pulchrè loquitur D. Hieron. lib. 1. contra Iouin. dicens: *Audiamus, quid loquatur Sponſa antequàm Sponſus eius ad terras veniat, patiatur, reſurgat: Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti,* Hieron.
quoad vſque Rex in accubitu ſuo eſt. Antequàm reſurgeret Dominus, & Euangelium coruſcaret, non habebat aurum Sponſa; ſed ſimilitudines auri. Argentum autem, quod in nuptiis ſe habere pollicetur, habebat varium, atque diſtinctum in viduis, continentibus, ac maritatis. Ecce tibi in auro quid matrimonio pretioſius intelligit, nempe, virginitatem, quam non habebat, nec in ratione virtutis cognoſcebat lex Moſaica. Hinc Cant. 5. ait Dominus: *Bibi vinum cum lacte meo: comedite, amici, & bibite, & inebriamini.* Circa quæ idem Hier. vbi Cant. 5.
ſup. *Hoc eſt vinū, quod cùm ebriauerit adoleſcentes, & puellas, ſtatim virginitatem ſitiunt.* Quod vinum non erat vetus ex Hieron.
lege veteri, ſed nouum ex lege noua: ideóque Apoſtolis

Actor 2. dicebantur *pleni muſto*, quod non ad vetus, ſed ad nouum vinum pertinebat, vt ibi notat Hieronymus. Vt pateat ante Christum non fuiſſe vinum germinans virgines, de quo loquitur Zacharias c. 8. Ideò Eccleſiaſtes cap 3. diſtinguens tempora Moyſis, & tempora Christi, ait: *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt vniuerſa ſub cælo. Tempus pariendi*, ſic apud Septuaginta habes, *& tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi, quod plantatum eſt. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.* Quæ omnia ſic in rem præſentem pulchra paraphraſi explicat D. Hieron. ſuprà latus: *Omnibus tempus eſt, & tempus omni rei ſub cælo. Tempus pariendi, tempus moriendi. Tempus plantandi, tempus euellendi. Peperimus in lege cum Moyſe, moriamur in Euangelio cum Christo. Plantauimus in nuptiis, euellamus per pudicitiam, quod plantatum eſt. Simúlque nos commonet, ne legem Euangelio præferamus, ne puritatem virginitatis nuptiis putemus æquandam.*

Zachar. 8.

Eccleſ. 3.

Hieron.

Quidquid attinet ad plantationem filiorum, ad nuptiales partus, in tempore legis ponitur: quod autem ad mortificationem carnis, ad virgineam pudicitiam pertinet, hoc de tempore Euangelij eſt, adeò vt nuptiæ pro lege veteri ſtent, puritas virginea pro Euangelio. Ne quis audeat in re virginitatis æquare legem Euangelio, quando in lege ſolæ vmbræ fuère, & materiales ſimilitudines huius præſtantiſſimæ virtutis, quam vnus Dei Filius valuit agnoſcere, & mundo annunciare, & ad illam ingentes puerorum, puellarúmque multitudines trahere. Vide diſta tom. 2. de Christo figurat. lib. 5. § 5. & tom. 1. etiam de Christo figur. lib....

Daniel. 13. Erat autem Ioachim diues valdè, & erat ei pomarium vicinum domui ſuæ, & ad ipſum confluebant Iudæi, eò quòd eſſet honorabilior omnium.

§. VIII.

Virtus in quacunque ſorte, & in quocunque diſcrimine fructifera.

CAptiuus erat Ioachim Babylone, & in captiuitate erant homini & diuitiæ, & deliciæ: dicit enim Text. *Erat autem Ioachim diues valdè, & erat ei pomarium*, &c. Sic hominis virtus claret, quæ vel in captiuitatis neruo, & regiis diuitiis, & deliciis eum ditabat. Sic de Ioſepho captiuo, & ſeruo dicebat Rex Ægypti Geneſ. 41. *Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet*, &c. Seruus erat, & carcere detentus, ſi atque hominem impleuit regnum. Vide hoc ex Ioſephi virtute, quæ vel in carceris neruo, ſuo fructu neſcit carere. Ait D. Paulinus epiſt. 42. de naufragio Martiniani:

Geneſ. 41.

Paulin.

Sic ille Ioſeph ante paruus factus eſt,
Vt magnus eſſet, & niſi
Seruus fuiſſet, non fuiſſet in ſua
Tellure ſeruis ij potens
Vbi ſuſtinuerat ſeruitutem, & carcerem,
Ibi regnum, ei quo natus eſt
Sed ſuſtinendo iniquitatis vincula,
Iuſtitiæ cepit præmia.

Ecce tibi iuſtitia, & virtus Ioſeph neſciuit ſterilis eſſe vel in difficillimis temporibus, imò inter ipſas ſeruitutis tempeſtates, inter nubila carceris, & vinculorum fecit ſerenum dignitatis regiæ, & diuitiar regiar peruenire ad hominem. Solent equidem tempeſtatum nubila ſegetes grandinare, arbores contundere, ſoliis, fructibúſque ſpoliare. At virtuti vel mediis tempeſtatibus, vel inter horrenda nubila ſuus fructus non deeſt. De aſcendente in cælum Ieſu loquutus Lucas Actor. 1 ait: *Videntibus illis eleuatus eſt & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Cur nubes Ieſum ſuſcipit euntem in cælum? An vt eum in aſcenſione iuuet? Abſit: ſed ſuſcepit nubes Ieſum, vt oſtendat, inter ipſa nubila tempeſtatum ſeruatum eſſe, qui ſalutaris, & commodus affulgeat ſtudioſis virtutum. Quò aſpiciens Cæſarius Nazianzeni frater Dialog. 1. ait: *Nubes enim ſubit ſub pedibus eius, non adiuuant aſcenſionem, ſed, vt oſtenderetur, illum eſſe, qui per turbinem, & nubes olim quidem ad Iobum, poſt ipſum verò ad Moyſem locutus eſſet.* Nubes itaque intrauit Ieſus ad Patrem aſcendens, vt oſtenderetur ille eſſe, cuius ſerui in ipſis nubibus, & tempeſtatibus, ſerenum, & tranquillitatem habebant. Sic Moyſes Exod. 14. inter nebula, & tonitruor, & fulgura, & tempeſtates, & ſine cibo ſatur, & ſine luce ſplendidus exibat. Sic Iob inter nubium obſcura felicitatem pertingebat: dicit enim c. 40. *Reſpondens autem Iob Dominus de turbine*, &c. Inter turbines enim erat Iob, & inſtaurabantur illi bona vniuerſa. Vt dicat Orig. in Cat. Græca: *Etſi ea, quorum in ſummis certaminibus probata eſt, & ſpectata virtus, poſt hanc vitam ſunt præmia conſeruata: ſed tamen, qua Dei eſt beneficentia, in hac etiam vita Deus mercedem ſuis athletis poſteà perſoluendam arrhabone confirmat.* Itaque virtutis ſtudioſi in præſentibus tempeſtatibus ſolent ea bona ex Deo percipere, quæ futurorum ſunt pignora.

Actor. 1.

Nazianz.

Exod. 14.

Iob 40.

Orig.

§. IX.

Poſterioribus hominibus eadem ex Deo poſſunt venire, quæ prioribus

IN Babylonis captiuitate erat Ioachim: & nihilominùs dicitur de illo: *Erat autem Ioachim diues valdè, & erat ei pomarium vicinum domus ſuæ, & ad ipſum confluebant Iudæi*, &c. Quod enim Ioſepho accidit primis temporibus, vt in captiuitate ditaretur, id accidit poſteà & Danieli, & ſociis eius; ſimiliter & accidit Ioachimo. Eſt equidem Deus diues in omnes, eadémque potens præſtare poſteris, quæ primis donauit. Iob cap. 38. *Reſpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit*, &c. Græcè legitur: *Dixit Dominus Iob per procellam, & nubes.* Et cur ſanaturus Iobum afflictum maluit Deus accedere in turbine, in procella, in nubibus? An qui afflictus erat omnigenis corporis morbis, & extrema egeſtate, affligi etiam debebat iniuria temporum, cælorum inclementia, & tempeſtate? Minimè id intendebat Deus; ſed magis oſtendebat, quam ſimiliter ditabat homines poſteriores, ac primos ditauerat. Dicit Author Catenæ Græcæ in hunc locum: *Exiſtimo igitur, nubes ideò ſumi, vt cum Iobo ſimiliter, ac cum Moyſe, & Aarone colloqueretur. Nam in columna nubis loquebatur ad eos, vt diuini conceptus temperator eſt author.* Quod fecerat Deus Moyſi, fecit & Aaron, & longè poſt fecit & Iobo, & multis aliis poſteris faciet. In nullo enim exhauritur gratiarum diuinarum abundantia. Memini Deum dixiſſe Exodi 3. *Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.* Et hunc ſpectans Paulus ad Hebræos cap. 11. dicebat: *Non confunditur Deus vocari Deus eorum.* Magna equidem iis tribus fecit Deus, ad magnam ſecum familiaritatem eos euexit; nec, quia his tanta dedit, confuſus eſt, nec erubuit ſic tribus iis inbæſiſſe, vt illorum Deus diceretur. Et cur in his ſic ditatis, & auctis non erubuit Deus? Rem explico. Planè credebatur a Gentilibus vnus eſſe Deus primus, & maximus omnium, qui præcellentes in aliquo opere noſcens viros, antiquitùs noſcens illos in ſocietatem Diuinitatis adlegit. Sic Mercurius, ſic Hercules, ſic Ceres propter aliquam virtutem facti Dij fuère. Pro quo Tertul. in Apol. c. 2 ſic Deum illum primum exagitat: *Quin ex Diis veſtris grauiter, & ſapienter Catone; iuſtior, & militarior Scipione? quin ſublimior Pompeio, felicior Sylla, copioſior Craſſo, eloquentior Tullio? Quantò dignius illos Deos ille aſſumendos exſpectaſſet, præſcius vtique potiorum! Properauit, opinor, & cælum ſemel clauſit, & nunc vtique melioribus apud Inferos muſſitantibus erubeſcit.* Quid arguetius? Quippe ille antiquus ille Ethnicorum Deus, quos in primis vidit in ſapientia, in felicitate, in bellis, in eloquentia fecit Deos Mercurios, Martes, Mineruas, & cæteros. Poſt multa verò tempora floruère in ſapientia Catones, & quidem ſupra omnes antiquos, in gloria militari, & iuſtitia Scipio, in felicitate Sylla, in diuitiis Craſſus, in eloquentia Tullius. Et quando primi ob ſimilia dona facti ſunt Dij, ſimiliter hi debebant Dij fieri; ſed relicti ſunt apud Inferos muſſitantes, omnique Deitatis inſigni carentes, erubeſcente maximè Deo illo electore, vt qui feſtinaret implere cælor mediocribus, relinquens inhonoratos meliores. Non ſic qui verus Deus eſt, dicit Paulus: imò, licèt ad familiare conſortium tres illos inſignes virtutibus viros adlegerit, non confunditur, neque erubeſcit in tribus illis: quia nullum meliorem, nec æqualem deuicit, etſi poſt multa tempora veniant. Ve-

Iob 38.

Cat. Græc.

Exod. 3.

Hebr. 11.

Tertull.

..im, quosque vſque ad conſummationem venerint ab Oriente, & Occidente, omnium virtutum effectores recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob, in regno cælorum, et illic … gratia, gloriaque poſsidebunt. In nullo enim caſu deerit cælum, nec exhaurientur theſauri eius. Imo quicunque, etiam poſt mille annos, venerit, talem inueniet Deum, vt dicat cum ſponſa Cant. 2. *Dilectus*
Cant. 2. *meus … hi, & ego illi.* Sic vnusquisque Deum attentum experietur, quaſi nulli alij attentus eſſet.

§ X.

Qui maritus eſt, ſuſpectas habeat in domo ſua virorum frequentias.

ECce tibi initium laboris à Ioachimo, Suſannæ viro, exantlati, nimirum: *Ad ipſum confluebant Iudæi.* Frequentiſſima quippe erat domus eius omnibus popularibus ſuis, & nobilibus, & plebeiis. Et quando vidisti frequens vxorati hominis domus, & caruit infamiæ nota in vxore? Prudentiſſimè monebat vxoratus D. Epiphan. lib. 3. contra Hæreſ tom. 2. aiens: *Quòd*
Epiphan. *mulieres cum viris ſimul eſſe; neque à vetere conſuetudine eorum, qui naturâ coniugia habuerunt, vſita ratio deſeruit: ſed virum, & vxorem ſimul, vnum ad vnam, velut Adam, & Eua, Sara, & Abraham ſe habuit.* Nulla enim ratio poteſt perſuadere, quòd in domo, in qua eſt vna fœmina, … plus quam vnus vir eius. Exemplum eſt domus Adami, in qua vna Eua fuit, & nullus alius vir … niſi … aut nepos. Et domus Abraham, in qua … erat ita abſcondita, ita latens, vt neque angelis conſpectum ſe daret. Sic quiſquis maritus eſt, à domo ſua frequentiam arceat virorum, ne velit vxori noxam inureſe infamiæ. Poſt tranſitum maris rubri ait
Exod. 15. Textus Exod 15. *Tunc cecinit Moyſes, & filij Iſrael carmen hoc Domino.* Canebant ſanè Moyſes, & filij Iſrael, carmen Deo, nec hunc cantico vlla filiarum Iſrael præſens erat. Et cur in ſe tantæ feſtiuitatis fœminæ non videbantur? Et tunc recta erat ordinatio, ne adeſſet fœmina, vbi erat virorum frequentia. Dicit ſupra Sanctus Epiphan. *Moyſes igitur in deſerto cùm aſſu aſſiſſet laudum cele-*
Epiphan. *britatem, … Deo canticum dicens: Cantemus Domino glorioſè enim magnificatus eſt ſimul autem acclamabant ipſi viri, & nuſquam mulieres: quæ benè ordinatam diſciplinam oſtenderet, quæ … etiam bona diſt plena legis Dei prædicaret.* Planè hæc optimæ diſciplinæ ratio, quòd nuſquam ſint fœminæ, vbi eſt virorum frequentia. Sed dices, an fœminæ non celebrabant illam feſtiuitatem? Celebrabant quidem, ſed longiſſimè à viris ſeparatæ. Sic pergit Epiph.
Epiphan. *Et cùm accepiſſet Maria tympanum incepit inter mulieres, & dixit: Cantemus Domino, &c. Et mulieres ſimul acclamabant contribulis ſuæ eiuſdem generis exiſtenti, & in quadam parte præeminenti.* Expende hæc: *In quadam parte præeminenti* quippe Maria occupauit quandam partem præeminentem à viris longè diſſitam, in qua cum ſuis fœminis feſtum agebat. Erat planè tunc fœminarum locus præeminens, & celſus aliquis collis, vel arduus, & inacceſſus. Quo … ex verbis c. 49 Gen vbi dicit: *Filius*
Geneſ. 49. *accreſcens, Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu, filiæ diſcurrerunt ſuper murum.* Quippe vbi Ioſephus ſui principatus pompa ambulabat per vrbe, ingens virorum frequentia illum admirabatur in vicis, in plateis, in callibus ipſis, per quas præteribat. At fœminæ nec in plateis, nec in vicis, in frequentia virorum conſtitutæ; ſed ſuper muros, eóſque altiſſimos, & inſuperabiles erant, vt tantum Saluatorem conſpicerent. Nec audebant Ioſephum videre … nia virorum frequentiæ cum commixtium, & inſuperabiles, & altiſſimos, quibus defendebantur, muros obiicerent. Hinc dicebat Paulus 1. ad
1 Timoth. 2. Timotheum 2. *Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus.* Circa quæ D. Ambroſius quæſtionem mouet non paruam dicens lib. 6. de Sacrament.
Ambroſ. cap. 4. *Volo autem, viros, inquit Apoſtolus orare in omni loco. Qua ratione viros dixit?* Non equidem mulieres; ſed viros manuls orare omni in loco: ne mulier vllum prætextum habeat veniendi in locum frequentem viris.

Daniel. 13. Et conſtituti ſunt duo ſenes Iudices illo anno, de quibus locutus eſt Dominus: Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus Iudicibus, qui videbantur regere populum. Iſti frequentabant domum Ioachim, & veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia.

§. XI.

Auaritia omnia turbat, vbi ſperat maius lucrum.

NVnc primùm audio ex veteri Teſtamento iudices annuos fuiſſe, cùm dicat: *Conſtituti ſunt duo ſenes Iudices illo anno.* Et planè totus liber ipſus de Iudicibus Iſraelis illos perpetuos oſtendit, neque vnquam eligebatur à Deo Iudex, niſi poſt mortem præcedentis. Quis ergo intromiſit in Iſraelem annuos iudices, contra ſtabilem, & ordinatam à Deo conſuetudinem? Credidetim, id factum fuiſſe à populi auaritia, quæ magiſtratus vendebat: vbi autem maius applaudit lucrum, nihil ſanctum, nec ſtabile relinquit auaritia. De Caipha locutus Ioannes cap. 11. ait: *Cùm eſſet Pontifex anni illius, prophe-* Ioan. 11. *tauit.* Non perpetuo, ſed annuo gaudebat pontificatu. Et quando pontificatus antiquitùs perpetuus erat, vnde factus eſt annuus? Ait D. Chryſoſt. homil. 64. in Ioan: *Quid autem ſignat, cùm eſſet Pontifex anni illius? Cum alia & hic etiam mos corruptus erat. Non enim perpetuum iam ſa-* Chryſoſt. *cerdotium, ſed annuum dabatur, ex quo venales facti erant principatus.* Ex quo de ſacerdotij, principatúſque collatione cœpit lucrum ſpectari, non perpetui, ſed annui erant principatus. Auaritia enim nihil non turbat, vbi ſperat lucrum maius. Id quod ſi ſpectare velis, adi librum Machabæorum 2. cap. 4. vbi Iaſon ingentem pecuniam dedit Antiocho, vt ad ſe traheret ſacerdotium ſummum, beneficióque exhibitæ pecuniæ Pontifex maximus creatus eſt. Quid tunc? Ait Textus: *Poſt triennij tempus miſit Ia-* 2. Mach. 4. *ſon Menelaum portantem pecunias Regi, & de negotijs neceſſarijs reſponſa perlaturum. At ille commendatus Regi, cùm magnificaſſet poteſtatem eius, in ſemetipſum retorſit ſummum ſacerdotium, ſuperponens Iaſoni talenta argenti treſcenta, &c.* Quæ ſi anteà ſuperfuiſſet, non expleſſet Iaſon in pontificatu triennium. Vbi enim regnat auaritia, in tantum durant Dignitates, & Magiſtratus, in quantum ex alto non affulget maius lucrum. Timeat ergo ſibi Magiſtratus à dignitate empta: vbi enim alius ſuperponat maiorem pecuniam, nudus ille, & reus dimittetur ab illa.

§. XII.

Hypocriſis in Magiſtratibus perditioni proxima.

IAm vicinam perditionem iis Iudicibus deſignat Textus, cùm de illis ait *Qui videbantur regere populum.* Non enim de bono populi regimine curabant, ſed de apparentia. Cùm enim ſeſe omni iniquitatum generi traderent, quaſdam virtutum laruas prætexebant, vt boni apparerent. Quod nunquam non ſolet trahere exitum extremum. Dicit Iſaias cap. 2. *Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arro-* Iſaia 2. *gantem, & humiliabitur. Et ſuper omnes cedros Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos. Et ſuper omnem turrem excelſam, & ſuper omnem murum munitum, Et ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne, quod viſu pulchrum eſt.* Sic concludit omnia magna, & excelſa iræ Dei proxima eſſe, quæ meritò illo vnico verbo comprehenduntur, nimirum, *Omne, quod viſu pulchrum eſt.* Inde enim Magnates, & Potentes ſæculi inſtanti perditioni ſubiacent, quod non pulchri in veritate ſunt, nec boni, ſed tantum eſſe videntur. Sic Petrus Damian. epiſt. ad Blancam Comitiſſ. cap. 7. loquens: *Veniet & dies Domini, non ſuper omne, quod pulchrum eſt; ſed ſuper omne, quod viſu pul-* Damian. *chrum eſt: quia diuini pondere iudicij premitur illa, quæ intrinſecùs quidem vitiorum latentur … deformitate confunditur; foris autem quadam adumbrata virtutis*

ſuis, vel potius honeſtatis pulchritudine palliatur. Fallar, ſi non approximet ira Dei ſuper has laruas virtutum. Qui enim interiùs plenì ſunt iniquitate: foris autem exhibent vel dignitatem, vel munerum ſuorum virtutes, non mihi abſimiles ſunt laruis illis, quæ feſtis diebus apponuntur, vt pulchro incendio homines exhilarent. Vidiſti ſæpe Herculis, aliorúmve gentilitatis Procerum laruas intrinſecùs igneo puluere plenas; extrinſecùs autem aptiſſimè diſpoſitas, & pictas: quæ inſtantem ignis applicationem expectant, vt miſſis vndique fulminibus ipſæ diſpereant inter plaudentis populi lumina. Sic qui populorum munera exercent, & interioſecùs pleni iniquitate ſunt, dum extrinſecùs ſub aliqua honeſtate fulgent, laruam agunt, cui appropinquat æternus ignis, & inter ipſas virtutum externarum coruſcationes in æternum peribunt. Vnde ab iis petit liberari Pſalmiſta Pſ. 143.

Pſal. 143. *Eruе me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Filiæ eorum compoſita: circumornata, vt ſimilitudo templi.* Et quid malum timet iis, qui ſimilitudinem templi referunt? Planè hoc malum eſt, & metuendum, quòd boni ſimilitudinem referant, non veritatem. Quò ſpectans D. Ambr. monet

Ambroſ. virgines in Exhortat. *De Iudæis dictum eſt: Filiæ eorum compoſita, circumornata, vt ſimilitudo templi. Vos autem templum Dei eſtis. Filia eius, quæ non transfiguratur in Angelum lucis; ſed verum lumen eſt. Ideo in vobis non ſimilitudo, ſed veritas ſit.* Qui ſolam ſimilitudinem virtutis prætendunt; Diaboli imitantur conditionem, ne miremur, quòd eius habeant ſupplicium, qui citiſſiuè pereant.

§. XIII.

Iuſtitia, abundantiæ mater, naturalibus agrorum diuitiis incubat.

VIdeo domum Ioachimi diuitem, & non parum decantatam ob adiunctum pomarium, in quo celebrari populi iudicia. Vt dicit Text. *Iſti,* (nempe, Iudices) *frequentabant domum Ioachim, & veniebant ad eos omnes, qui habebant iudicia.* Quaſi velit, quod Iudices hi audientiam darent litigantibus in domo Ioachimi diuitis, cuius diuitiarum cumulum pomaria illa celebrata deſignant. Ex quo non poſſum non ſumere occaſionem dicendi, ad quas diuitias properet iuſtitia: non quidem ad alias, niſi ad eas, quæ ex pomariis, ex vineis, aliiſque agrorum fructibus conſiſtunt. Accedat huc Aratus, cantatiſſimus Græcorum Poeta, cuius illa carmina ſunt regni felicitatem pingentia:

Aratus.
Tempore non illo quiſquam anxia iurgia norat,
Infeſta ve fori lites, nec triſtia bella
Viuebant pariter, longè tunc abfuit æquor,
Nec procul in fido victum adduxêre carina:
Sed iuga, conìunctique boues, ſimul alma virorum
Iuſtitia, ac aqui plenè dedit omnia virtus.
Hoc erat in terris, donec fuit aurea proles.

Itaque ætatis aureæ felicitas his duobus maximè conſtabat, quòd non claſſes pro habendis diuitiis expectabat, & quòd eas à terræ culturæ procurabat. Inter quæ alma dicitur cubaſſe iuſtitia. Horum verſuum commentatorem do D. Syneſium lib. 5. de Prouid. tantem circa finem:

Syneſ. *Equidem* (inquit) *nullum cum mari commercium habuerunt, anteà fuerunt homines. Deorúmque conſortio potiti ſunt. Simul verò ac naues gra-uis onuſta ſunt, operoſiúſque in eorum vſum vita hominum iniuncta eſt, adeò iuſtitia ex hominum ſocietate ſubduxit, vt vix, ac ne vix quidem ſerena nocte videri poſſit. Et ſi quando propitiatur. ſpicam, non temonem prætendat, vel nunc forte lapſura, præſen-que cum hominibus congreſſura, ſi deſita nauigatione, agricolationi ſtrenuam operam nauemus.* Ex quo camporum fructus præ naualibus diuitiis excuſſi fuerunt, & homines non ligones, nec falces, ſed temones cœperunt ſpectare, alma iuſtitia cum aurea ætate fugit in cælum. Quòd ſi ab hominibus depauperatis vocetur, via illa apparet. & ſi apparet, ſpicas in manu prætendit, quaſi innuat, vnde poſſit reuocari in mundum aurea ætas, nimirum, ſi renunciatis nauibus, & claſſibus, terræ colendæ operam demus. Vtinam hanc ebibant mentem Caſtellæ Reges! & fallar, niſi ad ſe reuocent Aſtræam. Cùm huc peruenio, non poſſum non meminiſſe auream illam ætatem Regum, qui Caſtellam veterem cœperunt poſſidere. Parua ea portio Hiſpaniæ erat, cùm à Rege Legionenſi, & Luſitano, & Nauarro, & Aragone diſcreta proprium Regem alebat. Sed, cùm hoc paruū regnum ad Alphonſum IX. peruenit, qui ſibi Toletum acquiſierat, dum is bellum parat aduerſus Mauros Bæticos, & ad victoriam contendit, quæ venit in pago, Nauas Toloſæ vocant, ſeptuaginta millia curruum, in quibus commeatus pro militibus erant, ſequebantur exercitum. Quis hoc credat? Author eſt noſter Mariana. Verùm poſt Hiſpaniæ Monarchiam, quando tota Hiſpania, & Flandria, & maior pars Italiæ Regi Caſtellæ militare cœpit. Et Hiſpaniarum diuites cœperunt claſſibus Indicis inhiare, & à nauibus expectare diuitias, tota illa & rerum, & virorum abundantia abſceſſit, receptaque in cælum Aſtræa cum aurea ætate, ſi quando apparet Hiſpanis gementibus, ſpicas prætendit, non temonem; vt doceat, claſſes Indicas contemnendas, & terras colendas, quo ſolùm in priſtinam copiam ſunt Hiſpani reſtituendi.

§. XIV.

In Magiſtratibus, etiam peſſimis, ſolet dignitatis gratia bonum operari.

CVm ab iis Iudicibus peſſimis iniquitas egrederetur; mirabar ego, quòd populus ad eos pro ſententia obtinenda confluerer: dicit enim Textus: *Veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia.* Et quomodo ſententiam æquam dicere valebant, qui tam peſſimis moribus abundabant? Vt Iudices erant conſtituti, ſic in eis etiam peſſimis, & iniquis, muneris gratia bonum operabatur. De peſſimo mortalium Capha locutus D. Ioannes cap. 11 ait: Ioan. 11.
Prophetauit, cùm eſſet Pontifex anni illius. Et quidem illum non merita, ſed pecunia in ſacerdotium inuexerat. Quid ergo intererat, quòd emptitius eſſet Pontifex, vt prophetare valeret? Ea eſt vis dignitatis, vt etiam in peſſimis poſita bonum operetur. Dicit D. Chryſoſt. hom. 64. in Chryſoſt.
Ioannem. *Quid deſignat, cùm eſſet Pontifex anni illius? Cum aliis & hic etiam mos corruptus erat. Non enim perpetuum iam ſacerdotium, ſed annuum dabatur, ex quo venales facti ſunt principatus. Veruntamen etiam ſic aderat adhuc ſpiritus.* Etiamſi auaritia corruperat Principes, & Sacerdotes, peſſimique illi erant; adhuc tamen in illis ſeruabatur muneris, dignitatiſque gratia. Quò trahenda ſunt dicta tom. 4. in Euang. lib. 17. cap. 2. §. 1.

CAPVT III.

Suſanna amatur à ſenibus.

TEXTVS HISTORIA.

SEnes ergo illi Iudices iniqui domum Ioachimi iudicii opportunam frequentabant, dimiſſóque populo, vt inter ſe conferrent de cauſis litigantium, videbant ſub meridiem Suſannam in pomario deambulantem, nihilque ſibi ab illis metuentem. Qui tamen illius capti pulchritudine, inſano illam amore deperiebant; cùmque amor in dies creſceret, & erubeſcerent ſenes ſuos inter ſe iuueniles ardores fateri, alterque alterum maximè caueret, tandem vterque ab altero deprehenſus, criménque confeſſus, in commune deliberant de exequendi facinoris opportunitate. Hanc obtulit æſtus temporis, propter quem cùm Suſanna lauari vellet, & duas à ſe puellas dimiſiſſet, quæ è domo afferrent ea, quæ balneis vſui eſſe ſolent, illicò illi erumpunt, qui latebant ſenes, & accurrentes eam ad flagitium, occaſione ſolitudinis, & temori ab arbitris loci, inuitarunt: addunt & violentam ab infamiæ timore machinam. Quòd ſi nolueris, inquiunt, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis adulter, nec deerit intentato crimini certa proba-

 tio,

tio, vt qui tuas à te puellas dimiſeris, ne quem haberes adulterij teſtem.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

HAaeſs, antiqua Eua, quod æmuleris in Suſanna: tecum vous ſerpens traxit in crimen: duo ſerpentes ad Suſannam tepraruot, de quibus ipſa glorioſam victoriam reportauit.

Dan. 13. Cùm autem populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem; & exarſerunt in concupiſcentia eius, & euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum, nec recordarentur iudiciorum iuſtorum.

§. I.

Vel cæci rectà ad noxia gradiuntur.

NOn otioſè notat illud Textus, oiturum: *Et videbant eam ſenes.* Quippe ſenum oculi caligare ſolent, & tenebris ſuffundi: horum autem oculi, etſi oculi ſenum erant, & caligantes; nihilominùs Suſannæ pulchritudinem clare videbant. Quid mirum? Vel cæci ad noxia vitia rectà gradiuntur. De cæco luxurioſo dicebat acutè D. Enood. lib. 1. epigramm 370.

Quis putet, ex oculis flammas tpaleſtere turpest
Nil videt, & rectum ſernat iter ſcelerum.

Equidem, vt ad ſcelera pergant rectiſſima via ſatis lucis habent, etiam cæciſſimi. Dicebat Iſaias cap. 56. *Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi .:: Omnes in viam ſuam declinauerunt.* Septuaginta: *Omnes vias ſuas ſecuti ſunt.* Cæci erant omnes ſpeculatores, hoc eſt, populi Iſraelitici ſeniores, cæci, inquam, erant, & ignorantes, profundoque ſepulti ſomno: & nihilominùs dicuntur ſecuti omnes vias ſuas. Et quando cæci ſunt, & ſomno preſſi; cur non magis in viis ſuis errant? Erant viæ illorum viæ voluptatum, libidinúmque, quas nec cæciſſimus ſolet errare. Ait ibi D. Cyril. Alex. *Omnes, inquit, vias ſuas ſecuti ſunt, ſuæ voluntate totas habenas laxarunt, & ſecerunt prauis animi ſui libidine .: Voluptatum enim amantiores erant, quàm Dei.* Rectà terebant viam homines cæci, lippientes, & caligantes ſenes Ieroſolymorum, ſed ea erat via libidinum, & voluptatum, quæ vel cæcis oculis perambulatur. Hinc Luc. 11. *Erat Ieſus eiiciens Dæmonium: & illud erat mutum.* Imò vt de eodem ait Matth. cap. 12. ſimul & cæcum erat: dicit enim: *Tunc oblatus eſt illi Dæmonium habens, cæcus, & mutus.* Imò & creditur fuiſſe ſurdus. Quale ergo erat Dæmonium iſtud, quod hominem tribus priuauerat ſenſibus, fecerátque eum ſurdum, mutum, & cæcum? Putat Sedulius iſtud Dæmonium fuiſſe Dæmonium obſcœnitatis, & libidinis: dicit enim lib. 3. Paſch. cap 17. *Cui mentem capuit Dæmon, vocem clauſit, lumen extinxit, triplicéſque ſimul clades vincientis mutum, cæcúmque compulet inſanire, huic miſericors totius mundi Saluator obſcœno ſpiritu turbato viſum reddidit.* Expende illa: *Obſcœno ſpiritu turbato.* Quando enim Dæmonium illud obſcœnum erat, & totius obſcœnitatis pater, oculos adimit homini illi, certò ſciens obſcœnitatis, & voluptatum vias vel à cæcis rectà perambulari hominibus. Proh luxuriæ calles, quàm notæ, quàm manifeſtæ eſtis, vt vel à cæcis, & dormientibus adiri poſſitis!

Iſaia 56.

Cyril. Alex.

Luc. 11.
Matth. 12.

Sedul.

§. II.

Memoria Dei, firmiſſima caſtitatis cuſtos.

ITaque ait: *Videbant eam quotidie ſenes ingredientem, & deambulantem*, &c. Sed & horam immediatè antè notabat, cùm dicit: *Cùm populus reuertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario.* Vbi meridianum tempus inſtabat, populus redibat ad ſua: intereà abeuntibus popularibus ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario, vbi à ſenibus cernebatur. Deambulabat, inquam, Suſanna non alio in loco, quàm in pomario, nec alio tempore, quam poſt meridiem, habens ob oculos Dei greſſus, quos potuit in caſtitate firmare. Componendæ ſunt modò duæ caſtiſſimæ fœminæ, Dina, & Suſanna, & ambæ pulchræ, ambæ egrediuntur à domo, ambæ fuerunt amatæ; Dina ab vno Principe Sichem; Suſanna à duobus Iudicibus Iſrael. De Dina ait Gen. 34. *Quam cùm vidiſſet Sichem*, &c. De Suſanna ait præſens Textus: *Videbant eam quotidie ſenes.* Sed Dina ſub vno amantis conſpectu decidit à caſtitate; Suſanna frequenti duorum amatorum conſpectu firmiſſima ſtetit in caſtitate. Vnde tanta firmitas Suſannæ? Nec greſſum faciebat, in quo non haberet ob oculos veſtigia Diuinitatis. Ait in præſenti Carthuſianus: *Verecunda fuit Suſanna, ideò populo præſente manſit in abdito, nec egrediebatur ad plateas vagandi; ſed intra viri ſui clauſuras, ſequens exemplum non Dinæ, quæ per regionem diſcurrens corrupta eſt, ſed Dei, de quo dicitur in Geneſi: Cùm deambularet Dominus in paradiſo ad auram, poſt meridiem.* Inde Suſanna integrior, & conſtantior, quòd non in quolibet loco, nec in quolibet tempore deambulabat; ſed poſt meridiem in pomario habens præ oculis Deum, qui in paradiſo ambulauerat ad auram poſt meridiem. Et cur non ſit inſuperabilis eius caſtitas, quæ vel in relaxatione animi præ oculis habebat Deum? Gen. 39 vbi Ioſeph caſtiſſimus petebatur ad adulterium, reſpondit fœminæ petulanti: *Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum.* In margine habes, *& peccare in Deum meum.* Sic bonus vniuerſis laſciuiæ machinis vnam oppoſuit memoriam Dei, qua de illis triumphauit. Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 8. *Tales externas mulieris artes, fucum, verba, veſtes, oculorum pellaciam, lecythos vnguentarios, ſe naribus inſinuantes, animæ per aures obſidionem, naturales corporis infractiones. Nam per omnes ſentiendi vias ibat, quidquid illecebroſum, omniáque adoleſcentem vnum in ſcopum ferebant. Verùm, qui tot vndique iaculis petebatur, vnum contra omnia telum, memoriam tenuit Creatoris.* Quid facerent vniuerſæ machinæ aduerſùs pudorem, cui Dei memoria erat pro cuſtode? Crede mihi: ſic firmat caſtitatem Dei memoria, vt videatur nec poſſe adduci ad carnales delectationes. Dicit Ioann. cap. 19 *Stabant autem iuxta Crucem Ieſu, Mater eius*, &c. Quam Mariæ conſtantiam, & firmitudinem in conſpectu Crucifixi non animaduertentes Hæretici, dixerunt illam poſt Ieſum datum nuptialibus ſeruiuiſſe legibus, operamque dediſſe voluptati carnali. Quorum os ſacrilegum ex dictis verbis conſtringit D. Amb. de inſtitut. Virg. cap. 7. dicens: *Stabat ante Crucem Mater, & fugientibus viris ſtabat intrepida. Videte, vtrùm pudorem mutare potuerit Mater Ieſu, quæ animum non mutauit. Spectabat piis oculis Filij vulnera*, &c. Quæ talis erat, vt Dei Filium nec in tali conflictu à ſuis arceret oculis; ſed etiam fugientibus viris, ipſa intrepida magis eum contemplabatur, quomodo poſſit propoſitum virginitatis mutare? Conſtantia eius in videndo Ieſu, manifeſte arguit conſtantiam in ſeruando virgineo pudore, in expuenda carnali voluptate.

Geneſ. 34.

Carthuſ.

Gen. 39.

Baſil. Sel.

Ioan. 19.

Ambroſ.

§ III.

Libidinis impetus in primis oculos petit, ne videant diuina.

ECce quid faciat libido in Iudicibus populi, in ſenibus Iſrael. Vbi Suſannam viderunt, *Exarſerunt in concupiſcentia eius, & euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum.* Exarſerunt, inquam, in concupiſcentia,

piſcentia, & tanti incendij fumo obnubilati ſunt oculi: vt nihil videant cæleſte: nec meminerint iudicium diuinum tam illis imminens eſſe. Nec miror: hoc eſt enim primum libidinis telum, quo petuntur oculi, ne quid diuinum poſſint videre. Prudentius in Pſychomachia de pudicitia, & libidinis pugna fatur:

Prudens.

Exin gramineo in campo concurrere prompta
Virgo Pudicitia, ſpecioſis fulget in armis.
Quam patrias ſuccincta faces Sodomita Libido
Aggreditur, piceámque ardenti ſulphure pinum
Ingerit in faciem, pudibundáque lumina flammis
Appetit, & tetro tentat ſuffundere fumo.

Sic primum Libidinis telum, quo pudicos aggreditur, eò tendit, vt nigricantibus de pice, & ſulphure flammis ora pudica petantur, & lumina fumo ſuffundantur, ne quid cæleſte videatur, imò nec practicè credatur. Paulus ad

Epheſ.6.

Epheſios cap. 6 ait: *Fugite fornicationem.* Alia vitia calcare iubemur: at fornicationem prorſus fugere, illique terga dare inſtruimur. Cur hoc? Ait D. Nicæn. orat. de fu-

Nicæn.

gienda fornicat. *Quando iacit telum forma meretricis, honeſtum eſt tergum vertere, & aduerſus vultum fugere. In oculos enim telum dirigit fornicatio, & oportet meminiſſe præceptum Imperatoris. Fugite fornicationem.* Expende illa: *In oculos mittit telum fornicatio.* Quippe nihil priùs laſciuia curat, quàm oculos lædere, ne bonum videant. Quò ſpectans Eccle-

Eccli 9.

ſiaſticus cap.19, dicebat: *Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt à Deo.* Nutant equidem oculi ebrioſorum, & caligant, ſimiliter & voluptuoſorum, nec vicinas poſſunt de æternitate videre veritates. Quid vicinius ſenibus, quam mors, quàm iudicium, quàm Chriſtus omnium ſeueriſſimus Iudex? At, vbi accedit voluptas, ſic vel hi excæcantur, vt nec ad hæc clariſſima videnda oculos habeant. Id notat Saluian. lib. 6. de Gubernat. Dei, dum de

Saluian.

excidio caſtiſſimæ vrbis Treboris fatur: *Laſciuiebant in conuiuiis vetuli, & honorati, ad viuendum propè iam imbecilles, ad vinum prævalidiſſimi. Infirmi ad ambulandum, robuſti ad bibendum: ad greſſum nutabundi, ad ſaltandum expediti. Et quid plura? In hoc deuoluti ſunt, vt compleretur in eis dictum illud ſermonis ſacri. Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt à Deo. Nam, dum bibunt, ludunt, mæchantur, inſaniunt, Chriſtum negare cœperunt.* Quid miſerabilius? Vt vinum ſic mœchia, ſic libido turbat oculos ſuorum alumnorum, vt Chriſtum iamiam in ianuis poſitum non ſolùm non videant, ſed abnegare malint. Crede mihi: nihil priùs facit carnalis voluptas, quam oculos obtenebrare, ne quid diuinum intueantur, nec cæleſte. Quò ſpectans Paul.

Hebr. 12.

ad Hebr. cap. 12. ait: *Pacem ſequimini, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Sanctimoniam putant caſtitatem D. Anſel. D. Thomas, & vniuerſi ferè Expoſitores, vt videas, quid primum efficiat caſtitatis abſentia. Additur: *Sine qua*, caſtitate, *nemo videbit Deum.* Quippe vbi primùm caſtitas abfuerit, voluptáſque carnalis aderit, id damnum oculi ſentiunt, qui non poterunt Deum videre. Nec miror: ait enim D. Baſilius Magnus lib. de Virginitate, de voluptuoſis hominibus locutus: *Simul vt ſe contingunt, ſcintillam voluptatis fumantem intrinſecùs ſentiunt.* Quid eſt fumantem? Oculus petentem, & obtenebrantem. Fumus enim priùs ab oculis ſentitur: ſic etiam voluptas primùm infert tenebras oculis, ne videant diuina. Ex quo ait D. Baſil. Sel. orat. 41. circa data Pauli verba: *Sanctimoniam caſtitatem appellat, cuius præſidio propria quiſque ſit contentus vxore, neque ad alteram inclinet: nam, qui hanc impudicitatem protulerit, eum impoſſibile eſt ſalutem conſequi, ſed perditiſſimus ſit, oportet. Cuiuſmodi regni cæleſtis hæreditatem non tenet, ſed in gehennam incidet.* Si animo voluptatis incendium in oculis ſentiet, quatenus tetro, & caliginoſo crematus igne, nihil de cæleſti hæreditate poterit videre. Sic Iudicum cap. 16. Samſon ille fortiſſimus,

Iudic. 16.

dum ſopitus iacet in gremio Dalilæ, ab illaque detonſus eſſet, vocati ſunt eius hoſtes: *Quem cùm apprehendiſſent Philiſthiim, ſtatim eruerunt oculos eius.* Hoc primum malum incurrit à gremio fœminæ, quod oculos perdidit.

Paulin.

De quo D. Paulinus ait epiſt. 4. *Vtinam tam prudens Samſon ad cauendam mulierem, quàm fortis ad ſtrangulandum leonem, ſed carnali victus illecebra, qui gratia ſpirituali vicerat, ab infirmitate victus eſt. Etenim homo in errore poſitus, vt Samſon, ſapientiæ, & gratiæ virtute deſertus cæcitate punitur, & mola, quia dignus eſt opere iumentario, qui ſe luminis actione orbauerit; & in ſimilitudinem belluarum, corporis ſtratus abierit.* Hæc ſunt laſciuiæ germina, vt & cæcus maneas, & aſinorum moleſtias inſeruiendo corpori feras.

§. IV.

A voluptate carnali ille ignis proſilit, qui hominem abſumat.

Ait, inquam, Textus: *Videbant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentia eius,* &c. Vt pulchritudinem Suſannæ viderunt, & concupierunt, & exarſerunt. Circa quæ ait Carthuſian.

Carthuſ.

Rectè ait, exarſerunt, quoniam concupiſcentia fornicationis eſt ignis, iuxta illud Iob 31. Ignis eſt vſque ad conſumptionem deuorans, & omnia eradicans germina. Et Oſeæ cap. 7. ait. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Sic à carnali voluptate ignis naſcitur, qui funditùs, & carnes vorat, & abſumat animas. Monebat Sapiens Prouerb. 6. *Non*

Prouerb. 6.

concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum. Chryſoſtomus legit: *Ne cognoſcas pulchritudinem alienam.* Et quid mali, quòd in cognitionem noſtram veniat aliena pulchritudo? Ipſe ait Sapiens: *Nunquid poterit homo abſcondere ignem in ſinu ſuo?* Quippe quòd pulchritudo aliena veniat in cognitionem noſtram, idem eſt, ac quòd ignis veniat in ſinum noſtrum, quo abſque dubio cremabimur. Ait D.

Chryſoſt.

Chryſoſt. hom. 3 de verbis Iſaiæ: *Ne cognoſcas pulchritudinem alienam. Ex hoc enim amor velut ignis excitatur. Vt enim ignis, vbi fœnum aliquod, aut culmum attigerit, nihil moratus, ſed ſimul vt attigit materiam, lucidam accendit flammam: itidem & ignis concupiſcentiæ ſimul atque per oculorum contuitum elegantem, ac venuſtam attigerit formam, protinus exurit animum.* Cùm primùm oculorum acies figitur in pulchritudine aliena, carnalis voluptas occupat hominem, cuius flamma corpore exeſo animam, vt perdat, adoritur: neſcit enim vnquam carnale gaudium non exurere totum hominem. Iſai. 7. dicebat de Iudæis: *Exar-*

Pſal. 7.

ſerunt ſicut ignis in ſpinis. Et quando exarſerunt, niſi quandò ſe in cachinnos, & riſus effuderunt illudentes Domino? Ait D. Ambr. in Exhortat. ad Virg. *Exuſti ſunt Iudæi*

Ambroſ.

ſuo riſu, & conflagrarunt in Domini Paſſione. Ille riſus Synagogam incendit in æternum. Sic ergo eſt riſus ſtultorum, qui ſine gratia ſonat, & ollam ſui corporis vrit. Non equidem à bili, neque ab odio rabido, ſed à riſibus, & gaudiis exuſti ſunt Iudæi, & periêre. gaudia enim carnalia pro igne ſunt, quæ homines in cineres redigunt. Oſeas 7. dicit:

Oſeæ 7.

In malitia ſua lætificauerunt Regem, & in mendaciis ſuis Principes. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Ecce tibi vnde rediguntur in cineres regna. Sunt quidam peſſimi homines, qui ſe regiis intromittunt, Regéſque & Principes ad gaudia trahunt, mentitiſque machinis eorum animos ſic oblectant, & quot feſta, & gaudia illis proponunt, tot incendia excitant, quæ regna perdant. Ait Ruffinus: *In mendaciis ſuis Principes, id eſt, ſatellites regios, vel propinquos mandatis ſuis gaudere fecerunt, tantúmque feruorem ſuavitatis adhibuêre commoditati, vt inſtar clibani, cui flamma ſubiicitur, viderentur ardere.* Heu temporum iniquitas! Principes, & nobiles nulli alij rei ſic ſtudent, vt gaudiis, & oblectationibus carnalibus, à quibus interea regnum exuſtum eſt, cuius tantùm fauillæ hodie remanent.

Ruffin.

§. V.

Quò quis ſuperiorem vitæ gradum attigit, eò periculoſius errat, ſi errat.

Notanter dicit Textus: *Videbant eam ſenes quotidie ingredientem & ambulantem, & exarſerunt in concupiſcentia eius, & euerterunt ſenſum ſuum, & declinauerunt oculos ſuos,* &c. Qui in ſummo, & honoris, & ætatis gradu erant, declinauerunt oculos ſuos in terram, vt Suſannam viderent, & miſerè periêre. Nec miror: ea eſt enim conditio ſummorum, vt periculoſiùs errent. Explicat rem pulchro exemplo D. Chryſoſt. Hom. 3. de verbis Iſaiæ fatus: Quemadmodum enim in ſpectaculis, qui per funem ab imo in altum tenſum aſcendere, & deſcendere meditantur, ſi paululùm deflexerint oculos, inuerſo corpore deferuntur in orcheſtram, pereúntque: itidem qui per hanc

inceduut

incedunt viam, ſi vel paululùm ceſſauerint, præcipitantur. *At cum vbi maiori cum periculo ponimus veſtigia, cùm ad ſummum & ad ipſum vſque faſtigium acceſſerimus, eo quod in ſublimi ſtantes maiorem occupat tremor. Atque vna tantum via tuti ſunt à lapſu, ne deorſum aſpectent, néve in terram demittant oculos. Nam illinc ſpectare deorſum, tam difficile eſt, tum periculoſum.* Qui in fune deambulant, quò ſublimiores ſunt, & extremum funis attingunt, eò periculoſiùs oculos deflectunt ad terram: ſolent enim ideo elabi, & perire. Sic homines, cùm faſtigia tenent dignitatum, cùm ad ſummum perueniunt gradum vitæ, periculoſiùs veſtigia figunt. Vtráque via à lapſu ſecuri ſunt, ſi oculos ad terrena omninò declinent. De tanto enim faſtigio terram aſpicere, non poteſt non cauſari ea capitis vertigo, quæ extremam afferat ruinam. Quo ſpectans

Pſal. 74. Dauid in pſalmo 74. cum affixit titulum, nimirum: *In fine, ne corrumpas.* Quaſi periculoſior ſit: qui venit error vel

Chryſoſt. in fine, vel in alto faſtigio. De quo aiebat Chryſoſt. vbi ſuprà: *Vbi maior vita pars iam peracta eſt, iámque alacritatis vigor emarcuit, tunc nobis in tempore adeſt Propheta, veluti pro baculo quopiam alloquium ſuum nobis porrigens, ac dicens: In fine ne corrumpas. Tunc enim Diabolus ſpirat vehementiùs.* Equidem in alto ſenectutis gradu vehementiores ſunt Diaboli impetus: illinc enim caſus ſolet eſſe irreparabilior. Quod facit Textus notans in Salomone ait 3. Reg.

3. Reg. 11. 11. *Cúmque iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos.* Sanctus in iuuentute, & firmus in deuotione cum vero Deo fuerat: in ſenectute autem ſic lapſus, vt à multis credatur nunquam à lapſu reuocatus. Inter quos ait D. Gregentius in diſput. cum Herbano Iudæo: *Salomon verò tandem corruptus eſt, & periit.*

Gregent. *Non enim ſolùm non benedictum erit nomen eius, vt dixi, in perpetuum, verùm etiam in infinita ſæcula cum peccatoribus affi[illegible] ſupplicio, vt ſecum gigſet, & qui omni bono exciderat.* Tales ſolent eſſe lapſus in ſenibus, à quibus ægrè, & difficulter reuocentur.

§. VI.

Laſcinia omne dignitatis nomen excedit.

QVi dicebantur facti Iudices populi, in præſenti non Iudices vocantur, ſed ſenes: dicit enim Textus: *Videbant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentia eius.* Cur non ait, quod eam Iudices videbant; ſed prætermiſſo nomine dignitatis tantùm dicit: *Videbant eam ſenes?* Vt dicti erant exarſiſſe in eius concupiſcentia, ſic ſine dignitatis titulo oſtenduntur: laſciua namque concupiſcentia prorſus excedit quemcunque honoratum titulum. Dicebat Textus 3.

3. Reg. 11. lib. Reg. 11. *Dies autem quos regnauit Salomon in Ieruſalem ſuper omnem Iſrael, quadraginta anni ſunt.* Sed Ioſephus de

Ioſeph. regno Salomonis agens, dicit lib. 8 cap. 3. *Salomon ſenex moritur exacto regni anno octogeſimo.* Et quomodo Ioſeph audet extendere Salomonis regnum ad octogeſimum annum, quando Textus ſacer apertè dicit ſolùm regnaſſe annis quadraginta? Forſan non ſunt hæc contraria dicta, ſed Ioſephus ponit vniuerſum tempus, quo viſus fuit Salomon in throno eſſe: at Textus ſacer ponit tempus regni, quo regnauit, vſque dum mulieres deprauarunt cor eius, quaſi ex quo à Deo auerſus mulieribus ſe dedit, nullum Regis titulum, nec ſpecimen haberet. Non aliter hanc quæſtionem ſoluit Theodoret. quæſt. 37. dicens: *Ille quidem, qui libros Regum compoſuit, dicit, Salomonem regnaſſe*

Theodoret. *quadraginta annos. Ioſeph autem octoginta. Exiſtimo autem, hunc quidem ſimul numeraſſe omnes annos; illum autem eos ſolos, quos tranſegit in pietate, ac vera religione.* Quippe ex quo mulierum mancipium factus eſt, nullam Regis ſpeciem retinebat. Quis enim credat eum in aliquo ingenuæ dignitatis faſtigio eſſe, qui laſciuis voluptatibus ſeruit? Matth. 8. Dæmones, qui ab homine eiiciebantur, cla-

Matth. 8. mabant ad Ieſum: *Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Et quod petunt, obtinuêre. Et cur obtinuêre? Ait D. Aug.

Auguſt. tract. 9. in epiſt. Ioan. *Certa diſpenſatione dimiſit Dæmones ire in porcos, vt oſtenderet, Diabolum in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt.* Quippe qui porcorum more cœno voluptatum carnalium volutantur, non ipſi ſpeciem principatus habent, ſed magis in ſeruitute Dæmonibus ſubduntur. Eo enim ipſo, quo quis voluptatibus ſeruire videatur, nullius ſplendoris, nullius dignitatis ſpeciem habet. Inde etiam à Deitatis throno meritò Dij gentium excluduntur, quòd carnalibus cupiditatibus operam nauant. Vt meritò dicat Athenagoras Philoſophus Chriſtianus: *Quòd ſi Dij eſſent, non concupiſcerent. Immò etiamſi carnem Deus, prouidentia diuina, aſſumpſiſſet, non deberet tamen, aut nec poſſet quidem, in ipſum cupiditatum ſeruitus cadere.* Athenag.

> *Non Cererem, non Latona ſit ardor amantem*
> *Me tenuit: non igne tuo ſit perditus arſi*
> *Vnquam alias antehac. vt nunc mea pectora tangit*
> *Summa cupido tui.*

Quiſquis hic eſt genitus eſt, corruptibilis eſt, nec Dei quidquam habet. Planè nec Dei, nec Principis, nec Iudicis quidquam habet, cui voluptatum ſeruitus maculam inurit.

Daniel. 13. Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum: erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam, volentes concumbere cum ea: & obſeruabant quotidie ſollicitiùs videre eam. Dixitque alter ad alterum: Eamus domum; quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe.

§. VII.

Vbi luxuria eſt, non poteſt non eſſe & vulnus, & dolor, & perditio.

SApientiſſimè dictum de duobus libidinoſis ſenibus: *Erant ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt ſibi viciſſim dolorem.* Quotquot enim in luxuria ſunt, totidem in vulneribus, in doloribus, in perditione inueniuntur. Cùm Ieſus meus legionem Dæmonum ab homine eiiceret, petebant Dæmones, ſe in porcos mitti: dicit nanque Matthæus cap. 8. *Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At* Matth. 8. *illi exeuntes abierunt in porcos: & ecce impetu abiit totus grex in mare, & mortui ſunt in aquis.* Circa quæ non deſinunt Doctores mirari, quòd tam facilè Dæmones à Deo fuerunt exauditi, quando Paulus pro moleſtia infirmitatis tollenda orabat, & non exaudiebatur. An gratiores Paulo Dæmones, quando exauditi ſunt, & permiſſi ire in porcos? Abſit: maximè enim Dæmones tunc caſtigabantur: cùm enim porcus animal laſciuum ſit, & voluptuoſum, permittebantur Dæmones in porcos intrare, vt ibi exagitarentur, & punirentur magis: non enim poteſt, non eſſe & vulnus, & dolor, & perditio maior, vbi noſcitur laſciuia abundare. Pulchrè ait Iulius Firmicus lib. de errore profanæ religionis, cap. 9. *Eiecto Dæmonio, Dominus porcorum gregem donat, nec immeritò, vt cum libidi-* Firmic. *noſis animalibus per dura præcipitia, fluctibúſque iactatus, per mortes porcorum varias digna nece immundus Spiritus corripiatur.* Quid pulchrius? Vt nouæ neces, nouæque pœnæ immundis Spiritibus poſſent parari, permittuntur illi intrare in libidinoſa animalia: de conſortio enim libidinis quid aliud paratur, quàm præcipitia, quàm dolores, quam mortes variæ? Dominus ait Oſeæ c. 1. *Sume tibi vxorem fornicationum & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans for-* Oſea 1. *nicabitur terra.* Agebat modo Deus cum Propheta de puniendis obſcœnis peccatis à populo peractis, propter quæ meritò erat Dominus iratus. Et cùm iratum oſtendit, quaſi iræ cauſam proponens ait: *Quia fornicans fornicabitur terra,* quaſi res ſit pro futuris fornicationibus. Deus bone! nondum peccatum eſt, & iam iraſceris? Præſentes das pœnas, pro peccatis adhuc futuris? Qualis hæc tua iuſtitia? Sed abſit, vt Deus præſentes det pœnas pro peccatis futuris; cùm enim dicit: *Fornicabitur terra,* non de futuro peccato fornicationis loquitur; ſed de pœna, & ſupplicio obuenturo fornicantibus dicit: quod ipſo fornicationis nominat vocabulo, vt indicet, iam imbibitas eſſe pœnas, & dolores, & moleſtias obſcœnis voluptatibus, vt eodem vocabulo nominetur, & oſtendatur laſciuiæ opus, & ſupplicium in pœna, & tormento dandum. Circa quæ Ruffinus ait: *Nota ſanè, quòd nomine fornicationis*

nicationis non tam iucunda per aucupationis tempus, quàm ſubeunda illum ſapientiaria app. ll. Ruffin. *Nec in ſolequuntur. quia enim muteriam damnationi profanarum meatum fecit obſcœnitas; ideò cauſa ſua nomine pœna ſignatur, vt dicamus fornicari populum, cùm pro fornicatione damnatur.* Damnatio, & pœna, & dolor, & obſcœnitas, & luxuria eodem ſignificantur vocabulo, vt cùm audis laſciuiæ opus, nequeas non ſimul percipere & moleſtias, & dolores, & pœnas, quæ ab illa ſunt inſeparabiles. A quibus ſanè ille ſolus liberabitur, qui ſe à libidine temperauerit. Quò ſpectans Zacharias cap. 9. ait: *Et ſaluabit eos Dominus Deus eorum in illa die, vt gregem populi ſui: quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius.* Zachar. 6. *Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Dicitur Deus ad ſalutem tracturus populum ſuum, ne vllam iam moleſtiam laborum, dolorúmve ſubeant. Et quò tracturus eſt homines in tantam quietem? Dato frumento electorum, & vino virgines germinante. Quiſquis enim hoc poculum ſumpſerit, quod voluptates carnales abiecerit, & cogitationes caſtas germinauerit, in magnam ſalutem ibit. Adoleſcenti laſciuia inflammato datum quondam fuit poculum, quod totas illas laſciuiæ flammas extinxit. Pro quo ait Quintilianus declam. 15. *Eſt, quòd audiente tota ciuitate proclamet. Bibi medicamentum crudele, ſanum: deſiit pauper amare meretricem.* Quintil. *Iam non ſagittatum noctibus vagus vtiliſſime cuiuſcunque perditos patior iſtos, neque occluſus ante lupanarium fores poſterum diem peruigil amator expecto. Poſſum nunc gaza, colere terras. ſufficio militiæ, redditus eſt mihi animus. Quantum, Dij, Deoque, remedium conditioni habentis valuit! Fecerat te potio iſta felicem.* De potione accepta factus eſt iuuenis felix de miſero, & liber de voluptatum mancipio: vt videas, quantis nos liberat potio illa diuina, quæ generat virgines.

§. VIII.

Laſciuus animus non niſi laſciuorum conſortio gaudet.

NOtanter dicitur: *Erant ergo ambo vulnerati amore eius.* Vt enim in turpi concupiſcentia conuenerant, ſic conuenerant inter ſe, vt a ſe minimè disiungerentur; ſed ambo ſimul in omnibus eſſent. Non enim laſciuus, niſi laſciuorum conſortio poteſt gaudere. Inde Dæmones illi Matth. 8. Matth. 8. clamabant ad Ieſum: *Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Cur amant in porcos mitti? Nónne in regione illa munda alia animalia erant, nónne pennatiſſimæ aues? Cur magis porcos amarunt? Immundi Spiritus munditiem cauebant, & non niſi immundorum, laſciuientiúmque animalium conſortium potuerunt optare. Ad hæc adduco fabulam Martis in porci formam mutati, vt Veneris congreſſum poteretur. De qua pulchrè Iulius Firmicus lib. de profana religione, cap. 9. fatur: *Mars in porci ſylueſtris formam, & ſpeciem mutatur, vt ſibi primas partes in amore Veneris vindicaret.* Firmic. *Sed vide, vt adulter Deus maritum vinceret, quod ſibi corpus elegit: porcus eſſe maluit. qui habebat corporis mutandi poteſtatem, leonis debuit potius ſpeciem, formámque ſuſcipere. Sed leonem dicunt in illa agreſtis animi feritate, pudicitiæ ſeruare virtutem. Meritò igitur ab adultero leonis ſpernitur forma, libidinoſi animalis eligitur.* Spreuit leonem adulter: quia vel in leone aliquem ſentiebat odorem pudicitiæ: & porcum ſibi aſtrinxit, qui paris immunditiæ eſſe videbatur, & libidinis: ſolet enim laſciuia inter ſeſe maximè conuenire facere ſuos alumnos. Dicebat Marcus cap. 7. *Miſit Herodes, & tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui.* Marc. 7. Ecce tibi Herodes & Herodias, quos ſic laſciuia coniunxit, vt vel ſub vno nomine vocarentur. Quò ſpectans D. Fulgent. ait: Fulgent. *Dicite mihi, quid habetis cum Ioanne Baptiſta, Herodes, & Herodias, quos ad conſortium adduxit nominum, importunitas criminum?* Adeò vita laſciua iungebat duos hos ſeruos libidinum, vt nec nomine vellent ſeparari à ſe ipſis.

§. IX.

Luxuria etiam ſibi aduerſantes capit.

SEntiebant hi ſenes, ſe captos à luxuria; quam tamen oderunt: dicit enim Textus: *Neque indicauerunt ſibi viciſſim dolorem ſuum: erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam.* Tenebantur concupiſcentia, quam erubeſcebant, & fugiebant, nec audebant ſub illa notari. Ea enim eſt carnalis voluptatum concupiſcentia, quæ vel ſibi aduerſantes, & repugnantes trahit. Prouerb. 5. dicebat Salomon: *Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium.* Prouerb. 5. Quæ dicebat Salomon ille, qui ſimul profuſiſſime amoribus mulierum ſe dedit. Id, quod meditatus Ruricius Epiſcopus lib. 2. epiſt. 12. dicebat: *Lingua meretricis mel ſtillat in nouiſſimis diebus amatorem felle inuenies eum.* Ruric. *Quod tamen nihilominus ipſe, qui prædixerat, incurrit. Et adeò videt, quod malum ſit, quod, dum deteſtatur, admittitur; dum refugitur, vix vitatur.* Habent hoc malum carnales voluptates, & concupiſcentiæ, vt etiam cum odio habeantur, trahant, imò rapiant ad ſe corda humana. Id, quod inſinuabat Paulus epiſt. ad Romanos, cap. 7. fatus: *Quod enim operor non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago; ſed, quod odi malum, illud facio.* Rom. 7. Quæ loquitur Paulus in nomine totius generis humani. Sic putat D. Remig. ſic putat Ayino. Sæpè enim homines ſic rapiuntur à concupiſcentia carnis, vt in ea ferantur, quæ mente exhorreſcunt, & mallent ſe vitari. D. Methodius ſerm. de Reſurrect. carnis, apud Theodulum Cæliſcyrienſem in præſentiam: *Secundò attendo: eſt mihi animus bonum facere aliquod: eſt mihi animus nihil mali tranſigere: nihilominus me concupiſcentia inuadit, captiuum me ducens, adeòque perſuadens quæ mihi placuerunt, poſthabere, atque tenacius meos bonos intermittere, eíque obtemperare.* Method. Sic & quæ odio rationes habentur, a nobis amantur. Exemplum eſto iuuenis ille Quintiliani, cui data fuit potio, vt eum ab amore puellæ in eiuſdem odium deturbaret. Quid tunc ille iam odio plenus? Planè & odit ſimul, & ſuſpirat amatam. Sic ipſe apud Iudices fatetur declamat. 14. *An fecerit, Iudices, vt amare deſinerem, vos æſtimabitis: fecit, vt amare mallem.* Quintil. *Expletum me putatis, & ab incommodo hilariorem dimiſſum? Nunc, nunc me fateor debere ſanari. Habet aliquod ſolatium quiſquis in amore miſer eſt. Leuior eſt calamitas, cui blanditur aliqua de voluptate lætitia. Nunc infelix vror, at luceor, nunc me retinere, nunc regere non poſſum. Crudelius eſt odiſſe meretricem.* Ecce vt inter ipſa odia ad amorem voluptuoſum ferebatur. Ex odio concepto id habebat, vt ardentiùs mallet amare. Hoc non amare erat? Ait ipſe Quintilianus declamat. 15. contra iuuenem: *Deprehenſa eſt, puto nouiſſimè potentis ſuperuacua perſuaſio. Amat, Iudices, amat, qui queritur, quòd non amet.* Planè hoc poteſt accidere in iuuene voluptuoſo, quòd ſimul odit, & amat, Et ſuſpirat puellam, quam odio proſequebatur. Sanctiùs hæc notabat D. Zeno lib. 1. ſer. 7. dicens de animo laſciuo: *Libidinum commutatione varia gaudet ſemper, & pœnitet. Deſiderat facere, quod timet publicare. Nonnunquam prodigia gerunt. Odit pudicitiam; & tamen hoc cupit videri, quod illa eſt.* Zeno. Sic miſer hominis animus contrariis iis odij, amoriſve affectibus agitatur.

§. X.

Laſciui aſpectus plaga etiam remotos, & fugientes nouit exulcerare.

DIcuntur ſenes iſti, quòd *quotidie ſollicitiùs obſeruabant videre eam.* Sed tandem vna die, *Dixit alter ad alterum: Eamus domum, quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe.* Receſſerunt itaque à loco, & conſpectu fœminæ; ſed non receſſerunt à concupiſcentia eius. Hæc enim ſemel ex viſu concepta vel fugientes inſequitur, & abſentes perimit. Vt dicat D. Zeno lib. 1. ſer. 71. de animo libidinoſo: *Parè non nox illi, diéſque ſuccedit: ſemper enim cœnoſi gurgitis ſui procella ſubmergitur, dum ſemper exæſtuans libidinis turpitudo, aut veritate, aut imagine perpetratur.* Zeno. Equidem fugientes rei viſæ imago perſequitur, & vel remotiſſimos exagitat, exulcerat. Monebat Prouerb. 6. *Non concupiſcat*

concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum. Chryſoſt. legit: *Prouerb.6.* *Ne cognoſcas pulchritudinem alienam.* Cur non cognoſcas? Ait ipſe Chryſoſtomus hom. 3. de verbis Iſaiæ: *Ne ſpectes temporariam illam, quæ ex aſpectu proficiſcitur voluptatem. Nam illa inflicto vulnere plerumque celeriter auolat; at vulnus non auolat; ſed plerumque manet, & interficit.* Chryſoſt. *Et quemadmodum ceruus confixa iaculo, etſi venatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri: ſic & anima accepto concupiſcentiæ iaculo à lasciuo, curioſoque aſpectu, etiamſi cum iaculo permittatur abire; tamen ipſa per ſe corrumpitur, ac perit, vbique videns hoſtem, & inſequentem habeat.* Quid pulchrius? Inſequitur hominem concupiſcentiæ aculeus, nullibíque eum quieſcere ſinit, vt ſagitta, quæ fugientis cerui viſceribus hæret infixa. *Prouerb.7.* Quò ſpectans Prouerb. 7. ait: *Donec tranſfigat ſagitta iecur eius.* *Septuag.* Septuag. legunt: *Et tanquàm ceruus ſagitta vulneratus in iecore.* Circa quæ dicit D. Baſil. lib. de vera virginit. *Aſpectus quoque ratio habenda eſt, vt, videlicet, non ſit visus nulla obtutus, ac lineamentis voluptatis contra ſe committat iudicia: neque emiſſam fortaſſeis oculo radium ſe patiatur attingere, ne hoc velut igneo iaculo in corde percuſſa ad voluptatis inflammetur imagines.* *Baſil.Sel.* *Erit enim, inquit, quaſi ceruus iaculo percuſſus iecore.* Et ſubdit ſtatim: *Nam, cùm hauſta luminibus forma ibidem paſſivè defixeris, atque ita anima voluptate mollita, ceræ inſtar, conſpectæ ſpeciei imagines preſſerit, quamuis ille abeat, ſeorſúmque ſit, qui huiuſmodi formas impreſſit, infixa animo conſpecti ſpecies, quod ſuum eſt, ſemper operatur, animúmque imaginibus lædit.* Sic ibi, & ſapienter, & verè: parum enim proficit receſſus, vbi voluptatis imaginem tecum fers menti defixam.

§. XI.

Eucharistica menſa arceat nos à laſciuis conſpectibus, venereiſque voluptatibus.

A Laſciuo in Suſannam aſpectu euocabat ſenes iſtos hora prandij: vt dicat Textus: *Dixitque alter ad alterum: Eamus domum: quia hora prandij eſt.* Sic hora prandij voluptatum mancipia à laſciuo intuitu reuocabat. Et patiar, quòd homines Chriſtianos hora menſæ, & prandij eucharistici à laſciuis conſpectibus, & voluptatibus non auocet? Proponitur eucharistica menſa omnibus, ad prandium cæleſtium myſteriorum fideles vocantur, & multi fideles eò currunt, vt laſciuos oculos ſatient, vt ibi ſuas exercent venereas voluptates. Quantum hoc piaculum? Minabatur Dominus per Amos cap. 2. dicens: *Super quatuor non conuertam eum.* *Amos 2.* Et qualia erant hæc quatuor crimina, quæ penè irremiſſibilia ponebantur? Ait ſtatim Textus: *Filius, & pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen ſanctum meum. Et ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare.* *Septuag.* Septuaginta legunt: *Et veſtimenta ſua alligantes funibus faciebant vmbracula iuxta altare.* *Græc.lect.* Græcus autem legit: *Velamina faciebant adhærentia altari.* Hoc, nimirum, addebant laſciuiæ ſuæ, quòd velamina, ſeu vmbracula faciebant iuxta altare. Quod crimen familiare hodie eſt viris, & fœminis Chriſtianis, quæ in Eccleſia Dei iuxta menſam Euchariſtiæ, vel pallis, vel velis ſe obtegunt, vt hinc inde & furtiuo contuitu, & verbis voluptuoſis ſuas libidines paſcant. Quis non timeat iſtis extremum malum. Sapienter ad hæc dicebat D. Cyrill. Alex. ibi: *Vbi enim iam Dei veneratio cultus praſtetur, ſi ante oculos eius earum voluptatibus ſeruiamus? In quibus propter ſanctimoniam conſpici nos ſplendidos oportebat, ſi ibi lapſi, in quo ſas non erat, videamur? Quod nonnullos facientes caſtigare non parcit.* *Cyrill.Al.* *Non enim auferebant ab altari velamenta, ſed ſub ipſis ſe abdentes, voluptates tractare audebant, vt & Deum manifeſtè auderent: Et ego teſtis, dicit Dominus Ierem. 29.* Iuſtum equidem eſt, quòd Deus caſtigare non parcat illos, quos vel hora ſacri prandij à conſpectibus turpibus non arceat; ſed vel in præſentia ſacrarum dapum, in præſentia ſanctiſſimi altaris, ſub palliorum, velorúmve integumento audent tractare voluptates, nec vereantur teſtem, & Iudicem Deum. Væ tibi, quem præſentia altaris à laſciuiæ fomentis non auocat. Leuit. 10. *Arreptiſque Nadab & Abiu, filij Aaron, thuribulis impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egreſſúſque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui ſunt.* *Leuit.10.* Et quis coram Deo, eiuſque altari ignem alienum accendit periturus, niſi qui coram altari fouet flammas cupiditatum? Ait D. Paulinus epiſt. 29. *Ignem autem mihi alienum videtur accendere, quiſquis corporea, vel ſæcularis alicuius cupiditatis ignem in ſacrarium ſui cordis accendens, audeat appropinquare altaribus Domini.* *Paulin.* Ignis alienus eſt concupiſcentia carnis, à qua ſi te non auocat præſentia altaris, fallar, niſi in extremum exitium cadas.

Daniel. 13. Cúmque reuertiſſent, venerunt in vnum, & ſciſcitantes ab inuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: & tunc in communi ſtatuerunt tempus, quando eam poſſent inuenire ſolam.

§. XII.

Eucharistica menſa omne vitiorum venenum eliminat. Vbi de Bacchanalibus.

HOra prandij, vt immediatè antè vidimus, à conſpectu laſciuo ſenes auertit, & in proprias domus pranſuros dimiſit. Quid poſt prandium accidit illis? Ait Textus: *Cúmque reuertiſſent, venerunt in vnum, & ſciſcitantes ab inuicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: & tunc in communi ſtatuerunt tempus,* &c. Non extinxit prandium in ſenibus; ſed accendit libidinem: à prandio redeunt in id ipſum duplicata impudentia, aucta luxuria. Ante prandium enim ſe mutuò erubeſcebant, & verebatur alter alteri dicere concupiſcentiam ſuam: poſt prandium ſumptum ſeſe inuicem impudentiſſimè manifeſtant, & adiunctis viribus duplicata machina Suſannæ decernunt impugnare pudicitiam. Heu luxuriæ rabies! Iam non ſub ſerpentinis ſquammis deliteſcis. Lernææ hydræ conditionem ſubis, vt cùm videaris extingui, duplicatis capitibus reuiuiſcas. Vnus te cibus ex Corpore, & Sanguine Chriſti confectus poteſt extinguere, venenúmque tuum radicitùs euellere ab humana natura. Quò ſpectans Pſal. 115. aiebat: *Calicem ſalutarem accipiam, & nomen Domini inuocabo.* *Pſal.115.* Rabbi Dauid, & Chaldæus legunt apud Genebrardum: *Calicem ſalutum, calicem redemptionum.* *Genebr.* Et cur eucharisticus calix vocatur, calix redemptionum, calix ſalutum? Nónne nobis vna ſufficit ſalus, vna redemptio? Tenebamur ſanè ſub vna ſeruitute, quam ſerpens ille antiquus inuexit in mundum. Cur pro vna ſeruitute tollenda datur pluſquàm vna redemptio? Cur in calice Domini adduntur redemptiones plures? Meritò adduntur plures redemptiones: quia ſerpens multiformis ille eſt, & ex quo percuſſus à Ieſu fuit in Cruce, factus eſt hydra, & duplicatis, imò multiplicatis capitibus vitiorũ, vt perdat homines, quotidie reuiuiſcit. Pro quo extirpando datus eſt vnus calix cæleſtis, viuificum conuiuium, in quo tot ſint redemptionum formæ, tot formæ ſalutum, quot in illo ſunt formæ concupiſcentiarum: vt ſic per iam ſalutarem calicem totum radicitùs euellatur concupiſcentiarum virus. Huc ſpectans Iulius Firmicus lib. de errore profanæ relig. cap. 2. ſic pungit Ethnicos, qui ſub hac hydra viuebant. *Deus veſter Lernæi anguis crinibus adornatur, videat, vt peccaſſe Domino, mortuis iam anguium turba ſuccedat. Quid ſic renaſcentibus hydris pullulat? Quid te ſic vnda ſcelerum comprimat? Mortis tuæ viam didicimus.* *Firmic.* *Scimus, quibus remediis acres tua venena vincantur. Chriſti immortalem ſanguinem bibimus, noſtro ſanguini Chriſti Sanguis adiunctus eſt. Hoc eſt ſalutare remedium ſcelerum tuorum quotidie efficit, à Dei plebe mortiferum virus excludit.* Ecce tibi in vno eucharistico conuiuio, caliceque eſt ſalutare remedium, quo multiplicium capitum hydra extinguitur, & funditùs perditur eius virus. Oblato ligni vetiti cibo traxerat ſerpens antiquus hominem in extremam ruinam. Venit Saluator, qui illud ſerpentini cibi peccatum curauit draconem cruci ſuffixum. Quid tunc draco poſt acceptum vulnus à Crucifixo? Factus hydra multa capita exerit, Bacchanalium inſtituit conuiuia, compotationes, quibus homines perdebantur. Ad hæc calix Sanguinis Chriſti inſtituitur: proponitur menſa euchariſtica, de cuius ſalutari remedio venit, quòd perdatur ſuo ictus voluptatum hydra

§. XIII.

§. XIII.

Confeſſio impiorum fomes eſt maiorum ſcelerum.

ECce dicit Textus: *Confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam: & tunc in commune ſtatuerunt tempus, quando eam poſſent inuenire ſolam.* Confeſſi, inquam, ſunt concupiſcentiam ſuam, & in communi ſtatuunt facinus perpetrare. Tales enim ſunt impiorum confeſſiones, quæ foueant magis peccata. Sic Iulius Firmicus cap. 4. de errore profanæ religionis, traducit confeſſiones Ethnicorum: quippe ait: *Videre eſt in ipſis templis cum publico gemitu miſeranda ludibria, viros muliebria pati, & hanc impuri, & impudici corporis labem, glorioſa oſtentatione detegere. Publicant facinora ſua, & continuatum corporis vitium cum maxima delectationis macula confitentur.* Quid deteſtabilius? Siccine agunt impij confeſſiones ſuas? Continuatum ſuum vitium confitentur, non vt deteſtentur; ſed vt magis eius delectationibus inhæreant. Et de confeſſione eorum ſemper itur in maius ſcelus. Matth. 27. poſt Chriſtum Dominum traditum gentibus ait: *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & ſenioribus dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum: Et proiectis argenteis in templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Peccatum proditionis coram omnibus Sacerdotibus confitetur, ex qua confeſſione, primis illis noua facinora addit, dum Ieſum Deum negat, & deſperationis crimen peragit. Ait ibi Euthym. *Agnouit ſiquidem, & pœnituit eum, ac confeſſus eſt: veniam autem ab eo, qui eam dare poſſet, non requiſiuit. Cùm ergo ad hanc clementiſſimum confugere oporteret, ille ad mortem potiùs confugit.* Ea quippe eſt impiorum confeſſio, quæ eos non ad miſericordem Deum, ſed ad extremum ducat exitium. Nec miror: nam in ipſa confeſſione eiſdem peccatis hærere perſiſtunt. Expende illam confeſſionem Iudæ: ait enim: *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* Iuſtum ait, non Deum: adhuc enim in Deitate Ieſu neganda firmus. Ex quo D. Leo dicit ſermone 1. *Dicendo: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum, in impietatis tuæ perfidia perſtitiſti, quia Ieſum, non Deum Dei Filium, ſed noſtro tantummodo conditionis hominem inter extremum mortis tuæ periculum credidiſti. Cuius ſi ſu remedium nec te, Iuda, tranſiret, ſi ad eam pœnitentiam confugiſſes, quo te reuocaret ad Chriſtum, non qua inſtigaret ad laqueum.* Confitebatur errorem, & in errore perſiſtebat: quo factum eſt vt non ad Deum iret, ſed ad laqueum. Eſt enim confeſſio, & pœnitentia iuſtorum, quæ eos ad Deum ducit, & pœnitentia impiorum, quæ auctis criminibus in extremum impellit ſupplicium. Quò alludens Chriſtianus Druthmarus in præſenti dicit: *In vanam agit pœnitentiam, quando in peccatum vigetamur, & creſcit.* Quippe impiorum pœnitentia magis peccatum vegetatur.

Firmic. · Matth. 27. · Euthym. · Leo.

Daniel. 13. Factum eſt autem cùm obſeruarent diem aptum, ingreſſa eſt aliquando, ſicut heri, & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis, voluítque lauari in pomario: æſtus quippe erat. Et non erat ibi quiſquam præter duos ſenes abſconditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & ſmigmata; & oſtia pomarij claudite, vt lauer.

§. XIV.

Carnales homines vt prudentes ſint ad vitia peragenda.

VIde horum ſenum malignitatem prudentiſſimam: dicit enim Textus: *Cum obſeruarent diem aptum* Quotidie intrabat Suſanna in pomarium, quotidie ibi inambulans videbatur à ſenibus, qui magis quotidie eius concupiſcentia inflammabantur. Sed ſeſe cohibent, & temperant flammas, aptiorem occaſionem expectantes facinori perpetrando. Ea erat, quando ſoli cum ſola vel clamoribus poſſint impunè agere. Non aliter de magiſtro horum ſerpente antiquo dicit Textus Gen. 3. *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem.* Non equidem, ſtatim vt vidit mulierem iunctam Adamo, aggreſſus eſt eam; ſed, licèt maximo afficeretur deſiderio illam ſubuertendi; expectauit tamen, vt ipſa ſola deliciaretur per hortum, & tunc ſolus cum ſola peregit notum facinus. Meritò vbi noſter poſuit: *Serpens erat callidior*, &c. poſuêre Septuag. *Serpens autem erat ſapientior.* Circa quæ verba ait D. Ambr. lib. de Parad. cap. 12. ſatus: *Cùm dicit ſapientiorem ſerpentem, intellige, quem loquatur, id eſt, illum aduerſarium noſtrum, qui tamen habet huius ſapientiam ſæculi. Sed & voluptas, atque delectatio benè ſapiens dicitur: quia huius carnis appellatur ſapientia, ſicut habes Rom. 8. Sapientia carnis inimica eſt Deo. Et ad exquirenda delectationum genera, aſtuti ſunt, qui appetentes ſunt voluptatum.* Vtinam iuſti viri in bonis operibus procurandis, perficiendiſque ſapientiam, & aſtutiam haberent carnalium. De quibus ait Dominus Luc. 16. *Filij huius ſæculi prudentiores ſunt filiis lucis in generatione ſua.* De quo ait Euſeb. Emiſſen. in hom. *Prudentiores ſunt illi in malo, quàm iſti in bono. Vix enim inueniuntur aliqui Sancti, qui tantam prudentiam habeant in acquirendis bonis æternis, quantam calliditatem iſti habent in acquirendis bonis temporalibus, & fugitiuis. Proin enim, dico, noctúque vigilant, laborant, anguſtiantur*, &c. Hos conueniant iuſti, vt diſcant prudentes eſſe in conquirendis virtutibus.

Gen. 3. · Septuag. · Ambroſ. · Luc. 16. · Euſeb. Em.

§. XV.

Hoc intolerabile eſt in peccatore, quòd nec decori ſuo ante facinus conſulat.

ILlud inuenio in iſtis ſenibus fortè laudabile, quòd ſic *obſeruarent diem aptum* meditato facinori, vt ante facinoris inſtantiam nihil externum à ſua dignitate alienum, nihil & muneris, & conſilij indecorum admitterent. Non enim ſeſe inſinuarunt ancillulis, non ſeruo alicui crediderunt delicias ſuas, non procorum more vilia ſubiêre ſeruitia. Non ſic ſapiunt alij: ſed, quod intolerabile eſt, nullum dedecus non ſubeunt, vt perueniant ad facinus. Quos in ſuo Prototypo pungit Iulius Firmicus cap. 13. de errore profanæ relig. fatus: *Adulterio delectatur quiſ Iouem reſpicit: & inde cupiditatis ſuæ fomenta conquirit, probat, imitatur, & laudat, quòd Deus ſuus cygno factus, in tauro rapit, ludit in Satyro, & vt liberalis in flagitiis iſſe conſueſcat, quòd incluſam virginem auro largiter fluente corruperit.* Expende illa: *Iouem reſpicit*, quem, nimirum, omnes proci, omnes riuales, & adulteri imitantur, dum nulla habita ratione dignitatum, aut munerum, viliſſima ſubeunt ſeruitia, vt cupitis amplexibus potiantur. Vt enim Iupiter ille, ſiue magnus Rex, ſiue Deus maximus iam cygni, iam Satyri viliſſimi, iam tauri figuras ſubibat, vt fœminas ſibi acquireret: ne Rector Olympi detrectabat, has viliſſimorum animalium formas ſibi adiungere pro puellis capiendis; ſic adulteri nullam viliſſimam formam detrectant, vt capiant amaſias ſuas. Habent ij omnes exemplar in ſerpente antiquo, de quo locutus Gen. 3. Textus ait: *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem.* Quippe Angelus è cælo eiectus vt fœminam deciperet, non dubitauit in ſerpentem intrare, & humi repere. Quod miratus D. Baſilius Sel. orat. 3. ait: *Ille non ſidera ſerpentem effiratus induit; poſt aëris vectionem ſerpentis rector conſtituitur, turpi facinori turpiter adrepens*, &c. Quàm turpe erat pennato ſpiritui humi repere, & Principi aëris huius ſeſe vni ſerpenti ſiſtere? Sed has contumelias nequam Angelus ſubibat, vt fœminam deciperet. Heu quoties hunc imitantur mundiales nobiles, & magni terrarum Principes, qui vel humi repunt, vel ſeſe credunt viliſſimis ſeruulis, & omnia indecora ſubeunt, vt fœminas trahant, & ſibi adiungant.

Firmic. · Baſil. Sel.

§. XVI.

De Chriſto Saluatore venit, quòd hoſtis animarum facilè ſuperetur, excludatur.

POſt Euam in paradiſo ab angue deceptam, cur Suſanna non magis pomarij ingreſſus caueat? Dicit enim textus: *Ingreſſa eſt aliquando Suſanna, ſicut heri, & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis, voluitque lauari in pomario.* Cur non magis timeat pomarij latebras, ſi fortè adhuc anguis Euæ ſupplantator in herba lateat? Crede mihi, poſtquam decretus fuit Saluatoris aduentus, de illo venit, quòd anguis non timeatur, quòd vel ab infirmis conculcetur, & à puellis in fugam vertatur. Cantauerat enim D. Syneſ. in quodam hymno:

Mareriem in medium expetende, chariſſime,
Te, ô beate Nate Virginis,
Cane Solymitane: Syneſ.
Qui deleſum laqueum
Terrenum ingentibus anguem
Patris expuliſti horto.

De Filio Mariæ, Chriſto Domino, venit, quòd ſerpens antiquus, terrenus anguis non triumphet in hortis, ſed magis inde fugatus, & victus abeat. Quò ſpectans dicebat Iſaias cap. 11. *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet. Non nocebunt, & non occident in monte ſancto meo.* Semel in horto anguis virus ſuum euomuit, & perdidit fœminam; iam de Chriſto ventum eſt, ne ſic noceant in hortis maligni angues, quin potius vel ab infirmis fugentur, conterantur. Vt dicat D. Athanaſius orat. de Paſſ. & cruce: *Olim ſerpens deceperat Euam, & eius inuidia mors in Orbem venit. Nunc autem conculcatur. Ac tam tantoperè aſpernatus, ac ludibrio eſt, vt qui in cauernam aſpidum manum mittat, non formidet. Pueri etiam voluptatem olim gaudentes deſpicientem iam in præſentiarum derident. & qui nondum, aut legitima ætate, ea caſtitate, quæ ſupra legem eſt, lumbos ſuos accingunt, & virgines permanentes ratione calcant ſerpentina voluptatis aſtutias, nihil veriti illius lethales morſus.* Ex quo Saluatoris mundi aduentus affulſit, ſic eſt actus apparuit ſerpens antiquus, vt deſpicatus ſit, & ludibrio, à teneris que puellis exſibilatus cum omni carnalium voluptatum apparatu diffugiat.

§. XVII.

Lignum viuifica Crucis ſalutare nobis lauacrum effinxit.

NOn otioſè notatum eſt illud de Suſanna, nimirum; *Voluit lauari in pomario: æſtus quippe erat.* Cur in pomario? Cantatiſſima illa Berſabeth in ſolario ſuo lauabatur: ait enim Textus 2. Reg. 11. *Vidit mulierem ex aduerſo ſe lauantem, ſuper ſolarium ſuum.* Suſanna in pomario, Berſabeth in ſolario lauacrum quærunt, & maius ſordeſcendi periculum incurrunt: ſed dum Berſabeth acquieuit Regi, ſordentior de lauacro exiuit, Suſanna autem purior exiluit, quæ fortiter reſtitit impuris Iudicibus. Et quando Berſabeth in lauacro comprehenſa maculam incurrit, cur Suſanna inde extitit purior? An de pomarij lignis accepit virtutem? Equidem in lignis pomarij non poſſum non meditari vel vmbram viuifici ligni Crucis, de cuius virtute venit, quòd Suſannæ, & omnibus ſalutare lauacrum fieret. Deuteron. cap. 33. de virtute Chriſti locutus Textus ait: *Cornua rhinocerotis, cornua illius in ipſis ventilabit gentes.* Creduntur cornua rhinocerotis omne exſufflare venenum, adeò vt nullum animal audeat aquas attingere, quin priùs expectet, vt veniat rhinoceros, & cornu aquis immergat, & eas ſalutares reddat. Et quæ ſunt Chriſti Domini cornua, quæ nobis ſalutares aquas efficiant, niſi cornua Crucis? Accipite Iulium Firmicum de error. profan. relig. c. 22. *Hæc ſunt Crucis cornua, quibus omnia, & ſubleuantur paſtor, & continentur. Hic cornibus benè hominum nititur vita. Ad hæc cornua humili veneratione confugite. Hic vos affingant cornibus iuſtitiæ, aquè ac pudicitia. vt veneranda præſtiriti inſignia, conſecrati fontis maieſtate gaudeatis.* De ligno Crucis venit, vt in fonte ſalutari gaudeamus. Nullus enim fons, nullum fluentum nobis nocere poteſt, dum ibi viuificæ Crucis lignum adſit. Pſal. 1. de crucifixo Domino locutus ait: *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecùs decurſus aquarum.* Cur ſecùs decurſus aquarum? Ne vllius aquarum decurſus nos in perditionem rapiat. Ait D. Auguſt. tract. 2. in Epiſt. Ioan. *Rerum temporalium flumen trahit: ſed tanquam circa fluuium arbor nata Dominus noſter Ieſus Chriſtus aſſumpſit carnem, & reſurrexit, & aſcendit in cælum. Voluit ſe quodammodo circa flumen temporalium plantare. Raperis in præceps? Tene lignum. Voluit te amor mundi? Tene Chriſtum. Propter te factus eſt temporalis, vt tu fias æternus.* Itaque iuxta omnia mundi fluenta appoſitus eſt Chriſti ramus, ne in perditionem rapiamur, ſed magis inde euolemus in ſalutarem æternitatem.

2. Reg. 11.

Deut. 33.

Firmic.

Pſal. 1.

Auguſt.

§. XVIII.

Lauacrum Chriſtianum ſemel ſuſceptum virtutem indit, ex qua ſemper habeas, quo ſordes mundes.

DIcit Textus: *Ingreſſa eſt aliquando, ſicut heri, & nudiuſtertius cum duabus ſolis puellis, voluitque lauari in pomario: æſtus quippe erat.* Frequens in pomario Suſanna: frequens in lauacro erat, more gentis, quæ penè quotidianis lauacris gaudebat. Feliciores nos Chriſtiani, quibus vnum lauacrum prouiſum eſt, quod ſemel acceptum, virtutem indit, ex qua noſmetipſos ſemper lauemus. Quò ſpectans D. Zeno lib. 1. ſer. 15. ait: *Eia, fratres, quos beata ſitis optatus ardor incendit: quos nectarij fluentis dulce murmur inuitat, lacteum genitalis fontis ad latices conuolate, & incunctanter, fortiterque bibite, dum licet, ſuperfluentem amnem. vnde ſubiectis tota impetu, totáque dimetiens veſtra vaſa replete, vt ſemper vobis aqua ſufficiat.* Quippe is eſt fons ſacri Baptiſmatis, qui ſemel aditus, nunquam inde non aqua ſufficit, vt & refrigerati, & mundari poſſimus. Pœnitentiæ enim lauacrum, & aliorum Sacramentorum fontes ſalubriter currunt de prima ſcaturigine Baptiſmi. Ioan. 7. ait: *In nouiſſima autem die magna feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* De viuifico Chriſti fonte venit, quòd nunquam in nobis penitùs obſtruatur vena vitæ, ſed ſemper fluentum reuiuiſcat, vnde ſimus, & ſatiati, & mundi. Ait D. Auguſt. ibi tract. 32. *Clamat ergo Dominus, vt veniamus, & bibamus, ſi intus ſitiamus, & dicit quia, cùm biberimus, flumina aquæ viuæ fluent de ventre noſtro. Venter interioris hominis, conſcientia cordis eſt. Bibito ergo de iſto liquore, reuiuiſcet purgata conſcientia, & hauriens fontem habebit, etiam ipſa fons erit.* De ſumpta Baptiſmi aqua, manet totus nobilis ſcaturigo, vnde reuiuiſcit in conſcientia fluentum pœnitentiæ, per quod nos ipſi ab æſtu vitiorum recreemus, & à peccatorum maculis purgemus. Hinc eiectæ ancillæ tradidit Abrahamus vtrem aquæ: dicit enim Geneſ. 21. *Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem, & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque ei puerum, & dimiſit eam.* Et cur dimiſſæ, & eiectæ traditur aqua? Vmbra erat ibi Chriſtiani fontis, qui ſemel admiſſus, etiamſi quaſi eiectus abeas, habet vim te reducendi, quatenus ex illo naſcitur pœnitentia, & ad bonam frugem conuerſio. D. Epiphan. lib. 3. contra Hæreſ. tom. 2. ait: *Huic ancillæ, Agar, inquam, magis ſignificanter ob ſpem reditus, vtrem aquæ dat, quo lauacri regenerationis vim oſtendat datam eſſe incredulis ad donum vitæ, & ad conuerſionem omnium gentium ad veritatis agnitionem.* Expende illud: *Ob ſpem reditus.* in aqua enim regenerationis noſtræ ſemper eſt ſpes reditus ad vitam, etiam iis, qui ad mortem confugiunt.

Zeno.

Ioan. 7.

Auguſt.

Geneſ. 21.

Epiphan.

§. XIX

Nobis Chriſtianis vbiuis mundities affulget, & ſalus.

DIcitur de Suſanna, quòd *Voluit lauari in pomario.* Non quidem honeſtæ fœminæ lauandi ſe [illegible] erat extra domeſticum lauacrum, quod in pomario [illegible] ſuo, iuxta domum, habebat. Sit iſta cautela fœminis

pro

pro corporibus lauandis : nobis autem Chriſtianis pro lauandis animabus, ab omni aqua mundities ſpiritualis, & vitiorum æſtus refrigeratio, & ſalus applaudit. Prima aquarum cura [illegible] notans Textus ſacer Gen. 1. dicebat: *Geneſ. 1.* *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Vnde factum eſt, quod errones homines nullum donum ſpirituale velint expectare, niſi ab illis primis aquis? Quos multis opprimit Tertul. lib. de Bapt. ſmo, cap. 4. ſatus: *Nemo d cat: Tertull.* *Nunquid ipſis aquis tingimur, quæ in primordio fuerunt. Non vtique ipſis, niſi ex parte eo, qua genus quidem vnum; ſpecies autem plures. Quod autem generi attributum eſt, in ſpecie redundat. Ideòque nulla diſtinctio eſt, mari quis, an ſtagno, flumine, an fonte, lacu, an alueo diluatur; nec quicquam refert inter eos, quos Ioannes in Iordane, & quos Petrus in Tyberi tinxit. Nec & ille ſpado, quem Philippus inter vias fortuita aqua tinxit, plus ſalutis, aut minùs retulit.* Quæuis aqua elementaris, quocunque in loco ſit, pro animis à peccatorum ſorde lauandis ſufficit. Habent hoc dona Chriſti, vt non m[illegible] loco circumſcriptæ eius virtutes. *Ioan. 5.* Ioannes cap. [illegible] probaticam piſcinam Ieroſolymis fuiſſe, quæ [illegible] ab Angelo: *Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam [illegible] motionem aquæ, ſanus fiebat à quacunque infirmitate.* Et creditur piſcina hæc facta ex aquis de fonte [illegible] loe deſfluentibus, quæ in ſola piſcina illa virtutem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quas *Iuret.* aquas putat F[illegible] collatas cum oleo de ſepulcro Sancti Martini manante, & in hoc ab oleo vinci, quòd illud [illegible] alligabatur loco; ſed vbicunque eſſet, omnia mala pellebat: ſic enim ait D. Paulinus lib. *Paulin.* 6. in vitam Martini:

Maiorem hacr[illegible] inſpecta Silon ad orem:
Nec clauſa eſt laus iſta loco, ſectata fideles
Gentia [illegible] titulos, & in aera miſit.
Ipſa etiam Sancti meritum [illegible]
Grand[illegible], & terror den[illegible] nubibus haſit,
Valandi [illegible] locis dementier[illegible] pepercit.

Quippe [illegible] oleo D. Martini longè ſuperabant virtutem aquarum Siloa in piſcinam deſfluentium. Aquæ enim illæ alligatæ erant loco, extra quem nihil poterant: oleum autem tale erat, quod laus eius non alligaretur loco; ſed ad varia loca deportatum, vbicunque eſſet, omnia depellebat mala. Nec ſolùm in terris valebat; ſed virtus eius vſque ad aera extendebatur, depulſiſque procellis cælum in ſerenum dicebat. Ea ſunt dona, quæ à Ieſu in ſuos fideles veniunt, quæ non ſolent alligari loco; ſed vbiuis ſuas virtutes exerant. Gen. 2. *Geneſ. 2.* dicit: *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phiſon [illegible] eſt, qui circuit omnem terram Heuilath. Et nomen fluuij ſecundi Gehon, ipſe eſt, qui circumit omnem terram Æthiopiæ. Nomen verò fluminis tertij Tigris, ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus ipſe eſt Euphrates.* [illegible] primis fluuiis certas [illegible] alligat, per quas fluant, Euphrati autem nullam alligat. Et cur Euphrati nullam? Euphrates eſt Chriſtus, cuius eſt, non vni regioni al[illegible], ſed omnes peruadere. Vt di- *Anaſt. Sin.* cat Anaſtaſius Sinaita l. 8. H[illegible]. *Magnus fluuius Dei Euphrates nimirum, Chriſtus, qui eſt [illegible], nam Euphrataorum [illegible] frugiferum fructificantium, nam eſt in Euphratem, id eſt, Bethlehem, [illegible] rigat vitium gentium, & reddat fructum ferentes. Propterea ergo neque vllam regionem dicitur hic magnus fluuius irrigare, neque locum. Non enim locum, ſed mundum totum quartus hic irrigat fluuius.* Nullo planè loco ſtagnantur Chriſti dona, ſed vndique profluunt.

§. XX.

Inſidiæ, quæ ſuperandæ ſunt, magis ad victoris gloriam faciunt.

VNus anguis permiſſus fuit reptare ad Euam in paradiſo: [illegible] ecce tibi duo ſerpentes, nimirum, duo laſciui ſenes permittuntur in horto latere aduersùs Suſannam, dicente enim Textu: *Et non erat ibi quiſquam præter duos [illegible] conditos contemplantes eam.* Ecce tibi, & Euæ, & Suſannæ [illegible] parantur inſidiæ. Euam vnus anguis palam [illegible] Suſannam duo ſerpentes, duo, inquam, ſenes abſconditi, [illegible] latentes ſub horti arboribus. Et quando vnus anguis ſufficit ad perdendam Euam, cur Suſannæ duo ſerpentes obijciuntur? Cur infirmiori fœminæ acriores parantur inſidiæ? Equidem vt hæ inſidiæ ſuperandæ à Suſanna erant, non illi damno, aut dedecori, ſed gloriæ fuerunt. Ezechiel cap. 28 ait: *Factus eſt ſermo* *Ezech. 28.* *Domini ad me dicens. Fili hominis, leua planctum ſuper Regem Tyri, & dices ei: Tu ſignaculum ſimilitudinis Dei plenus ſapientia, & perfectus decore. In delicijs paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus, operimentum tuum, &c.* Creditur ſub ſpecie Regis Tyri ſic ad Diabolum locutus, de quo ait, quod fuerit in delicijs paradiſi. Et mirabar, quod Diabolus permitteretur à Deo delitéſcere inter ligna Paradiſi. Nónne ibi ligna ſordeſcerent, vbi Diabolus delitéſcebat? Sed, quando Diabolus erat ibi, vt ſuperaretur, vt eijceretur, non ad damnum, ſed ad gloriam lignorum erat. Vt dicat D. Amb. lib. de parad. c. 2. *Itaque* *Ambroſ.* *neque dubitandum, quòd in paradiſo Diabolus erat, quandoquidem excludere ſanctis non potuit iter, ne quis aſcenderet. Neque enim in illa habitationem incolatus tanquam poſſeſſor accepit. Ille enim, vt aliquos deſides, atque vitioſos ab incolatu ſupernæ habitationis auerteret, illud multò anguſtius, multóque pulchrius quod [illegible] ſanctorum orationibus excluditur, cùm completum fuerit illud. Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem.* Erat equidem inſidiator Diabolus in paradiſo; delitéſcebant [illegible] eius inſidiæ, ſub quibus deſides aliqui caderent, ſed illud anguſtius, aut pulchrius, quod à ſanctis ſuperabantur inſidiæ, & inſidiator eijciebatur deuictus. Nunquam enim quæ ſuperandæ ſunt inſidiæ, non faciunt magis ad gloriam, & ſalutem. Hinc etiam Iob cap. 40. *Iob 40.* locutus de dracone ait: *Habitat in locis humentibus* quaſi habitationem ſuam habeat in aquis: in aquis, in quam, ex quibus Cælites renaſcimur. Nec miror, quod in iis aquis permittatur draco inhabitare: inhabitat enim ibi conculcandus, perdendus, quod ad gloriam filiorum Dei facit. Dicit D. Cyrill. Ieroſolym. catech. 3. *Draco erat* *Cyril. Ieroſ.* *in aquis, vt ait Iob, qui ore excipiebat Iordanem. Cùm igitur contererenda eſſent capita draconis, deſcendens Ieſus in aquas, ligauit fortem, vt facultatem [illegible] calcandi ſuper ſerpentem acciperemus.* Quid glorioſius? Venit callidiſſimus draco, vt inſidias paret in aquis ſalutaribus: ſed quia venit ibi conculcandus, non poteſt eius aduentus ad noſtram gloriam non facere.

§. XXI.

Efficacius auxilium à Chriſto.

VNus reptando anguis Euam proſtrauit; duo ſerpentes, id eſt, duo [illegible] paratur aduersùs Suſannam, dicente Textu: *Et non erat ibi quiſquam, præter duos ſenes abſconditos, contemplantes eam.* Et quando vnus Euam deijcit, cur duplicantur hoſtes vt impugnent Suſannam? [illegible] poſt primum peccatum apparebat in Sanctis Saluatoris gratia, cuius auxilium efficacius eſt, vt vel maiores hoſtium impetus faciat nos ſuperare. Adſtiterat dæmoniacus Ieſu, vt habetur Lucæ cap. 8. cui dixit Dominus: *Quod tibi nomen eſt? At ille dixit: Legio. Quia intrauerant Dæmonia multa in eum.* Interrogat nomen eius Ieſus, vt oſtendat multos Dæmones in vnum *Luc. 8.* illum hominem veniſſe. Neque à tot hoſtibus rabidiſſimis potuit vnus ille perdi, quem virtus Chriſti tutabatur. Ad hæc dicebat D. Baſilius Seleucienſis orat. 23. *Quam interrogationem Ieſus non quaſi ex ignorantia neceſſariò adhibuit, ſed nos edocuit, quàm multis humanum corpus carnificibus Dæmonibus traditum non perierit, quandoquidem Dæmonum multitudo in vnum armata, tollere non valuerit. Non* *Baſil. Sel.* *in præcipitia protexerunt, non membratim diuiſerunt, non illato ferro diſcerpſerunt hominem, verùm occultiore virtute ſtetit, reſtitique contra excitatas à Dæmonibus procellas.* Ecce tibi vnus homo cecidit ad vnius ſerpentis ſibilum, verùm poſt gratiam Saluatoris vnus homo reſtitit contra excitatas à Dæmonibus multis procellas. Hinc Apocal. 12. *Apoc. 12.* *Ecce draco magnus, rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, &c.* In paradiſo ipſe draco apparuit vnum tantùm habens caput; nunc autem capita, & cornua multiplicat: ſic audet ſimplex, ſed multiplex apparere. Et quando tunc ſimplex venerat ad primos homines, cur modò non niſi multiplex accedit? Tunc acceſſit ad homines, nulla Chriſti gratia pollentes,

vt bona pars Theologorum fatetur, modò accedit [illegible] ſus fœminam, nempe, Eccleſiam, habentem Chriſtum in [illegible] ibus [illegible] ò vires multiplicat, & multiplicans etiam viribus mil[illegible] proſternunt. Rem pulchrè ponderat Iulius Firmic. de err. profan. relig. cap. 22. aliò datus: ſic enim pungit draconis adoratores: *Deus veſter Lernæ anguis trinitus adoratur, videtur, vt percuſſo dominomorientium anguium [illegible] ſuccedat. Quid ſic renaſcentibus hydræ pullulas? Quid te fœcunda celerum ſobole componis? Mortis tua viam didicimus. Scimus, quibus remedijs artis tua venena vincantur. Chriſti immortalem Sanguinem bibimus. Noſtro Sanguini Chriſti Sanguis adiunctus eſt. Hoc eſt ſalutare remedium*, &c. Quippe, qui [illegible] cum primis congreſſus anguis eſt, [illegible] paſſum, poſt ligno Crucis percuſſum, vires multiplicat, & [illegible] hydra multiplici capite in homines [illegible], Et [illegible] homines de Sanguine Chriſti corroborati [illegible] ſunt [illegible]. Adeò validiora arma accipimus à Chriſto.

Firmic.

§. XXII.

Chriſtianum lauacrum gratia diuinæ vnctionem ſibi habet adiunctam.

VT in pomario voluit lauari Suſanna, addit Textus: *Di[illegible] igo puellis: Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtium pomarij claudite, vt lauer.* Itaque pro habendo oleo à ſ[illegible] puella [illegible], vt illud e domo afferrent: non enim lauac[illegible] pomarij habebat pluſquàm aquas, oleum aliunde af[illegible]rendum erat. Vt hinc extollamus Chriſtiani lauacri virtutem, cuius eſt & aquas habere, & oleum Spiritus Sancti, quo ſimul mundamur, & ſanctificamus. Vt meritò clamet D. Zeno lib. 3. ſerm. 16. ad lauacrum ſancti Baptiſmi inuitans: *Properate, bene loturi fratres aqua viua, Spiritu Sancto, & igne dulciſſimo temperata, blando murmure iam vos inuitat. Iam Balneator præcinctus expectat, quod vnctui, quod terſui opus eſt, præbiturus.* Non è domo quærendum oleum, non à longe expectanda eſt vnctio: in ipſo lauacro, in ipſis Baptiſmi aquis adeſt Balneator Pater Deus, qui Spiritus Sancti vnctionem exhibeat, vt mortui cum Chriſto mundo, in nouam exoriamur vitam. Hinc Matth. 3. *Baptizatus autem Ieſus exiuit de aqua: & ecce aperti ſunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam.* Ieſu ab aquæ lauacro aſcendenti ſtatim aduolat diuinus Spiritus, vt pateat, quam iuncta aquis veniat nobis Spiritus Sancti vnctio. Dicit Optatus Mileuitanus lib. 4. aduerſùs Parmenianum: *Venturum oleum aqua debuit antecedere ad myſteria initianda, & ordinanda, & implenda Baptiſmatis. Apertum eſt cælum. Deo Patre vngente, ſpiritale oleum deſcendit in imagine columbæ, & inſedit capiti eius, & perfudit eum.* Expende illud: *Spiritale oleum deſcendit*, &c. Quippe pro ſpirituali oleo habendo non mittas: lauacrum intra, & ipſum oleum Spiritus Sancti ad te deſcendet, quo totus perfunderis.

Zeno.

Matth. 3.

Opt. Mil.

Daniel. 13. Et fecerunt, ſicut præceperat: clauſeruntque oſtia pomarij, & egreſſæ ſunt per poſticum, vt afferrent, quæ iuſſerat: neſciebántque, ſenes intùs eſſe abſconditos. Cùm autem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus: quamobrem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum: quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit iuuenis, &c.

§. XXIII.

Fugiendorum peccatorum cautela in primis nobis ſit.

IVſſæ ancillæ oleum afferre, & oſtium pomarij claudere, [illegible] ordinem iuſſionis adimplentes. *Fecerunt, ſicut præceperat, clauſeruntque [illegible] pomarij, & egreſſæ ſunt per poſticum, vt afferrent, qua[illegible].* [illegible] oſtia pomarij clauſerunt & deinde pergunt, vt oleum afferant. [illegible] terant priùs gynecæum [illegible] & oleum afferre, quo allato, & cæteris omnibus ad balneum paratis, tunc oſtium claudere. Cur priùs maluerunt oſtium claudere? Equidem *fecerunt, ſicut præceperat Suſanna; clauſeruntque oſtia pomarij*, &c. Etſi enim bona fœmina ad balneum feſtinabat, tamen in primis voluit peragi, quæ ad cautelam pertinebant, & oſtium claudi, ne qua daretur malitiæ occaſio. Sic prudentes animi [illegible] piunt, vt fugiendorum malorum cautela in pri[illegible]is coram illis adſit. Erat Ieſus meus vngendus in Iordane à Patre, à quo Spiritus Sanctus deſcendens in ſpecie columbæ ſuper Ieſum accubaturus erat. Quam vnctionem dum expectat, illud Pſalm. 140. clamat ad Patrem: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Si quidem vngi expectas a Patre in Iordane, quid tibi cum oleo peccatoris? Cur magis de oleo peccatoris vitando agis, quam de vnctione paterna in Iordane obtinenda? Planè in primis illi erat cauere ſibi a malo. Quò ſpectans Optatus Mileuitan. lib. 4 contra Parmenian. ait: *Hæc vox eſt vtique Chriſti, qui necdum vnctus fuerat, cùm rogaret, vt oleum peccatoris non impinguaret caput eius. Vox eſt ergo Filij Dei iam tunc metuentis oleum peccatoris incurrere.* Cùm ſperat in Iordane vngi oleo exultationis præ participibus ſuis, nihil in primis agit, quam cauere, ne dum ſanctum oleum expectat, detur aditus malitiæ vel myſticis membris ſuis. Vt hinc doceat, qualis debeat eſſe nobis prima cura in omni expectatione bonorum, nimirum ea, qua proterſus occludatur aditus malitiæ. Monebat Prouerb. 6. apud Septuaginta: *Vade ad apem, piger.* Ad apem mittimur, vt diſcamus mella accipere; ſed mella *ab vrticis*. vt mauult D. Hieron. contra Ruffinum. Et cur non potiùs à floribus, ſed ab vrticis? Apis ad florem accedit nullo metu, totámque ſe floribus inſinuat, vt mella legat. At cùm accedit ad vrticas, cum magna cautela accedit, cauens, ne dum mella legit, pateat vrticarum aculeis. Sic nos ab ape diſcamus cauere mundialia ſpicula; ne quid boni expectemus, quin in primis aditum occludamus contrarijs ſpiculis. Quò ſpectans Theodoret. lib. 5. de Græcor. affection curand. circa finem, ait: *Ipſe quoque apibus hanc naturæ legem inſtituit; vt non ſolum floribus, qui dulces ſunt, inſideant, ſed qui etiam amarulenti, vt cum talem ſolam dulcedinem hauriant, amaritiem autem auerſentur: ac ex diuerſis qualitatibus, amaris, acerbis, auſteris, acutiſque mel conſtituant.* Vt hinc pateat, quanta indigeat cautela apicula, vt mel colligat de amaricantibus herbis, de pungentibus vrticis. Hinc Deus meus Sponſæ pulchritudinem vocabat eam Cant. 2. *Lilium inter ſpinas.* Vt notet, quanta cautela ad omnia, etiam ſpiritualia dona, tendere debeamur, nimirum, ait Theodoret. ſupra: *Vt qui roſaria metunt, ſpinas quidem intactas dimittunt, roſarum verò calyces legunt.* Simul namque roſæ leguntur, & cauentur ſpinæ.

Pſal. 140.

Opt. Mil.

Prouerb. 6.
Septuag.

Hieron.

Theodoret.

Cant. 2.

Theodoret

§. XXIV.

Filij Dei miniſterium vt neceſſarium humanæ saluti.

QVàm optimè ſe geſſerunt ancillæ Suſannæ in claudendo oſtio pomarij, ne quis poſſet [illegible] introire. Attamen, *neſciebant ſenes eſſe intus abſconditos.* Potuerunt equidem etiam præſtantiſſimæ ancillæ ignorare latens periculum, & illis expoſitam dominam relinquere: quod & factum eſt. Vt videas, quàm mancum ſit etiam præſtantiſſimum creaturarum miniſterium, niſi Deus ipſe per ſe noſtram adminiſtret ſalutem. Iſaias cap. 9. dicit: *Puer enim natus eſt nobis & Filius datus eſt nobis & factus eſt principatus ſuper humerum eius & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius*, & [illegible] Septuag. legunt: *Et vocabitur nomen eius, magni conſilij Angelus.* An [illegible] vocabulum [illegible] præſenti non eſt nomen naturæ, [illegible] miniſ[illegible] natus eſt [illegible] nobis [illegible] [illegible] neceſſum fuit vt ad [illegible] miniſterium [illegible] D[illegible] veniret [illegible] rium bo[illegible] aliqui[illegible] hanc & proponit [illegible] Abucar[illegible]

Iſaia 9.

Septuag.

Caſ[illegible]m,

Carum, diſput [illegible] cap. 2. *Cùm homines liberè ſint arbitrio præditi, miſſo [illegible] [illegible] Dei mandatis in obeunda legatione obſequi, vel n[illegible]* &c. Quippe, vt liberi poterant m[illegible] [illegible] gnare, poterant multa de ſuo addere, multaque [illegible] [illegible] incuria, & inconſideratione præterire. *Quocirca neceſſum fuit vt eſſet, vt Deus aliquem ſibi conſubſtantialem habeat, qui liberè præditus ſit arbitrio, cuiuſque voluntas à propoſito eiuſdem intentione non prorſus abhorreat, nec diſſentiat, obſtans, quominus id compleantur, quæ propoſuerit. Hic autem Filius eius coæternus ei eſt, idem tum eo velle idemque nolle prorſus habens, quæ & in Scriptura magni conſilij Angelus vocatur.* Ecce tibi, vt perageretur humanæ ſalutis conſilium, [illegible] eſſum fuit, vt Filius Dei v[illegible] iret, qui eandem cum Patre haberet voluntatem. Et ſanè eandem ſcientiam, & potentiam habere. Solus enim ille, qui nec in voluntate, neque in potentia, neque in ſcientia claudicaret, poſſet ſaluti hominum integrum mioeſtetium p[illegible] æſtare. Hinc Ioan. 13. recuſanti Petro pedum ſuorum lotionem à ſe[illegible] peragendam, dicit Ieſus meus: *Si non lauero te, [illegible] [illegible] partem mecum.* Et meritò: ſub ſolius enim ſe[illegible] miniſterio certa eſt hominis ſalus. Vt dicat Op[illegible] M[illegible] lib. 5. in Parmenianum: *Cum Petrus [illegible] [illegible] d[illegible] lauari permittit; negat illi Chriſtus reg[illegible], niſi accep[illegible] [illegible] quitum.* Eundem, niſi à Dei F[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] requium, venat miniſterium, & ſalutem [illegible] & regnum. I[illegible] ſolus eſt, qui nos integre defendit, ne vlli periculo exponamur.

Theodor.

Ioan. 13.

Opt. Mil.

§. XXV.

Cæleſte chriſma nos facit hoſtibus inacceſſos.

NOtanter ponit Textus illud: *Cum autem egreſſa eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam,* &c. C[illegible]m puellæ profectæ fuiſſent pro afferendo oleo, ſenes quaſi timeant oleum expectare, & lauacrum; ant[illegible] [illegible]leum adductum, ante lauacrum facinus aggrediuntur: & nihil tale [illegible] ſpectantem Suſannam conueniunt. Cur non magis expectant illam nudam in lauacro, & oleo conſ[illegible]? Nonne ſecurius paſcerent propriam concup[illegible] [illegible], ſi nudam, ſi oleo, aquâque dilutam ap[illegible] [illegible]? Sed timebat tam ſibi hoſtis caſtitatis à laua[illegible], olei que Chriſtiani vmbrâ, ſub quibus ſignis hom[illegible] inexpugnabilis fit. Hinc D. Nazianzenus orat. 4[illegible] [illegible] reddens rationem, cur inimicus hominum curet auſerre lacrum Baptiſma, inquit: *Timet te beſtiarum armis dimicantem [illegible] que charismate te ſpoliat, vt inermem, & incautum [illegible] [illegible].* C[illegible] mihi: cæleſte oleo pe[illegible] [illegible]. Poſt multiplicata hominum pe[illegible] [illegible] T[illegible]. Genef. cap. 6. *Pœnitet me, quòd [illegible] in terra. Et pertimeſcens futurus, [illegible] [illegible] [illegible], Delebo, inquit, hominem*, &c. [illegible] [illegible] pte ut in ta de co, [illegible] hominem [illegible] [illegible], ad eius [illegible] electionem ſcic accingit. Sed & 1. Reg. c. 15 [illegible] poſt peccatum Saulis dicit Dominus: *Pœnitet me, quòd [illegible] Saulem Regem.* nec ad[illegible] delebo eum. De ſacris h[illegible] ibus premiter, & ſtatim [illegible] delere curat: de R[illegible] [illegible] ceruam Deum pœnitet, nec illum ſtatim p[illegible] [illegible] quando illos perdit, cur hunc non ſimiliter perdere curat? Erat hic oleo ſancto perfuſus, quo non [illegible] [illegible] potuit [illegible] in ruinam. Ait Optatus Mileuitanus [illegible] [illegible] contra Parmenianum: *Saul antequam peccaret, vngi meruit, poſt vn[illegible] [illegible] non leuiter offendit. Hoc Deus cùm videret, [illegible] [illegible] [illegible] dum, volens exemplum proponere, potuit tam ſuam profeſſus eſt. Et vtrique potuit Deus [illegible] [illegible] dederat auferre. Sed iure voluit docere, non debere contingi oleum, etiam in peccatore, ipſe, qui dederat, poſſit [illegible].* Saulem poſt peccatum odit Dominus, & [illegible] [illegible] oſtendat, quam velit eſſe vnctos oleo inacceſſos m[illegible] [illegible] [illegible] poſt â ſibi crudeliter aduerſantem inuen[illegible] [illegible] ſolitarium in ſpelunca, & cùm à ſuis perſuaderet[illegible], vt tam teterrimum hoſtem perimeret, tandem ipſe ait 1. Reg. 24. *Propitius mihi ſit Deus, vt non mittam manum meam in Chriſtum Domini.* Circa quæ pulcherrim[illegible] ait Optatus Mileuitanus vbi ſupra, ſatus: *Hortantibus [illegible] & occaſi[illegible] contradicit, tanquam & hoc d[illegible] [illegible] [illegible] victoria, præuiæ [illegible] fruſtrà me, Occaſio, [illegible] [illegible] Vel bam hoſtem vincere, ſed prius eſt*

Nazianz.

Geneſ. 6.

1. Reg. 15.

Opt. Mil.

1. Reg. 24.

Opt. Mil.

diuina præcepta ſeruare. Non, inquit, mittam manum in Chriſtum Domini. Repreſſit iam gladio manum; & dum timuit oleum, ſeruauit inimicum. Quid pulchrius? Bis oleum peccatorem etiam à morte liberauit. Nullum enim eſt malum, quod non caueat præceptum illud Domini dicentis Pſal. 104. *Nolite tangere Chriſtos meos.* Ab vnguento eorum, & oleo cæleſti ſimus prorſus hoſtibus inacceſſibiles. Hinc Caotic. cap. 4. vocabat Dominus Sponſam ſuam, fidelium congregationem, cui dixit: *Veni de Libano, Sponſa mea: veni de Libano, veni, coronaberis.* Coronam offert, cuius non exprimuntur pugnæ. Cur ſic coronas præmittis, antequàm eius dicas pugnas, aut victorias? Dixerat ſæpè, vt oleo, & vnguentis erat diluta, quo oſtendebatur, quàm eſſet ab hoſtibus ſecura. Ad hæc D. Epiphan. lib. 3. contra Hæreſ. tom. 2. aiebat: *Veni de Libano, Sponſa: quoniam tota pulchra es; illuſtris, & prominens, velut matutinus aer, ac aurora; pulchra, vt Luna; electa, vt Sol, pauet, qualis eſt ab ordinata exercitu: quæ prædicata à Reginis vt inalbata; quæ vnguento ſperata, quæ à deſerto aſcendis, velut virgula fumi, quæ prodit à ſuffitu myrrhæ, & thuris, & de omnibus pulueribus vnguentariis, quem conſpicata dicit: Vnguentum euacuatum eſt nomen tuum.* Quæ autem ſic cæleſti madebat vnguento, non miror, quòd pauor ſit hoſtibus, quòd ad coronas vocetur. Hoc oleo carens Synagoga perijt; & quia illo abundat Eccleſia, regnat. Hinc ſub nomine Phariſæi dicit Dominus Synagogæ reuciendæ, Luc. 7. *Oleo caput meum non vnxiſti.* Et deinde ſub nomine Magdalenæ dicit Eccleſiæ triumphatricæ, regnaturæ: *Hæc autem vnguento vnxit pedes meos.* Circa quæ ait D. Paulinus epiſt. 4. *Synagoga neque oleum gratiæ, neque aquam refectionis à Chriſto eſt, cuius typum gerebat Phariſæus, terra ipſius & olei, & aqua ſalutaris fontem, & aquam, & oleum charitatis exaruit. De hoc fonte prædixerat per Prophetam: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Sicut ad Eccleſiam ſuam dicere potuit: Impinguaſti in oleo caput meum.* Hinc de virginibus perituris dicit Matth. 25. *Non ſumpſerunt oleum ſecum.*

Pſal. 104.

Cant. 4.

Epiphan.

Luc. 7.

Paulin.

§. XXVI.

Laſciuia ſordibus gaudet.

ET ancillulæ ierant pro neceſſariis ad lauacrum, & Suſanna lauari expectabat: ſed ſenes non expectarunt, vt in lauacro eſſet Suſanna; verùm ante lauacrum *ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam,* &c. Neſcit enim laſciuia expectare lauacri munditiem, vt quæ magis ſordibus, lutóque gaudeat. De illa dicebat D. Petrus epiſt. 2. cap. 2. *Sus lota in volutabro luti.* Quò ſpectans D. Nicæn. homil de fornicatione fugienda, fatur: *Fornicator autem peccati ſeruus, turpus, & ignominioſior onnium bouum, ſordium tangens tumulum, commundo mucere fungitur. Annon eſt eis granus, & terra, volutari in cœno?* Quippe hanc miſeram conditionem homines luxurioſi habent, quòd in cœno volutentur, quod ſordium cumulis gaudeant. Ad hæc Prouerb. cap. 11. *Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra, & fatua.* Septuag. autem legunt: *Inaures aurea in nare porca; ſic mulieri malè prudenti pulchritudo.* Sues, vel porcæ nares nunquam non cœno, ſtercoribúſque ſe ſe immerguot: ſic animus laſciuus, luxuriæ deditus ſemper ſordibus, ſœtoribúſve inhiat. Nec aureum quid pendens à nare ſuis, poterit impedire, quominùs ſus cœno nares infigat. Nec pulchritudo abſtrahet laſciuum animum à pædore, à ſordibus quærendis. Vt dicat Clemens Alexandrinus in adhortatione ad gentes: *Illi autem inſtar vermium in cœno, & voraginibus, nempe, voluptatis fluentis volutate, inutilibus, & ſtultis paſcuntur deliciis, ſuilli quidem homines ſues enim cœno magis delectantur, quàm aqua munda, ex in congeſta palea verſare* [illegible], *eſt quædam inſana cis delectatio.*

2. Pet. 2.

Nicæn.

Prouerb. 11.

Septuag.

Clem. Alex.

Proh ſpurciſſima laſciuiæ mancipia, nunquam non ad cœnum, & ſordes coouolantia!

§. XXVII.

Luxurioſi Athei, id eſt, ſine vllo Deo.

EXpende vocem laſciuientium ſenum: *Oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt.* Nullum eacipiunt: dum ab humanis oculis non videntur, ſe à nemine credunt videri, rati nullum eſſe oculum increatum. Ecce tibi irreligioſiſſimus omnium laſciuus affectus. Auaritia idolorum ſeruitus vocatur à Paulo, id eſt, multorum Deorum aſſectrix: at luxuria nullum Deum agnoſcit, nullum Deum credit. Marcus cap. 6. proponit nobis tragœdiam Ioannis Baptiſtæ à luxuriæ mancipiis occiſum: ait enim: *Miſit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui* *Marc. 6.* *quia duxerat eam: dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat eum occidere*, &c. Ecce tibi laſciuientium fœminarum armatæ manus in Ioannem, vt eum morti traderent: quia aduersùs earum laſciuiam clamabat. Quarum conatus meritò ridet D. Fulgentius præſenti ſermone ſatus: *Res eſt extrema dementia odiſſe loquentem, ac* *Fulgent.* *metuere iudicantem, quaſi idcircò iam non timeas Iudicem reticentem, ſi præconem poſſis necare clamantem.* Erat Iudex, & erat præco pro illis luxuriæ mancipiis verberandis: Iudex tacebat, præco aduersùs illas clamabat. Quid illæ? Et totas ſuas artes, & vires conferebant, vt præconem perderent. Quid dementius? Quid ſtultius, de præcone occiſo expectare quietem, & immunitatem, cùm Iudex maneat? Sed ſtultiſſimæ hæ ideò multæ erant in perdendo præcone: quia in corde ſuo dicebant: Non eſt Iudex, non eſt Deus. Quid enim à voluptuoſis cordibus, niſi atheiſmus naſcatur? Huc ſpectans D. Baſil. Seleu. orat. 18. fatur: *Herodiadis tripudiam nobis hodie inuulgat Euangeli-* *Baſil. Sel.* *corum vox, & atheam mulierum illarum publicitùs pandit inſaniam.* Expende illa: *Atheam mulierum illarum pandit inſaniam.* quippe vt laſciuis affectibus ferebantur, ſic inſaniebant, vt nullum Deum eſſe putarent. Nec religioſior Herodes erat, de quo etiam ait Marcus cap. 6. *Et contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſ-* *Marc. 6.* *cumbentes noluit eam contriſtare: ſed, miſſo ſpiculatore, præcepit afferre caput Ioannis in diſco.* Et quando iuſtam religionem oſtendit erga iuramentum, cur non magis veretur Dei Prophetam necare? Non religioſus, ſed atheus erat homo laſciuus, religioſi tantùm perſonam agens. Vt dicat de illo Andreas Cretenſis in præſenti: *Herodes, tan-* *Andr. Cret.* *quàm in ſcena ludens, actum illum exercuit, tanquam fore, vt lateret oculum, qui minimè falli poteſt.* Quid magis atheum? Religioſi, tanquàm in ſcena, agebat perſonam, ſuis amoribus gratum faciens, credens, nullum eſſe Dei *Gen. 39.* oculum, qui videret facinus. Geneſ. cap. 39. laſciua illa Ægyptia dicebat Ioſepho: *Dormi mecum. Qui nequaquam acquieſcens operi nefario*, &c. Illa libidinem clamabat, hic caſtitatem: Et quid inde? Illa athea nec Deum eſſe credebat, hic præſentiſſimum eſſe ibi Dei oculum arbitrabatur. Sic apud Theodoretum ſerm. 8. de prouidentia: *Non vides, inquit, quem ipſe video. Nam* *Theodoret.* *tu quidem affectibus ebria es: ego verò ebrietatem illam non admiſi, qui totius illius machinæ gubernatorem video, qui ſingula, quæ fiunt, perſpicit. Neque enim huius oculi aciem, ab eo quod perſpicere vult, vel tectum, vel murus, vel occluſæ fores prohibent.* Sic caſtus homo Dei oculos verebatur, quos laſciua fœmina nullos eſſe credebat. Vt videas, quàm aliena ſit laſciuia ab iis, qui habent Deum. Canebat *Leuit. 11.* Leuiticus cap. 11. *Sus, qui, cùm vngulam diuidat, non ruminat, horum carnibus non veſcemini.* Circa quæ Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogiæ, cap. 11. *Vſum vitæ* *Clem. Alex.* *cum improbis hominibus planè ſuillum agnoſcens Moyſes ſeatens petala porcis veſci prohibuit, ſignificans, non oportere eos, qui Deum inuocant, cum impuris verſari hominibus, qui porcorum inſtar corporalibus voluptatibus, obſcœniſque cibis, & impudicis titillationibus prurientes, damnoſa Veneris voluptate perfunduntur.* Ecce tibi, qui Deum habet, & inuocat, quam longè fieri debeat à voluptuoſis hominibus: quippe laſciuia prorſus expungit memoriam Dei. De illo fi- *Luc. 15.* lio prodigo ait D. Lucas cap. 15. *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.* Circa quæ pulchrè ait Titus Bo- *Tit. Boſt.* ſtrenus: *A Deo itaque ſeiunctus vixit luxurioſè; & inſumpſit ſubſtantiam, hoc eſt, iuſtitiam animi lucem, veritatis notitiam, Dei memoriam.* Sic luxuria in adoleſcente Dei memoriam, & rationis lumen abſumpſit.

§. XXVIII.

Prorſus bruteſcunt laſciui homines, & vt pecora fiunt.

SImul tenentes Suſannam duo impuri ſenes clamabant ad illam: *Aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum.* Vox hæc hominum, an pecorum? Homo alterius conſcientiam veretur in ſuis libidinibus: pecora non dubitant in alterius conſpectu ad libidinem ruere. Numerorum c. 25. *Ecce vnus de filiis Iſrael intrauit coram fratri-* *Numer. 25.* *bus ſuis ad ſcortum Madianitidem.* Quid magis pecuinum? Ait ſapienter, & eleganter D. Nicænus de vita Moyſis: *Voluptas palàm agit, turpitudinem perſuaſit? Ita beſtialis ad libidinem impetus in pecudes homines vertit. Nam huma-* *Nicæn.* *na conditione oblita penitùs non modò ſua crimina non celabant; verùm etiam, pecorum more, alter in alterius oculis palàm ſordibus deuolutis turpitudine ſceleris gloriabantur.* Expende illa: *Alter in alterius oculis palàm ſordibus deuolutè.* Sic porci in libidinem ruunt: ſic homines conuerſi in pecora in ſociorum oculis laſciuire non dubitant. Marci cap. 6. habetur ſic: *Dicebat Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Sic palàm *Marc. 6.* laſciua fœmina ſeruiebat Herodis libidini. Quod miratus D. Chryſoſtomus in oratione de amputatione capitis Ioannis Baptiſtæ, ait: *Exiſtimo autem non ſolùm* *Chryſoſt.* *me eſſe in extaſi, ſed etiam omnes vos, qui audiſtis vocem Euangelij, meum admirari, Ioannis quidem in loquendo libertatem, Herodis autem leuitatem, & impiarum mulierum belluinam inſaniam.* Sic petulanti libidine inſaniebant æ miſerrimæ fœminæ, vt aſpicientium oculos non fugerent; ſed mater coram filia, & vtraque coram omnibus, libidinibus Regis ſeruire non dubitarent. Quid magis belluinum? quid magis pecuinum? Prorſus in belluas erant transformatæ.

§. XXIX.

Ingenuis mentibus durior, atque calamitoſior eſt honoris caſus, quàm vitæ occaſus.

VT conſtantiam Suſannæ frangant ſenes, hoc in illam duriſſimum telum iaciunt ſantes: *Dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis*, &c. Non ſtringunt gladios, non mortem inſtantaneam minantur; ſed ſaltus rumores contra eius honorem ſpargendos dicunt, vt qui ſciant ingenuis mentibus duriùs eſſe, ab honore, quam à vita cadere. Hinc pungebat Dominus calumniatores proximorum Pſal. 56. *Filij hominum, dentes eorum arma, & ſagittæ, & lingua eorum gla-* *Pſal. 56.* *dius acutus.* Equidem lingua falſa dicentium aduersùs proximos, & ſagitta eſt, & gladius, qui maius vulnus infligat, quam qui corporis mortem afferat. Sic Optatus Mileuit. lib. 2. contra Parmen. ait: *Cùm profiteamini eſſe* *Opt. Mil.* *filij Dei, filij hominum eſſe voluiſtis, & ad infligendum mortuum honoribus alienis dentes veſtros in ſagittas, & arma vertiſtis, linguas acuiſtis in gladios, quas mittitis in mortem non corporum, ſed beatorum: iugulaſtis non membra, ſed nomina. Quid prodeſt, quòd viuunt homines, & occiſi ſunt honores à vobis?* Equidem ea eſt ingenuorum hominum conditio, vt libentiùs ament à vita excedere, quàm ab honore, extremæque ducant infelicitati, quòd in honori maneant, & adhuc viuant. Pſalm. 13. dicit: *Contritio, & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoue-* *Pſal. 13.* *runt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.* Et quæ infelicitas oritur à viis impiorum? Ea eſt ſumma infelicitas illata proximis, quòd mendacia ſeminentur aduersùs eorum honorem. Optatus Mileuitanus vbi ſuprà: *Vos paſſim irruiſtis in proximos corrumpentes omnium felicitatem. Nam quæ maior infelicitas, quàm Dei Sacerdotes viuere, ac non eſſe, quod fuerant? Matronæ, pueri ſi* *Opt. Mil.* *& virgines à vobis coactæ, nullo interueniente peccato, aliena innocentia, & pudicitia, vobis docentibus, pœnitentiam*

gerere

gerere didicerunt. Nunquid maior eſt infelicitas? Verè de vobis dictum eſt: Contritio, & infelicitas in vijs eorum, &c. Quippe à Parmenianis ſectatoribus Sacerdotes Chriſti ſiebant ſine honore: & matronæ, & virgines ſanctitate, & pudicitia ſplendentes cogebantur pœnitentiam facere, quaſi in nullo differentes ab ſcortis. Quæ maior infelicitas iis obuenire poterat, quàm ſic vitam ducere inhonoram? Fallar, niſi hæc vita illis durior extiterit, quàm mors corporis.

CAPVT IV.

Suſanna ſenibus reſiſtit.

Textvs Historia.

Angvsta innocens Suſanna inter duos rabidiſſimos lupos conſiſtens ingemuit, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim libidini veſtræ ſuccubuero, animus peccato, corpus adulterio conſpurcatum quid mihi morte maius videtur: ſin reſtitero cupiditati veſtræ, iam noſco paratam mihi necem infamia, & crudelitate plenam. Sed præſtat intaminatam mortis periculum adire, quàm vt a me Dominus temerati coniugalis tori, & violatæ legis pœnas expoſcat. Et ne quid vnius caſtæ mulieris pudor ab improba duorum ſenum petulantia pateretur; exclamauit voce magna Suſanna, domeſticorum auxilium implorando; exclamauerunt & flagitioſi ſenes, quaſi turbam domeſticam euocando ad comprehendendum adulterum. Qui vt effugiſſe videretur, cucurrit vnus eorum ad oſtia pomarij, illaque aperuit. Clamore interea acciti famuli irruerunt per poſticum, occultiores, nimirum, horti fores: & ſtatim occupata accuſatione ſenes caſtiſſimam fœminam adulterij inſimularunt: quæ accuſatio tam inopinata, atque inſolens familiam in ruborem, ac ſtuporem dedit. Nec deſuit repellendo crimini Suſanna, cui anteacta vita patrocinabatur: nunquam enim huiuſmodi ſermo de Suſanna auditum fuerat. Sed accuſatorum conditio, & ſemi nuda mulier, & ſolitudo loci & fabulæ callidè compoſitæ probabilitas non parum fidei faciebant.

MORALIA IN TEXTVS Literam.

Nvnc verè lilium Soſanna, & lilium inter ſpinas, quarum aculei non læſionem, ſed maiorem decorem videntur illi intuliſſe.

Daniel. 13. Ingemuit Suſanna, & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egerò, non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

§. I.

Nullus non agitur tentationibus, à quibus impius rapiatur; ſed pius illas coërcet.

PEtita, & appetita à ſenibus Suſanna in non paruas tentationum anguſtias deuenit: vt ipſa fateatur: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique.* Quas eaſdem anguſtias Lucretia Romana pertulit. Sed Lucretia ſub illis perit: Suſanna reſiſtens triumphat. Sic neceſſum eſt, vt omnes in eaſdem tentationes deueniant, ſub quibus impij pereunt: iuſti autem illas deuincunt, & coërcent. Dictum eſt Geneſ. cap. 8. *Recordatus autem Deus Noe, cunctorúmque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca.* Quæ verba ſic leguntur apud D. Ambroſ. *Memor fuit Dominus Noe, & omnium beſtiarum, & omnium iumentorum,* &c. Cùm beſtias nominat, ferociora animantia notat, quæ carnibus paſcuntur, & ſolent etiam vorare homines. Hæc autem immediata ponuntur fuiſſe Noe, cùm dicit: *Memor fuit Dominus Noe, & beſtiarum.* Et cur adeò ferocientes beſtiæ iuxta Noe immediate locantur? Cur non magis ponitur Noe inter pacifica iumenta, quàm inter ferocientes belluas? Iuxta hominum interfectrices beſtias ponitur Noë iuſtus, vt pateat, quam ſub eiſdem noxis ſoleant impij, & iuſti eſſe: ſed impij ſub illis pereunt, iuſti autem illas ſuperare nouerunt. Ad hæc dicit D. Ambroſ. lib. de Noë, c. 16. *Certum eſt, quòd iuſtus in medio habet cogitationes cordis ſui; & quod corpus hanc vitam habeat, neceſſe eſt in corpore. Tanquàm in illa arca, beſtias graues. Nulla enim mens eſt, nulla anima, quæ non recipiat etiam malarum motus agreſtes cogitationum. Itaque inſipientis anima ferinos agnit motus, atque adoler venena ſerpentum: ſapientis autem vigor mitigat, ac coërcet.* Inuadunt æque iuſtos, atque iniuſtos iidem fluctus malarum cogitationum, eóſque in anguſtum deducunt. Inſipiens illos ſibi nocentiores facit, & quaſi hoc ſto veneno ſub illis perit: qui autem ſapiens eſt, ſtra illos moderatur, ac coërcet, vt de ipſis fluctuum tempeſtatibus faciat ſerenum. Monebat Eccleſiaſticus cap. 2. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Tentatio communis eſt omnibus accedentibus ad Deum: ſed quæ a bonis ſuperetur, & ſub qua mali pereant. Vt dicat Orig. hom. 35 in Matt. *Ad Ieſum ergo venimus, ut etſi tentator nos fuerit perſecutus, & mala ex eo, non comprehendamur ab eis, ſi vt ſcriptum eſt: Perſequentur te mala, & non comprehendent. Ad peccatorem autem dicitur: Conſequentur te mala, comprehendent te.* Hæc eſt differentia inter iuſti, & peccatoris in tentationibus, & calamitatibus: hæc vtrosque perſequuntur, ſed peccatorem opprimunt, iuſtum autem promouent. Hinc Iob cap. 7 ait: *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Catena Græca legit: *An non tentatio eſt vita hominis ſuper terram?* Vndique nos bella premunt, vndique ſpicula apparent, iacula contorquentur, quæ nos petant. Pereundum igitur eſt? Abſit: ſtultus iis perit: qui ſapiens eſt, inde triumphos, & coronas habet. Ait D. Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 76. *In tentationem non incidere, fortaſſe impoſſibile eſt: at autem minimè ſuccumbere poſſibile. Ac quidem plerique mortalium impetu ira obruti, ita in calamitatibus afficiuntur, vt eorum animi conſolationem omnem reſpuant. Qui autem prudentis iudicio gubernantur, eas propulſant non modo fortiter ferendo, ſed etiam coronas animo, & cognitione verſando.* Nequeunt ſtulti non obrui tentationibus, a quibus ſapientes in coronas diriguntur. Vnde Luc. 8 proponitur parabola verbi Dei, quod cecidit ſecus viam, ſupra petram, inter ſpinas, & in terram bonam. Quid eſt ſupra petram, & in terram bonam? Ait Textus: *Quod ſupra petram, qui cùm audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in terram bonam, hi ſunt, qui corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Ecce tibi vt ſunt, qui tentationibus pereunt, & qui tentationibus creſcunt. Pro quibus monebat D. Iſidor. Peluſ. lib. 2. epiſt. 221. *Ne illis te compares, qui leto animo diuinam prædicationem ſuſceperunt; verùm ſemen in animi penetralia minimè tranſmiſerunt. Nam, cùm leuiter, atque in ſuperficiem tonſiet, nec radicibus altè defixi eſſent, dicto citius exaruerunt, nec maturum vllum fructum extulerunt; ſed ipſi à tentationibus oppreſſi ſunt. At verò illis te compara altè defixis, culmoſque, & fructibus abundantibus. Etenim probè norunt Chriſtum Angelis, vt huiuſmodi homines in cæleſtes ſedes comportent, præcepiſſe.* Sic ibi. Vt videas, quàm opprimant tentationes malos, quàm etiam pios in gloriam ſtimulent.

Geneſ. 8.

Ambroſ.

Ambroſ.

Eccli. 2.

Orig.

Iob 7.

Cat. Græc.

Iſid. Peluſ.

Luc. 8.

Iſid. Peluſ.

§. II.

Qui in ſe eſt, nullo in diſcrimine non eſt tutus.

ANguſtiæ erant, quæcunque exteriùs monſtrabantur Suſannæ, cùm dixit illa: *Anguſtiæ ſunt mihi vndique.* Nullò vertebatur, vbi mala innumera non ebullirent.

At illa interea ſic in ſe erat, vt nihil externum vereretur, quo glorioſo de omnibus egit triumphos. Imminebat iã mundo ingens illa tempeſtas diluuij, & penè occupabat humanas aures frementium vndarum ſtridor, quando Deus Geneſ. 7. dicebat Noemo: *Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam.* Vt furentes vndique fluctus euaderet, hoc vnum illi mandabatur, nimirum: *Ingredere tu.* non foris maneas, quia à foris veniunt pericula; ſed ingredere, intus eſto: ſi enim in te ſis, omnia pericula facile perunces. Ad hæc dicebat D. Ambroſius lib. de Noë, cap. 11. *Intra tu, hoc eſt, intra te ipſum, intra tuam mentem, in tua anima principale, vbi ſalus eſt, vbi gubernaculum, foris diluuium, foris periculum. Si autem intus fueris, & foris tutus es: quia vbi mens ſui arbitra eſt, bona ſunt cogitationes, bona ſunt executiones. Si ſtudio ſit caſtitas cordi, ſic temperantia, nulla inardeſcit flamma libidinis, nulla vlcera proſerpunt aegritudinis.* Expende: *Foris diluuium, foris periculum. Si autem intus fueris, & foris tutus es.* Quippe dum intra te ſis, quæ ab extrinſeco veniunt procellæ, facile ſuperas. Dum enim mens in ſe collecta ſui arbitra eſt, nullum iaculum non repellet, nullas extrinſecùs poſitas flammas non extinguet. De prodigo illo filio dicebat Lucas cap. 15. *Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, & nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus dixit, &c.* Quantas enim in anguſtias adduxerat laſciuiens vita? Paſcebat porcos, quorum ſiliquis impleri cupiebat, & non poterat. Vt ſe autem his liberaret anguſtiis, quid fecit? *in ſe reuerſus.* nimirum, intrauit in ſeipſum, & mens ſui arbitra facta eſt: quo ſtatim bonæ cogitationes, bonæ executiones. Ait Theophylactus: *Tandem ad ſeipſum redit. Quandiu mala agebat, extra ſeipſum erat. Nam, qui non gubernatur ratione, extra ſeipſum eſt, & non manet in ſua ſubſtantia.* Et D. Chryſol. ſerm. 1. ait: *In ſe reuerſus eſt. in ſe antè redit, vt rediret ad patrem, qui à ſe antè receſſerat, cùm receſſit à patre. A ſe migrat, cùm ab homine totus tranſit in beſtiam, gratia generis oblitus.* Vt omnia ſibi bona firmaret, & mala omnia à ſe abigeret, hoc vnum in primis fecit, nimirum, vt ad ſe rediret. Cùm primùm enim in ſe fuit, facile à malis omnibus ſeſe expediuit. Ioan. 8. calumniatores Iudæi quærebant à Ieſu, an adultera eſſet ſecundùm legem lapidanda: Quibus reſpondit Dominus: *Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat.* Circa quæ D. Auguſt. tract. 47. in Ioan. ait: *O reſponſio ſapientiæ, quomodo eos intromiſit in ſe! Foris enim calumniabantur, ſeipſos intrinſecùs non perſcrutabantur. Adulteram videbant, ſe non reſpiciebant.* Bonus Magiſter, vt ſuis eis calumniandi animum tolleret, eos intromiſit in ſeipſos. Qui enim in ſe ingreditur, & ſe videt, facilè, quod bonum eſt, admittit.

Geneſ. 7.

Ambroſ.

Luc. 15.

Theophyl.

Chryſol.

Ioan. 8.

Auguſt.

§. III.

Hoc præſtantiſſimum eſt, quòd in Dei cauſa nihil tibi timeas à mundialibus poteſtatibus.

PVlchre, & ſanctè nobilis fœmina aiebat: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, &c.* Sic pro Deo nihil ſibi timet, vel à Iudicibus populi, penes quos eius vitæ, & mortis erat, quod præſtantiſſimæ virtutis indicium eſt. Cantatiſſima fuit virtus Phinees, qui videns Iſraelitam ingreſſum ad ſcortum Madianitidem, zelo incenſus Num. 25. *arrepto pugione ingreſſus poſt virum Iſraelitem in lupanar, perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem.* Sed & Ioannes Baptiſta non ferens adulterium Regis Herodis, clamabat contra illum dicens Marc. cap. 6. *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Compone modò & Phinees, & Ioannem pro Deo, & caſtitate ſtantes: vter eorum præſtantiùs egit? Rem definit Andreas Cretenſ. orat. de amputat. capitis Baptiſtæ, aitis: *Videamus, qui zelo fuerit feruentior. An Phinees, qui Madianitidem confixit cum Iſraelita? Sed res non ſunt pares. Nam ibi quidem non erat vite aliquis eximius, & [illegible] in quem ille [illegible] zelum intendit. Hic autem Rex [illegible] & quid aliud niſi in lingua ferens mortis ſententiam, & acceptam [illegible] ſpirans eadem illos, qui erant in eius poteſtate? Quid Ioannem [illegible] æmulatorem præſtantiorem, quàm [illegible] receſſerunt, quòd ille quidem improuiſam, hic verò man[illegible] & ante oculos mortem habebat.* Pugnauit Phinees contra laſciuos, pugnauit & Ioannes. Sed hunc [illegible] pugna præſtantior, & glorioſior: quia ille pugnabat contra laſciuos priuatos: Ioannes autem contra laſciuum Regem, in cuius lingua erat mors, & vita. Ille non videbat mortis periculum: Ioannes ipſam mortem præ oculis poſitam contemnebat. Et non niſi de præſtantiſſima virtute venit, quòd à poteſtate halante mortem nihil tibi timeas in cauſa Dei. Qui etiam pro Deo, & virtute ſtat aduersùs Reges mortem ſpirantes, haud dubium, quin gloria cæteros præcedat. Dicebat Lucas cap. 1. de Ioanne: *Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ.* Quippe dicitur Ioannes Præcurſor fuiſſe Chriſti in Eliæ virtute, & ſpiritu. Sed quæſtio eſt, de quo ſpiritu, & virtute Eliæ loquatur, an de ſpiritu, & virtute Eliæ, quam in fine vitæ conſummabit, an de ſpiritu, & virtute Eliæ, quam vſque modo oſtendit? Putat D. Ambroſius cum aliis apud Toletum noſtrum annotat. 15. id dictum fuiſſe à Textu de ea virtute, & ſpiritu Eliæ, quem vſque modò ipſe Elias monſtrauit. Quam opinionem refellit Toletus, nec ego eam probo: quia vſque modò longè præſtantior eſt virtus Ioannes, quam virtus Elias. Nam Elias timens ſibi malum à Regina Iezabele fugit: Ioannes autem adeo conſtanter aduersùs Reges ſtetit, vt mortem non dubitaret vorare. Quæ vt maior virtus fuit, ſic & illi impenſa gloria maior. Ait Beda homil. de hoc Feſto, comparans Eliam cum Ioanne: *Ambo præcones veritatis, ambo Regis, & Reginæ perſecutionem propter iuſtitiam perpeſſi ſunt: ille Achab, & Iezabel, iſte Herodis, & Herodiadis. Ille ne ab impiis occideretur, igneo curru eſt raptus in cælum; iſte ne ab impiis vinceretur, perfecto martyrij certamine, cæleſtia regna penetrauit. Angelorum vtique ſubuectus auxilio, de quibus ſcriptum eſt: Currus Dei decem millia multiplex, millia lætantium: Dominus in illis.* Rapuit Eliam currus igneus; tulit Ioannem in cælum currus Dei decem millia multiplex: ſic enim multiplicata gloriæ pompa defertur Ioannes in cælum, vt qui non fugerat Reges, vt Elias; ſed magis aduersùs Reges ſtetit, melius ſibi putans vel mori pro Deo, & pro virtute.

Num. 25.

Marc. 6.

Andr. Cret.

Luc. 1.

Beda.

§. IV.

Laſciuos inſtantanea, ſubitáque mors ſolet opprimere.

IN adulterio inſtantaneam, & ſubitaneam mortem credebat eſſe Suſanna, cùm ait: *Si enim hoc egero, mors mihi eſt.* Non ait: Mors mihi erit. ſed, *Mors mihi eſt.* mortem ipſi facinori adiungens. Et meritò: ſolet enim præſentaneа, & ſubitanea mors eſſe laſciuis. Iſraelitarum hoſti Balaco dicebat Balaam Numer. cap. 24. *Pergens ad populum meum dabo tibi conſilium, quod populus tuus populo huic faciat.* Conſilium autem hoc illud erat, quod tandem peractum fuit, nimirum, quòd Moabitarum puellæ allicerent Iſraelitas viros ad libidinem. Et quid per hoc conſilium prætendebatur? An, vt Iſraelitæ perirent? Non hoc ſolùm; ſed, quod perirent ſubitò, & inſtantaneè. Ait D. Ephrem ſerm. de Antichriſto vbi de dracone ſatis: *Iſrae[illegible] aſtu ſuo circumueniens fraudulenter [illegible] vt omnes ſimul exſecrabile illud ſcelus admitterent. Suggeſſit Balaam, vt Balac Regi Moabitarum peſſimum conſilium daret, vt, [illegible] mulieres cum [illegible] ornatas in tabernaculis ſi[illegible], populúmque diſpergeret, atque ad [illegible] artificium blandimentis illiceret, vt Deus [illegible] ſimul ac ſubitò velut impios perderet.* Expende illa: *Et ſimul, ac ſubitò, velut impios perderet*: quippe cùm ſubitò in illis perditionem moliretur, eos ad fornicationem [illegible], nulli vitio præſentiorem eſt ſubitaneam mortem, & improuiſam. Match. 24. dicitur: *[illegible] enim erant in diebus ante diluuium, comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium. &c.* Itaque tempore Noe dum filij Dei vol[u]ptatibus vacarent, adiungentes ſibi filias hominum, ecce inopinatum, & ſubitum illos oppreſſit diluuium: quod illis exprimitur verbis: *Non cognouerunt, donec venit diluuium.* Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. 78. in Matth. *Hoc verò repentè, ac non expectatum inter hominum delicias euenturum oſtendit Dominus quod Paulus [illegible] que demonſtrauit dicens: Cùm pacem, [illegible] ueritatem dicant, tunc [illegible] tanquam nulla mala [illegible] bant.* Hæc [illegible] tium [illegible], vt [illegible] tino, [illegible] ſtato rapi [illegible] tu. Quæ enim ad expectatum Iudicis adu[illegible] pe[illegible] ant,

Num. 24.

Ephrem.

Match. 24.

Chryſoſt.

Matth.25. rant,& p... tes ſunt,& v... Matth 25. *Tunc ſurre-xerunt ...* C... ntem audiunt,cùm expect... unt no... unt accedere, ... ei ob... iam proce-dunt. De ... ea eis im... venit,quod non inex-pectatum ſuſtineant ... Vt dicat Iulius Firmi-eus de error.profan... relig.cap.: ... *Huius Sponſi aduentum*

Firmic. *ſapientium ... expectat.Huic prefert lumina per-gilis, ... vt ...* Ste de virginea puritate ve-nit, quòd non opprimatur quis inoptinato, & ſubito Dei aduentu.

§. V.

Laſciui ſeipſos interimunt.

MErito dicit Suſanna: *Si hoc egero,mors mihi eſt.* Nun-quam enim cum laſciuia exercetur non venit homini ... Quod ſpectans Tertull. lib de Pudicitia,introdu-cit homicidium, & id... atriam dicentes. *Etiam apud*

Tertull. *Chriſtianos non eſt ... ſine nobis. ibidem ſunt idololatria. vbi immundi ſpiritus res eſt. Ibidem eſt & homicidium, vbi ... inquinatur,occiditur.* Quaſi ... ſit luxuria in-quinat... ,& n... ,homo qui ſordibus luxuriæ ſe dedit, ibi mortem infert,adu... ... quies ... D... bat enim ... ad Cor... *Omne pec-*

1.Cor.6. *tum,quodcumque fecerit homo,extra corpus eſt qui autem forni-catur,in corpus ... peccat.* ... incor... ſunt p... niſi quia ... præ cæteris omni-bus infert malum,aff... D. N... orat. de fugienda fornicat.fatur: *Qui autem fornicatur,in proprium*

Niczo. *corpus peccat,non ſicut homo ... in ultimum,inuulneratum ſuum corpus ... Non ſunt auarus alterum, ... ſed ipſe ſua corruptus ... tolo ſua ... ſamia.* Quippe homicida alium ferit, auarus alium ſpoliat:fornicator autem ſibi ipſi mortem acceſ-ſit. Ierem.9. dicebat: *Aſcendit mors per feneſtras.* C... ca quæ Theodoret ait: *Per ſenſus vita,& mors ingredi poſſunt.*

Ierem.9. *Nam,qui temperatè ... conſequitur vitam qui autem in-temperatè,deterpit mortem.* Quantum enim voluptatis ex-cipit, tantùm mortis accipit. Quò ſpectans D.Ambroſ. lib.de fuga ſæculi,ait cap.1. *Feneſtra tua oſſi oculus tuus. Si*

Ambroſ. *videas mulierem ad concupiſcendum, intrauit mors ... ſermones meretricis,intrauit mors ſi ... ſenſus tuos captas, penetrauit mors.* Semper luxuria lanla mortis eſt. Vide Paul.ad Roman.7. ait: *Cum eſſemus in carne,paſſiones pecca-*

Rom 7. *torum,qua per legem erant,operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti.* Circa quæ ait Theodul. Celeſirienſis:

Theodul. *Carni itaque ... operabantur aff... ferrent mors ... affectiones ... mortis ... reddere ...* Quæ ... volup... quam de... dunt, vt non magis in de ... quam ... Nam enim eſſe vita, in quo regnat carnalis voluptas ... cap.8. *Exeuntes*

Luc.8. *ergo Dæmonia ab homine,& intrauerunt in porcos,& impetu abiit grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt.* C... m autem porci apparuerunt ſuffocati, ſtatim in illis vita eſt volu-ptuoſorum homi... figura , cum quibus nullum habet commer... vitæ ... Amb. lib 6 in Luc.

Ambroſ. *Suffocan ... inter ... fluctuantia mundi ... ſtrangula-rum in morem ... Nec enim in iis,qui ... non aliter ſecuntur incerti. ... vitalis commercium.* N... quit ... vita, ... voluptatum ... Prouerb 30 dicit:*Fovea*

Prouer.30. *profunda ... quæ ait Salomon ... aliena ... meretrices ... verba meretricis libenter audit, ... dolo ... inanum ... funda ſoueat, ... ſeſemel ... ab eius ... vel aſtulo ſubtenbat, d... in ſoueam mortis.* Non ſolùm mor... apparet, ... profunda ſepultus

Saſlon.

Geneſ.7. In... *Aqua praualuerunt nimis ſuper terram, ... omnes montes* &c. Sic homines cum mort... & ſepulti aqu... rant Et cur ſimul ... ſepulti apparuerunt homines? Hæ... mortem ... iuiam,... mortes,ſimul ... incedebant. Quò ſpe-

Baſil.Sel. ctans ... Baſil ... orat ... ait: *Simul ... voluptas, ... voluntabantur in monumentis ... vincebat ... iacebant ab ... inchabantur ...* Simul vo-lutabantur in monumentis inſipientes, vt per laſciuiam viuentes in monumentis erant.

§. VI.

Non paruum miraculum eſt, quòd infirmitas humana ſeſe opponat voluptati, & voluntati Poteſtatum mundialium.

TOtam & ſenum authoritatem, & Iudicum poten-tiam contempſit Suſanna, cum ait: *Melius eſt mihi abſ-que opere incidere in manus veſtras,quàm peccare,*&c. Quan-tum hoc in fœmina? Plane vel in adoleſcentibus vali-diſſimis id miraculum eſſet,quod potentium verbum im-mutare auderent. Tres caſtiſſimi adoleſcentes He-bræi maluerunt totam Regis Babylonij rabiem ſuſtinere, quam eius imaginem adorare. Propter quod in arden-tem fornacem coniecti nullam ab igne læſionem rece-pêre, ſed inter flammas læti, & ſecuri Deo ſuo laudes canebant. Res delata ad Regem fuit,qui veniens ad for-nacem, & videns læto adoleſcentes, totus in ſtuporem raptus ait Daniel.cap.3. *Sidrach,Miſach,& Abdenago,ſerui*

Dei ... egredimini, & venite. Benedictus Deus eorum Dan.3.
Sidrach, videlicet, Miſach, & Abdenago,qui miſit Angelum ſuum,& eruit ſeruos ſuos, qui crediderunt in eum. & verbum Regis immutauerunt. Tria mirabilia notat in illis pueris: & quòd a ... liberati ſunt, & quòd in tanto peri-culo ... deſiderent,quem non videbant, & Regis verbum contempſerint, quem maxime videbant furen-tem. Quod hoc poſtremo mirabilius? Ait D. Chryſo-ſtomus hom ... in ... ep.ſt. ad Corinth. *Quid dicis,Rex? Contemptus es & admiraris eos,qui te contemnunt? Certè, ... quis, ex contemptu meo admirationem cepit? Quanam ratione*

non ſit incredibile admiratione dignum,cum Orbis terrarum Rex, Chryſoſt.
tanto armatus exercitibus,Ducibus,Præſidibus,terram cum ma-ri ... habens,à aptiui pueris contemnatur? Non tam eis ſatellites & maximi qui auxilium à fornace habebant,ſed ... & pauci votum ſuum exequi potuerunt. Hoc equi-dem maximum miraculum in mundo apparet, quod Poteſtatum iracondia, & ferocitas vel ab infirmiſſi-mis contemnatur: quando modeſt, vt Potentium cu-piditati ingenuæ,& liberæ mentes reſpient. De Da-uide locutus Textus 2. Reg.11. ait: *Vidit mulierem ſe la-*

uantem ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: Miſit ergo Dauid nun- 2.Reg.11.
tios tulit eam. Vt vidit,& miſit ad illam: & nulla ſacta mo-ra tulit eam. Vt dicat D.Chryſoſtomus in Pſalm.50. *Vi-dit,inquit,eam lauantem ſe,& pulchram nimis,ſuſcepit ſagit-*

tam, diffuſum eſt venenum. Miſit ad eam Rex, cui illa Chryſoſt.
reſiſtere non valebat. Non equidem humanæ infirmita-tis eſt, quod fœminæ reſiſtant Regibus, reſiſtant poten-tibus.

§. VII.

A Chriſto Ieſu venit, quòd infirmus ſexus trium-phet in virtute.

REpellebat Suſanna ſenes dicens: *Melius eſt mihi abſ-que opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in con-ſpectu Domini.* Iam enim in tanta fœminæ virtute con-ſpiciebatur Chriſti venturi effectus. Daniel.3. dicebant tres pueri potentiſſimo Regi, fornace flammante arma-

to: Notum ſit tibi, ô Rex , quòd ſtatuam tuam non colimus. Dan.3.
Circa quæ ait D. Chryſoſtomus hom.18.in epiſt.1.ad Co-

rinth. *Iam mors contemptui habebatur,cum Chriſtus eſſet ven-* Chryſoſt.
turus: & quemadmodum cum Sol prope ortum eſt,priuſquam radij erumpant,clara dies lux efficitur. ita cùm Sol iuſtitia ven-turus eſſet,mors ... eſt. Radiabat itaque Chriſtus in iſtibus pueris,cùm de morte triumphabat: radiabat & ſimiliter Chriſtus in conſpectu Suſannæ, de cuius ſanctiſſi-mo habitu venit, quòd etiam ſexus infirmus de hoſti-bus triumphet. Caſtiſſimos, pudiciſſimóſque Sponſæ ſuæ oculos contemplatus Dominus dicebat Cant 7. *Ocu-li tui ſicut piſcinæ in Heſebon.* Et cur caſtiſſimi, & triumph-ales oculi Sponſæ comparantur piſcinæ? Quæ ſtagna aquarum ſunt, pr... ter incl... los piſces, vocabantur pi-ſcinæ: ... ſicoe ... ſæ dicuntur piſcinæ ſimiles, pro-pterea ... Ieſum in eorum radiantem triumphali pu-dicitiam.

diuitiam. Circa quæ ait Optatus Mileuit. contra Parmenianum, lib 3. *Piſcis Chriſtus intelligitur, qui in lectione* Opt.Mil. *Patriarcha legitur in Tigride flumine prehenſus, cuius fel & iecur ex [illegible] Tobias ad tutelam fœmina Sara, & ad illuminationem Tobiæ non videntis. Eiuſdem piſcis viſceribus Aſmodæus Dæmon à Sara puella fugatus eſt, & cæcitas à Tobia excluſa eſt. Hic eſt piſcis, qui in Baptiſmate per inuocationem fontalibus vndis inſeritur, vt quæ aqua fuerat à piſce etiam piſcina vocitetur.* Quid pulchrius? Quæ aqua fuerat ſimplex, à piſce Chriſto ibi latente piſcina dicitur. Qui piſcis ob oculos Tobiæ poſitus illuminauit cæcum; ſed & puellæ Saræ ſic profecit, vt illam faceret triumphare de Aſmodeo Dæmone. Nullus enim ſexus adeò infirmus eſt, quem ad triumphos peragendos Chriſtus non impellat. Hinc Prouerb. 31. *Mulierem fortem quis inueniet?* Quaſi non ſit inuentu facilis mulier, quæ fortiter aduersùs hoſtes conſiſtat. Quod notans D. Auguſt. ſerm. 247. de temp. dicebat: *Mulierem fortem quis inueniet? Quis alius niſi Chriſtus. Non autem eam fortem inuenit, ſed inueniendo fortem fecit.* Proh felix mulier, quam inuenit Ieſus, licèt infirma ſit, licèt inualida, & imbecillis; tamen dum inueniatur à Chriſto, dum ei Chriſtus affulgeat, fortis aduersùs hoſtiles impetus conſiſtet.

Prouer. 31. — Auguſt.

§. VIII.

Caſtitas floridum dat amictum.

SEminuda forſan comprehenſa Suſanna à ſenibus, non vt [illegible] ua poſt nefarium opus ad folia, ſed iuxta nomen ſuum (dicitur enim Suſanna lilium) ad flores caſtitatis cucurrit, quibus liberaretur à nefario concubitu. Dicebat enim: *Melius mihi eſt abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Ecce tibi, vt refugit turpe facinus ad floridam caſtitatem confugiens. Sic Chriſtus meus informabat alumnos ſuos dicens Ioan. c. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt intrare in regnum.* [illegible] ùm regenerationem ex aqua petit, nuditatem commendat: quis enim in aqua mergitur non nudus? Et quam nuditatem in ſuis requirit Dominus? An quæ pro tegumento ad folia confugiat? Abſit: ſed eam nuditatem petit, quæ ſciat latere ſub florido caſtimoniæ, & ſanctitatis amictu. Ait Tertul. lib. de Pudicitia: *Luſerit ante Chriſtum caro, imò perierit, antequàm à Domino ſuo requiſita eſt: nondum erat apta officio ſanctitatis Adhuc in Adam deputabatur cum ſuo vitio, & de ficulneis foliis prurigines veſtiens exhærebat vſquequaque libidinis virus. At, vbi ſermo Dei deſcendit in carnem, quæ ad lignum non incontinentia, ſed tolerantia accideret, qua non laſciuia frondibus, ſed ſanctimonia floribus præcingeretur, noua emerget, non ex concupiſcentiæ fimo, ſed ex aqua pura, & ſpiritu mundo.* Quippe ex quo Chriſtus nos nudauit, vt renaſceremur ex aqua, & Spiritu Sancto, laſciuiæ folia maximè fugimus, & ad caſtitatis flores debemus confugere. Cant. 2. *Surge propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra.* Qui flores, niſi quos Chriſtus ſeuit, vt ſuos caſtitate induat? Ait D. Hieron. lib. 1. in Iouinian. *Surge, veni, proxima mea: quoniam ecce hyems tranſiit, pluuia abiit ſibi. Hoc de veteri teſtamento. Rurſus de Euangelio, & virginitate. Flores apparuerunt in terra noſtra.* In veteri Teſtamento vt hyems erat & pluuia, & frigus, ad folia currebant homines, vt ſeſe defenderent, & cuſtodirent. In nouo autem Teſtamento gratiùs ad flores curritur, vt florida caſtitate magis vigeant. Hinc de Ieſu mei figura Ioſeph dicitur Gen. 39. cùm ad laſciuiæ facinus comprehenderetur: *Relicto in manu eius pallio fugit.* Iuxta quæ ait D. Zeno lib. 1. ſerm. 7. *Ille in repugnatione veſtem ſibi violenter extortam relinquens, ex impudicitia ſenta nudus aufugit, ſed pudicitiæ ſplendore veſtitus.* Fugiebat nudus, vt floridam, & ſplendentem caſtitatis ſtolam appareret indutus. Hinc Cant. 2. dicebat Dominus: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Circa quæ ait D. Ambroſ. lib. 1. de Virginib. *Florem quoque tibi demonſtro carpendum, illum, qui dixit: Ego flos campi. S[illegible] rutaro diligentius tam bonum florem, nec vbique eum in pectore tuo vaſto reperies humilibus enim frequenter [illegible]. Amat [illegible] in hortis, in quibus cum Suſanna, dum deambularet, [illegible] mori prius, quàm violari parata.* Fel[illegible], qui non folia, vt Eua, ſed vt Suſanna florem carpunt, quo induantur, quem illa induit, [illegible] mori magis, quàm violari amauit.

Ioan. 3. — Tertull. — Cant. 2. — Hieron. — Geneſ. 39. — Zeno. — Cant. 2. — Ambroſ.

§. IX.

Peccatum fugiendum, etiamſi pœnitentia, & maius inde lucrum certum ſit.

ILlud etiam maximè notandum, quòd ait Suſanna: *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare,* &c. Et de illorũ manibus dixerat paulo antè: *Si autem non egero, non effugiam manus veſtras:* de peccato autem tale non affirmabat: ſciebat enim, malum ab illis inferendum ineuitabile ſibi futurum: at peccati malum non adeò ineuitabile repræſentabatur illi, ſed forſan credebat ſe ab illo faciſe expedituram. Cur ergo non magis fugit malum pœnæ inferendum à ſenibus, quod ineuitabile credit; quam malum culpæ, quod per pœnitentiam facile poterat eſarcire? Sapiens fœmina Dei ſpiritu plena ſciebat, nunquam à ſeruis Dei debere peccatum admitti, etiamſi certò ſciatur per pœnitentiam facilè delendum. Nota eſt hiſtoria Samſonis ex lib. Iudicum c. 14. vt adamauit fœminam è Philiſthæis, vt ab illa deceptus eſt, vt traditus inimicis, vt fuerit ſub eorum poteſtate multis vexatus ludibriis. Quid tunc? Ait Textus cap. 16. *Iam capilli eius renaſci cœperant,* &c. Et renatis capillis priſtinas recepit vires, mirabiliterque triumphauit de hoſtibus ſuis. Hoc accidit Samſoni neſcienti tam glorioſum exitum ſibi poſt ruinam euenturum. At, ſi nobis ſcientibus daretur certitudo glorioſioris exitus poſt peccatum admiſſum, ideò deberemus illud admittere? Nullo modo: ſed prorſus cauendum eſt peccatum, etiamſi poſt illud appareat certò venturus glorioſior triumphus. Pulchrè id canit D. Paulinus epiſt. 42. de Martiniani naufragio:

Iudic. 14. & 16. — Paulin.

Hac parte Samſon nolo ſit noſter puer,
Ne miſceatur copula.
Licet ille fortis poſteà receperit
Robur receptis crinibus.
Manùque ductus de mola ad ludibrium
Hoſtilis exultantia
In caſtitate corporum, mente intuens
Vocarit vltorem Deum.
Et ſuſtinentes mox capillis roboris
Proſtrauerit h[illegible] ſtilem domum.

Etiamſi Samſon poſt ruinam reſumpſerit priſtinas vires, quibus maiorem triumphum egerit, quàm antea, non vult ſanctus Paulinus, quòd hanc habeamus mentem, vt amplectiamur peccati ruinam, etiamſi certo ſciamus, quòd inde glorioſiores ſurrecturi ſimus.

§. X.

Felix, quæ flores ætatis ſcit metere Deo.

ILlud dicebat Suſanna in ea ætate, & flore pulchritudinis, qua amari potuit, nimirum: *Melius mihi eſt incidere in manus veſtras, abſque opere, quàm peccare in conſpectu Domini.* Sic adhuc floridam ætatem, floridam quoque ſpeciem fugiens ab omni voluptatũ ſpurcitie ſacrabat Domino. [illegible] quidem apicula [illegible] a C[illegible] ſtus I[illegible] ſus ad ſolos penè nouis flores euolare. V[illegible] de [illegible] Zeno lib 3. ſer. [illegible] *Requies [illegible] libeat flo[illegible] ſiſſimo in d[illegible] ſpitatis.* Dum floridos annos De[illegible] ; & ca[illegible] inibi libentiſſimè Deus moratur. Iſaiæ c. 40. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: quia Spiritus Domini [illegible] ſufflauit [illegible] eo. Verè fœnum eſt populus: [illegible] catum eſt fœnum, & cecidit flos: verbum autem Domini noſtri manet in æternum.* In quo autem manet v[illegible] ini [illegible]? An manet in populo, qui nec vt fœ[illegible] um floru[illegible] & viriditatem, & flores exuit, [illegible] ca [illegible] con[illegible]? Abſit: non e[illegible] inter [illegible] eres, vt [illegible] flores Deus moratu[illegible] & [illegible] At[illegible] ſt. ſerm. 4[illegible] de tem[illegible] ætat[illegible] *Omnis caro fœnum, & [illegible] flores [illegible] Quid ergo [illegible] cum fœnum aruerit, & flos de[illegible] um autem Domini, quod manet in æternum, [illegible] pueriti[illegible] ſuperba ætatis [illegible]* Deus [illegible] ſſe inter flor[illegible] dam ſuam ætatem Deo, & virtuti [illegible] po teſt,

Zeno. — Iſaiæ 40. — Auguſt.

teſt, non vult amari, niſi à Deo; hæc ſibi Deum habet aſſiſtentem. At quæ virentes, floridoſque annos ſuos negat Deo, veniet tempus, cùm tota illa viriditas exſiccetur, & flos decidat: tunc quid faciet? Si ad homines currat, ſpernetur: ſi clamat ad Deum, non facilè Deus ad cineres veniet illius, cuius florida ætas eum prorſus, & contumaciter ſpreuit. Vnde dicebat D. Zeno ſerm. de Pudicitia: Zeno. *Beata cum alludit in pueris, beatior cum adoleſcentibus lapſum ſolicitè timet, beatiſſima cùm in iuuenibus carnalia extinguit incendia. Sanè in ſenibus vt eſt honoranda ita miranda non eſt: quia licèt ſit victrix, tamen triumphi ſui palmam ſenectus cum vigore partitur.* Non miranda eſt caſtitas in ſenectute, præcipuè quæ in iuuentute deſpecta fuit, & inuiſa.

Daniel. 13. Exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt autem & ſenes aduersùs eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit. Cùm ergo audiſſent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum, vt viderent, quidnam eſſet. Poſtquàm autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam fuerat dictus ſermo huiuſcemodi de Suſanna.

§. XI.

De vera innocentia venit, quòd eadem circa omnes virtutis circumſtantias ſit.

NOn ſolùm laſciuis ſenibus reſiſtit Suſanna: ſed inſuper, *Exclamauit voce magna.* Rea enim cenſebatur perdendæ caſtitatis puella, quæ inter laſciuientium violentos aſſultus in ciuitate non exclamabat Deuter. 22. Ideò bona Suſanna, vt libidinoſos repellebat, vt mori magis, quam violari eligebat, ſic nec omiſit clamare, quo clariùs ſua innocentia conſtaret. Venit de vera innocentia, quòd nulli virtutis circunſtantiæ parcatur. Hinc lapſam virginem conuincebat D. Ambroſ. quæ violentiam ſibi illatam factam prætendebat. Ait enim cap. 4 *Sed dicis: Nolui hoc malum, ſed violentiam paſſa ſum. Reſpondebit tibi Suſanna. Ego inter duos Presbyteros poſita, inter duos vtique Iudices populi, inter ſyluas paradiſi conſtituta, timere potius quàm nec volui. Tu ab vno adoleſcente, in media ciuitate, quomodo vim poſuiſti perferre? Quis denique tuas voces audiuit? quis obluctationes ſenſit?* Non equidem vere obluctabatur illa. tuæ, quæ vocibus auxiliatricibus pepercit. Quiſquis enim veram virtutem ſectatur, eodem animo afficitur circa omnes eius probandæ circunſtantias. Hinc ad Deum dicebat Paulus epiſt. ad Hebr. cap. 1. *Tu autem idem ipſe es.* Hæc eſt enim quædam certiſſima veri Dei notio, quod in omnibus, quæ circa ſe ſunt, & quæ vltra ſe, idem ſemper inueniatur ipſe. Quò ſpectans Tertul. lib. de ſpectacul. ait: *Hæc eſt veritatis integritas, & quæ ei debetur diſciplinæ plenitudo, & æqualitas timoris, & fides obſequij, non immutare ſententiam, nec variare iudicium. Omnia autem ponis veritatem Dei fixa ſunt. Ethnicis, quia penes nulla eſt veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus, malum, & bonum pro arbitrio voluntatis, ac libidine interpretantur, alibi bonum, quod alibi malum, & alibi malum, quod alibi bonum. Sic ergo euenit, vt quis in publico vix neceſſitate veſicæ tunicam leuet, idem in circo aliter non exeat, niſi totum pudorem in faciem omnium iuſſerit. Vt & qui filiam virginem ab omni ſpurco verbo aures tuetur, ipſe eam in theatro ad illas voces, geſtuſque deducat,* &c. Quid pulchrius? Sapientiſſimè oſtendit notas innocentiæ, virtutiſve falſæ, vel veræ. Cui vera virtus deficit, ſeruat aliqua virtutum documenta, plura non ſeruat. Vt caſtitatis ſtudioſus, & pudicitiæ virginem domi ſeruat, ne quid ſpurcum audiat, ſed & ad theatrum illam ducit, vbi laſciuiſſimi cantus, & verba vndique reſonant. Vt veſicam vacuet, vix tunicam leuat, ſed in theatro totum corpus nudat ab omnibus videndum. Vbi eſt illa in primis pudicitia, & cautela? Planè non erat pudicitia, nec virtus, quæ non in omnibus circunſtantiis apparuit, ſed in pluribus defecit. Illa, ille eſt verarum virtutum, veræque innocentiæ integritas, *ſui debetur diſciplinæ plenitudo, & æqualitas timoris*, nimirum, quæ ſic plenè virtutum circunſtantias aſſumat, vt æqualiter timeat aliquam deſerere. Dicebant illi vitiorum veriſſimorum magiſtri Sap. 2. *Vnguenta nos impleamur, & non prætereat nos flos temporis.* Sap. 2. Quaſi inde voluptuoſorum integritas conſtaret, quòd nullus flos, nullus vnguentorum odor illis deficeret: ſed de plenitudine omnium voluptatum gauderent. Quæ verba magis virtutum ſtudioſis conueniunt, erga quos ſic debent eſſe affecti, ne percipiantur vno illarum flore deficiente minùs redolere: ſed de omni illarum plenitudine odorem ferant. Circa quæ ait D. Ambroſ. lib. 1. de Virgin. *Hic eſt odor, quem Iacob Patriarcha fragrauit, quando meruit audire Geneſ. 27. Ecce odor filij mei, quaſi odor agri pleni. Nam, licet plenus omnibus ferè fructibus Patriarchæ ſancti fuerit ager; ille tamen virtutem maiore labore generauit, hic flores.* Ambroſ. Et in tenellis hortulis, & in robuſtioribus plenitudinem ſemper requirimus: in robuſtioribus, plenitudinem fructuum; in tenellis ſaltem plenitudinem florum. Vt iam vera non ſit virtus, vbi prætermittuntur plures eius flores.

§. XII.

In fœminis non ſtat multiloquium cum caſtitate.

VIdeo Suſannam in auxiliatrices voces ire, dum ait Textus *Exclamauit Suſanna voce magna.* Vocem equidem emiſit caſta fœmina: ſed quando iuxta legem Deuter. 22. caſta fœmina debet voces dare. Alioqui non ſtat clamor, & multiloquium cum fœminarum caſtitate, ſed quando ad loquendum, vel à lege, vel ab authore legis Deo pulſatur. Dicebat illa Cant. 5. *Vox dilecti mei pulſantis. Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Cant. 5. Pulſabat ianuam Sponſus, quaſi oris oſtium in immaculata apertum nollet, niſi cùm ipſe pulſauerit. Vt dicat D. Ambroſius lib. 3. de Virginib. *Sponſus vult clauſam eſſe ianuam, cùm pulſat. Ianua noſtra os noſtrum eſt. Chriſto propemodum ſolidebet aperiri; nec aperiatur, niſi ante pulſauerit Dei verbum. Ideò ſcriptum eſt. Hortus conclaſus, ſoror mea Sponſa. Nec facilè aperiat os ſuum, nec vulgari deſignet eloquio.* Ambroſ. Expende hoc: *Nec vulgari deſignet eloquio.* quippe caſtæ fœminæ os non vulgari eloquio deſignandum eſt, ſed ab illis verbis noſcendum, quæ Deum pulſantem, & mouentem redoleant. Dicebat Ierem. cap. 9. *Audite ergo, mulieres, verbum Domini, & aſſumat aures veſtræ ſermonem oris eius. & docete filias veſtras lamentum, & vnaquæque proximam ſuam planctum. quia aſcendit mors per feneſtras noſtras.* Ierem. 9. Circa quæ ait D. Ambroſ. vbi ſuprà: *Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter, poſtremò, ſi, vbi non oportet, loquaris. Clauſa ſint igitur labiorum tuorum fores, & obſeratum maneat vera veſtibulum, tum fortaſſe reſerandum, cùm audieris Dei vocem, cùm audieris Dei verbum.* Ambroſ. Niſi enim vocante, & pulſante Deo non aperiat os ſuum caſta fœmina. Quò aſpiciens dicebat D. Paulus 1. ad Timoth. cap. 2. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum; ſed eſſe in ſilentio.* 1. Timoth. 2. Ecce tibi nihil magis commendat Paulus mulieri, quàm ſilentium: quaſi in eo ſit magnus fœminarum triumphus. Vt dicat D. Paulinus epiſt. 4. *Docere mulieres prohibentur, ac exaltato ſpiritu decreta ſapientiæ audiunt tacueri, & ſcientia caſtata diſſiliant. Profectò enim valeat ad confuſionem malorum, ſi videant mulierem, ſenſus ſuos ignorantia ſpecie, per ſilentium tegere, diſciplinam intellectus ſui verecunde habita conſiteri, vt non audeat ſerpens tentandam rurſus aggredi, deſperatione capienda.* Paulin. Dum enim fœmina degit ſub verecundo ſilentio, ſic aditum occludit ſerpenti, vt illam rurſus fallere deſperet.

§. XIII.

In multitudine malum.

NOtanter dicit, quòd exclamante Suſanna, *Exclamauerunt & ſenes aduersùs eam.* Pro virtute retinenda vna exclamat Suſanna, pro malo inferendo exclamauerunt & ſenes. Vix enim malum ſine multitudine venit.

Dicit

Geneſ. 2. Dicit Textus Geneſ. 2. *Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis, morte morieris.* Quæ verba ſic leguntur à
Chryſoſt. D. Chryſoſt. in præſentis: *Ex omni ligno quod eſt in paradiſo, comedens comede: ex ligno autem ſciendi bonum, & malum, ne comedetis ex eo. Nam quocunque die comederitis morte moriemini.* Quam lectionem ſecutus Philo Iudæus hanc in illa notat differentiam: quia, quando hortatur, vt ex omni arbore paradiſi comedat, vnicum hortatur: dum verò interdicit vſum arboris eius, quæ boni, malique cauſa dicitur, vt plures alloquitur. Illic enim inquit: Comederis comede. Hic: Ne comedatis. &, Quocunque die comederitis, moriemini. non dicit, Comederis nec morieris. Et cur in perſuaſione de ſingulari loquitur dicens: Comede: in interdictione autem loquitur de plurali dicens: Comederitis, moriemini? Equidem in interdictione iam aliquod peccati malum innoluit: ma-
Philo. lum autem plerunque magis è multitudine oritur. Ait Philo Iudæus lib. 3. Allegor. legis: *Dicendum igitur primum, vnum eſſe, quod bonum eſt; malum contra multiplex. adeò ſapiens vnus tantum reperitur, fatuorum multitudo innumera. Itaque meritò vnum hortatur ſummis virtutibus, multos verò vt à nimia calliditate abſtineant: hæc enim viuunt innumeri.* Nunquam enim malum non gaudet mul-
2. Cor. 11. titudine, in qua ſemper & adoleſcit, & viuit. Vnde Paulus 2. ad Cor. 11. de iis, quos inſtituebat ad virtutem ait:
Ambroſ. *Deſpondi enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Quò ſpectans D. Ambroſ. lib. 1. de Virginib. ait: *Hinc religio etiam nomen accepit. Virgo eſt, quæ Deo nubit. Meretrix, quæ Deos fecit.* Vnitate gaudebat virtus, vbi vitium intrauit, non potuit non gaudere multitudine. Trahe dicta ſupra tom. 7. lib. 17. cap. 5. §. 5.

§. XIV.

Malitia non ſatiatur damnis illatis.

QVi paulò antè Suſannam lenocinantibus verbis ad adulterium trahebant, ecce iam clamant aduerſus eam. Ait enim Text. *Exclamauerunt ſenes aduerſus eam.* Non contenti, quòd illam vellent fœdare adulterio; ſed & illam ad perditionem petunt. Neſcit equidem ſatiari ma-
Pſalm. 5. litia: ſemper in promptu eſt ad maiora mala inferenda. De omnium peſſimis dicebat Pſal. 5. *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* Expende illud: *Sepulcrum patens.* quippe hoc nouum in ſepulcris eſt, quòd pateant. Vbi enim cadauer receperint, ſtatim clauduntur, non ampliùs patent. At impiorum guttura non ſic, & mortuos faciunt, & recipiunt; nec tamen clauduntur, ſed ſemper patent, vt ma-
Opt. Mil. gis alios perdant. Ait Optatus Mileuitan. lib. 2. contra Parmenian. *Vos nec Deum timetis, nec fratres agnoſcitis, in corde linguæ nouiſſimo nouaculas lingua, & diuina præcepta calcantes in fratrum properaſtis interitum. Eſuriſtis honorem innocentium Sacerdotum. Vnde fuerit veſtra tanta fames inuenta eſt, vt guttura veſtra ſepulcra patentia feceritis? Vnicuique ſepulcro ſufficit vnum funus, & clauditur: guttur veſtro bonorum funera maximè ſufficiunt, & adhuc patet, dum aliquos quæritis deuorare. Vt meritò de vobis dictum ſit: Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* Seſe claudit ſepulcrum vno cadauere accepto: non ſic impiorum malignitas, ſed ſemper
Prouerb. 30. patet ad noua, & maiora mala inferenda. Prouerb. 30.
Salom. *Sanguiſugæ ſunt duæ filiæ, dicentes Affer, Affer. Tria ſunt inſaturabilia, & quartum, quod nunquam dicit, Sufficit. Infernus, &c.* Per ſanguiſugam intelligit Salomon Diaboli malignitatem: ait enim: *Sanguiſuga Diabolus eſt, qui ſemper ſanguinem ſitit id eſt, ad peccata homines trahere cupit, & ſitim peccandi inceſſanter accendit.* Sed appoſitè, in rem noſtram, Anaſta-
Anaſt. Nic. ſius Nicænus, quæſt. 41. omnibus illis verbis exprimit malitiam ipſius peccati ſatus: *Sanguiſugæ tres erant filiæ, id eſt, Peccato tres erant filiæ dilectæ, nempe, fornicatio, inuidia, idololatria. Hæ autem tres ipſam nunquam impleuerunt. Non enim ſemper completur per has actiones, hominem morte afficiens peccatum. Quarta autem nunquam contenta eſt dicere: Sufficit. nempe, quæ eſt in omnibus improba cupiditas. Nam, quemadmodum Infernus non ceſſat ſuſcipere animas hominum; ita neque amor peccati ceſſabit animas hominum conſtuprare, & corrumpere.* Non equidem peccati malitia quieſcit cum actionibus fornicationis, aut inuidiæ, aut idololatriæ: ſemper enim ad alias nocentiores progreditur.

§. XV.

Caſti animi hortus ſemper ſit clauſus, vt floridus, & fructifer ſit.

DE laſciuis, & perdendis ſenibus meritò dicitur: *Et cucurrit vnus ad oſtium pomarii, & aperuit:* vt impudicitiæ ſuſpicionem in Suſanna faceret. Apertum ſemper habet laſciuus hortum animi ſui: quæ enim caſta erat Suſanna, & de aperiendo horto nec cogitaret, quæ ſe memoria Dei obſignauerat. Quippe clauſura, & ſigillum ſemper caſtis animis placet. Ex quo dicebat Cant. 4. *Hortus* Cant. 4.
conclusus, ſoror mea Sponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Ecce tibi nec hortis, nec fonti comparatur caſta Sponſa, quibus non ſint & clauſura, & ſignacula. Vt enim & horti, & fontes non niſi de clauſura ſuam habent & claritatem, & præſtantiam: ſic animus caſtus de clauſura etiam ſuam habet claritatem. Ait D. Ambroſ. lib. 1. de Virginib. *Hortus concluſus, ſoror mea Sponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, eò* Ambroſ.
quòd in hortis huiuſmodi impreſſam ſignaculi imaginem Dei, ſynceri fontis vnda reſplendeat, ne volutabris ſpiritualium beſtiarum, ſpurſo cœno flumina turbentur. Hinc ille moralis ſeptus ſpiritu pudor, clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaque ſicut hortus furibus inacceſſus vitem redolet, fragrat oleam, roſam renidet, vt in vite religio, in olea pax, in roſa pudor ſacræ virginitatis eluceſcat. Et datur hortis clauſura, & fonti ſignaculum. Hortus enim, qui patens eſt, patet rapinæ, & conculcationi: ideò debet eſſe clauſus, vt in eo vernet omnigena ſpecies roſarum. Fons item patens beſtiarum inſultibus ſolet, & turbari, & fœdari, ideò illi ſigillum additur, vt cauens beſtiarum cœnulentos pedes, in vndarū puritate reddat pulchras accedentium imagines. Habent ergo caſtæ mentes hortum animi ſui clauſum: ſicque in eo nihil non floridum, non fructiferum patet. Habent etiam fontem ſui cordis obſignatum, quo factum eſt, vt imaginem Dei clarè, & purè in ſe ipſis referant. Hinc clamabat Dominus ad Sponſam Cant. 8. *Pone me,* Cant. 8.
vt ſignaculum, ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Et quanta vtilitas animæ ex iſto ſignaculo? Ait
Ambroſ. D. Ambroſ. ſupra: *Pone me, vt ſigillum, inquit, ſupra cor tuum, & velut ſigillum ſuper brachium tuum. quo ſignatorum prudentia tua, factorumque documenta premantur, in quibus figura Dei Chriſtus eluceat, qui paternæ ambitum exæquans naturæ, totum quidquid à Patre Diuinitatis aſſumpſit, expreſſit. Vnde Patris imaginem habemus in Filio, ſigillum Filii habemus in Spiritu. Hæc Trinitas ſignat nos, animas diligamus, ne quod accepimus pignus in cordibus noſtris, aut morum leuitas, aut vllius adulterii fraus reſignet.* Sic & bonorum operum fontem, munitum, cor Sponſæ iubebat obſignari, ne vllo cœnoſi pecoris veſtigio turbaretur; ſed magis ſummi Patris clariſſimè referret imaginem. Sed quo ſigillo debet anima obſignari, vt ſic florentem in ſe referat Dei imaginem? Profectò nullo alio ſigillo, quàm Trinitatis deificæ: vt totum ſit Dei, nihil noſtrum relinquat in operibus, quæ ex nobis ſolent obſcurari, fœdari. Diceba-
Prouerb. tur enim Prouerb. cap. 30. *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ,* &c. Circa
Galfr. quæ ait Galfridus in Allegor. Tilmanni: *Peſſima mater, voluntas propria: cuius ſunt duæ filiæ non degeneres, iniquitas, ſcilicet, & voluptas. Hæc animam inquinat: illa contrahit, & quodammodo rugat. Nos ergo non putemus ſufficere nobis, ſi facinorum rugas, & flagitioſam maculas declinamus. Oportet, vt nec huiuſmodi aliquid inueniatur in nobis, non ſermo, non habitus, non aſpectus, non etiam cogitatus ipſe laſciuum aliquid te dolere videatur.* Horum equidem cœnulenta veſtigia fontem cordis turbabunt, niſi ſub vnius Dei ſigillo maneat obſignatum.

§. XVI.

Silentium opportunum efficacius ſolet eſſe multis verbis ad victoriam.

ACcurrentes ſerui ſolos ſenes audiunt loquentes: dicit enim Textus: *Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui,* &c. Senes loquebantur malum de Suſannæ teſtimonium: Suſanna tacebat, erubeſcebant ſerui. Et cur loquentibus ſenibus non dicitur Suſanna locuta?

Cur

Cur magis ipſa tacebat? An, quia aſſentiebatur eis? Abſit: imò nullum efficacius telum aduerſus illos poterat contorquere, quam caſtum, & verecundum in illa re ſilentium. Ad hæc D. Ambroſ. lib. 1. Officior. cap. 3. ait: *Eſt magnum, & negotioſum ſilentium, vt erat Suſannæ, quæ plus egit tacendo, quàm ſi eſſet locuta. Tacendo enim apud homines, locuta eſt Deo. nec vllum maius indicium ſuæ caſtitatis inuenit, quàm ſilentium. Conſcientia loquebatur, vbi vox non audiebatur; nec quærebat pro ſe hominum iudicium, quæ habebat Domini teſtimonium.* Non otioſum ſed negotioſum erat Suſannæ ſilentium: etſi enim videbatur tacens quieſcere, at illo ſuo ſilentio feliciſſimè aduersùs hoſtes pugnabat, eóſque falſitatis conuincebat. Nouit ſemper feliciter pugnare opportunum ſilentium. Iob 1. audio crudeles nuncios à Diabolo miſſos, qui illum expugnarent, ſic: *Nuncius venit ad Iob dicens: Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, & tulerunt omnia, & pueros percuſſerunt gladio, & euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues, pueróſque conſumpſit, & effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Sed & illo adhuc loquente, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percuſſerunt gladio, & ego [illegible]*, &c. Sic ſuccessu [illegible] contra hunc [illegible] conſtringebant: interea tamen nullum Iobi auditur verbum. Cur, Iobe, inter adeò crudelia verba non emittis verbum aduersùs hoſtes, ſed in agis [illegible] eorum tamen tacere? Sapienter elegit Iob ſilentium, quo non quieſcebat deſidioſus, ſed ardentiſſimum aduersùs hoſtes bellum gerebat. D. Zeno ſerm. de [illegible] ait: *[illegible] nouum, ac penè incredibile committitur prælium. Vltra [illegible] pugnat, ſed Iob diſſimulando plùs pugnat.* Non erat Iobi ſilentium otioſum, ſed negotioſum: plùs tacendo pugnabat, & non [illegible] telis configebat hoſtem. [illegible] quidem [illegible] opportunum ad victoriam, efficacius contentiſſima voce Luc. c. 2. peperit Maria Filium ſuum, & reclinauit eum in præſepio. ecce Angelus deſcendit de cælo, & ad paſtores loquitur dicens: *Quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Dominum.* Et inter tot Angelorum voces Puerum manifeſtantium ipſe Puer ſilebat. Et quando vtcunque miraculum eſſet, quòd Angeli venirent, & apparerent loquentes ad paſtores, aut quod puer loqueretur, & ipſe per ſe natiuitatem ſuam reuelaret paſtoribus, cur magis ipſe voluit ſilere, & quod Angeli loquerentur? Erat equidem ſilentium pueri efficacius ad victoriam contentiſſima totius cæleſtis militiæ voce. D. Baſil. Sel. orat. [illegible] ait: *Tantis ſunt teſtes, [illegible] conticeſcit. nouit enim opportunum ſilentium in contentam vocem erumpere.* Quid pulchriùs? Plus quam contentiſſimæ voces perſuadet ſilentium opportunum.

§. XVII.

Virtutes non tam probantur verbis, quàm ſilentio.

LOquebantur equidem ſenes turpia contra Suſannam, dicente Textu: *Poſtquàm autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt serui vehementer.* Nec dicitur Suſanna locuta fuiſſe. Cur, Suſanna, non loqueris? Audis, te adulteram prædicari à ſenibus, vt erubeſcant tui ſerui, & taces? Cur non magis clamas, tuamque notiſſimam honeſtatem prædicas? Ait D. Ambr. lib. 1. Offic. c. 3. *Nec vllum maius indicium ſuæ caſtitatis inuenit, quàm ſilentium.* Equidem inter tot turpia eloquia [illegible] euidens argumentum erat virtutis internæ. Matth. 27. [illegible] de Ieſu dicit: *Cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.* Inter incon[illegible] voces accuſatorum, inter innumera hoſtium teſtimonia falſa tacebat Ieſus, nec vllum dabat pro defenſione ſua verbum. Et cur vel tunc magis ſuas & diuinas, & regias virtutes [illegible] mebat? D. Ambr. lib. 10. in Luc. de hoc C[illegible] ait: *[illegible] tamen præſtantiſſimum, quod maluit Regem [illegible] [illegible]* [illegible] git verba, abſtinuit à voce, & clamor[illegible] teſtimonia, quo magis, & eu[illegible] probabat regnum, & [illegible] ab om[illegible] peccati. D. Aug. [illegible] 138. de temp. *Melior eſt cauſa [illegible] defenditur, & prolatur [illegible] plenior iuſtitia, quæ non verba [illegible], ſed [illegible] fulcitur. Taceat lingua ne-*

ceſſe eſt, vbi ipſa veritas ſibi adeſt. Nolo ſic defendi iuſtitiam, [illegible] ſolet iniquitas excuſari. Pro iniquitate excuſanda Rhetorum accedant flumina. Virtus ſola ſua veritate gaudet probari.

§. XVIII.

Magis propria conſcientiæ, quàm lingua fidendum.

ADhuc noto, quòd ſenes loquantur contra Suſannam dicente Text. *Poſtquàm ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſerui.* Et non dicatur Suſanna, aut erubuiſſe, aut locuta fuiſſe verbum. Meritò enim Suſanna in illo conflictu abſtinuit à verbis, quæ innocentiam ſuam proclamarent, contenta teſtimonio propriæ conſcientiæ. Sic iuſti debent magis propriæ conſcientiæ fidere, quàm verborum teſtimoniis. Dicebat Pſal. 38. *Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis.* Cùm ſibi obloquentes pateretur hoſtes, bonus ſilebat. Illi mala aduersùs eum proclamabant: ipſe conſcius bonorum operum, nullum dicebat, ſed magis ſilebat. Cur hoc? Quia magis fidebat propriæ conſcientiæ, quam verbis. Ex quo ait D. Ambroſ. lib. 1. Officior. cap. 5. *Iuſte eſt diſſimulare, nihil loqui, tenere bonum ſinceræ conſcientiæ, plus committere bonorum iudicio, quàm criminantis inſolentia, [illegible] eſſe grauitate morum [illegible]. Hoc eſt enim ſilere à bonis, quia [illegible] falſis non debet moueri, nec æſtimare plus ponderis in alieno eſſe conuicio, quàm in ſuo teſtimonio.* Docet [illegible], iuſtum contentum eſſe grauitate morum, & conſcientia bonorum operum, quæ potens eſt conuincere [illegible] calumniatorem. Sic 2. Reg. 16. Semei cum iniuriaretur in David, & tantus Rex vocabatur *vir ſanguinum*, hoc eſt, homicida, à vili homuncione. Tacebat tamen ſanctus Rex plùs fidens conſcientiæ propriæ, quam verbis defenſionis. De quo ait D. Ambroſ. lib. 1. Officior. cap. 6. *Ibat ergo Rex tanquàm mutus, & humiliatus; ibat tacens, nec mouebatur, cùm vir appellaretur ſanguinis, qui erat conſcius propriæ manſuetudinis. Non ergo mouebatur conuiciis, qui abundabat bonorum operum conſcientia.* Cui abundabat bonorum operum conſcientia, non mouebatur conuiciis talibus, nec ad conuicia attendebat; ſed magis ea deſpiciebat tacens. Vt pergat D. Ambroſ. ſtatim: *Itaque is, qui citò iniuria mouetur, facit ſe dignum videri contumelia, dum vult eam indignum probari. Melior eſt itaque, qui contemnit iniuriam, quàm qui dolet. Qui enim contemnit, quaſi non ſentiat, ita deſpicit. qui autem dolet, quaſi ſenſerit, torquetur.* Sic ibi.

§. XIX.

Inter medias iniurias maximè à lingua cauendam propria.

DIcit Text. *Poſtquàm locuti ſunt ſenes, erubuerunt ſerui.* Et bene non dicitur ibi locuta fuiſſe Suſanna docens nos ſancta fœmina, vt inter iniurias maximè à lingua noſtra, ne exorbitet, timere debeamus. Ait Pſal. 90. *Ipſe liberauit me à laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Symmachus legit: *A verbo irritationis*, alij legunt, *à verbo perturbationis*. Quippe inter auditas iniurias, verba prodeunt ab animo irritato, & commoto, & exaſperato, & inde timeri debent illa verba, ne ſint laquei, qui nos in mortem trahant. Pro quo dicebat D. Ambroſ. lib. 1. Officior. cap. 4. *Non immeritò Propheta dicit: Quia ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero. Symmachus, irritationis verbum dixit, alij perturbationis. Laqueus aduerſarij eſt ſermo noſter; ſed etiam ipſe nobis [illegible] aduerſarius eſt noſter. Loquimur plerunque, quod inimicus excipit, & quaſi noſtro gladio nos vulneret. Explorat aduerſarius noſtra arma & concutit ſua tela. Si viderit irritari me, ſubicit aculeos, vt fomenta iurgiorum excitet. [illegible] propoſuit vindictæ poſſibilitatem, vt dum vindicare cupis, [illegible] infeceris laqueo, & nodum mortis adſtringas.* Hoſtis noſter nos facit iniuriis, & contumeliis peti, vt irritati, & perturbati, & exaſperati prorumpamus in verba, in quibus laqueus ſit: nullibi enim periculoſior laqueus eſt, quàm in verbis noſtris, ſi ab animo irritato procedunt. A quo laqueo ille ſolus liberatur, qui inter iniurias nouit tacere. Vt dicat Eccleſiaſtic. c. 6. *Beatus, qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vin-*

Marginal notes (left): Ambroſ. — Iob 1. — Zeno. — Luc. 2. — Baſil Sel. — Ambroſ. — Matth. 27. — Ambroſ. — Auguſt.

Marginal notes (right): Pſal. 38. — Ambroſ. — 2. Reg. 16. — Ambroſ. — Pſal. 90. — Symmach. — Ambroſ. — Eccli. 28.

cul[illegible] ſuis [illegible] ligatus. iugum enim illius iugum ferreum eſt, & vinculum illius vinculum æreum. Mors illius mors nequiſsima, & vtilis potius Infernus quàm illa. Eſt equidem [illegible] vinculum ferreum, quod nos trahit in mortem nequiſsimam, & ducit ad quamlibet alta pœna. Ideo ſtatim mittit idem Eccleſiaſticus: *Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & oris tui facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum, & argentum tuum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.* Magna equidem attentio neceſſaria eſt homini, cùm [illegible] prouocatus reſpondet, ne verba exundent, & in [illegible] inſanabiles caſus deueniat. Adhibe tu [illegible] ori frænum, ne verba exorbitent, & [illegible] peccat. Quò ſpectans D. Ambroſ. lib. 1. [illegible] ait: *Alliga ſermonem tuum, ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio peccata ſibi colligat. Sit reſtrictior, & [illegible] coatur. Cito lutum colligit amnis exundans.* Quid pulchrius? Puriſsimus, deſæcatiſsimúſque currebat amnis intra alueum ſuum: at colluuione facta cœpit exundare, & limites ſuos tranſilire: & ecce tibi totus luteus factus eſt. Nec miror: vt proprios limites tranſit, non poteſt non lutum vndequaque colligere. Sic verba, ſic lingua, ſi exorbitent, ſi exundent, neceſſum videtur, vt illuibiles fœditates incurrant.

§. XX.

Difficiliùs lingua, quàm luxuria comprimitur.

ACcuſabant acriter Suſannam ſenes, dicente Textu: *Poſtquam locuti ſunt ſenes, erubuerunt ſerui vehementer.* Ad accuſationes ſenum, & clamores aduerſùs Suſannam erubeſcunt ſerui, & tacet Suſanna, nec vllum eius verbum exprimitur. Et quæ ſollicita ad adulterium locuta eſt, & reſpuit ſenum nefarios conatus dicens: *Melius eſt mihi incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* cur modò accuſata de adulterio nullum verbum dicitur emiſiſſe; ſed magis tacuit? An imbecillior inueniebatur in hoc ſilentio, quam in adulterio refutando? Abſit: imò quia poſt refutatum adulterium fortior, & conſtantior facta eſt, inter falſas accuſationes, & iniurias tacuit, vt quæ difficilius certamen ſuperabat: difficiliùs enim lingua comprimitur, quam laſciuæ concupiſcentiæ frænantur. Ad hæc dicebat Clemens Alex. lib. 5. Stromatum: *Anacharſin quoque Scytham accepi dormientem, ſiniſtrà quidem continuiſſe pudenda, os autem dextera: ſignificantem oportere quidem vtrunque, ſed maius eſſe linguam cohibere, quàm voluptatem.* Ecce tibi Anacharſis, Philoſophus Scytha, vt lepido ſymbolo ſignificat, & voluptatem, & linguam eſſe continendam, ſed difficiliùs linguam. Dormiens enim cohibebat pudenda ſiniſtrâ, quæ imbecillior eſt, os autem dexterâ, quæ robuſtior. Hinc Prouerb. 7. de voluptuoſo iuuene locutus Textus dicit: *Quaſi agnus laſciuiens, & ignorans, quòd ad vincula ſtultus trahatur.* Cùm dicit vincula, ex Græco intelligit laqueos illos, ſiue funes, quibus ſtrangulantur ſontes. Et ſimiliter Eccleſiaſtes cap. 7. locutus de voluptate ſub nomine meretricis ait: *Vincula ſunt manus eius.* At cùm de lingua agit Eccleſiaſticus cap. 28. dicit: *Beatus eſt, qui tectus eſt à lingua nequam: qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non eſt ligatus: iugum enim illius iugum ferreum eſt, & vinculum illius vinculum æreum eſt.* Compone modò voluptatem, & linguam. Vtraque dicitur habere vincula, quibus homines illaqueat. Sed voluptas dicitur habere vincula ſimplicia, quæ non excedant funes, quibus rei ſtrangulantur. Verum, vbi de vinculis linguæ loquitur, illud addit: *Iugum illius ferreum eſt, vinculum illius vinculum æreum eſt.* Vt enim ferrum, æſque difficiliùs [illegible] ſumpitur, quam linea fila: ſic difficiliùs cauentur linguæ vincula, quàm voluptatum. Quò forſan ſpectans Nazianzenus in carmine de ſilentio, ait:

> *Ergo etiam arcta meis mittes vincula verbis,*
> *Ne poſthac nimia garrulitate cadam.*
> *Non homicida labore caret, mœchúmque libido*
> *Territat: eſt adeo ſuribus, atque Diis.*
> *At linguam nemo properantem ad verba repreſſit.*
> *Non nox, non ſcopulus, non homo, non flumen.*

Sunt labores ex ipſis malis operibus orti, qui ſoleant homines vitioſos reprimere. Sic adulterû terricula multa, ſic homicidam difficultates, pericula. Sunt & alia quædã, quæ [illegible] extinxerût libidinê. D. Franciſcus inter globos niuis; Benedictus inter ſpinas voluntantur, quibus [illegible] ſupharunt de libidine. *At linguam nemo properantem ad verba repreſſit. Non nox, non ſcopulus, non homo, non flumen.* Compertum eſt apud Patres, Noemû, & filios eius caſtiſſime in arca vixiſſe, adeò vt vel à licitis amplexibus abſtinerent. Sed cùm primùm ab arca exierunt, & Noe pater vino madidus iacuiſſet, ait Textus Gen. 9. *Quod cum vidiſſet Cham, pater Chanaan, verenda, ſcilicet, patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras.* Et dum patris maculam lingua vulgat, maledictioné patris incurrit dicentis: *Maledictus puer,* &c. Circa quæ ait D. Ephr. in Aſcetica, de linguæ malo. *Quæ de cauſa Chanaan in maledictionem æternam incidit? Nonne ideo, quia ioſtum irriſit? Neque enim ob aliud facinus aliquod graue damnatus eſt, ſed ob leuê irriſionem, in horrendam illam ſententiam incurrit, & propter petulantiam linguæ, tam acerbas pœnas dedit. Munda erant cogitationes eius, ſed os eius ipſum perdidit.* Expende hæc. *Munda erant cogitationes eius, ſed os eius ipſum perdidit.* Quippe vſque adhuc potuerat frænare cogitationes caſtitatis, munditiciique vinculis, ſed non potuit frænare linguam.

Gen. 9.

Ephrem.

§. XXI.

Præſtantia fœminæ ex bona opinione, & fama.

ECce tibi quod facit ad magnam commendationem Suſannæ, nimirum, quod ait: *Quia nunquam fuerat dictus ſermo huiuſcemodi de Suſanna.* Quanta præſtantia, & quam certa caſtitas fœminæ, cui nec domi vnquã obloquuta fuit fama. Crede mihi: ſi quando ſuccubuiſſet laſciuiæ, nihil priùs prodigeret, quam famã. Luc. 7. de Magdalena dicebat: *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Non equidê nobilis puella, & innubilis, & fratre Lazaro cuſtodita publicê proſtituebatur: ſed, vt in re laſciuiæ aliquid furtim peccarat, facinoris infamia non potuit non implere ciuitatem. Præclarè enim canit Prud. in Pſychomachia:

Luc. 7.

> *Venerat occiduis mundi de finibus hoſtis*
> *Luxuria, extincto iam dudum prodiga famæ.*

Prudent.

Quippe vbi luxuria eſt, nihil facit priùs, quam bonam famã extinguere auditione malæ. Hinc eſt, quod integram præſtantiam, & morû pulchritudinem fœminarum nihil ſic demonſtrat, vt bona earum fama. Dicebat Cant. 6. *Pulchra es, amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem.* Septuag. legunt: *Pulchra es, proxima mea, ſicut beneplacitum; decora, ſicut Ieruſalem.* Et D. Ambr. in rem præſentem legit: *Formoſa es, proxima mea, vt bona opinio, pulchra, vt Ieruſalem.* Quaſi nulla præſtantia, nulla morum pulchritudo ſtare poſſit in fœmina ſine bona opinione, & fama. Hæc fœminas formoſas facit, & turpes, ſi abſit. Vt dicat D. Ambr. lib. 1. de Virg. *Non caducæ itaq; corporis pulchritudo, vel morbo peritura, vel ſenio, ſed nullis obnoxia caſibus bonorum nunquam moritura meritorum virginibus eſt decori.* Tota, & integra pulchritudo morum, in caſta fœmina componitur ex bona opinione.

Cant. 6.
Septuag.
Ambroſ.
Ambroſ.

CAPVT V.

Suſanna damnatur.

TEXTVS HISTORIA.

ILLuxerat dies, & rumor de Suſannæ flagitio à ſenibus [illegible] frequentiſsimum pop[illegible]um in Ioachimi domum traxerat, vt [illegible] addiſceret veritatem. Adfuerunt & duo ſenes fraudulenta conſilia meditantes aduerſus Suſannam, vt illam, ea lege, populi manibus opp[illegible]. Et congregato populo ambo ſenes ſimul, ac teſtes [illegible]. Suſanna [illegible] quæ venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis [illegible], vt ſi qua [illegible] via ad ſalutem aperiretur [illegible], vel etiam vt illam quaſi iam damnatam & mortuam, ad ſepulturam attraherent [illegible] omnes ſui ob tantam, tamque inopinatam calamitatem,

quæ

Ambroſ.

Clem. Alex.

Prouer. 7.

Eccleſ. 7.

Eccli. 28.

Nazianz.

quæ etiam ab alienorum oculis lacrymas extorquebat. Tunc accuſatores imponunt manus capiti Suſannæ, quaſi id execrabile foret, admiſſo tanto facinore, quod iis, quanta maxima probabilitate potuerunt, confictum pertexunt, veris falſa miſcentes, vt ex illis fidem acciperent. A veris incipiunt dicentes, vt illa ingreſſa pomarium cum duabus ancillis, vt dimiſit puellas, vt oſtia pomarij claudere iuſſit, vt illi accurrerunt. Totum hoc verum: ſed illa falſa; quòd ancillas dimiſerit, vt ſuus amores potiretur, quòd congreſſa fuerit cum adoleſcente; quòd hic potentior viribus à ſenibus manibus per apertum oſtium elapſus fuerit. Attamen populus credidit eis, tanquàm ſenibus, & iudicibus, qui nihil contra innocentem mentirentur; & condemnauerunt Suſannam ad mortem, tanquam adulterij conuictam, & adulterarum ſupplicij ream. Suſanna autem nihil eis reſpondit, nec vllum ad tam iniquos Iudices verbum fecit: ſed conuerſa ad Deum coram illo, cum iuramento teſtatam fecit ſuam innocentiam.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

Iam ſenes ex amatoribus accuſatores effecti, quam pudore ſpoliare non putetant, vita priuare decernunt. Sic facinora creſcunt, & à minoribus ad maiora perueniunt.

Daniel. 13. Et facta eſt dies craſtina. Cúmque veniſſet populus ad Ioachim, virum eius, venerunt & duo Presbyteri, pleni iniqua cogitatione aduersùs Suſannam, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Suſannam, filiam Helciæ, vxorem Ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis.

§. I.

Domus Dei, quæ Domus eſt vitæ, damnatiſſimè fit domus mortis.

ET nunc in domum Ioachimi venit populus, veniúntque pariter duo ſenes, cùm dicat Textus: *Cum veniſſet populus ad Ioachim, virum eius, venerunt & duo Presbyteri pleni iniqua cogitatione,* &c. Vt enim domus Ioachim erat domus clariſſimi, & ditiſſimi hominis, ad quem vniuerſi Iudæi concurrebant, vt multa inde commoda ſibi traherent, imò & Iudices ibi iura dabant: ſic & nunc in eam veniunt, quando iniquiſſimo facinore eam Iudices nitebantur turpare. Proh infame hominum facinus! Illam ipſam domum, quæ vobis toties commoda fuit, a qua & honorem, & authoritatem accipiebatis, nunc audenter ingredimini, cùm ei tantam maculam inurere tentatis? Sed vtinam ſimile facinus non lugerem quotidie in populo Chriſtiano, qui domum illam Dei, in qua fontes vitæ, & ſalutis manant, plenus iniquis cogitationibus adit, vt inde mortem trahat. Monebat D. Paulus 2. ad Timoth. 2. *In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem deſideria fuge.* 2. *Timoth.* 2. His doctus Timotheus, quòd in domo Dei, ſicut in magna Principis domo, neceſſum ſit, vt vaſa in honorem, & vaſa in contumeliam inueniantur, à quibus ſeparari debet qui Deo obſequium amat præſtare; ſtatim admonetur, vt iuuenilia deſideria fugiat. Et qualis hæc conſequentia? Quid iuuenilia deſideria cum vaſis illis, qui in domum Dei ad contumeliam veniunt? Multùm ſanè conueniunt: vaſa enim in contumeliam ſunt iuuenes illi, qui in domum Dei veniunt, vt ibi deſideria carnis ſatient. Quò ſpectans D. Aug ſer. 246. de Temp. ait *Nec vos, fœminæ adoleſcentulæ, alienum à vobis arbitremini hunc eſſe ſermonem. Ad vos enim, non tamen vt confundam vos, hæc dico, ſed vt filias* *Auguſt.* charißimas moneo. *Iuuenilia deſideria fugite: nupta Suſannam, vidua Annam, virgines Mariam cogitate. Nec in pœnitentiam propterea procedatis, vt florem ſuum ad oculos hominum oſtentare, incipientes in domo vitæ mortem quærant.* Equidem mortem quærit, & mortem inuenit in domo vitæ, qui Eccleſiam Dei adit, vt laſciua deſideria ſatiet. Quanta hæc infelicitas hominis. In domo, quæ vita, ſalutaribuſque commodis ſcatet, mortem mercari. Leuit. cap. 10. *Arreptiſque Nadab, & Abiu, filij Aaron, thuribulis, impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram Deo ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egreſſúſque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui ſunt.* *Leuit.* 10. Qui ignem alienum mittunt in locum ſanctum, nimirum, ignem carnalis concupiſcentiæ, in domo vitæ, mortem metunt. Ad hæc dicebat D. Nazianzenus carmine ad Epiſcopos:

Quin etiam ſanctis prolis me terret Aaronis,
Quæ, quia non ſolitum ſacris admouerat ignem, Nazian.
Protinus illic in sacris quoque morte perempta,
Sacrariúmque locus mortis locus extitit idem.

Vbi in locum ſanctum alienus ignis introductus eſt, ſacrorum locus mortis locus extitit, & e loco, vnde per ſacrificia rite oblata mille ſalutes oriebantur populo, hi præſentiſſimam mortem tulerunt. Nec mirandum eſt, quòd mortem inuenias in loco ſancto, quando tu ibi fæculentiſſimam laſciuiam exerces. Dicebat Pſal. 140. *Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo.* *Pſal.* 140. Sic ingredientium domum Domini orationes debent, ſicut incenſum fumare. At laſciuorum deſideria ibi non ſicut incenſum fumant, ſed ſunt vel fumus ipſiſſimus, qui ignem trahit. Circa quæ ait D. Chryſ. hom. 4. in Matt. *Quod ſi non incenſum, ſed mordaciſſimus abs te, ac grauiter olens fumus aſcendat, quo hoc ſupplicio dignus erit? Quis autem iſte fumus eſt tuum genium, quàm moleſtus? Multi ad fœminas mulierum aſpiciendas, ad adoleſcentularum pulchritudinem curioſius intuendam in Eccleſiam veniunt: deinde non miraris, quomodo vndique fulmina non deferuntur, quomodo cuncta funditus non euertuntur.* Chryſoſt. Quippe lethale eſt, quod ideo domum Dei intres, vt ibi deſideria carnalia paſcas. Nec id fieri ab hominibus credo, ſed à belluis. Act. c. 1. *Vbi manebant Petrus, Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus,* &c. *Actor.* 1. Manebant itaque Apoſtoli orantes in cœnaculo, vnà cum mulieribus, nec domo, nec loco ab illis ſeparati. Et quando tunc Apoſtoli, & mulieres ſimul eodem loco manebant orantes, cur modò tanta in Eccleſiis cautela eſt, vt à viris mulieres loco ſeparentur? Rem explicat D. Chryſoſt. hom. 74 in Matth. *Apoſtolorum etiam tempore vnà viri, & mulieres orabant, & mulieres vt oportet mulieres, & viri ſimiliter viri erant. Nunc è contrario mulieres quidem meretricum ſibi mores aſſumpſerunt, viri autem furorem equorum imitantur.* Sic ibi. Chryſoſt.

§. II.

Laſciuia alia ſibi facinora ſolet adiungere.

QVi modò cum Suſanna loquebantur de voluptatibus adimplendis, iam de Suſanna perdenda loquuntur: dicitur enim: *Venerunt & duo Presbyteri, pleni iniqua cogitatione, aduersùs Suſannam, vt interficerent eam.* Modò laſciui, iam homicidæ: nequit enim eſſe ſola laſciuia, ſed & alia ſemper peccata accumulat. Quò ſpectans Paulus ad Rom. 6 dicit: *Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.* *Rom.* 6. Notanter carnalis peccati regnum vocauit: quia in regno non ſolus eſt Rex, ſed & alios ſibi ſubditos adiungit, quibus ſtipatur. De quo ait Orig. hom. 1. 10 Ierem. *Non poteſt aliquod regnum dici, niſi quod ſub ſe contineat nationes. Verbi gratia, dictum ſit, Regnat fornicatio in homine peccatore, neceſſe eſt, vt regnum fornicationis habeat gentes ſuas, & illud ipſum generat delictum auaritiæ, & fraudis, quæ vix aliquis immunis eſt.* Orig. Ecce tibi: nequit luxuria ſola inueniri: ſemper alia nocentiora gignit, & ſibi adiungit. Numer. cap. 25. *Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua.* *Numer.* 25. Parum eſſet, ſi in fornicatione corporali ſiſterent, & non tranſirent ad idololatriam. Sed illa ipſa luxuria, qua exardeſcentes currerunt ad puellas Moabitas, illos ad idololatriam impulit. Circa quæ ait D. Ephrem ſerm. de Antechriſto:

tichriſto, *Vidiſtis iniquitatum magnitudinem, & intentionemque malignam quæ ... ſimul ... odit ... Videtis ... aliquis ... tam impudens flagitium, ſi ... ancipitem gladium tenentem? Nam duplici*
Ephrem. *morte, vtraque acerbiſſima, perimebant mulieres eos, qui ad ſe ingrediebantur ... ſcilicet, nefarioque concubitu.* Non vna morte nec vno peccato pelnimi illi contenti erant, ſed vt erant luxuriæ pleni, ſimul ad fœminas currebant, & Dæmonis ſacrificabant.

§. III.

Luxuria crudelitatem generat.

QVam laſciuè amauerant, nunc crudeliter intendunt ... perdere, dicente Textu: *Venerunt duo Presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam, vt interficerent eam.* Sic de amatoribus crudeles accuſatores fiebant: ſolet enim laſciuia talem crudelitatem mentibus humanis inſerere. Accipite vocem voluptuoſorum hominum Sap. c. 2. *Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum*
Sap. 2. *ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtrûm exors ſit luxuriæ noſtræ. vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors. Opprimamus pauperem iuſtum,* &c. Expende modò, a quo incipiant, & ad quod deueniant. Incipiunt a fomentis luxuriæ, & inde immediatè tranſeunt ad crudelem oppreſſionem pauperum. Quid enim priùs naſcatur a luxuria, quàm crudelitas? Ad hæc D. Aug. ſer. 246. de temp. *Ex hac enumeratione libidinum, & putredinum,*
Auguſt. *& vermibus flagitiorum, vide, in qua ſæuitia, & in quàm immania ſcelera proſiliunt. Exhauſit enim, atque ſubmerſit immoderatorum delictorum turpium corruptela, Opprimamus, inquiunt, pauperem, & iuſtum.* A luxuria ad crudeliſſimam immanitatem veniunt. Omnia laſciua, & voluptuoſa animo concipiunt, & pariunt homicidia, & tormenta aduerſus innocentes. Pergit Auguſtinus, & pulcherrimè, & ſapientiſſimè: *Quid mollius, quàm illa luxuria? Quid durius, quàm ipſa crudelitas? ... dudum dicebant: Fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, & non prætereat nos flos temporis, & vbique relinquamus ſigna lætitiæ. nunc dicunt, Opprimamus pauperem. Circumueniamus iuſtum, & tormentis interrogemus eum: morte turpiſſima condemnemus eum ... ſequitur furor, vnguenta tormenta, ſanguis roſas, ira lætitiam.* Sic de laſciuis mentibus nihil prius oriebatur, quàm furor, ira, tormenta, ſanguinis effuſio. Vt vis clarius pateat luxuria ex alio, quàm ex crudelitate. Hinc Mar-
Marc. 6. ci cap. 6. *Miſſo ſpiculatore Herodes præcepit afferri caput Ioannis in diſco.* Quod ſtupens Andr. Cretenſis in ſer. de decoll.
Andr. Cret. Ioannis, ait ad Herodem: *Si quid ex tuis malis erat occultum, id aduerſus te manifeſtum reddidiſti, tade aperiens flagitium, cuius arguebaris. Tu igitur dum eadem facis, argueris libidinis.* Quid pulchrius? Non potuit latere Herodis libido, vbi crudelitas eius patuit in cæde Baptiſtæ. Tanta enim crudelitas, niſi a voluptuoſo homine non poterat oriri. Et de Herodiade petente caput Ioannis ait D. Fulgent. ibi: *Pro-*
Fulgent. *ducitur laſciua carnifex fœmina. Mollis progreſſu puella procedit, homicidium petitura & adultero placitura.* Sic inter laſciuos apparent gratæ bonorum cædes.

§. IV.

Amor in parentes in nullo magis ſplendet, quam in pectore caſto.

IVbent ſenes, Suſannam afferri in iudicium, dicentes: *Mittite ad Suſannam, filiam Helciæ, vxorem Ioachim. Et venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis.* Etiam in iudicio adulterij Suſanna, filia Helciæ vocatur, & a parentibus, & cognatis ſtipatur, quo apertiſſimè eius caſtitas notabatur. Non enim niſi caſta talis in parentes fuiſſet, quod meruiſſet eorum in hac afflictione comitatum. Exod. 20. habes propoſitam legem Decalogi, qua iubemur Deum diligere, non iurare, Sabbatha ſanctificare, parentes colere, & honorare. Quibus præceptis firmandis vicinum ſubiicitur illud: *Non mœchaberis.* Et cur præceptis de Deo colendo, de parentibus honorandis adeò proponitur vicinum præceptum de fornicatione vitanda, de caſtitate ſeruanda? Sane vt firmaretur honor in Deum, & parentes, neceſſariò excludenda mœchia videbatur vt inimica caſtitatis, a qua ille firmatur. Ait Tertul. ... *Poſt*
Tertul. *interdictam alienorum Deorum ſuperſtitionem, & ... idolorum fabricationem: poſt commendationem Sabbathi venerationem, poſt imperatam in parentes ſecundum à Deo religionem, nullum aliud in ea ... titulis firmandis, muniendiſque, ſubſtruxit præceptum, quàm, Non mœchaberis.* In quo pectore firmandus erat affectus in Deum, & parentes, neceſſariò debebat pudicitia regnare, & mœchia inde prorſus eliminari. Vnde
Luc. 15. clamabat ille Luc. 15. *Non ſum dignus vocari filius tuus: fac me, ſicut vnum de mercenariis tuis.* Et cur non filium, ſed mercenarium vult haberi? Cauſam indigitat Textus paulò antè dicens de illo: *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe.* Luxuria fecit, ne filium ille ageret erga patrem
Chryſol. ſuum. Ait Chryſol. ſer. 2. *Hic ergo adoleſcentior, quia perdiderat, quod erat naturæ, indicat ſe, quod eſt gratiæ, non mereri. Fac me, inquit, ſicut vnum ex mercenariis tuis. Ecce, poteſtates ſua filium quò deuenit: voluptas luxuria, adoleſcentia libertas, ecce filium quò promouit: Fac me, ſicut vnum de mercenariis tuis.* Planè luxuriæ voluptas fecit, ne hic eſſet filius reſpectu patris, ſed magis mercenarius eſſet.

§. V.

Luxuria neſcit non eripere filios parentibus.

QVam adulterij accuſant, filiam Elciæ vocant iſti peſſimi Iudices dicentes: *Mittite ad Suſannam, filiam Helciæ.* Non ſic nequiſſimi alij Iudices Ioan. 8. de quibus ait Te-
Ioan. 8. xtus: *Adducunt autem Scribæ, & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt Ieſu: Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio,* &c. Nullius dicitur filia hæc adultera, ſed & nomen, & parentes illius tacentur. Cur ergo non ſimiliter tacentur Suſannæ parentes, quando ſimiliter accuſabatur adulterij? Planè dum Suſannam, filiam Helciæ vocant, etiam nolentes coguntur confiteri, illam puram eſſe ab omni labe luxuriæ, & adulterij, quando luxuria, vt ait D. Zeno lib. 1. ſer. 7. *no-*
Zeno *mina pietatis delet.* Nequeunt enim hæc nomina pietatis, nimirum, filiorum erga parentes, in eo eſſe, quem luxuriæ flamma exedit. Adoleſcens ille prodigus Luc. 15. *Diſſi-*
Luc. 15. *pauit omnem ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè.* Et in ſe reuerſus dicebat ad patrem: *Fac me, ſicut vnum ex mercenariis tuis.* Non iam filium amat fieri, ſed mercenarium. Et cur non filium magis ſe meminit? Ipſe fatetur apud Chryſol.
Chryſol. ſer. 2. *Ego perdidi, quod erat filij.* Vt ſe laſciuiæ dedit, nullum nomen pietatis retinuit, ſed quod filij erat, perdidit.
Iſaia 1. Iſaias c. 1. *Audite, cæli, & auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus eſt. Filios exaltaui, & enutriui, ipſi autem ſpreuerunt me,* &c. Et vnde tanta impudentia filiis, qua patrem ſpreuerint, niſi a luxuria? Sic D. Zeno lib. 3. ſer. 35. *Deus Iu-*
Zeno *daicum populum luxuriæ æſtu exuberante corruptum publica increpatione confutat. Cælum, terrámque teſtes citat, vt exaggeret crimen. filios appellat, vt abdicatos, exaltatos, vt enim timeantur; ſpretores ſui, vt impios monſtret.* Planè ſic impij erant in patrem, vt abdicari ab illo mererentur, quaſi qui nomina pietatis abſumpſerant. Et cur ſic abdicarentur, & eiicerentur a filiorum nomine? Cauſam oſtendunt verba illa prima, nimirum: *Deus Iudaicum populum luxuriæ æſtu exuberante corruptum publica reprehenſione confutat.* Qui enim ſic exuberabat luxuria, ne mireris, quòd abdicaretur, & eiiceretur a nomine filij, & quòd ipſe in ſe omnia nomina pietatis abſumeret.

§. VI.

Ex viro facilè agnoſcitur, qualis vxor ſit.

INiqui Iudices, quam adulterij accuſant, non metuunt vocare vxorem Ioachimi, cùm dicunt: *Mittite ad Suſannam, filiam Helciæ, vxorem Ioachim.* Vxorem, inquam, vocant Ioachim, nimirum, illius ſpectati viri, qui ob ſuas virtutes, & beneficentiam ab omnibus colebatur Iudæis, & in cuius domo ſecuriſſimè Iudices dabant iura ſuis conceptiuis. Quis crederet tanti viri vxorem adulteram? Planè cùm adulteram dicunt Iudices, & vxorem Ioachimi, mentita videtur iniquitas ſibi: tanti enim viri integritas vxoris ſuæ integritatem confirmat. Mariæ Deiparæ vterus intumeſcens apertius teſtimonium videbatur proferre contra

integritatem

integritatem Mariæ, quo eius vir Ioſeph non parum turbabatur. Deſcendit interea Angelus, qui ex tanto teſtimonio proiectam turbationem ab animo Ioſephi tolleret. Et quid fecit Angelus, vt tantum teſtimonium confringeret? Ait ad Ioſeph Matth. 1. *Ioſeph, fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.* Coniugem tuam, dixit, vt

Matth. 1. ab illo omnem ſuſpicionem mali prorſus abigeret. Non enim malum inueniri poteſt in coniuge tanti viri. Ait ibi

Euthym. Euthym. *Vxorem tuam dixit, vt inde certiorem eum faceret, quòd à nullo cognita eſſet viro.* Certiſſimum equidem teſtimonium eſt vxoris pudicitiæ, virtus, & præſtantia mariti. Quod enim erga Deum fuerit maritus, id ipſum reputatur eſſe vxor. Hinc Gen. 8. *Recordatus autem Deus Noe, cunctorumq; animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum*

Gen. 8. *eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ.* Itaque, vt tolleret diluuium Dominus, dicitur recordatus fuiſſe Noe, & iumentorum, quæ erant cum eo in arca. Sed & vxor Noe erat cum eo in arca: cur & vxor non meruit haberi memoriam ſui apud Deum, ſicut cætera animalia? Aut cur neceſſum fuit magis exprimi memoriam animantium, quàm memoriam vxoris iuſti? Quæ fuerit apud Deum vxor, ſatis exprimebatur in eo, quod erat vir eius; & ideò non fuit neceſſe, illam ſeparatim notare. Ait D. Ambr. lib.

Ambroſ. de Noe, c. 16. *Mirentur plerique, qua cauſa non dixerit Scriptor, quòd etiam vxoris, & filiorum Noe memor fuit Dominus, cùm beſtiarum, & iumentorum fuerit memor. Sed, tam dixerit, quòd Noe fuerit memor in authore, & præſule domus neceſſitates eius reliquas comprehendit.* In marito ferè ſemper intelligitur, quæ habeat vxor apud Deum, & quod filij habeant: qualis enim fuerit præſul domus, tales creduntur eſſe omnes, qui ſunt ſub eius poteſtate, vxor, filij, famuli.

§. VII.

Innocentia variè non eſt victrix, vel in ipſo iudicio prauè iudicantium.

RVrſus non ab iniquis Iudicibus vocatam in iudicium filiam Elciæ, vxorem Ioachim, cùm aiunt: *Mittite ad Suſannam, filiam Elciæ, filiam Ioachim.* Sic miſeri, quam voce damnabant adulterij, in parente, & marito cogebantur fateri vxoris, & filiæ integritatem. Quando enim parentes, & maritus teſtantur virtutes, & vxoris, & filiorum, vt vidimus in præcedentib. §§. cor iſti non magis timent patrem, & maritum nominare Suſannæ? Sed huius integerrima virtus, & innocentia ſic triumphabat de iniquis Iudicibus, vt cùm eam adulterij damnabant, ſimul & ſuæ falſitatis ſigna darent. Proptereà D. Auguſtinus ſerm. 118 de Tempore, aiebat: *Caſtitas Suſanna, & Presbyteros impudices*

Auguſt. *vincit in paradiſo, & in iudicio falſos accuſatores obtinuit; vbique victrix eos facit teſtimonij, quos eos facit adulterij.* Expende illa verba: *Vbiq; victrix.* quippe ſemel, & iterum illos deuicit, nimirum, in paradiſo, & in iudicio. In paradiſo, eorum obſtans intemperantiæ, in iudicio, cogens illos ſuæ falſitatis ſigna dare. Matth. 27. plurima contra Ieſum dicebantur teſtimonia, quibus non reſpondit: dicit enim Text. *Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta ad-*

Matth. 27. *uerſus te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei verbum.* Refert teſtimonia dicta contra Ieſum Pilatus, & ſimul miratur Ieſu inter tot teſtimonia ſilentium. Et tamen cùm accedit ad ſententiam ait: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.* Quem damnat, vocat iuſtum. Vnde venit Pilatus in illa verba, quibus damnatum hominem iuſtum prædicet? Teſtimonia Principum Sacerdotum contrarium dicebant, Ieſus tacebat, nihil in ſui defenſionem voce afferebat. Cur ergo Pilatus iuſtum dicit, quem damnat, quem tot Principes accuſant, cuius defenſionem non audit? Planè ea eſt innocentiæ vis, quæ vel in iudicio iniquorum triumphet, cùm vel inter damnationis voces cogat illos, aliquod ſuæ falſitatis promere verbum. D. Aug. vbi ſup. ait. *Chriſtus ſiquidem condemnatur, exuperat, cùm iudicatur, vincit, ſicut*

Auguſt. *ait Propheta: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cùm iudicaris. Quid ergo opus erat ei longa ante iudicium, cùm ipſum iudicium erat plena victoria? Vicit ergo, cùm iudicatur Chriſtus, quia [illegible] innocens approbatur. Vnde ait Pilatus: Innocens ego ſum à ſanguine huius iuſti.* Manet in iniquiſſimo iudicio ipſa innocentia victrix, quando vel in damnationis ſententia [illegible] integritatis teſtimonium acquirit. Sic Ethnici vniuerſos Chriſtianos malitioſe inceſtus accuſantes, puellas Chriſtianas ad lupanaria mittebant. In quo ſuum iudicium apparebat falſum, & pudicitia Chriſtiana magis probabatur. Quò ſpectans Tertul. in

Tertul. Apol. ait: *Proximè ad lenonem condemnando Chriſtianam potiùs, quàm ad leonem, confeſſi eſtis labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna, & omni morte reputari.* Vincebat in iudicio pudicitia Chriſtiana, quando per eoſdem Iudices probabatur in pœna data à virginibus Chriſtianis, per quos Chriſtianorum inceſtus accuſabantur.

§. VIII.

Sanctis non eſt tam durum ab impiis mortem, quàm ſalutem accipere.

VEnit ad iudicium Suſanna: & qualis fœmina nobilis venit ad iudicium? Ait Textus: *Venit cum parentibus, & filiis, & vniuerſis cognatis ſuis.* Solent magis reos comitari, Aduocati, Rhetores, Oratores, qui expenſis obiecti facinoris circumſtantiis non paruam defenſionem proclamant. Cur nullus horum dicitur adeſſe Suſannæ, ſed ſoli parentes eius, & cognati? Cur nobilis fœmina non magis illis abundat, vt vel vocibus emptis Iudices trahat in lenitatem? Quia ſancta fœmina defenſionem habere apud iniquos Iudices, à quibus vel ortam ſalutem deſpiciebat, & magis mortem amabat. Ieſus meus coram Præſide poſitus, etſi ab illo recenſeri viderit plurima aduersùs ſe

Matth. 27. Iudæorum teſtimonia, Matth. 27. *Non reſpondit ei verbum.* accuſationes, & ſententias iniquorum non refutauit, ſed deſpexit. Ait D. Auguſt. ſer. 118 de tempore: *Accuſationem*

Auguſt. *ſuam Dominus tacendo non firmat, ſed deſpicit. Amat defendi, qui metuit ſuperari. Feſtinat loqui, qui timet vinci.* Multi ſunt rei in ſe defendendo, & in reatibus obnubilandis: at innocentes & ſancti inculpabili vita nitentes, accuſationes impiorum deſpiciunt taciti, vt qui ament potiùs ab impiis, & iniquis damnari, quàm abſolui. Herodes dum laſciuiæ, & potationibus incubat Marc. cap. 6. *miſſo ſpecula-*

Marc. 6. *tore præcepit afferri caput Ioannis in diſco.* Circa quæ & ſapienter, & pulchrè ait D. Ambr. lib. 3. de Virginib. *Raptur*

Ambroſ. *ad pœnam Propheta conuiuali tempore, conuiuali præcepto, quo non cuperet vel abſolui.* Hoc Sanctorum proprium eſt, quòd nullo in impiis debere bonum gaudeant. Maximus ille tyrannus, qui aduersùs religioſiſſimum Imperatorem, Theodoſium, rebellauit, in eas tandem anguſtias deductus eſt, vt vel ſibi ipſe mortem inferre cogeretur, vel in aduerſariorum manus tradi. Volebat ille ſibi mortem inferre: at non permiſſus id facere à diuina prouidentia, quæ magis voluit hominem viuum capi. Et cur non potuit permiſſus inferre ſibi manus? Ait Latinus Pacatus in Pa-

Pacat. negyr. Theodoſij: *Ne Theodoſium manus vleiſceretur tyranni, & deberet Maximo vel ipſam mortem.* Hoc credebatur futurum eſſe duriſſimum Theodoſio, ſi deberet Maximo Imperij ſui pacem, & ſecuritatem, quæ ex eius morte ſuperuentura eſſent. Sic gaudent boni, ab impiis non accipere bona, ſed mala. Luc. cap. 4. clamabat Dæmon: *Quid nobis,*

Luc. 4. *& tibi, Ieſu Nazarene? Scio te, qui ſis Sanctus Dei. Et increpauit eum Ieſus dicens: Obmuteſce.* Cur obmuteſcat? Nonne ſanctitatem Ieſu proclamabat? Sed nolebat Ieſus à talibus prædicari. Vt dicat D. Ephr. orat. de linguæ malo: *Dæmonas*

Ephrem. *ipſos clamantibus veritatem confitentes Dominus obmuteſcere iuſſit. Neque enim ipſe, qui erat veritas ipſorum, opera, atque induſtria ſibi fidem haberi voluit.* Similiter Actorum cap. 16. Pythoniſſa puella clamabat poſt Paulum, & ſocium dicens: *Iſti homines, ſerui Dei excelſi ſunt.* Paulus autem eiecit ſpiritum ab ea, quo non ampliùs clamabat. Et cur non paſſus eſt Paulus laudari à Pythone? Probro ducebat à

Ephrem. talibus vel laudari. D. Ephrem ſupra: *Laudes Diaboli, velut maxima probra vitarunt homines ſancti.* Sic ibi.

Daniel. 13. Porrò Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt, vt diſcooperiretur, (erat enim cooperta,) vt vel ſic ſatiarentur decore eius. Flebant igitur ſui, & omnes, qui nouerant eam. Conſurgentes autem duo Presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens, &c.

§. IX.

Ægrè, & difficulter te à luxuria admiſſa expedies.

ECce tibi, iniquiſſimi ſenes, quam crudeliter perdunt, adhuc turpiter amant: ait enim Textus de illis: *Iuſſerunt, vt diſcooperiretur, (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decore eius.* Stabat Suſanna cooperta in ſtadio tribunalis; ſenes autem iuſſerunt, vt diſcooperiretur, vt eius decore ſatiarentur. Inter tot odia exercita in Suſannam, adhuc exardeſcebant eius concupiſcentia, & turpiſſimè eius pulchritudine volebant ſatiari. Proh laſciuiæ malum! Equidem, qui hac peſte ſemel infectus fuit, difficillimè ab illa euadit. Petit aliquando Herodias ab Herode Baptiſtæ caput, quæ petitio Herodi dura viſa fuit, & hominem valdè contriſtauit. Nihilominùs inter has triſtitias, inter has odioſas petitiones, fœminæ annuit: quia, vt ait Marcus. 6. *Noluit eam contriſtare.* Quod miratus Andreas Cretenſis orat. de decollat. Ioan. ait ad Herodem: *Tu autem tùm laſciuia, tanquàm ceruo hinnulus, eſſe telis confeſſus, & tanquàm volucris viſco implicatus, neque vt caprea ſeruatus es ex retibus, neque vt auis liberatus es à laqueo; ſed tibi fuit laqueus mulieris ſaltatio, & fouea praeceps, furor ille, quo in eam furiſtis concitatus.* Expende illa: *Et tanquàm volucris viſco implicatus.* Viſcus eſt laſciuia, quo qui ſe implicat, non euadit. Iſaias cap. 13. *Erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam.* Totus Babylonis decor, tota eius præſtantia, & pulchritudo, qua homines allicit ad laſciuiam, comparatur cum Sodoma ſubuerſa. Et quid habent commune voluptuoſæ deliciæ Babylonis cum ſubuerſa Sodoma? Poſt ſubuerſam Sodomam apparuit loco eius lacuna, in qua illud inuenitur bitumen adeò viſcoſum, vt qui illo implicatus fuerit, ægre, & difficulter ſe poſſit expedire. Id ait Ioſephus: cuius bituminis ſimiles ſunt humanæ voluptates, & libidines. Dicit D. Aelredus ſer. 1. in Iſaiam: *Meritò fœdum illud peccatum, fœda & horrenda reliquit veſtigia, vt admirentur homines, quibus ſupplicijs ſubdantur, quos fumus excæcat, quos immunditia viſcoſa, inſtar bituminis, æternis vinculis ligat. Hic eſt ſinus deliciarum tuarum, ô Babylon.* Planè à cremaris Sodomæ luxurijs illud prodiuit bitumen, quod homines liget, ac detineat. Vt videant homines, quæ ſit luxuries, nimirum, bitumen eſt, viſcus eſt, qui æternis vinculis homines ligat, ne effugiant. Expende illa: *Quos immunditia viſcoſa, inſtar bituminis, æternis vinculis ligat.* Sicut enim auis, vbi inhæret viſco, minimè auolare poteſt: ſic viſcus laſciuus animam prendit, ne ſe inde poſſit expedire. Cum quo componenda eſt puritas Mariæ, ad quam ait Sponſus Cant. 6. *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora, ſicut Ieruſalem; terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt.* Expende illa: *Auolare fecerunt.* non equidem eſt pulchritudo Mariæ inſtar viſci, qui aues detineat, quin potiùs alas indit, quibus fugiatur laſciuia, & ſuper Angelorum thronos nos conſtituant. Et quid mirum, quòd nobis illam infundat pudicitiam, quam habet illa. De illa enim locutus Arnoldus Carnot. tract. de laud. Mariæ, ait: *Virginitas quoque Mariæ quia nulla concupiſcentia carnalis viſcatur putredine, in hoc preciſior, & altior videtur virginitate angelica, quòd hæc virtutis, illa natura.* Expende illa: *Nulla concupiſcentia carnalis viſcatur putredine.* vt enim in Maria fuit ſumma virginitatis puritas, ſic ab illa longè abfuit totus laſciuiæ viſcus.

Marc. 6.
Andr. Cret.
Iſaia 13.
Aelred.
Cant. 6.
Arnold.

§. X.

Proba vita diu nota multas calumnias deuincit.

STabat iudicanda Suſanna, & adulterij damnanda ab iniquis Presbyteris. Et, vt ait Textus: *Flebant ſui, & omnes, qui nouerant eam.* Circa quæ ait Carthuſianus: *Quia eam innocentem nouerunt, fleuerunt ex compaſſione. Et quò excellentior fuerat, atque formoſior, eò de tanto eius opprobrio, vtrumque morte amplius affligebantur.* Flebant, inquam: quia nouerant innocentem. Et quando duo Presbyteri ſe vidiſſe eius adulterium clamabant, vnde alij poterant eam noſſe innocentem? Quis non temerariè crederet innocentem fœminam à duobus teſtibus omni exceptione maioribus viſam in adulterio? Sapienter reſpondit Textus: *Qui nouerant eam.* quippe quibus vita Suſannæ nota erat per multum tempus, hi etiam inter teſtatas adulterij voces crederent innocentem. Vita diu probata, & nota eſt, quæ calumnias deuincit, & earum falſitatem manifeſtat. Accipite præclaram ſententiam D. Syneſ. qui epiſt. 50 fatur: *Ioannes (ait iſte) Æmilium occidit: alius verò hæc ab inimicis eius, qui Rempublicam gerunt, conficta eſſe dicit. Quamobrem rei quidem veritatem nouit iuſtitia, tempuſque deprehendet. Ego verò, quamuis incerta adhuc res ſit, omnes ad vnum deteſtandos puto: illum quidem, quia eiuſmodi eſt, vt licèt hoc non commiſeris: at commiſſurus certò fuerit; nec abhorrentem à ſuis moribus criminationem ſuſtineat: hos autem, vel ſi minimè confixerint; quoniam ex ans confiſtunt, ac percommodè hoc ipſum illis facinus ſuccedit. Nam, cùm inuiſpiam vita ratio ab aliqua ſuſpicione diſſidet, quamlibet multi coniurati teſtimonium dicant, nihilo magis probauerint. Veluti ſi quis ſtupri Aratem inſimules, riſu omnium ebruatur: Alexander verò, vt cynædus non eſſet, at effœminatus erat, & ad hanc criminationem idoneus.* Planè vita cuiuſque aduerſarias voces facit probabiles, vel improbabiles. Quid intereſt, quòd multi te ſtupri inſimulent, quando vitæ integritas diu nota, & probata illos facit mendaces? Planè apud Ioſeph euidentiſſimum teſtimonium erat contra Mariam Sponſam ſuam vterus tumens. Cuius conſpectu commotus voluit eam dimittere. Ait Matth. 1. *Ioſeph cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Et cur vir iuſtus vxorem nollet traducere iuxta legem, quam vterus plenus, non à ſe, euidentiſſimè ſecundùm leges naturæ accuſabat? Quæ res illum deterruit à perdenda tali fœmina cum teſtimonio adulterij tam manifeſto ſecundùm omnes leges naturales? Deterruit illum integritas vitæ vxoris ſibi notiſſima. Ait Imperfectus homil. 1. in Matth. *Cùm eſſet iuſtus Ioſeph, cœpit ſibi cogitare de illa: Comeſſatrix, aut vinolenta nunquam fuit. Omnibus documentis, quibus fornicatio mulieris intelligi, & argui ſolet deficientibus, ſola apud eum remanebat ſuſpicio gratia Dei. Propter hæc omnia æſtimauit eam habere in vtero de Spiritu Sancto. Nam nulla res ſic caſtitatem mulieris vitæ commendat, ſicut vita eius diſciplinata. Maritalem zelum, & vteri clamantis accuſationem ſola præterita conuerſationis documenta vincebant.* Quid pulchrius? Vitæ anteactæ integritas, nota viro, tumentis vteri clamorem, & accuſationem ſic vincebat, vt potiùs crederet Ioſeph aliquid diuinum, & inauditum in coniuge factum, quàm ab illa admiſſum fuiſſe peccatum. Sic ille pergens: *O inæſtimabilis laus Mariæ! magis credebat caſtitati eius, quàm vtero eius, & plus gratiæ, quàm naturæ. Conceptionem manifeſtè videbat, & fornicationem ſuſpicari non poterat. Poſſibilius eſſe credebat, mulierem ſine viro poſſe concipere, quàm Mariam poſſe peccare.* Sic anteacta vita innocentiam præſentis confirmabat apud virum cordatum.

Carthuſ.
Syneſ.
Matth. 1.
Imperfect.

§. XI.

Falſum crimen puriſſimæ vitæ impoſitum non poteſt durare.

NOn otioſè illud à Propheta notatum puto, quod ait: *Conſurgentes autem duo Presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.* Conſurgentes, inquit, manus ſuper caput reæ ponunt, vt ſententiam dicant. Vſitatiùs facerent, ſi ſedentes id facerent. Rei ſurgunt, & ſtantes Iudices ſedent: cur ij Iudices ſurgentes maluerunt ſtare? Id credo à prouidentia diuina factum, vt oſtenderet, quàm parum duraturum erat teſtimonium falſum illorũ aduerſùs Suſannã. Id enim, quod ab ſtantibus fit, ſolet credi quaſi inſtantaneum, & ſolùm per tranſennam factum. Quod proprium habet falſum teſtimoniũ, puriſſimæ vitæ impoſitũ, vt inſtantaneum ſit; & citò pertranſeat, falſitatemque ſuã propalet. Ea fuit elegans Ciceronis ſententia orat. pro Roſc. vbi ait: *Nónne vt ignis in aquam coniectus continuò reſtinguitur, & refrigeratur: ſic refertur falſum crimen in puriſſimam, & caſtiſſimam vitam collatum ſtatim concidit, & extinguitur?* Neſcit permanere mendacium, quod offendit puram alicuius vitam, ſed citiſſimè auolat, & veritas conſpicitur. Hinc Prouerb. 10. dicitur: *Qui nititur mendacijs, hic paſcit ventos, & idem ſequitur aues volantes.* Merito dicitur paſcere ventos, hoc eſt, velut paſtor, regit, gubernat ventos: quid ergo fugacius ventis, aut auibus volantibus? Neceſſum autem eſt, quòd minimè conſiſtat, qui poſt ventos, aut

Cicero.
Prou. 10.

aut aues volantes abit. Similiter & qui mendaciis nititur omnimoda conſiſtentia caret. Vt dicat Elias Nazianzeni
Elias. Scholiaſt in eiuſd orat. 10. *Tale mendacium eſt dicitur quidem, ſed minimè ſubſiſtit.* Non eſt, qui illud continere va-
3. Eſdr. 3. leat, ne excedat, ne abeat. Ideò dicebat Zorobabel 3. Eſdræ, c. 3. *Super omnia autem vincit veritas.* Quod accidere notat D. Epiphanius ex eo, quòd nequit conſiſtere mendacium: ait enim lib. 2. contra hæreſ. tom. 2. ex epiſt. Marcelli ad Manichæum: *Iudicium iudicis veritas brauium*
Epiph. *tulit. Id, quod mirum non erat, cùm per ſe conſiſtat veritas, & ſubuerti non poſſit. etiamſi iniquitas per impudentiam inducta veritatis ſimilitati ſe apponat, cùm mendacium non habeat ſubſtantiam, neque fundamentum: quemadmodum & vmbra tenebrarum, & lubricus greſſus ſerpentis, & inualidum pedum fulcimentum.* Semper neceſſum eſt, vt veritas triumphet, quando illa ſola per ſe ſubſiſtit: mendacium autem, vt vmbra, euanet; non enim poteſt diu ſtare, quin velociùs ventis abeat.

§. XII.

Cælorum proprium eſt abdita hominibus reuelare.

IN arcto diſcriminis poſita Suſanna, quò reſpiceret, niſi ad cælum? Dicit Textus: *Quæ flens reſpexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Vt in Domino fidebat: ſic ad eius ſedem, nempe, cælum oculos leuauit. Et meritò falſi criminis accuſata, vbi pudicitiæ ſuæ virtutem tot calumniis oppreſſam vidit, ad cælum ſuſpexit, cuius eſt abſcondita hominibus reuelare. Dominus expendens benignitatem diuinam factam hominibus, in cælorum creatione, & ornatu, dicit Iob cap. 38.
Iob 38. *Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare?* Verſio Tigurina legit hæc vltima: *Aut cohærentes ſtellas Cynoſuræ disiunges?* Equidem non homo; ſed Deus totum illum cælorum ornatum fecit, firmauitque, ita vt per nullam potentiam poſſit diſſipari. Sed de omni cælorum ornatu, duo nobis ſigna proponit, vt quæ ſingulariter deſeruiant hominibus, nimirum, ſtellas Pleiadas, & ſeptem ſtellas Cynoſuræ, quæ Vrſa minor dicuntur. Et ad quid data eſt hominibus hæc conſtellatio Cynoſuræ, nimirum, minor Vrſa? Huius proprium eſt ſic homines per maria deducere, vt nihil non pateat illis, etiam in occultiſſimis poſitum receſſibus mundi. Quod natura ab oculis mortalium abſcondit, id huius conſtellationis beneficio reuelatur hominibus. Quòd ſtupens Philo lib. de mundi opificio, ait: *Vrſa quidem, quam vocant, nautarum deductrix è ſeptem ſtellis conſtat: quam ſpectando gubernatores mille vias ſulcant maria, tentantes rem arduam, & maiorem, quàm pro humana ſapientia.*
Philo. *Hàc enim ſcopo vſi ſcrutando inuenerunt regiones ignotas maioribus, continentes quidem incolæ inſulas; inſulam verò in continente ſitas. Oportebat enim à puriſſima cæli eſſentia animali Deo chara terra ſimul, mariſque receſſus abditos oſtendi, videlicet, humano generi.* Expende ab illis: *Oportebat enim à puriſſima cæli eſſentia*, &c. quippe vt ab elementis habebat homo victum, veſtitum, & ornatum, oportebat, vt à puriſſima cæli eſſentia acciperet ſublime aliquod, nimirum, cognitionem rerum abſtruſarum. Vt quidquid in mundi receſſibus abſconditum erat, cæli hominibus reuelarent. Crede mihi, ad cæleſtium ciuium munus pertinet, abſtruſiſſima hominum facinora in medium deducere. Vt moneat Eccleſiaſtes cap. 10. *In cogitatione tua Regi ne*
Eccleſiaſt. 10. *detrahas, & in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabunt vocem tuam*, &c. Per cæli aues intelligunt Hugo Cardinalis, & Bonauentura Angelos bonos: & haud dubium, quin illi curent, vt occultiſſima quæque facinora, quæ in proximos committuntur, reuelentur, ſciantur, puniantur. Ad Cælitum enim curam ſpectat, omnia in bonum electorum reuelare. Dicebat
Matth. 10. Dominus Matth. 10. *Nihil eſt opertum, quod non reuelabitur; & occultum, quod non ſcietur.* Et vnde ſcietur? D. Chryſoſt. hom. 35. in Matth. *Si adhuc dolore vexamini, quòd malè au-*
Chryſoſt. *dituri pro Deo ſitis; illud dolorem veſtrum ſedet, quòd non multùm poſteà ab omni ſuſpicione liberamini. An grauis eſt iniuria, quòd Magos, & ſeductores vos vocant? Certè non multò poſt Saluatores vos, benefactoréſque totius Orbis terrarum prædicabunt. Tempus enim, quod obumbrata omnia declarat, ac detegit, & illorum aduerſùs vos ementita verba redarguet, & virtutis veſtræ ſplendorem accendet.* Expende illa: *Tempus, quod obumbrata omnia declarat*, &c. quippe tempus dicitur omnium reuelator, & declarator: tempus autem ad cæleſtium regulas pertinet, cùm de ſtellis dicatur Geneſ. 1. Geneſ. 1.
quòd factæ ſint *in ſigna, & tempora, & dies, & annos.* Prouidit enim Deus, vt Cælites ad occultiorum reuelationem faciant.

§. XIII.

Præclarum Deo ſpectaculum animus humanus, luctans cum calamitate.

CVm apud Iudices iniquos ſtabat Suſanna, nihil fecit priùs, quàm oculos in cælum leuare: dicit enim Textus: *Quæ flens reſpexit ad cælum.* Nec miror: eò enim reſpexit, vnde ſe gratis oculis reſpici credebat. Sic athleta ingreſſus arenam, ad eas feneſtras primum oculos leuat, ex quibus ſcit ſe gratioribus oculis ſpectari. Et quidem Deus illud gratiſſimum habet in mundo ſpectaculum, cùm homo ſtrenuè cum calamitate luctatur. Seneca lib. de Prouid. diſertè ad hanc mentem ait: *Ego verò non miror, ſi quando voluptatem capiunt Dij, dum ſpectant magnos viros colluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum voluptati eſt ſi adoleſcens conſtantis animi irruentem feram venabulo excepit, ſi leonis incurſum interritus pertulit, tantóque ſpectaculum eſt gratius, quantò id honeſtior fecit. Non ſunt* Seneca.
iſta, quæ poſſunt Deorum in ſe vultum conuertere, ſed puerilia, & humanæ oblectamenta leuitatis. Ecce ſpectaculum dignum, ad quod reſpiciat intentus operi ſuo Deus: ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compoſitus. Quid pulchrius? Vbi fortis vir cum calamitate luctatur, id præbet ſpectaculum, in quod Deus intendat, quod gratiſſimis oculis amat ſpectare. Abrahamus montem aſcenderat, vt dilectiſſimum filium Deo mactaret, & poſt omnia compoſita, poſt filium ligatum, poſt gladium ſtrictum, à Deo reuocatur Gen. 22. *Appellauit nomen loci illius: Dominus vi-* Geneſ. 22.
det. Vnde vſque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. De eo, quod putabat accidere in illo loco, locum nominabat, & vocabat illum: *Dominus videt.* quia credebat, eò ſpecialiter Deum intendere, & aſpicere. Et cur Deus ſpecialiter aſpicere crederetur ad eum locum? Luctabatur ibi Abraham cum dolore vehementiſſimo de filio à ſe occidendo: fortis autem vir cum tanto dolore luctans non potuit non dare gratum ſpectaculum Deo, ad quod Deus ſingulariter intenderet. Dicebat ad hæc D. Auguſtinus ſerm 73. de tempore: *Videte, Fratres,* Auguſt.
Abraham patientia fortem, deuotione conſtantem; non cum aliqua fera luctantem; ſed cum natura pugnantem:: Parce, inquit Deus, Abraham:: Parce, inquit, deuote Pater. Tuum ſacrificium, quod parauerás, intendi. Vbi Abraham cum tanto dolore naturæ pugnabat, fatetur Deus, ſe eò intendere, & pugnas videre. Nunquam enim talis pugna non facit gratum ſpectaculum Deo. Percuſſus à Diabolo Iob 2.
Iob cap. 2. *teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio.* Quod miratus Tertull. lib. de Patientia, ait: *Quid? Ridebat Deus.* Tertull.
Quid? Diſſecabatur malus, cùm Iob immundam vlceris ſui redundantiam magna æquanimitate diſtringueret. Luctabatur equidem Iob cum vlceribus, cum ſanie, cum vermibus; & tanto viſo luctatore ridebat Deus, quaſi exundans lætitia ex tanto ſpectaculo. Sic Dan. cap. 3. tres Hebræi pueri miſſi in flammantem fornacem, fida ſua innoxij calcabant flammas. Quos ſpectaturus affuit Dei Filius, dicente
Rege: *Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis eſt in eis, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Luctantibus tribus cum igne, acceſſit Filius Dei: illi enim lætiſſimum reddebat ſpectaculum illa pugna ſuorum pugilum. Vt meritò canat Prudent. in Apoth. Dan. 3.

Nempe ait, ô Proceres, tres vaſta incendia anhelis
Suſcepêre viros fornacibus, additus vnus, Prudent.
Ecce vaporiferos videns interſecat ignes:
Filius ille Dei eſt.

Expende illa: *Ridens interſecat ignes.* Quippe videns ſuorum luctas cum ſupplicio, lætitia, & riſu exultabat Deus. Hinc Actor. 7. cùm Stephanus ad luctas lethales iret, ait: *Ecce video cælos apertos, & Ieſum ſtantem.* &c. Cur ſtantem, Actor. 7.
& non ſedentem? Vt qui alacris currebat ad videndum ſpectaculum adeò ſibi lætum. Ait Petrus Damian. ſer. de

Damian. S. Steph. *Curramus ad ſpectaculum, ad quod terret, qui exultat, vt gigas ad currendam viam, & videamus, quibus armis armatus vexillifer Martyrum in campum deſcendit.* Equidem currebat Ieſus ad videndum Stephanum in arena; qui ſpectaculum faciebat Deo gratiſſimum.

§. XIV.

Qui iuſtus eſt, non deſperet crimina aduersùs ſe conficta reuelanda.

MEricò Suſanna *flens reſpexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Habebat, inquam, fiduciam in Domino, qui ementita crimina aduersùs iuſtos reuelare conſueuit. Hinc eos monebat Matth. 10. Matth. 10. *Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non reuelabitur; nec occultum, quod non ſcietur.* Sic armat Dominus ſuos aduersùs tyrannicas Poteſtates, vt non permittat illis, quòd timeant eas. Et cur vetantur timere? Poſſet à bonis requiri, ne ceſſerint impiis ob pœnarum metum: at ne ſaltem eos timeant, cur vetentur? Nónne poteſt quis licitè timere mala, timere hominis infamias, timere pœnas, dummodo propter timorem nullum malum faciat? Cur ergo iubet Deus ſuis, ne timeant tyrannos? Conſequentia oſtendit, qualis timor vetetur iuſtis: non equidem omnis timor illis vetatur; ſed timor, qui eſt coniunctus cum diffidentia, & perſuaſione, quòd Deus non reuelaturus eſt eorum innocentiam: quando iuſti omnes certi eſſe debent, quod vniuerſa ementita facinora aduersùs illos ſunt à Deo aperienda. Sic ait Rupert. lib. 8. de glor. & hon. Filij hominis, verba à Matthæo data expendens: *Ne, inquit, timueritis eos, ne timueritis eorum iudicium malè de vobis iudicantium. Quid autem eſſet timere iudicium eorum, niſi deſperare de prouidentia Dei, quòd non curet, aut non dignetur reſpondere pro ſuis, & bona illorum conſcientiæ verum perhibere teſtimonium? Timere huiuſmodi ne timueritis eos. Nihil enim opertum, quod non ſciatur: O quanta in præſenti quoque vita reuelauit, & ſcies fecit Deus circa ſuos electos!* Caueant iuſti ab illo timore, quo putatur Deus non aperturus, & reuelaturus eorum innocentiam: quando non ſemel aperta ſunt vniuerſa, quæ de iuſtis mendaciter prædicabantur. In qua re probanda multus eſt Imperfectus hom. 25. in Matth. fatus: *Ioſeph celatus eſt in Ægypto, quaſi adulter accuſatus eſt. Nunquid non eſt manifeſtata innocentia eius? Nunquid non multiplicitèr eſt coronata caſtitas eius? Et quem Sacerdos Putiphar primùm quaſi adulterum vxoris ſuæ condemnauerat, poſteà gloriſum generum in cubiculum ſuum locat.* Sic adulterium affictum Ioſeph reuelatum eſt, & Ioſeph inde glorioſior proceſſit. Et pergit idem: *Abſconditi fuerant & tres pueri in Babylonia, & quaſi contemptores Regis ſunt accuſati pro crimine, ad quorum interitum, iuſſum eſt, quòd caminus accenderetur ſepties ampliùs, quàm ſolebat. Et quid ignis in ſuo camino? Perdito ſuæ virtutis calore, ſpecie ſola ardebat, vt incorruptibilem virtutem eorum corruptus ignis oſtenderet, & ardentiorem fidem eorum ardens flamma oſtentaret, ipſa natura ſua clamans, non in vete; quia nihil occultum, quod non ſciatur.* Hæc duo proponit exempla deſumpta ex Gen 39. & ex Dan. 3. quibus patet, quàm curet Deus manifeſtare aduersùs iuſtos ſuos ementita crimina.

Rupert.

Imperfect.

§. XV.

Caſtis mentibus durius morte martyrium eſt, quòd vel leuiter a laſciuis tangantur.

ILlud itidem video mihi maximè in præſenti notandum, quod Text. ait: *Conſurgentes autem duo Presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit in cœlum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino.* Tunc dicitur Suſanna flens intendiſſe in cælum, cùm ſuper caput eius Presbyteri manum ponunt. Nec paulò antè, cùm in pomario accuſaretur adulterij magnis ſenum clamoribus; nec paulò pòſt cùm raperetur ad mortem, dicitur Suſanna fleuiſſe: ſolummodo cùm ſenes ſuper caput eius manus imponunt, inuenta eſt fleſſe. Nec mirum: caſtis enim mentibus morte durius martyrium eſt, duriúſque tormentum, ſi vel leui manu tangantur laſciuorum. Res planè viſa eſt in ſanctis Virginibus Alexandrinis, de quibus ait D. Athanaſ. epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, ex epiſt. populi Alexandrini fatus: Athanaſ. *Aliqui militum ad prædam verſi virgines denudabant, quibus formidine vel minimi tactus ipſa morte grauior erat.* Leuior erat mors, leuius qualecunque tormentum caſtis puellis, quam vel tactus virorum leuis. Quò adduco factum illud mirabile Sanctæ Pelagiæ, quæ ſola circumuenta à nefariis Tyranni ſatellitibus, metuens eorum manibus tangi, homines placidè affatur, facultatem petit, vt in cubiculo liceat mutare veſtes, & alias ſumere, quibus decentiùs poſſet coram Præſide comparere. Intrat ergo cubiculum ſatellitibus permittentibus, vbi, Spiritu Sancto mouente, ſibi mortem infert, & relicto humi puriſſimo cadauere, anima eius in cælum euolat. Quid caſtius? Mortem prælegit, ne virorum manibus tangeretur. Caſtiſſimus ille Ioſeph Gen. 39. nolens ſuſtinere laſciuas fœminæ manus, quod tetigerant illæ pallium, reliquit, & fugit: *Relicto in manu eius pallio fugit.* Gen. 39. At Pelagia non pallium, ſed corpus ipſum reliquit, quod putabat poſſe fieri, vt à virorum manibus tangeretur. Adeò caſtis mentibus timori eſt vel tactus laſciuorum leuis. Rem ponderat D. Chryſoſt. ſer. de S. Pelagia, habito tom. 6. *Ioſeph, quo tempore à domina ſua infidiis petebatur, veſtem impuræ, at ſceleſtis barbaræ mulieris manibus detentam reliquit, & nudus exiit. Pelagia verò, neque corpus ſuum ab intemperatis illis hominibus tangi paſſa eſt, ſed anima ipſa corpore denudata in cœlum aſcendit.* Chryſoſt. Mortem ſibi ſuauiorem elegit, quàm intemperantium tactum vel leuem.

Daniel. 13. Et dixerunt Presbyteri: Cùm deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis: & clauſit oſtia pomarij, & dimiſit a ſe puellas. Venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. Porrò nos, cùm eſſemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere: quia fortior nobis erat, & apertis oſtiis exiliuit: hanc autem cùm apprehendiſſemus, interrogauimus, quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo, &c.

§. XVI.

Peſſimus ille, qui ſuperaddit artem, & ſtudium malitia.

NOn contenti ſenes arſiſſe libidine, & teſtimonium falſum ſtudent in Suſannam, quod artificioſis coloribus depingunt, vt appareat veriſimile. *Dixerunt enim Presbyteri: Cùm deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis, &c.* Aliquid veritatis præmittunt, deinde mendacia adiungunt de adoleſcente, de fuga eius propter fortitudinem, quæ ſic artificioſè componunt, vt viſa fuerint ſic accidiſſe. Quid peius? Planè peſſimorum eſt, artem, & ſtudia ſuperaddere malitiæ. De primis illis in Deum rebellibus loquitur Textus Gen. 11. ait: Gen. 11. *Cùmque proficiſcerentur de Oriente inuenerunt campum in terra Sennaar.* Meditabantur turrim contra cælum erigere, ad quam fabricam quærebant locum opportunum, & inuenerunt campum. In qua inuentione eorum peſſimam conditionem meditatur Philo lib. de confuſ. linguar. fatus: *Obſerua, quòd non ait eos veniſſe in campum, in quo manſerunt, ſed quæſitum inueniſſe; vtique poſtquàm aſpexerunt, vbinam eſſet locus ad ea, eam commodiſſimus. Ita eſt profectò, inſipiens non aliunde accipit, ſed ipſe ſibi quærendo mala inuenit, non contentus iis, per quæ miſera natura vitiò incedit: ſed cumulans ea malis artibus, & exercitiis.* Philo. Hoc eſt peſſimorum hominum ingenium, quòd non contenti ſuuertis,

per quæ miſera natura vltrò incedit, ſed nouis artibus, nouis ſtudiis ea omnia arte inuenit. Eò animum deducunt, vt nouos modos inueniant, nouáque machinamenta, quibus notas errandi naturæ vias illuſtrent. Quod malum adeo peſſimum eſt, vt meritò credatur eſſe ipſiſſima malitia. Quò ſpectans Oſeas cap. 7. ait: *Reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati ſunt mendacium.* In operatione mendacij falſitas reuelatur, ſicut quodlibet vitium oſtenditur in operatione proprij actus. Cur Oſeas non dixit, reuelatam falſitatem, ſed reuelatam eſſe iniquitatem, & malitiam Samariæ? Quid maius, quàm mendacium oſtendebat Samariæ conuerſatio? oſtendebat enim non ſimplex mendacium, ſed & addebat plura machinamenta, nouas excogitationes, & artificio plenos modos, quibus peccatum firmabat. Quo non ſolum fallax, ſed ipſiſſima iniquitas, & malitia credebatur. Ait Rupert ibi: *Veraciter malitia dici poteſt, quia cuncta malitioſorum machinamenta cogitationum parit. Maxime verò tunc iniquitas, quæcunque ſit, malitia meretur dici, quando ſe ſe exercet cum ſapientia,* &c. Quod artificioſè, & ſapienter componitur malum, id à peſſimo mortalium fit, qui eo totum ſuum ingenium, & ſtudium apponit, vt ſub nouis machinamentis lateat venenum, & noua ſemper inueniat, quibus cor humanum ad malum ſtimuletur. Ioann. 11. coactum fuit concilium aduerſus Ieſum, in quo dicebant Iudæi: *Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna facit: : : Vnus autem ex ipſis, Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam; nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, non tota gens pereat.* Neſciebant illi, quid facerent: qui autem illis ſapientiorem ſe credidit Caiphas, artificioſam rationem inuenit, qua Ieſum perderet. Quò ſpectans D. Cyrillus Alexandrinus lib. 5. tom. 4. in Iſaiam ait: *Inuenimus in collegis eorum teterrimum illos ſapiſſe conſilium. Nam dixerunt: Quid facimus? Quia hic homo multa edit ſigna. Vnus etiam ex illis Caiphas, (erat hic impietatis contra Chriſtum inuentor.)* Ecce tibi Caiphas non impius, ſed deicidæ impietatis inuentor dicitur, quando eam ſapientiam, & crudele artificium oſtendit, vt perdat Chriſtum. Sæpè aliàs Iudæi voluerunt Ieſum interficere, & lapidare: hæc iam erat illis cogitatio antiqua: cur ergo dicitur Caiphas tantæ impietatis inuentor? Caiphas hic non ſolùm Ieſu interfectionem decernit, ſed illam artificioſam addit rationem de vtilitate communi, qua meritò impietatis inuentor dicitur.

Oſea 7.

Rupert.

Ioan. 11.

Cyrill. Al.

§. XVII.

A Ieſu nomine ſecretorum reuelatio.

PErdituri Suſannam iſti ſenes eius nomen, refugiunt dicere; ſed ſolùm aiunt: *Ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis,* &c. Cur non magis nominant? Cur ab eius nomine appellando abſtinent? Suſanna idem ſonat, quò lilium; & ſi eam nominarent, floridum eius nomen virtutem eiuſdem oſtenderet, & ſenum prauitatem. Quod mihi perſuadet florid[illegible]mum nomen Ieſu, quod cum floré ſuo in impiorum ore poſitum altiſſima Dei ſecreta reuelauit. Quippe perfidorum manus veniebat, vt comprehenderet Ieſum Ioan. cap. 19. & interrogati, quem quærerent. *Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus. Ego ſum.* Ecce tibi impiis, & vilibus hominibus totum Deitatis ſecretum reuelatur illis verbis: *Ego ſum.* Exod. cap. 3. Moyſi cupienti ſcire Diuinitatis nomen, hoc illi d[illegible]um eſt: *Ego ſum.* Deus bone, quod à ſæculo abſcon[illegible]tum erat, quod vni Moyſi aliquando reuelatum, hoc viliſſimis hominibus cur reuelas? Dixerant illi ſe quærere *Ieſum Nazarenum,* hoc eſt, Ieſum floridum: Nazarenus enim idem eſt ac floridus? Ex quo autem Ieſu nomen floridum vel in impiorum ore ſonuit, non mirer, quod tota Ieſu diuina ſubſtantia pateat. Ait Rupert. li[illegible] *Dixit. Ego ſum quod verbum ſubſtantiſſimum de ſeipſo [illegible] proteſtatur [illegible], quo & ad Moyſem dicit: Ego ſum, qui ſum. Et quamuis cum laternis, & facibus & armis nullatenus Deitatis eſſentiam quærerent, opportunè tamen reſpondit Deus dicens: Ego ſum. non ad ipſorum intentionem, ſed ad ſuum nomen reſpiciens. Interrogans enim quid quærerent, reſponderunt Ieſum Nazarenum.* Quid pulchrius? Vt illi impij floridum Ieſu nomen prænunciant, noluit ſe Deus ampliùs continere; ſed ſuam illis reuelauit ſubſtantiam. Quidquid enim erat Ieſus, oſtenſum eſt, eo ipſo quod vel ab impiis nominatus fuit Ieſus Nazarenus. Et addit Ioannes ſuprà: *Vt ergo dixit eis: Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.* Et cur à tam manſueto agno factum eſt, vt ſic in terram caderent? Pertinebat id ad Ieſu Nazareni nomen auditum, de quo veniebat, quòd non ſolum Diuinitatis eſſentia reuelaretur in Ieſu, ſed & perſecutorum malitia in caſu, & imminens eorum ſupplicium. Ait ibi Rupert. *Dicentibus, ſe Ieſum Nazarenum quærere, propriam ſuæ diuinæ eſſentiæ vocem reſpondit dicens: Ego ſum. propriam, inquam, ſuæ Diuinitatis vocem, certa intentione prolatam: quod ab effectu claruit, quia ſtantes aduerſarios in terram deiecit. Videlicet, vt eſſent inexcuſabiles, ne neſcirent, quia Ieſus Nazarenus eſt, qui eſt. Reuelata eſt illis tunc Dei; reuelata, inquam, fortitudo virtutis ad iudicium vindictæ.* Planè ex nomine Ieſu floridiſſimi ſonante in impiorum ore, id ſtatim factum eſt, quod Ieſu pateret diuina virtus, & ſuorum aduerſariorum iniquitas, eorúmque ſupplicium iam imminens.

Ioan. 19.

Exod. 3.

Rupert.

Ioan. 19.

Rupert.

§. XVIII.

Impiorum durißima tela in iuſtos, ſic tandem ſolent molleſcere, vt euaneſcant.

DIcebant adhuc in Suſannam ſenes: *Venit ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. Porrò nos cùm eſſemus in angulo pomarij videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri,* &c. In quorum fictione illud firmius poſitum eſt, quòd res turpis ab adoleſcente dicatur peracta; illud autem prorſus infirmum teſtimonium erat, quòd in angulo pomarij conſtituti, vbi non potuerunt videri, ipſi viderint commiſcentes ſeſe. Talia ſunt tela impiorum aduerſùs pios confićta: in principio certa, & firma videntur, at in fine prorſus infirma, & facilè refutanda. De primis illis rebellibus poſt diluuium, qui voluerunt turrim ædificare, ait Textus Gen. 11. *Habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento.* Septuaginta, & Chaldæus apud Lippom. in Catena legunt: *Et bitumen pro luto.* Bituminis maſſa fortiſſima eſt; maſſa autem luti infirma. Iſti autem quod fortiſſimum eſt, nempe, bitumen in primis accipiunt pro ædifican[illegible]; ſed tandem bitumen deſiuit in lutum. Sic imp[illegible]achinamenta ſunt aduerſùs iuſtos, in primis fort[illegible]a, & tandem debiliſſima. Circa quæ ait Philo lib. de confuſ. linguarum: *Bitumen fuit eis pro luto, non contrà lutum pro bitumine. Videntur enim mali, qua infirmi ſunt, communire contra meliores, & fluxa, diſſolutáque compingere, vt ex iate in virtutem inculcatus. Sed propitius Pater bonorum non ſinit illorum ſtructionem ſtabiliri, & non ſubſi[illegible]ento vano ſtudio reddet caſulubiles, tanquam molle lutum. Quod ſi lutum factum eſſet bitumen, fortaſſe terrenum iſtud ſenſibile, quod eſt in fluxu continuo, ſoliditatem acciperet perpetuam. Sed quoniam verſa vice bitumen in lutum mutatum eſt, bono ſimus animo; eſt enim certa ſpes, fore, vt firma vitiorum munitiones excidantur per Dei potentiam.* Huc ſpećtat conatus impiorum, vt arma firment, & roborent aduerſùs virtute conſpicuos. At de prouidentia Dei venit, quòd firmiſſima, & robuſtiſſima impiorum arma, tandem ſic infirmentur, vt nihili fiant: quod manifeſtum eſt in bitumine, deſinente in lutum: ſic fortiſſima quæque, & validiſſima impiorum iacula in infirmiſſima paſſim conuertuntur. De impiiſſimis Iudæis perſequentibus Ieſum dicit Iſaias cap. 59. *Oua aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt.* Quippe ſerpens ille antiquus in animis Iudæorum inſeminauit oua aſpidum, venenatiſſima conſilia, quorum veneno vix obſiſti poſſet: quæ oua illi ruperunt, excluſerunt, quando in Ieſu falſa teſtimonia vomebant, venenum aſpidum inſanabile. Quid fortius, & lethalius? Sed totum illud aſpidum venenum verſum eſt in telas aranearum. Ad hæc D. Cyrillus Alexandrinus lib. 5. tom. 4. in Iſaiam fatur: *Quid autem malitioſa hæc contra Chriſtum machinatio illis prorſus inutilis fuerit, ſtatim oſtendit alio exemplo. Telas enim araneæ texunt. Araneus enim, hoc puſillum, & viliſſimum animal, telas artificioſe ſubtilibus ſtaminibus contextas connectit; quæ nihil illi proſunt; ſed illa fictiles, ac dimadna ſunt. Sic Iudæorum commenta, quæ ſtibiles,*

Geneſ. 11.
Septuag.
Chald.

Philo.

Iſaia 59.

Cyrill. Al.

licet, contra Chriſtum ſtructa ſunt. Omnia illa Iudæorum inuenta aduersùs Ieſum, quæ in principio firmabantur, vt venenum aſpidum inſanabile, viſa ſunt conuerti in telas araneæ, quæ prorſus inutiles ſunt, & ſordidæ, & facilè diſſipandæ.

§. XIX.

Hominum crudelitas ineuitabilior.

SEnes ſuas in Suſannam machinamenta teſtantur, intrepidè dicentes: *Huius rei teſtes ſumus.* Illis populus aſſentitur, & nullus pro Suſanna mutire audet; imo, vt notat D. Zeno ſerm. de Pudicitia: (Zeno.) *Iam totus populus in eam ſanguine tumeſcebat: tum ius quoque familiares noua rei atrocitate perculſi miſerabiliter ingemiſcentes, demiſſis capitibus, omnem fiduciam defenſionis abiecerant.* Nullus defenſioni locus manere credebatur, cùm tanti viri, & ſenes, & Iudices rem teſtabantur, quam artificioſo commento reddiderunt probabilem. Heu feritatem, & crudelitatem humanam! quam ineuitabiliter ſcis inferre malum! Meritò monebat Dominus ſuos Matth. 10. *Cauete vos ab hominibus.* (Matth. 10.) *Tradent enim vos in conciliis,* &c. Equidem & flammis, & feris tradebantur Chriſtiani: Dominus autem eos minimè monet, vt caueant à feris, nec à flammis, ſed ab hominibus, quia horum feritas, & crudelitas ineuitabilior eſt & feris, & flammis. Ad hæc Imperfectus homil. 25. in Matth. fatur: *Nunc autem addidit: Attendite vobis ab hominibus.* (Imperfect.) *oſtendere volens, quia pro omnibus malis homo eſt peſſimum malum. Nam, ſi beſtiis comparare volueris eum, peiorem inuenies. Beſtia enim, quamuis ſit crudelis; tamen quia eſt irrationabilis, declinabitur ab homine crudelitas eius. Homo autem, cùm crudelis ſit, & rationabilis, non facilè euadetur crudelitas eius.* Quippe homo per rationis acumen ſic ſcit circumuenire odioſum ſibi, vt ægrè, & difficulter eius fugiat crudelitatem. Et addit Imperf. ibi: *Denique homo malus peior eſt, quàm ipſe Diabolus. Diabolus enim, ſi videat ſanctum, non eſt auſus ad eum accedere: homo autem malus, quamuis hominem ſanctum viderit, non ſolùm illum non timet, ſed adhuc magis contemnit.* Nec beſtia, nec Diabolus adeo ferox eſt, apud quem non ſoleat benè habere iuſtus: ſolus homo malus ſic ſæuit, vt nec iuſtitiæ habeat rationem, nec (Dan. 3.) innocentiæ. Daniel. 3. miſſi ſunt in fornacem ardentem tres pueri Hebræi: quid tunc? Ait Text. *Porro viros illos, qui miſerant Sidrach, Miſach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres. ambulabant in medio flammæ laudantes Deum.* Quod miraculum tractans D. Auguſt. ſer. 240. (Auguſt.) de Tempore, ait: *Licet Sanctis tam igne ſæuiret, quibus cum hominibus non licuit commoueri. Damnant hoſtes, & abſoluunt ignes. Homines ſæuiunt, & ſupplicium venerantur. Defenduntur ardoribus iuſti, & quos vis humana damnauit, ignis abſoluit. Dum vindicat flamma, impii damnantur, & iuſti ſaluantur.* Quid ſapientius? Quid pulchrius? Iuſtitia, & innocentia, vel apud feras, vel apud ignes, vel apud Diabolum, benè habet, & ſecura euadit: à ſolis malis hominibus malum recipit ineuitabile. O quam ſapienter ab iis ſolis nos cauere Dominus ſuadet! Sanctæ Eulaliæ, inter tormenta, morientis ab ore viſa eſt columba candidiſſima euolare. De quo ait Prudent. in eius Hymno fatus:

Vidit & ipſe ſatelles auem
Fœmina ab ore meare palam,
(Prudent.) *Obſtupefactus, & attonitus*
Proſilit, & ſua geſta fugit
Lictor, & ipſe fugit pauidus.

Expende illa: *Et ſua geſta fugit Lictor.* quippe à nullo debet magis fugere, quam à ſeipſo homo carnifex.

§ XX.

Vt debeat ſemper eſſe ſuſpecta malitia ob futurorum incertitudinem.

NOn ſemel iam dixerant ſenes à ſe viſum facinus Suſannæ, & nihilominùs explicatiùs in fine addunt: *Huius rei teſtes ſumus.* Et quando non ſemel dixerant, à ſe concumbentes viſos, cur neceſſum fuit tam intrepide addere illud: *Huius rei teſtes ſumus?* Miſeri futurorum ignari propriæ iuſtitiæ addebant manifeſtiores cauſas: quo enim magis ſe teſtes proclamabant, eo in cauſæ futuro examine certius ſibi ſupplicium parabant, quod lex talionis ſancit. Sic malitia futuri neſcia ſolet facere. Miſſi fuerant tres pueri Hebræi in fornacem à miniſtris Nabuchodonoſor Dan. 3. *Et non ceſſabant, qui miſerant eos miniſtri Regis, ſuccendere fornacem naphtha, & ſtuppa, & pice, &* (Dan. 3.) *malleolis, & effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.* Expende, vt Chaldæi miniſtri Regis non ceſſabant ſuccendere fornacem, non ceſſabant mittere picem, ſtuppam, malleolos. Et cur non ceſſabant? Ignari futuri euentus, credebant ita citius iuuenes innocentes conſumendos, ac ipſi conſumpti ſunt. Ad hæc D. Auguſt. ſerm. 240. de Tempore, ait: *Succendunt Rex, non vt* (Auguſt.) *iuſtos incenderet, ſed vt ſua interitum procuraret. Succendunt ſcelerati Chaldæi ſupplicia præſentibus perituri. & futurorum ignari miniſtri iuſſa accelerant, parant incendia, flammas exaggerant.* Expende illa: *Futurorum ignari miniſtri,* &c. vt enim ignorabant futurum euentum, ſic fornacem magis, magiſque accendebant, neſcientes ſibi, non iuſtis parari incendium. Proh incertiſſimi hominum conatus, fallaciſſimæ humanæ prouidentiæ! Vel hinc debent nobis ſuſpecta eſſe malignitatis opera: quia neſcimus, an in noſtrum magis, quàm aliorum malum ſint proceſſura. De Laban locutus Textus ſacer Geneſ. 29. ait: *Habebat verò* (Gen. 29.) *duas filias, nomen maioris Lia, minor verò appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis.* Hoc notatur in Lia, quod male ſanos oculos haberet. Quid inde? In Lia intelligitur laborioſa hominum vita, quæ oculis laborat: quia futurorum ſemper eſt incerta. Ex quo ait D. Aug. lib. 22. contra Fauſtum Manichæum, cap. 52. *Lia interpretatur laborans: Rachel autem viſum principium. Actio ergo humana,* (Auguſt.) *mortaliſque vita, in qua viuimus ex fide, multa laborioſa operantes incerti, quo exitu perueniant ad vtilitatem eorum, quibus conſulere volumus, ipſa eſt Lia, prior vxor Iacob, ac per hoc & infirmis eſſe oculis commemoratur.* Expende illud: *Incerti quo exitu perueniant,* &c. hoc enim proprium laborioſæ vitæ noſtræ eſt, quòd incerti ſimus de futuris euentibus, neſcientes, quò peruenturi ſint labores noſtri, an in bonum, an in malum, an in vtilitatem, an in perniciem noſtram: ſæpe enim quos aliis paramus laqueos, in noſtram perniciem venire ſolent.

§. XXI.

Mendacia in proximis conficta, vt ineuitabile ſupplicium à Deo extorquent.

POſt mortis ſententiam auditam, *Exclamauit Suſanna voce magna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia, antequam fiant, tu ſcis, quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſè compoſuerunt contra me.* Non petit fulmina iaculari, terram aperiri aduersùs eos: tantùm proponit Deo nota illorum mendacia, & iis tantùm propoſitis coram Deo ſilet. Cur in ſolis propoſitis coram Deo aduerſariorum ſuorum mendaciis ſilet? Et creditur à Carthuſiano exclamaſſe in data verba, *non* (Carthuſ.) *ſolùm naturali mortis timore, & horrore tanti opprobrii, ſed & zelo iuſtitiæ, tantam falſitatem, & iniquitatem tacituram ſilenter ferre non valens.* Quando ergo zelo iuſtitiæ Suſanna clamabat, cur non petit ſupplicium aliquod venire in tam nefarios calumniatores? Vt teſtabatur notam illorum falſitatem Deo, ſapienter ceſſauit à petendo ſupplicio, ſciens id neceſſario extorquendum ex Deo à mendaciis in proximos affictis. Quippe ſola mendacia contra proximos compoſita coram Deo expoſita ſolent ab illo extorquere ſupplicium ineuitabile. Dicebat Dominus Oſeæ cap. 7. *Cum ſanare vellem Iſrael, reuelata eſt iniqui-* (Oſea 7.) *tas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati ſunt mendacium.* Ecce tibi inter tractatum ſalutis præſtandæ [illegible] ac- liti ob oculos diuinos proſiluere illorum nociua mendacia. Quid tunc? Proceſſit Deus in [illegible] præſtanda? Abiit in eo ipſo, quod dicantur eorum mendacia poſita tunc ob diuinos oculos, iam credendum eſt, quod ſtatim à Deo veniat ſupplicium ineuitabile. [illegible] explicat ſapienter Ruffinus lib. 2. in Oſeam, fatus: [illegible] *igitur, inquit Deus, ad ſuccurrendum miſeris meditarer, inge-*

re,

os, converte paululum oculos, vt quos liberaturus eram, viderem. Et [illegible] in faciem meam iniquitatum agmen inſiſtit, quodammodo vociferantium: quia nemo talibus parcitum iret, qui [illegible] tam labe infecta: quand quidem tanto eſſent odio veritatis imbuti, vt impenſo ſemper ſtudio mendacia funeſta conſtruerent.

Ruffin.

Ecce tibi, vbi m[en]dacia funeſta ponuntur ob oculos diuinos, ipſa ibi vo[ci]ferantur, ne vlla venia detur: ſed abſque mi[ſeri]cordia exerceatur iudicium. Et pergit Ruffinus: *Abſoluit ergo deliberationem meam, qua parcere cogitabam, commiſſi [illegible] eu facinoris magnitudo. Et [illegible] innumeram ſacra veritatis mendacia fabricatos non permiſit effugere.* Planè fabricatores mendaciorum funeſtorum non effugient extortam per [illegible] à Deo iram. Quò accedit Semei multa fing[ens] aduer[s]ùs Dauid[e]m, de quo 2. Reg. 16. dicit: *Ita autem loquebatur Semei, cùm malediceret Regi. Egredere, egredere, vir ſanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul.*

2 Reg 16.

Sic mentiebatur iſte aduersùs Dauidem, illi Saulis interfectionem attribuens. Dauid autem defendit tantum calumniatorem, ne periret [illegible] in Ducum manibus. An, quia Dauid defendit [e]um, effugit ſu[p]plicium? Nullo modo, ſed iuſto Dei iudicio morti traditus eſt [3].Reg. per Regem Salomonem. Non [e]nim ſolent pœnam effugere, qui funeſta mendacia me[d]itantur aduersùs proximos ſuos. Sic notabat D. Ephrem orat. de [illegible] malo, inquiens: *Semei [illegible] innocentem Regem affecit, illum vt Saulis interfectorem accuſans, qui frequenter Saulem à morte liberauerat. Et quia falſo crimine eum incuſabat, morte à iuſto Iudice damnatus eſt. Ita per mendacium calumnia nota iuſte iniuſta fuerat, vt dignas falſi ſui pœnas merito calumniator lueret, vt qui linguam in hominem innoxium exacuerat, qua velut gladio eum occiderat, acutum quoque gladium contrà in ſe ſit expertus.* Vbi funeſta mendacia in Dauidem dixit, minime ſupplicium à Deo veniens euaſit.

3.Reg.2.

Ephrem.

§. XXII.

Artificiosè compoſita mendacia in proximos, vbi nota fuerint Deo, verè pœnas dabunt.

ILlud etiam expreſſit Suſanna, nimirum: *Tu ſcis, quia iſti malitiosè compoſuerunt contra me.* Cùm ait, *compoſuerunt*, exprimit calliditatem, & ſtudium non vulgare in conſtruendo, concinnandóque mendacio. Vt dicat Carthuſ. *Fuit enim mendacium callidiſſimè coloratum. Nam ſenes iſti in hoc expertiſſimi erant.* Et quid, quòd Deus ſciat hoc compoſitum, & coloratum mendacium? Planè hoc ſufficit, quòd talia mendacia à Deo ſciantur. Non enim ſcit ea Deus, & dimittit: quia illa ab eo ſtatim puniuntur. Oſeæ 7. *Circumdederunt e[os] adinuentiones ſuæ, quæ coram facie mea factæ ſunt.* Exp[endit]e, [v]nde peſſimæ hominum adinuentiones, & c[ū] [f]oliæ [i]llis [illegible] ſuis authoribus miſerant malum: nimirum, ex [e]o, quòd ait: *Quæ coram facie mea factæ ſunt.* Vbi enim [h]æ venerunt ad oculos diuinos, ſtatim aduer[s]ùs ſuos at[illegible] mala t[ra]xe[ru]nt. Quò accedit Ruffinus: *[S]ecundum [illegible] Beatus [illegible] eiuſdem populi per[ſo]na confitetur. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui, & omnes dies noſtri defecerunt, atque in ira tua defecimus. Veſtris igitur criminibus iſtu illigati, vt harum adinuentionum pondera ſuſtineretis. Fabricatores, his mendacia Deorum, ſed in veritate dolorum.* Quid pulchrius? Expende illa: *Fabricatores iſtis mendacia Deorum; ſed in veritate dolorum.* Componebant illi mendacia, quibus homines à Deo auocarent, illorumque perderent animas. Quidquid enim ad perdendos homines effingebant, mendacium erat: ſed quod veros dolores, veras pœnas ſuis fabricatoribus traheret, vbi diuinos oculos occuparet. Caue, homo, ab iis funeſtis mendaciis [illegible] um [illegible] im expectatur, vt te perdant, nimirum quod oculis diuinis appareant. Dicebat Iob c. 13. ad amicos ſuos: *Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro eo loquamini dolos?* Quæ verba ſic in rem noſtram legit Catena Græca: *Nunquid [illegible] conſpectu Domini loquimini? Coram autem eo loquimini dolum? An vos ſubtrahetis?* Quando enim me[n]dacia loquebantur aduersùs Iob in conſpectu Domini, ante oculos eius, vaniſſimè putarent ſeſe diuinæ vindictæ poſſe ſubtrahere. Non enim is eſt Deus, qui [fun]eſta videt mendacia, & tacet, ſed quamprimùm illa nititur vindicare.

Carthuſ.

Oſea 7.

Ruffin.

Iob 13.

Cat. Græc.

§. XXIII.

Vbi mendaciis petitur quis, vni Deo fidendum, apud quem ſolum non præualet mendacium.

POſt auditas calumnias, imò poſt ſententiam mortis auditam, nullum ad Iudices facit verbum Suſanna, ſed ad vnum Deum conuertitur dicens: *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor.* &c. Cur non etiam ad populum præſentem loquitur, & apud illum ſuam innocentiam teſtatur? Cur Iudicibus non reſpondet, quo pudore ſuffundantur? Sanctiùs ad vnum Deum confugit, apud quem ſolum non poteſt præualere mendacium. Sic ſanctus Iob multis per amicos mendaciis petitus aiebat c. 13. *Sed tamen ad Omnipotentem loquar, & diſputare cum Deo cupio. Prius vos oſtendens fabricatores mendacij.* Planè cùm à fabricatoribus mendacij [se] peti videbat, non ad illos, ſed ad Deum omnipotentem loqui decernebat. Dei enim ſola ſedes eſt, in qua regnat veritas, & ad quam nullo modo appropinquat mendacium. Exod. 28. Cauebat Dominus: *Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem.* Et cur veritas affigi mandatur in rationali, ſiue pectorali? Credit Philo per rationale cælum ſignificatum, in quo ſolo veritas nouit regnare. Quippe ait lib. de Monarch. *Hinc [illegible] textum pectorale thoracis ſpecie, quo cælum [illegible] indicatur. Id rationale geminum textum variat, quorum alter [cl]aritas appellatur, alter veritas. Per hanc ſubindicatur non eſſe fas vlli mendacio cælum aſcendere, quod totum inde ad terreſtria loca relegatum ſit, & demigrarit in animos ſceleſtorum hominum.* Sic cælum, cæleſtiáque omnia occupat veritas, vt illò non aſcendat mendacium, quod in imis ſolum inuenitur, inſidens in animis hominum ſceleſtorum. Nec præter manum cæleſtem, manúmque diuinam poteſt alius mendacium prorſus abigere. Mendacibus ſpectris, & figuris Malefici Pharaonis obſcurabant veritatem miraculorum diuinorum, donec ad illud ventum eſt, quo Aaron virga percuſſit puluerem terræ, & egreſſa eſt ingens cyniphum multitudo: tunc enim ait Exod. cap. 8. *Feceruntque ſimiliter Malefici incantationibus ſuis, vt educerent cyniphes, & non potuerunt: Et dixerunt Malefici ad Pharaonem. Digitus Dei eſt hic.* Et quando tot miracula anteacta fuerant, in quibus iſti Malefici non cognouerant manum Dei, cur in hoc præcipuè cognoſcunt intereſſe Dei digitum? In anteactis illis mendacibus formis, & ſpectris illa obſcurabant, ita vt mendacium ibi præualeret: in præſenti autem, vbi mendacia non præualent, ſed veritas regnat, non potuerunt non agnoſcere manum diuinam, de qua ſola venit, vt nullo modo mendacia præualeant, ſed veritas triumphet. Ad hæc Lippomanus in Cat. dicebat: *Vide autem hic ſummi Dei omnipotentiam, cùm Malefici ingenuè confitentur miracula Moyſis eſſe vera, & diuina miracula. Et hoc eſt maieſtatis diuinæ proprium, extorquere veritatis teſtimonium, etiam ab aduerſariis, & inimicis.* De ſola Dei manu venit, quod vel inter mendaces linguas, nullus detur locus mendacio, ſed veritas triumphet. Quò ſpectans Pſaltes 108. aiebat: *Deus, laudem meam ne tacueris. quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt. Locuti ſunt aduersùm me lingua doloſa, &c.* Quippe vndique mendaciis petitus vnum Deum timebat, apud quem ſolum patrocinium eſt veritatis. Ex quo pulchrè monet Arnobius ibi: *Cum os peccatoris, & doloſi ſuper te apertum fuerit in terra, gratulare, ſecurus eſto. Quia os peccatoris ad vituperationem tuam aperitur in terra, & ad laudem tuam aperitur in cælo os Dei.* Non ceſſat os Dei veritatem publicare in laudem tuam; tùm peccatores in tuam confuſionem loquuntur mendacia.

Iob 13.

Exod. 28.

Philo.

Exod. 8.

Lippom.

Pſal. 108.

Arnob.

§. XXIV.

Duriſſimum eſt bonis mentibus cum mendacibus, & deceptoribus loqui.

ACcuſantibus, damnantibúſque Iudicibus nihil reſpondit Suſanna, ad vnum Deum conuerſa dicens: *Deus æterne. Tu ſcis, quoniam falſum teſtimonium tulerunt,* &c. Mauult enim bona lapidibus obrui, quam cum iis falſidicis, & mendacibus, & populi deceptoribus verba miſcere.

ſe te. Cùm hæc perpendo, non poſſum non memin... Domini me... mille mendacijs, mille calumnijs p... à Iudæis, de quo ait Matt. 27. *Cùm accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & ſenioribus nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum.* Matth. 27. ... tot falſa teſtimonia in te capitis ſilet Ieſus, nec ad vllum verbum reſpondit. Et c... non reſponderet? At D. Ephrem orat. de malo linguæ: *Iis predictus ſcelandendo exhibuit, & deceptatrix pe... dare noluit.* Ephrem. ... tandem cum deceptionibus, & mendacijs ... cauit Dominus ne ... ſermonem. Et qui non ... prodiderunt, ... pos ... negauit tortoribus, neq; ... uit mendacibus reſponſum.

§. XXV.

A manſuetudine triumphus.

NVllum equidem fecit Suſanna verbum ad accuſatores ſuos, ſed ad Deum dicens: *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor*, &c. Cum ſolo Deo locuta eſt, non cum hoſtibus ſuis, nec illis ſuam iniquitatem obiecit. Quo magis firmabat triumphum ſuum: vt dicat D. Ambr. Ambroſ. *Suſanna tacuit inimicos ſuos, & vicit.* Ex manſuetiſſimo ſilentio, quo vſa eſt, ne inimicos verbis offenderet, victoriam de illis reportauit, & triumphum egit. Et quando manſuetudo in hoſtes non triumphat? Pſal. 131. *Memento, Domine Dauid, & omnes manſuetudinis eius.* Pſal. 131. Sed & in Dauid fuit virtus bellica, qua hoſtes Dei confregit, blaſphemum gigantem funditus perdidit. Cur non magis meminerimus hunc præſtantiſſimum zelum eius, quo Dei hoſtes perdidit, quam manſuetudinis eius, qua Sauli Deo odioſo, & ſibi pepercit? Plane zelus ille & virtus, etſi in optimis ... Dauidis inueniatur, non ſic hominem ad triumphos diſpoſuêre, vt manſuetudo eius. Quippe manſuetudine ſua, præfigurabat virtutem, qua Filius eius ſe ſus de hoſtibus ſuis triumphaturus erat. Vt dicat D. Auguſtinus ibi: *Inimicus Eccleſiæ debellat. Et quomodo debellat? Manſuetudine. Manſuetudine enim ipſe Rex noſter vicit Diabolum. Sæuiebat ille, iſte ſuſtinebat. Victus eſt, qui ſæuiebat, vicit, qui ſuſtinebat.* August. A manſueta ſuſtinentia triumphus venit. Nullis enim armis citiùs vinces Diabolum, quam manſuetè ſuſtinendo. Apoc. 17. *Decem cornua, quæ vidiſti, decem Reges ſunt. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet eos.* Apoc. 17. Quid mirabilius? Hinc decem Reges fortiores leonibus, illinc Agnus vnus: & vbi ad pugnam ventum eſt, Agnus lenis deuincit, dum manſuetè eorum ferociam ſuſtinet. Ad hæc dicit D. Aug. tract. 7. in Ioannem: *Ecce Agnus. Qualis Agnus eſt? Quem timent lupi. Qualis Agnus eſt? Qui leonem occiſus occidit. Dictus eſt enim Diabolus leo circumiens, & rugiens, quærens quem deuoret: ſed quàm Agni victor eſt leo, ecce ſpectacula Chriſtianorum.* August. Credemihi: nulla ſpectabilior pugna, nullum gratius ſpectaculum factum eſt in mundo, quàm vbi vi... vs eſt Agnus pugnare cum leonibus. Et leones quidem ſæuiebant, Agnus ſuſferebat. Victi ſunt, qui ſæuiebant, vicit, qui ſufferebat. Victoria enim de manſueta ſuſtinentia nunquam non proſiliet.

§. XXVI.

Iuramentum ritè emiſſum quencunque decet ſanctiſſimum.

NOn ſimpliciter, ſed etiam iuramento ſuam innocentiam teſtatur Suſanna, vt noſter notat Salianus in ve... *Deus æterne: Tu ſcis, quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me.* Quibus ... ſe aſſeritur in teſtem formal... quo iuramentum conſtituitur. Nec potuit ded... ſanctiſſimam fœminam in eadeo ... vbi de honore ... liberorum ſuorum, & mariti ſui, & totius cognationis ſuæ, & de propria ipſius vita agebatur, ritè iuraſſe. Pſal. 131. *Memento, Domine Dauid & omnis manſuetudinis eius: Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob.* Pſal. 131. Expende, vt inter virtutes Dauidicas etiam ponatur iuramentum. Sicut ... quæ D. Auguſtinus ibi: *Quid ergo dicis? Sicut iurauit Domino. Nihil gratius ei poſſumus offerre, quàm iure iurare.* August. Tantùm abeſt, vt dedeceat hominem per- ſe tam ... iuramentum rite emiſſum, à neceſſitate extortum, vt in ... gratiæ ... efficiatur. Vnde ... Pſal. 14. inter præclaros ... viros, ... ad ciuitatem æternam pertinent, ille cenſetur: *Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.* Pſal. 14. Quæ ſic ... leguntur ab Ariſtophane: *Qui religioſè iurat, ſan... que ſit.* Vbi noſter ... putat, ſynonyma eſſe, religioſè iurare, & ſanctum eſſe: de non vulgari enim ſanctitate ... quod ... religiosè iurare. Aristoph. Circa quæ ait Didymus in Caten. Græca: *Quòd ſi interdum totum gratia, ad quos iuramus habemus, Deo teſte opus eſt, & hoc non grauatè ... Quemadmodum D. Apoſt. hic iuramenti formulam in ... in nobis relinquens, nunc quidem dicit: Teſtis eſt mihi Deus, cui ſeruio, nunc verò: Nouit is, qui eſt ſuper omnes, quod non mentior.* Didym. Et quando Paulus non ſemel iurauit, credam, iuramentum dedecere Sanctos?

§. XXVII.

Deo mentientes, vt in falſis iuramentis fit, à nulla citiùs, quàm à ruina, & calamitate produntur.

SEd illud maximè notandum in hac Suſannæ teſtificatione, quod ait: *Deus æterne ... Tu ſcis, quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me. & ecce morior.* Simul & Deum in teſtem ſuæ innocentiæ vocat, & ait illi: *Ecce morior*, quaſi remin ſolutam illi proponens, quod mors comitetur ritè, & veraciter iurantem: non enim ritè, & verè iurans; ſed malè, & falſè iurans proditur à morte, à calamitatibus, ac ærumnis. Actor. 5. Ananias non ambulabat in veritate coram Deo: quod noſceos D. Petrus ait illi: *Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* Act. 5. *Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit.* Et de ſubitanea eius morte, quod latebat Deo dictum mendacium, omnibus patuit. Id quod ponderans D. Athanaſius orat. in Paſſionem Domini ait: *Miniſter veritatis Petrus eum à ſe extrudit dicens: Non mentitus es hominibus, ſed Deo. Qua in parte ingens miraculum editum eſt: quod enim ſolus nouerat Petrus, id morte Ananiæ omnibus innotuit.* Athanas. Nouerunt omnes, inquit, mendacium dictum Deo. Sed vnde illud nouerunt? Meritò ait: *Id morte Ananiæ omnibus innotuit.* Quippe mors, & calamitas hominum teſtatur illos mendaces Deo, in iuramentis, & promiſſis falſis. Zacharias cap. 5. loquitur Dominus de ſupplicio homini malè iurantis dicit: *Educam illud dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & con... eam, & ligna eius, & lapides eius.* Zachar. 5. Supplicium hominis iurantis mendaciter, non ſolùm contra hominem procedet: ſed etiam, domum eius materialem deſtruet, ligna, & lapides diſſipabit. Et cur ſic etiam materialem domum deſtruet? Vt ex calamitate, & ruina domus, omnibus poſtero... innoteſcat malum falſi iuramenti. Solet enim in magnis criminibus læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ non ſolùm reus percuti, ſed & domus eius diſſipatur, ... ſternitur, Vt permanens ruina vniuerſis crimen ... teſt... Sic cum iurante mendaciter facit Deus. D. Chryſoſt. hom. 15. ad populum, ait: *Qua vide cum lapidis, & ligna iurantis diſſoluit? Vt ruina ei ... ſiat. Poſtquam enim iurantem mortuum terra ... um eſt, domus eius, ruina, & ruina ſta præter euntibus omnibus, & cernentibus ...,* &c. Chryſoſt. Sic ſemper ex ruina & calamitatibus ... manifeſtus erit. Et neſcio, an ab al... citius ruina venit, quàm à falſo, & irreligioſo iuramento. Dicitur Sedecias Rex ... iuramenti factus ... Nabuchodonoſor, quod fortè falſè, & mendaciter emiſerat. Quid tunc? Ait 4. Reg. 25. *Venit Nabuzardan, princeps exercitus, ... Regis Babylonis in ... et ſuccendit domum Domini, & domum Regis, & omnes domos ... eius.* 4 Reg. 25. Et quomodo ... ſic figit ... vniuerſas domos ... ? Ait D. Chryſoſt. hom. ... ad Pop. ... *iuramentis ... & ... ſi ... imagin ...* Chryſoſt. ... quuntur calamitates ... iurant ... ruina, ... dant. ... maximè exper... dum ... quod ait: *Et ſuccendit domum Domini* ... illud ... & ... peracta omne ma... aucte... quidſite ... combuſta periit ... Nec m... iuramenti flammas ducentis. D. Chryſoſt. ... ait:

Remunare

Recordare mihi: quomodo iuramentum vrbem ingreſſum, & domos, & templum, & mœnia, ædificia ſplendida deſtruxit, & Chryſoſt. *ruinam fecit ciuitatis. & neque Sancta Sanctorum, neque ſacra vaſa, neque aliud quicquam pœnam, & vltionem illam arcuit: quia tranſgreſſum fuerat iuramentum.* Non auertitur pœna per Sancta, vbi illam adducit iuramentum malè obſeruatum. Hinc dicebat Dominus Ezechiel. c. 17. aduersùs eundem Sedeciam: *Viuo ego, quoniam iuramentum, quod ſpreuit,* Ezech. 17. *& fœdus, quod præuaricatus eſt, ponam in caput eius. Et expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in ſagena mea.* Circa quæ D. Chryſoſt. ſupra ait: *Vide, quomodo non ſemel, nec bis: verùm & ſæpiùs dixit, quòd ille propter iuramen-* Chryſoſt. *tum hæc omnia paſſus eſt. Implacabilis enim eſt Deus contempto iuramento.* Vbi enim malè immiſſum, & malè obſeruatum iuramentum adeſt, penè implacabilis apparet Deus; ſed magis videtur velle omnia ſuoditùs perdere. Vnde per Ezech. dicebat c. 17. *Nonne radices eius euellet, &* Ezech. 17. *fructus eius diſtringet & ſiccabit omnes palmites germinis eius, & areſcet.* Et vnde tanta perditio? Equidem ipſa, vt magna eſt, ſe oſtendit ſe venire ex malo emiſſo iuramento. Suprà Chryſoſt. *Demonſtrans, quòd omninò propter iuramen-* Chryſoſt. *tum peribit, de pœna ipſa differit, & cauſam ponit. Radices eius euellet, & fructus eius diſtringet. & ſiccabit palmites germinis eius, & areſcet.* Tanta perditio planè monſtrat, non ob aliud, quàm ob falſum iuramentum veniſſe. Nec multis indiget Deus, vt malè iurantem perdat. Locutus Dominus Exod. 6 de perditione Ægyptiorum, & redemptione Iſ- Exod. 6. raelitarum ait. *Redimam in brachio excelſo, ac in iudiciis magnis* Verùm de Sedecia permando ait Ezech. c. 17. *Non in* Ezech. 17. *brachio grandi, nec in populo multo, vt euelleret eam radicitùs.* Et quando Ægypti deſtructio facta fuit in brachio excelſo, & iudiciis magnis; cur deſtructio regni Sedeciæ non fuit facta in brachio grandi? Deſtructio à malè obſeruato iuramento parata non indigebat multis. D. Chryſoſtomus ſupracitatus: *Demonſtrans videas, quòd non humana vi deſtrueretur, ſed quoniam Deum ſibi fecit inimicum per* Chryſoſt. *illa iuramenta, ſubiunxit. Et non in brachio grandi, &c.* Vt perdatur malè iurans non eſt opus brachio grandi: adeò enim imbecillis eſt, vt vel digito attactus poſſit funditùs perdi.

CAPVT VI.

Suſanna liberatur.

Textvs Historia.

SIVE clamantem, ſiue tacentem Suſannam Deus exaudiuit: cúmque extra ciuitatem lapidibus à mirte obruenda duceretur, exſuſcitauit Spiritum Sanctum in puero iuniore, cui nomen Daniel, qui exclamauit voce magna, vt, licet in magno ſtrepitu populi, audiri poſſet. Ea erat vox, quæ profiteretur, iniuſto iudicio damnatam eſſe innocentiam. Non ingrata vox populo, qui cùm libenter ſubſtitiſſet, pollulat puer repeti iudicium, quo fraus innocentiam oppreſſerat. Reuerſus ergo eſt populus cum feſtinatione, iuſſúſque Daniel à ſenibus, vt iudicaturus ſederet. Ille zelo plenus, & diuina ſcientia imbutus mandat in primis ſeparari ab inuicem duos illos ſenes. Mox accerſito altero eorum, & exprobrata vita ſceleribus aſſueta, diuináque lege violata, cuius vindices eſſe debuerant: Nunc, inquit, ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore vidiſti eos colloquentes ſibi? Cùm ergo ille ſub ſchino flagitium perpetratum diceret, non diſtulit Daniel ſententiam: ſed iuxta arboris fictæ alluſionem, ab Angelo medium pronunciat ſcindendum. Rurſus & obiurgato altero, de arbore etiam criminis conſcia interrogat. Dixit ille, ſub pruno: & minimè ſuauiorem ſententiam ex Daniele retulit. Quod cùm populus attendiſſet, vidiſſetque eos conuictos falſi teſtimonij, clamauit voce magna benedicens Deum, qui miniſterio pueri vſus improborum iudicum calumniam, & Suſannæ innocentiam patefecit. Inſuper & inſurrexerunt aduersùs duos Presbyteros, & illos ad Suſannæ pœnam traxerunt. Sic caſtitas triumphauit de laſciuis ſenibus.

MORALIA CIRCA TEXTVS Literam.

INNOCENTIAM Suſannæ vnus potuit ſentire innocens puer: qui enim virtutibus ſimiles ſunt, ſeſe maximè agnoſcere ſolent.

Daniel. 13. Audiuit autem Dominus vocem eius. Cúmque duceretur ad mortem ſuſcitauit Dominus Spiritum Sanctum pueri iunioris, cuius nomen, Daniel. Et exclamauit voce magna: Mundus ego ſum à ſanguine huius

§. I.

En ſit caſtitas honeſtæ fœminæ, quæ facilè cuiquam poſſit perſuaderi.

VT caſtitatem Suſannæ oſtenderet Deus, ait Textus: *Suſcitauit Dominus Spiritum Sanctum pueri. Suſcitauit,* Carthuſ. ait Carthuſianus, *id eſt, progredi fecit in pueris nam, ſicut à dormitione proceditur in vigiliam.* Igitur Spiritus, qui in puero illo dormiebat, ſuſcitatus eſt in reuelationem innocentiæ Suſannæ. Et mirabar, quòd dormiens Spiritus pueri vocetur, vt iam abſtruſam, & occultam, & ſub tot men- Daniel. 4. daciis latentem cauſam diſcerneret, quando, vt Regis Babylonis cauſa damnaretur, ait Dan. cap 4 *Ecce Vigil & ſanctus de cœlo deſcendit, clamauit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, &c.* Hic cæleſtis Vigil, qui nunquam dormierat, venit: pro Suſanna autem pueruli Spiritus quaſi dormiens excitatur. Sed ea erat Suſannæ caſtitas, vt vel à dormientibus poſſit videri. Dicebat S. Auguſt. ſer. 118. de Temp. *Non enim apud Danielem in ſermone initio eſt; ſed in ſancta fœmina tacente lingua, pro ea caſtitas loquitur. Caſtitas enim Suſannæ adfuit in iudicio, &c.* Non equidem ea erat caſtitas Suſannæ, quæ vigilantibus, & diſertis Aduocatis egeret: ſed ipſa per ſe adeò clarè in iudicio cernebatur, vt vel à dormientibus videretur. Luc. 1 *Miſſus eſt An-* Luc. 1. *gelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, &c.* Venit itaque Angelus ad vigilantem Virginem, cum eaque habuit ſermonem de Filij Dei in eius vterum aduentu Verùm Matth. 1. vbi Ioſeph anxius eſſet, de Maria vxore prægnante, & vellet illam occulte dimittere: *Hæc eo cogitante, ecce Angelus Do-* Matth. 1. *mini apparuit in ſomnis ei, dicens. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt* Compone modò Mariam, & Ioſeph: ad vtrunque Angelus venit, ſed ad Mariam vigilantem, ad Ioſeph dormientem Et cur nó ad vtrunque vigilantem, vel ad vtrunque dormientem? Agendum erat cú Maria de Verbi diuini incarnatione: quod myſterium adeò abſtruſum erat, vt vigilantiſſimum animum requireret, ne in eo falleretur. Cum Ioſeph autem agebatur de Mariæ caſtitate, & innocentia, quæ adeò patens erat, tótque virtutum ſignis illuſtrata, vt vel à dormiente poſſit videri. Rem ſic definit Euthymius ibi: *Quam ob cauſam in ſomnis, ipſi Ioſeph apparuit Angelus, & non manifeſtè ſicut Virgini? Quia Vir-* Euthym. *gini quidem manifeſta opus erat viſione, propter res, quæ ſignificabantur, nouiſſimas: Ioſeph autem videns quidem vterc tumeſcentem; cognitam tamen habens vitæ Virginis puritatem, ac innocentiam, alio quoque modo facilè erat crediturus, tanquàm qui ſomnium probè nouerat diiudicare & ideo in ſomnis Angelum vidit.* Adſtipulabatur Mariæ puritas vitæ nota, clariſſimis virtutibus illuſtrata; ideò non veretur pro illa aſſerenda Angelus in ſomnis loqui ad Ioſeph, vt qui facili negotio accepturus eſſet notiſſimam ſibi vxoris puritatem. Vtinam ſic fœminæ viuerent, eam cautelam & pudicitiæ ſeruarent, quæ vel dormientibus vitia poſſet patere aduersùs rumores falſos.

§. II.

Non ad paruam iuſtorum commendationem facit, quod ſupernaturaliter à Deo liberentur.

ITerum pondero illud: *Suſcitauit Dominus Spiritum Sanctum pueri iunioris.* Circa quæ ait Carthuſianus: *Intelli-*
Carthuſ. *ge per Spiritum, gratiam, donúmque Spiritus Sancti iam antè infuſum, quod nunc ſuſcitauit, id eſt, in actum inſolitum, ſupernaturalem, ac magnum procedere fecit.* Equidem inſolitum erat, & ſupernaturale, quòd puer paruus ſeſe vniuerſo populo opponeret, & aduersùs Iudices loqueretur: quæ enim fecit Daniel puer, ſi facta fuiſſent à viro aliquo præſtanti, & prudenti, non crederentur excedere prudentiam humanam. De iuris prudentum ſcientia ventum eſt, vt teſtes ſeparentur, ſeparatim examinentur, & variis interrogationibus pulſentur, vt inde teſtimonij firmitas pateat. Quod ideò non permiſit Deus fieri à viro prudenti, ſed à paruo puero, ne naturaliter, ſed ſupernaturaliter Suſanna liberaretur. Quod non parum ad eius commendationem faciebat. Dan. 3. tres pueri Hebræi in ardentem fornacem miſſi ſunt à tyranno: ſed illis ibi adfuit Dei Filius, qui liberauit eos inter flammas. Imò; vt ait Text. *Angelus Domini deſcendit cum*
Dan. 3. *Azaria, & ſociis eius, in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.* Poſſet flamma illa excludi, & extingui per imbrem aliquem è nubibus cadentem, cur maluit Deus per Angelum hoc, niſi ne crederentur pueri liberari naturaliter, ſed ſupernaturaliter; & inde illuſtriores fierent? Ait D. Chryſoſt. hom. de Anna, & precat. habita num. 6. vbi ait:
Chryſoſt. *Tres pueri periculum vna ſerunt à rogo liberati, & hoc ipſo illuſtres ſunt facti, quòd ſupernaturali modo huius elementi potentiam ſuperauiſſent.* Inde equidem illuſtres ſunt facti, quòd ſupernaturali Dei manu à flammis liberati ſunt. Hinc Exod. 6. extollens Iſraëlitas ait Dominus: *Ego Dominus,*
Exod. 6. *qui educam vos de ergaſtulo Ægyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & iudiciis magnis.* Verùm
Ezech. 7. apud Ezechiel. cap. 17. dum Babyloniorum exercitum adducit contra Ieruſalem, & Sedeciam, vt eius regnum perderet, ait: *Non in brachio grandi, nec in populo multo, vt euelleret eam radicitus*, &c. Ecce tibi armatum Babyloniorum exercitum, quo deſtruitur Ieruſalem, vocat brachium non magnum, neque excelſum, & inermem Iſraëlitarum exercitum, quo Ægyptij periêre, vocat brachium excelſum, & magnum. Et cur non Ieruſalem, ſed Ægyptus, perditur in brachio excelſo, & iudiciis magnis? In perditione Ieruſalem triumphabant Babylonij, & triumphabant ordine naturali: & ideò dicuntur veniſſe in brachio non grandi: quia illis nulla ſupernaturalis virtus adfuit. At in perditione Ægyptiorum triumphabat Iſraël, cuius triumphi gloria inde cenſetur maior, quia in brachio Dei excelſo, & in iudiciis magnis, hoc eſt, virtutibus, & miraculis ſupernaturalibus triumphabat. Sic Babyloniorum triumphus deprimitur, dum fit in brachio non magno. Sic triumphus Iſraëlitarum extollitur, dum ſupernaturaliter liberantur; hoc eſt, in brachio Dei excelſo, & iudiciis magnis. Ait Pſal. 4. *Scito-*
Pſal. 4. *te, quoniam mirificauit Dominus Sanctum ſuum.* Circa quæ D. Chryſoſtom. ibi: *Quid eſt, mirificauit? Fecit ad-*
Chryſoſt. *mirabilem, inſignem, clarum, conſpicuum. Non dixit ſolùm, bonum fecit, ſed admirabilem fecit, ſignificans eum dediſſe cum magno miraculo.* Inde conſpicui, & admirabiles fiunt Sancti, quòd miraculosè, & ſupernaturaliter à Deo tractantur.

§. III.

Similes in virtutibus facili negotio ſeſe agnoſcunt.

ECce tibi videns Suſannam duci ad mortem, puer Daniel exclamabat: *Mundus ego ſum à ſanguine huius.* Circa quæ ait D. Auguſt. ſer. 118. de Tempore: *Cognito*
Auguſt. *igitur Daniel Suſannæ negotio, cùm eam falſis accuſationibus vellet plebs imperita damnare, ait idem. Mundus ego ſum à ſanguine huius.* Ecce tibi Daniel ſe alienum profitetur à Suſannæ damnatione, *cognito eius negotio.* Et vnde nouit Daniel innocentiam Suſannæ? Ipſe puer innocens erat, & caſtus. quo facilè nouit Suſannæ & innocentiam, & caſtitatem, eiúſque cauſam penetrauit. Dicebat Paulus 2. ad Timoth. 2. vt debebat à malis, & iniquis ſe alienum oſtendere, & bonis accedere: *In magna autem do-*
mo non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia. & quædam quidem in honorem, quædam in contumeliam. Si quis autem emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem. Inde æternus honor nos expectat, ſi à vaſis fictilibus alienemur, & coniungamur vaſis aureis. Sed, quando exteriùs omnia ſunt æqualia vaſa, quomodo poterimus cognoſcere, quæ ſint verè aurea? Si nos moribus, & virtutibus aurei ſimus, tunc facili negotio cognoſcemus ſimilia vaſa. Vnde ait D. Auguſt. ſer. 254 de Temp. 2. Tim. 2.
Quæro vaſa in honorem, & nolo, dicas: Quæſiui, & non inueni. Ideò enim quæſiſti, & non inueniſti, quia, quod quæſiſti, tu non fuiſti. Similis ſimili cohæret, diſſimilis diſſimiles refugit. Itaque facilè venit quis in ſui ſimiles, facilèque eos agnoſcit. Ioan. 21. erat Ieſus in littore maris, Auguſt.
& Apoſtoli in naui piſcantes, nec agnouerunt Ieſum, donec Ioannes attentiùs cernens agnouit eum. *Dicit* Ioan. 21.
ergo Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Et cur præ aliis nouit eum Ioannes? Ait D. Hieronym. lib. 1. in Iouinianum: *Cùm eſſent in naui, & piſcarentur in lacu Genezareth, Ieſus ſtabat in littore, nec ſciebant Apoſtoli, quem viderent: ſolus virgo Virginem agnoſcit. & dixit Petro: Dominus eſt.* Expende illa: *Virgo Virginem agnouit.* Vt Hieron.
Ioannes ſimilitudinem virginitatis habebat cum Ieſu, non potuit non illum præ cæteris agnoſcere.

Dan. 13. Quis eſt iſte ſermo, quem tu locutus es? Qui cùm ſtaret in medio eorum ait: Sic, fatui filij Iſraël, non iudicantes, neque quid verum eſt, cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël? Reuertimini ad iudicium: quia falſum teſtimonium locuti ſunt contra eam.

§. IV.

Potentes non palpandi in erroribus ſuis; ſed ſeuerè corripiendi, vbi opus fuerit.

IN medio populi currentis in mortem Suſannæ poſitus Daniel, non veretur illos fatuitatis accuſare: ait enim: *Sic, fatui filij Iſraël, non iudicantes, neque quid verum eſt, cognoſcentes*, &c. Cur bonus non magis veretur populi ſententiam latam? Cur non magis populo morem gerit, vt eum in veritatis cognitionem trahat, ſed ſtatim verbis aſperis illum vocat fatuum? Erat in Daniele ſuſcitatus Spiritus Sanctus, Spiritus veritatis; & ingenuitatis, quem non decebat palpare; ſed abſque vllo timore corripere quemcunque peccantem. Sic de ingenui animi viro loquitur Philo lib. de Ioſeph: *Ciuilis vir, non ignorat quidem penes populum eſſe poteſtatem, tanquàm dominum; ſe tamen non ſeruum profitetur, ſed liberum, & qui ſuo more gerat animo. Reclamauit igitur: Populi fauorem captare non didici,* Philo.
nec vnquam volui, ſed Magiſtratum mihi commiſſum bona fide gerere, vt bonum Procuratorem decet, ac patrem beneuolum, abſque dolo, & mihi ſemper inuiſa ſimulatione. Nec me terrebit vllum intentatum periculum, nec mors quidem: mori malo, quàm ſimulare. Cur enim ſimulem? Si populus eſt dominus; ego certò ſum ingenuus patritius. Sic Philo oſtendit, quàm alienum ſit à viro ingenuo, & præſtanti, potentium erroribus ſeruire, eóſque palpare; quin potiùs ſeuerè in eos animaduertere licet. Quod qui non audet præſtare, Magiſtratus omninò fugiat. Ideò dicebat ille Iſaiæ cap. 3. *Non ſum Medicus, & in domo mea non*
eſt panis, neque veſtimentum: nolite conſtituere me Principem Iſaiæ 3.
populi. Principatum populi meritò refugiebat: quia non erat Medicus, putans non poſſe conſiſtere principatum in eo, qui Medicus non ſit. Sed, quid commune habet Medicus cum Principe? Medicus non reſpicit perſonas: vbi enim id morbus petit, & potentiſſimi hominis venam ſcindit. Ait Philo ſuprà: *Indignum eſſet, ſi in prouidendis commoditatibus cederent cuiuis Medicinæ profeſſoro. Nam ille in* Philo.
ægroto nullam ſplendoris fortunæ rationem habens, nec quòd claro genere natus, aut opulentus, denique Rex, aut tyrannus ſit,

vnum hoc ſpectat, quomodo ſeruare queat hominem; & ſi fortè ſectione, vſtione vè opus videt, ſecat, vritque Principem ſuum, ac Dominum. Planè Medicus, dum opus eſſe videt, non veretur ſecare, aut vrere potentiſſimum. Medicus ergo neceſſum eſt, quod ſit, qui clauum tenet in Republica, ne parcat ferro, & vſtioni, cùm occaſio id petiuerit. Pergit namque Philo ex exemplo adducto dicens: *Ego, qui non vnum virum curandum ſuſcepi, ſed integram ciuitatem laborantem morbo grauiſſimo, contracto ex innata concupiſcentia, quid facere debeo? Num prodita vtilitate publica, illum, aut illum aures mulcere adulatione illiberali, & ne ſeruo quidem decora? Emori præſtat, quàm loqui ad gratiam, diſſimulata veritate, & vtilitate neglecta. Vſurpandum eſt hic illud Poetæ Tragici:*

Philo.

Accedat ignis, accedat & gladius,
Comburere carnem hanc, contrema, repleto te
Meo cruore. Nam priùs vel ſydera
Terram ſubibunt, terra vel ſcandet polum,
Quàm mollis à me extorqueatur vox tibi.

Vbi ferrum eſt neceſſarium, non vnguentum ſolùm ponendũ ab optimo Reipublicæ Medico, ſiue Moderatore. Nec vllis periculis adducendus eſt, vt diſſimulata veritate ad aſſentatiunculas deueniat cum potentibus. Ille emptor Ioſephi dicebatur Gen. 37. *Princeps exercitus*. Græcè ἀρχιμάγειρος, *Archimagirus*. Sic Chryſoſt. Auguſt. Philo. Archimagirus autem idem, ac *Princeps coquorum*. Ex quo pulchrè elicit Philo, quam longe ille fuerit a bono, & ingenuo, liberóque Gubernatore: quippe ait: *Rectè præfectus etiam coquorum nominatur. Quid autem inter Medicos, & coquos intereſt, quis non videt? Ille qui [quid] ad ſanitatem conducit, etiamſi ægroto ingratum videatur, ſolùm magno apparat ſtudio. Hi contrà ſuauia curant, vtilia negligunt. Ergo Medicis ſimiles ſunt Magiſtratus legitimi, non coqui.* Quid pulchrius? Illud eſt diſcrimen inter bonum Magiſtratum, & malum, quod eſt inter Medicum, & coquum. Medicus illa parat ægroto, quæ ſaluti conducant, etiamſi aſpera, ſi fellea, ſi ingrata ægroto ſint. Coquus illa proponit conuiuis, quæ ſuauia, & grata, etiamſi mala ſint, & inſalubria.

Geneſ.39.

§. V.

Qui infimarum rerum curis, & ſtudiis immerſus eſt, ineptus prorſus, & fatuus habetur ad iudicia vera facienda.

IN medio populi erat Daniel, & ad populum loquebatur, cum dicit: *Sic fatui filij Iſrael, non iudicantes, neque, quod verum eſt cognoſcentes.* Nec miror, quòd populares homines fatui ſint, nec verum cognoſcant. Vt enim populum ſæpiùs homines infimarum rerum curis, & ſtudiis immerſi: ſic inepti ſunt ad vera iudicia facienda. Adultera illa Ægyptia tenens pallium Ioſephi clamabat ad maritum Gen. 39. *Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus, quem adduxiſti, vt illuderet mihi. Cùmque audiſſet me clamare, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras. His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis iratus eſt valdè, tradiditque Ioſephum in carcerem.* Pallium in manu relicti euidentius ſignum erat viri reluctantis, quam allicientis: cur ergo maritus ſic falſus eſt verbis vxoris, ne videret veritatem per adeò euidens ſignum manifeſtam? Erat is Princeps coquorum, vt vidimus paragrapho præcedenti: homo autem tam infimis culinæ tractatibus immerſus, ad cognoſcendam etiam clariſſimam veritatem prorſus erat ineptus. Ait Philo lib. de Ioſeph: *Non animaduertis veſtem, quam ab adoleſcente relictam mulier proferebat, eſſe indicium violentiæ, ſed mulieris, ipſius verò adoleſcentis patientiæ. Nam ſi vim tentaſſet inferre dominæ, retinuiſſet etiam amiculum, nunc eluctans ſuo pallio ſpoliatus eſt. Verùm huius in cæteris venia fortaſſe danda eſt ei, qui degens in culina inter lanienas, & fumos, ac cineres non poterat vacare cau[ſæ] cognoſcendæ, ita vt poſtulabat ratio, immerſus rebus corporis.* Sic, qui culinarum, rerúmque infimarum tractatibus nimis adhærent, ibique ſolertiſſimi eſſe videntur, prorſus in rebus maioris momenti, ſolidiorisque boni decipiunt, & ſic ſe gerunt, quaſi fatui ſint, atque inepti. Vnde D. Syneſius lib. de Prouidentia, proponens duos, qui præparabantur ad regnum, alterum præſtantiſſimum, alterum ineptum; de inepto [illegible]: *Ille autem cum diſpenſatoribus obnixè hiſce de rebus altercatur, quotnam medimnus tritici grana, aut congius cyathos contineret, ſuperuacuam, & importunam animi ſolertiam præſeferens.* Et de hac ſolertia in rebus minutiſſimis, & ſordidiſſimis, quid poſſet ſperari ingenuum? Planè hi ſunt præſtantiſſimæ gubernationis peſtes.

Gen.39.

Philo.

Syneſ.

§. VI.

Ineptus ad veram ſententiam præſtandam, qui ſapientiorum placitis, & rerum demonſtrationibus non eruditur.

ITaque ad populum, in cuius medio erat, Daniel dicebat: *Sic fatui filij Iſrael, non iudicantes, neque quod verum eſt, cognoſcentes*, &c. Fatuitas enim erat, & plebeia ineptitudo, quæ in re graui, ſine exacto examine, ſine eruditis ſapientium placitis viſis, trutinatis ferebatur. Nunquam enim non erronea eſt talis mens, etiamſi alioqui videatur acuta, & ſubtilis. Iuſſus fuerat Ioſeph ire, vt videret fratres ſuos, & noſceret, quid illi agerent. Et ille Gen. 37. *Venit in Sichem, inuenítque eum vir errantem in agro, & interrogauit, quid quæreret. At ille reſpondit: Fratres meos quæro: indica mihi, vbi paſcant greges. Dixitque ei vir: Receſſerunt de loco iſto. audiui eos dicentes: Eamus in Dothain. Perrexit itaque Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos.* Sic Ioſeph amabat inuenire fratres, & ideò ſedulò illos quærit, nulli viæ, nullo itineri parcens. Et interea, *inuenit eum vir errantem in agro*. Quippe dum ſolus ex ſuo quærit, nullum alium ſapientem videns, nec audiens, cuius placitum trutinet, & examinet, quid aliud faceret, niſi errare? Philo lib. de profugis ait: *Quicunque nec quærere, nec inuenire cupiunt, rationem ſuam per incuriam litionem, & inexercitationem affixerunt grauiter, & cùm poſſent acutè cernere, cæcati ſunt.* Sic bonus etiam acutiſſimos cæcos putat, vbi eruditione, exercitatione vè carent. Quippe qui aliorum placita non videt, multáque ſapientium dicta non audit, cæcus cenſendus eſt ad inueniendam veritatem, etiamſi acutiſſimos ad cernendum oculos habeat. De illis gentium locutus Pſ. 134. dicit eorum ineptitudinem miratus: *Oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient.* Quæ putat Philo conuenire ineruditis Magiſtratibus, quorum oculi, & aures otioſæ ſunt, nihil ab aliis audientes, nihil videntes, ſed prorſus otio torpentes, qui fiunt non abſimiles ſtatuis. Dicit enim vbi ſupra: *Qui, quis contempto præceptore per innatam ſimul & contumaciam ſocordiam, reliquit exteriora, per quæ poſſet videre audire, aliáque vti potentiis ad res naturales diiudicandas, & circumacta retrorſum ceruice, cæca vitæ negotia pluris facit, quàm partim ſui corporis, infamis ſtatua fit, nihil à ſurdo, inanimatóque lapide differens. Non habeat quidem, vt Moyſes loquitur, talis mortalis cor, vt intelligant, oculos, vt videant; aures, vt audiant: ſed cæcam, ſurdam, ſtupidam, omni ſenſu orbatam ſibi reddiderunt, nihil rimantes eorum, quæ curare deberent.* Quid ſapientius? Anteriora negotia ea vocat, ad quæ per externorum ſenſuum exercitationem venitur, nimirum, per viſum, dum volumina ſapientium legimus, notamus, obſeruamus; per aures, dum audimus aliorum docta placita, eaque examinamus. Cæca autem negotia, & poſteriora illa putat, circa quæ nullis externis potentiis vtimur, nec oculis ad legendum, nec auribus ad audiendum, propriis noſtris ſenſibus adhærentes. Qui tales ſunt in negotiis tractandis, nihil differunt a lapideis ſtatuis, quæ oculos habent, & non vident; aures habent, & non audiunt. Horum vita cæca, ſurda, ſtupida, & omni ſenſu orbata cenſenda eſt. It pergit Philo ex verbis Exodi eos pungens, qui non adhibent oculos, vt videant; nec aures, vt audiant ſapientium placita: *Conuerſus, inquit Textus, Pharao intrauit in domum ſuam; ac ne huic quidem rei mentem adhibuit: ac ſi diceret, nihil vnquam curauit, ſed paſſus eſt ſe tanquam plantam incultam areſcere, & ſterileſcere. Nam Conſiliariis diſceptando, conſiderandóque intellectum acuunt, qui ſi ſe exerceat, dominatus fructus percipit, perſpicacitate & ſolertiam: ſin ſe tradat incogitantiæ, torpeſcit, & hebetat acumen prudentia.* Areſcit equidem mens hominis, dum non irrigatur lectione docta, ſiue ſapientium conſiliis, placitiſque auditis, & examinatis, quibus ad ſolertiam, & perſpicacitatem eruditur, & quæ ſi contemnat, in eam ſterilitatem deuenit, in quam deuenit planta inculta.

Gen.37.

Philo.

Pſal.134.

Philo.

§. VII.

Vera ſententia per homines non expectanda, niſi ſeruatis iuridicis ſpatiis, longiſque moris examinis.

FAtetur Daniel, ſe noſſe falſum eſſe crimen affictum Suſannæ, & vocat populum ad iudicium peragendum, longúmque cauſæ examen: ait enim: *Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt contra eam.* Et quando tu certò ſcis teſtimonij afflicti falſitatem, cur nouum iudicij tribunal ſtatuis? Cur tempus vis conterere in examinanda iuridicè, inquirendáque rei veritate? Nónne vt tibi ſine vlla iudicij pompa perſuaſa eſt, & tu illam ſimiliter populo perſuadere vales? Minimè: Daniel enim innocentiam Suſannæ à Deo doctus fuerat, qui ſolus in temporis momento poteſt & docere, & perſuadere hominibus rerum veritates. Vbi autem non Deus, ſed homo eſt, qui docet, non eſt ab illo vera ſententia ſugenda, niſi iuridicis ſeruatis ſpatiis, longóque examine. Nota eſt hiſtoria Iacobi furantis benedictionem ex patre, vt diſſimulato habitu Eſau introibat, vt cibos offerebat ſeni. Quid tunc? Ait Geneſ. 27. *Rurſúſque Iſaac ad filium ſuum. Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuiſti, fili mi? Qui reſpondit: Voluntas Dei fuit, vt citò occurreret mihi, quod volebam.*

Gen. 27. Hoc opponebat Iſaac argumentum aduerſùs cibos per venationem hominis comparatos, ſcilicet, nimiam feſtinationem in illis inueniendis. Quo argumento vt ſe expediret Iacob ſapienter ad Deum confugit, cuius ſolius eſt omnes moras abrumpere, & vel in momento abſtruſiſſima quæque ob oculos dare. Quò ſpectans Philo lib. de ſacrif. Abelis, ait: *Qui rogatus, à Patre: Quid hoc eſt, quòd citò inueniſti, fili? Quaſi digna reſpondet: Quod dedit Dominus Deus coram me. Quippe qui longa experientia doctus erat, quòd quicquid innatum eſt animæ, longo vſu confirmatur: ſicut fit, etiam artes, earúmque præcepta traduntur diſcentibus. Nec poſſunt enim præceptores, quemadmodum, qui in vas infundunt, implere mentem eorum, qui introducuntur. Sed quando fons ſapientiæ Deus ſcientias tradit humano generi, ſine mora hoc facit, & ex tempore.*

Philo. Non indiget Deus tempore, vt faciat, quidquid volet, etiamſi vniuerſæ veritates propalandæ ſunt, illas propalat abſque mora. Non ſic homines; ſed hi per ſpatia, & moras, & longas inquiſitiones faciunt, vt aliquando veritas pateat omnibus.

Daniel. 13. Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione, & dixerunt ei ſenes: Veni, & ſede in medio noſtrûm, & indica nobis, quia tibi dedit Deus honorem ſenectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos.

§. VIII.

Ab vno Deo venire poteſt, quòd viri, ſenéſque puero ſe ſubmittant regendos.

TOtus, quantus erat populus, viri, ſenéſque conuerſus eſt ad vocem pueri Danielis, dicente Textu: *Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione, & dixerunt ei ſenes: Veni, & ſede in medio noſtrûm,* &c. Quo patuit, Deum in Daniele eſſe: ſolus enim Deus illi aſſiſtens poſſet facere, vt tanti populi viri, ſenéſque ſic ſe vnius pueri iudicio ſubmitterent. De tribus illis Magis ab Oriente venientibus dicit Matth. c. 2. *Intrantes domum, inuenerunt puerum, & Mariam, Matrem eius: & procidentes adorauerunt eum.*

Matth. 2. Et quis faceret, quòd Magi, ſapientes viri, ſic ſe puero ſubmitterent, niſi & in puero eſſet ſumma Dei poteſtas? Sapienter id notabat Prudentius in Apotheoſi, ſic canens:

Nunquam vana viros ars, mens, aut lingua fefellit:
Nunquid fortuitis fruſtrantia dona dederunt
Prudent. *Caſibus? Aut caco votum ſub honore dicarunt?*
Quæ porrò cauſa, aut ratio ſubmittere colla
Ante pedes Mariæ, puerique crepundia parui?
Si tantùm mortalis erat, nec ſumma poteſtas
Implebat teneros diuinis flatibus artus?

Neceſſum eſt credi, ſummam Dei poteſtatem adeſſe puero, cui ſe ſubmittunt viri ſenes. Facit enim hoc ſola Diuinitatis potentia in religioſis Ordinibus, vbi & viri ingenio, virtutéque multa pollentes, & ſenes grauitate, & prudentia inſignes ſub iunioris ſæpè, & illiterati Prælati pedo trahuntur, reguntur. Quod miratus Iſaias cap. 11. de temporibus Saluatoris noſtri dicebat: *Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.* Iſaia 11. Et cui puero poſſent ſic ſeſe ſubdere leones, niſi illi, in quo ſedet Diuinitatis plenitudo? Ait D. Greg. Mag hom. 16. in Ezech. *Vnus eſt etenim Dominus ac Redemptor noſter, qui & hic electorum ſuorum corda ad vnanimitatem ligat, & ad ſupernum amorem, per interna deſideria ſemper ſtimulat. Vnde & illic ſubditur: Et puer paruulus minabit eos.* Gregor. Crede mihi: vnus Deus inſidens puerulo noſtro, potens eſt tot viros, tot excellentiis præſtantes, ſibi ſubdere, & vnanimiter dirigere. Et quid non faceret puer, in quo eſt Deus? Luc. 2. puer duodennis Ieſus quærebatur à parentibus: *Et inuenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis eius.* Luc. 2. Sapientes illi ſtupebant puerum ſibi ſuperiorem in ſapientia, illique primas cedebant. Quid mirum? Erat in puero Deus. Pro quo ait ibi Beda: *Doctores Iudæorum quaſi nouum ſtupent, interque alta, quæ audiunt, & infirma, quæ vident, dubia admiratione turbantur: nos autem ſcientes hunc eſſe, de quo olim Propheta gratulabundus exultabat: Paruulus natus eſt nobis, Filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis; nequaquam miremur, eum, qui ſic paruulus factus eſt homo, vt nihilominus quod erat ſemper Deus, permaneret, modò Diuinitatis ſuæ, modò humanitatis bis, quos oſtendere cupiebat, indicia dediſſe.* Beda. Quippe indicia Diuinitatis erant, quòd puer Doctores in ſtuporem raperet, eóſque ſibi ſubſcribere faceret.

§. IX.

Non efficit puerilis ætas, in qua viget diuinus Spiritus.

ILlud mirandum, quod ait Textus: *Dixerunt ei ſenes: Veni, & ſede in medio noſtrûm, & indica nobis: quia tibi dedit Deus honorem ſenectutis.* In puerilibus Danielis annis agnoſcitur ſpiritus Dei, qui deprauatos ſenes conuincat, & puniat. Ex quo dicebat D. Ignatius Martyr epiſt. ad Magneſianos 6. *Decet non contemnere ætatem Epiſcopi. Nec enim annoſi continuò ſapientes ſunt; nec ſenes intelligentiam poſſident, ſed ſpiritum, qui in hominibus eſt. Daniel enim ille ſapiens, cùm duodecim eſſet annorum, ſpiritu Dei afflatus erat; & ſenes fruſtrà canos ferentes, calumniatores, & aliena forma appetentes eſſe coarguit. Samuel autem puer paruulus Heli nonagenarium reprehendit, quòd ſuos filios pluſquàm Deum honoraret.* Ignat. Sic probat Sanctus, non ab ætate, ſed à ſpiritu, ſed à virtutibus canos hominum eſſe cenſendos. Hinc de duobus coniugibus, Abraham, & Sara, loquutus Textus ſacer Geneſ. cap. 18. ait: *Erant autem ambo ſenes, prouectæque ætatis.* Geneſ. 18. Et nunc primùm in Scriptura vocari ſunt homines ſenes. Inuenies anteà, qui vitam vſque ad quadringentos, & vſque ad nongentos annos extenderint: & nullus dictus eſt ſenex. Abraham autem, qui nondum centenarium expleuerat, iam vocatur ſenex à ſacro Textu: procul dubiò quia hic præ omnibus virtutum, doctrinæque canitie excellebat. Philo ait lib. 1. de Abraham: *Hunc primùm nominant ſeniorem, quamuis maiores eius triplo, & ampliùs longæuiores fuerint, quorum neminem legimus hac appellatione dignum habitum, & meritò. Nam reuerà ſenior non in longitudine temporis; ſed ex laudata vita ſpectatur. Siquidem qui multum ætatis in corpore vixerant ſine probitate, longæui pueri dicendi ſunt, qui nunquam diſciplinas attigerunt dignas canitie. Amator autem prudentiæ, ſapientiæque, hoc eſt, erga Deum fiducia, iuſtè ſenior, ſiue primas vocare poteſt.* Philo. Non qui longa ætatum ſpatia confecit, ille ſenex eſt: ſed, qui ſpiritu Dei agitur, qui virtutibus floret. Vt meritò dicat D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 4. *Adoleſcentiam tuam nemo contemnat: ſed eſto exemplum fidelium,* &c. 1. Tim. 4. Ex quo dicebat S. Ignatius vbi ſupra: *Adoleſcentia igitur non eſt contemnenda, quoties Deo dedita, conſecratáque fuerit. verùm is contemnendus eſt, qui prauo eſt animo;* Ignat.

tametſi

tametſi multorum dierum tempore plenus ſit. Iuuenis magiſter erat Timotheus ille, Chriſti plenus, verùm quid ei magiſter ſcribat, audite. Adoleſcentiam tuam nemo contemnat: ſed eſto exemplum, &c. A vera ſenectute prorſus reiiciendus, qui vitiis ſeruit, qui nullius virtutis præbet documentum.

§. X.

Ab impiorum ore laudes in te profecta cauenda.

HOc dicebant ſenes Danieli: *Veni, ſede in medio noſtrûm, & indica nobis: quia tibi dedit Deus honorem ſenectutis.* Et tantæ ſenum comitati, tam honorificis verbis nullam gratiam refert Daniel, nullúmque illis verbum officioſum reddit, ſed iudiciaria ſeruitute plenus ſolúm ait: *Separate illos ab inuicem.* Et cur non magis te honorantibus ſenibus gratificas? Cur non officium reddis officioſis adeò tibi hominibus? Creduntur hi ſenes fuiſſe illi ipſi impij, qui Suſannam conſtuprare intentauerant, & modò illam falsè accuſabant, & atrociter condemnabant. Sic Salian. ſic Cornelius noſter putant in præſenti. A tam impiis autem hominibus profectas laudes Daniel maximè deſpicit, & eas cauet: nullus enim, qui Dei ſpiritu agitur, non maximè abhorret à laudibus de impiorum ore profectis. Dicebat Iſaias c. 11. de Ieſu meo. *Neque ſecundùm auditum aurium arguet.* Quæ ſic leguntur apud D. Cyrillum Alex. *Neque ex ſermone redarguet.* *Iſaia 11.* Itaque bonus ille Princeps, Ieſus meus, vt iudicet, non attendet ſermones auditos, dictóſque ſibi. Et quis non miretur hoc in Iudice bono, quòd non attendat ſermonibus? Imò credideram, quòd Iudex ſecundùm audita, & probata debeat iudicare. Quomodo ergo Iudicũ præſtantiſſimus inde extollitur, quòd ſecundùm auditos ſermones non iudicabit? Audiuntur frequentiſſimè ſermones laudatorij à Principibus: iniquiſſimi enim rei laudibus ſolent Principes palpare, vt apud illos bene habeant. Quos ſermones fugere, & cauere maximè debet, qui bonus eſt. Ait D. Cyril. *Pleri que enim noſtrûm honore dignoſcentur, qui laudare volunt, quantumuis bonis moribus prædìti non ſint, & illis mercedem volunt adulationis tribuunt, vt interdum etiam celant eos, & obſeruent, ac reprehenſiones ſupprimunt.* Cyrill. Al. *Verùm Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum hoc facitare nemo viderit. Quæ enim blandè volunt loqui, neque vere bonis ſunt hos acerbiſſimis reprehenſionibus conuertet ſæpè, vt vel tum vellent in iſtiuſmodi moderatione* Idem. Adulantium ſibi reprehenſiones ſupprimunt multi, gaudentes laudibus ſuis vel de nequiſſimorum ore auditis. Non ſic Ieſus, non ab ore iniquo, nec laudari ſuſtert Matth. 22. veniebant ad Ieſum & Iudæi, & Herodiani dicentes: *Magiſter, ſcimus, quia verax es & viam Dei in veritate doces, & non eſt tibi cura de aliquo: non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis, hypocritæ?* Matth. 22. Quid ſ...ugitius? Hypocritas vocat eos, qui officioſiſſimè acceſſerant, qui honorificentiſſimis verbis, & veriſſimis eum accipiebant. Nec miror: cognouerat illos nequitia plenos, & ideò eorum deſpicit aſſentationes. Ibi D. Cyril vbi ſuprà: *Obſerua igitur, quo pacto redarguat palpantes, & blandientes repellat. Eos tentatores, & hypocritas de impietatis nominauit. Itaque non iudicauit ex opinione. Neque redarguit ex ſermone: non enim adhærebit his, qui impiè affecti ſunt, quique leporem orationis, tanquã fraudulentia, & verſutam perſonam ſibi ipſis attribuunt.* Cyrill. Nunquam non aſperè accipit Ieſus adulatorios ſermones ab impiis profectos: latet enim ſemper etiam in veris laudibus ab impio ore profectis non parum veneni. Luc. cap. 4. *Erat homo habens Dæmonium immundum, & exclamauit voce magna dicens: Sine, quid nobis & tibi, Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos? Scio te, qui ſis, Sanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmutſce.* Luc. 4. Non ſine increpatione ſilentium imponit ei, qui veritatem de ipſo Ieſu prædicabat. Quò ſpectans D. Ephr. orat. de ling. malo, ait: *Deſipiſſis ... ſpecie veritatis decipere ſ... à qua ... Ideo Saluator, ne vera quidem à Dæmone audire voluit. Eadem etiam pluuia irrigantur herba bona, & mala; cùm ſit eiuſdem rationis aqua, & quidem bona naturâ, in herbarum tamen vitium influit. Et ſerpens, quamuis dulciſſimis veſcatur, ſubitò eam in amaritudinem vertit, quam in aliquem infuderit, ... Sicque ex veritate in adulatione conſpicitur, velut cicata mortifera ... ſub verborum ... amaritudo latet exitioſa.* Ephrem. Vt pluuia bona ex ſe conuertitur in vitium herbarum, & vt cibus dulcis in venenum comedentis; ſic veræ etiam laudes in ore nequiſſimorum, neſcio quam malitiam inde trahunt. quam maximè fugiamus.

§. XI.

Diuinum maximè eſt, quòd in iudicio perſonam non reſpiciat.

DE ſenibus, & Iudicibus populi, à quibus & honorificè, & officioſiſſimè tractabatur, dicit Daniel: *Separate eos ab inuicem*, &c. Et cur non magis veretur hominum canos, & dignitatem, & ſibi officia præſtita? Iam inde ſe plenum Deo oſtendebat, cuius propriiſſimum eſt, non reſpicere perſonas in iudicando. Iſaias cap. 11. hoc ſignum poſuit Dei aduenientis ad nos, nimirum: *Non ſecundùm viſionem oculorum iudicabit.* *Iſaia 11.* Quæ leguntur apud D. Cyrillum Alexandrinum ibi: *Non ex opinione iudicabit, neque ex ſermone redarguet.* Cyrill. Al. Et quid eſt, non iudicare ſecundùm viſionem oculorum, nec ex opinione? Id eſt, non iudicare ſecundùm externam apparentiam fortunarum eorum, qui in iudicio apparent. Ad opinionem enim conſtituendam ſufficiunt doctæ aliquæ perſonæ, & graues. Iudex autem diuinus, qui iuxta ſuæ naturæ excellentiam iudicium facit, nullum debet habere reſpectum perſonarum. Ait D. Cyrill ibi: *Non ex opinione iudicabit, neque ex ſermone arguet. Digna res Deo, ſummaq; naturæ conſentanea.* Idem. *Etenim non ex ſpecie homines intueri; ſed rectum, & immotum in eo quoque, & omninò irreprehenſibile exercere iudicium, nónne omnium rerum Reginam naturam decet? Non enim nouit perſonam reſpicere, nec diuitiis, vel elegantia cultus, vel authoritate decoratam quenquàm honorat, aut æſtimatione ille dignatur alter ... volentem, ſed operatorum iniquitatis condemnat prorſus, & damnat.* Expende illa: *Digna res Deo, ſummaq; naturæ conſentanea*, &c. hoc propriiſſimum Dei ingenium eſt, quòd iudicium faciat abſque omni reſpectu perſonarum. Vnde Deut. 16. mandabat Dominus Iudici: *Non accipies perſonam in iudicio.* Deut. 16. Circa quæ ait D. Cyrill. Alex. in cap. 2. Amos: *Cui officium iudicis mandatum eſt, locum Dei planè obtinet, cui & ſoli proprium eſt iudicare. Qui igitur iuſtitiæ rationem adulterat, & perſonam reſpicit, in diuinam excellentiam contumelioſus erit.* Cyril. Al. Imò & clariùs dicit Deut. 1. *Nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruum audietis, vt magnum; nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.* Deut. 1. Ex quibus dicebat etiam D. Cyril. in cap. 3. Michææ: *Aſt, qui ſe ad iniquè iudicandum exercet, tanquam non diuinum, & altiſſimum thronum inuadit, & in ipſam ineffabilem gloriam ſe perturbat ... ſicut, quia rectè iudicare nouit. Dei enim iudicium eſt.* Cyril. Al. Deum itaque oppugnat, eiúſque thronum demoliri ſatagit, qui in iudicio perſonam reſpicit.

Daniel. 13. Cùm ergo diuiſi eſſent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata, quæ operabaris priùs iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: Innocentem, & iuſtum non interficies.

§. XII.

Malum mendacio illatum in Authorem conuertitur.

MEritò iam iam puniendo ſcelerato ſeni dicit Daniel: *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua*, &c. Nunc, inquit, venerunt tua peccata: quæ enim peccata tua innocenti Suſannæ, & aliis mortem inferebant, nunc eadem veniunt, vt tibi eam inferant: nunquam enim malum, quod per mendacium alteri infertur, in ſuos authores non venit. Dominus Pſalm 17. ait: *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ. Deus, qui das vindictam* Pſal. 17.

mihi, &c. Quippe Iudæi per mendaciſſimas accuſationes mortem inferebant Ieſu, ex quo factum eſt, vt vindicta de illis ſumeretur à Deo, cùm illa ipſa mendacia authoribus ſuis mortem intulerunt. Vt meritò dicat D. Athan. orat. de Paſſion. *Mentiti ſunt Iudæi contra Saluatorem, & cùm legem ſe dicerent ſeruare, vere in dicendo non fuerunt; ſed prævaricabantur aduerſus eum, qui legem dederat, mortem Domino pro viciſſitudine gratiarum molientes. Meritò igitur reiecti ſunt, & mortem, quam aduerſùm Dominum mentiendo induxerant, eam aduerſùs ſeipſos attraxerunt.* Expende illa, nimirum: *Quam aduerſùs Dominum mentiendo induxerunt, eam aduerſùs ſeipſos attraxerunt.* Mendacia illa ipſa, quæ mortem Ieſu inferebant, eadem in authores ſuos mortem venire compellebant. Fugientem aliquando Dauidem videns Semei multa in innocentem congerebat mendacia: ait enim 2. Reg 16. Textus: Ita loquebatur Semei, cùm malediceret Regi: *Egredere, egredere, vir ſanguinum,*
2. Reg. 16. *& vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul, quoniam inuaſiſti regnum pro eo.* Sic malus innocentem Dauidem, & homicidam, & regni alieni inuaſorem vocabat, quibus mendaciis ruinam immerenti conciliabat. Quid tunc? Impunè vixit toto tempore Dauidis: vbi autem Salomon regni tenuit clauum, Semei vocat, eique iubet, ne vnquam ab Ieroſolymis abſcedat ſub pœna capitis, inſuper & compellit illum iurare, quòd non diſcedet. Sic erant omnia in pace: ſed non multùm pòſt, accidit, quòd Semei ſerui fugerent, & ad Regem Geth confugerent. Quod ſciens Semei, egreſſus Ieroſolymis iuit quæſiturus ſuos ſeruos. Textus ait 3. Reg 2. *Surrexitque Semei, ſtrauit aſinum ſuum, iuitque ad Achis in Geth ad quærendos ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth.* quo iram Salomonis incurrit, & pœnæ capitis fuit addictus. Et mirabar, cur Semei non magis veritus fuerit iuſiurandum datũ Regi, & Regi, quem in parente offenderat, confringere? Sed mendaciorum antiquorum peccata venerunt modò, & eam à Deo extorſerunt permiſſionem, qua homo cæcus iuſiurandum frangeret, & inde in eum mortem reiicerent. Salomon enim ibi ait: *Tu noſti omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo. Reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum.* &c iuxta quæ ait Carthuſ. *Hoc*
Carthuſ. *eſt, ſaſte* [illegible] *permiſit te Deus cadere in transgreſſionem præcepti mei, propter iniquitates tuas in Dauid commiſſas, propter quas nunc debitam tibi pœnam infliges.* Sic mendacia illa quondam conficta in Dauidem, venerunt tandem in conſpectum diuinum, vt omne mortis virus in authorem ſuum refunderent.

§. XIII.

Reprobandi non cognoſcuntur à Deo Iudice, in quo eorum ruina conſiſtit.

EXpende illud, quod ait: *Vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: Inueterate*, &c Non dixit, quem vocaſſet primò: nequiſſimi enim homines non erant noti tanto Iudici. Malitia enim vt reprobanda, ſic ignota debet eſſe Iudicibus, qui Dei ſpiritu aguntur. Cùm phalana illa perdendorum hominum veniret in hortum, inde agnum Dei raptura, Ieſus, qui expectabat eos, obuiauit illis dicens:
Ioan. 19. *Quem quæritis?* Ioan. 19. De eo, qui quærebatur, interrogat, quaſi neſciret illorum auſus. Cur, Domine, non citiùs te exponis? Cur interrogationibus tempus conteris? Cur ante omnia non dicis: Ecce me. Ego ſum, quem quæritis? Equidem interrogatione illa voluit oſtendere, quàm ſibi optimo, & maximo Deo Iudici ignoti eſſent auſus illi temerarij, & maligni. Dicit Rupert. ibi lib. 13. *Sponte occurrens*
Rupert. *dixit eis: Quem quæritis? Non dixit. Ecce ego, quem vos quæritis. ſed, Quem quæritis* [illegible] *: quia verè talem perſecutionis modum veritas neſcit.* [illegible] *ignorat.* Planè à vero, & bono ignorantur, quicunque ſe actibus malignis implicant. Nec inde liberi mali; quia ignoti ſunt vero Iudici, quia in eo tota illorum ruina conſiſtit. Pſal. 1. *Nouit Dominus*
Pſal. 1. *viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.* Cur non ait conſequenter ad primum, & viam impiorum non nouit? Cur maluit tacere de impiis, quòd ignoti eſſent Deo? Non tacuit; ſed in eo Deo ignotos oſtendit, quod dicit, eos perituros. Aug. in Pſal. 141 ait: *Non dixit, viam impiorum non nouit: nouit enim viam iuſtorum, & via impiorum peribit.*
Auguſt. *Quod enim non nouit, peribit. Quia Deo cognoſcere, ſecurum eſt; Dei agnoſcere, cuſtodire eſt, non agnoſcere, damnare eſt. Vnde etiam, qui nouit omnia, dicturus eſt in fine; Non noui vos. Non inde gaudeant, & dicant. Non puniemur, quia non nouit nos Iudex. Imo puniti ſunt, ſi eos non nouit Iudex.* Quod mali non cognoſcantur à Iudice, hoc pertinet ad eorum ruinam: cognoſcit enim verus, & bonus Iudex approbandos, remunerandos, & perdendos non agnoſcit, ſic tradens eos ſuppliciis, quaſi nihil ſint. Matth. 25. fatuis virginibus dicebat Dominus: *Neſcio vos.* Circa quæ ait Matth. 25.
D. Chryſoſt. hom. 79. in Matth. *Terribile illud verbum audiuère. Abite: neſcio vos. Quod cùm ipſe dixerit, nihil aliud, quàm gehenna, & intolerabilis cruciatus relinquitur: imò verò etiam gehenna iſtud verbum grauius eſt.* Sic non cog- Chryſoſt.
noſci à Iudice eſt, deputari cruciatibus intolerabilibus.

§. XIV.

Non niſi de aliquo ſummo crimine venit, quòd peccata præterita memorentur in conſpectu Dei.

CVm ſenum malitiam in Suſannam iam oſtenſurus eſſet Daniel, ait ad alterum: *Nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens*, &c. Nunc igitur quando iudicabatur de adulterio intentato, de falſo teſtimonio dicto, de damnata ad mortem Suſanna, dicuntur omnia iniqui hominis peccata anteacta in conſpectum Dei veniſſe. In quo maximè oſtendebatur ſumma hominum malitia in Suſannæ condemnatione: non enim niſi de ſummo aliquo peccato venit, quòd præterita omnia memorentur in conſpectu diuino. Caſtigans Deus populum propter petitionem Regis, & excluſionem Samuelis ait 1. Reg. 8. *Non te abiecerunt; ſed me, ne regnem ſuper eos. Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Ægypto, vſque ad diem hanc, ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt* 1. Reg. 8.
Dijs alienis. Ecce tibi, vt in petitione Regis, & abiectione Samuelis antiqua populi peccata veniunt omnia in memoriam Dei. In quo oſtenditur in illa petitione, & eiectione Samuelis fuiſſe ſummum aliquod peccatum. Id quod notans D. Greg. PP. ibi lib. 4. cap. 1. fatus: *Vbi etiam aliquid grauius cernitur: quia cùm abieſtum Paſtorem conqueritur, abiſtimitam peccata omnia, & parentum etiam mala memorantur. Summam namque crimen agnoſcitur, ad cuius diſcuſſionem in Dei memoriam præterita cuncta peccata reducuntur.* Equidem non niſi de magno, ſummóque cri- Gregor.
mine naſcitur, quòd peccata præterita in Dei memoriam ſoleant venire. Hinc Matth. 23. dicebat Dominus: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat* Matth. 23.
ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ, &c. Loquitur de perſecutione à Iudæis excitata aduerſùs Ieſum, & Diſcipulos eius. In qua perſecutione vt commiſſum fuit ſummum omnium peccatum, ſic factum eſt, vt homicidia omnia anteacta à populo nequam ſimul memorarentur. Sed illud venit notandum, quòd vt incepit à primo homicidio, nimirum, à morte Abelis; non finiuit in vltimo, ſed in morte illata Zachariæ finiuit, poſtquàm multa alia homicidia peracta ſunt in Sanctis Dei. Et cur quando incepit à morte illa Abelis, primi propter virtutem occiſi, non finiuit in vltimo, nempe, Enocho, aut Elia occidendis in fine? Cur maluit finire in Zacharia? Zacharias poſitus ibi eſt, non pro termino homicidiorum repetendorum à Iudæis; ſed, quia Zacharias, idem eſt ac memoria Dei, vt teſtantur Origenes, & Euſebius Emiſſ. in præſenti ideò ibi ponitur, vt oſtendatur, quàm certò cum ſummo peccato Iudæorum in morte Chriſti ſimul reducenda erant in Dei memoriam omnia à Iudæis illuc vſque patrata homicidia. Semper enim ſolet accidere, quòd in ſummo peccato anteacta omnia peccata in memoriam veniant diuinam.

Daniel. 13. Nunc ergo, ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait: Sub ſchino. Dixit autem Daniel: Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim Angelus Dei, accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium. Et amoto eo iuſſit venire alium.

§. XV.

Iuniores aptiores videntur ad interrogationes inſtituendas.

PVer Daniel, etſi in tribunali ſederet, illam iudicij partem aſſumit, quæ magis ætati conueniret, nimirum, interrogationes prætendit: ait enim: *Si vidiſti eam, dic mihi, ſub qua arbore videris eos colloquentes.* Non fert ſententiam; ſed interrogationibus ſapientibus homines perdit, veritatemque adducit in medium. Nec eſt alia via decentior puerilibus annis, quam interrogando, vt veritatem aperiant. Duodennem Ieſum amiſſum quærebant parentes: & ait Lucas cap. 2. *Et factum eſt poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Volebat veritatem de aduentu Meſſiæ completo oſtendere, & quomodo illam oſtendebat? An docens Scripturas, illáſque explicans? Minimè: ſed illas oſtendebat, vt puerili ſuæ ætati magis conueniebat, nimirum, ſapientibus interrogationibus vrgens auditores, vt renouatur veritatem confiteri. Ex quo ſapienter Orig. homil. 19. in Lucam dicebat: *Oportuit primò Saluatorem erudita interrogationis magiſtrum eſſe.* Quippe vt adultus Ieſus illud magiſterium aſſumpſit, quod adultos decet, nimirum, doctrinam explicando, difficultates enodando: ſic in puerili ætate aſſumpſit, quod pueros decet, nimirum, ſapienter interrogare. Vt diſcant pueri, & iuniores, a puero Ieſu ſapientes interrogationes texere.

Luc. 2.

Orig.

§. XVI.

Crux Chriſti, lapis Lydius probanda veritatis.

VT victorem, deceptorémque probet Daniel, arborem ſibi petit indicari, ſub qua fuerit admiſſum facinus: ait enim: *Dic mihi, ſub qua arbore videris eos,* &c. Leue forſitan quid, & facilè ab aſtutis ſenibus reijciendum videbitur forſan propoſitum in hac petitione arboris. Cui reſpondere poſſent aſtuti ſenes, ſe inter tantam arborum ſyluam, quæ erat in pomario, & in tanta rei atrocitate repentè obiecta, nec attendiſſe, nec potuiſſe attendere ad ſingularem arborem. Cur ergo Daniel recurrit ad tam facilè reijciendam interrogationem de arbore ſingulari? Cur non magis interrogauit de angulo, ex quo viderant, & de loco, in quo viderant, quibus citiùs poterant conuinci falſitatis? Non enim erat facilè, quòd ſeparati à pomario poſſent locum deſignare; nec angulum, in quo, & ex quo ſine arborum impedimento poſſent videre, & non videri. Cur ergo his difficilioribus omiſſis, priùs recurrit ad arborem? Plane ſcientia Dei imbutus de omnibus interrogaturus, ſi opus eſſet, priùs de arbore interrogabat, ſciens fidelibus ab arbore, & victoriam, & veritatem demonſtrandam. Crede mihi: vna Crucis dominicæ arbor, lapis Lydius eſt, quo nuda veritas, & victoria patet. De illa dicebat D. Chryſoſt. hom. in Paraſceu. habita in 6. tom. *Circa arborem proſtrauit Diabolus Adamum, circa arborem debellauit Chriſtus Diabolum. Et illud quidem lignum mittebat ad Inferos: at hoc etiam illos, qui eam eò deſcenderant, reuocabat. Iterum lignorum alterum Adamum iam captum, nudúmque occultauit: at hoc victorem nudum in alta omnibus oſtendit.* Quippe Adamus poſt tranſgreſſionem, videns ſe nudum abſcondit ſe in medio ligni Paradiſi: Dei autem veritas Chriſtus Ieſus nudum ſe in alto Crucis ligni conſtituit, vt omnibus & victoriam, & veritatem ſuam manifeſtaret: nunquam enim non à ligno Crucis, & victoria, & veritas [illegible] latuit. Hinc Simeon locutus de crucifixo Luc. 2. ait: *Ecce in ſignum, cui contradicetur.* Et quando Crucis arbor ad propalandam veritatem creditur nata, cur vocatur ſignum, cui contradicetur? Et hoc pertinet ad munus veritatis monſtrandæ, quando contradictiones veritatem patentiorem faciunt. Ait D. Chryſoſt. orat. de occurſu Domini, habita tom. 6. *Expoſitum verò eſt ſignum hoc contradictionis, vt refutentur, & confundantur, qui ſola malitia, & improbitate illi aduerſantur. Nam, ſi veritas nulli controuerſia apud homines obiecta foret, pietas iuſtam probationem nullam haberet. permiſſa autem contradictio, hærente voluntate claram veritatis lucem efficit.* Sic contradictionum fluctus in Cruce franguntur, & inde veritas illuſtrior effloret. Pergebat etiam Simeon de Crucifixo locutus ad Matrem Virginem, Luc. 2. *Et tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Gladium transfigentem Mariæ cor vocat Crucem, à quo dicit reuelandas multorum cogitationes. Vt enim equuleus extorquet ab ore reorum occulta facinora; ſic Crux Chriſti à nobis extorquet, quidquid occultum habemus, & veritatem nudam in confeſſione promit. Quò ſpectans Orig. homil. 17. in Luc. ſic ait: *Sciebas, ô Virgo, abſque ſemine natum crucifigi, & mori. Tuam ergo animam pertranſiuit gladius, vt reuelarentur ex multorum cordibus cogitationes. Cogitationes erant malæ in hominibus, quæ propterea reuelata ſunt, vt perderentur,* &c. Itaque ex quo Crux apparuit, hoc emolumentum accepit homo, vt intima ſecreta cordis, & malitia etiam cogitationum intrinſeca verè, & vndè prodiret foras. Nullúmque facinus maneret in pectore abſconditum.

Chryſoſt.

Luc. 2.

Chryſoſt.

Luc. 2.

Orig.

§. XVII.

Mendaciis aſſueti nunquam boni Iudices erunt.

ECce tibi vnde traducatur primùm iſte populi Iudaici Iudex, nimirum, ait Daniel illi: *Rectè mentitus es in caput tuum.* Nunquam enim in caput populi benè conſtituetur, qui mendaciis aſſueſcit. Sophonias cap. 3. *Iudices eius lupi veſperæ.* quibus oſtenduntur Iudices pleni dolo, & auaritia, qui bonis ſubditorum inhient, qui rapinis ſtudeant. Et vnde in tanta facinora poſſunt Iudices deuenire? Philo lib. de Iudice, poſt enarrata hæc, & alia malorum Iudicum peccata, inquit: *Huiuſmodi autem peccatorum præcipua cauſa eſt aſſuetudo mendacij, quo ab incunabulis nutrices, matres, quæ, & alia, tum ſeruorum, tum ingenuorum turba alumnum ſuum imbuunt, dictis, factiſque adſtruentes id animo quaſi adnatum naturaliter: cùm extirpare potuiſſet honeſta ſtudia, etiamſi à natura fuiſſet inditum. Quod enim in vita eſt aquè pretioſum ac veritas.* Expende illa: *Huiuſmodi peccatorum præcipua cauſa eſt aſſuetudo mendacij.* Quod enim Iudices auari, munerum appetitores, raptores, iniuſti, alieni tori inuaſores ſint, ex eo in illis naſcitur, quòd à primis vnguiculis aſſueti ſint mentiri. Tales nanque mendaciorum familiares nunquam non euadent in peſſimos Iudices. Vnde populi ſui Iudices inſtituens Dominus Zachar. cap. 8. ait: *Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis veſtris.* Erant tunc Iudicum tribunalia in portis: & ſic qui ad illa tribunalia perfectè tenenda inſtituuntur, hoc in primis mandantur, nimirum: *Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo.* Qui enim non aſſueſcit veritatem loqui, & mendacium priuatè fugere, minime in tribunali ſeruabit integritatem iudicij. Circa quæ ait D. Cyrill. Alex. *Mandauit enim minimè falſidicos videri, ſed veros potiùs ſermones edere; & iudiciorum integritatem diligere, & de vnaquaque re ſententiam ſynceram, nulliq; vituperationi affinem penitus citra turpis lucri cupiditatem pronunciare,* &c. Ecce tibi, vbi de omnimoda iudicij integritate in tribunalibus ſeruanda Iudices ſuos inſtituit, nihil in primis illis mandat, quàm minimè falſidicos videri; ſed veros potiùs ſermones edere. Mendaciis enim aſſuetus nequit euadere integer Iudex.

Sophon. 3.

Philo.

Zachar. 8.

Cyril. Alex.

§. XVIII.

Forenſe negotium mendaciis plenum; non ſic diuinum.

V[illegible] iudicij ſedem aſcendit Daniel, & in primo iudicij [illegible] mendacium inuenit, ita vt cogatur clamare: *Rectè mentitus es in caput tuum.* Et quando non ſcatet mendaciis

dactis forenſe iudicium Exod. cap. 28. Sacerdotis indumenta ponuntur & ait Textus: *Hæc erunt veſtimenta, quæ facient: Rationale, & ſuperhumerale, tunicam lineam ſtrictam.*

Exod. 28. Verum, quando Ioſephus veſtitur Gen. 37. dicit: *Iſrael*

Geneſ. 37. *diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quòd in ſenectute genuiſſet eum, fecitq; ei tunicam polymitam.* Sacerdoti data eſt tunica linea, candidiſſima, Ioſepho autem tunica, non candida, ſed polymita, hoc eſt, varia. Nec mirum: Ioſeph enim inſtituebatur ad ciuilia, & forenſia tractanda, in quibus nihil non varium, quia omnia ſunt plena mendaciis: Sacerdos autem vt diuina tractat, ſic pollet candore veritatis. Ait Philo lib. de ſomniis. *Quando Sacerdos intrat intima ſacraria, ſumit tunicam lineam, factam ex byſſo puriſſimo. Hæc ſignificat firmitatem ſplendidiſſimi luminis. Nam hoc tela genus difficilè rumpitur, nec fit ex vllo re mortali; & cùm benè*

Philo. *purgata eſt, candorem habet eximium. Per quæ illud, ni fallor, innuitur, quod ex iis, qui ſedulò colunt illud Ens, nemo eſt, qui non; poſtremo, illuſtretur veritatis ſplendore puriſſimo. At ille rerum humanarum adminiſtrationis cupidus, nemine Ioſephi narratur habuiſſe tantùm tunicam variam, non ſtrictam tantùm textura rerum varia, cui minimum quiddam de veritate inſpergitur, maximum verò ex parte conſtat è mendacium ratione fucatum,* &c. Sic rerum humanarum adminiſtratores vndique mendaciis circundantur, & lyncei ſint, neceſſum eſt, vt inter tot mendacia veritatem attingant. Huc trahi poſſunt dicta tom. 3. in Euang. lib. 14. cap. 2. §. 5. & tom. 4. in Euang. lib. 16. cap. 12. §. 12.

§. XIX.

Bonus Iudex non ſuam, ſed Dei ſententiam faciat manifeſtari in reos.

QVi Iudicem agebat Daniel, ſic ait ad reum: *Ecce Angelus Dei accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium.* Expende illud. *Accepta ſententia ab eo.* quippe ſententiam in reum notiſſimum non à ſe; ſed a Deo venturam manifeſtat. Quaſi id Iudicis boni ſit, quòd non ſuam; ſed Dei promat ſententiam. Exod. c. 18. rogatus Moyſes a ſocero, ad quid pro tribunali ſederet, reſpondit illi: *Venit ad me*

Exod. 18. *populus quærens ſententiam Dei,* &c. Cur ſententiam Dei, & non ſuam vocat? Bonus Iudex in dandis ſententiis non ſe, ſed Deum ſic attendebat, vt quod ipſe pronunciabat, ſententia Dei videretur. Circa quæ Caietan. aiebat: *Di-*

Caietan. *xit Moyſes ſocero ſuo: Ego iuxta legem Dei, & dictamen Spiritus diuini iudico populum, & lites compono, non iuxta meum ſenſum. Vbi diſcendum, iudicium nobis iuſtum exquirendum à Deo, cuius lex eſt, non noſtra, Verbum Dei, ſpiritum legis tenendum, non ſolùm literam. Ne qui legum ſunt peritiſſimi fiant omnium peſſimi, ac verſutiſſimi homines.* Non illud tamen, quam diuinum ſpectandum eſt, in iudicio exercendo, in iudicando iuxta leges, in quibus ne legum periti fiant nequiſſimi Iudices, conſideranda eſt, non tam litera, quam Spiritus diuinus, & Verbum Dei ibi incluſum: vt nihil ſuum in ſententiis appareat, ſed totum ſit diuinum. Dicebat

Ioan. 19. Pilatus Ioan. 19. *Neſcis, quoniam poteſtatem habeo dimittere te, & poteſtatem habeo crucifigere te?* At Dominus dicebat

Ioan. 5. Ioan. 5. *Non poſſum à me facere quicquam. ſicut audio, & iudico.* Et quando vel Pilatus putat ſe habere poteſtatem, quod vult, faciendi, cur Dominus Ieſus dicit ſe non poſſe facere quicquam? Pilatus peſſimus, Ieſus autem optimus erat Iudex, qui in ſententiis dandis nihil ſpectat ſuum, ſed omnia ex Deo Patre ſumit. Sic D. Ambroſ. lib. 5. epiſt. 20. *Conſideremus itaque, quæ ſit iudicandi religio. Dominum cæli, atque terrarum Iudex omnium dicit: Non poſſum*

Ambroſ. *à me facere quicquam, ſicut audio, & iudico. Et homo dicit Domino ſuo: Neſcis, quoniam poteſtatem habeo dimittere te, & poteſtatem habeo crucifigere te? Quare Dominus non poteſt? Quia iudicium, inquit, meum iuſtum eſt. Non enim quæro voluntatem meam; ſed voluntatem eius qui miſit me, id eſt, non voluntatem hominis, quem videtis, ed voluntatem diui[illegible] auctor legis, arbitráque iudicij eſt* [illegible] plane præſtantiſſimum in [illegible] eſt quòd nihil in ſententiis amet ſuum ſed totum velit eſſe diuinum.

§. XX.

Solet, etiam in ſexu fragili, clarior de hoſtibus oſtendi pro virtute triumphus, quam in viris.

NOn in vno Suſannæ hoſte iudiciarius actus finitur; ſed ait Text. *Et amoto eo, iuſſit venire alium.* Poſt vnum & alius iubetur venire, vt magis pateret Suſannæ triumphi claritudo, quando vna ſtans pro caſtitate duos deuicit. Excedit enim aliquando fœmina viros in vincendis caſtitatis inimicis. Rem miratus D. Chryſoſt. homil. de Suſanna, tom. 6. ait: Magna erat pugna, certamen vehemens Suſannæ ingruebat, ac maius illo Ioſephi:

Nam ille quidem, vir cùm eſſet, cum muliere vna pugnabat, hæc verò, mulier cùm eſſet, cum duobus viris luctabatur. Maximum erat ſpectaculum: mulier cum duobus viris decertabat: atque hoc mirum videbitur, cùm audieritis, vbi eſſet ſumma certamen, in pomario, vbi Euam ſerpens ſeduxerat. Chryſoſt. Ecce fœminæ offertur grauius certamen, quàm viro caſtiſſimo propugnatori pudicitiæ Ioſeph; grauius equidem Suſannæ certamen, tam ex parte loci, in quo fœminæ vincitur ouccrantiquam ex parte numeri aduerſariorum: de omnibus tamen triumphauit Suſanna, vt videamus, quam ſoleat maior triumphus apparere etiam in ſexu fragili. Nota eſt omnibus illa glorioſa Machabæorum mater, de qua dicit Text. 2. Mach. 7. *Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deo habebat, ſingulos eorum hortabatur voce patria.* 2. Mach. 7. &c. An talia vita ſuat in viro aliquo? Quis virorum ea conſtantia vidit ſibi ſeptem filios eripi ad mortem, & illis adhortator ad mortem fortiter ferendam adſtitit? Meritò de hac canit D. Alcimus carmine ad ſororem:

Sit pragnans fœcunda olim, ac fœcundior orba, Alcim.
Atque animos ſupernas genitrix Machabæa virilet,
Fœmineum & vincat animo vincente ſenilem,
Orbari læto decebat in omnes, ſi quos
Ediderat mundo, patrius pro legibus illos
Felice iam morte Deo generaret.

Plane ſeptem filiorum mortes cum vna fœmina matre conflixere, & vna fœmina longè ſuperior viris de ſeptem mortibus reportauit triumphum. Proh quàm ſæpè in ſexu fragili oſtendit Deus omnium nobiliſſimos triumphos! Lucæ cap. 23. poſt Ieſum crucifixum, tumultuiſque creaturarum, Solis occaſum, & inſperatas tenebras adhuc dicitur. *Subſecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt,* &c. De quibus ait D. Alcimus ſupra: Luc. 23.

Hos inter ſtrepitus cunctis fugientibus, illa Alcim.
Intrepidè ſanctæ Matres, Chriſtúmque ſecutæ
Decernunt, quanquam trepidæ perſiſtere, cum iam
Diſcipuli Chriſto fugiſſent animo relicto.

Sic inter tot metus, quos viri non ſuſtinent, inueniuntur fœminæ, quæ adhæreſcant Chriſto.

§ XXI.

Præſtantiſſima virtus illa, quæ de aduerſis, & inter ſe coniuratis triumphat.

NOn patitur Daniel, ſimul eſſe duos nequiſſimos ſenes: ait enim Textus: *Et amoto eo, iuſſit venire alium.* Non priùs alterum vocat, quàm alterum à ſe amoueat: non eſt enim cuiuſcunque virtutis cum aduerſis inter ſe aduerſariis pugnare. Quos autem Daniel diuidit, vt expugnet, his aduerſatis aula fuit vna reſiſtere Suſanna. Quod miratus D. Alcimus cecinit ad ſororem, ait:

Suſannam poſt hanc digna qua laudibus vnquam Alcim.
Excolat, infirmu quondam qui vitis in anno
Improba vota ſenum, coniuratíque furores?

Non quibuſcunque aduerſa[illegible] reſiſtit [illegible]ſanna, ſed aduerſarius coniuratis, inter ſe maximè viris, de quibus præſtantiſſima erat virtus triumphal[illegible]. Imo de aduerſis hoſtibus triumphaſſe non ſolùm præſtantiſſima virtus eſt, ſed & diuina. Dicebat Matth. [illegible] *Simile eſt regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Et cum inuitati ad nuptias iam men[illegible] *Intrauit autem Rex, vt videret diſcumbentes* [illegible] *ibi hominem non* Matth. 22.

aon veſtitum veſte nuptiali, &c. Anteà vocat hominem Regem: cùm autem intrat, vt videat, ſuſtulit hominem, & ſolùm vocat Regem. Et quando antea vocabatur homo Rex, cur intrans ad videndos conuiuas, vocatur non homo, ſed Rex ſolùm? Rationem oſtendunt verba illa: *Et vidit ibi hominem.* Paulus a Palacios ponit: *Et vidit ibi vnum hominem.* Et cùm dicit vnum hominem, non ſingularem hominem, & indiuiduum intelligit; ſed vnum coadunatione multorum, qui adeò in malo conuenerant, vt vnum facti viderentur. Sic D. Hieron. ibi, D. Auguſtinus ſerm 147. de tempore, Hugo Card. & alij. Vbi
Hieron. ergo cum adunatis peccatoribus res erat, meritò tollitur
Auguſtin. homo, & ponitur Deus: de diuina enim virtute venit,
Hug. Card. quòd adunatus peccantes debelles. Paſchaſius ibi ait: *Hunc malum cætum peccantium ſolus Deus terribilis, & Rex magnus inueniet, qui ſingulorum conſcientias conſpicit. Et ideò*
Paſchaſ. *quia hoc diuinum eſt diſcernere, ſine additamento hominis ſicut & ſuprà, Rex ponitur.* Dei vnius eſt adunatos peccantium cuneos confringere. Quò ſpectant illa Pſal. 2. *Adſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſùs*
Pſal. 2. *Dominum, & aduerſùs Chriſtum eius: Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Circa quæ Origenes apud Lippom in Cat. ait: *Dominus ſubſannabit eos, ad*
Lippom. *id, Principes conuenerunt in vnum, referendum eſt, vt Principes, qui coierunt aduerſùs Dominum, & aduerſùs Chriſtum eius, à Domino ſubſannantur.* Sic adunatos hoſtes vna valet potentia diuina conterere.

Daniel. 13. Et dixit ei: Semen Chanaan, & non Iuda, ſpecies decepit te; & concupiſcentia ſubuertit cor tuum. ſic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes loquebantur vobis; ſed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram.

§. XXII.

Vel vnum graue peccatum eos canos exhibet, qui poſſint facere deſperare vitam.

NEquam ſenex vocatur à Daniele, *Semen Chanaan, & non Iuda.* Et quando Chanaan vetuſtiſſimus omnium peccator fuit poſt diluuium, cur Daniel præſentem ſenem ad vetuſtiſſimum refert peccatorem? Nónne poſt hunc & grauiores, & ſceleſtiores, & notiores peccatores fuerunt? Fuerunt equidem poſt illum Sodomitæ, & Gomorrhitæ, quorum ſceleſtiſſimi mores in ore omnium verſabantur. Adeo vt ad eos tanquam ad notiſſimos referat ſuos Iſraelitas Iſaias cap 1. dicens: *Audite*
Iſaia 1. *verbum Dei, Principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei noſtri, populus Gomorrha.* Cur Daniel Principes, & Iudices ſuos malos non eodem modo refert ad Sodomitas, & Gomorrhitas omnibus notiſſimos, ſed maluit eos ad vetuſtiſſimum alium referre, nempe, Chanaan? Velabat Daniel grauitatem, & inſanabilitatem delicti in concupiſcenda, & accuſanda, & damnanda Suſanna; quod delictum etſi modò factum videretur, tamen grauitate, & malitia credi poterat vetuſtiſſimum, eóſque canos habere, qui poſſint facere deſperatam ſalutem. Dicebat Oſeas cap. 5. *Facti ſunt Principes Iuda quaſi aſſumentes terminum, ſuper eos effundam*
Oſea 5. *quaſi aquam iram meam. Calumniam patiens Ephraim, fractus iudicio: quia cœpit abire poſt ſordes. Et ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Iudas vinculum ſuum.* In quibus illud notandum eſt, quòd durior videatur Deus in Iudam, quàm in Ephraim. Super Iudam dicit quaſi alterum diluuium immittendum, inſuper & putredinem adiiciendam; poſtremò addendum ineuitabile vinculum. Et tot hæc mala vni Iudæ minatur, quando Ephraimo ſolam minatur tineam, & languorem. Cur ergo in Iudam adeò iraſcitur Dominus, qui in Ephraimum ſic manſuefit? Nónne Iudas cum regno pietatem colebat, Ephraim autem cum regno adorabat vitulos? Cur non potiùs Ephraim, quam Iudas peius à Deo accipitur? Id oſtendunt verba illa de Ephraim dicta, nimirum: *Cœpit abire poſt ſordes.* Licet enim Ephraim priùs in idololatriam abiret; tamen Iudas adeò immaniter poſteà ſe idololatriæ dedit, vt ipſe vetuſtiſſimum in ſe oſtenderet vitium, reſpectu cuius Ephraim videbatur eſſe nouitius, & nunc cœpiſſe. Ait Ruffinus lib. 2. in Oſeam: *Ac ſi diceret Deus. Tantum crudelitatem, Iuda, animi tui publicaſti, vt in ſceleribus, pro*
Ruffin. *quibus eſt damnatus Iſrael, tu horridior, vetuſtiórque videaris. Vnde & iudicij mei pro meritorum differentia, modus acuetur, vt Ephraim quaſi tinea interpolem, te verò quaſi imbutus putredo conſumam.* Expende illa: *Tu horridior, vetuſtiórque videaris.* Certum erat, quòd longiori pòſt tempore, Iudas in peccatum inciderit, quàm Ephraim; ſed nihilominùs ſic peccauit, vt peccatum Iudæ eos oſtenderet canos, reſpectu quorum Ephraim eſſet nouitius. Ne miremur, quòd adeò atrociter perierit Iudas: peccatum enim, quod vel in primo exortu vetuſtatem refert vltimam, penè trahit ineuitabile ſupplicium. Mirabar aliquando quinque virgines duriſſimam ab ſponſo tuliſſe repulſam; quibus ille
Matth. 25. vocantibus dicebat Matth. 25. *Neſcio vos.* Et dum aduerto illatum facinus, ob quod in tam dirum venirent ſupplicium, ſolùm inuenio illud: *Non ſumpſerunt oleum ſecum.* Et cur de non ſumpto oleo tam ineuitabile maledictum? Equidem de non ſumpto oleo illud naſcebatur delictum, quod vel in primo exortu canos referret vltimos: ne miremur, quòd inde veniat in extremam ruinam. Canebat de illis D. Alcimus lib. ad ſororem, dicens:

Alcim.

At quæ neglectum liquit pars altera ſucum,
Inconſos lychnos nequicquam ſuſtulit, vnde
Emicet exiguus commoti luminis ignis:
Sed virtute carens languentem lampadis fomes
Deſerit, & fictam percurrit flamma papyrum.
Mox inter piceos nebuloſa volumina fumos
Caneſcunt pigræ creſcentis mole fauillæ.

Ex non ſumpto oleo ventum ad id eſt, quòd inter piceos fumos caneſcant pigræ creſcentis mole fauillæ, quòd in id vitium laberentur, quod canos præſeferret vltimos, quibus annexum eſt plenè ineuitabile ſupplicium.

§. XXIII.

Iudicem exuit, qui illa peragit, quæ in alijs punit.

IAm oſtendit Daniel, quàm illi longè aberant ab eo, quòd eſſent Iudices, dum ait: *Sic faciebatis filiabus Iſrael.* Minimè enim fas erat, quòd illi adulterij damnarent Suſannam, quando & ipſi adulteri erant cum filiabus Iſrael. Nequit enim Iudicem agere in reum, qui eadem agit, quæ in alio punit. Ioan. cap. 8. *Adducunt autem Scribæ, &*
Ioan. 8. *Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum: Et dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat. Audientes autem vnus poſt vnum exibant*, &c. Quid facitis, ô Iudæi, adulteram conuictam dimittitis? Non miror: ex quo enim coacti ſunt propria adulteria videre, ſeſe Iudicum muneri ſubtrahunt. Vt dicat D. Auguſt. tract. 33. *Non iuſtitia eſt: Puniatur*
Auguſt. *peccatrix. Sed non à peccatoribus. Impleatur lex, ſed non à præuaricantibus legem. Hæc non omninò iuſtitia eſt, quæ iuſtitia illi, tanquàm trabali telo, percuſſi, ſeſe inſpicientes, & reos inuenientes, vnus poſt vnum omnes receſſerunt.* Non fuit, qui non exueret Iudicem, vbi ſe in eodem crimine vidit. Et quis non exuat Iudicem, vbi eadem, quæ damnat, committit? Per Oſeam cap. 5, clamabat Dominus aduerſùs
Oſea 5. Iehu: *Adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Iezrahel ſuper domum Iehu.* Et Iehu de mandato Dei, Achabi, & Iezabelis ſanguinem apud Iezrahel profudit, pro qua profuſione dicitur à Deo ex Iehu vindicta ſumenda. Sed quando Iehu aſſumpto à Deo principatu, & mandato illos percuſſit, cur dabit ipſe pœnas Deo vindici? Rationem oſtendit Ruffinus lib. 1. in Oſeam, inquiens: *In hos quo-*
Ruffin. *que, Iehu, videlicet, poſteros, qui Achab familiam deleuerant, ideò dicitur iracunſurgere, vt illorum, qui ab his extincti fuerant, ſanguinem vindicarent; non quòd iudex fuiſſet iniuſta, ſed quoniam, qui illam feciſſent, per imitationem criminum, dictum iudicium perdidiſſent.* Expende hæc, nimirum: *Per imitationem criminum, dictum iudicium perdidiſſent.* Quippe, qui in eodem crimine erant, quod caſtigabant in alijs, tantùm aberant à munere Iudicum, vt deberent potiùs ipſi à Deo caſtigari vt homicidæ.

§. XXIV.

§. XXIV.

In peccatoribus multitudo, raritas in ſtudioſis virtutum.

MErito dicit: *Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illa timentes loquebantur vobis, ſed non filia Iuda, &c.* De tuentibus in vitia pluraliter loquitur dicens: *illa timentes.* ſingulariter autem de ea, quæ ſtat pro virtute, dum ait: *Sed non filia Iuda.* Sic ſemper a peccatoribus ſtat multitudo, raritas ab ſtudioſis virtutum. Iſaiæ cap. 3. *Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ieru*ſ*alem, & Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: fortem, & virum bellatorem & Iudicem, & Prophetam, & ariolum, & ſenem: Principem ſuper quinquaginta, & honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſapientem de Architectis, & prudentem eloquij myſtici. Et dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* Circa quæ illud ponderandum eſt, quòd vbi de auferendis agitur, ſingulariter loquitur, nimirum, auferet validum, & validam, Principem, Iudicem, prudentem, &c. Vbi autem de dandis agit, iam ibi pluraliter loquitur, dicens: *Dabo pueros Principes eorum.* Et cur de auferendis ſingulariter, & de dandis pluraliter loquitur? Auferendi erant boni, quorum ſemper raritas eſt, dandi erant mali, qui ſemper multi noſcuntur eſſe.

Baſil. Dicit D. Baſilius Magnus ibi: *Bona quidem expreſſit ſingulariter, puta fortem, validum, bellatorem, Iudicem, Prophetam, coniectorem, quinquagenarium Principem, conſiliarium, ſapientem, Architectum. Malorum autem comminatio incenit in numeroſum multitudinem, ea ſunt, iuuenes Principes, & illuſores dominabuntur vobis.* Semper in ſcelerum ſectatoribus inuenitur multitudo, & raritas in ſtudioſis virtutum.

Geneſ. 6. Geneſ. 6. dicit: *Videns Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem feciſſet. Noe verò inuenit gratiam coram Domino.* Ecce tibi in malitia multitudo, in gratia vnus Noe.

Chryſoſt. Chryſoſt. apud Lippom. *In tanta multitud ne qua malo tempore in malum ruebat, ſolus Noe diuerſa ambulauit via, virtutem multitis præferens. Iam prius implebat, quod Moyſes dictarus erat, Ne ſis cum multis in malitia.* Sic ibi.

§. XXV.

Nunquam non aliquis à parte virtutum.

RVrſus notandum quod ait: *Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illa timentes loquebantur vobis, ſed non filia Iuda.* Ecce tibi in communi filiarum Iſraelitarum crimine, vna inuenitur Suſanna, quæ adulteris reſiſtit, & ſtat a parte virtutis. Nunquam enim deficit aliquis, qui a parte virtutis ſistere. Iulius Firmicus de errore profanæ relig. c. 13.

Firmic. mordens Iouis adulteria, ait: *Quis Antiopem? Quis Alcmenam? Quis Menalippem? Quis Chionem, Hippodameque corrupit? Nempe, Iou is vultu hæc feciſſe memoratur. Ille, quid voluit ſenecta tacalis errantium hominum peccata concipere, Sterepem amat, Æthyſam rapit, Zeuxippem ſtuprat, quoniſt Proſhaem, & Aeſione adultera cupiditate blanditur. Sed ex iſto corruptarum mulierum grege, vna puella amatorem Iouem, & vitauit, & vicit: Daphnem enim diuinans Deus, & fatua prudentis, nec inuenire potuit, nec ſtuprare.* Quando vniuerſæ puellæ timentes ſibi a maieſtate Ioui loquebantur, vna Daphnes inuenta eſt, quæ aliarum corruptorem deſpiceret, Iouémque vitaret, & vinceret. Nunquam, mihi crede, deeſt, qui ſtet

Geneſ. 6. pro virtute. Nota eſt hiſtoria mundi ex Geneſ. 6. quando *omnis caro corruperat viam ſuam*, & quando *corrupta erat omnis terra, & plena iniquitate.* Tunc dicitur ibi: *Noe vir iuſtus, atque perfectus in generationibus ſuis.*

Chryſoſt. Circa quæ ait D. Chryſoſt. homil. 22. in Geneſ. *Tametſi multitudo omnis in tantam malitiam exciderit, iuſtus tamen hic ſcintillam virtutis ſeruauit.* Sic in communi omnium impetu ruentium in vitia non defuit vnus, qui illis obſiſteret, & ſtaret pro virtute.

Eccli. 33. Eccleſiaſticus cap. 33. *Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi. Duo contra duo, & vnum contra vnum.* Hoc patet in operibus Creatoris: at in operibus Saluatoris, & vnum inuenitur contra multos. Rem ponderans D. Ephrem. orat. de malo linguæ, ait: *Quæ Diaboli repertae machina, quæ à nobis non diſſolutae? Qui morbi, aut quæ mala, quibus ſua parata non ſint remedia? Quam fornacem parit, quam non fideles pueri reſtinguant? Lacum effodit, ſed eum Daniel contempſit.* Ephrem. *Epulas parauit, ſed illas pro nihilo duxit Ananias. Superbiam ſeminauit, ſed eam Moyſis humilitas conculcauit. Naamum adulatus eſt auro, ſed illud deſpexit, contrique Eliſeus, &c.* Sic ſemper inuentus eſt, qui virtutem colat, & cadenti multitudini obſiſtat.

§. XXVI.

Quod vitio obſiſtas, non eſt res ſanguinis, ſed virtutis.

INſuper aiebat: *Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illa timentes loquebantur vobis, ſed non filia Iuda, &c.* An quia ſola Suſanna filia Iuda erat non conſenſit illis? An ex conſentientibus nullæ erant Iuda filiæ, ſed vniuerſæ erant ſolùm filiæ Iſrael? Minimè gentium: quinimò multæ etiam filiæ Iuda conſentientes adulteris, ſe hoc nobiliſſimo agnomine indignas reddiderunt. Non enim eſt generis, nec ſanguinis, ſed virtutis, quòd vitio non præbeas aſſenſum. Nonne & ipſi Iudices erant ex tribu Iuda, & nobiliſſimi; qui tamen adulterio conſenſeruut? Ad hæc dicebat D. Ephrem orat. de abſtinendo a cupiditatibus carnalibus, aiens: *Etſi dixeris, te ex Principibus eſſe, atque Optimatibus, ſcito, & eos ex primoribus populi fuiſſe, qui Beatæ in infurrexerunt Suſannæ in Babylone; atque Beatus Ioſeph impetitus erat ſeruus apud Ægyptium.* Ephrem. Sic optimates rapiuntur ad adulterium, cui obſiſtit ſeruus. Non equidem id præmium eſt ſanguinis, ſed virtutis. Sæpè vidi fœminas, quæ magnis natalibus ſatis ornatæ erant, vnde expugnari non poſſe ab adulterij affectu. Heu quam labili nituntur fundamento! Ait Geneſ. 39. *Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos in Ioſeph, & ait: Dormi mecum.* Geneſ. 39. Ecce tibi: domina erat, & magni Principis vxor, nec niſi de magnis natalibus ad id coniugium venerat: & nihilominùs ipſa precabatur adulterium, & reſiſtebatur a ſeruo. Rem ponderat D. Baſil. Sel. orat. 8. aiens: *Vt ſeruus Ioſeph venditus eſt, & vir nomine domina ſupplicat. O quanta eſt intemperantia* Baſil. Sel. *libido! Siquidem ſeruo dominam ſeruam ſubiecit. Nam, quæ amoris iugo quaſi per venditionem animam ſubiecerat, externa quoque dignitatis iacturam fecit, dicens: Dormi mecum.* Nihil priùs cedit flammæ libidinis, quam ſanguinis dignitas quam natales ſublimes. Qui propter viliſſimos affectus ſolent quotidie proſtituari. Geneſ. 25. *Intrauit et Eſau.* Geneſ. 2 *& vendidit primogenita ſua. Et ſic accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit paruipendens, quòd primogenita vendidiſſet.* Plane tota natalium ſublimitas in primogenitura conſiſtit: & ecce tibi Eſau hanc ſublimitatem pelliciunt vilis ſima gula non obſiſtens. Dicebat D. Ephr. orat. de malo linguæ: *Eodem modo & Apoſtolus molles, &* Ephrem. *adulteros, & maledicos condemnauit. Nam & Eſau primogenitos propter intemperantiam ſe ſpoliauit. Habes & tu primogenita tua, quæ ne occaſione laxes, atque intemperantia deperdas caueto. Magnus enim ille vir, nullum magnum ſe perdidit; ſed vile edulio eleuauit.* Quis tam credat magnis, præclariſſque natalibus, quando nobiliſſima primogenita non tenuerunt Eſau, quominùs poſt viliſſimos gulæ, luxúsve affectus iret?

§. XXVII.

Vera nobilitas à virtute.

SIngulariter vocatur Suſanna filia Iuda, cùm dicit: *Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illa metuentes loquebantur vobis, ſed non filia Iuda.* Et cur vna Suſanna dicitur filia Iudæ, niſi vt oſtendatur tanta nobilitas non illi tam a ſanguine, quam à virtute obtigiſſe? Crede mihi vera nobilitas & perditur vitio, & virtute acquiritur. Geneſ. 25. Abrahamidum domus clariſſimæ primogenitus erat Eſau, à quo frater minor Iacob nobilitatis ſpecimen, hoc eſt, primogenituram voluit arripere. Quid tandem? Ait Text. *Iurauit ei Eſau, & vendidit primogenita.* Geneſ. 25. Et mirabar, quòd primogenita vendi, & alter haberi poſſint quam per naturam. Quomodo enim id, quod ex ipſa natura habemus, à nobis abalienare poſſumus? Sed, primogenitura, vt ab hominibus cenſetur quædam nobilitas, & præſtantia natalium

lium,non eſt quid merè naturale;ſed quid morale,quod & deperdi, & acquiri poſſit. Adeò vt per vitia perdatur, & acquiratur per virtutem. Quod in Eſau,& Iacob factum eſt:in Iacob enim virtutis ſtudioſo tota Abrahamidum nobilitas tranſlata eſt,quam Eſau perdidit. Id quod notans D. Ephrem orat.de linguæ malo,dicebat:*Rem admirandam audi,quomodo verbu ſuſtu preſtiterat, ipſiúque fides naturam,& generationis ordinem ſuperauerit. Primogenituræ donum,quod videtur auferri non poſſe,ſeſe me ſubingrediens ademit. Et quæ Eſau naturaliter ſibi vendicabat,ea fidei ſtudio aſſecutus eſt Iacob. Et primogenitu,quæ per carnem conceduntur,ſpiritualiter accepta ſunt , & quæ inſiſtardum exuit,ea fidei ſuſcepit.* Natalium prima nobilitas,quæ primogenitura eſt,in iuratore,& guloſo Eſaü non potuit conſiſtere, ſed ad Iacobi fidem , & virtutem tranſlata eſt. Nequit enim vera nobilitas eſſe ſine virtutibus. Vbi autem virtus eſt, non poteſt non eſſe vera nobilitas. De Sancto Ioſeph dicebat Geneſ.39. *Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, eméque eum emit Putiphar,&c.* Bis venditus in ſeruum fuit Ioſeph,& inter tot ſeruitutes,quia animi virtutem non perdidit,nec veram nobilitatem amiſit. De illo D.Baſil. Sel.orat.8. fatur : *Euangelij autem inuidia fluctibus Ægyptum occupat,& ſeruus euadit corpore,animi autem nulli ſeruituti poterat eſſe obnoxius. Non vnà tum huiuſce animi nobilitatem exuit , neque violentæ mulierum procellæ libertatem dedecorunt. Neque enim pro rerum euentu alios induebat animos,neque per ſeruitij conſuetudinem paulatim libertatem exuit; verùm erat vel in ſeruitute nobilitatis Abrahamiticæ progenies.* Sic virtutibus animi Ioſephi nobilitas conſeruabatur, etiam inter contraria. Et crede mihi:illa ſola vera nobilitas eſt,quæ poteſt abeſſe,vel adeſſe ſecundùm virtutes hominis,vel eiuſdem malefacta. Manaſſes habebat à natura primos natales:quia primogenitus erat Proregis Ioſephi,& nihilominùs Iacob auus benedicturus Ioſephi filios Geneſ. 48. *Extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris.* In quo oſtendebat ,vt ad minorem primogenita transferebantur. Et quomodo natalium nobilitas transferri poteſt in alium?Planè vt vera illa nobilitas,non ex natura,ſed ex virtutibus conſtabat; ſic poterat vni auferri,& dari alteri. Dicebat D.Ephrem orat.de malo linguæ:*Cur Iacob primogenita à Manaſſe ablata tranſtulit in Ephraim? Nónne ideò vt maior illi gloria,deinde inde creſceret? Plena enim eſt primogenitura ſignis admirabilibus,& muneribus inſignibus,atque innumerabilibus. In ea deſcriptum ſignatur Baptiſma,in ea fides obſignata eſt,in ea aſtra deſignatur fortitudo, in ea glorioſa virginitatis figura repræſentatur.* Itaque primogenitura vera , quæ eſt vera nobilitas, conſtat ex nomine Chriſtiano,ex fide,ex fortitudine,ex caſtitate ; quæ virtutes,dum natales comitantur,faciunt nobilem,& primogenitum:& prorſus ignobilis eſt,cui hæc deficiunt. Hinc Ierem.cap.5.dicebat: *Equi amatores mulierum facti ſunt.* tantùm à nobilibus natalibus degenerarunt , propter carnis vitia , vt inter equos reputati ſint. Sic D.Chryſoſt.homil.53.in Geneſ. inquit : *Ex omnibus in beſtias mutati maliſtia voluntatis, generoſitatem naturæ perdiderunt. Quia,cùm in malum declinant,& ſerui ſiunt irrationalium affectionum , imponis illis beſtiarum nomina. Audi,vt quodam loco dicit Ierem. Equi mulierum amatores facti ſunt. Vide,quomodo ob immodicam ſalacitatem,hanc cognominationem acceperunt.* Sic adeſt , & abeſt natalium nobilitas,prout virtus animi adeſt,aut abeſt : vt pateat,veram nobilitatem rem eſſe virtutis , non ſanguinis.

Ephrem.

Geneſ.39.

Baſil.Sel.

Geneſ.48.

Ephrem.

Ierem.5.

Chryſoſt.

Daniel.c.13. Nunc ergo dic mihi , ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait : Sub pruno. Dixit autem ei Daniel : Rectè mentitus es & tu in caput tuum : manet enim Angelus Domini, gladium habens,vt ſecet te medium , & interficiat vos.

§. XXVIII.

Ab arbore Crucis caſtitatis puritas.

NOta eſt Danielis virginitas ex verbis ipſius : de facinore enim Suſannæ impoſito locutus ait : *Nunc ergo dic mihi,ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi.* Loquentes,ait,vt rem turpem caſtiſſimo vocabulo ſignificet. Quod cum Carthuſiano,& aliis , tribuo caſtitati Danielis. Sed & ad arboris commemorationem refero illud. Vt enim in arbore,Crucis apparebat vmbra , non mirer, quod inde & cogitationes caſtæ,& verba prodierint virginea. Iſaias cap.11. *Egredietur virga ex radice Ieſſe : & flos de radice eius aſcendet.* Quæ verba non dubitem referre ad virgam , ſeu arborem Crucis in familia Dauidis conſpicuam,e qua flores apparuerunt in terra noſtra : ex quo enim Crux apparuit,candidiſſimè floruit virginitas. Vt meritò dicat Pantaleon Presbyter Byzantinus orat. in exaltat.Crucis,habita apud Grethſerum,tom.2. *Crux arbor immortalitatis eſt,planta incorruptionis, radix iuſtitiæ, germen temperantiæ,virginitatis flos.* Habet hanc virtutem arbor Crucis, quod ab humanis mentibus virgineos flores faciat parturiri : ſub hac enim arbore nullus carnalium voluptatum æſtus non refrigeratur ; nulla luxuriantis carnis flamma non extinguitur. Pſal.1. *Et erit tanquàm lignum , quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo,& folium eius non defluet.* Non defluunt folia viuificæ arboris Crucis : quia ſemper Crux habet,vnde ſoluat,& extinguat æſtum libidinis. Quò ſpectans Theophanes Cerameus orat.in exaltationem Crucis,apud Grethſerum,tom.2. ait: *Folium vim Crucis manifeſtauit,quæ non defluet , neque deficiet obumbrans fideles,& defendens à diabolico æſtu,ne fructus noſtri ardore illo exareſcant , ſed vt velut vmbraculo tegamur ligno Crucis,nimium calorem virtute ſua extinguentis.* Nullus æſtus libidinis , nullus flammantium cupiditatum carnalium calor non extinguitur ſub Crucis vmbraculo:ſemper enim de Cruce venit , quòd tolluntur à nobis carnales concupiſcentiæ Exod 8. *Clamauit Moyſes ad Dominum pro ſponſione ranarum , quam condixerat Pharaoni.* Circa quæ ait Macarius,Archiepiſcopus Philadelph. orat. in exaltat.Crucis, apud Grethſerum,tom.2. *Non ſolum ranarum immiſſiones ſed & interitus peccatum Crucis eſt adumbratus . Moyſes enim manibus extenſis,ſuiſque precibus , ab exitio morſuum eos, qui eis infeſtabantur,liberauit,ſimúlque expreſſit orationem pro humana natura eius veri legiſlatoris,qui in Cruce manus ſuas expandit,& qui à peccato,omnis corruptionis,& grauedinis cauſa nos exemit. Tunc enim nos,qui in Chriſtum credidimus, ab exitio paſſionum,& venenatarum cupiditatum expediti,& in libertatem aſſerti ſumus.* Expende illa: *Ab exitio venenatarum cupiditatum.* quippe carnales cupiditates laſciuum halantes venenum ſub Crucis vmbra penitùs conculcantur.

Iſaïo 11.

Pantal.

Pſal.1.

Theoph.

Exod.8.

Macar.

§. XXIX.

De Cruce venit impiorum ruina,iuſtorum exaltatio.

VT ſenes improbos perdat Daniel, & Suſannam liberet , non otioſè ad arboris ſignum confugit , dicens : *Dic ergo mihi , ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi?* Cùm enim poſſet de aliis ſignis interrogare , maluit de arboris interrogare ſigno : vt enim in arbore Crucis rutilabat vmbra ; ſic inde citiùs & improborum ſenum perditio ; & innocentis Suſannæ liberatio prodiret. Dicebat enim Germanus,Patriarch.Ieroſol.orat.in exaltat. Crucis,apud Grethſerum, tom.2. *Thronum Crucem Dei nominemus , in quem aſcendens mundo,mundique tyranno iudicium induxit,& mundum quidem ex tyrannide liberauit,& ſeruauit ; tyrannū verò condemnauit, & confuſum eiecit cum ſatellitibus ſuis,& depoſuit potentes de ſede,& exaltauit humiles,* Quid pulchrius?Crux equidem thronus eſt,ex quo diuina iuſtitia malos malè perdit , & bonos in gloriam ſuſcitat. Vel ab vno Crucis conſpectu tyranni perduntur,& innocentes viuunt. De Iacob locutus Textus Geneſ.28 ait : *Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram,& cacumen illius tangens cælum ; Angelos quoque Dei aſcendentes,& deſcendentes per eam.* Quæ ſcala

German.

Geneſ.28.

non

non paucis Expoſitoribus Crux Chriſti erat, quæ & bonos aſcendere facit, & deprimit malos. Sic dicebat ſupra Germanus: *Proſternte à maligno & doloſo aduerſario, ad inferos vſque deſcendimus: at nunc operâ Crucis ea terra in cælum vſque ſublenamur. Horum gratia ſcalæ etiam ſimilitudinem Crux habere videtur, in qua & aſcenſus, & deſcenſus cernuntur. Aſcendunt quidem vſque ad cælos homines, deſcendunt vſque ad abyſſum Dæmones.* Ecce tibi, vt de Cruce venit, quòd homines iuſti aſcenſiones meditentur, glorioſique euadant: peſſimi autem Spiritus, & tyranni ad profundum vſque deijciantur. Suſpenſus quondam in ligno ſerpens fuit, Numer. 21. *Quem qui percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Ex quo dicit de Cruce German. vbi ſuprà: *Sauciantes ſerpens peremit, ſeruátque ictos, & ſaucios.* Sic oſtendebatur quàm antiqua eſſet Crucis virtus in ſanandis iuſtis, & perdendis malis.

German.

Num. 21.

§. XXX.

Crux lucerna ad occulta reuelanda.

OCcultum ſenum facinus vt reuelaret Daniel ad ſignum acceſſit arboris, dicens: *Dic ergo mihi, ſub qua arbore comprehenderis eos colloquentes ſibi?* Non in alio, ſed in arbore ponit ſignum, quo in lucem extrahat occultam veritatem. Nec miror: ſic enim Dominus arborem Crucis propoſuit, qua abſtruſiſſima quæque in lucem daret. Dicebat Lucas cap. 15. *Quæ mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit vnam, nónne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat.* Comparat itaque ſe Dominus mulieri, quæ vt drachmam tenebris occultatam quærat, lucernam accendit. Sed quam lucernam Chriſtus Dominus accendit pro tollendis tenebris, & homine ſuo iuſto inueniendo? An Crux illa fuit lucerna? Accipite D. Chryſoſtomum orat. in cœmeterij appellationem, & Crucem, tom. 6. fatentem: *Quemadmodum enim ſi quis lucernam in domo quapiam tenebris obſita accendat, & in altum ſtatuat, tenebras de repentè fugat; ſic tenebris per vniuerſum Orbem ſparſis Chriſtus, tanquam lampadem quandam, Crucem accendit, & in altum erexit, omnemque caliginem totam terra diſſipans.* De lucerna Crucis accenſa, & eleuata venit, quod tenebræ a facie terræ fugiant, & veritas in mundo appareat: lucidior quippe eſt Crux Sole, & aſtris, vt poſſint ſub illa abſcondita manifeſtari. Matth. cap. 24. Loquens de aduentu Iudicis, in cuius conſpectu conſcientiæ omnium hominum ſunt reuelandæ, ait: *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent de cælo, & Virtutes cælorum commouebuntur: & tunc apparebit ſignum Filij hominis in cælo.* Venturus Iudex, vt omnium hominum faciat patere vel intima cogitata, nihil priùs facit, quam extinguere vniuerſas mundi lampades. Sol, Luna, & ſtellæ luce ſpoliatæ in tenebris relinquent Orbem terrarum. Sed cur, Domine, ſic aſtrorum lucem extinguis, cùm vis, vt omnia hominum corda pateant? An ſine luce poteſt aliquid manifeſtari? Sed tunc parebit ſignum Filij hominis, parebit Crux, quæ Sole, & aſtris fulgentior eſt, vt abſcondita patere faciat. Dicit D. Chryſoſt. hom. in Crucem, & latronem, tom. 6. *Tunc Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum. Tanta erit tunc lucis copia, vt etiam lucidiſſima ſydera fiant abſcondenda. Nam & ſtellæ cadent, & tunc apparebit ſignum Filij hominis in cælo. Vides, quanta ſit excellentia huius ſigni, quanta claritas, quantus fulgor? Sol obtenebratur, Luna non ſplendet, aſtra cadunt, illud verò ſolum apparet, vt intelligas, illud, & Luna ſplendidius, & Sole fulgentius eſſe.* Planè, vbi Crux apparet, nulla alia luce opus eſt, vt abſcondita manifeſtentur.

Luc. 15.

Chryſoſt.

Matth. 24.

Chryſoſt.

§. XXXI.

Non Iudex, ſed merita ſententiam ferant.

AIt Daniel in præſenti: *Rectè mentitus es & tu in caput tuum.* Quaſi dicat: Non ego, ſed mendacia tua, malitia tua te pœna capitis damnat. Vtinam ſic omnes Iudices ſe habeant, vt nihil ab illis, ſed omnia a reorum meritis credantur venire. Ioan. cap. 5. dicebat integerrimus omnium Iudex: *Non poſſum à me facere quidquam: ſicut audio, ſic iudico.* Quid ais: Non poſſum a me facere quidquam? Nónne iudicas? Nónne ſententiam promis? Sententiam equidem ipſe promit; ſed non a ſe excogitatam; ſed a reorum meritis petitam. Rem pulchrè diſſeruit D. Ambroſius lib. 5. epiſt. 20. *Non enim quaſi infirmus dicit: Non poſſum ego à me facere quidquam, ſed hoc loco quaſi Iudex loquitur, vt cognoſcamus homines in iudicando quod non ex voluntate noſtra, & poteſtate, ſed ex æquitate debemus formare ſententiam. Iuſtitia in iudicando, non potentia eſt in iudicando. Ego non iudico; ſed facta tua te iudicarunt: ipſa te accuſant, ipſa te condemnant. Leges te adiudicant, quas Iudex non commouet, ſed cuſtodit. Nihil ex me ego profero, ſed ex iis formis iudicij in te procedet.* Huc attendant Iudices, & diſcant, ſe nihil eſſe in cauſis iudicandis, ſed ab ipſis reorum meritis proferendam eſſe ſententiam. Accuſabatur aliquando Ieſus meus apud Pilatum Ioan. 19. auditiſque accuſationibus ait Pilatus: *Ego nullam cauſam in eo inuenio.* Circa quæ dicit D. Chryſoſtomus orat. in Paraſceuen, tom. 6. *Non tu ſolum, ô Pilate, ſed neque Iudæi, ſed neque cæci.* Expende illa: *Sed neque cæci.* ad ſummam enim ponderationem innocentiæ Ieſu ponit, quòd neque cæci in eo cauſam damnationis inueniant. Et quantula commendatio innocentiæ eſt, quòd nihil contrarium videatur à cæcis? Aut qui ſunt cæci hi, qui cùm nihil mali vident, innocentiam maximè teſtantur in reo? Equidem cæci æſtimantur integerrimi omnium Iudices, qui ſic ſe habent in ſententiis proferendis, quaſi nihil ſuum in eis habeant, nec ipſam oculorum viſionem, ſed omnia fiant ex reorum meritis.

Ioan. 5.

Ambroſ.

Ioan. 19.

Chryſoſt.

§ XXXII.

Angeli in procinctu ſunt pro defenſione iuſtorum.

NOn otiosè aſſerit Daniel: *Manet enim Angelus Domini gladium habens, vt ſecet te.* &c. Vbicunque enim ſunt, qui iuſtos offendant, præſentiſſimi adſunt Angeli, & in procinctu ſunt, vt iuſtos liberent, & perdant eorum aduerſarios. Gen. 32. *Iacob autem abiit itinere, quod cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cùm vidiſſet, ait: Caſtra Dei ſunt hæc.* Periculum imminebat aliquod Iacob in illo itinere ab Eſau fratre, eius aduerſario; & ideò apparet Angelorum militia, cuius eſt, bonos vbique defendere, & perdere malos. Rem imitatus D. Chryſoſt. ſer. 11. de Aſcenſ. tom 6. ait: *Quorum Angelorum caſtra, ac copias ſupra terram vidit? Nam, ſicut Rex habet per ſingulas ciuitates ſuas milites poni, ac genus aliquod bellum imminens incurſionibus inficiet eas, ita & Deus Dæmonibus in aere iſto barbaris, atque imminentibus ſemper bella ſuſcitantibus, pacíſque inimicis, Angelorum caſtra oppoſuit, vt dum vel apparent ſolum ipſos reprimant, nobiſque perpetuam pacem conciliant.* Vt omnia ſunt plena hoſtibus inuiſibilibus; ſic ſunt omnia plena Angelis defenſoribus, qui profligent hoſtes, & iuſtos ſuos in toto cuſtodiant. Huc trahenda dicta tom. 2. de Chriſto figurato, lib. 5 cap 3. § 45. & alibi ſæpiùs.

Gen. 32.

Chryſoſt.

§. XXXIII.

Tunc Angeli præſentiſſimi adſunt, cùm nequam aliquis eſt caſtigandus.

MEritò dicit Daniel: *Manet enim Angelus Domini, gladium habens, vt ſecet te,* &c. Quippe dum nequam aliquis cæditur, præſentiſſimi adſunt Angeli. Dicebat Geneſ 18. *Veneruntque duo Angeli Sodomam veſpere,* &c. Et mirabar, quòd Angeli adeò ſerò Sodomam venerint, cur non antea Sodomæ fuerunt. Cur vel paululùm à Sodomitis abfuerunt? Nónne erant cuſtodes illius ciuitatis? Cur ergo non magis illi aderant? Dum nequiſſimi Sodomitæ impune peccabant, Angeli abſentes videbantur; dum autem illorum ſupplicium appropinquabat, tunc iam Angeli præſentiſſimi aderant. Ait D. Cyrillus Alex. in Amos, cap. 5. *Sodomam venerunt Angeli, quibus iam ante ſceleſtos, velut abſentes, dum non punirent.* Cùm non puniebantur mali, velut abſentes erant Angeli, præſentes erant, vbi mali puniebantur. Dicit Exod. 4. loquens de Moyſe pergente in Ægyptum iuxta lectionem Septuag. *Factum eſt autem in via, in diuerſorio, occurrit illi Angelus Domini, &*

Gen. 18.

Cyril. Alex.

Septuag.

quærebat

quærebat eum occidere illum. Et arripuit Sephora petram acutiſſimam, & circumcidit præputium filij ſui, & tetigit pedes eius, & dixit: Sponſus *Exod. 4.* *ſanguinum tu mihi es. Et dimiſit eum, poſtquam dixerat: Sponſus ſanguinum ob circumciſionem. filij mei.* Vbi puniendus Moyſes, aut interficiendus filius eius erat, gladio circuncisionis, ſanguiſque de vulnere circuncisi fluebat, Angelus aderat: qui vbi ſtetit ſanguis, vulnúſque dabatur curationi, ſtatim diſceſſit. Et cur non diſceſſit, cùm vulnus fiebat, ſanguiſque fluebat, ſed quando hæc omnia ceſſarunt? Id erat ſacramentum angelicæ præſentiæ: Angeli enim tunc maximè adſunt, cùm pœna peccatoribus infligitur. Quod ſacramentum ſpectans D. Aug. quæſt. 12. in Exod. *Auguſt.* aiebat: *Non enim ait, receſſit ab eo, propter quod circumcidit infantem, ſed, quia ſtetit ſanguis circumciſionis, non, quia cucurrit; ſed quia ſtetit, magno, niſi fallor, ſacramento.* Magnum equidem eſt Angelorum ſacramentum, quod dum vulnera peccatoribus infliguntur, dum ſanguis à vulneribus fluit, ipſi adſiſtant; & tunc diſcedant, cùm vulneribus datur medela. Poſt peccatum adorati vituli, vbi populus idololatriæ pœnæ ſubiectus erat, dicebat Deus Moyſi Exod. *Exod. 32.* c. 32. *Tu autem vade, educ populum iſtum, de quo locutus ſum tibi. Angelus meus præcedet te.* Ad quæ verba reſpondit Moyſes: *Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto.* Cur non contentus fuit cum Angeli ducatu? An quia Angeli ideò ſolùm aſſiſtere ſolent, vt puniatur peccator? Ait D. Baſil. Magnus in cap. 6. Iſaiæ: *Eius præſentia egebat Moyſes, quam penes eſt poteſtas dimittendi peccata, quod exhibere nequaquam poſſunt Angeli. De iis quidem, qui inique agunt, expetunt vltionem Angeli, non item condonant delicta. Eam ob cauſam flagitat* *Baſil.* *Moyſes adiumentum Dei.* Sic ibi Moyſes Angeli præſentiam cauet, vt quæ ſoleat adeſſe peccatoribus caſtigandis.

§. XXXIV.

Deus per ſeipſum non detrectat adeſſe, vbi à malis ſpiritualibus ſumus liberandi.

TAndem illud notandum, quod ait: *Manet enim Angelus Domini*, &c. Vbi enim ſolùm agebatur de tollendo malo temporali à Suſanna, Angelus ibi adeſſe ſufficit, qui perdat aduerſarios. Vbi autem tollenda ſunt mala ſpiritualia, ibi non Angelus ſufficit, ſed Deus per ſeipſum adeſt. De Filio Dei locutus D. Paul. ad Coloſſ. 1. ait: *Eripuit nos* *Coloſſ. 1.* *de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum dilectionis.* Non Angelum miſit; ſed ipſe per ſe deſcendit in tenebroſum carcerem, vt Sanctos ſuos inde educeret. Quod miratus S. Chryſ. orat. in Cœmeterij appellat. ait: *Quod admiratione* *Chryſoſt.* *plenum eſt, ipſe Rex aduenit. Nullus Rex vnquam hoc dignaretur facere; ſed miniſtro vinctos dimittunt: ſed hic, ipſemet Rex aduenit ad vinctos. Non erubuit carcerem, neque detentos in carcere, & confregit fores, & vectes contriuit, ſuperadſtitit Inferno, & totam illius cuſtodiam deſertam conſtituit, carcerísque cuſtode in vincula coniecto, ad nos remeauit. Tyrannus captiuus ducebatur, fortis, vinctus*, &c. Non detrectat Deus per ſeipſum vſque in Infernum deſcendere, vt inde hominem ſuum eruat, & hominum aduerſarium perdat. Quod ſpectans per Iſ. c. 45. *Iſaiæ 45.* *Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi theſauros abſconditos.* Alij legunt: *Theſauros tenebroſos inuiſibiles.* Circa quæ ait D. Chryſ. ſupr. *Ille verò Infernus locus caliginoſiſſimus erat, &* *Chryſoſt.* *inamabilis, neque vnquam lucis naturam intus ſuſceperat, propterea tenebroſos, & inuiſibiles eos dixit. Verè enim tenebroſi erant, donec deſcendit Sol iuſtitiæ, eóſque illuſtrauit, & ex Inferno cœlum fecit. Primùm quidem alligauit fortem, & tunc vaſa eius diripuit.* Sic ſtat Deus pro ſuis liberandis à malis ſpiritualibus. Vnde Moyſes certificatus de Angeli ducatu Exod. *Exod. 32.* 32. dicebat ad Deum: *Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto.* Et cur detrectat ducatum Angeli, & pro vno Dei ducatu ſoſpirat? Ait Rup. ibi: *Quem poteramus intelligi Angelum,* *Rupert.* *qui ad obtinendum Chananæum ſufficeret: Sed, inquit, non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. Quorſum nobis venere, filióſque procreare, ſi non tu ipſe veneris, qui natos ad mortem, ſolus potes ad vitam regenerare.* Quando Angelus pro tollendis hoſtibus temporalibus venire poterat, magis amabat Moyſes Dei aduentum, vt qui ſolus de malis ſpiritualibus nos poſſet eripere.

Dan. 13. Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos Presbyteros, (conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium,) feceruntque eis, ſicut malè egerant aduerſus proximum, vt facerent ſecundùm legem Moyſis, & interfecerunt eos: & ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. Helcias autem, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna, cum Ioachim, marito eius.

§. XXXV.

Non creatura, ſed Deus ſaluat ſperantes in ſe.

SApientes illi: *Benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe.* Vnus equidem Deus in ſe ſperantes nouit ſaluare, creatura autem magis eos perdit. Dicebat Ieſus Iudæis Ioan. 5. *Nolite putare, quia ego accuſaturus ſum vos apud Patrem: eſt, qui accuſat vos, Moyſes, in quo vos ſperatis.* Non ſperabant *Ioan. 5.* Iudæi in Ieſu, vt, qui, vt Deus, ſperantes in ſe ſaluat: ſperabant in Moyſe, qui vt creatura ſperantes in ſe accuſando perdebat. Circa quæ ait D. Ambroſ. lib. 5. epiſt. 40. *Ego non iudico; quem non damno; ſed iuſtifico confitentes: Moyſes vos accuſat, ille vos arguit, in quem ſperatis. Ille* *Ambroſ.* *ergo, in quem ſperatis, accuſat: iſte, in quem ſperare noluiſtis, abſoluit. Magna, Iudæe, imprudentia. Meritò accuſantur in criminibus ſuis: quia accuſatorem elegerunt, & bonum iudicem refutarunt.* Quippe elegerunt non ſperare in Deum, ſed in hominem, & ideò non ſaluati ſunt à Deo, ſed accuſati, & damnati ab homine. Quando vnus Deus eſt, qui ſaluat ſperantes in ſe: creatura autem ſperantes in ſe perdit. Hinc Exod. c. 7. dum incipit Moyſes plagas Ægypto immittere, *percuſſit aquam fluminis coram Pharaone, &* *Exod. 7. & 8.* *ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem.* Et c. 8. *Extendit Aaron manum ſuper aquas Ægypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti.* Ecce vbi, à flumine Ægypti inceperunt plagæ, quæ Ægyptios vehementiſſimè flagellarunt. Et cur à flumine inceperunt Ægypti plagæ? Adorabatur ab Ægyptiis fluuius, vt Deus, à quo alimenta, quibus viuerent, expectabant, & in quo omnes bonorum habendorum ſpes habebant locatas; ideò à nullo priùs, quàm ab illo flagellantur: quò enim alio tendunt creaturæ, in quas ſperamus, niſi vt perdant in ſe ſperantes? Ait Macarius Philadelphienſis orat. in exalt. Crucis apud Gretſerum, *Macar.* tom. 2. *Quærites primam, & ſecundam plagam, in flumine, qui apud illos Numinis inſtar erat, ſuſtinuiſſe.* Ille, ille fluuius, qui illis Deus erat, qui eorum fouebat ſpes, primus eſt in inferendis plagis, quibus perdantur. Dicebat Oſeas c. 10. *Comediſtis frugem mendacij. Quia confiſus es in viis tuis, in multitudine* *Oſea 10.* *fortium tuorum, & omnes munitiones tuæ vaſtabuntur.* Græce leguntur hæc apud D. Cyrill. Alex. *Comediſtis fructum* *Cyril. Alex.* *mendacem: quia ſperaſti in turribus tuis, in multitudine fortitudinis tuæ. Et conſurget perditio in populo tuo, & omnia munita tua peribunt.* Planè qui ſperant in creaturis fructum mendacem metunt: ſperant enim ab illis bona, & metunt mala, ſperant ſalutem, & metunt exterminium: ſola enim ſpes, quæ Deo nititur, bonorum fructifera eſt. Ad hæc D. Cyrill. Alex. *Comederunt fructum mendacem, hoc eſt, inutilem ſpem habuerunt: verus enim fructus ſalutem, & vtilitatem* *Cyril. Alex.* *continens eſt charitas in Deum. Fructus autem mendax, fructus impietatis appoſitè intelligi poteſt: ad finem enim prorſus exitiandum deuenit. Quis igitur ſit fructus mendax, ſtatim oſtendit. Adiunget enim: Quia ſperaſti in turribus tuis, & in multitudine fortitudinis tuæ. Et conſurget perditio*, &c. Eſt equidem & fructus verus, & fructus mendax: fructus verus eſt charitas fiducialis in Deum, à qua bona multa in homines veniunt: fructus verò mendax eſt ſpes in creaturis, inde enim ſola perditio, & extrema ruina procedit.

§. XXXVI.

Per quæ alios amas perdere, ipſe perderis.

ECce malefactorum conſueta retributio: *Conſurrexerunt aduerſus duos Presbyteros, feceruntque eis, ſicut malè egerant aduerſus proximum.* Nihil equidem magis viſitatum

eſt in mundo, quàm quod malum proximo facis, idem tibi fiat. Quo ſpectans Dauid Pſ. 68. in perſona Chriſti clamabat: *Dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua.* Petit, vt aduersùs Iudæos de menſa malum proſiliat: quia ipſi malam, & felleam menſam parauerunt Ieſu. Sed & illud addit, quòd *obſcurentur oculi eorum* & quando felleæ menſæ retributio in menſa illis paratur, cur etiam ſupplicium in luce oculorum? Ait Ioann. c. 18. de manu Iudæorum comprehendente Ieſum: *Venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.* Quando autem laternarum luce venerant perdere Ieſum; conuenientiſſime petitur, quòd ipſi mulctentur in luce. Dicit Rup. lib. 13. in Ioan. *Quia cum laternis, & facibus, & armis externas aſſtu, tanquàm ad latronem, ideircò lucerna Dei, lucerna legis, & Prophetarum, qua illuſtrati ſunt patres eorum, cadat de manibus ipſorum, ſicut ſcriptum eſt. Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & ideircò ſub armis iſdem, cum quibus exierunt, ſemper incuruetur dorſum eorum.* Quæcunque parauerunt proximo ſuo Ieſu mala, in illos reuerſa ſunt, vt ſub eiſdem malis alteri, paratis perirent. Poſt Arcam teſtamenti captam à Philiſtæis ait Text. 1. Reg. 5. *Tulerunt; & Philiſthiim Arcam Dei & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon.* Nec multum poſt venit ex arca ſupplicium: pergit enim Text. *Aggrauata eſt manus Domini ſuper Azotios, & demoliata eſt eos, & percuſſit in ſecretiori parte natium, &c.* Quando enim illi arcam Dei in mala ſede ſtatuerunt iuxta Dagon, & ipſi ſedibus atrociter laborare cœperunt. Eà quo pulchrè D. Nazian. carmine aduersùs Epiſcopos, qui propter obtinendas ſedes turbabant Eccleſiam Dei, dicit:

Pſal. 68.

Ioan. 18.

Rupert.

1. Reg. 5.

Nazianz.

> *Pace oremim, ſedis ob faceat bella gereates*
> *Exagitat ſeſe, vt fluctus, furibundque vtrimque,*
> *Nec ſitis hos ardens pugnandi deſerit vnquam*
> *Patem clamantes, captantes ſanguine laudem.*
> *At Gethæo vtinam morbo premerentur, vt æquum eſt,*
> *Pœnæ ob ſedem meritas ne ſede luentes.*

Et meritò, qui ſedibus bellum inferebant, ea afficiebantur pœna, ne & ipſi poſſent ſedere. De quo ſæpe aliàs à nobis dictum eſt.

§. XXXVII.

Honor, & lucrum in vnius capite iuſti inuenitur.

Conuicti Iudices mendacij periere, & *ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa.* Simul enim in illa die honor, & vita Suſannæ data fuit. Vt pateat, quàm in vnius iuſti capite honor, & lucrum poſſit inueniri. Canebat olim Anna Samuelis mater 1. Reg. 2. *Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo.* Quæ verba ſic ex Græco leguntur apud Chryſ. *Confirmatum eſt cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo.* Duo enim ſe meruiſſe ex Deo accepiſſe, nimirum, & confirmationem cordis, hoc eſt, confirmationem vitæ, & exaltationem cornu, hoc eſt, exaltationem gloriæ, & honoris, quæ duo difficilè coniungi ſolent, & ſolùm in vnius iuſti capite coniunguntur. De quo ait D. Chryſ. hom. de Anna, & precat habita tom. 6. *Cùm dixiſſet: Confirmatum eſt cor meum in Domino ſubiungit: Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo, duplicia nobis hic verbis ſubindicans bona, quæ non temere ſimul vni contingunt: nam & infamia, inquit, liberata ſum, & ſecuritatem, atque honorem conſecuta ſum. Hæc autem vtraque non facilè inueniat in vnum conuenire. multi enim à periculo liberantur, gloriolam autem vitam non habent: aliſcontra gloria quidem fruuntur, periculis tamen ob hanc gloriam non carent.* Innumeri ſunt, qui ob gloriæ, & honoris, aut conſeruationem, aut augmentum, in frequentibus vitæ diſcriminibus ſunt: alij autem tuti cùm ſint, vitamque ſecuram ducunt, ſine honori tamen, & inglorij degunt. Hoc rarum, quòd ſimul honor, & lucrum coniunguntur, & non niſi à Deo in ſuos proficiſcitur manu, vt dicat Chryſ. ſuprà: *Ad hunc ſinè modum Dei beneficio ſe habeat ſimul enim & tutam, & illuſtrem largitur vitam. quod quidem vtrunque hæc mulier innuens duobus. Confirmatum eſt cor meum in Domino. exultauit eſt cor meum in Deo meo.* De manu enim Dei venit, quòd honor, & lucrum in eodem iuſti capite conueniant.

1. Reg. 2.

Chryſoſt.

Chryſoſt.

§. XXXVIII.

Non tam corporis, quàm animi ſalus æſtimanda.

Pulchrè illud animaduertendum, quod ait Text. *Helcias autem, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna, cum Ioachim viro ſuo, & vniuerſis cognatis: quia non eſt inuenta in ea res turpis.* Ecce tibi, de quo lætati ſunt, & vir, & parentes Suſannæ, nimirum: *Quia non eſt inuenta in ea res turpis.* non quòd à morte liberata ſit, nec quòd hoſtes eius perierint; ſed quòd innocens inuenta ſit, & immunis totius delicti. Sic boni non corporis, ſed vitam æſtimant animæ ſalutem. Vt dicat Carth. ibi ex D. Hier. *Non de hoc principaliter Deum laudabant, quòd ſaluata eſt Suſanna à corporis morte: quia hoc magnũ non fuit, imò ad animæ gloriam profuiſſet promiſſum mortiſſed quia immunis inuenta eſt à tanto facinore, nec turpitudo peccati huiuſmodi fuit in ea. Maius quidem bonum eſt innocentia, quàm corporalis, naturaliſque vita. Hoc ergo potiſſimum Dei beneficium eſt, quòd à peccato praſeruat, nec eum liberè peccare permittit.* Hoc maximè ſpectandum ab omnibus eſt, vt à morte animæ, à malis ſpiritualibus liberemur. Ieſus meus Cruci affixus nimio populi ſui amore affectus aiebat Luc. 23. *Pater, ignoſce illis: quia neſciunt, quid faciunt.* Poſtulabat enim à Patre peccatorum veniam ſuis popularibus. Potuit & imminentis ruinæ auerſionem poſtulare, ſed nullum de hac verbum facit, id poſtulauit, quod erat potiſſimum. Circa quod ait D. Auguſt. tract. 1. in Epiſt. Ioannis: *Ait: Pater, ignoſce illis: quia neſciunt, quid faciunt. nec enim dixit: Pater, viuant iſti multo tempore: me quidem occidunt, ſed iſti viuant. ſed, quid ait? ignoſce illis: quia neſciunt, quid faciunt. mortem ſempiternam ab eis expellebat prece miſericordiſſima, & potentia præſtantiſſima.* Nihil æſtimabat vitam, aut mortem temporalem, eò intendebat animum, vt eos à morte æterna animæ liberaret.

Carthuſ.

Luc. 23.

Auguſt.

§. XXXIX.

Magnum, quòd inter iniurias nullam culpam incurras.

Hoc ad magnitudinem Suſannæ virtutis dicitur, ſcilicet: *Quia non eſt inuenta in ea res turpis.* In horto ſiquidem ab amatoribus ſollicitata, in iudicio à falſis teſtibus accuſata, à nefarijs Iudicibus adulterij damnata; & inter tot iniurias, & illices conſtituta nihil effecit turpe, ſed in omnibus, & purè, & ſanctè ſe geſſit. Quantum hoc in fœmina? Marcus c. 15. locutus de Principibus Sacerdotum ait: *Vincientes Ieſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.* Sic Ieſus meus durißimis conſtrictus vinculis rapitur ad tribunal gentilis hominis, eius vt reus ſiſtitur. Et cur voluit tantus Dominus forenſia adire tribunalia, Iudici nefario ſiſti, falſos teſtes audire, niſi, vt magnitudinem virtutis ſuæ teſtatam faceret, qui inter tot calumnias, & iniurias appareret immaculatus? Dicit D. Chryſ. hom. 3. de Paſſ. *Quemodo animus non turbetur inſpiciens, in quo totus terretur, & conturbatur iſt mundus? Condemnatus ecce in Concilio Iudæorum Dominus, Pilato traditur alligatus, & ſacrati manus ſacrilego catenæ vinxerunt. Ad tribunal deinde Præſidis ſiſtitur. non vt reatus in illo; ſed vt innocentia ponderetur; vt aperiatur teſtimonium Iudicis, quo ſub crudelibus vinculis meritum non amiſerit innocentie.* Hoc magnum in Ieſu, quòd inter vincula, & iniurias, & falſas accuſationes, & nefariam ſententiam meritum non amiſit innocentiæ. Multi innocentes rapiuntur ad iudicium; ſed, qui inter ooras iniurias à falſis accuſatoribus, ab iniquis Iudicibus ortas, adhuc innocentiam retineat, rarus eſt.

Marc. 15.

Chryſoſt.

LIBER

LIBER DECIMVSQVINTVS.

MICHÆAS,

SIVE

IESVS ALAPIS PERCVSSVS.

INTER notiſſimas iniurias, quas perpeti voluit Ieſus, vt ſuorum mereatetur libertatem, celeberrima fuit alaparum contumelia, qua affectus eſt vel ab homuncionibus viliſſimis. Ait enim Ioannes cap. 18. *Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu.* Ioan. 18. Sed & Matth. cap. 26. & Lucas cap. 22. non ſine horrore commemorant alapas multas Ieſu meo inflictas. Matth. 26. Luc. 22. Quibus crediderim lucem prætuliſſe Michæam, qui vnus in veteri Teſtamento alapam propter iuſtitiam ſuſtinuit. Dicit nanque 3. Reg. cap. 22. *Acceſſit autem Sedecias, filius Chanaana: & percuſſit Michaam in maxilla,* 3. Reg. 22. O virum felicem! De accepta alapa habes, quo fias libertus Chriſti.

CAPVT I.

Michææ, & Chriſti ſymbola in alapa accepta.

CVM ad alapam venitur Chriſto Domino inflictam, eius figuram in Michæa recognoſcunt Salmeron tom. 10. tract. 20. & Cardinalis Toletus in cap. 18. Ioannis, vbi dicit Annotat. 15. in fine: *Figura huius alapæ præceſſit in Michæa Propheta, qui alapa percuſſus eſt à Sedecia Pſeudopropheta adulante Regi Achab contra veritatem, vt habetur 3. Reg. vltimo.* Sic ibi.

Salmer.

Tolet.

§. I.

De alaparum ignominia ob iuſtitiam ſuſcepta venit ardentiſſimus erga diuinum nomen affectus.

QVam ignominiam ab alapis accepit Ieſus, prælibauit Michæas 3. Reg. 22. vbi dicitur: *Acceſſit Sedecias, filius Chanaana: & percuſſit Michaam in maxilla.* Et ab ore illo Michææ alapis conſtricto, illud in primo eius prophe-

3. Reg. 22.

tiæ cap. ſonat: *Audite, populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius, & ſit vobis Dominus in teſtem,* &c. Mich. 1. Circa quæ illam mouet Rupertus quæſtionem, nimirum: *Quid ſibi vult tale exordium? Cur omnes populos excitat ad audiendum?* Rupert. Suffeciſſet vocare populum ſuum, cui maluit etiam & omnes alienigenas conuocare ad audiendum? Tenebat illum vehementer ſollicitudo nominis diuini, ne apud gentes blaſphemaretur, videntes, vt Iſraelitæ peribant. Et ideò gentes vocat, vt videant perditionis Iſraeliticæ iuſtiſſimas cauſas, & nulla detur diuino Nomini offenſio. Ait Rupertus: *tam profonteſcere arbitramur. pro qua te angatur fidelis, & pius, & diuini nominis amator animus ... Iſtum hac ſollicitudine proclamare ſentimus, vt quoniam reuocari iam ſententia non poteſt, neque placari ira Domini, quia Iſrael de terra ſua migret, ſciant ſaltem populi cauſas, & non blaſphemetur nomen Domini.* Ecce tibi, qui alapas prælibarat Chriſti, quanta afficiatur ſollicitudine honorandi nominis diuini. Fallar, niſi ab alapis pro Deo acceptis hic ardentiſſimus affectus in corda humana proſiliat. Dicebat Pſal. 82. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.* Pſal. 82. Circa quæ D. Auguſt. *Horum facies ſalubriter impletur ignominia, vt quærant nomen Domini.* Auguſt. D. Bruno: *id eſt, honorem nominis tui.* Bruno. Quippe vt alaparum ignominia in faciem veniens patienter propter iuſtitiam ſuſcipitur, flammam in corde excitat, qua quis ardeat pro honore nominis Dei augendo.

§. II.

In alapa à viro ingenuo accepta tota malorum congeries intelligitur.

Ioan. 18. 3. Reg. 22. SImpliciter, & ſine exaggeratione ait Textus Ioan. 18. de miniſtro, quòd *dedit alapam Ieſu*: & ſimiliter de Sedecia, 3. Reg. 22. quòd *percuſſit Michæam in maxilla*. Et quantum hoc malum, quòd alapa inſligeretur Ieſu, aut Michææ planè viro ingenuo hoc malum omnium acerbiſſimum, & in ſola accepta alapa creditur in illum totam malorum congeriem veniſſe. De hoc malo locutus bene expertus Michæas dicebat cap. 5. *In virga percutient*

Mich. 5. *maxillam iudicis Iſrael*. Hoc de Iudice Iſrael Ieſu patiente dixit, quod non in alia percutiendos eſſet. Et cur non magis dixit, vt dorſum eius verberibus erat ſcindendum? Vt manus, pedéſque clauis transfigendi? Ait Rupert.

Rupert. ibi: *Per maxillæ percuſſionem, totam eius ſignificabat paſſionem Iudex, eo quòd paſſionis eius hoc fuit initium, quod vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit illi alapam dicens: Sic reſpondes Pontifici?* Equidem in ſola alapa inflicta Ieſu, tota paſſionis eius acerbitas, dolorúmque exantlatorum congeries intelligitur. Vbi enim in conſpectu tot nobilium, & plebeiorum nobiliſſimo viro alapa impunè infligitur, quaſi nullum iam reſtat malum, quod ei poſſit inferre.

Iob 16. Quò ſpectans dicebat Iob cap. 16. *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis*. In eo ſolùm, quòd eius percuſſerunt maxillam, creduntur ſatiati eſſe pœnis illius, quaſi in illa maxillæ percuſſione, tota pœnarum congeries exſiſteret: nec inimici haberent, quid adderent, nec patiens, quid ampliùs ſuſtineat. Vt dixit Ierem.

Thren. 3. Threnor. 3. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis*. Tantus enim cumulus opprobriorum in maxillæ percuſſione intelligitur, quantus poſſet ſaturare illorum auidiſſimum. Ergo de quo viro ingenuo, & nobili dicitur, quòd alapam ſuſtinuerit, & ibi omnia alia tormenta creditur ſuſtinuiſſe? Dicebat Matth. 26 de Ieſu: *Tunc*

Matth. 26. *exſpuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt*, &c. Circa quæ agens Origen. de horum retributione, hom. 35 in Matth. in-

Orig. quit: *Adhuc palmis eum ceciderunt, & deludentes dixerunt: Propheti za nobis, quis eſt, qui te percuſſit? Propter quod receperunt alapam æternam*. Sic rabidiſſimi hoſtes Chriſti, vbi ad ſupplicium accipiendum feruntur, ſolam æternam alapam dicuntur accepiſſe. Si ſolam acceperunt alapam æternam, vbi eſt ignis æternus paratus Dei hoſtibus? Vbi vermis nunquam moriturus? Planè omnia hæc, & alia tormenta in alapa accepta intelliguntur. Non eſt enim, quod non patiatur vir ingenuus, qui patitur ſibi alapam infligi. Quò ſpectans D. Hilar. locutus de palmis Ieſu

Hilar. inflictis, ait: *In palmis verò atque ſputis ad conſummandam hominis humilitatem, vniuerſa enim contumeliarum genera exercebantur*. Vniuerſa malorum genera videbantur in palmis, & ſputis faciem Ieſu fœdantibus: quibus conſummatio abiectionis, & humiliationis oſtendebatur.

§. III.

Alapa acerbiſſimum omnium malum Ieſu meo.

INflicta fuit alapa Michææ, dicente Textu de Sedecia: *Percuſſit Michæam in maxilla*. nec verbum fecit Michæas de alapa accepta. Similiter & Ieſu meo data fuit alapa, nimirum. ait Ioan. 18. *Dedit alapam Ieſu*:

Ioan. 18. & Ieſus ſolùm ait: *Cur me cædis?* Tacuit alapam, & de communi percuſſione loquitur. Tam acerba ea ignominia erat nobiliſſimo Dei Filio, vt videretur quaſi malle eam ſilentio ſupprimere, ne tantus in tanta deiectio ne agnoſceretur. Matth. 26. *Tunc exſpuerunt in faciem*

Matth. 26. *eius, & colaphis eum ceciderunt. alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes: Propheti za nobis, Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit?* Intereà dum colaphizatur Ieſus, & in alapis cæditur, omninò tacet, nec vllum audior feciſſe verbum. Et cur, qui in ſupplicio crucis ſeptem dixit verba; inter colaphos, & alapas nec vllum verbum facit? Aiebat Sibylla apud Lactantium lib. 4. inſtit. cap. 18.

Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat. Non vult agnoſci colaphis, & alapis percuſſus, qui in Cruce ſuffixus, & inter iniquos deputatus agnoſci minimè detrectat. Lactant.

Iam ſuper ignominiam Crucis illi erat acerba ignominia ab alapis acceptis profecta. Hinc quando Euangeliſtæ adeo exactè curant narrare alapas Ieſu inflictas, Prophetæ de illis expreſſè locuti ſunt. Ait enim Iſaias cap. 50. Iſaia 50.

apud Septuag. *Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas* Septuag.

ad alapas. Nihilominùs Ieſus locutus de ſua paſſione Matt. 20. ſolùm ait: *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, &* Matth. 20.

flagellandum & crucifigendum. Nihil dicit de alapis, quis de illuſionibus dicit, & de flagellis, & de Cruce. Et quando Sibyllæ, & Euangeliſtæ, & Prophetæ expreſſiſſimè de alapis loquuntur; cur Ieſus ipſe nec verbum de illis facit, ſed illas mauult premere ſilentio? Oſtendebat, credo, tantam illarum eſſe ignominiam, tamque ſibi indecoram, & acerbam, vt minùs detrectaret in Cruce, quàm inter alapas videri.

§. IV.

Mira, & inaudita hominis impudentia, quam non frenat Ieſu facies.

AVſus fuit Sedecias alapa Michæam petere, vt dicat Textus 3. Reg. 22. *Percuſſit Michæam in maxilla*. Similiter & miniſter auſus eſt Ieſu faciem alapa fœdare, dicente Ioanne cap. 18. *Dedit alapam Ieſu*. Quod miratus ibi 3. Reg. 22. Ioan. 18.

D. Chryſoſt. ait: *Quid hoc impudentius? Exhorreſcat cælum, contremiſcat terra de Chriſti patientia, & ſeruorum impudentia*. Chryſoſt.

Horribilis equidem impudentia ſeruorum eſt, quam nec tanti Domini ſplendidiſſima facies reuocat. Raptus aliquando fuit S. Stephanus, & Iudicibus præſentatus, vt in eum ſententiam mortis ferrent. De quo ait Textus Actor. 6.

Actor. 6. *Et intuentes eum omnes, qui ſedebant in Concilio, viderunt faciem eius, quaſi faciem Angeli*. Circa quæ ait D. Petrus Damianus ſer. de eo: *Mirum, quia non reuocabantur inſueta nouitate miraculi: quòd luminoſa Protomartyris facies non refrenat inſanos. Videbant, inquit, faciem eius tanquàm vultum Angeli ſtantis inter illos*. Hoc mirum erat, & Damian.

inuſitatum, & maximè oſtendens hominum inſaniam, qui videntes angelicam Stephani faciem, non reuocantur ab eius offenſione. Quàm mirabilior eſt, & quàm patentior hominis oſtenditur inſania, qui diuinam Chriſti Domini faciem videns, non veretur illam alapis turpare? De iis

Pſal. 58. dicebat Pſal. 58. *Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes*. Quæ verba tractans Rupert. lib. 13. in Ioannem, non definit mirari inſanam fortitudinem hominis, qui auſus eſt in Ieſu faciem. Ait enim: *Ecce iſte fortis percuſſor, & mollis adulator fortium illorum robuſtiſſimum ſe oſtendit, de quibus: Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.*

Rupert. *Qui enim ſunt iſti, niſi ſtultè fortes, & vecaciter linguoſi, qui ſic irruerunt in Dei fortitudinem, ſicut irruit phreneticus in Medicum? De præcipuis iſtis eſt hic, qui tam proteruè irruit in hominem ſanitatis, vt verè inſanus pro Domino ſuo Pontifice ſtultè zelatus*. Niſi enim verè inſanus eſſet, & phreneticus, non poſſet non frænari à Ieſu decentiſſima facie.

§. V.

Maximus creaturarum ſtupor in alapis Chriſto Ieſu inflictis.

VIdeo Michæam in facie percuſſum, cùm dicit: *Percuſſit Michæam in maxilla*, & hoc factum video coram omni Achabi Regis Curia, in conſpectu ipſius Regis, in populo frequentiſſimo, & nec vllus mutit, nec Rex, nec Curiales, nec plebeij vllum verbum faciunt de adeò indecoro facinore. Similiter vnus miniſtrorum coram Pontifice Anna, coram Scribis, & Principibus populi, coram ingenti hominum turba, *Dedit alapam Ieſu*. Nec vllum verbum audiunt, omnes videntes facinus ſilent. Quod ſilentium crediderim prosiluiſſe à maximo ſtupore, quo tenebantur omnes de viſo audaciſſimo facinore. Ad hæc

Iſaiæ 52. Iſaias cap. 52. *Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iſte aſperget gentes multas, & ſuper ipſum continebunt Reges os ſuum*. Equidem cùm Ieſus meus

ſic d: formatus eſt, cùm facies eius alapis ingloria apparuit, omnes videntes in ſtuporem rapti ſunt, & præ ſtupore tantæ ignominiæ, nec Reges, nec plebeij valuerunt verbum dicere Quod meditatus D. Chryſoſt. hom. 86 in Matth. ait: *Iſaias prædixit omnem hanc contumeliam. Quemadmodum inquit, obſtupeſcent ſuper te multi, ſic ingloriuſ erit inter viros aſpectus tuus, & forma tua inter filios hominum. Quid enim illi contumelia poteſt exæquari? In faciem illam, quam fluctus maris veriti ſunt, quam Sol in Cruce videndo radios occuluit, ſputabant cædebant*, &c. In percuſſione, & offenſione tantæ faciei quis non obſtupeat? Quis præ ſtupore non maneat elinguis? Dicebat meritò D. Ephrem ſerm. de Paſſione: *Contremuerunt tali, fundamenta Orbis terra concuſſa ſunt. expauerunt Angeli omnes, atque Archangeli, Gabriel, & Michael facies ſuas alis contexerunt, Cherubim tremente ſub rotis ſe abdiderunt, Seraphim illa hora alas ad oniecem collisiſſe viſa ſunt, cum daret miniſter iniquitatis alapam Domino maieſtatis.* Non abnuo, omnes tunc creaturas in ſummum ſtuporem raptas, & ſummo pauore agitatas. Sed & illud crediderim, quòd ipſiſſimi audaciſſimi hoſtes præ timore non ſuſtinebant videre faciem illam alapis fœdatam. Dicit D. Lucas cap. 22. *Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius.* Faciem percutiunt, & vt illam abſcondant, non ſuſtinentes eam videre. D. Thomas in Cat. ex Beda: *Velauerunt autem eum, vt faciem eius à ſeipſis abſconderent.* Metuebant plane, & expaueſcebant coram habere faciem, quam alapis deformabant.

Chryſoſt.

Ephrem.

Luc. 22.

Thomas.

§. VI.

Inde duriſſima, & contumelioſa hæc alapa fuit: quia Feſtum egit hoſtibus Ieſu.

SEdecias ergo *percuſſit Michæam in maxilla*, ſicut & miniſter Iudæorum *dedit alapam Ieſu*. Quæ contumelia inde fuit grauior, & intolerabilior; quia Feſtum egit hoſtibus circunſtantibus. Quod ponderans noſter Salmeron tract. 20. de Paſſ. ait: *Tertio, alapa habuit aliam circunſtantiam quia inſonuit per totam aulam, cùm fortiter fuiſſet impreſſa, & ob riſum, & gaudium, quod tunc Pontifices, & Iudæi aſſiſtentibus concitauit, qui omnes tanta contumelia irrogata vehementer oblectati ſunt.* Stupor eos in primis rapuit de re atroci, & inſperata: deinde in ſe recepti perfuſi ſunt magno gaudio de contumelia inaudita Ieſu illata. Proh Deus immortalis! Quantus dolor accreſcitur ingenuo animo, quod ſuis pœnis, & doloribus Feſtum agat contrariis. Erant equidem Ieſu meo alapæ inflictæ oblectamenta Iudæis, & feſtiua gaudia. Dicit Matth. c. 26. *Tunc ſpuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. alij autem palmas in faciem eius dederunt.* Quem ad crucem, mortémque petebant, cur ſic illudebant? Vt inde Feſtum, & gaudium ſibi facerent. Ait D. Chryſoſt. hom. 86 in Matth. *Quam ob rem hæc faciebant, cùm occiſuri eum eſſent? Crudeles ea rerum more, in omnibus oſtendunt qui quaſi venatores, feræ inuentæ, ſic vincientes, & furore ſeruientes, ſolennitatem habere cupientes, & ingenti cum voluptate inſilientes.* Expende illa: *Solemnitatem habere cupientes.* quippe de alapis, & colaphis Ieſu impactis ſibi cupiebant facere Feſtum. & Solennitatem. Quam ignominiam, & dolorē præſagiens Iacob, dicebat de Ieſu c. 39 Gen in capite Ioſeph: *Quaſi pulchritudo tauri, pulchritudo eius.* quaſi diceret: Erit Ieſus, quaſi feſtiuus taurus, cùm in arena pro populi Feſto agitatur. Qualis taurus vexantium corona cinctus: qui circunfuſi vndique in illum ſpicula coniiciunt, currit, diſcurrit, ſaltat, reſilit, in omnem partem ſe vertit, ac gyrat; nec inuenit locum, in quo conſiſtat immunis: talis Chriſtus inter Iudæos, & gentiles, vndique preſſus, & exagitatus, quærebat, qui conſolaretur, & non inuenit: aſpiciebat hinc, & illos, & omnes eum auerſabantur. Et taurus interea vulneribus plenus, ſpiculis obrutus, mugitu ſigna doloris edens: ſed quò grauiùs ille dolet, hoc iucundius plebi efferatæ ſpectaculum præbet: ſic contumeliæ Ieſu Iudæorum gaudium augebant, vt inde malum contumeliæ creſceret.

Salmer.

Matth. 26.

Chryſoſt.

Geneſ. 39.

§. VII.

Ieſu alapa, noſtra libertas.

PErcuſſit Michæam in maxilla Sedecias 3. Reg. 22. Sic nequam miniſter *dedit alapam Ieſu*. Venit enim in Ieſum alapa, vt in me libertas veniret. Quò alludens Sibylla, dum has Ieſu inflictas alapas meminit apud Lactant. lib. 4. cap. 18 pro alapis poſuit Græcè, *Rapiſmata*, quæ alapæ erant Iureconſultis, quas domini impingebant ſeruis, cùm eos manumitterent. Vnde Sedul. lib. 5. Paſch. c. 6. ait: *Per illos colaphos habemus capitis ſoſpitatē, illa ſputa noſtrorum vultuum ſunt lauacra, his alapis libertatem ſumus conſecutæ perpetuam.* Sic de contumeliis Chriſto illatis noſtram vtilitatem certam oſtendit, vt de alapis notet noſtram libertatem veniſſe. Et quidem in omnium liberatore non inuenit alapa ſeruitutem, quam adimeret. Inflicta tamen Ieſu fuit alapa, & nos inde libertatem potiti ſumus. Dicebat de Ieſu Iſ. c. 53. *Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet.* Quæ verba premens D. Chryſ. ſer. de negat. Petr., habito tom. 6 ait: *Appoſitè agnus appellatus eſt, vt qui in Paſſione non contenderet, vt qui in occiſione non calcitraret. Verùm enim verò licèt Iudæi occiderint, nos tamē opſonati ſumus. atque illorum quidem crimen eſt, noſtrum autem rectè factum: illorum alapa, noſtra libertas.* Fuit hæc ſemper chara Ieſu meo, vt alapas aliò diuerteret, & ad nos faceret libertatem ſine alapis venire.

Sedul.

Iſaia 53.

Chryſoſt.

§. VIII.

Ab alapis Chriſto inflictis mirandus illi ſplendor.

ET Michææ, & Ieſu faciem alapis fœdarunt impij, vt in præcedentibus vidimus, & quis dicat, quantus inde ei ſplendor exiuit? Dicebat Ieſus Iſaiæ c. 50. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus.* Septuag. ibi legunt: *Dorſum meum dedi in flagella at genas meas ſiue malas meas ad alapas: faciem meam non auerti à confuſione*, &c. Et quò tendebat tanta hæc boni Ieſu permiſſio, vt genas ſuas & alapis, & ſputis permitteret fœdandas? Ait Orig. hom. 35. in Matth. *Non ergo auertit faciem ſuam Chriſtus à confuſione ſputamentorum, vt magis glorificetur vultus eius. quàm fuit vultus Moyſis glorificatus. tanta, & tali gloria. vt comparatione glorificationis iſtius, vultus illius glorificatio deſtruatur. ſicut in conſpectu Solis lumen lucernæ deſtruitur.* Cùm à colloquio Dei deſcendebat de monte Moyſes afferens ſecum legis tabulas, mirum in modum ſplendebat illius facies. Sed, quando ab alapis, ab ſputis veniebat Chriſti facies, ſic ſplendebat, vt ſplendorem Moyſis ſuperaret, vt Sol ſuperat ſplendorem ſtellarum. Lucas c. 22. ait de illuſione facta meo Ieſu ab impiis Iudæis: *Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius.* Et cur velabant faciem, quam fœdabant alapis? Exod. 33. *Videntes autem Aaron, & filij Iſrael cornutam Moyſis faciem, timuerunt prope accedere.* Chaldæus explicat: *Viditque Aaron, & omnes filij Iſrael Moyſem: & ecce multiplicatus erat ſplendor gloriæ vultus eius, timuerúntque accedere ad eum.* Quid tunc? *Poſuit velamen ſuper faciem ſuam*, &c. Quia timebant Iſraelitæ ſplendorem faciei Moyſi, velabatur facies eius. Vt ergo ponebatur velamen faciei Moyſi, vt arceretur eius ſplendor; ſic Chriſti Domini faciei alapis cæſæ ponebant velamen Iudæi, cauentes ſplendorem ortum ex facie alapis cæſa. Ait Beda circa Lucæ verba: *Velauerunt autem eum, vt à ſe ipſis, ſicut quondam Moyſi fecerunt, faciem eius abſcondant.* Quod fecerunt in Moyſe, idem in Chriſto Ieſu fecerunt; in Moyſe de colloquio Dei faciem ſplendentem velabant, ſplendorem eius metuentes; in Ieſu faciem alapis cæſam ſimiliter velabant, minimè ſplendorem inde ortum ferentes. Non enim ſic facies Moyſi de Dei colloquio ſplendebat, vt ſplendebat facies Ieſu de alapis, & ſputis acceptis. Quidquid enim ſplendoris habet Ieſus, etiam de acceptis alapis ſingulariter venit. Dicebat Paul. ad Philipp. 2. de Ieſu: *Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen*, &c. Circa quæ verba ait Origenes homil. 35 in Matth. *Non eſt indecorum ei, qui vult numerare, in quantis ſe Chriſtus humiliauit, vt enumeret extra ea, quæ Paulus expoſuit, dicens: Humiliauit ſe factus obediens vſque ad palmas, vſque ad confuſionem ſputorum. propter quæ omnia exaltauit eum Deus. Nec enim propter mortem ſolam exaltauit eum, ſed etiam propter palmas, & ſputamenta.* Quidquid gloriæ, & ſplendoris habet Ieſus, non ſolùm a Cruce ortum duxit; ſed & ab alapis, & ab ſputis, quibus facies eius fœdari videbatur.

Iſaia 50.

Septuag.

Orig.

Luc. 22.

Exod. 33.

Chald.

Beda.

Philipp. 2.

Orig.

batur. Hinc D. Ambroſius locutus de Virgine Sothere, vt curam faciei habebat, fatur in Exhortat. ad Virgines: *Hanc perſecutor palmis cædi præcepit. At illa, vbi audiuit hanc vocem, vultum aperuit, ſola inuelata, atque intacta martyrio. Et velens inuicte occurrit, vultum offerens, vt ibi martyrij fieret ſatisfactum, vbi ſolet eſſe tentamentum pudoris. Gaudebat enim diſpendio pulchritudinis periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt vultum eius vulnerum vibicibus exarare, faciem tamen virtutis eius, & gratiam decoris interni nequaquam exarare potuerunt.* Sic Virgo, quæ negabat faciem oculis iuuenum; non negauit eam tyrannorum alapis, ſciens, quantum inde ſplendorem acquiſitura erat facies.

Ambroſ.

§. IX.

Alapa inflicta Ieſu, & præſentaneam, & non abſimilem pœnam infligentibus intulit.

Dicitur 3. Reg. 22. quòd Sedecias *percuſſit Michæam in maxilla.* Cui Michæas pœnam illi iam propè imminentem denunciat dicens: *Viſurus es in die illa, quando ingreſſurus es in cubiculum: intra cubiculum, vt abſcondaris.* Sic poſt alapas inflictas Chriſto Domino, viſa etiam eſt pœna Iudæis afferens exterminium. Dicebat apud Iſaiam cap. 50. iuxta lectionem Septuag. *Dorſum meum dedi in flagella, at genas meas, ſiue malas meas ad alapas faciem meam non auerti à confuſione ſputorum, & Dominus auxiliator meus factus eſt. propter hoc non ſum confuſus ſed poſui faciem meam, vt petram duriſſimam, & ſcio, quia non confundar. iuxta eſt, qui iuſtificat me.* Dedit meus Ieſus faciem ſuam ad alapas: at, qui tantam cædebant alapis pulchritudinẽ, quaſi duriſſimam petram cæderent, in ſe dolorem experiebantur. Aderat enim Filio Pater, qui minimè ſupplicium impiis inferendum procraſtinabat. Circa quæ ait D. Cyrill. Alex. lib. 4. in Iſaiam, orat. 5. ſatos: *Factus eſt, inquit, Dominus mihi auxiliator. Perinde eſt, ac ſi dicat: Cùm darem tergum meum ad verbera, & genas meas ad alapas, & paſſionem Crucis paterer, factus eſt auxiliator Pater. Succurrit enim, neque conceſſit, vt Filius ſuus prorſus rubore afficeretur, ac pudeſieret. Nam ſupplices affecti ſunt, qui auſi ſunt cũ Deo pugnare. Et cùm adiungit: iuxta eſt, qui me iuſtificat. eleganter rurſus innuit, pœnam in illum vocantium non abeſſe procul.* Ecce tibi ad celeritatem pœnæ aduenientis in Iudæos, non ſolùm faciebat mors Ieſu illata; ſed & alapæ illi inflictæ. A quibus non ſolùm pœna celerrima; ſed & non abſimilis ortum habuit. Dicebat enim Paulus 2. ad Corinth. 12. *Datus eſt mihi Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Non dicit, qui me cædat, aut qui me pungat: ſed notanter ſingulari verbo viſus eſt dicens: *Qui me colaphizet.* Et cur iſi ſe maluit colaphorum pœnam exprimere? Crediderim tunc à Paulo perſonam Iudæorum repræſentatam, qui vt alapis, & colaphis percuſſerant Ieſum, ſic ipſi à Satana colaphizantur. Ait Orig. hom. 35 in Matth. *Et colaphis ceciderunt ſanctum Eccleſiæ caput: propter quod ipſi colaphizantur à Satana, non vt non extollantur, neque vt virtus eorum perficiatur, ſed vt traditi inimico, vt vindicti, recipiant, quod fecerunt peccantes colaphizantes Ieſum.* Sic miſeri Iudæi alaparum Ieſu inflictarum pœnam non abſimilem recipiunt traditi poteſtati Principis tenebrarum.

Septuag.

Iſaia 50.

Cyril. Al.

2. Cor. 12.

Orig.

CAPVT II.

Michæas Achabo ominoſus.

Textvs Historia.

Post intempeſtiuam clementiam Achabi cum Benadab, Rege Syriæ, Michæas, filius Iemla, excitatus à Deo eſt, qui Achabi denunciaret ruinam. Is Deo plenus à ſocio petit ſibi vulnus infligi, neque impunè id alter negat: ſed negati vulneris reus à leone iuxta Prophetæ vaticinium occiditur. Inde ſapienter alter Michæam percutit, qui accepto vulnere, capite obuoluto, puluere, ſanguineque fœdato, Achabo occurrit, & efficta parabola eo Regem deducit, vt in alieno capite decernat, quod ipſe merebatur ſupplicium. Tunc aperta facie in nomine Domini aperit, vt male egerit Achab in dimittendo Benadobo blaſphemo, & quam duras dabit pœnas Deo tam intempeſtiua clementia vindicaturo. Deſpexit hominem Rex (vt videbatur ſibi) delirum, ſed nihilominùs vt inter tot victoriarum gaudia funeſtum, & ominoſum ſibi duriſſimis alligatum vinculis in tetrum carcerem mandat illum recludi.

Moralia in Textvs Literam.

Nihil magis antiquum in mundo, quàm quòd veritatis Præcones malè audiant apud iniquos Principes. Effinxerat Michæas parabolam, vt traheret Achabum in agnitionem peccati ſui: quod ſimiliter fecerat Nathan cum Dauide, ſed Dauid vt pius veritatem agnoſcens reueritus eſt Prophetam: Achab autem iniquiſſimus, quam ipſe merebatur, pœnam Prophetæ otulit.

3. *Reg.* 20. Tunc vir quidam de filiis Prophetarum dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domini: Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluiſti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cúmque paululum receſſiſſet ab eo, inuenit eum leo, atque percuſſit. Sed & alterum inueniens virum dixit ad eum: Percute me. qui percuſſit eum, & vulnerauit.

§. I.

Hoc præſtantiſſimum eſt viro, quòd illi dignitates, & excellentia adnata ſint.

Vir iſte creditur fuiſſe Michæas Propheta, vt dicunt Carthuſianus, Abulenſis, & Gloſſa, quos ſequitur noſter Sanctius in præſenti. Et notanter non ſolùm Propheta dicitur, ſed & filius Prophetarum: ſic enim Textus ait: *Tunc vir quidam de filiis Prophetarum*, &c. Vt enim Michæas à Ruperto, & Hieronymo vocatur Prophetarum cor; quia in medio eorum poſitus: ſic modò eius præſtantia oſtenditur in eo, quod dicitur Prophetarum filius, quaſi illi adnata fuerit Prophetæ dignitas, non extrinſecùs aduentitia: quod in Michæa erat præſtantiſſimum. Dicebat Ieſus ſuam ſuper omnes præſtantiam extollens apud Ioan. cap. 10. *Pater meus quod dedit mihi, maius eſt omnibus.* In quo maius? De cæteris hominibus locutus ipſe Ioannes cap. 1. dicebat: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Quando ergo omnes homines habent poteſtatem à Patre acceptam filios Dei fieri, quid maius his potuit dari Ieſu meo? In hoc ſanè maius accepit Ieſus, quòd naſcendo à Patre Filius Dei eſſet. De illo D. Auguſt. tract. 48. in Ioannem, ait: *Semper ergo filius, & ſemper æqualis. Non enim creſcendo, ſed naſcendo æqualis eſt, qui ſemper natus eſt de Patre Filius, de Deo Deus, de æterno coæternus. Ideo Pater Filio gignendo dedit, vt Deus eſſet; gignendo dedit, vt ſibi coæternus eſſet, gignendo dedit, vt æqualis eſſet; hoc eſt, quod maius eſt omnibus.* Sic ibi pulchrè D. Aug. Dedit equidem Pater omnibus hominibus, quòd filij Dei ſint: ſed non dedit illis hoc gignendo eos: aduentitia eſt noſtra excellentia, non adnata. Creſcendo deuenimus in filiationem Dei: Ieſus autem, vt naturalis Filius, non creſcendo; ſed naſcendo, in ipſa generatione, & ab ipſa habet totum, quod eſt, & hoc eſt, quod maius eſt omnibus. Quid enim maius, & præſtantius, quam nunquam fuiſſe ſine dignitate, & excellentia. Nouerant id ſapientes illi Magi, qui Matth. 2. clamabant: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum.* Non enim creſcendo, ſed naſcendo Rex erat

Ioan. 10.

Auguſt.

Matth. 2.

Ieſus meus: quam præſtantiam vt Honorio Imperatori aſſcriberet Claudianus, agens de eius quarto conſulatu ait:

Claudian.

Naſceris æquævâ cum maieſtate verendus,
Nullâq; priuato paſſus contagia ſortis.
Omnibus acceptis, vltrò te Regia ſolium
Protulit, & patrio felix adoleſcis in oſtro.

Planè hæc cenſebatur ſumma excellentia Honorij, quòd non creſcendo, ſed naſcendo Imperator fuerit; alij ad principatum veniebant, illi principatus adnatus fuit. Quid hoc in homine præſtantius, quàm quod excellentias adnatas ſibi habeat?

§. II.

Præſtantibus viris nullum ſit nomen, niſi quod ex rectè factis oriatur.

IEiunus videbitur alicui Textus ſacer in Michæa nominando, quando in præſente, prætermiſſo eius nomine, ſolùm ait: *Tunc vir quidam de filiis Prophetarum.* Cur non magis nomē profert? Cur à viri Dei Spiritu pleni nomine abſtinet? An vt vilem oſtendat? Imò inde coniecerim ego viri præſtantiam: præſtantes enim viri ſic cenſendi ſunt, quaſi nullum nomen habeant, niſi quod ipſi poſtea acquiſierint rectè factis. Exod. 6 dicebat Dominus: *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum Adonai non indicaui eis.* Vbi noſter poſuit *Adonai*, in Hebræo poſitum eſt nomen ineffabile Tetragrammatum, hoc eſt, *Iehouah*, quod nomen eſt proprium abſolutiſſimæ eſſentiæ Dei, vt aſſerit maior, & præſtantior Expoſitorum pars. Quod nomen dicitur à Deo non indicatum; ſed habitum, vt ineffabile, indicibile, ineloquibile, vt vocant Hieron. Theodor. Damaſc. Et cur Deus hoc nomen proprium ſuæ abſolutiſſimæ eſſentiæ nulli indicauit; ſed maluit, vt maneret ineffabile, & indicibile, quaſi nullum eſſet? Pertinebat hoc ad maximam gloriam Dei, quòd apud creaturas ſuas, tunc quaſi nullum nomen haberet, niſi nomen, quod ſuis operibus, & rectè factis acquireret. Vt inde etiam addiſcerent præſtantes, glorioſique viri, quodcunque aliud nomen contemnere, niſi illud, quod rectè factis ſuis mercarentur. Ex quo D. Syneſ. lib. de Regno, monebat Honorium Imperatorem: *Nullum vſquam nomen inuentum eſt, quod Dei naturam aſſequatur: ſed cùm ab ea exprimenda homines abſtineant, per ea, quæ ab illo fiebant, ipſam attingere conati ſunt. Siue ergo Patrem conditorem, ſiue aliud quidpiam dixeris, ſiue principium, ſiue cauſam, hæc omnia reſpectus quidam ſunt, & ad ea, quæ ab illo oriuntur, comparationes. Regem igitur ſi appellas alterius, quoniam Rex eſt, non à propria perſona naturam illius apprehendere conaberis.* Huc accedant, qui nomen ſibi diuinum facere ſtudent; & diſcant à Deo, quodcunque aliud nomen proprium tenebris dedere, quaſi nullum in præſenti æſtiment, niſi illud, quod per rectè facta clareſcit.

Exod. 6.

Syneſ.

§. III.

Duriſſima præcepta vorantur ab eo, qui beneficiis obligatus eſt.

DVrum erat, & horroris plenum, quòd quis Prophetam immerentem, nihilque mali facientem percuteret. Ideò ſapienter Michæas nihil exquirit, niſi ab homine ſibi ſocio, in ſuamque ſocietatem beneficiis adducto: ait enim: *Dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domini: Percute me.* Socium vocat, cui præceptum implendum intimat, & ſocium, quem obligauerat beneficiis. Sic Syneſius lib. de Regno, docet imperaturos Principes: *Vnumquemque operum communione in viuam ſocietatem pelliciens, vt ne erga eos cauillator ſit, dum commilitones vocabit; ſed in concione verba facientem cognoſcant, teſtentúrque reipſa, nomen iſtud ab eo comprobari.* Pulcherrimè dictum illud eſt, nimirum: *In viuam ſocietatem polliciens.* Viuam enim ſocietatem appella, quæ reipſa, vt ait, hoc eſt, operibus ipſis beneficentiæ probatur. Qui enim imperium efficax vult habere, eo vtatur erga ſocios, hoc eſt, erga homines, quos veris beneficentiæ operibus ſibi ſocios obſtringat: nullo enim magis trahuntur homines, quàm imperio beneficæ ſocietatis. Notiſſimo paralytico dixit Ieſus Ioann. 5. *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Nec mora, ſurrexit ille, ſuſtulitque totam grabati ſarcinam, & ambulabat; reprehenſúſque à Iudæis, quòd Sabbathi die ſarcinam portaret, in facti excuſationem illud dicebat. *Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, & ambula.* Sic dixit, quaſi oſtendens, ſe nullo modo poſſe declinare onus mandatum ab eo, qui illi impertitus fuerat beneficium ſanitatis. Ait D. Auguſt. tractat. 17. in Ioan. *Calumniatoribus authorem ſanitatis obiiciebat. Qui, inquit, fecit me ſanum, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, & ambula. Non acciperem iuſſionem, à quo acciperem ſanitatem?* Adeò hominem cordatum vrgebat iuſſio, & præceptum à benefactore profectum, vt minimè præteriri poſſe putaret. Non acciperem, ait, iuſſionem, à quo acciperem ſanitatem! Qui ſalutem dedit, qui tanto beneficio obligauit, det, quod volet imperium difficile, arduum, nequaquam reſiſtam eius voluntati. Dicebat Ieſus Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos.* Ad iugum ſubleuandum homines vocat: & quis à iugo non fugiat magis? Si iugum durum, & graue exhibes portandum, vnde ſperas homines ad illud trahere? Ideò illa præmittebat: *Ego reficiam vos.* & dum exhibet beneficas manus, nullus erit, qui detrectet eius iugum portare. Ex quo clamabat D. Baſil. Seleu. orat. 29. *Huius vocis hæreditatem obtinuit Apoſtolorum chorus, hanc in manibus habentes cælum hominibus peruium reddiderunt, ſine vi capta ſunt ciuitates.* A beneficis manibus in quoduis durum opus trahuntur corda humana. Etſi mille ſint difficultates ſuperandæ, etſi ingens onus ſubeundum ſit, nihil non audet, qui beneficiis eſt ſollicitatus. Vbi Simeon diuiniſſimum illud donum Patris, Ieſum puerum, vidit Luc. cap. 2. *Accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine, &c.* Circa quæ Guarricus Abbas ait ſerm. 5. de Purificat. Mariæ: *In brachiis eum portans dixit: Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine, ſecundùm verbum tuum in pace. Cupio diſſolui, & tuum aduentum in Inferno expectare.* Ex quo tantum donum accepit in manibus, nullum verbum Domini fugit, etiamſi aſperum ſit, etiamſi ſit ei mors ſubeunda, de tenebris Inferni ſuſtinendis, ad omnia eſt paratus. Nullum benefactoris præceptum adeò difficile eſt, quod non fiat ab eo, qui beneficiis eſt obligatus.

Ioan. 5.

Auguſt.

Matth. 11.

Baſil. Sel.

Luc. 2.

Guarric.

§. IV.

Vbi Deus iram ſuam exercet in vnum peccatorem, caueat, qui ſimilis eſt illi.

ROgatus homo, ſiue iuſſus Prophetam percutere, noluit percutere: dicit enim Textus: *At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluiſti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cúmque paululùm receſſiſſet ab eo, inuenit eum leo, & percuſſit.* Magna hæc fuit ſeueritas Dei contra hominem, qui ob pietatem, vt ipſe putabat, à percuſſione Prophetæ abſtinuit. Cur ſic ſeuerus in illum fuit Deus, vt ſtatim leonem illi immiſerit, à quo percuſſus periret? Agebatur tunc ira Dei contra Regem Achab, eò quòd contra præceptum Dei abſtinuerat à percuſſione Benadabi, Regis Syriæ. Eóque tendebat tota huius Prophetæ machina, vt Achab pœnas daret Deo propter illam ſuam pietatem intempeſtiuam. Cùm autem homo ille ſimilem Achabo perpetraſſet errorem, abſtinens à percuſſione Prophetæ contra Dei præceptum, ne mireris, quòd etiam illum percutiat Dei ira in Achabum diſtricta. Matth. 21. *Intrauit Ieſus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.* Non ſolùm auariſſimos vſurarios eiecit; ſed & cathedras vendentium columbas euertit. Et mirabar, quòd vel columbæ venditor ſic malè audiret tunc apud Deum, vt pœnas illi daret; cùm modò magna ſacrilegorum turba impunè garriant in templis? Et cur modò Deus adeò manſuetus eſt erga ſacrilegos, & tunc adeò ſeuerus contra venditores columbarum extitit? Tunc intrauit in templum caſtigaturus templi profanatores in vſuris, & grauiſſimis aliis delictis; & ira Dei in eos diſtricta inueniens iuxtà venditores columbarum, ſimiles in profanatione templi,

Matth. 21.

etiam in illo ſeuerè animaduertit. Nunc autem in nullum diſtricta iuſtitia nullum perimit. Ad hæc dicebat Orig. hom. 15. in Matth. *Tunc quidem intrauit Ieſus in templum Dei, & mundauit illud, eiiciens vendentes, & ementes in* Orig. *templo, & menſas nummulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas: nunc autem quandiu non viſitantur, qui in nomine Ieſu Chriſti conueniunt in ipſum, ſunt vendentes, & ementes in templo, & alia facientes, & nuſquam eis Chriſtus apparet, vt eiiciens eos*, &c. Expende illa: *Nunc autem quandiu non viſitantur*, &c. quippe tunc diuiniſſimus Iudex templum intrabat viſitaturus, & puniturus ſacrilegos. Nunc autem non intrat viſitaturus templum, & ideò nullum punit: vbi viſitaturus intrauit, vt erat iam diſtricta iuſtitia in nummularios, & vſurarios, etiam punit venditores columbarum, qui in profanatione templi conueniebant cum illis. In tempore enim diuinæ vindictæ aduersùs vnum peccatorem, non impune abibit, qui illi fuerit proximus, & ſimilis. Hinc apud Oſeam cap. 6. dicebat Dominus: *Pone ergo meſſem tibi, Iuda, cum conuertero captiuitatem populi mei.* Oſea 6. Sic in captiuitate Iſraelis, iubetur Iuda ſibi ponere meſſem, quæ metat etiam ſupplicium. Et cur tunc præcipue præparatur Iuda ad ſupplicium, cùm captiuus eſt Iſrael? Quia ira Dei diſtricta in Iſraelem, eumque captiuitate premens, videns Iudam in ſimili idololatria, illum etiam infallibiliter puniet. Ait ibi Ruffinus: *Noli æſtimare, o Iuda, fore te damnationis immunem, quia in tuis finibus, eunte in captiuitatem Iſraele, ſubſtitiſti. Sed tu quem comitaris in flagitiis, & calamitatibus conſequere.* Ruffin. Quaſi neſciat ira Dei diſtringi in vnum, quin ſimul perdat proximum ſimilem. Quod etiam oſtendunt eadem Oſeæ verba ex Græco traducta, quæ ſic ſonant: *Incipe vindemiare tibi, ô Iuda, cùm conuerto ego captiuitatem populi mei.* Cyril. Al. Circa quæ ait D. Cyrillus Alex. *Acclamat rurſus, & cum ironia quadam illud: Incipe vindemiare tibi: tale quiddam quaſi dicens. Et ego te faciam primitias puniendorum. Incipiens enim detondere Iſrael, & vindemiare adeò nefando impietatis conſectatores, primitias te faciam iræ.* Solet Deus, cùm exſurgit in ſupplicium alicuius peccatoris, vel primo percutere proximum ſimilem. Vt cùm videas ab ira Dei tundi proximum tuum, qui in ſimili vitio es, te præpares ad idem ſupplicium ſubeundum. Quò ſpectat illud Hiſpanum prouerbium, nimirum: *Quando vieres la barba de tu vezino pelar, echa la tuya à remojar.*

§. V.

Inobedientia fugienda, etiamſi fiat prætextu virtutis.

QVi iuſſus percutere Prophetam, à percuſſione abſtinuit, interemptus à leone fuit: qui autem percuſſit, leonem euaſit. Textus enim ait: *At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluiſti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo. Cumque paululum receſſiſſet, inuenit eum leo, atque percuſſit. Sed & alterum inueniens virum ait illi: Percute me. Qui percuſſit eum*, &c. Et cur, qui percuſſit, euaſit, & qui noluit percutere, periit? Nonne melius eſt abſtinere à percuſſione Prophetæ? Nonne in abſtinendo à percuſſione percuſſione pietatem, & humanitatem ſuam ille homo oſtendebat? At inſtabat præceptum Dei, cui inobediens abſtinebat à percuſſione. Inobedientia autem ſemper fugienda, etiamſi præſeferat aliquos virtutis prætextus. Circa quæ ait D. Chryſoſtomus orat. 1. ad- Chryſoſt. uerſùs Iudæos: *Qui percuſſit Prophetam, euaſit incolumis, qui pepercit, dedit pœnas: vt intelligeres in iuſſis diuinis non oportere curioſum eſſe, examinareque rerum, quæ præcipiuntur, naturam, ſed nihil aliud, quàm obtemperare. Deus præcepit, ne quære vlterius. Rex eſt, qui hanc præſcribet legem. Reuerere iubentis authoritatem, ſumma cum animi promptitudine obtemperans. Etenim quod fit iuxta Dei voluntatem, quamuis videatur improbum eſſe, tamen omninò gratum eſt Deo. Contrà, quod fit contra Dei voluntatem, quanquam exiſtimetur acceptum Deo, tamen eſt omnium peſſimum, & iniquiſſimum.* Nullarum virtutum prætextus valet, vbi quis propter illas efficiendas inobediens eſt Deo. Poſt victoriam de Amalecitis obtentam, dicit Textus 1. Reg. 15. *Pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus*, &c. & pepercit eis, vt immolaret ea Domino: & nihilominùs male audit apud eum, qui ob illam miſericordiam priuauit eum regno. Et cur priuauit illum regno? Nonne miſericordia fuit, quòd Regi Agag pepercit? Nonne religio fuit, quòd optimos greges ſeruauit offerendos Domino? Apage: non eſt miſericordia, nec religio, quæ fit contra præceptum Dei. Dicit ſupra D. Chryſoſt. *Etiamſi quis occidat hominem, ita volente* Chryſoſt. *Deo, quouis humanitate melius eſt hoc homicidium. Rurſus ſi quis parcat, & humanitatis officium collocaret in quenquam præter Dei ſententiam, quauis cæde ſceleratior eſt iſta ſanguinis parſimonia. Non enim rerum, quæ fiunt, natura, ſed Dei voluntas, ac decretum efficit, vt eadem, vel bona ſint, vel mala.* Nulla cenſetur virtus, quæ contra Dei obedientiam fit; ſicut nullum poteſt eſſe vitium, quod extorquetur à præcepto diuino. In omnibus enim actionibus id vnum ſpectandum, quod iuxta Dei voluntatem fiant.

§. VI.

Vel in dilectiſſimo caſtigandum, quod malum eſt.

A Socio petiuit Michæas, vt percuteretur: quod quia ille, vt ſocius, detrectauit, ſtatim ait: *Quia noluiſti audire vocem Domini, ecce recedes à me, & percutiet te leo.* Sic ſeuerus in ſocium, vt illi tam citam ſententiam mortis denunciet? Cur non magis conſulis ſocio erranti? Planè perfectus Diuinitatis miniſter, vel in ſocio, vel in coniunctiſſimo, quod malum eſt, caſtigat. Nahum cap. 1. dicebat Nahum 1. de Deo: *Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem.* Is eſt Deus, qui nullum facit innocentem, ſi nocens ipſe per ſe ſit. Quod in magna iuſtitia Dei miratur Rupertus ibi dicens: *Iuſtus eſt in eo, vt mundans non faciat innocentem, id eſt, vt quæcunque mala, vel ne ſint, auferens, nullam accipiat perſonam, ſed ſolam reſpiciat* Rupert. *cauſam, & eum, quem culpa facit nocentem, etſi ille ſit, qui ſimul ſecum dulces capiebat ſomnos, homo vnanimus, dux ſuus, non per proprium fauorem dimittat impunitum, velut innocentem.* Quid iuſtius? Etiam in vnanimem, in ſtrictiſſimum ſocium, in addictiſſimum amicum peccantem animaduertit, nec relinquit impunitum, velut innocentem. Luc cap. 19. Ieſus Luc. 19. *videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo*, &c. Adeò amabat ciuitatem Ieruſalem, vt videns eius anguſtias largiſſimè fleret. Et mirabar ego, quòd quam ſic amanter flebat, nihilominùs fineret deſtrui funditùs. Cur, Domine, quam adeò tenerè defles, non magis ab hoſtibus liberas? Certè, vt erat in peccatis amantiſſima illa ciuitas, etſi lacrymas ab amatore eliceret, non poterat non elicere ſupplicium à Iudice. Dicit Rupert. in c. 1 Nahum: *Videns ciuitatem Ieruſalem, fleuit ſuper illam, & tamen non liberauit eam, vt non circundarent eam inimici eius vallo, vt non coanguſtarent eam vndique, & filios eius, qui in ipſa erant, & ad terram proſternerent, ita vt non relinquerent lapidem ſuper lapidem. Impoſſibile nanque eſt, eum iniuſtè aliquid agere, iniuſtè miſereri, vel* Rupert. *parcere. Non, inquit, poſſum à me ipſo facere quidquam, videlicet, vt faciunt iniuſte Iudices.* Adeò amabatur ciuitas, vt eliceret lacrymas ab amatore, ſed non extorquebat miſericordiam, quia non exuebat peccatum. Et quando in peccatis erat, bonus Iudex non poterat non caſtigare eam: quia ipſe nihil à ſe facit, ſed, quod poſtulant merita cauſæ.

§. VII.

Non eſt obedientia, ſed malitia punienda, in qua adimplenda quis ſuis ſeruit cupiditatibus.

ECce ait: *Qui percuſſit eum, & vulnerauit.* Percuſſit, inquam, enim præcepto Dei obediens, & liber à Dei ira 4. Reg. 9. permanſit. Sed etiam Iehu 4. Reg. 9. obediens diuino præcepto percuſſit vniuerſam domum Achab: & nihilominùs ait Dominus Oſeæ cap. 1. *Viſitabo ſanguinem Iezrahel ſuper* Oſ. 1. *domum Iehu.* Et ille, qui in præſenti percuſſit Prophetam, & Iehu, qui perdidit Achabi domum, obedierunt præcepto Domini. Sed percuſſor Prophetæ liber euaſit, & gratus Deo fuit in ſua obedientia: Iehu autem iram Dei incurrit, & morti deſtinatur. Et quando Iehu æquè obe-

dituit

diuit Deo in percuſſione domus Achab: at hic percuſſor Prophetæ, cur hic liber euadit, & Iehu perditur? Rationem indicat Rupert. ad cap. 1. Oſeæ: *Cum Iehu interfectores Naboth ipſe interfecit, quare ſuper domum eius ille ſanguis debuit viſitari? Videlicet, quia non veraciter zelo Dei pauit;* Rupert. *ſed propria cupiditate, vt regnaret deleta domo Regis, per omnia ſeruiuit.* Obediuit Deo Iehu, ſed illa obedientia vtebatur pro rete ad trahendum regnum, magis in illa ſeruiens ſuis cupiditatibus, quam Deo, ideò inde non præmium acquiſiuit, ſed ſupplicium. Loquens Michæas cap 7. de Mich. 7. Regibus Iſrael, aiebat: *Qui optimus eſt in eis, quaſi paliurus.* Et quidem ſi Regum Iſraelitarum res geſtas poſt ſciſſionem regni perpendas, omnium optimus videbatur iſte Iehu: nam de omnibus iſte ſolus vnctus fuit à Dei veri Propheta, & ſolus a Deo deſignatus in regnum, & ſolus præceptum à Deo accepit de perdendis adoratoribus Baal: quod ipſe perfecit. Tamen iſte omnium optimus quaſi paliurus extitit, non quaſi oliua fructifera in domo Domini. Circa quæ pulchre Rupert. *Igitur optimus iſte veracè quaſi paliurus, videlicet, herba ſpinis armata, pungens,* Rupert. *ac retinens, & vulnerans appropinquantem, & adunco dente comprehendens. Nam in hoc ipſo, quod deleuit domum Achab, & Iezabel, iubente Domino, in vltionem ſanguinis Prophetarum, & ſanguinis omnium ſeruorum eius non tam dilectioni Dei, quàm propria ſatisfacere curauit ambitioni, vnca cupiditate regnum ſibi attrahens, & ob hoc ſagitta pungens, gladio vulnerans.* Heu quot ſunt homines, qui optimi videntur ex apparentia virtutum aliquarum externarum, qui minimè ſicut oliua fructifera ſunt in domo Domini, ſed ſicut paliurus fructu carens, plenus aduncis ſpinis ad trahendum; qui in ipſis virtutibus peractis ſeruiunt cupiditati regnandi, non Dei dilectionem, nec æternorum bonorum æſtimationem habentes, ſed temporalia lucra ſectantes. Horum virtus, non virtus, ſed iuxta Amos c. 8. vncinus eſt, qui poma ad ſe trahat, qui dente adunco temporalia commoda, & dignitates ad ſe rapiat.

§. VIII.

In hoc rerum fluxa vix aliquod ſpirituale lucrum alicuius cernitur, iuxta quod non ſit alterius perditio.

Dicebat Textus: *Sed & alterum inuenit virum, dixit ad eum. Percute me. qui percuſſit eum,* &c. Ecce tibi ſub eadem Prophetæ iuſſione eſt, qui obediat, & percutiat, & viuat: & eſt, qui nec obediat, nec percutiat; ſed pereat. Sic dum hic rerum mundialium fluxus ſtabit, omnia componuntur. Vnus aſſumitur ad lucrum ſpirituale, alter perditioni relinquitur. Dicebat Dominus Oſeæ cap. 9. *Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael, quaſi prima* Oſea 9. *poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum .. Ephraim quaſi auis auolauit,* &c. Sunt equidem in arborum ramis & fructus, & aues: fructus expectant accedentem agricolam, quem implent, aues accedentem fugiunt. Et vt ficulnea prima arbor eſt, quæ fructus exhibet: ſic ad illam priùs aduolant auiculæ fructus ſuauitate illectæ. Vidit ergo agricola præcoces ficulneæ fructus melle manantes in arboris cacumine, accedit ad arborem, manum extendit ad ficum, & dum ramoſum commotione ficum attingit, videres, hinc inde auolare, & fugere auiculas. Quaſi ficulnea erat domus Abrahæ, præcoces virtutum fructus oſtendebat in filiis: vidit Deus in hac arbore dulciſſimos fructus, nimirum, Abraham, Iſaac, & Iacob, & Ioſeph, & alios; acceſſit, vt colligeret hos fructus. Quid inde? Dum ij colliguntur, auolauit, quaſi auis, Ephraim. Vixque vnus colligitur Deo, quin alterius non pareat fuga, & perditio. Id notabat Rupert. ibi: Patres eorum quaſi prima poma in cacumine ficulneæ vidi: Ephraim autem quaſi auis auolauit. Secundùm ſimilitudinem hanc ſæpè contingit in eadem vite, qua dependet vua; ſuper eandem ficulneam, in qua dulcia inſunt poma, plerunque auis ſedet ſibi: ſed longè aliter ad votum, vel commodum agricolæ accedentis. Denique vua, pomúmque manum eius expectat, vt carpat, & in os ſuum mittat: auis autem exiliens euolat. *Sic, nimirum, Ephraim, quicunque ille eſt filius carnis, non expectauit manum Domini, nec voluntati* Rupert. *eius patuit; ſed indomitus effugiens, Chriſtum filium Dauid denegauit; Iſrael autem, quicunque eſt filius promiſſionis, tanquam vua, & velut pomum ficulnea colligentem, atque eligentem Dominum delectauit.* Sic omnia in hac miſeriarum valle temperantur, vt in omni honeſtæ vitæ tramite, & qui colligantur Deo, inueniantur, & qui in perditionem abeant. Vt dicat D. Matth. cap. 24. *Duo erunt in agro, vnus* Matth. 24. *aſſumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur.* Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. 78. in Matth. *Quoniam iam dictum eſt, difficile diuites ſaluari, ideircò neque omnes iſtos perituros, neque pauperes è contrario ſaluari omnes, ſed vtrinque & ſaluari, & perire modo oſtendit.* Chryſoſt. Et quaſi ſaluationi alicuius veniat aliorum aſſuta perditio.

3. *Reg.* 20. Abiit ergo Propheta, & occurrit Regi in via, & mutauit aſperſione pulueris os ſuum, & oculos ſuos. Cúmque Rex tranſiſſet, clamauit ad Regem, & ait: Seruus tuus egreſſus eſt ad præliandum cominùs, cúmque fugiſſet vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Cuſtodi virum iſtum: quia ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius; aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc, illúcque me verterem, ſubitò non comparuit. Et ait Rex Iſraël ad eum: Hoc eſt iudicium tuum, *&c*

§. IX.

Apud impios malè audiant veritatis annunciatores.

Locuturus Michæas ad Achab Regem obuelauit faciem ſuam, ne agnoſceretur: dicit enim Textus: *Abiit ergo Propheta, & occurrit Regi in via, & mutauit aſperſione pulueris os ſuum,* &c. Cùm vulnus excepiſſet Propheta in capite, & ſanguine obleuiſſet faciem, & illam inſperſo puluere fœdaſſet, ne agnoſceretur, Regi occurrit. Sed & Nathan Propheta venit ad Dauidem nunciaturus eius peccata, 2. Reg. 12. non tamen velauit faciem, ſed aperto, & claro vultu Regem adiuit. Cur non ſimiliter Propheta hic? Cur magis voluit velari? Dicturus erat non apud Dauidem piiſſimum; ſed apud impiiſſimum Achabum: apud impios autem malè audiunt nuncij veritatis, ſi agnoſcantur. Rem ponderat D. Chryſoſt orat. 1 aduerſus Iudæos fatus: *Vbi poſteriùs ille percuſſiſſet eum, Propheta ſibi caput obuinxit loro, & oculos obtexit, denique in eam ſpeciem ſe transformauit, vt à nemine poſſet agnoſci. Cuius rei* Chryſoſt. *gratia? Erat redarguturus Regem. Is igitur, cùm, vt erat impius, ſemper odium geſſiſſet aduerſus Prophetas, ne conſpectum ipſum, & agnitum ab oculis ſuis ſubmoueret, eóque facto non acciperet correctionem, velat Propheta ſimul, & faciem ſuam, & negotij narrationem, vt & ipſi contingeret poteſtas dicendi, quæ volebat.* Expende illa, nimirum: *Cùm, vt erat impius, ſemper odium geſſiſſet aduerſus Prophetas.* Nunquam enim Prophetæ, & nuncij veritatis non ſunt odioſi impiis, & malè apud illos habent. Plane 4. Reg 9. Prophetarum filius miſſus ab Eliſeo Propheta, viſus eſt ſecretò loqui cum Iehu, & ſtatim Principes, & duces exercitus dicunt Iehu: *Quid venit inſanus iſte ad te?* Vt agnitus Propheta fuit, ſtatim tanquàm inſanum habebant illum impiiſſimi duces. 4. Reg 9. Circa quæ ait Ruffinus lib. 3. in Oſeam: *Ita apud eos exoleuerat diuini ſermonis authoritas, vt præcepta virtutum, iam non eſſe medicamenta, ſed furioſa cenſerent.* Ruffin. Vt furioſa vitantur ab impiis virtutum præcepta; & eorum nunciatores, furioſi habentur. Dicebat Oſeas c. 9. Oſea 9. *Scitote, Iſrael, ſtultum Prophetam, & inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ.* Iniquitas, & impietas Iſraelitarum eò amentiæ homines deduxit, vt Prophetas Dei, & virtutis viros, vt amentes, & inſanos fugerent. Quem locum ſic explicat Ruffinus ſuprà: *O tu, populo, profanis vitibus ſubiugale,* Ruffin. *ad cumulum iniquitatis tuæ ſpiritualium magiſtrorum contu-*

moltai

mihi adiecisti, ita vt Prophetas Dei inſanos, & ſpirituales magiſtros, ſtultos vocares, quæ amentia de magnitudine iniquitatis erumpit. Apud quos magnitudo iniquitatis, & impietatis exuſdas, hoc ſemper euenit, vt malè audiant Veritatis nuncij.

§. X.

Militis in bello percuſſi vox vt maximè teneat Reges. Vbi de Ieſu percuſſo.

PLanè Michæas cauens impij Regis repulſam, faciem fœdauit, imo & velauit, ne agnoſceretur: dicit enim Textus: *Occurrit Regi in via, & mutauit aſperſione pulueris os ſuum, & oculos ſuos.* Et cur ad hoc faciendum neceſſum fuit verè percuti in capite? Nónne ſine vera percuſſione poſſet ſe occultare, & obuelare, & puluere fœdare? Ad quid ergo fuit neceſſaria illa percuſſio? Vt curabat Regem ſibi attentum tenere, & gratum, eam aſſumpſis faciem, quæ vel impiiſſimos Reges ſolet tenere, ea, nimirum, eſt facies militis percuſſi in bello. Maximè quidem ea ſpecies, & vox tenet Reges, & gratos reddit. Hinc rediuiuus Ieſus meus, & ex conflictu cum morte reſurgens adhuc vulnera manuum, & pedum, & lateris retinebat. Sic D. Lucas de Ieſu apparitione Diſcipulis facta loquens dicit cap. 24. *Oſtendit eis manus, & pedes.* nimirum,
Luc. 24. vulnerum foramina adhuc habentes. Et cur poſt victoriam adhuc vulnerum ſciſſuras retinet? Ait Beda ibi: *Vt*
Beda. *Patri pro nobis ſupplicans, quale genus mortis pro mortalium vita pertulerit, ſemper oſtendat.* Quippe, ſupplicaturus Patri pro nobis, militiam præſtitam in vulneribus ſeruatis referebat, quo ſummum omnium Regem poſtulatis attentiorem, & gratiorem redderet. Et rem de humano more ſic Aymon ponderat in expoſitione cap. 20. Ioannis, vbi Seruatoris vulnerum rationem reddens ait: *Vt aſcendens in cælum, quale genus mortis pro nobis ſuſtinuit, oſtende-*
Aymon. *ret. Veluti ſi aliquis miles, iubente Imperatore ſuo, inierit ſingulare certamen contra hoſtem regni ſui, qui, ſcilicet, vbi multa vulnera excipiat in capite, in dorſo, in manibus: tamen cum victoria reuertitur ad imperatorem ſuum, refert illi Imperator multas gratias.* Ecce tibi, vt more humano ſic accidat, quod militis vulnerati in certamine ſpecies, & Imperatores teneat, illoſque ſibi gratos reddat.

§. XI.

In ipſo recentis facinoris feruore difficilè quis reuocatur.

MVlta facit Michæas, vt Achabum corripiat, quæ non fecit Nathan, vt corriperet Dauid. De Michæa enim ait Textus: *Mutauit aſperſione pulueris os ſuum.* non ſolùm percuſſionem in capite accepit, qua fœdatus eſt, ſed inſuper fluenti ſanguini puluerem adiecit, vt magis fœdaretur. Et quando nihil horum fecit Nathan cum Dauide, cur tanta fecit Michæas cum Achabo? Planè Dauid piiſſimus homo erat: & ſi peccauerat, tamen peccatum eius integrum ante annum fuerat commiſſum, & ideò facilè ab illo reuocari poſſet, cuius præſenti affectu non tenebatur. Achab autem impiiſſimus erat, & tunc in præſentiſſimo facinoris feruore inueniebatur, Benadabo parcens. Ideò multis opus erat, vt poſſet ab illo vel paulisper ſuſtineri medicina. Crede mihi: difficillimè curantur homines, dum ſunt in ipſo feruore recentis malitiæ. Curaturus Ieſus Lazarum quatriduanum Ioannis cap. 11. *Voce magna clamauit: Lazare, veni foras.* Non di-
Ioan. 11. xit: Lazare, ſurge. ſed quaſi ſupponeret illum iam ſurrexiſſe, vel ad primum nominis ſonum, iubet, vt prodeat foras. In ſuſcitandis alijs plura faciebat: nam ſuſcitaturus filiam Principis (ait Matthæus cap. 9.) *Tenuit ma-*
Matth. 9. *num eius, & dixit: Puella, ſurge.* & ſuſcitaturus adoleſcentem filium viduæ iuxta Lucam cap. 7. *Tetigit loculum, & ait. Adoleſcens, tibi dico, ſurge.* Ecce tibi iſtos & tangit, & quaſi confligens cum morte, iubet, vt à morte reſurgant. Lazaro autem ſolùm iubet, vt veniat foras, & quando cum Lazaro mortuo adeò paucis agit, cur cum alijs maluit agere pluribus? Lazarus quatriduanus erat: illi autem recentes erant defuncti, & grauior ſemper eſſe debet conflictus cum iis, qui in recentis peccati feruore ſunt, quam cum iis, qui multò antè peccatum admiſe- Luc. 7.
rant. Ait D. Epiphan. in Anchorato: *Quando acceſſit ad recens mortuam puellam filiam Principis Synagogæ, quoniam eadem hora mortua erat, dignatus eſt ad ipſam dicere. Surge, puel-* Epiphan.
la. per vocem, Surge, fortificans, quod erat iam diſſolutum. Filium verò viduæ in Naim, quoniam eum in loculo efferebatur, facilius ſuſcitauit. attigit enim loculum: Quod verò altiſſimum eſt, quando venit ad quatriduanum Lazarum, neque dixit, Surge, neque attigit manu monumentum, ſed ſic in promptu vocat in propria poteſtate; Lazare, veni foras. Multò enim facilius eſt dicere, Veni foras, quam, attingere loculum. Attingere verò facilius eſt, quàm vocare: Puella, ſurge. Ecce tibi, vt recentior erat defunctos difficiliùs curabatur. puella enim, quæ illa ipſa hora animam efflauerat, & voce, & manus apprehenſione vocatur in vitā. Adoleſcens Naim, non manu apprehenditur; ſed tantùm loculus tangitur, qui ante aliquas horas erat defunctus, & iam efferebatur: Lazarus autem quatriduanus, & paucioribus diligentiis, & faciliùs trahitur in vitam. Sic prorſus, qui in recenti peccati feruore ſunt, difficulter admittunt medicinam, pluribúſque remedijs indigent.

§. XII.

Facilè trahuntur homines in quancunque ſententiam, qua ſua intereſſe putant.

NOn adeò efficacem parabolam videtur effinxiſſe Michæas, vt Achabū in dandam ſententiam capitalem adduceret: dicebat enim: *Cumque fugiſſet vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Cuſtodi virum iſtum. quia, ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus, huc, illúcque me verterem, ſubitò non comparuit.* Itaque dicit ſe depoſitum perdidiſſe non malitioſè, nec ſua ſponte; ſed occupatus ingenti turbatione ex pugnæ tumultu, & periculo, in cuius medio erat. Ex quo non parum excuſabilis reddebatur de fuga captiui depoſiti apud ſe. Cur ergo dum amat extorquere ſententiam capitalem à Rege, non magis inexcuſabile effingit delictum? Planè non multùm curauit inexcuſabilitatem ponere delicti, vbi in pœna eius non paruum lucrum Regi acquirendum proponebat, nempe, talenti argentum, aut mortem hominis, qui hoſtem Regi reliquerat. Is eſt enim mortalium animus, qui facilè cuique ſententiæ ſubſcribat, quæ ſua intereſſe videt. Dum Ieſus vt malefactor accuſabatur apud Pilatum; Pilatus facinorum teſtimonia petebat, & ſuper illa inquirebat, nullamque cauſam ſe aduerſùs Ieſum inuenire pronunciabat. Quid tunc Iudæi? Hoc illi crimen ſatis improbabile affingunt, nimirum, ſeditionis aduerſùs Cæſarem. Dicunt enim Ioan. 19. *Si hunc dimittis, non es* Ioan. 19.
amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Sic Ieſu meo rebellionem in Cæſarem affingunt, nullo teſte adhibito, nullo probabili teſtimonio compoſito, apud eum, qui & aliorum criminum teſtimonia examinabat, reprobabat. Et quando vident alia crimina oppoſita ob imbecillitatem teſtimoniorum euanuiſſe apud Iudicem; cur audent crimen rebellionis in Cæſarem ſine vlla probabilitate proponere? Planè in hoc crimine rebellionis multùm intererat Præſidis, qui neceſſariò caderet cadente Cæſare; & ideò confidentiſſimè ſperabat trahendū Iudicem in ſententiam capitalem aduerſùs etiam improbabile delictum, ex qua tantum illi naſceretur lucrum. Ait D. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioannem, cap. 7. *Aduerſùm Cæſarem Ieſum feciſſe aiunt, principatum Iudææ ab illo in ſe rapere ſtudentem, & re-* Cyril. Al.
gni gloriam in ſe transferentem. Maliciosè nimiùm id calumniati ſunt, non ignorantes, Pilatum, etiam inuitum, citiùs facturum, quod vellent, vt ipſe tutiùs viueret, ac præſideret. Non equidem aſtuti dubitabant quancunque ſententiam extorquendam à Pilato, etiam de delicto improbato, & improbabili, dummodo ex illa eius ſecuritas, & lucrum videretur naſci. Hi enim ſunt mortales, vt facilè ſubſcribant cuius ſententiæ, quæ illorum, & lucro, & ſecuritati faciat.

§. XIII.

Principes ludicris, & inanibus capiuntur.

EAm parabolam effinxit Michæas, quæ facilè deprehenderetur à Rege parabola eſſe: dicit enim: *Cùm fugiſſet vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait. Cuſtodi virum iſtum. qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes.* Sibi ait traditum captiuum à quodam, cuius nomen non ponit, vt vel inde parabola eſſe innoteſceret, in quibus non ponuntur perſonarum nomina. Quod maximè requirebatur in præſenti, vbi ſub tanta pœna dabatur captiui depoſitum cuſtodi. Qui enim mandaret alteri cuſtodire captiuum ſub pœna capitis, non poterat eſſe quilibet de vulgo, ſed notiſſimus Magiſtratus, aut Dux. Cùm ergo ait Regi: *Adduxit eum quidam ad me, & ait. Cuſtodi virum iſtum. qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius*, &c. manifeſtè oſtendit, ſe non rem ſolidam, ſed afflictam, & parabolicam proponere. Quod ſatis intellexit Rex, quando reſpondit: *Hoc eſt iudicium tuum*, &c. Credebatur enim tota illa pœna, & delictum inuentum eſſe ab ipſo proponente. Cur ergo Propheta maluit eam parabolam componere, quæ ſic agnoſceretur à Rege afficta parabola eſſe? Nam ſciebat Principes facilius, & grauiùs attendere ad res ludicras, & inanes, quam ad ſolidas veritates. Spiritu Dei motus Aod cupiens inter loquendum ineaoium ferire aduerſarium Regem, intrans aulam Iudicum cap. 4. ait: *Verbum Dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit.* Alij legunt: *Somnium Dei habeo ad te.* Et meritò ſomnium proponit Regi, ad quod ille audiendum gratiùs ſurgeret: ait enim Ioſephus lib. 5. c. 8. *Relaturum ſe ei, ex Dei præcepto ſomnium dixit. Cùm ille lætus pro ſomnij perceptione ſurrexiſſet, Aod eum in corde percuſſit.* Expende illa: *Lætus pro ſomnij perceptione.* quippe, vbi ſomnia, & ludrica, & inania percipienda ſunt, lætiſſimè ad illa excipienda tenentur mundiales Principes. Gen. 41. dicitur, vt Ioſeph eductus è carcere, ſibi maximè Regem Pharaonem deuinxit. Et quo tantam gratiam inuenit apud Regem? Ex eo, quòd aulicis explicaret ſomnia ſua: dixit enim illi: *Erat ibi puer Hebræus, cui narrantibus ſomnia*, &c. Circa quæ ait Theodor. ſer. 8. de Prouid. *In carcere detentus Ioſeph, multorum ſomnia expoſuit. Hinc Regi notus fuit.* Dum ſomnia tractat Ioſeph, gratiam inuenit apud Regem omnémque ſibi deuinxit.

Iudic. 4.

Ioſeph.

Geneſ. 41.

Theodoret.

§. XIV.

Aurum efficaciſſimum ad tenendos animos.

DVplicem propoſuit pœnam Michæas iniuriæ ſuæ in afficta parabola dicens: *Erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes.* Sufficiebat prima pœna ad intentum Michææ, nimirum, quòd anima dimittentis pro anima fugitiui eſſet, ecce maluit addere & illam: *Aut talentum argenti appendes.* Vt animabat tenere Regem, ſic talentum argenti præmiſit, vt ſi non caperetur in primæ relatione pœnæ, ſecundam ab argento, aurove venientem minimè effugere valeret. Eſt equidem argentum, vel aurum efficaciſſimum ad animos tenendos. De Ieroboam dicit 3. Reg. cap. 12. *Fecit duos vitulos aureos, & dixit ei. Nolite vltrà aſcendere in Ieruſalem: Ecce Dij tui, Iſrael*, &c. Currentes ad Ieruſalem Iſraelitas, vt detineret Ieroboam; ſicut Hippomanes aurea poma obiecit Atalantæ, ſic ipſe obiecit populo aureos vitulos. Quid non faceret aurum? Perſuaſit populo à vitulis ſtare, non ad Deum ire. Circa quæ Rupert. lib. 4. in Amos, cap. 8. *Ideircò vitulos fecerat Ieroboam, ne aſcenderent decem Tribus ad adorandum in Ieruſalem. Aureus erat ille vitulus, & inde facilè perſuadere poterat populo, quid eſſet Deus. Apud cogitationes enim non parua res erat aurum, multòque plus placebat aſpectibus eorum tale metallum, quàm mentibus Deus eorum. Ergo Deus eorum erat aurum.* Sic amore tenebatur populus, vt videns aurum, nullum alium requireret Deum. Planè adeò adhæreſcunt mortales auro, argentóve, vt vltrà nullam Diuinitatem æſtiment. De Principibus Phariſæorum locutus Dominus ait Matth. 23. *Væ vobis duces cæci qui dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet.* De mulctando iuramento in auro templi ſolliciti oſtendebant, quàm tenebantur auro, vltra quod nullam religionem agnoſcebant. Rupert ſuprà:

3. Reg. 12.

Rupert.

Matth. 23.

Nónne iſti Deo præferebant aurum? Qui enim iurat in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in illo: Ergo ſicut templo, ita & illi, qui habitat in templo præferebant aurum, dicendo quicunque iurauerit per templum, nihil eſt. qui autem iurauerit in auro templi, debet. Sic in omnibus aurum attendunt, & præter aurum, nihil. Rupert.

3. Reg. 20. At ille ſtatim abſterſit pulueremde facie ſua, & cognouit eum Rex Iſraël, quòd eſſet de Prophetis. Qui ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius; & populus tuus pro populo eius. Reuerſus eſt igitur Rex Iſraël in domum ſuam audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

§. XV.

Renunciatis terrenis operibus validiſſimè armatis aduerſùs pericula mundialia.

REnunciaturus mortis ſententiam Regi Michæas, *Abſterſit puluerem de facie ſua, & cognouit eum Rex, quòd eſſet de Prophetis.* De abiecto puluere factum eſt, vt pateret Propheta facies, & cognoſceretur à Rege. Et cur dicturus dira Regi, non magis timuit, & voluit velari? Crede mihi, cum puluere abiecto, ſimul & pulvereis, & terrenis renunciabat: quo ſic armabatur, vt omninò timeret pericula mundialia. Ioann. 20. mitteos Ieſus diſcipulos ſuos, ſicut agnos inter lupos, vt coram Regibus & Præſidibus veritatem fortiter, & imperterritè nunciarent, ait illis: *Sicut miſit me Pater & ego mitto vos. Hoc cùm dixiſſet, inſufflauit & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum.* In mundi pericula dum eos mittit, inſufflauit. Et quale hoc inſufflationis auxilium aduerſùs pericula tanta? Inſufflatio hæc in memoriam reuocabat antiquam illam inſufflationem, qua homo à puluere fuit eductus, quaſi in eo tota hominis fortitudo conſiſtat, quòd ſciat ſe à puluere excutere, & terrenis operibus renunciare. Ad hunc dicebat D. Auguſt. tract. 32. in Ioan. c. 7. *Et inſufflauit in faciem eorum: qui flatu primum hominem, quem fecit, animauit & de limo erexit, quo flatu animam membris dedit, ſignificauit ſe eſſe, qui inſufflauit in faciem eorum, vt à luto exurgerent, & luteis operibus renunciarent.* Hoc curabat Dominus in illis, qui ad mundi pericula mittebantur, vt à luto ſe excuterent, & opera lutea, affectúſque terrenos relinquerent, quò validiſſimè pro virtute aduerſùs hoſtes ſtarent. Quò ſpectans Iſaias c. 52. dicebat. *Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua, Sion. induere veſtimentis gloriæ tuæ, Ieruſalem ciuitas Sancti: quia non adiiciet vltrà, vt pertranſeat per te incircumciſus, & immundus. Excutere de puluere*, &c. Iubetur Sion induere fortitudinem, qua periculis obſiſtat, nullóque terreatur. Et quid aget, vt fortitudinem induat? Id conſulit, nimirum: *Excutere de puluere.* quippe ſi ſe à puluere erigat, ſi terrenis operibus renunciet, eam fortitudinem induet, qua nihil metuat. Ait D. Cyril. Alex. lib. 1. *In maximam fortitudinem beatitatis, gloriamque vadat, ſlatè docet, ſe omnem mundi pulverem excutere. Puluerem hic intelligere conuenit, terrenum affectum, & carnalium inſidiatum impuritatem.* Et de his pulverulentis affectibus excluſis, eam nobis fortitudo venit, qua nullis à mundianis poteſtatibus mali metuimus. De Rege Ozia ait Text. 2. Paral. 26. *Ingreſſus templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. Statimque ingreſſus poſt eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta viri fortiſſimi, reſtiterunt Regi*, &c. Vnde tanta Sacerdotibus fortitudo, qua reſiſterent Regi? Ait D. Chryſoſt. hom. 5. de verb. Iſaiæ: *Nouerant enim, nouerant, inquam, quid commiſſa eis Regum fimbriis ſit vera leuitas, dum tamen iis, qui terram ſpectarent. Verùm homines, qui cælum habent pro oculis, qui ſe induxerant animum, vt vitam citiùs deponerent, quàm ſacras leges conſpicerent violari.* Expende illa: *In, qui terram ſpectarent.* quippe terrenis deditis ſimilis ne: illi fortiter mundiales Poteſtates contemnunt, qui à terrenis affectibus excluſi cælum aſpiciunt.

Ioan. 20.

Auguſt.

Cyril. Alex.

2. Paral. 26.

Chryſoſt.

§. XVI.

§. XVI.

Pœna peccati efficax ad homines admonendos.

Ante ſententiæ denonciationem, *Abſterſit pulucrem de facie ſua*: quò & facies, & capitis vulnus conſpiceretur. Vt enim perſonam dimittentis hoſtem egerat, ſic pœnam in capitis vulnere apertam proponebat, quæ & Achabum, & cæteros admoneret. Eſt equidem pœna peccati efficaciſſima ad homines admonendos. Ait 2. Paralip. 26. *Iratus eſt Rex Ozias, & tenens in manu thuribulum, vt adoleret incenſum, minabatur Sacerdotibus, ſtatimque orta eſt lepra in fronte eius.* Vt auſus eſt contra voluntatem Dei incenſum adolere, ſtatim apparuit pœna, nempe, lepra in fronte eius. Circa quæ pulchre D. Chryſoſt. hom. 4. de verbis Iſaiæ, ait: *Effloruit lepra non in alio loco, quàm in fronte, vt facies proſeferret vindictam. Cum lex poſita eſt in loco ſublimi dicens: Nolite facere talia, ne patiamini ſimilia. Extat lex viua, & frons vocem edidit tuba clariorem, literæ erant ſcriptæ frontis, literæ, quæ deleri non poterant. Non enim erant atramento ſcriptæ, ſed naturalis erat lepra, eum quæ reddidit immundum, vt alios faceret mundos.* Sic in ſublimi poſita pœna deterrebat omnes, monebat omnes. Non aliter caſtigans Dominus Cain Geneſ. 4. dicit illi: *Eris vagus, & profugus ſuper terram.* Septuag. legunt: *Gemens, ac tremens eris ſuper terram.* Circa quæ ait D. Chryſoſt. ſupra: *Circumibat Cain omnibus loquens, ſilentio vocem edens, cunctiſque erudiens. Lingua tacebat, & cætera membra clamabant, cunctiſque exponebant, cur gemeret, cur tremeret, ſi ... excedi, parricidium admiſi. Quod poſteà Moyſes ſcripto parauit, ille rebus ipſis omnibus loquens inambulabat. Vidiſti os ... vociferantem: vidiſti legem viuam ferri, vidiſti ... eminentem, vidiſti ſupplicium verſum in eruditionem ... exemplum.* Sic Deus peccatoribus ſolet præfigere pœnam, quæ efficaciſſima eſt, vt cæteros admoneat, & à peccatu deterreat.

2. Paral. 26.

Chryſoſt.

Gen. 4.

Chryſoſt.

§. XVII.

Intempeſtiua miſericordia dat pœnas Deo.

Dicit Propheta Regi: *Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius*, &c. Ecce iterum miſericordia damnata, & caſtigata in Rege. Et cur Regi miſericordia Deum offendit, niſi quia intempeſtiua, & contra eius præceptum? Ex quo ſapienter ait D. Chryſoſtomus orat. ... aduerſus Iudæos: *Vides, quas pro humanitate pœnas luerit ... ex præque intempeſtiua ſunguinis parſimonia, quo affectus ſit ſupplicio? Et hic quidem, qui ... auit, punitur; alter verò, qui occidit, comprobatus eſt. Igitur, & Phinees, qui vno ... tempore ... duplex perpetrauit homicidium, vtrumque ſimul, cum muliere ſuſtulit, ſat... honoretur, adeò non inquinauit manum ſanguine, verùm etiam puriorem reddidit.* Intempeſtiua eſt miſericordia, tunc parcere, quando Deus punire iubet. Quod ſi pertinaciter in miſericordia excedas, non minùs punieris, quàm ſi fueris in aliis vitiis. Iuſſus Saul Amalecitas funditus perdere, ille miſertus Regis eorum, ei pepercit; inſuper & ſelectiora armenta reſeruauit. Cui ſtatim Samuel 1. Reg. 15. ait: *Pro eo ergo, quòd abieciſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus ne ſis Rex.* Et in quo abiecit ſermonem Domini Saül, vt ideò ſpolietur regno? An in eo ſolùm, quod ſelectiora armenta ſibi reſeruauit? Imò & in eo, quod Regi Amalecitarum pepercit: non minùs enim offendit miſericordiæ dans operam contra legem, quàm auaritiæ ſeruiens. Ait Theodor. quæſt. 34. *Tantùm eum condemnauit eo, quia, præter legem, vſus eſt miſericordia quantùm auaritia, & plura habendi inſatiabilitas, & amor pecuniæ, cui ſeruiens tranſgreſſus eſt mandatum.* Itaque Saulem miſericordia facta, præter legem, perdidit, vt perdet vniuerſos, qui habentes gladium ad Dei hoſtes caſtigandos, magis illis parcere eligunt. Quos mordet acerrime Ierem. cap. 48. fatus: *Maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.* Propterea dicebat Dominus Heli nimis miſericordi in nefarios filios, 1. Reg. 3. *Eò quòd nouerat indigne agere filios ſuos, & non corripuerit eos; idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius ... in æternum.* In vanum Heli mactabat agnos Deo, habens nefarios filios, & gladium prohibens à ſanguine eorum. Vnde Petrus Damianus epiſt. 12. ad Nicolaum Pontif. Max. cap. 3. ait: *Si ergo victimis, & muneribus omnia diluuntur; ſola autem ſal... veniam non meretur, videat, qui eorum mala diiudicare diſſimulat, quàm dura ſententia apud diſtrictum Iudicem ſe obnoxium reddat.* Equidem ſacrificia, & eleemoſynæ omnia peccata emundant: ſola autem miſericordia nimia & intempeſtiua in Dei hoſtes dicitur non expianda victimis, nec muneribus. Vt videant, qui hoc morbo laborant, quali ſe deuoueant pœnæ. Et quali ſe pœnæ deuouent? Dicit Dominus ad Heli 1. Reg. 2. *Præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui*, &c. Circa quæ pulchrè Petrus Damianus ſuprà: *Quia ego contra inimicos meos brachium tibi fortitudinis contuli; tu verò ad illorum vltionem illud exercere noluiſti, iam brachium à te præcidam, id eſt, vigorem ſacerdotalis tibi culminis auferam, vt qui manceps fueras ad pugnandum pro me, iam nec manum habeas ad tuendum te.* Quid magis metuendum? Equidem iis, qui intempeſtiua miſericordia laborant erga Dei hoſtes, etiamſi amici, ſi proximi, ſi filij ſint, tolletur omnis fortitudo, ne quid fortiter agant; ſed & miſeriis, & pœnis ſuccumbant.

1. Reg. 15.

Theodor.

Ierem. 48.

1. Reg. 3.

Damian.

1. Reg. 2.

Damian.

§. XVIII.

Inæqualia peccata inæqualibus ſuppliciis ſunt caſtiganda, maiora maioribus.

Seueriſſimè in Achabum decreuit Propheta dicens: *Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua*, &c. Illi pœnam capitalem denunciat; quando in parabola propoſita ſibi pœnam pecuniariam decreuerat: dixit enim: *Si lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes.* Et quando in parabola ſub disiunctione pœnam poſuit pecuniariam, cur in veritate Regi ſolam capitalem pœnam indicit? Dum parabolicè loquebatur Propheta, ne cuius eſſet facinus, innoteſceret, illud in minori malitia conſtituit, vt, ſcilicet, cuſtos captiui non ſponte, & malitiosè; ſed per aliqualem negligentiam, & oſcitantiam, illum abire permitteret. Peccatum autem Achabi longè maius erat, vt qui ſponte, & malitiose Dei hoſtem dimiſerit. Ideò in parabola, vt minus peccatum ponebat, etiam poſuit minus ſupplicium, nempe, pœnam pecuniariam. In veritate autem, vt maius oſtendebatur peccatum, etiam in pœna capitali debebat poni maius ſupplicium: ſemper enim inæqualia peccata debent inæqualibus pœnis puniri. Quo ſpectans Amos cap. 6. ait: *Ecce Dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem ſciſſionibus.* Non tanta pœna eſt ſciſſio, quanta extrema ruina, ideò domus minor, nimirum, domus Iuda ex duobus conſtans Tribubus, quæ minùs peccauerat, ſciſſione ſola dicitur mutanda: domus autem maior, nempe, domus Iſrael, propter maius peccatum extremis affligitur ruinis: Circa quæ ait Rupert. lib. 3. in Amos: *Hac in percuſſione domus vtraſque notandum, quòd maiorem ruinis, minorem verò ſciſſionibus puniendam fore dicit. Nam Iſrael, quia maiora peccauerat, feritur ruinis: domus autem Iuda, in qua erat templum, & quæ minora peccauerat, non ruinis percutitur, ſed ſciſſionibus*, &c. Nunquam à Deo venit, quòd minoribus peccatis detur maius ſupplicium: ſed id maioribus reſeruatur. D. Paul. 1. ad Corinth. 11. *Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? Aut Eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc non laudo.* Quid leuius? In hoc ſolùm punit errantes, quòd dicit, illos à ſe minimè laudari. Non ſic 1. ad Corinth. cap. 3. vbi ait: *Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus.* Quid ſeuerius? Planè vbi maius peccatum, ibi extremam decernit ruinam, contentus verbis ſolis caſtigare minores culpas. Ait D. Chryſoſt. hom. 3. de verbis Iſaiæ: *Neque quiuis lapſus eandem affert ruinam, ſed quædam peccata condemnationi tantùm obnoxia ſunt, quædam grauiſſimo ſupplicio puniuntur. Proinde Paulus increpans eos, qui in communibus cœnis, non expectabant fratres, ita loquitur: Hoc denuncians non laudo. Vides peccatum intra reprehenſionem conſiſtere, nec aliud habens ſupplicium, quàm probrum obiurgationis. At vbi de inceſto loquitur, non item, ſed quo pacto? Si quis templum Dei violat, perdet hunc Deus. Hic non eſt probrum, ante pro...*

Rupert.

Rupert.

1. Cor. 11.

1. Cor. 3.

Chryſoſt.

benſio; ſed pœna grauiſſima. Sic peccatorum inæqualitas inæqualitatem pœnarum extorqueat, neceſſum eſt.

§. XIX.

In hac mundiali vita longiora ſunt triſtitiæ, quàm lætitiæ ſpatia.

ADhuc in ſtadio erat Rex, vix guſtum victoriæ perceperat, cùm Prophetæ ſententiam audit, & ſtatim. *Reuerſus eſt igitur Rex Iſrael in domum ſuam audire contemnens, & furibundus*, &c.

Pagnin. Chald. Septuag.

Pagninus legit: *Triſtis, & furibundus.* Chaldæus autem legit: *Turbatus, & dolens.* Septuag. legia: *Confuſus, & flens.* Romana denique: *Confuſus, & triſtis.* Quid magis ſtupendum? De victoria pauliſper lætatus longiſſimam triſtitiæ viam init. Nec miror: amat enim Deus in hac mortali vita longiora triſtitiæ, quàm lætitiæ ſpatia eſſe. Cùm mundum creabat Dominus ſeptem dies rerum exortibus dedit, dicente Texto Gen. 2.

Gen. 2.

Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat. Verùm, vbi mundum immiſſo diluuio voluit perdere, maius ſpatium aſſumpſit: dicit enim Gen. 7.

Gen. 7.

Factum eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram. Et quando ſeptem dies creationi dedit, cur dedit quadraginta dies perditioni, niſi quia triſtium rerum ſpatia in hac mortali vita maiora ſpatia ſibi volebat? Dicit D. Amb. libr. de Noe, c. 13.

Ambroſ.

Non mediocriter etiam ſtrutdine plerique, qua ratione per quadraginta dies diluuium fuerit. Et poſſumus dicere maiorem numerum triſtioribus, hoc eſt, dolenda creatura depatandum; hebdomadam autem conſtitutioni totius mundi, hoc eſt, lætioribus. Semper triſtia maiorem vitæ mortalis partem abſumunt; momentanea ſunt læta, & quæ vix nobiſcum durare permittantur à Deo. Dicebat Dominus Abrahā Gen. 22.

Gen. 22.

Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum, &c. Sufficiſſet dicere. *Tolle filium tuum.* cur neceſſum fuit addere nomen filij, nempe, Iſaac? De illo Rege Moabitarum immolante filium dicit Textus 4. Reg. 3.

4. Reg. 3.

Arripiénſque filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum. Filius dicitur regni hæres, nomen tamen eius non ponitur, ſicut nec Iephtæ filiæ nomen inuenitur, quando mactatur Deo. Cur non ſimiliter Iſaaci nomen tacetur, & dicitur ſolùm filius Abrahæ hæres, cùm ad mortem petitur? Cur magis voluit Deus in hoc capitulo Iſaaci nomen? Iſaac ſignificat riſum; & voluit Deus oſtendere, nihil citiùs in hac mortali vita ad perditionem debere venire, quàm riſum, quàm lætitiam. Ait Philo lib. de Abrahamo:

Philo.

Qui adducitur pro victima, Chaldaicè, Iſaac, Latinè riſus vocatur. Qui riſus non intelligitur nunc pro petulantis vultus habitu, ſed pro mentis beatè affectæ gaudio. Hanc lætitiam vir ſapiens meritò ſacrificare Deo dicitur, per id docens, quòd gaudium ſoli Deo ſit proprium. Nam humanum genus mœrori, timorique eſt obnoxium propter mala, vel præſentia, vel imminentia. Non conuenit huic vitæ gaudium, ſed vbi aliquando oritur, ſtatim mactari debet, & offerri, vt res ſoli Deo propria. Hinc Sara interrogata à Deo, cur riſerit Gen. 18. mordicùs negat at dicens: *Non riſi.* Et cur ſic mordicùs negat? Dicit Philo ſupra:

Gen. 18. Philo.

Se riſiſſe negabat, ne ita, ne fortè gaudium, quod nulli creaturæ conuenit, ſolius Dei rem vſurpaſſe videretur. Verebatur, ne ſi in gaudio fuiſſe comprehenderetur, rei alienæ rea probaretur: eſt enim lætitia res à mortalibus alieniſſima, & ſoli competens Deo, in quo vt in propria ſede durat æternum.

§. XX.

Proſperitas humana inſtabiliſſima.

QVi lætus pro victoria agebat, audita ſententia Prophetæ: *Furibundus venit in Samariam.* Siue, vt Sept.

Septuag.

regia ponit: *Confuſus & flens.* Sic in puncto mutantur in lacrymas vniuerſæ res lætæ. Dicebat Ierem. cap. 48.

Ierem. 48.

Date florem Moab, quia florens egredietur, & ciuitates eius deſerta erunt, & inhabitabiles. Quæ ſic legunt Pagninus, & Vatablus: *Date alam Moab, quia volando volabit.* Et quidem idem verbum Hebræum ibi poſitum ſignificat florem, & coronam, & alam, vt noſter Cornelius notat. Vnde credendum eſt, huius vitæ coronas, & flores alatos eſſe, vt vel à minimo ſtrepitu turbati volando euolent. Dicebat Eccleſiaſtes cap. 1.

Eccleſ. 1.

Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuam retrahitur. In quo omnium mundialium ſplendorem, & proſperitatem miratur D. Gregor. Nicænus hom. 1. in Eccleſiaſtem, & ait:

Nicæn.

Quid eſt luce ſplendidius? Quid radiis clarius? Et tamen ſi Sol ſub terra fuerit, lux abſconditur, & non apparet radius. Ad hæc aſpiciens modeſtiùs tuam traduces vitam, qui hic es, ſplendorem deſpiciens, vt qui didiceris quòd non perpetuò durat id, quod eſt clarum, & illuſtre, ſed non procul ſunt contrariorum mutationes. Sic ibi. Verbum quidem commune, de quo ſæpè dixi aliàs.

§. XXI.

Triſtitia, duriſſima omnium pœna.

DIcit, quòd *Furibundus venit in Samariam.* Vbi Pagninus legit: *Triſtis, & furibundus.* Septuag. Romana: *Confuſus, & triſtis.* Ante mortem corripuit mœſtum triſtitia quauis morte durior. Dicebat enim D. Chryſoſt. epiſt. 8. ad Olympiam:

Chryſoſt.

Triſtitia animarum crudele tormentum eſt, dolor quidam inexplicabilis, & inditium omni iudicio, vindictâque deterius. Nam & vermis eſt ſimilis venenato, non ſolummodo carnem; ſed & animam ipſam perimens. Et tinea non ſolùm ad oſſa; ſed ad corda pertingens, & perpetuus quidam carnifex, &c. Planè duriſſimè conficit hominem triſtitia: quod noſcens Dominus, dum authricem peccati caſtigat Gen. 3. ait illi:

Gen. 3.

Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios. Græcè autem leguntur hæc verba: *Multiplicans multiplicabo mœrores tuos, & gemitus tuos. In triſtitia filios generabis.* Circa quæ pulchrè ait D. Chryſoſt. ſupra:

Chryſoſt.

Nuſquam dolor, nuſquam labor, & ſudor, ſed mœror, & gemitus. Et illa, quæ ex ea vindicta deſcendit, doloribus, & ſæuis in mortibus eſt coæqualis, imò etiam multò deterior. Deterior eſt triſtitia excedens cor multis aliis tormentis, multis mortibus. Hinc de triſtibus loquens Amos c. 8. ait: *Occidit eis Sol in meridie*, quaſi non aliter affecti ſint in meridie, ac illi, qui in horribilibus tenebris ſunt ſepulti. D. Chryſoſt. ſuprà ait: *Non enim noctis tenebræ tales ſunt, qualis nox mœroris exiſtit, non quidem veniens ex lege naturæ, ſed ex cogitationum obſcuritate collecta, formidabilis quædam, & intoleranda ſubſiſtens, crucem circunferens, faciémque omni tyranno crudeliorem præſeferens.* Plura inuenies ibi, à quibus ſuperſedeo, vt qui vehementiſſimè fugiam ab omni triſtitia.

CAPVT III.

Michæas adducitur ad Achab.

TEXTVS HISTORIA.

TRIENNIVM durauerat pax ab Achabo data Benadabo, Regi Syriæ: poſt quæ dum Achab domi hoſpitem habet Ioſaphat, Ieroſolymorum Regem, in eam mentem venit, vt pro recuperanda Ramoth Galaad bellum inferat Syris. Placuit ſubditis Regis voluntas, placuit & hoſpiti Ioſaphat: qui nihilominùs Achabum hortatur, vt rem ad Deum deducat, de eius oraculo ſciat, & belli conuenientiam, & victoriæ fortunam. Annuit Achab amico, & de eius imperio conueniunt in Regiam quadringenti Baalis Prophetæ, qui vel ante bellum Pæana canunt, & certiſſimam victoriam annunciant. Non tenuit Ioſaphati animum tanta hæc idololatrarum Prophetarum turba: & adhuc inſtat, vt ſummi, & veri Dei requiratur Propheta vel vnus. Aderat in ciuitate Michæas, filius Iemla, quem, licèt ingratum ſibi, & planè ominoſum; tamen Achab iubet eum in præſentiam adduci, vt gratum faceret Ioſaphato, & hoſpiti, & amico.

MORALIA CIRCA TEXTVS

BAALIS quadringenti Prophetæ veniunt ad imperium Achabi, cùm veri Dei Propheta ægrè, & difficulter veniat vnus. Heu quàm rarus ſapiens inuenitur in Curia! Heu quàm in illa creſcit ſtultorum numerus!

3. *Reg.* 22. Tranſierunt igitur tres anni abſque bello inter Syriam, & Iſraël. In anno autem tertio deſcendit Ioſaphat, Rex Iuda, ad Regem Iſrael. Dixitque Rex Iſraël ad ſeruos ſuos: Ignoratis, quòd noſtra ſit Ramoth Galaad, & negligimus tollere illam de manu Regis Syriæ? Et ait ad Ioſaphat: Veniéſne mecum ad prælhandum in Ramoth Galaad?

§. I.

Diutina felicitas temporalis ſolet homines in ſummam miſeriam trahere.

NOtanter dicit Textus: *Tranſierunt igitur tres anni abſque bello inter Syriam, & Iſrael.* Fractus nanque Syrus Achabi victorijs, non auſus eſt ampliùs Achabum impugnare, ſed illum in pace, & victoriarum gloria quieſcere reliquit per triennium. Multi fortaſſe mirarentur, quòd homini impio, & ad ruinam deſtinato, & publicato per Prophetam Dei, tam diuturna pax, & quies detur. Et fallar, niſi iam inde inciperet imminere Achabi malum: diuturna enim felicitas homini peccatori ominoſa eſt, & extremæ ruinæ conciliatrix. Me in hanc mentem conijcit Ioſephus, qui lib. 19. Antiquit. cap. 1. narraturus Caij Imperatoris excidium, fatur: *Quapropter libet mihi accuratè enarrare totum negotium; vel ideò, vt argumentum ſit diuinæ potentiæ, quod & in aduerſis ſoletur homines, & modeſtiæ fortunatos admoneat, ne opinione diuturnæ felicitatis falſi, neglecta virtute in perpetuam corruant miſeriam.* Ex-
Ioſeph.
pende ab illis: *Ne opinione diuturnæ felicitatis falſi.* quippe fallax eſt diuturna felicitas, quæ hominibus Deo infenſis accidet, vt eos præcipitet in irreparabile malum. Quo ſpectans benè expertus ille Eccleſiaſtes cap. 4. di-
Eccleſ. 4. cebat: *Melior eſt puer pauper, & ſapiens Rege ſene, & ſtulto, qui neſcit prauidere in poſterum. Quòd de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum, & alius natus in regno inopia conſumatur.* Quæ ſic pulchra paraphraſi exprimit Nazianzenus ibi: *Ego verò iuuenem pauperem, modo prudentem tranium, ſene Rege ſtolido antepono, cui in mentem non venit, fieri poſſe, vt quiſpiam ex carcere ad regni guber-*
Nazianz. *nacula conſtituatur, ipſe autem poſteà inique principatu iuſtè exuatur.* Vanus equidem Princeps eſt, qui diuturnæ felicitatis curſui credit, & non magis ſibi illum habeat ſuſpectum, vt qui ſoleat alumnos ſuos vel a throno in extremam deducere miſeriam. Oziæ gloriam, & diuturnam felicitatem percenſens Textus ſacer 2. Paral. 26. dicit:
2. *Paral.* 20. *Sed cùm roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitum.* Ecce tibi, & robur, & potentia, & gloria diuturna, quid attulére potentiſſimo Regi, nimirum: *Eleuatum eſt cor eius in interitum.* nata fuit ex diuturna illa gloria ſuperbia, quæ Regem peſſundedit. Rem ponderat D. Chryſoſt. hom. 3. de verbis Iſaiæ fatus: *Cùm potens eſſet, inquit,*
Chryſoſt. *eleuatum eſt cor eius. Non ferebat principatus magnitudinem ſed, quemadmodum ex edacitate naſcitur ignitu inflatio, ex inflatione gignitur febris, deinde ex febri plerunque mors, itidem & hic, ex altiorum eminentia nata eſt ſuperbia; mox ex ſuperbia nata eſt appetentia rerum ipſi non congruentium. Vide igitur, quantum ex eminentia natum ſit malum: Elatum eſt, inquit, cor eius vſque ad corruptionem.* Et quid ex diuturnis felicitatibus, & bonis mundialibus aliud generetur, quam perditio, & interitus?

§. II.

Non mediocris pœna eſt impio ſocietas iuſti.

SEd & illud notat Textus: *In anno autem tertio deſcendit Ioſaphat Rex Iuda ad Regem Iſrael.* In anno, inquam, tertio, hoc eſt, vt ait Abulenſis in anno, quo moriturus erat Achab, deſcendit ad illum bonus Ioſaphat. Et fallar, ſi iuſtus ad impium venit, niſi ad magnum eius incommodum. Quando enim iuſti ſocietas non fuit incõmoda, & pœnola impio? Videre id poſſumus in Achabo, & Ioſaphato iunctis: Achab enim Pſeudoprophetis Baal fidebat; Ioſaphat illis refragabatur, & Prophetam Domini ſuſpiciabat. Achab Michæam odio habebat: Ioſaphat illum honore proſequebatur. Nonne hæc Achabo erant grauia? Equidem nunquam ſocietas iuſti non eſt impio grauis, & pœnalis. Geneſ. 12. venit Abraham cum vxore in Ægyptum: *Et nunciauerunt Principes Pharaoni, & laudauerunt Saram apud illum, & ſublata* Gen. 12.
eſt mulier in domum Pharaonis.: Flagellauit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai, vxorem Abrahæ. Intrauit Sara honeſta & ſancta matrona domum impij Pharaonis, & ecce tibi flagellum Dei, dolor, & anxietas magna tenebat Pharaonem, & vniuerſos domeſticos eius. Et cur tot dolores in Regiam inuexit vnus ſanctæ fœminæ introitus? Oſtendebatur in eo, quid contumaci impio ſocietas iuſti, & virtuoſi faciat. Ad hæc Philo lib. de Abraham, referens Pharaonis peccatum ait: Quod vbi videt ille ſupremus ſpectator omnium, Deus, perta*ſ*us fucatam improbitatem, arguit inclementibus Philo.
cruciatibus. Et quibus ad hoc inſtrumentis vtitur? Nimirum, quibuſdam virtutis partibus, quæ quoties ſubintrant, acerbos dolores excitant. Tormentum eſt enim inſatiabilis cupiditatis frugalitas, & laſciuiæ continentia. Sic glorioſus cruciatur felicitate modeſtiæ, & iniuſtus, dum iuſtitia habetur in pretio. *Incommodè enim vnà habitant duo contraria natura, virtus, & vitium. Quapropter quoties congrediuntur, atroces ſeditiones, & pugnas concient.* Nequit impius non cruciari in conſpectu exercentis pietatem, & iniuſtus ad præſentiam exercentis iuſtitiam. Vt dicant ij de iuſto Sap. 3. *Grauis eſt nobis ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius.* Sap. 3.
Quoties enim iuſtus immutabilis iniuſtis adiungitur, adeò illis grauis eſt, vt ſi immenſum illos pondus premat.

§. III.

De iuſti præſentia ſolet iniuſto contumaci accelerari ſupplicium.

ITaque in anno tertio, hoc eſt, in anno, quo moriturus erat Achab, vt notat Abulenſis, *Deſcendit Ioſaphat Rex Iuda, ad Regem Iſrael.* Et quando occidendus erat impius Achab, eiúſque impietas caſtiganda, cur permittitur ad illum venire Sanctus Ioſaphat? Cur non magis arcetur iuſtus ab iniuſto iam iam pœnas ſuæ iniuſtitiæ daturo? Planè & hæc præſentia Ioſaphat oſtendebat, iam in ianuis eſſe perditionem Achabi impiiſſimi. Solet enim de præſentia iuſti accelerari contumacis peccatoris ſupplicium. Exodi cap. 32. locutus Dominus de idololatria populi ſui, dixit: *Ego autem in die vltionis* Exod. 32.
viſitabo & hoc peccatum eorum. Et quis erat dies vltionis, in quo caſtigandi erant peſſimi Iſraelitæ? Hic erat dies aduentus Filij Dei in mundum: vbi enim tantus iuſtus intrauit in terram Iſrael, ſtatim cœperunt, & tenebris, & cæcitate, & innumeris malis caſtigari proteruiſſimi illi. Rupertus lib. 1. in cap. 5 Oſeæ, ait: *Quis autem eſt ille dies vltionis, niſi idem, qui credendus eſt dies ſalutis. Denique tempus, vel dies, de quo Apoſtolus dicit:* Rupert.
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: ſiue credentibus dies ſalutis, vel propitiationis; ſit è contra non credentibus dies vltionis, in quo in Iudæorum perfidiam vleiſcitur ipſe, de quo Pſalm. dicit: Deus vltionum Dominus, &c. Sic de Ieſu ſalutaris præſentia cœpit eſſe proteruorum vltio. Vnde quando Matth. 2. Magi intrantes Ieroſolymam cœperunt quærere de ortu Ieſu, ait Textus:
Turbatus eſt Herodes, & omnes Ieroſolyma cum illo. Turbe- Matth. 2.
tur Herodes tyrannus in ortu veri Regis: at Ieroſolymitani cur turbantur? Cur non magis lætantur, cùm audiunt ortum Regis ſui? Rem tractat D. Chryſologus ſerm. 158. *Ieroſolyma variis contaminationibus perfu-* Chryſol.
detat, Sacerdotes profanauerant ſancta, & pietatem vendiderant, in quæſtum venerant, pietatemque conuerterant. Scribæ doctrinam cæleſtem in ſuum ſenſum, in perfidia lapſum, in lethale vaniloquium commutarant. Hinc eſt, quod Chriſtum nolunt naſci, mere timent, quia meruerant ſe mox ignominia dandos, trahendos opprobrio, &c. Expend [illegible] *Quia meruerant* [illegible] *ignominia dandos* [illegible] quippe de tan[illegible] iuſti præſe[illegible] po[illegible] rat non q[illegible] m venir[illegible] in[illegible] is, & [illegible] ſupp[illegible] cium. [illegible] Dominus p[illegible] cap [illegible] *enim ego mandabo, & concutiam in* [illegible] *gentibus d* [illegible]

Iſrael, ſicut concutitur in cribro, & non cadit lapillus ſuper terram. Vt in concuſſione, & purgatione frumenti ſolent vnà in cribro inueniri, & frumentum, & lapilli: ſic in concuſſione mundi inueniuntur ſimul iuſti, & iniuſti. Et quid tunc iuſti? Quod lapilli cribro; nimirum, vt velociùs abeant, & pereant paleæ, nimirum, iniuſti. Ait Ruffinus ibi:

Ruffin. *Quod lapilles autem inter frumenta reſidere: ad conſuetudinem videtur reſpexiſſe purgantium, qui plerunque ad hoc in cribrum mittunt lapides, vt vim concuſſus addant marginibus illiſi, & nihil de quiſquiliis remanere patiuntur.* Equidem vt lapilli in cribri concuſſione, ſic iuſti ſocietas facit, vt citiùs impij ventilentur, & cadant. Trahe huc dicta 1. tom. in Euangel. lib. 5. c. 1. §. 16.

§. IV.

Parui momenti ſunt apud Deum externa obſequia exhibita Sanctis, vbi malè ſe habet affectus internus.

NOn item prætereundum eſt, quòd anno ipſo, quo daturus erat pœnas Achab; *Deſcendit Ioſaphat Rex*
2. Paral. 18. *Iuda ad Regem Iſrael*, & vt ait 2. Paral. 18. *Ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi, & populo, qui erat cum eo.* Non equidem Achab impio accidit ingratus Ioſaphati aduentus, quin potiùs maximè officioſum ſe ſe exhibuit hoſpiti ſuo, quem multis mactatis arietibus, ſplendidiſſimo excepit conuiuio. Nec tamen miſer tot obſequiis Sancto Ioſaphat exhibitis auertit à ſe diuinam iram. Vbi enim interna præcordia prauitate ſunt plena, non multùm momenti habent externa obſequia Sanctis exhibita. Monebat Dominus Ieremiam cap. 11. dicens: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſu-*
Ierem. 11. *mas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. Quid eſt, quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?* Homines pleni malitia mactabant quotidie mille victimas Deo, officioſiſſimóſque ſe exhibebant in carnibus, & adipibus oblatis; ſed vniuerſæ hæ oblationes minimè auertebant ab eis mala: parui enim momenti ſunt externæ oblationes, vbi internus animus malè ſe habet. Quò ſpectans Philo lib. Quod deterior potiori
Philo. inſidietur, ait: *Si quis aſperſionibus, purificationibúſque vtens mentem quidem ſuam ſordidat, corpus verò facit nitidius: aut ſi quis abundantius diuitiis extruit templum ſumptu magnifico, & indeſinenter hecatombas immolat, adimque à ſe dedicatam ornat pretioſis donariis, non parcens auro, argentóque; nec is quidem piorum adſcribitur numero: aberrauit enim à via pietatis, inter ceremonias ſanctitatem collocans, & dona dans ei, qui his non capitur; & adulans, qui palpari non poteſt: quia cultu vero delectatur, tum animo ſolum, & vnicum ſacrificium offert, nempe, veritatem: adulterinum autem auerſatur, quales ſunt oſtentationes opum caterunarum.* Quid pulchrius? Quidquid ſine interna veritate eſt, etſi magnificum videatur, Deo non placet, qui magis veritati cordis adhæret.

§. V.

Spes lucri homines facit officioſiſſimos.

IN præſenti ſolùm Textus dicit: *Deſcendit Ioſaphat Rex Iuda ad Regem Iſrael.* Verùm 2. Paralip. 18. apertiùs ex-
2. Paral. 18. primitur, quanta fecit Achab in Ioſaphati aduentu: dicitur enim ibi: *Ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi, & populo, qui venerat cum eo, perſuaſitque illi, vt aſcenderet in Ramoth.*
Septuag. Septuaginta autem legunt hæc vltima: *Et diligebat eum, vt ſimul aſcenderet ſecum in Ramoth.* Incredibilia amoris ſigna, & obſequia, & officia præſtabat Achab Ioſaphato, hoſpiti ſuo. Nec miror, quod Rex duodecim Tribuum ſic officioſum ſe exhiberet Ioſaphato: extorquere enim ab illo volebat auxilium aduersùs Regem Syriæ. Vbi enim lucri ſpes animos hominum implet, eos facit officioſiſſimos. Poſt ſepulcrum vacuatum in reſurrectione Ieſu, Diſcipula eius, Magdalena, credens furatum diuinum cadauer, lacrymis ſe dedit. Interea apparet illi Ieſus ignoto habitu Ioan. 20. *Illa exiſtimans, quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tol-* Ioan. 20. *lam.* Ecce tibi, exiſtimans, quia hortulanus eſſet, eum Dominum vocabat. Et paulò pòſt agnoſcens Ieſum, non dominum, ſed Magiſtrum vocat dicens: *Rabboni.* Et quando Ieſum Magiſtrum vocat, cur hortulanum vocat dominum? Non miror: ſperabat ab hortulano accipere, quod quærebat, & ideò erga illum ſeſe oſtendebat officioſiſſimam. Ait D. Auguſtinus tract. 121. in Ioannem: *Nemo calumnietur mulieri, quòd hortulanum dixerit* Aug. *dominum, & Ieſum Magiſtrum: ibi enim rogabat; hìc agnoſcebat: ibi honorabat hominem, à quo beneficium poſtulabat; hìc recolebat Doctorem, à quo diſcernere humana, & diuina diſcebat.* Itaque vbi beneficium ſperabat, ibi totas officiorum, obſequiorúmque laxabat habenas. Cur dominum non vocet, à quo beneficium ſperat? Matth. 20.
Tunc acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo. Expende illa: *Adorans, &* Matth. 20.
petens. Circa quæ ait D. Thomas in Catena: *Reuerentia* Thomas.
exhibita petit, vt quod petierit, ſibi detur. Quippe vbi ſpes aliquid accipiendi mulierem implebat, ab ea & ſingularem reuerentiam, & adorationem extorquebat.

§. VI.

Donorum diuinorum partem cùm Deus homini aufert, clarè oſtendit, quòd totum debeat auferri.

IAm iam perditurus Achab & vitam, & regnum, profitetur ſibi ciuitatem Ramoth ablatam eſſe. Dicit enim ipſe: *Ignoratis, quòd noſtra ſit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu Regis Syriæ.* Pertinebat equidem ad Regem Iſraelis ciuitas Ramoth Galaad: & erat vna è ſex ciuitatibus, quæ aſſignatæ fuerant pro homicidarum inuoluntariorum refugio. Cur ergo paſſus eſt Deus, quòd ciuitas aſſignata Regibus Iſrael, illis auferretur, & in extraneorum poteſtate eſſet? Planè in illis ciuitatibus ablatis oſtendebat Deus, quàm erat Iſraelitis illis Regibus totum regnum auferendum: cùm enim Deus donorum ſuorum partem aufert, clarè oſtendit, vt totum auferri debet. Iubebat Dominus Abrahæ cap. 17. Geneſ. *Circumcidetur ex vobis omne maſculinum,* Gen. 17.
in qua circuncisione pars corporis tollebatur. Et mirabar, quòd Deus, qui hominem integrum fecerat, nihilque in eo ſuperfluum crearat, ſic parte corporis mutilata vellet manere ſuos. Cur, Domine, quæ humani corporis integritati dediſti, mandas auferri tuis? Oſtendebatur iam in ea parte corporis ablata, quàm totum corpus auferendum, exuendúmque erat poſt hominis malitiam. Sic D. Athanaſius orat. in caput 11. Matthæi
fatus: *Ex eo enim, quòd Adamo dictum fuit: Terra es,* Athanaſ.
& in terram reuerteris. Et quia propterea corpus moriebatur, & interibat; inde eſt, quòd partem corporis procreatricem, iuſſi ſunt mulctare. Atque ita iam antè didicêre, totum corpus exuendum eſſe, vt exuti eo, quod damnatum erat, ſaluari poſſent. Ecce tibi aufertur pars corporis in ſignum, quòd totum corpus erat auferendum, & totum damnatis auferri debebat. Sic 1. Reg cap. 17. poſt reprobatum Saulem, eò deductus ipſe Saul eſt, vt à ſe tolleret 1. Reg. 17.
arma regia, eáque Dauidem indueret: Textus enim ait: *Et induit Saul Dauidem veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eum lorica.* Tollebantur equidem à Saule regiæ veſtes, & arma, vt à quo auferendum erat totum regnum. D. Baſilius Seleucienſis orat. 15. ait: *Propriis armis Dauidem loricat, ergóque belli ornamento exuto Dauidem circundat, ſimúlque ipſe Dauidi regiam publicitùs adſcribit poteſtatem. Imprudens* Baſil. Sel.
Saul diuina gratia decreto obſecundabat, & cùm ornaret armis, quem nuda ornarat gratia, ornamentis dignitatis exuebat. Opus illud erat non tam Saulis, quàm diuinæ gratiæ, quæ partem donorum ſuorum auferebat à Saule, à quo auferendus erat totus ſplendor dignitatis.

§. VII.

Illud glorioſius homini, quòd nihil ſuum agnoſcat; ſed omnia Deo referat accepta.

ILlud ſordidi, & inimici Dei erat, quod ait: *Ignoratis, quòd noſtra ſit Ramoth Galaad.* Quippe Ramoth Galaad vna erat ex ciuitatibus, quas Deus nationibus abſtulerat, & Iſraelitis dederat. Vnde, ſi Achab ſaperet, non dixiſſet, quòd noſtra ſit Ramoth, ſed quòd nobis attributa ſit à Deo. Cur ergo non dixit, quòd ſibi data fuiſſet à Deo Ramoth? Cur maluit dicere, quòd noſtra ſit? Planè illud glorioſiſſimi animi eſſet: hoc autem animi eſt ſordidi, & inimici Dei. Cùm mirarentur Iudæi, vnde tam mirabilem doctrinam poterat Ieſus meus haurire, ait Ioannes cap. 7. *Reſpondit eis Ieſus, & dixit. Mea doctrina non eſt mea; ſed eius, qui miſit me.* Et cur maluit negare tantam doctrinam eſſe ſuam, & illam Patri refert acceptam? Meritò negat eſſe doctrinam ſuam; ſed Dei Patris eſſe aſſerit, ne credatur eſſe Deo contraria, & inimica. Vt dicat Theophylactus ibi: *Nihil meum eſt, inquit, neque à me ipſo tanquàm aduerſarius Deo loquor. ſed, quæcunque illa fuerint, Patris hæc, & mea verba ſunt.* Dixerat: *Mea doctrina non eſt mea, hoc eſt, aduerſaria Deo, &c.* In eo enim minimè Deo aduerſariam eſſe oſtendebat, quòd dicebat, non eſſe ſuam: ſordidi enim, & aduerſarij Deo animi eſt, quòd aliquid tuum habere putes, & non potiùs illud Deo tribuas. Ille autem glorioſiùs agit, qui nihil ſuum agnoſcit, ſed omnia refert accepta Deo. Ioſeph, vt vidit miniſtros Regis ſomnio perturbatos, quod interpretari non poterant, dicit illis Gen. 40. *Nunquid non Dei eſt interpretatio? Referte mihi, quid videritis.* Et conſequenter interpretaturus ſomnium Regis cap. 41. ait: *Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni:* Nec Regi, nec miniſtris dicit ſuam eſſe ſomniorum interpretationem, ſed nihil ſuum in ea agnoſcens totum acceptum Deo refert. Qua ſanè maximè glorificabatur apud omnes, vt qui eſſet & familiaris, & acceptus Deo. Ait D. Chryſoſt. hom. 5. in epiſt. ad Philippenſ. *Non dicebat Pharaoni? Vtique iſta noui. Sed quid? Nunquid manifeſtatio horum per Deum eſt? Dominum confeſſum glorificauit: propterea & ipſe glorificatus eſt. Quod enim Deus illi reuelarat, multò maius erat, quàm ſi ipſe hoc per ſe ſciſſet: Quæ enim dicebantur, oſtendebat, fide digna eſſe, familiaritatiſque cum Deo maximum indicium.* Dum nihil ſuum dicit, ſed omnia refert Deo accepta maiorem procul dubio inde gloriam nanciſcitur. Quod vt euidentiùs pateat, accipite Danielem. Is c. 2. dicebat Regi: *Mihi, non in ſapientia, quæ eſt in me, pluſquàm in cunctis viuentibus, ſacramentum hoc reuelatum eſt; ſed vt interpretatio Regi manifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires. Tu, Rex, videbas, & ecce quaſi ſtatua, &c.* Et poſt narratam ſomnij interpretationem, ſtatim addit: *Deus magnus oſtendit Regi, quæ ventura ſunt poſteà: & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius. Tunc Rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit, & hoſtias, & incenſum iuſſit, vt ſacrificarent ei.* Ecce tibi, vbi Daniel non ſuæ ſapientiæ fuiſſe interpretationem ſomnij; ſed à Deo magno illam veniſſe dicit; tunc adoratur, & glorificatur à Rege. Tanta enim eſt virtus eius, qui nihil ſuum agnoſcit, ſed omnia refert Deo, vt vel adorationem extorqueat à potentiſſimis Regibus. Ait D. Chryſoſt. ſupra: *Daniel, ſapientior omnibus in Babylone ſapientibus, ingreſſus ad Regem, quæſtionemq; ſoluturus, atque ipſe quicquam gloriabatur; ſed primùm Deo omnem adſcribebat dicens: Mihi verò, ô Rex, non eſt per ſapientiam, quæ omnes homines excedat, reuelatum hoc. & procidit ante ipſum Rex, & iuſſit illi oblationes efferri.* Sic vel à tyranno diuinam ſibi gloriam extorquebat, quando nihil ſuum agnoſcebat; ſed omnia Deo accepta referebat.

Ioan. 7. — *Theophyl.* — *Gen. 40.* — *Chryſoſt.* — *Dan. 2.* — *Chryſoſt.*

§. VIII.

Stultiſſimè, & detrimentoſiſſimè poſt iratum Deum, ad creaturas confugitur.

AVdierat Achab à Michæa ſententiam diuinam, vt pro dimiſſo hoſte ipſe erat periturus: & nihilominùs parans infauſtam illam expeditionem aduersùs Syros, auxilium Ioſaphat requirit: dicit enim Text. *Et ait ad Ioſaphat: Veniéſne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad?* Quid ſtultius? Iratum Deum habens, non meminit Deum, ſed auxiliatorem hominem requirit: fallat, niſi hæc ſtultitia ei cedat in extremam ruinam. Quam ſtultitiam non ſemel Deus in Iſraelitis caſtigabat. Oſeæ cap. 7. *Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor. Ægyptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt. Et cùm profecti fuerint, ſuper eos expandam rete meum, &c.* Ecce tibi in eo vocatur columba ſeducta, & non habens cor, hoc eſt, detrimentosè ſtultus, quòd oblitus Dei ad creaturas confugit. De quo ait D. Cyril. Alex. in c. 5. Oſeæ: *Cùm à Deo ſolo conſuetum auxilium iterum petere, & precibus ad ſuccurrendum ſibi Saluatorem ſollicitare oporteret, dira in caput ſuum meditatus eſt. Miſſa enim legatione ad alienos, eos ſuppetias rogauit. Factus eſt Ephraim, vt columba inſipiens, & cor non habens Ægyptium inuocabat, ad Aſſyrios ibat.* Expende illa: *Dira in caput ſuum meditatus eſt.* quando enim eò ſtultitiæ deuenit, vt Deum iratum habens, Dei oblitus ad creaturas confugit, dira aduersùs ſemetipſum eſt meditatus. Hoc illi detrimentoſum maximè futurum erat. Nunquam enim non ſtultum eſt, & detrimentoſum, quòd Deum iratum habens, obliuiſcaris illum, & creatis auxilijs vtaris. Dicebat de Iuda Oſeas cap. 8. *Iudas multiplicauit vrbes munitas: & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.* Et quale erat hoc crimen Iudæ in muniendis vrbibus ſuis, propter quod tanta ei indicitur pœna? Nónne & Dauid, & Salomon vrbes munierunt, Ieroſolymam muris, & turribus ſanctiſſimè cinxerunt. Cur ergo Iudas propter munitas vrbes dat pœnas? Habebat tunc Iudas Deum iratum, qui dixerat à ſe Aſſyrios tradendos in perniciem populi. Quod audiens Iudas, non curauit placare Deum; ſed ad muniendas vrbes ſuas ſe conuertit, ſperans vrbium fortitudine ſe poſſe defendere, quo in maiorem pœnam deuenit. Dicit D. Cyrillus Alexandr. in caput Oſeæ 11. *Iudas porrò ad iram multis, & alijs modis Deum prouocabat, hoc vno autem præcipuè. Nam, cùm Deus minatus fuiſſet miſſurum ſe ipſis Aſſyrium, qui terram vaſtaret, vrbes ſuas, inſtauratis mœnibus, communiebat ſtatim. Deo quanuis volente, bonitate mentium ſe ſaluum, & ab oppugnantium viribus inuictum fore.* Quid magis ſtultum, & magis detrimentoſum? Certus de ira Dei, non Deum placabat; ſed à lapidibus, & munitionibus tutamen requirebat. Mihi crede: nunquam impunè quis obliuiſcitur Deum, & pro auxilio ad creaturas accedit. Nota eſt hiſtoria Debboræ, quæ Baracum ex diuino oraculo in prælium aduersùs Siſaram mittebat. De quo ait Textus Iudicum cap. 4. Dixitque ad Debboram Barac: *Si venis mecum, vadam ſi non veneris mecum, non pergam. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum: ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi.* Eligebatur Barac in prælium, & certiſſimam victoriam; ſed modò ei totius victoriæ honor adimitur. Et cur ei adimitur victoriæ honor? Cauſam oſtendunt verba illa, quæ ad Debboram dicebat: *Si venis mecum, vadam ſi non veneris mecum, non pergam.* Quæ ſic apud D. Aug. leguntur quæſt. 26. in Iudices, nimirum: *Si ibis, ibo: & ſi non ieris mecum, non ibo, quoniam neſcio diem, in qua proſperat Angelum Dominus mecum.* Hoc eſt, iuxta explicationem Auguſtini ibi: *Neſcio, an Dominus faciat mecum proſpera per Angelum.* Quia Barac neſciebat, an ſibi ex Deo proſpera euentura erant per Angelum, Debboræ præſentiam requirebat, illamque petebat, propter quod amiſit victoriæ honorem: & meritò: quando enim non putabat certam Dei aſſiſtentiam, non debebat requirere aſſiſtentiam fœminæ; ſed magis clamare ad Deum, ab illóque ſperare fauorem. Vbi enim oblitus Dei, comitatum fœminæ in auxilium poſtulat, eò deuenit, vt vincens hoſtes amittat gloriam victoriæ, quæ detur fœminæ. Heu quot glorias victoriarum amittunt, qui non ex Deo, ſed ex creaturis ſibi tutamen parant.

Oſea 7. — *Cyril. Al.* — *Oſea 8.* — *Cyril. Al.* — *Iudic. 4.* — *Auguſt.*

§. IX.

Potens eſt Deus, etiam inter impiorum perditiones, ſeruare ſuos iuſtos incolumes.

IAm iam perituro Achab in illo prælio, dicebat bonus Ioſaphat: *Sicut ego ſum, ita & tu, populus meus, & populus tuus vnum ſunt, & equites mei equites tui.* Sic bonus ſe, & ſuos adunabat cum Achab, qui periturus erat in illo bello. Et quando totum illud bellum permittebatur à Deo, vt impius Achab periret, cur à Deo etiam permittitur, vt Sanctus Ioſaphat ſic cum perituro illo impio adunetur

adunetur

adducetur ad infeliciſſimum prælium? Oſtendebatur inde oculatiſſima Dei prouidentia, quæ nouit vel inter impiorum perditiones ſuos iuſtos in ſalutem promouere. Quo ſpectans dicebat Amos c. 9. *Ecce ego mandabo, & concutiam in omnibus gentibus domum Iſraël, ſicut concutitur in cribro & non cadet lapillus ſuper terram in gladio morientur omnes peccatores*, &c. Sunt in cribro permixta multa, nimirum, & frumentum, & lapilli, & paleæ, & quiſquiliæ. Quæ omnia per cribri fortem commotionem ſic diſtinguuntur, vt paleæ, & quiſquiliæ ſecernantur ad ignem, frumentum ad molam, lapilli aliò mittantur. Sic in commotione iræ Dei, etſi impij, & iuſti adunati ſint, per illam commotionem impij, quaſi paleæ, & frumentum abeunt in extremam contritionem; iuſti autem vt firmi lapides ſeruantur à Deo. Aiebat Ruffinus in præſenti: *Cùm reliquum vulgus, vt ſtipula deperierat, iuſti velut ſolidi lapides permanebant. Ergo etſi omnes, ait, pariter abreptos immiſſa captiuitas, tamen nequaquam vos viliter æſtimabo, vt cò effuſa, vidè [illegible] et cadè pereatis, ſed exercebitur libra iudicij, vt nullum gladius contingat innoxium, nullum prætereat criminoſum. In gladio morientur omnes peccatores. Cæterùm omnes iuſtos, etiam cò ſpinoſitate manus noſtra defendet, vt exercitati quidem, non tamen decoquantur extracti.* Quid diuinius? Oculatiſſima eſt Dei prouidentia & attentiſſima: etſi iuſti, & iniuſti quàm maximè adunati veniant in externam commotionem excitatam ab ira Dei, ſic diſcernuntur iuſti ab iniuſtis, vt cùm iſti pereant, illi exercitati incolumes perſeuerent. Et cùm gladius omnes percutiat criminoſos, nullum innoxium perimit. Quo ſpectat illa parabola Matth. 13. vbi dicitur: *Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa; malos autem foras miſerunt.* Planè in hoc temporali cælorum regno, quod eſt Eccleſia Dei, & boni, & mali ſimul ſunt congregati, & adunati: ſed veniet excuſſio retium, veniet hora ſupplicij; & ſic ſerientur mali, vt boni puniri euadant. Circa quæ dicebat D. Petrus Chryſol. ſer. 47. *Exeunt de profundo piſces parum quidem in littore ſui confuſione voluuntur, ſed citata diſcretio, dum malos abijcit, eligit bonos: facit bonos, non turbat breuis iſta cità tranſitura confuſio. Iſta diſcretio ſuperna, quæ dat malos pœnis, bonos rapit ad honorem, illos omnes de contumelia exigua perpetua gloria conſolatur.* Etſi commixti, & confuſi ſint boni, & mali, tamen hora pœnæ diſcretio diuina oculatiſſima eſt, vt dum malos perimit, bonos puriores in ſalutem dirigat.

Amos 9.

Ruffin.

Matth. 13.

Chryſol.

3. *Reg.* 22. Dixit Ioſaphat ad Regem Iſraël: Quære, oro te, hodie ſermonem Domini. Congregauit ergo Rex Iſraël Prophetas quadringentos circiter viros, & ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an requieſcere? Qui reſponderunt: Aſcende, & dabit eam Dominus in manu Regis.

§. X.

Nulla die, nullâque occaſione non aſſiſtendum Deo.

QVam id fuit ſancto Ioſaphato dignum! Dicit enim: *Quære, oro te, hodie ſermonem Domini.* In domo Achabi impij erat, & inter bellicos tractatus, & ſic erat intentus Deo, vt nec vllam diem vellet præterire, quin de ſermone Domini quærendo eſſent ſolliciti. Nec impia domus, nec bellicus tractatus [illegible] bonum, & iuſtum à Deo quærendo [illegible]. De illo ait Ioſephus lib. 8. cap. 9. *Cùm eſſet [illegible] pius, ac iuſtus, per ſingulos dies dabat operam, vt [illegible] Deo [illegible] erat.* Quanta hæc ſanctitas, & felicitas! In [illegible] aliquando fuit domum Salomonis Regina Saba, & [illegible] aſſiſtentium illi ait 3. Reg. 10. *Beati viri tui, & beati ſerui tui, hi qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.* Felices eos putat, qui ſemp[illegible] ab eius ore pendentes. Ex quo [illegible] Dei [illegible] Orig. hom. 2. in *Cant. [illegible] de Chriſto ſigur. T om. VI.*

Ioſeph.

3. Reg. 10.

Cant. ſtatus: *Beata ergo anima ſine dubio, quæ verbi Dei, & partu eius particeps fiant. Beati pueri eius, qui aſſiſtunt in conſpectu eius ſemper. Non illi, qui aliquando aſſiſtunt, & aliquando non aſſiſtunt: ſed, qui ſemper, & ſine intermiſſione aſſiſtunt verbo Dei, verè beati ſunt.* Vel ſceleſtiſſimi quique aliquando intenti ſunt verbo Dei, vt inde aliquid ſalutis percipiant. Non tamen inde felices prorſus, & beati ſunt: illi beati, qui non aliquando, ſed continuò actiones, & vitam ſuam inſtituunt de verbo Dei. Iob c. 1. dicit: *Mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat eos: conſurgenſque diluculò offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim. Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.* Non ceſſabat Iob de ſalute filiorum agere apud Deum. Circa quæ ait Olympiodor. in Cat. Græca: *Neque enim interdum quidem actiones virtutis ſuſcipiebat, aliquando verò prætermittebat. ſed iuſti vita à Deo ſemper apta erat. Summa verò hæc eſt laus, omnibúmque prædicationum ea interminata, pietatis munera nullo vaquam tempore non obiiſſe.* Proh felix homo, qui omni tempore, & occaſione Deo intentus eſt, vt ab eo ſalutare requirat!

Orig.

Iob 1.

Olympi

§. XI.

Nihil agendum puta, quod non de halitu Dei venire putes.

HOc in omnibus operibus noſtris curemus, vt de halitu Dei ad illa peragenda inſtruamur. Sic Ioſaphat in expeditione ſuſcepta aduersùs Ramoth Galaad dicebat Achabo: *Quære, oro te, hodie ſermonem Domini.* De quo pulchre Theodoret. quæſt. 64. in 3 Reg. *Rogatus Ioſaphat, vt belli iniret ſocietatem, hoc ſe facturum eſt pollicitus: Oſtendit tamen ſuam pietatem: exiſtimauit enim neceſſarium prius ſciſcitari Deum vniuerſorum. Dixit enim Achabo: Sciſcitemur Dominum.* Vt bonus erat Ioſaphat, nihil aggredi voluit, niſi de verbo Dei. In quo, vt filius Dauid, maximè patriſſabat: Dauid enim cùm reſciſſet, quia præpararet ei Saul malum, dixit ad Abiathar Sacerdotem: *Applica Ephod. & ait Dauid: Domine Deus Iſraël, audiuit famam ſeruus tuus, quod diſponat Saul venire in Ceilam, vt euertat propter me vrbem. Si tradent me viri Ceila*, &c. Circa quæ ait Theodoret. q. 54. in lib. 1. Reg. *Diuina Scriptura oſtendit Dauidis pietatem. Semper enim Deum ſciſcitans, & aciem inſtruebat, & quieſcebat.* Niſi de verbo Dei nec gradum faciebat Dauid. Quod ſanctiſſimorum hominum proprium eſt. Gen. 25. dicitur de Rebecca: *Perrexitque Rebecca, vt conſuleret Dominum.* Vbi D. Ambr. ait: *Perrexit Rebecca, vt conſuleret Dominum, vtique nihil ſponte præſumeret; ſed in omnibus ſummum Deum præſulem poſceret ſuorum conſiliorum, plena pacis, atque pietatis.* Et adhuc explicatiùs D. Chryſoſt. ait: *Quid eſt, perrexit, vt conſuleret Dominum? Cucurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad Sacerdotem Dei, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere. Non ad humanum confugit ſubſidium, neque ſe expoſuit deceptioni curioſorum, aut ariolorum vanitati*, &c. Quid magis pium? Niſi de Dei halitu per ſacros miniſtros procurato nihil ſcire, aut aggredi curat. Quæ vtinam actionum noſtrarum ſic cura prima.

Theodor.

1. Reg. 23.

Gen. 25.

Ambroſ.

Chryſoſt.

§. XII.

Stultorum nunquam non multus eſt numerus.

DIcit Textus: *Congregauit ergo Rex Iſraël Prophetas quadringentos circiter viros*, &c. De aris, & focis Baal egreſſa ſtatim fuit tota hæc turba Pſeudoprophetarum: nunquam enim ſtultorum numerus in infinitum non vadit. Dicebat Iſaias cap. 3. *Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, fortem, & virum bellatorem: Et dabo pueros Principes eorum.* Auferam, inquit, fortem, & dabo pueros; vnus ſingularis, auſertur, & dantur pueri pluraliter. Et cur neceſſum eſt, dari plures pueros, quando vnus ſolùm vir auſertur? Vt pueri non ab ætate, ſed ab ſtultitia dicebantur: ſic debebant per multitudinem exprimi: ſtultorum enim numerus ſine multitudine eſſe nequit. Ait ibi D. Baſilius: *Bona quidem expreſſit ſingulariter, putà fortem, validum, bellatorem,*

Iſaiæ 3.

Baſil.

rem,&c. Malorum autem comminatio excreuit in numeroſam Baſil. *multitudinem, ſeu ſunt tumores Principes,& illuſores dominabuntur vobis.* Vbi ſtulti,& mali cenſentur, ibi ſtatim oſtenditur acceſſ[illegible] multitudo. Quo ſpectans Paulus 2. ad Timoth. 4. ait: *Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros.* 2.Tim.4. Vbi D. Anſelm. *Aceruum ſibi congregabunt magiſtrorum, qui doceant eos ea, quæ diligunt.* Anſelm. Stultorum enim nunquam non aceruu[illegible] eſt,& ingens multitudo. De Stephani triumpho locutus Textus Actor. 6. dicebat: *Surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum & Cyrenenſium, &* Actor.6. *Alexandrinorum & eorum,qui erant à Cilicia,& Aſia, diſputantes cum Stephano.* Aduerſus vnum Stephanum innumeræ inſurgunt turbæ. Nec miror: nunquam enim malitia fine turbis eſt. Ait D. Chryſoſt. ſerm. de Sancto Stephano Chryſoſt. tom. 6. *O quantam turbam improbitas congregauit! O quantam inuidia multitudinem conuocauit! Libertinos, Cyrenenſes, Alexandrinos,& qui erant à Cilicia,& Aſia; infinita, inquit, turba contra vnum.* Et quando iniquorum turba non infeſta?

§. XIII.

Mendacium in promptu eſt, non ſic veritas, quæ à Deo.

VBi Rex à Pſeudoprophetis requirit, an iret in Ramoth Galaad, ſtatim illi ſine vlla mora reſpondent: *Aſcende,& dabit illam Dominus in manu Regis.* Non ſic Daniel cap. 2. Dan.2. ſed quærente Rege ſomnij interpretationem, *Daniel ingreſſus rogauit Regem, vt tempus daret ſibi ad ſolutionem iudicandam Regi. Et ingreſſus eſt domum ſuam, Ananiæq; & Miſaeli, & Azariæ ſociis ſuis indicauit negotium, vt quærerent miſericordiam à facie Dei, &c.* Illi ſine mora reſpondent. Daniel,& tempus petit,& conuocatis ſociis orationi inſtat. Nec miror: illis enim mendacium in promptu erat, neque egebant tempore, vt fingeretur: Danieli autem vt veritas præ oculis erat, ſic longa oratione illam ex Deo requirebat. Dicebat Theodor. orat. 2. in Dan. *Inter veritatem,& mendacium multùm interest: nam mendacij opifices omnia tam diuturno ſtudio faciunt, vt* Theodoret. *homines ſeducant. At veritatis alumni abſque ſuperno auxilio nihil neque dicere, neque facere ſuſtinent. Quod diuinus Daniel teſtatur, qui cùm ad inquirendum ſomnium, exiguum ſibi tempus dari petiiſſet, illud in precibus, ac ſupplicationibus conſumpſit.* Hoc eſt clariſſimum diſcrimen inter veritatem,& mendacium: quod mendacium in promptu ſit ſuis opificibus, veritas autem ex Deo requirenda precibus multis. Sed & Daniel cap. 4. audito Regis ſomnio de Dan.4. arbore: *Tunc cœpit Daniel intra ſemetipſum tacitus cogitare, quaſi vna hora.* Daniel tacitus vna hora cogitabat,& Rex ab eius ore dependens non vrgebat hominem, vt diceret. Nec miror, quòd Daniel vna hora tacitus hæreret: quia orationibus cum Deo agebat, vt rem ſibi explanaret, vt notat ibi Carthuſianus. Sed illud valde mirandum, quòd Rex tantæ taciturnitati Prophetæ annueret. Cur non magis vrgebat hominem Rex, vt ſe à ſuſpenſione liberaret? Equidem quam ignorabat veritatem, volebat ſcire: & ideò non feſtinationem; ſed lentitudinem in Propheta verace amabat. Ait ibi Theodor. Theodoret. *Cupiens Rex id, quod ignorat, cognoſcere, ita cum eo loquitur: Ne valdè feſtines, ſed paulatim inuentis eis, quæ per ſomnium ſignificantur, eorum mihi perſpicuam facito.* Expende illa: *Ne valdè feſtines,* quaſi de veritatis inquiſitoribus lentitudo; ad mendacij opifices præceps feſtinatio pertineat. Sic requiſitus Eliſeus, vt euentum belli Moabitici ediceret, ait 4. Reg. cap. 3. *Adducite mihi pſaltem.* Minimè 4.Reg.3. feſtinat; ſed magis pſaltem requirit, eius aduentum expectat,& melodiam. Circa quæ ait Caietan: *Ad diſponendum ſeipſum in mentis eleuationem, vſus eſt Eliſeus ſono* Caietan. *muſico: nouerat enim huiuſmodi ſonum excitare in ſe collectionem animi internam; & conſequenter mentis eleuationem in Deum.* Non equidem veritatis alumni præcipitanter ſe gerunt, ſed plura faciunt, vt illam oſteodant ex Deo.

3. *Reg.* 22. Dixit autem Ioſaphat: Non eſt hîc Propheta Domini quiſpiam, vt interrogemus per eum? Et ait Rex Iſraël ad Ioſaphat: Remanſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum; ſed malum; Michæas, filius Iemla. Cui Ioſaphat ait: Ne loquaris ita, Rex. Vocauit ergo Rex Iſraël eunuchum quendam,& dixit ei: Feſtina adducere Michæam.

§. XIV.

Veritas, etiam inter millia impedimenta, ſolet affulgere Dei amicis.

POſt quadringentorum Prophetarum aſſertionem de expeditione capienda in Ramoth,& victoria obtinenda, adhuc certiorem alium Prophetam Ioſaphatus requirit, dum ait: *Non eſt hic Propheta Domini quiſpiam, vt interrogemus per eum?* Circa quæ dicit Ioſephus lib. 8. cap. 9. *Prophetis bellum ſuadentibus, Ioſaphato ſuboluit fucus ex eorum verbis,& quòd falſi Vates eſſent; percontatúſque eſt Achabum, num quem alium Prophetam habeat, vt veriùs futura praeſcire valeant.* Ioſeph. Expende illa: *Ioſaphato ſuboluit fucus ex eorum verbis,& quòd falſi Vates eſſent.* Et quando illi omnes eadem verba faciebant, quæ victorias,& felicitatem pronunciabant; vnde potuit fucus eorum ſic innoteſcere Ioſaphato? Crediderim, id accidiſſe ex ipſa veritatis natura, quæ, licèt multis mendaciis obnubiletur; tamen Dei amicis affulget. Dicebat Ieſus meus Matth. 24. *Sicut fulgur enim exit ab Oriente,& apparet vſque ad Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.* Matth.24. Circa quæ ait Orig. hom. 30. *Huic fulguri ſimilis eſt Filij hominis aduentus, id eſt, Verbum veritatis.* Quippe cùm nubila magis conglomerantur, vt cælum tenebris obducant; tunc inter ea nubila fulgur affulget, quod omnia illuminat. Habet enim hoc natura ignis, vt tenebricoſis nubibus conſtrictus efficaciùs per fulgura mortalium oculos impleat: ſic Verbum veritatis, etiamſi mendaciorum tenebris prematur; tamen Dei amicis affulget. Iudæi aliquando conuicti exemplo agricolarum, hæredem vineæ perdentium, inter mille cæcitatis ſuæ tenebras, neſcientes,& ignorantes in ſe ſententiam dixerunt, dum aiunt Matth. 21. *Malos malè perdet,& vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis.* Matth.21. Vnde potuit in cæciſſimorum hominum ora adeò vera ſententia venire? Ex ipſa veritatis natura, quæ nullis poteſt impedimentis teneri, quin aliquando affulgeat, vt eam iuſti percipiant. Dicebat Imperfect. hom. 40. in Matt. Imperfect. *Non fuit illorum, quòd iuſtè iudicauerant, ſed ipſius cauſæ. Eſt enim cauſa veritatis, quæ quaſi violentiam illis fecit, vt non poſſent ea celare. Sicut Sole in nubibus conſtituto, hoc, quod eſt dies, non eſt nubium permittentium eum apparere ſuper terram, ſed virtus Solis, quæ tranſiens nubes, etiam impedientibus eis apparet.* Vt Sol nubium impedimenta rumpit ſua virtute,& apparet oculis mortalium; ſic veritas inter ſpiſſiſſimas mendaciorum, falſitatúmque tenebras erumpit,& ſe facit ab amicis Dei ſentiri.

§. XV.

Vnum, quod à Deo venit, verbum habet infallibilem certitudinem veritatis.

SApienter Ioſaphat ait: *Non eſt hic Propheta Domini quiſpiam, vt interrogemus per eum?* Non ait, v[illegible] reſpondeat nobis per ſe; ſed vt nos interrogemus per [illegible] [illegible] enim,& infallibile v[illegible] ritatis [illegible] m non ab vllo mortali, imo nec à cr[illegible]atura [illegible] [illegible] vno Deo, cuius ſola authoritas eſt [illegible] Dicebat Regina Saba ad Salomonem [illegible] 10. *Verus [illegible]* 3.Reg.10. *quem audiui in terra mea [illegible] tua.* Quæ verba in ore [illegible] & dicta ad verum Salomonem [illegible] hom. 2. in Cant. *Hæc [illegible] imo Chriſti, regia hæc,& [illegible] [illegible]*

Orig. *Verus eſt ſermo quem audiui in terra de verbo tuo, & de prudentia tua. Propter enim verbum tuum, quod agnoui verum eſſe verbum, veni ad te. Omnia enim verba, quæ mihi dicebantur, & quæ audiebam cùm eſſem in terra mea à Doctoribus ſuperioris ſæculi, & Philoſophis, non erant vera. Iſtud eſt ſolum verum verbum, quod eſt in te.* Expende illa: *Quæ audiebam à Doctoribus, & Philoſophis, non erant vera*, id eſt, non habebant infallibilem veritatem: in quibus enim non authoritas diuina, ſed authoritas creata, qualiſcunque Doctorum, aut Philoſophorum ſit, ſpectatur, non ibi infallibilis ineſt veritas. Quare nullus Author humanus ſic colendus eſt in aſſertionibus, & concluſionibus ſuis, vt credatur potuiſſe in veritate excutire. Accipite, quod dicebat de ſe ſupremæ authoritatis humanæ Author D. Auguſt. epiſt. 7. ad Marcellinum. *Vos autem, qui me multùm diligitis, ſi talem me aſſeritis aduerſùs eos, quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, vt me nuſquam ſcriptorum meorum errâſſe dicatis, fruſtrà laboratis; non bonam cauſam ſuſcipitis, facilè in ea, me ipſo iudice, ſuperamini. Quoniam nec mihi placet, cùm à chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor, qualis non ſum. Profectò enim non me, ſed pro me alium nomine meo diligunt, ſi non quod ſum, ſed quod non ſum, diligunt. Nam in quantum me nouerunt, vel de me verum credunt, ego ab eis diligor. In quantum autem mihi tribuunt, quod in me non cognoſcunt, alium talem, qualem me putant, pro me diligunt.* *Auguſt.* *Romani maximus author Tullius eloquij, nullum vnquam verbum, inquit, quod reuocare vellet, emiſit. Quæ quidem laus, quanuis præclariſſima videatur, tamen credibilior eſt de nimis fatuo, quàm de ſapiente perfecto.* Piaculum duxi vel verbulum Auguſtini in hac materia prætereire, quæ ſingula tanti Doctoris & virtutem, & ſapientiam, & doctrinam oſtendunt. Quæ ſi rectè penſentur, plurima ab ſcholis arcent ſcandala, & rixas. Sunt enim qui ita adhæreſcant alicuius Doctoris authoritati, vt, quaſi credant in eius aſſertionibus veritatem eſſe infallibilem, pro eo acriter pugnent, & aliter ſentientes vehementiſſimè pungant. De quibus metuo, ne quid derogent authoritati diuinæ, dum ſic pro humana pugnant, quaſi illi par exiſtat: quod non ſerebat in ſui D. Auguſtinus. Iſaias cap. 11. de Filio Dei dicebat. *Non ſecundùm viſionem oculorum iudicabit.* Græcè autem legitur apud D. Cyrillum Alex. *Non ex opinione iudicabit.* *Iſaia 11.* *Cyrill. Alex.* Et vnde malum, quod ea opinione iudicium exiſtat? Nónne ſanctiſſima etiam iudicia in tribunalibus quotidie exercentur, quæ ab opinionibus naſcuntur? Cur ergo quaſi malum reiicit iudicium iuxta opinionem factum? Crediderim loqui de opinione ab authoritate Doctorum extrinſeca deſumpta, in qua illud ſolet euenire vitium, quòd quis nimis affectus ad perſonam alicuius Authoris, ſic illi pertinaciter adhæreat, vt nullis velit ab eo diſiungi. Quò ſpectans D. Cyrill. ibi lib. 2. tom. 1. ait: *Non ex opinione iudicabit. Digna res Deo, ſummiſque naturæ ſententiam. Etenim non ex opinione homines intueri, ſed rectum, & immobile exercere iudicium, nonne omnium rerum Regnum naturam decet? Non enim nouit perſonam reſpicere, neque authoritate decoratum quenquam*, &c. Apud Ieſum meum nullus perſonæ affectus, nullius hominis authoritas valuit, ad rerum iudicium faciendum. Et meritò: qui enim mordicùs perſonis adhæreſcunt, hi contra diuinam authoritatem facere aliquo modo oſtenduntur. Vt dicat *Cyrill. Alex.* D. Cyrillus Alex. in cap. 2. Amos: *Qui igitur perſonam reſpicit, in diuinam excellentiam contumelioſus erit.* A qua labe ſe purum oſtendit D. Auguſt. epiſtola illa 7. dicens: *Hanc quæſtionem mihi propoſitam ex libris, non diuinis; ſed meis, quos ſcripſi de libero arbitrio.* *Auguſt.* *In talibus autem quæſtionibus non multùm laboro: quia, etſi defendi ſententia mea liquidò ratione non poteſt, mea eſt, non eorum Authoris, cuius ſenſum ſemper tenere fas non eſt. Si enim mihi Deus quod volo, præſtiterit, & omnium librorum meorum quæcunque mihi rectiſſimè diſplicent, opere aliquo ad hoc ipſum inſtituto colligam, ac demonſtrem, tunc videbunt omnes homines, quàm non ſim acceptor perſonæ meæ.* Hæc dixit Auguſtinus, & fecit, & oſtendit.

§. XVI.

Puræ veritatis aſſertores nunquam non ſunt odioſi malis.

Illum odiſſe ſe teſtabatur Achab: *Remanſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non propheteat mihi bonum.* Non odit eum; quia non prophetabat verum: ſed, quia non prophetabat bonum: de prophetata enim veritate odium Achabi in Prophetam naſcebatur. Nunquam enim non ſunt odioſi malis aſſertores veritatis. Pro quo monebat Prouerb. 9. *Noli arguere deriſorem, ne oderit te.* *Prouerb. 9.* Hoc proprium impiorum eſt malum, quòd oderint eos, qui in veritate aduerſos illis caſus denunciant in ſuorum peccatorum pœnam. Vnde aiebat Orig. hom. in Pſ. 37. *Hoc malum fuit in cauſa, vt etiam à priore populo in odium haberentur Prophetæ, & perſecutionibus agitarentur. Hoc Iſaiam ſecari fecit, Zachariam inter templũ, & altare trucidari compulit; Ieremiam in lacum cœni demergi; & ad vltimum hæc fuit cauſa, quæ Dominum noſtrum Ieſum egit in Crucem. Omnia enim, quæ ſupra enumerauimus, ſcelera, non alia ex cauſa commiſſa ſunt; niſi quia dum omnes in medicinali diſciplina reſiſtunt per correptionem nolunt, curationis impatiens populus, & medela, in perniciem medentis exarſit.* *Orig.* *Ita enim dicit Scriptura. Noli arguere malos, ne oderint te.* Heu quàm ſemper eſt veritas inuiſa, & odioſa malis! Omnes verò Prophetæ, & Ieſus meus in odium incurrerunt mundi, quia veritate propoſita illorum errores fodicabant. Quod ſemper odioſum malis accidit. De hoc latiùs dictum eſt tom. 3. in Euangel. lib. 15. cap. 1. §. 11. & alibi.

§. XVII.

Hoc proprium mundialium vitium, quòd non veritati, ſed proprijs affectibus ſtudeant implendis.

Inde oderat Achab Prophetam Dei, nec illum requirebat, quia, ait, *nõ prophetat mihi bonũ.* Non quærebat miſer, qui prophetaret ſibi verum, ſed qui prophetaret bonum, licet falſum eſſet. Frequens enim vitium hoc mundialium eſt, quòd non ſtudeant veritati ſciendæ; ſed proprijs adimplendis affectibus. De Chaldæorum duce dicebat Habacuc cap. 1. *Horribilis, & terribilis eſt: ex ſemetipſo iudicium, & onus eius egredietur.* *Habac. 1.* Quæ verba ſic Græcè ſonant: *Formidabilis, & illuſtris eſt. Ex ipſo iudicium eius erit, & aſſumptio eius ex ipſo egredietur.* Nihil audiebat, nihil æſtimabat, nihil ſibi dici patiebatur, niſi quod iuxta ſua placita, iuxtáque ſuos affectus erat. Circa quæ ait D. Cyrill. Alex. *Ex ipſo iudicium eius erit. Hoc eſt, ſuapte ſponte inſtituitur, ac mouetur, & propter ingens ſupercilium, aliorum ſententiam non audit, tametſi quidpiam mandarit, quæ fieri non poſſunt. Superba enim ſunt Perſarum conſilia.* *Cyrill Alex.* *Ac deinceps: Aſſumptio eius ex ipſo egredietur. Non enim ex alijs vaticinandi peritos accerſet; cùm habeat apud ſe degentes ſemper mentientes, & nihil veri ſcientes, ſed incitantes ſemper, victoriámque prænunciare ſolitos.* Duo vitia notat in Chaldæis, quæ vtinam non eſſent in omni alia gente: duo, inquam, vitia notat; quorum alterum ex altero oritur. Primum eſt: *Ex ipſo iudicium eius erit.* Vnum proprium iudicium, placitúmque æſtimant, quod iuxta proprios affectus ipſi formant, nec aliorum ſententiam audire ſuſtinent, etiamſi quod ipſi decernunt, fieri nequeat. Inde oritur ſecundum, nimirũ, *& aſſumptio eius ex ipſo egredietur*; hoc eſt, quòd nõ aliunde præſagiendi peritos quærãt; ſed apud ſe habeant mẽtientes, & nihil veri ſciẽtes, ſed omnia iuxta eorum placita dicentes, victoriámque in omnibus proclamantes. Quod malum in Dei populo eſſe dolebat Iſaias cap. 30. fatus: *Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus: Nolite videre, & aſpicientibus, Nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.* *Iſaia 30.* Inde iracundiam Dei prouocabat populus ille: quia a Prophetis audire nolebat vera, ſed ſibi placita, etiamſi falſa eſſent. Circa quæ aiebat Adamus: *Qui dicunt Prophetis, Nolite nobis vaticinari, quod nolumus? Nec quæ recta ſunt, prædicate, ſed loquimini, quod nobis placet. Quid nobis ingeritis, quod non libenter audimus? Talis erat populus Iudæorum. Exprobrat itaque eis vetus peccatum, & antiquam rebellionem. Iſta etiam locum habent in multis hodie Chriſtianis.* *Adam.* Hæc Adamus, oſtendens, quàm ſimiles ſint, & mali Chriſtiani, & Iudæi: vtrique eò deueniunt, vt a magiſtris, & Doctoribus nolint audire, niſi ea, quæ iuxta ipſorum affectus, & placita ſunt. Quod ipſum dicebat D. Hieron. ibi: *Perſpicuum eſt, quòd ad iracundiam prouocarent Dominum Ieremiæ tempore. Qui dixerunt ei: Nolite nobis videre, quod nolumus; ſed loquere, quod nobis placet. Et nunc Eccleſiarum* *Hiero.*

loquuntur magiſtris. Nolite nobis videre, quæ recta ſunt nec gehennæ flammas commemoretis, ſed promittite nobis regna cælorum, vt poſt luxurias, & delicias pandatur nobis Paradiſus. Quid mihi oſtenditis viam Domini, per quam non libenter ingredior? Quod quidem ad populum Eccleſiæ dicitur negligentem, ſi aucupetur auſteritatem magiſtrorum, & adulatoribus faueat. Heu malum in mundo frequens! Quando potentes nolunt audire deſæcatam veritatem: ſed apud ſe habent Doctores, qui eorum ſubſcribant cupidiis, hócque vnum moliuntur, & ſcriptis, & voce proclamare, quod ipsis placitum, & affectum eſt potentium. Quod quidem maximè prouocat iracundiam Dei.

§. XVIII.

Perfectæ virtutis vir eſt, qui mala potentibus denunciare velit.

VNum id negare Achab non potuit odioſo ſibi Prophetæ, nimirum, quòd perfectus vir eſſet: ait enim: *Remanſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominum. ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum.* Ecce tibi, qui malum annunciabat Regi vir dicitur: non enim niſi perfectæ virtutis homo auderet mala nunciare potenti. Vt Ieremias ſe à munere prophetandi excuſaret, prætendebat infantiam ſuam, & infirmæ virtutis ætatem: cui ait Dominus cap. 1. *Noli dicere. Puer ſum quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis. & vniuerſa quæcunque mandauero tibi loqueris... Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* (Ierem. 1.) Quando Propheta ſe puerum agnoſcebat, prohibetur à Deo, ne ſe puerum habeat, nec dicat. Et cur non magis habeatur puer, qui ætatis erat infirmæ? Rationem indicat Dominus, cùm ait: *Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & deſtruas.* vbi enim ſic roborabatur à Deo, vt potentiſſimis Regibus deſtructiones, & ruinas auderet prædicere, non puer erat; ſed perfectæ virtutis vir. Ait Orig. homil. 4 in Pſal. 36. (Orig.) *Iuuenis erat ſecundum ætatem corporis, ſed, quoniam Dominus dederat verba ſua in ore eius, quibus eradicaret, & ſubuerteret, & diſperderet, & rurſus ædificaret, & plantaret, quæ virtus verborum animam eius illuminans, & ſanctificans non eum ſinebat eſſe puerilem, idcirco iterum ad eum dicitur. Noli dicere: quia iuuenis ego ſum.* Planè, qui virtutem habebat, qua poſſet potentibus deſtructiones ſtatuum, ruinas domorum, aduentum nouorum dominorum indicere, is non puer erat intrinſecùs; ſed perfecti roboris vir. Planè Elias de peruerſione Regni agens cum Achabo, dicebat ei 3. Reg. 21. (3 Reg. 21.) *Non ego perturbo, ſed tu, & domus patris tui.* Quanta hæc virtus? Ait Chryſoſt. homil. de peccato, & conf. habita tom. 6. (Chryſoſt.) *Iuſtus, vt leo confidit. Talis erat Elias. Vidit is Regem ad ſe venientem, & dicente illo. Quare peruertis Iſraël? Non ego, inquit, peruerto ſed & tu, & domus patris tui. Reuerà iuſtus vt leo conſidit. Quemadmodum enim leo contra vilem aliquem catulum, ſic iſte contra Regem inſurrexit.* Vt leo cætera excedit animalia in virtute, ſic cæteros homines excedit, qui mala potentibus in facie denunciat. Huc trahenda ſunt dicta tom. 4 de Chriſto figur. lib. 8. cap. 26. §. 1.

§. XIX.

Qui vera nunciat, quantumuis moleſta, non odio, ſed honore proſequendus.

ILlud notandum inter duos Reges diſcrimen, nimirum: *Ait Rex Iſraël ad Ioſaphat. Remanſit vir vnus, per quem poſſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum, Michæas, filius Iemla. Cui Ioſaphat ait. Ne loquaris ita, Rex.* Meritò, qui ſapiens & iuſtus erat Ioſaphat, non fert, quòd malè audiat Propheta Domini ex eo, quòd mala prophetet. Non enim ex arbitrio Prophetæ pendet, mala, vel bona prophetare; ſed ex Dei conſtitutione, & vera futuri cognitione oritur, quòd illa dicantur futura. Quod autem id, quod verè futurum eſt, dicatur, non odio, ſed honore putatur apud ſapientes dignum. Danielis cap. 5. Daniel explicuerat Balthaſari Regi moleſtiſſimam ſcripturam, vt ei ſtatim auferendum erat & regnum, & vita. Quid tunc? Ait Textus: *Tunc, iubente Rege, indutus eſt Daniel purpura, circumdata eſt torques aurea collo eius, &c.* (Dan. 5.) Nullus vnquam moleſtius quid annunciauit homini, quàm Daniel annunciauit Balthaſari, Principi potentiſſimo, quando ei annunciauit & vitæ, & regni perditionem inſtantem. Nec tamen Rex illum odio proſecutus fuit; ſed honore maximo, vtpote qui ſuo functus fuerat munere, exprimens Regi, quod verè erat futurum. Circa quæ ait Ioſephus lib. 10. cap. 12. (Ioſeph.) *Hac interpretatione accepta, Rex non poterat non vehementer triſtari, attamen Danieli ſuam munificentiam non ſubtraxit, tanquàm malorum pronuncio; ſed dona, quæ pollicitus eſt, exhibuit, ſic cogitans, quòd non bona audierit, ſui fati culpam eſſe, non Prophetæ; imò illum boni viri officio functum eſſe, qui ſic interpretatus ſit, vt erat euenturum, tametſi parum læti euentus ſequeretur.* Expende illa: *Quòd bona non audierit, ſui fati culpam eſſe, non Prophetæ.* Prudens Rex nouit, mala ſibi denunciata, non à Propheta, ſed ab alio venire: ideò magis honorabat Prophetam, qui, vt bonus, & fidelis officio ſuo functus erat, & veritatem dixerat. Non aliter Ionæ cap. 3 (Ion. 3.) *Cæpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius, & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur ::: Et peruenit verbum ad Regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, &c.* Audit Prophetam proclamantem deſtructionem ciuitatis, & ſolium deſerit, & luctui ſe dedit, & in cinere ſedit. Cur non magis audaciæ Prophetæ ſe opponit? Cur hominem quietis turbatorem, malorum denunciatorem non magis eiicit? Ait apud D. Ephrem ſer. in Ionam: (Ephrem.) *Non peccauit Propheta: ſed peccata nos morte mulctant. Neque verò Hebræus noſtram ſubuertit ciuitatem; ſed eam noſtra delet malitia. Alium quippe inuiſibilem habemus inimicum, cui fortiter reſiſtere par eſt. Surgens itaque Rex feſtinanter, veſtem ſuam abiecit purpuream, ac ſacco ſe veſtiuit.* Proh prudentiſſimum Principem! Agnouit mala imminentia non venire à Propheta, ſed à peccatis. A Propheta periculi propalatio veniebat; ſed à peccatis veniebat periculum. Et ideò in honore habebat Prophetam, qui monſtrabat periculum: peccata perſequebatur, luxus, & pompam regiam abiiciebat, in quibus noxias cauſas videbat exterminij. Vtinam ſic ſaperent vniuerſi, & in malis ſibi denunciatis non odia exercerent contra denunciatores; ſed contra peccata, contra ſæculares pompas, a quibus naſcuntur ruinæ. Sic Danielis cap. 2. cùm Daniel Nabuchodonoſori expoſuiſſet eius imperij deiectionem, ait Textus: (Dan. 2.) *Tunc Rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam & Danielem adorauit.* Circa quæ Richardus Victorinus lib. 1. de erudit. inter. homin. par. 1. cap. 1. ait: (Rich. Vict.) *Audito imminenti periculo ad prophetantis ſe pedes humiliter proſtrauit.* Hæc faciunt Principes, qui ſapiunt.

§. XX.

Etiam malorum aſſertor conueniendus, vt præuideantur imminentia mala.

ETſi mala ſoleret prophetare Michæas Achabo tamen ſuggerente id Ioſaphato, ad eum mittitur, vt veniat. Dicit itaque Text. *Vocauit ergo Rex Iſraël eunuchum quemdam, & dixit ei: Feſtina adducere Michæam.* A ſapientia enim venit, quòd etiam malorum Prophetæ conſulantur, vt mala ipſa imminentia ſciantur. Danielis c. 5. poſt viſam ſcripturam in pariete maximè turbabatur Balthaſar Rex, & vniuerſi conuiuæ eius. Tunc autem, *Regina, pro re, quæ acciderat Regi, & Optimatibus eius, domum conuiuij ingreſſa eſt: & proloquens ait: Rex, in æternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur. Eſt vir in regno tuo, qui ſpiritum Deorum Sanctorum habet in ſe, & in diebus patris tui ſcientia, & ſapientia inuenta ſunt in eo: nam & Rex Nabuchodonoſor pater tuus Principem Magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruſpicum conſtituit eum: pater, inquam, tuus, ô Rex: quia ſpiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque, &c. Nunc itaque Rex vocetur, & interpretationem narrabit.* (Dan. 5.) Ecce tibi ſapientiſſima Regina iuxta Herodotum apud Cornelium, conſulit Regem, vt vocetur Daniel, qui apud Nabuchodonoſor prophetarat, ei[que] explicauerat imminentia mala. Et quidem Daniel Nabuchodonoſori dixerat eiectionem [à] regno, ide[oque] durus Propheta ab eius familia haberi debebat Cu[r] tur non magis cauent, & Rex, & Regina, Danielem [a]-
uen[ir]e,

uenire, qui regiæ familiæ iam conſueuerat mala denunciare? Prudenter ſatis etiam malorum notiſſimus denunciator requiritur, vt vel imminentia mala ſciantur. Ait Ioſephus lib. 10. cap. 12. *Videns autem triſtem Regem eius anxia, ſolari eum cœpit dicens, eſſe quendam captiuum Iudæum per Nabuchodonoſor, vaſtatis Ieroſolymis adductum, virum ſapientem qui poſſit obſcura, & ſoli Deo nota perquirere. Hunc Nabuchodonoſore, qua opus erat, interpretatum, cum ideo tempore poſſet aliui nemo. Rogabáque, vt accito ille percontaretur, quid ſibi velint hæ litteræ, vt cognita cæterorum inſcitia, etiamſi triſte ſit, prodigium intelligatur.* Expende illud: *Etiamſi triſte ſit, prodigium intelligatur.* Non quidem fugienda; ſed quærenda eſt malorum imminentium notitia.

Ioſeph.

3. *Reg.* 22. Rex autem Iſraël, & Ioſaphat, Rex Iuda, ſedebant vnuſquiſque in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio, in area, iuxta oſtium portæ Samariæ, & vniuerſi Prophetæ prophetabant in conſpectu eorum. Fecit quoque Sedecias, filius Chanaana, cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam. Omnéſque Prophetæ ſimiliter prophetabant dicentes: Aſcende in Ramoth Galaad, & vade proſperè, & tradet Dominus in manu Regis.

§. XXI.

Cultus corporis exterior dignitati perſonæ conueniens, Deo eſt gratus.

SEdebant duo hi Reges, *vnuſquiſque in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio.* Nec inde Sanctus Ioſaphat offendebat Deum: eſt enim & Deo gratus cultus corporis, qui dignitati conuenit. De tribus illis pueris ait Daniel c. 3. *Viri illi vincti cum bracciis ſuis, & tiaris, & calceamentis, & veſtibus miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis.* Fulgebant equidem viri illi ſub pulcherrimo aulæ ornatu, in qua alebantur, & cum tota illa ornatus ambitione miſſi ſunt in ardentem fornacem. Quid tunc? Ait ipſe tyrannus expauens: *Video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Filius Dei adeſt illis, qui non ſolùm illos illæſos conſeruabat; ſed & veſtium ornatum, & corporis externum cultum ab omni labe mundum tenebat; quando ornatus ille conueniens erat viris aulicis. Pro quo canebat Prudentius in Apotheoſi contra Patripaſſianos:

Dan. 3.

Prudent.

Quem video, Deus ipſe, Dei certiſſima proles
Imperat immenſis ardoribus, & domus ignis,
Inſultans famulante rogo, ...
Comprimit, & cabitem flammarum algeſcere cogit,
Barbaricas calida auro figens non tangere criſſa
Præterit, & tenues ſtridens tranſcurrit amictus
Ipſe per A...rias veteres vapor ...
Ne ... humores fumo obſordeſceret ...

Quid pulchrius? Non ſinebat Deus aulicos ornatus puerorum lædi à flammis: quinimò cauebat, ne illorum cæſaries fumo obſordeſceret, ſed magis tanquàm aurea de fornace rutilaret. Eſt equidem & Deo gratus cultus corporis, qui aſſumitur ob quandam conuenientiam muneris, ſeu dignitatis. Adeo, vt vel huius ornatus defectui ſoleant grauia incommoda applicari. Cùm populus Iſrael peteret ex Aaron ſibi Deos fieri, dicebat Aaron Exod. 32. *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me. Fecítque populus, quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron.* Hic primus ad idololatriam gradus, ad Dei veri obliuionem; quòd conuenientem ornatum tulerit populus ab auribus. Circa quod ait Prudentius in Apotheoſi aduerſus Iudæos:

Exod. 32.

Prudent.

Hæc ſi Iudaicos ſic intellectu rigaſſent
Auditus, ſtupidas aut poſſent tangere fibras,
Audiſſent Dominum vitiorum, qui precum ...
Venerat, vt ferrantes oues, ſed ab auribus omnis
Fluxerat ornatus, caput, & iam tectilo Bahal
Finxerat, auricul ... ſpoliarunt honore.

Ex quo Iudæus auriculas ſpoliauerat honore, tollens ab illis inaures aureas, quibus in honore erat in populo ſuo, quodcunque facinus illi attribuitur. Hinc notabat Textus Exod 32. *Videns ergo Moyſes populum, quòd eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat, & ſtans in porta caſtrorum ait: Si quis eſt Domini, iungatur mihi.* &c. Inde conuincit eos criminoſos, & dignos ſupplicio, quòd ait: *Videns populum, quod eſſet nudatus.* Vbi enim viſi ſunt abſque ornamento conuenienti, reputati ſunt rei cuiuſcunque criminis.

Exod. 32.

§ XXII.

Nihil æquè nociuum Reipublicæ, quàm ſi non reſiſtatur Principis cupediis.

VTeurrentem ad bellum contra Ramoth Achabum vrgerent Prophetæ, illorum vnus Sedecias fecit duo cornua: ſic enim ait Textus: *Fecit quoque Sedecias, filius Chanaana, cornua ferrea, & ait. Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam.* Præferens cornua ferrea ignorans Vates prædicabat perditionem Syriæ, vt Achabi placitis ſubſcriberet. At, ſi rectè attenderetur, non Syria; ſed & Achabus, & Iſrael ventilandus oſtendebatur cornibus illis. Nihil enim ſic regna deuaſtat, quàm quòd maleſanis Principis placitis non reſiſtitur. Ex conſultiſſimo Romano Saturnino dicebat Ioſephus lib. 19. cap. 2. *Quid enim aliud nuper & poſt contra tyrannidem aluit, quàm iſtorum ſegnities, qui nulla in re libidini Principis refragati ſunt? Quæ ... enim voluptate victi, & aſſueti mancipiorum more viuere, dum honeſta morti turpem vitam præferunt, coniecerunt ſuiuitatem in calamitates non ferendas.* Hi profectò & populos, & regna ventilant, & in perditionem conijciunt; qui cum aiente Principe aiunt, cum negante pertinaciter negant: in nullóque refragantur aut eius placito, aut libidini. Quid ſpectans Iſ. c. 19. videns Ægyptum à Deo euerſam ait. *Stulti Principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaoni dederunt conſilium inſipiens. Quomodo dicitis Pharaoni: Filius ſapientum ego, filius Regum antiquorum? Vbi nunc ſunt ſapientes tui? annuntient tibi,* &c. Quippe Pharao vocauit ſapientiſſimos quoſque conſiliarios, qui ei inſipiens conſilium dederunt, eò ſine controuerſia inſipiens, quia nihil aliud reſpiciebat, quàm quod Pharaonis placitis, & cupediis conueniret. Quod ſic niſi fuerunt confirmare antiquorum ſapientum dictis, & Regum factis, vt viderentur in eorum aulis, & ſcholis nati, & nutriti quaſi filij. His ductus Pharao pertinaciter hæſit placitis ſuis, à quibus in vltimam perditionem fuit impulſus. Quid tunc Iſaias? Maximè perditum ridet dicens: *Vbi nunc ſapientes tui? Annuncient tibi,* &c. Et quidem nunquam aliò deueniet Princeps, qui talibus conſiliariis vtitur. Vt dicat D. Cyril. Alex. ibi: *Grauiſſimum igitur, mò verò preſſus ſruſtratione, impoſturis falſorum Vatum confidere. Cùm enim futura, & quæ Deus infert, omninò ignorent, à Deo audire ſe fingunt, quæ ſuo ſolo arbitratu eructant, animúmque eorum, qui ipſis adhæreat, exſaniunt: loquuntur enim, quæ placent illis, illud dicunt ſolum, quod voluptati eſſe audientibus, coniiciunt.* Hoc grauiſſimum, & pernicioſiſſimum malum eſt, quòd Princeps iis vtatur conſiliariis, qui totum conatum ſuum eò applicent, vt ſola placentia loquantur.

Ioſeph.

Iſaia 19.

Cyril. Alex.

§. XXIII.

Non ab armis, ſed à religione venit bonum auſpicium Dei famulis.

QVàm ſtultè Vates iſti in proſperitatis auſpicium prætendunt cornua ferrea Regibus Iſraelis, & Iuda. *Fecit, ait, quoque Sedecias, filius Chanaana, cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus: His ventilabis Syriam.* A ferro, ab armis volebant ſtulti auſpicatam oſtendere perfectionem in Ramoth. Et quando à ferro, & armis, & non magis à religione auſpicium oſtenſum eſt famulis Dei? Sapientiſſimè Ioſephus apud Egeſippum lib. 5. cap. 16. monebat Iudæos,

dæos, ferro, & armis confidentes contra Romanos, dicens: *Temerarij & veſtrorum immemores auxiliorum, ſcuta, &*
Egeſipp. *gladios paraſtis, & hoc aduerſus Romanos. Natalibus armis vincere ſolebatis. Quando enim in haſta, & gladio fuit Hebræorum victoria? Recordamini vnde estis, & à quibus ſitis profecti: quomodo patres veſtri hoſtes ſuos vicerunt. Non in multitudine populi; ſed in timore Dei Abraham prætrauit Ægyptum,* &c. Et planè hoc Abrahamidis, hoc Dei famulis ſanctum fuit, quòd non à ferro, ſed à religione ſperarent victorias. Ioſue cap 6 expugnaturus validiſſimam vrbem
Ioſue 6. Iericho dicebat: *Tollite Arcam fœderis, & ſeptem alij Sacerdotes tollant ſeptem iubilæorum buccinas,* &c. Ecce tibi, quas machinas validiſſimæ vrbi admouet, nimirum, Arcæ religionem, feſtorum buccinas, & de religionis ſignis petebat victoriam. Quo ſpectans Chryſoſt. ſerm. Qui ſibi non
Chryſoſt. facit iniuriam, lædi a nullo poteſt, habito tom 6. ait: *Non enim vt pugnantes; ſed vt choreas agentes aduerſarios inuadebant, & ſine armis ſuos dominos ſuperabant; tuba verò tubarum ſono tanta vicerunt, vt chorus ille potius quàm bellum, ſacrorum initia, quàm pugna videretur.* Sic Dei famulis religio, non arma auſpicium victoriarum præſtabat. Arma enim oſtenſa non victoriam monſtrabant; ſed clades.
2. Mach. 5. Ita 2. Machabæor. 5. *Contigit autem per vniuerſam Ieroſolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aëra equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & haſtas, quaſi cohortes armatas, & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſſiones fieri cominùs, & ſcutorum motus, & galeatorum multitudinem gladijs diſtrictis, & telorum iactus,* &c. Quibus omnibus Ieroſolyma perdenda monſtrabatur, vt ibi Author eſt noſter Sanctius.

3. *Reg.* 22. Nuncius verò, qui ierat, vt vocaret Michæam, locutus eſt ad eum dicens: Ecce ſermones Prophetarum ore vno bona Regi prædicant. Sit ergo ſermo tuus ſimilis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait: Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Venit itaque ad Regem.

§. XXIV.

Carnalibus ſenſibus bonum putatur, quod minimè bonum eſt; ſed malum.

Dicebat nuncius Michææ: *Ecce ſermones Prophetarum ore vno bona Regi prædicant.* Prædicabant enim expeditionem in Ramoth, quam bonam, & proſperam, & ipſi, & nuncius, & Rex putabant: quia eam carnalibus affectibus procurabant. Et ideò miſere fallebantur: quod enim bonum videtur carnalibus ſenſibus, non bonum eſt: ſemper enim carnalis ſenſus id, quod non eſt, ſolet nunciare. Ioannes cap. 20. locutus de Magdalena quærente Ieſum in ſepulcro, ait: *Conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtan-*
Ioan. 20. *tem, & non ſciebat, quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans, quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter.* Bis dicitur Magdalena conuerſa ad videndum fuiſſe; cùm in primis conuerſa fuit retrorſum, quem videbat Ieſum, putabat hortulanum eſſe, cùm autem ſecundò conuertitur, tunc agnouit non hortulanum eſſe, ſed magiſtrum. Et quando iam ſemel conuerſa fuerat retrorſum, & hortulanum cognouerat, cur neceſſum fuit iterum conuerti, vt magiſtrum agnoſceret? In primis corpore ſolùm conuertebatur, ideò non cognoſcebat, quod erat: in ſecundo conuerſa eſt corde, &, quod verè erat, agnoſcebat. Ait D. Auguſt. tractat. 121. *Iſta mulier, quæ iam fuerat conuerſa retrorſum, vt videret Ieſum, quan-*
Auguſt. *do eum putauit eſſe hortulanum, & cum illo vtique loquebatur; quomodo rurſus conuerſa dicitur, vt diceret: Rabboni, niſi quia tunc conuerſa corpore, quod non erat putauit: nunc corde conuerſa, quod erat, agnouit?* Expende ab illis: *Tunc conuerſa corpore, quod non erat, putauit,* &c. Quippe corporalibus, & carnalibus ſenſibus patet id, quod non eſt. Non ſolet verum inueniri ab iis, qui illud iuxta carnalium ſenſuum ductum quærunt illud. Dicebat Iſaias cap 5. *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem* Iſaiæ 5.
tenebras, &c. Et quis adeò fatuus eſt, & cæcus, qui malum dicat bonum, & tenebras pro luce habeat? Is ille eſt, qui carnalium ſenſuum ductum ſequitur: hoc enim credit eſſe, quod non eſt. Circa quæ aiebat D Baſil. *Quibus fit,* Baſil.
vt ſenſus iſtis paralogiſmis captus res ipſas non apprehendat, quales ſuapte natura ſunt; ſed oculis per laſſificationem pictura in fraudem inducta. Eam ob rem cum animam intendiſſent iſti cognitione rerum, quæ ipſo oculorum aſpectu apprehenduntur, neque ſaturnas diem eſſe, neque pro confeſſo admittunt noctem. Habent hoc carnei ſenſus, vt nos deducant in ea, quæ minimè ſunt, vt habeamus bona, quæ mala ſunt. Ex quo dicebat D. Cyrillus in rem præſentem: *Væ illis ſic affectis, qui* Cyrill.
in ſe ipſos impij, & ſtulti Iudæos exſtiterunt. Etenim ſummum malum bonum eſſe dicerent, & tenebras lucem ducerent, & amaram dulce, dulce amarum affirmarent, cùmque malæ forent calamitates belli ſubire quando aliquin facile à malis immunes eſſe potuiſſent, in tenebris remanſerunt. Quid ſtultius quàm de bello peragendo loqui, vt de bono, quasi do fine bello applaudebat felicitas; & in bello veniebat vltimum diſcrimen? Sed ſic cæcutiunt, qui carnalibus cupiditas aguntur.

§. XXV.

Intolerandum eſt, quod Deus, & virtus æquali lance cum malitia penſentur.

Dicebat iſte nuncius Michææ: *Sit ergo ſermo tuus ſimilis eorum.* quippe in æquali ponebat lance ſermonem Michææ cum ſermone Pſeudoprophetarum: quod intolerandum eſt in viris impiis, qui virtutem, & Deum ſæpè cum vitiis componunt: de quo aiebat Seneca lib. 4. de beneficiis, cap. 2. *Non indignor, quòd poſt voluptatem po-* Seneca.
nitur virtus, ſed quod omnino cum voluptate confertur. Intolerabilius ſapienti homini erat, quod voluptas virtuti conferretur, æquaretur, aſſimilaretur, quàm quòd anteponeretur. Dicebat Pſalm. 85. de Deo vero: *Non eſt ſimilis tui in Diis, Domine.* quod dictum magis ad abiectionem, & humiliationem Dei creditur, quòd ibi aliqua innoteſcat comparatio veri Dei cum falſis Diis. Circa quæ dicebat D. Baſilius Seleucienſis orat. 42. *Dono*
de ſemulta humilia dici ſiat ob audientium ſalutem. Illud Baſil. Sel.
enim Pſal. 85 Non eſt ſimilis tui in Diis, Domine, aliàque talia in veteri Teſtamento permulta, quæ ſi quis cum iudicio excerpat, Dei maieſtate indigna comperiet. At ſi Græcorum Diis per comparationem anteponitur, Deo ſemper indignum eſt. Haud dubium, quin Deo, & virtute indignum ſit, quod componatur cum vitiis.

§. XXVI.

Ægrè non rapitur quis in multorum errores.

Quaſi neceſſitatem mètiendi vt induceret aulicus iſte nuncius dicebat Michææ: *Ecce ſermones Prophetarum ore vno bona Regi prædicant. Sit ergo ſermo tuus ſimilis,* &c. Expende illud: *Sit ergo ſermo tuus ſimilis.* quaſi enim per neceſſariam conſequentiam teneatur quis præmiſſis multorum erroribus aſſentiri, quibus ægrè, & difficulter reſiſtet. Poſt Ieſum in domo Caiphæ deluſum, & colaphizatum, multiſque iniuriis affectum ait Lucas cap. 23. *Et ſurgens omnis multitudo eorum duxerunt illum*
ad Pilatum. Cœperunt illum accuſare, &c. Et cur neceſſum Luc. 23.
fuit, vt omnis ſeniorum, Phariſæorum, Scribarum multitudo, quæ conſilium inierant aduerſus Ieſum, illum ad Pilatum perducerent? Nónne ſufficeret, quod duo, vel tres in omnium nomine Præſidem adirent? Cur maluit omnis multitudo ire? Ne liberum maneret iudici repugnare errantium multitudini. Ait D. Leo ſer. 8. de Paſſione: *Offerebant enim Ieſum duris nexibus vinctum, colaphis, & alapis frequentibus cæſum, ſputis oblitum, clamoribus prædamnatum, vt inter tot præiudicia, quem omnes vellent* Leo.
perire, non auderet Pilatus abſoluere. Expende illa: *Quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus abſoluere.* quippe ægrè, & difficulter homo audet abſtinere a facto ad quod rapitur aſſenſu multorum. Quis non ſu[illegible]ibit

multorum

multorum errori? Clamabat aliquando populus Iudæorum, vt crucifixo Ieſu, dimitteretur illis Barrabas, Marci cap. 15. *Pilatus autem volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barabbam,* &c. Sed & 1. Reg. 14. cùm Saul decreuiſſet occidere Ionatham, filium ſuum, reſiſtenti populo, & poſtulanti vitam Principis ſui, conceſſit eam Rex populo: *Liberauit ergo populus Ionatham,* &c. Et cur Pilatus, & Saul non magis populo reſtiterunt? Cur conceſſerunt populo in liberandi noxiis? Erat culpa ingentis populi, cui non mirum eſt, ſi ſubſcribant homines, cum quibus non erat Dominus. Vt dicat Orig. homil. 35. in Matth. *Quod Pilatus dimiſit vnum vinctum populo, vel Saul ſecundùm petitionem populi, quòd dimiſit Ionatham, non eſt mirum, ſub culpa enim erat amborum petentium vitam quoniam Iudæi ſemper erant obnoxij.* Quando populus Iudæorum adeò errabat, & præceps ferebatur in culpam, non mirum eſt, quòd errantibus populis ſubſcriberent Pilatus, & Saulus. Ægre enim quis non rapitur in multorum errores. Quippe non omnium eſt cum multis cadentibus non cadere. Quo adducenda ſunt dicta 1. tom. in Euang. lib. 4. cap. 5 § 15.

Marc. 15.

1. Reg. 14.

Orig.

§. XXVII.

Non proſperitas; ſed veritas regios animos continet.

Monebat aulicus nuncius Michæam, quòd ſimilis eſſet Baal Prophetis, *qui vnoore prædicabant Regi bona.* Non dicit quod prædicabant Regi vera, ſeu bona: aulici enim hoc curant, vt Regibus dicantur proſpera, felicia: non æſtimant, quod illis dicantur vera. Quando hæc ſola dicta Reges in bono continent. Quò ſpectans Dominus dicebat Diſcipulis ſuis Matth. 5. *Vos eſtis ſal terræ.* Cur ſal? In ſale intelligebat veritatis mordacitatem, quæ Reges in bono continet, ne eant in corruptionem. Vnde dicebat D. Syneſius lib. de Regno ad Arcadium: *Te igitur ego, vel ſi id ipſum moleſtè ſis laturus, ex eorum, qui ſtomantur numero eſſe volo. Nam ſal carnis quidem acru, atque adſtrictiora ſalis qualitas diffluere non patitur. Adolescentis vero Regis animum, quocunque impetus ferat, pro potestatis licentia progredientem, verborum veritate cohibetur.* Vt ſal carnes contrahit, ne diffluant, ne abeant in corruptionem: ſic vna veritas Regibus dicta eos ſolet in bono continere, ne exorbitent. Ioan. cap. 18. dicebat Ieſus: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas?* Ecce tibi, vbi Ieſus meus de veritate aliqua commemorauit, ſtatim Pilatum traxit, vt vellet ſcire, quid veritas eſſet: ait enim Theophylactus ibi: *Pauca illa verba Pilatum rapuit, atque ita, vt de veritate interrogaret, quid ſit.* Itaque veritatis vel nomen propoſitum Pilatum ad ſe rapuit: nonquam enim non veritas in Regum animis operatur, illóſque aliquando in bono detinet. Negauerant Iudæi Ieſum Regem, & ipſe dixerat: Regnum meum non eſt de hoc mundo: nihilominùs poſt verbera, poſt irriſiones ſedens pro tribunali Pilatus, vt Ieſum morti traderet, ait Ioan. 19. *Ecce Rex veſter.* & in titulo crucis iuſſit affigi: *Rex Iudæorum.* Et cur Pilatus ſic inſtat prædicare Ieſu regnum? Quem negatum à ſubditis, quem ſeruiliter tractatum, & affectum verberibus, quem inter latrones videbat in crucem agi, cur adhuc prædicat Regem? Veritas erat, quæ non poterat in animo Regis non inhærere. Ait Beda: *Auelli ea enim corde non potuit, Ieſum eſſe Regem Iudæorum, tanquàm hoc ſit, ſicut in titulo ipſa veritas fuerit, de qua, quid eſſet, interrogauit.* Sic veritas tenebat animum etiam impiiſſimi Regis, vt ab ea non poſſet auelli. Vt hinc pateat, quanto piaculo veritas Regibus celetur.

Matth. 5.

Syneſ.

Ioan. 18.

Theophyl.

Ioan. 19.

Beda.

§. XXVIII.

Principibus vt nuda veritas prodeſt, ſic fallax adulatio maximè obeſt.

Ad Regem ibat bonus Michæas dicens: *Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Venit itaque ad Regem.* Et vtinam eo animo fuerint omnes, qui Reges conueniunt; vt nihil illis annuncient, niſi, quod verum eſt, quod dicit Dominus. Quod conuenientiſſimum Regibus; ſic illis debet eſſe pergratum, ni velint ire in perditionem: Athalaricus Rex Gothorum promouens ad patritiatum virum illuſtrem Tolonicum, qui fuerat antea Regi continuus; ſic de illo loquitur apud Caſſiodor. 8. Var. 9. *Tu tamen nullis reſponſis fallebas ambiguis. Amaſti in omnibus partitiam, in ſuggeſtione veritatem. Sæpè quæ ad Regem falsa peruenerant, recti ſtudio corrigebas, & quod rarum confidentia genus eſt, interdum reſiſtebas contra vota Principis: ſed proopinione rectorum. Patiebatur enim inuictum ille praliis pro ſua fama ſuperatus; & dulcis erat iuſto Principi rationabilis contrarietas obſequentis.* Quia Princeps regalior? Quis miniſter fidelior? Ille dulciſſimè patiebatur contradici à miniſtro: hic cum timore reuerentia cogebat Principem, quod verum, & vtile erat amplecti. Vtrique veritas præ oculis erat; vtrique fallacem adulationem arcebat, quæ Reges funditùs perdit. Poſt multas virtutes Regis Ioas proclamatas pergit Textus ſacer 2. Paral. cap. 24. *Poſtquam autem obiit Ioiada, ingreſſi ſunt Principes Iuda, & adorauerunt Regem, qui delinitus obſequiis eorum, acquieuit eis. Et dereliquerunt templum Domini Dei,* &c. Ecce tibi, dum Principes Regem adulantur obſequiis, & magnis appellationibus illum in vltimam trahunt perditionem. Propter quod D. Syneſ. lib. de Regno monebat Arcadium Imperatorem, dicens: *Conandum præſertim, idque totis animi viribus, aut etiam ſi fieri poteſt, vniuerſa ad hoc rerum aulicarum arma comparanda ſunt, ne amicitiæ perſonam extrinſecùs circumſo... obrepat adulatio. Sola quippe hæc nequidquam vigilantibus ſatellitibus imperium deprædatur: niſi enim tenuius arceatur, in ima vſque penetralia ſenſim penetrat, Regúmque nobiliſsimam partem, animam, omnium adoritur,* &c. Fruſtra igitur ſatellites, & cuſtodes ponuntur pro foribus Palatij, in quo adulationi fallaci patet aditus. hæc enim ſola animam Regis adoritur, & regnum deprædatur. Hinc Oſeas cap. 7. loquens de Ieroboam dicit: *Extendit manum ſuam cum illuſoribus. Quia applicauerunt quaſi clibanum cor ſuum, cùm inſidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flamma. Omnes calefacti ſunt, quaſi clibanus, & deuorauerunt Iudices ſuos, omnes Reges eorum ceciderunt,* &c. Ecce tibi, omnes abſumuntur, & Rex, & regnum deperditur, ex quo Ieroboam extendit manum ſuam cum illuſoribus. Nec mirum, quod omnia perdantur, vbi Rex patitur ſe ab adulatoribus deludi. Ait ibi Ruffinus: *Ipſe autem Rex contaminator illius dignitatis, & ſacrilegis fabricator erroris, extendit manum ſuam cum illuſoribus, profeſſa adulatione illum palpantibus.* Hinc planè orta eſt omnis ruina, & perditio, quod Rex aures dederit adulantibus. Fallax enim adulatio peſtis eſt, quæ omnia populatur. Dicit D. Chryſoſt. homil. 8. in Matth. *Si auerſari nonnullos decet adulatores magis, quàm contumeliantes odiſſe oportet. Maior enim attendentibus ex adulatione peſtis oriri ſolet, & facilius eſt hanc, quam illam paſſionem ſuperare.* Sic ibi.

Caſſiodor.

2. Paral. 24.

Syneſ.

Oſee 7.

Ruffin.

Chryſoſt.

§. XXIX.

Proficua veritas non ſupprimenda.

Sanctè dicebat Michæas: *Quodcunque dixerit Dominus, hoc loquar.* Sic audacter promittit, ſe ſtaturum pro veritate: nunquam enim veritas proficua ſine piaculo occultatur. Pilatus poſt cognitam innocentiam Ieſu, & nullam aduersùs eum inuentam cauſam, curabat illum liberare, Matth. 27. *Congregatis ergo illis dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis, Barrabbam, an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidiſſent eum.* Et quando certior totius cauſæ factus erat, nouerátque accuſantium falſitatem, & inuidiam, Ieſu veram innocentiam, cur rem deducit ad accuſantium electionem? Cur agnita veritate non magis ſtat pro illa, & repellit mendaces? In hoc iniquus homo maximè commendatur. Vt meritò dicat ibi Theophylactus: *Sciens igitur, non eſſe reum, ſed per inuidiam traditum Ieſum, ideò interrogat eos. Vnde oſtendit ſe, plus quàm æquum erat molliorem: oportebat enim pro veritate periclitari. Itaque dignus eſt condemnatione, tanquàm veritatis ſuppreſſor.* Nulla condemnatione non dignus eſt, qui ſciens veritatem, pro illa non ſtat, ſed magis illam ſupprimit. A quo crimine maximè alieni erant Chriſti Diſcipuli, qui dum eum adorandum populis

Matth. 27.

Theophyl.

pulis proponebant, eius paſſiones contentiſſimè prædicabant. Ait Matth.cap 26. *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt: alij autem palmas in faciem eius dederunt.* Circa quæ ait D. Chryſoſtomus homil. 86. in Matth. *Tu autem ſublimem Diſcipulorum philoſophiam admirare, qui adeo exquiſite iſta referunt; vt quanti facerent veritatem, facilè appareat, cum ea, quæ turpiſſima videntur, ad vnguem expoſuerunt, nihil celantes, nec erubeſcentes.* Etiam quod videbatur indecorum, & indignum Dei, apertiſſimè prædicant, ne videantur veritatem ſupprimere. Tantus eſt in bonis ardor dicendæ veritatis.

Matth. 26.

Chryſoſt.

§. XXX.

Quæ à Dei ſpiritu in ore hominis ponuntur, non poſſunt ſilentio tegi.

AIt Michæas: *Viuit Dominus, quia quæcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.* Nec aliter facere in manu hominis eſt: quippe quod Spiritus Domini ponit in ore, id reticeri nequit. Dicebat Dominus Ioan 3. *Spiritus, vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis,* &c. Vbi Spiritus halitus hominem implet, ſtatim vox auditur, ſilentium eſſe non poteſt. Ad hæc Ruper de Proceſſ. Spiritus Sancti, lib 2.cap.17. *Verum ſermo, vocem eius audis. Non enim tacere poteſt, qui gratiam accepit eiuſmodi, etiamſi interdum propter tam, am, vel diſcrimen aliquod tacere velit.* Non eſt in poteſtate hominis accipientis Spiritum, quòd à verbis abſtineat: cogetur enim in data verba prorumpere. Quò ſpectat Ierem.cap. 20 dicens: *Quia factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium, & in deriſum tota die. Et dixi: Non recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine ipſius. Et factum eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis, & defeci, ferre non ſuſtinens.* Ponebantur à Deo verba in ore Ieremiæ, qui conſulens verbi Dei honori decreuerat, nihil dicere; ſed verbum Dei ſilentio celare in corde ſuo. Quid tunc? Verbum Dei abſconditum cœpit viſcera hominis comburere adeò vt homo minimè ſuſtinere poſſet eius vim, & cogeretur inde propalare illud. Circa quæ D. Hieron ait: *In mea mente decreui, vt vltrà ad populum Dei verbis non loquerer, neque nomen illius nominarem. Quod cum pudore ſuperarem, verecundè quidem, ſed ſtultè conſtituiſſem, factum eſt, inquit, in corde meo, quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis, ſiue vndique diſſolutus ſum, vt ferre non poſſem. Conceptus enim animo ſermo diuinus, nec ore prolatus, aedet in pectore.* Sic Verbum Dei exedit viſcera hominis, donec proferatur ore. Ex quo dicebat Balaam Num.cap.22. *Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar.* Bene malus Incotus eſt, dum fatetur, ſe non poſſe immutare verbum Dei acceptum in ore, vt de illo minùs loquatur, quod & fecit: etſi enim vellet, non poterat linguam ſuam cohibere à prædicandis magnalibus Dei.

Ioan. 3.

Ruper.

Ierem 20.

Hieron.

Num. 22.

CAPVT IV.

Michæas percutitur ab impiis.

TEXTVS HISTORIA.

INgressvs ad Reges Michæas, vt qui nondum Dei nouerat decreta, ſic cœpit de ſuo proſpera renunciare. Verùm adiuratus ab Achab, ne quid verum ſilentio præteriret, quod tunc ex Deo acceperat, impertérrite duplici proponit ſimilitudine. In primis Achabi interitum exprimit ſub nomine paſtoris, qui ouibus eripitur. Dicit enim, ſe vidiſſe Iſraelis exercitum, ſicut oues in monte palantes, quas poſt ſublatum paſtorem vna manet diſperſio & fuga. Quæ clades vt acciderет, ſibi iterum dicit monſtratum eſſe Deum in throno, cui inter alios aſſiſtebat nequam Spiritus. Is ad omne malum promptiſſimus promittebat, ſe in ore Pſeudoprophetarum locuturum, & pronunciaturum proſpera Achabo, quibus ipſe deceptus in prælium, & in mortem iret. Permiſit id Deus Dæmoni, cui permiſſioni adeò connexa fuit tota illa ſeries deceptionis, & perditionis Achabi, vt videri poſſet quaſi efficaciter intenta, & imperata à Deo. Non ſuſtinuit Sedecias, Pſeudoprophetarum maximus, ſe mendacijs inſimulari à Michæa, & nihil veritus præſentiam regiam, Dei Vatem alapa percuſſit. Nec accepta alapa multùm indoluit Michæas, ſed patientiſſimus percuſſori ſuo dixit, vt poſt mortem Regis quæſitus ad necem, cubiculorum latebras erat requiſiturus. Ad hæc Achab iubet Michæam in carcerem detrudi, ibique inedia cruciari, donec poſt victoriam acceptam det maiores pœnas inanis vaticinij. Hæc impius Rex mendacijs ſuorum deceptus.

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

DIxerat Michæas verum, aduersùs quem præualuerunt Pſeudoprophetæ, & quia plures, & quia mendaces: præualent enim mendacia apud mundiales Principes.

3. *Reg.* 22. Ait illi Rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an ceſſare? Cui ille reſpondit: Aſcende, & vade proſperè, & tradet eam Dominus in manus Regis. Dixit autem Rex ad eum: Iterum, atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi, niſi quod verum eſt in nomine Domini.

§. I.

Ad Prophetæ honorem non inſiliendum. Vbi, vt caυenda verba, quæ teſtentur honorem.

VOcatus Michæas, vt verum euentum belli prædiceret, prius ea dixit, quæ comes aulicus optaret Regi, nimirum: *Aſcende, & vade proſperè, & tradet eam Dominus in manus Regis.* Non, quod ea futura; ſed magis, quod cominer optaret, Regi reſpondit. Et cur non ſtatim dixit, quod erat futurum? Theodoretus qu.65 *Expectauit, vt iureiurando adigeretur, & deinde verum diceret.* Maluit compulſa Rege, quàm ipſe ſtatim proſiliret ad Prophetæ honorem: ipſe bonus Propheta, qui non proſilit in talem honorem, ſed magis expectat, vt adigatur, & compellatur Matthæi cap.21. *Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim.* Vinea eſt Eccleſia Dei; ſepes intelligitur cuſtodia Angelorum, torcular autem, qui ſunt? Mihi placet ſententia, per torcularia intelligens Prophetas: vt enim in torcularibus, niſi de preſſura præli non elicitur honor vini, ſic Prophetæ honor non ſponte eliciendus, ſed ita aſſumendus, vt videatur vi, & coactione extortus. Quò ſpectans Imperfectus homil.40. in Matthæum: *Torcular autem fodit in ea, Prophetas, ex quibus, quaſi ex torcularibus gratia Spiritus Sancti decurrebat, vt muſtum. Ex quibus nonnunquam petati filij Iſrael muſti admirabantur virtutem.* Quippe vt muſtum non fluit niſi de præli compreſſione, ſic ſalutaria prophetiæ verba non ſponte fluere, ſed quaſi vi extorqueri cernantur. Quò forſan ſpectat illud Ezechiel cap.20. vbi dicit: *Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Africum, & propheta ad ſaltum agri meridiani.* Expende: *Stilla, & propheta.* quibus oſtenduntur verba prophetiæ non pleno alone currere, & feſtinare debere, ſed guttatim, quaſi liquores, qui vi ignis, aut compreſſione præli ſtillantur. Sic quæl[...] et verba, quæ te Prophetam, vel quemlibet alium honorabilem v[...]n reſtantur [...] non pleno amne fluant, [...]ed quaſi d[...] præli compreſſione ſtillent; hoc eſt, guttatim, quaſi [...] extorta

Theodor.

Matth. 21.

Imper.

Ezech. 20.

1. torta oriantur. Vnde dicebat illa Cant. 1. *Botrus Cypri dilectus meus mihi.* Vt enim a botro vini honor non fluit, niſi de compreſſione prælı: ſic a Ieſu honoris, & poteſtatis verba minimè fluebant, niſi vi neceſſitatis extorta, & tunc non tam fluebant, quàm ſtillabantur. Quò ſpectans D. Baſil. Sel. orat. 42. ſatur: *Hoc iterum dicam, quod antea ſæpè, Chriſtum Deum non tam quid è dignitate ſua ſit; quàm quid è ſalute noſtra, neque tam, vt grandia quædam loquatur, quàm vt id, quod nos attrahere queat, conſiderare. Quo nomine ſublimia, & magna, parcè, & latenter loquitur, humilibus verò, & abiectis circumfluit eius oratio.* Expende illa: *Grandia, & ſublimia parcè, & latenter loquitur*; nimirum, quæ illum grandem, & ſuper omnes creaturas ſublimem teſtabantur, ea rarò, infrequenter, & quaſi coactus promebat. Vtinam ſic omnes ad grandia noſtra non inſiliamus. Baſil.

§. II.

Non ad triſtitiam, ſed ad lætitiam, & proſperitatem pertinet, quod peccatores puniantur.

STo à ſententia potantium, Michæam ſciuiſſe, vt periturus erat Achab in bello: & tamen dixiſſe illud: *Aſcende, & vade proſperè.* Et vnde in exitio, & perditione poterat affulgere læta proſperitas? In eo, quod ſcelestus Rex perdendus erat: ruina enim peccatoris, non ad triſtitiam, ſed ad lætam proſperitatem pertinet. Dicebat Dominus Ieremiæ cap. 1. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas; & diſperdas, & diſſipes.* Quid triſtius excogitari poteſt, quam diſſipatio, & perditio regnorum, & gentium? Et tu, Domine tuum Prophetam inter tot triſtitias conſtituis. Cur illi tot infortunia exhibes? Cur non magis proſperitate aliqua Prophetam delinis? Equidem Deus non triſte, ſed lætum, & proſperũ duxit, quòd eliminentur, & perdantur proterui peccatores. Dicit Orig. hom. 1. in Ier. *Nec aliquis exiſtimet triſte quiddam Ieremiam recepiſſe, quia conſtitutus eſt ad eradicationem regnorum, & gentium. Bonitatis Dei iſtud eſt indicium, eradicare vitia per ſermones, immica cœleſtis regni regna deſtruere, & bellantes cum ſua gente caeterè naticaci, eradicare, & ſubuertere.* Expende ab illis: *Nec aliquis exiſtimet triſte quiddam,* &c. non enim triſte eſt; ſed lætum, ſed proſperitate plenum, quod eradicentur ſceleſti, & è mundo eiiciantur. Non immeritò Iſaias cantatiſſimæ viſionis cæleſtis ſibi factæ tempus notabat dicens cap. 6. *In anno, quo mortuus eſt Ozias Rex, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum,* &c. Alias ſolent Prophetæ dicere tempus vitæ Regum, ſub quibus prophetant, in præſenti autem, vbi tãta viſio Iſaiæ proponenda erat, ex qua tantum bonum populo affulgebat, non vita Regis; ſed mors eius oſtenditur præceſſiſſe. Et cur in præſenti præmittitur mors Regis, vt tam illuſtris, & ſalutaris viſio annuncietur? Quid mortis luctus cum tam magnifica Dei oſtenſione facta populo? Erat Rex ille impurus: erat reus vſurpati ſacerdotij: offenderat Deum volens per ſeipſum adolere incenſum Deo, quod minimè ei licebat: propter quod Deus illi, & populo iratus erat, nec per Prophetas loquebatur eis. Vbi autem impurus iſte, & reus infenſus Deo ſublatus è mundo eſt, Dei ira ceſſauit, & inceperunt omnia proſpera, & læta. Ait D. Chryſ. hom. 4. in Iſaiæ præfata verba dicens: *Factum eſt, anno, quo mortuus eſt Ozias Rex, videbam Dominum ſedentem in throno excelſo, & eleuato. Cùm ille mortuus eſſet, tunc vidi Dominum. Nam antea Deum non videbam nobis iratum. Venit mors impuri, & ſoluit iram. Hanc ob cauſam, cùm vbique Regum vitam commemoret, hic mortem dicit Oziæ. Mortuus eſt impurus, & Deus reconciliatus eſt hominibus.* Sic de eradicatione malorum nunquam non proſperitas affulget.

Ierem. 1.

Orig.

Iſaia 6.

Chryſoſt.

§. III.

Quæ à Deo veniunt veritatis verba non poſſunt non eſſe in deſtructionem peccatorum.

AVdit Achab ſibi proſperitatem futuram, dictam etiam a Michæa; nec tamen quieſcit; ſed adhuc inſtat ſatus: *Iterum, atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi, niſi quod verum eſt in nomine Domini.* Et vnde patuit Regi, prima Michææ verba non veniſſe in nomine Domini? Cur reiectis illis, quaſi à Deo non eſſent, illa requirit, quæ à Deo ſibi videantur apertè veniſſe? Hoc eſt ſignum euidens verborum à Deo venientium, quod ad deſtructionem, & euulſionem peccatorum veniant; non ad fomentum, & proſperitatem eorum. Ierem. cap. 1. dicebat Dominus: *Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas,* &c. Expende conſequentiam verborum: prius ponuntur Dei verba in Ieremiæ ore; deinde illi mandatur deſtructio regnorum peccati: inde enim verba noſcuntur à Deo venire, quòd ex illis naſcatur deſtructio peccatorum. Dicit Orig. hom. 1. in Ierem. *Quicunque à Deo acceperit verba, ſumens gratiam valeſcit eloquij, ideirco ea accepit, vt regna, gentesque eradicet, ac ſubuertat. Regna, & gentes varia delicta ſunt, quæ humanas animas poſſederunt, & hæc ſunt, quæ euelluntur, & ſuffodiuntur à ſermonibus Dei, qui dati ſunt, ſiue Ieremiæ, ſiue cæteris Sanctis.* Nullo clarius cernuntur verba a Deo venire, quàm ſi videantur eſſe in peccati deſtructionem. Quod notabat Pſalmus 28. dicens: *Vox Domini ſuper aquas. Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros, & confringens Dominus cedros Libani.* Habet hoc ſingulariſſimum vox, quæ à Deo venit, quod cedros Libani confringat. Et cur Libani ſolas cedros confringere dicitur vox, quæ venit à Domino? An, quia inibi colebantur idola, erátque idololatriæ regnum. D. Baſil. ita ait: *Non autem omnes cedros confringet Dominus; ſed Libani tantum, quoniam Libanus eſt idololatriæ locus.* Eo tendit vox, quæ venit à Domino, vt conterant idola, vt proterui peccatores deleantur. His annuit in præſenti Arnobius ſatus in hunc modum: *Dedit vocem Dominus ſuper aquas, id eſt, ſuper ſectas gentium, vt ſanentur in virtute, & in magnificentia Chriſti Ieſu. Quicunque autem rebellis extiterit, & elatus, ſicut cedrus Libani, confringetur, comminuetur,* &c. Sic peccantium regnum deſtruitur per vocem, quæ eſt à Deo. Dicebat etiam Dauid Pſalm. 67. *Dabit Dominus verbum euangelizantibus virtute multa.* Circa quæ verba Origenes hom. 1. in Ieremiam, ait: *Scriptum eſt: Dabit Dominus verbum euangelizantibus virtute multa: virtus eſt eradicans, & ſuffodiens. Si qua infidelitas, ſi quod mendacium, ſi qua luxuria non eſt ſuffoſſa, ſicubi idolum in corde conſtructum eſt, illo depoſito ædificetur templum Dei, & inueniatur gloria eius in eo.* Inde verborum à Deo venientium virtus noſcitur, ſi peccatorum regna funditùs deſtruat, & eradicet ab humanis cordibus. Matthæi cap. 21. dicebat Dominus ficui: *Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt continuò ficulnea. Et videntes Diſcipuli mirati ſunt.* Et cur mirabantur Diſcipuli? Paſchaſius in hunc locum ſic ſcribit: *Mirati ſunt quia ſermo eius citiùs, quàm flamma, ad radices illius deſcendit: quia ſermo penetrabilior eſt omni gladio ancipite, & fortior ſecuri, quæ poſita eſt ad radices arborum.* Sermo, qui à Deo, fortiſſimus eſt, vt deſtruat malos & infrugiferos. Huc trahe dicta infrà §. 35.

Ierem. 1.

Orig.

Pſal. 28.

Baſil.

Arnob.

Pſal. 67.

Orig.

Matth. 21.

Paſchaſ.

§. IV.

Non præceps, ſed cunctabundus ſis in prædicanda veritate, quæ potentes mordeat.

ILlud venit notandum, nimirum, quantis inſtet Achab, vt veritatem à Michæa extorqueat: dicit enim Text. *Iterum, atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi, niſi quod verum,* &c. Non ſemel tantùm; ſed & bis adiuratur Propheta, veritatem dicat: adeò enim cunctabundus hærebat, vt egeret repetitis iis adiurationibus. Nec miror: vt enim ſciebat, veritatem illam ingratam futuram Regi; ſic cunctabatur illam dicere. Ne nos præcipites, ſed cunctabundi magis oſtendamur in prædicanda veritate, quæ Regibus, & potentibus futura eſt ingrata. Explicaturus Daniel veritatem ſomnij de arbore exſcindenda, hoc eſt, de Nabuchodonoſore à regno eiiciendo, non parum tacitus hæſit coram Rege. Ait enim Text. c. 4. *Tunc Daniel cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare, quaſi vna hora.* Vna hora hæſit, vna hora cunctabatur dicere. Et cur tandiu cunctatur? Dicturus erat veritatem moleſtiſſimam Regi, in qua euulganda non præceps, ſed cuncta-

Dan. 4.

bundus videri malebat, vt ſic oſtenderet, quàm ipſe ex ſe Regem venerabatur. Dicit D.Hieron. *Tacitus intellexit Daniel ſomnium eſſe contra Regem: & timore mœroris vultus pallore ſignabat, dolebàtque pro eo, quòd ei plurimùm honoris detulerat, & ne videretur inſultare contra Regem.* Sic Daniel cunctando oſtendebat affectum ſuum bonum in Regem, & dolorem de futuris malis. Addit Carthuſian. *Cogitabat Daniel, qua ratione regia culminis ſeruaret honorem; nec tamen abſconderet veritatem, ideóque per illam horam præmeditabatur Daniel, quemadmodum ſine iniuria veritatis, & offenſa Regis, reſponſum ſuum ordinare oporteret.* Hoc conueniant, qui ex officio habent veritates ingratas Regibus, & potentibus denunciare, & diſcant non præcipites ferri in id munus; ſed cunctabundi magis, meditantes, qua ratione ſine veritatis iniuria, & offenſa Regum id munus debeat præſtari. Quod quia fecit Daniel vel in renunciandis malis, fuit barbariſſimis etiam tyrannis gratus. Ex quo interpretor Ioſephum, ne videatur in hiſtoria ſua dixiſſe maximum mendacium: dicit enim lib.10. Antiq.cap.12. *Cum alij Prophetæ calamitates prædicerent, ideóque malam gratiam apud Reges, & multitudinem vulgarem inirent, Daniel bonarum rerum Vates fuit, vt propter fauſtam ominationem quidem, beneuolentiam omnium ſibi conciliaret.* Et fallar, ſi quis Propheta dixerit plures, & maiores calamitates Regibus, quam Daniel dixerit: is enim dixit Nabuchodonoſor, vt erat eijciendus à regno, & inter beſtias conſtituendus; vt totus regni aureus ſplendor comminuendus erat à lapillo ſciſſo ſine manibus: Balthaſari dixit, vt eius excidium erat iam in ianuis: & omnibus prædixit regnorum turbationes, aduentum Antichriſti, rabidiſſimam eius perſecutionem. Vnde ergo ex fauſtis ominationibus beneuolentiam omnium ſibi conciliauit? Nónne potiùs omnia illius dicta infauſtiſſima erant? Erant quidem, ſed bonus, & gratioſus vir ſic illa temperabat, iis doloris ſignis illa veſtiebat, vt ſine iniuria veritatis, & offenſa Regum omnia diceret, & omnium animos ſibi raperet; non minùs quàm ſi cuique lætiſſima prænunciaret.

Hieron.

Carthuſ.

Ioſeph.

§. V.

Nomen Domini nunquam non veritati debet adiungi.

SApienter dicebat Rex: *Adiuro te, vt non loquaris mihi, niſi quod verum eſt in nomine Domini.* Non ſolùm petit nunciari ſibi, quod verum eſt; ſed quod verum eſt in nomine Domini: nomen enim Domini nunquam non debet habere veritatem certiùs adiunctam ſibi. Deuter.32. dicebat Moyſes: *Audite, cæli, quæ loquor: audiat terra verba oris mei. Concreſcat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina, quia nomen Domini inuocabo.* Inde petit audiri voces ſuas, & ſuſcipi doctrinam ſuam, quia inuocabit nomen Domini. Et quid habet nomen Domini, vt inde doctrina Moyſis debeat magis ſuſcipi? Habet equidem ſibi adiunctam certiſſimam veritatem. Quò ſpectans Gloſſa ait: *Nomen Domini inuocabo. Demonſtrat, quæ ſit pluuia. Nomen enim Domini inuocare, eſt, Euangelium prædicare.* Demonſtratur equidem, qualis ſit pluuia doctrinæ Moyſis, quàm certa, quàm vera ex Dei nomine ſibi adiuncto. Verba enim, quibus adiungitur nomen Dei, adeò vera ſunt, vt quæ contineant velut euangelicam veritatem. Nec vnquam Nomini diuino mendacium adiunges, quin ingentium pœnarum reus fias. Zachar.cap.13.dicebat: *Dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum: Non viues: quia mendacium locutus es in nomine Domini.* Circa quæ D.Cyrill.Alex.ait: *Satis enim eſt illis ad quoduis ſupplicium decernendum in filium, quòd falſa in nomine Domini locutus ſit.* Proh parentum pietatem inſignem! Etſi parentes ſint, etſi filiorum amatores; vbi vident filios mendacia dicere in nomine Domini, nullum non ſupplicium decernunt aduerſùs illos.

Deuter.32.

Gloſſ.

Zach.13.

Cyril.Alex.

§. VI.

Felix, qui ſolas Dei veritates amat audire, & colloqui de Deo vero.

QVàm felix eſſet Achab, ſi id, quod dicebat ore, animo ſentiret: ait enim. *Non loquaris mihi, niſi quod verum eſt in nomine Domini.* Hoc perfectorum, hoc felicium eſt, qui à fabulis, à turpiloquijs aures auertunt; qui ſola, quæ Dei ſunt, volunt audire. Miſeri, iuxta Apoſtolum 2. ad Timotheum, cap.4. *A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* At felices vnum Deum ſpectant, ab eiuſque ore pendent; nec alia audire malunt, quam quæ Dei ſunt. De Magdalena Verbum vitæ quærente in ſepulcro ait D.Ioan.cap.2. *Vidit duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicunt illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio, vbi poſuerunt eum. Hæc cùm dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum.* Quid mirabilius? Mulier videt Angelos, audit Angelos, & Angelis terga dedit. Cur, mulier, non vrbanior cum Angelis es? Cur loquentibus ad te Angelis das terga? Quærebat Verbum vitæ, & nullum aliud verbum videre, aut audire ſuſtinebat. Ait Origen. in præſenti: *Maria nimio dolore confecta nullam recipit conſolationem, ad nullum attendit conſolatorem; ſed intra ſe cogitat dicens: Proh dolor, qualis eſt iſta conſolatio? Qualis eſt iſta viſitatio? Onerosi ſunt mihi omnes conſolatores, grauant me, & non conſolantur. Nolo Angelos videre. Si cœperint mihi multa narrare, etſi voluero illis ad omnia reſpondere, timeo, ne amorem meum magis impediant. Non quæro Angelos; ſed eum, qui fecit me, & Angelos. Ipſum ſolum quæram: ipſe ſolus me poteſt conſolari.* Sic ſancta mulier vel Angelorum narrationes, & colloquia detrectat, dum vnum vitæ Verbum ſpectat. Et quæ colloquia non vitaret, quæ vitat colloquia angelica? Nec miror: habent colloquia de Deo ſuperiorem dulcedinem, ſuperiorem conſolationem, quæ nos feliciſſimè deducit in requiem. Pſal.136. *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur Sion. In ſalicibus, in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate nobis de canticis Sion.* Hoc fatentur ſibi accidiſſe in ærumnis, & luctibus captiuitatis, quòd eorum domini nihil aliud ex illis volebant audire, quam diuina cantica, quam voces, & verba, quæ Deum verum halarent. Quorſum hoc ad eorum felicitatem? Ait D.Chryſoſtomus ibi: *Non parum hinc lucrifaciebant, quòd eis barbari inſtarent, & cantica eorum audire cuperent.* Planè non parum lucrum illis erat, quod finerentur colloqui inter ſe de Deo. Imò hoc illos feliciſſimè in requiem deducebat. Ait D.Bernard.ſerm.33.in Cant. *Si incipias loqui de cælo, qui de cælo eſt, iucundum & fauorabile quippiam cantare nobis de canticis Sion, narrare etiam de ciuitate Dei, de pace ciuitatis, de æternitate pacis, de ſtatu æternitatis, dico vobis, erit pro vehiculo animæ dormitanti, & pigritanti tota narratio, ita vt pellat omne faſtidium ab animo audientis, & à corpore fatigationem.* Nihil moleſtum faciunt ſentiri in animo, aut corpore colloquia de Deo. Vt cantus viatores, & laborantes demulcet, ne moleſtiam ſentiant: ſic colloquia facta de Deo, & de eius bonis æternis, nos ſine moleſtia deducunt in veram requiem. Nec ſolùm fatigationem depellunt; ſed & lucem faciunt in medijs tenebris. Pſal. 134. *Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit.* Ecce tibi, vt inter tenebroſa, & obſcura nubila, fulgurum ſplendores videntur: ſic inter eos, qui colloquuntur de Deo, luces vndique emicant. Ad hæc Orig.hom.5. in Ier. *Fulgura ex nubium colliſione generantur, in morem ſilicum duriorum, quos ſi cum comploſeris ſibi, medius ex his elabitur ignis. Moyſes nubes erat, Ioſue Naue nubes erat. Si ſecum loquantur, ex ſermonibus eorum fulgura micant. Potes & tu,* &c. Quoties in tenebris fueris, quoties nigrantia nubila mentem tuam teneant, ne veritates Dei videas, loquere & tu de Deo, & non parua lux tibi affulgebit. Et quia Iudæi colloquia de Deo, & bonis æternis dimiſerunt, ideò in perditione manent, & tenebris. Repellens Chriſtus Dominus populum Iudæorum in figura ficulneæ ſterilis dicebat, apud Matthæum cap. 21. *Nunquam ex te naſcatur fructus.* Vnde tanta perditio?

2.Timoth.4.

Ioan.2.

Orig.

Pſal.136.

Chryſoſt.

Bernard.

Pſal.134.

Orig.

Matth.21.

Paſcaſ. dit. Ait Paſchaſius ibi: *Non ideò Iudæi iuſtitiam fidei perdiderunt, quia eos Deus dereliquit, ſed ideò eos dereliquit Deus, quia iuſtitiam non afferebant, vt nec ipſa ſpecies pietatis eſſet in eis, nec ſermo.* Ex quo vel ſermo de virtutibus, de Deo deſijt in eis, ad fabulas, & tranſitoria, & iudicia verba conuerſi perierunt.

3. *Reg.* 22. Et ait illi: Vidi cunctum Iſraël diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes paſtorem, & ait Dominus: Non habent illi dominum: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace. Dixit ergo Rex Iſraël ad Ioſaphat: Nunquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum; ſed ſemper malum?

§. VII.

Vel vnus ſtet aduerſus impiorum ruentem multitudinem.

QVadringenti erant Prophetæ Baal, qui vno ore bona, & felicia prænunciabant Regi in futuro bello. Contra quos vnus ſtabat Michæas dicens: *Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes paſtorem.* Illi felicitatem clamabant Regi, & populo: hic diſperſionem, & cladem prædicabat populo, & Regi. Et cur vnus non magis rapitur ad ſententiam quadringentorum? Cur vnus mauult repugnare quadringentis in offenſam Regum? Stabat hic pro veritate, pro qua quilibet debet ſtare aduerſùs multitudinem ruentem. Dum Rex Babyloniæ ſtatuam auream propoſuiſſet adorandam populis Dan. c. 3. *Cadentes omnes populi, Tribus, & linguæ adorauerunt ſtatuam auream.* Et quando omnes populi ſtatuam adorabant, inuenti ſunt tres pueri Hebræi, qui populorum adorationi non conſenſerunt. Dicit enim Textus. *Sunt ergo viri Iudæi, Sidrach, Miſach, & Abdenago, viri iſti contempſerunt, Rex, decretum tuum.* Ecce tibi, qui a veritate ſtabant ſoli vt tres, minime rapiuntur à multitudine. Quod ponderans D. Chryſoſt. hom. de tribus pueris, habita tom. 6. ait: *Impiorum mandato nequaquam erant Sancti ceſſuri, ſed cum omnes pro modum velut à torrente quodam violento, impoſtura ſtultitiæ ad idolatriæ præcipitium deuoluerentur, tres iſti præclaré ... non tantùm pietate quadam pietate fideliter mouerentur, ... fluctu minime ſunt arrepti. Conueniebat illis, vt dicerent illud Pſalm. 123. Niſi quia Dominus erat in nobis, forte viuos deglutiſſent nos. Cum iraſceretur furor eius in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem. At neque fluctus ſunt ab ſorpti.* Intolerabilis erat inundatio gentium, quæ currebant ad imaginem adorandam, ſed non rapuit tres adoleſcentes. Cùm torrentis impetu vniuerſi populi inuoluerentur, hi ſoli tres viri pro veritate ſtabant. Et quid facerent tres ſtantes pro veritate? Aiebat Sapientia cap. 3. *Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.* Vt vna ſcintilla in arundineto diſcurrens, non opprimitur multitudine arundinum, quin ex earum perditione ipſa magis ſplendet, & fulget: Sic vnus iuſtus pro veritate ſtans non opprimitur errantium multitudine; ſed magis ipſe errores conficiens in maiorem ſplendorem exſurgit. Quò ſpectans D. Chryſoſt ſuprà dicebat: *Neque ſuam paucitatem tres reſpicere capti, quanquam à tam multis vexati, ſed probè nouerant vel minimam pietatis ſcintillam ad omnem impietatem exurendam, ac delendam ſufficere. Recordabantur Abraha, qui cum ſolus in toto terrarum Orbe Dei cultor eſſet, impiorum turbam ſecutus non eſt. Recordabantur Lot, qui apud Sodomitas habitabat, ſed moribus ab eis longè diſſidebat: obuerſabatur eorum animis Ioſeph, qui ſolus in Ægypto continentiam amplectebatur, &c.* Quid pulchrius? Vna ſcintilla viuit inter innumeras arundinum faſces. Vnus Abraham, vnus Lot, vnus Ioſeph, vnus iuſtus inter exercitus impiorum triumphat.

Dan. 3.

Chryſoſt.

Sap. 3.

Chryſoſt.

§. VIII.

A diuiſione malum.

INfauſtum planè erat illud, quod ait: *Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus.* Vbi enim Iſraelitæ non adunati, ſed diſperſi, & diuiſi repræſentabantur, non poterat eſſe illa repræſentatio ſalutaris. Fugiebat Ionas a Domino, & interceptus tempeſtate, ſorteque comprehenſus vocatus in iudicium a nautis, a quibus interrogatus, quis eſſet, reſpondit cap. 1. *Hebræus ego ſum, & Dominum Deum ego timeo,* &c. Iam multis abhinc annis, Hebræorum natio diuiſa erat in duo regna, nimirum, in regnum Iuda, & regnum Iſrael. Pro quorum diuiſione alij vocabantur Iudæi, alij Iſraelitæ. Cur ergo Ionas cauens Iudæi, vel Iſraelitæ vocabula, Hebræum ſe in præſenti dixit? Non id abſque myſterio fuit, ſed, qui ſalutis volebat auſpicium, nomen vnitatis præmiſit, cauit illa nomina, quæ diuiſionem importabant, a qua nullum vnquam bonum affulget. Dicebat in præſenti Rupert. *Multum quippe ad myſterium pertinet, quòd non dixit, Iudæus, aut Iſraelita ſum ego, quæ nomina, ſcilicet, Iudas, & Iſraelita, diſcordia diuiſerat, qua per Ieroboam ſcindentem decem Tribus à domo Dauid receſſerunt.* Equidem multum pertinebat ad myſterium ſalutis in hiſtoria Ionæ repræſentatæ, quòd nomina fugerentur, in quibus oſtendebatur diuiſio. De hac enim nihil ſalutare poteſt hominibus euenire. Vnde ad ſalutari mundi Ieſu locuta Sponſa Cant. 1. dicit: *Faſciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Ex Græco legitur: *Alligamentum guttæ, ſententiis meus mihi in medio vberum meorum manebit.* Non vni flori, aut ar ... comparat Sponſum ſuum, ſed multis, iiſque non diſperſis, & diuiſis, ſed forti alligamento in vnum faſciculum conſtrictis. Et meritò: conſtricti enim flores, & alligati maiorem exhibent fragrantiam. Sic Ieſus non à diuiſione, ſed ab vnitate maiorem ſalutis odorem fragrat. Ait Orig. hom. 2. in Cant. *Nunc ait: Fraternus meus mihi guttam ... & hanc non diffuſam, neque, vt libet, diſperſum, ſed colligatam & conſtrictum, quo, ſcilicet, odor ipſius ſuauitatis denſior redditur, & vehementior.* Sic Ieſus non à diuiſione, & diſperſione, ſed ab vnitate vehementiorem vitæ odorem halat. De diuiſionis malo, & vnitatis bono multa dicta ſunt per omnes tomos.

Ion. 1.

Rupert.

Cant. 1.

Orig.

§. IX.

Non vbi diuiſio, ſed vbi vnitas, ibi verus Paſtor Deus.

ALebat Michæas: *Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oues non habentes paſtorem.* Mortuo Rege diſperſi, & diuiſi Iſraelitæ monſtrabantur, quaſi oues ſine paſtore. Nec miror: non enim, vbi diuiſio, ſed vbi vnitas, ibi verus Paſtor eſt Deus. Quò ſpectat illud Ezechielis cap. 37. *Non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur ampliùs in duo regna, neque polluentur vltrà in idolis ſuis, & abominationibus, & cunctis iniquitatibus ſuis, & ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus ſuis, in quibus peccauerunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus, & ſeruus meus Dauid Rex ſuper eos, & Paſtor vnus erit omnium eorum.* Ecce tibi vbi nulla diuiſio appareat, ſed perfecta vnitas, vnus Paſtor Deus ſuper illos veniat, qui eos paſcat, & in ſalutem deducat. De vnitate & concordia hominum naſcitur, quod Deus illorum Paſtor fiat. Sic ibi ponderat Theodoret. inquiens: *Hic in ... quæ à Domino Chriſto in ſacris Euangeliis dicta ſunt: Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor.* Oportebat equidem priùs diſperſas, & ſeparatas oues redigi in vnum, vt poſt factum ouile vnum, Deus illis Paſtor fiat. Hinc clamabat illa Cant. 1. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes.* Vehementer cupiebat ſibi monſtrari, vbi Deus Paſtorem agebat. Et quo merito id ſibi oſtendi cupit? Illo, quo dixit: *Indica mihi,* nimirum, mihi vni: ex eo enim, quòd multæ gentes adunatæ, quaſi vna gens factæ ſunt, iure optimo Paſto-

Ezech. 37.

Theodor.

Cant. 1.

rem ſibi Deum requirunt. Ait D. Auguſt. ſerm. 50. de verbis Domini : *Dicite omnes : & tamen vna dicit : quia* Auguſt. *vnitas dicit : Annuncia mihi, quem diligit anima mea. Erat enim illis in Deum vna anima, & cor vnum. Annuncia mihi, vbi paſcas, vbi cubes.* Ex quo multi facti ſunt vnum, iam de vnitate ſecuri Deum, & paſtorem, & paſcentem ſuos monſtrari ſibi contendunt.

§. X.

Qui Spiritu Dei agitur, non ſemper malorum aſſertor eſt.

AVdito Michæa, dicit Achab ad Ioſaphat : *Nunquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum; ſed ſemper malum?* Semper ſibi à Michæa malum prophetari dicit, in quo crediderim, Achabum falſum fuiſſe, aut 3. Reg. 20. mentitum. Suprà enim 3. Reg. 20. Achab à quodam Propheta Dei monitus dicitur de victoria obtinenda aduersùs Syros, quam & glorioſiſſimè obtinuit. Et Propheta tantæ victoriæ annunciator creditur fuiſſe Michæas. Sic putat Abul. & Author Hiſtoriæ Scholaſticæ, & Lyra, & alij plures Hebræi. Quod mihi maximè perſuadet mos ille ſeruatus à Deo in ſuis miniſtris : qui enim Dei ſpiritu implentur, illóque aguntur, non ſolent ſemper malorum eſſe aſſertores; ſed & bonorum. Nota eſt ſeueritas Eliæ, qui poſt alia multa mala illata incredulis, tandem ait 3. Reg. 17. *Viuit Dominus, in cuius* 3. Reg. 17. & 18. *conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.* Sic bonus in pœnam peccatorum terram percutit ſterilitate per plura tempora. Miſertus tandem Deus terræ ait Eliæ cap. 18. *Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ.* Miſertus itaque Deus terræ, & volens dare pluuiam, monet Eliam, vt Regi adſit, & pluuiam denunciet. At, quid hoc? Nónne Deus ea ſe ſolus poterat dare pluuiam? Cur requirit Eliam, & facit, vt eam ille præſtet? Vt Elias ſterilitatis fuerat aſſertor, ſic obligabatur à Deo, vt eſſet etiam fœcundæ pluuiæ denunciator, ne videretur ſolùm malorum denunciator eſſe. Ait D. Chryſoſtomus orat. in Petrum, & Eliam, habita tom. 6. *Poterat quidem Deus ſine Elia hoc facere,* Chryſoſt. *ſed nolebat tamen proprium famulum contemnere, ne malorum conciliatorem Eliam; bonorum autem Deum diceret::: Poterat quidem ille id facere ſine te, ô Elia : ſed volebat tamen, vt quemadmodum mala inuecta fuerant per te; ita & & bona per te conciliarentur.* Hunc ſpiritum ſuis indit Deus, etiam in peccatores; ne ſemper ſint malorum importatores, declamatores; ſed & bonorum ſint conciliatores. Diuiſum à Deo mare rubrum habuit intra ſe duos populos, Ægyptum, & Hebræum. Quid tandem factum eſt? Ait Exod. 14. *Reuerſaq; ſunt aquæ, & ope-* Exod. 14. *ruerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare : nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autem Iſraël perrexerunt per medium ſicci maris.* &c. Eædem aquæ Ægyptios perimunt, & dimittunt Iſraelitas ire incolumes. Agebantur equidem virtute Dei, ideò non ſolùm mala Ægyptiis; ſed Iſraelitis bona ſimul important. Ait D. Chryſoſtomus ſerm. Qui ſibi non facit iniuriam, à nullo lædi poteſt. fatus : *Aquarum incendiſi fluctus, quaſi ratione, & intelligentia præditi moderatio-* Chryſoſt. *nem, & obedientiam præſtiterunt, qui modò cuſtodes, modò carnifices pareret, ac munus explerent, atque vno eodémque die contraria ſibi munia exequerentur.* Expende illa : *Modò cuſtodes, modò carnificis munus,* &c. non enim qui Dei virtute aguntur, ſemper pro carnificina facienda ſtant; ſed & pro bonis agendis, impetiendis.

3. *Reg.* 22. Ille verò addens ait : Proptereà audi ſermonem Dei : Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dexteris, & à ſiniſtris. Et ait Dominus : Quis decipiet Achab, Regem Iſraël, vt aſcendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuſcemodi, & alius aliter. Egreſſus eſt autem Spiritus, & ſtetit coram Domino, & ait : Ego decipiam illum. Cui locutus eſt Dominus : In quo? Et ille ait : Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius, &c.

§. XI.

Deo vel in cruce morienti adſtant exercitus validiſſimi pro perdendis impiis.

AIt Michæas : *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris, & à ſiniſtris.* Et quando non aſſiſtat Deo magnus exercitus? Etiam cùm quaſi infirmus decumbit in cruce, & queritur, ſe à Patre derelictum, habet validiſſimos exercitus aſſiſtentes ſibi. Dicit Ioel cap. 2. *A facie eius contremuit* Ioël 2. *terra, moti ſunt cæli; Sol, & Luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui : quia multa ſunt nimis caſtra eius; quia fortia, & facientia verbum eius.* Creduntur hæc verba ſpectaſſe tempus Crucis, quando dum Ieſus meus Cruci apparuit affixus, & terræmotus factus eſt ingens, & petræ ſciſſæ ſunt, & Sol obſcuratus eſt, denſiſſimæque tenebræ operuerunt terram. Tunc Ieſus clamans voce magna expirauit : qui clamor vt ingentes vires morientis exprimebat; ſic & validiſſimos Virtutum cæleſtium exercitus ſibi aſſiſtentes indicabat. Ait enim Ioel, quod inter ſigna concuſſi Orbis *Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui : quia multa ſunt nimis caſtra eius.* Ne dum vocem Dei audis, quærentis ſe derelictum, putes eum viribus deſtitutum, vel tunc etiam aſſiſtebant ei caſtra multa nimis. Vt dicat Rupertus ibi : *Vide, quàm magnificè dictum eſt de homine crucifi-* Ruper. *xo, & derelicto, quod habeat exercitum, cuius ante faciem talem vocem daret. Et verè in illa hora, qua ſic videbatur derelictus, multa nimis erant, & fortia caſtra eius, non ſolùm caſtra Angelorum; verùm etiam caſtra Romanorum, quæ venirent, & facerent verbum eius.* Ecce tibi, crucifixo, & quaſi derelicto à Patre Ieſu in Cruce, aderant multa nimis caſtra Angelorum, & Romanorum, qui eius hoſtes perderent.

§. XII.

Mundiales Reges, non de ſuis; ſed de alienis faciunt ſibi thronos.

ILlud notandum, quod ait Michæas : *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum.* Non ſic locutus fuit Iſaias; Iſaiæ 6. ſed ait cap. 6. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.* Iſaias dixit ſolium excelſum, & eleuatum; non tamen dixit ſuum : Michæas autem tacuit excelſum, & eleuatum; & notanter dixit ſuum. Et quando Iſaias non dixit ſedere Deum ſuper ſolium ſuum, ſed contentus eſt dicere, ſedere ſuper ſolium eleuatum; cur Michæas maluit dicere ſuper ſolium ſuum? Iſaias loquebatur ad populum, cui ſpectabilior erat ſolij celſitudo: Michæas autem loquebatur ad Reges contendentes expugnare regna, & ciuitates, qui non parum docebantur, & mordebantur comparatione Dei throni, quando illi non de ſuis; ſed de alienis thronos habere ſatagunt. Et quis thronus mundialis non de alienis paratur? Dicebat Ioel cap. 2. *Vrbem ingredientur, in muro current, domos* Ioël. 2. *conſcendent, per feneſtras intrabunt, quaſi fur.* Creditur locutus de Imperio Romano, Orbis terrarum expugnatore. Sed tam nobile imperium, quomodo poteſt dici, tanquàm fur, per feneſtras intraſſe? Equidem vt auaritia ductum de alienis exaltabatur; ſic veriùs dicitur fur, quàm Imperator. Ad hæc Rupertus ibi : *Quomodo equitibus, ſeu quadrigis Romani Imperij congruit, vt per* Ruper. *feneſtras intrare in modum furis dicantur? Tam forti quippe imperio ſimilitudo furis incongruè adſcribi videtur. Sed ſciendum, ſicut fortitudinis laudem, ſic è contra profunda auaritia meruiſſe vituperium, & hoc vitium in illo denotari, dum dicitur : Per feneſtras intrabunt, quaſi fur.* Et quod regnum mundiale, quis principatus

ex

ex furtis,& rapinis non ex... litur? Proh quàm ſolo æqualia... cui... non ſua tollantur. ... dicta tom.4. de Chriſto figur. lib... cap...

§. XIII.

Excellens cæleſtium gloria nequit ab homine videri ſine virium defectione.

ETſi Michæas dixerit: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris, & à ſiniſtris. Et ait Dominus: Quis decipiet Achab?* &c. Fuit hæc viſio imaginaria, non realis: non equidem realiter obiectus eſt Dominus ſedens in throno, nec circunſtantes Angeli colloquentes, oculis Michææ, ſed tantummodo illud totum depictum fuit in imaginatione eius. Non enim humanarum virium erat tam ſublime illud Dei, Angelorumque obiectum realiter exiſtens intueri.
Dan.10. Daniel cap.10. dicit: *... & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. & corpus eius quaſi chryſolitus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardentes, & brachia eius, & quæ deorſum ſunt v. que ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis ... Vidi viſionem grandem hanc, & non remanſit in me fortitudo, ſed ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quidquam virium.* Ecce tibi, Michæas omnem exercitum Angelorum videbat cum Deo in ſuo ſedente in ſolio: Daniel vnum ſolum videbat Angelum. Et Michæas non deficit in viſione tantorum: deficit autem Daniel in viſione vnius. Cur ergo non deficit ſicut Michæas, deficit Daniel? An quia imbecillior? Abſit: ſed Michæas videbat Angelos, & ... depictum in imaginatione: Daniel videbat Angelum præſentialiter & ... adſtantem, & totus debilitabatur, immutabatur. Ait D. Chryſoſtomus hom. de principatu, ſatns: *Erat autem Daniel ... ad ... ſed motus ob præſentiam*
Chryſoſt. *Angeli ... in eum ... ſtatum redegerat eum, ... quæ ſunt, qui animam ... ſed ... et pallorem induxit, & ... ſtorem, ... & colorem, ... quæ ... Commutata eſt in corruptionem ſpecies mea.* Expende, ſi las... ob præſentiam Angeli, &c. ... Angeli realis, & vera præſentia tantum timorem incecit Danieli, quo penè exanimis iacuit. Diuerſimode equidem immutant hominem obiecta realiter exiſtentia, ac ea, quæ ſuot in imaginatione ſanctum. Exod. 4. proiecit Moyſes ... qua ... in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. Ex quo ... liber verus ... realis, non imaginarius fuiſſe ... Ait
Epiphan. D. Epiphan. in Anchorato: *Cognovit M... quid id, quod factum erat ... non erat ... apparentia ... erat ..., in eo, quod ... imaginatio ... quod factum erat, non ... in ... ſerpentem.* Non eſt equidem virium humanarum non immutari ad præſentiam realem ubi ... excellenter boni ... mali. Vt pateat inde viſionem Michææ fuiſſe merè imaginariam, qua ... & Angelos vidit bonos, & malos, nec immutatus eſt.

§. XIV.

Vbi permiſſo eſt Dei, adeò infallibiliter prodit malum, vt videatur à Deo iuſſum.

IN hoc ... ſtendit Deus dixiſſe: *Quis decipiet Achab, Regem Iſrael, vt aſcendat, & cadat in Ramoth Galaad?* Et ... Spiritum deceptori dicit: *Decipies, & præualebis; egredere, & fac ita.* Quibus verbis non oſtendi ... Deus velle deceptionem, aut mendacia, nec iubere ... itum oſten ... illa no... emper dire; ſed ma... permiſſione ... quæ permiſſione poſita, ſic ... infallibiliter ... vt videretur à Deo volita, & iuſſa.
Actor.4. Act.4. ... *conuenerunt enim verè in ciuitate hac aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus, & populis Iſrael, facere quæ manus tua, & conſilium tuum decreuerunt fieri.* Dicitur Pilatus, & Herodes executioni mandaſſe, quæ *...de Chriſto figur. Tom.VI.*

Deus decreuit fieri erga Ieſum Filium ſuum. Ergo à Deo decernente, & iubente, quòd Pilatus Ieſum nefariſſimæ morti traderet? Abſit: non enim Deus decreuit, nec iuſſit impium Pilati facinus; ſed permiſit illud fieri, qua permiſſione poſita, ſic proceſſit facinus, vt videretur à Deo decretum, & ordinatum. Rem pulchre tractat D. Leo ſermone 16. de Paſſione, dum afferens prædicta Actorum verba, ait: *Nunquid inquitas perſequentium Chriſtum ex Dei eſt orta conſilio? Et illud facinus, quod omni maius eſt crimine, manus diuinæ præparationis armauit? Non hoc planè de ſumma iuſtitia ſentiendum eſt: Quod itaque Iudæorum furorem ſtimulauit, Pater voluit, in nullo author eorum criminum fuit. Nec ergo, vt hæc vellent, ſed coegit, vt poſſent. & ſic vſus eſt ob... plebis inſania, quemadmodum & perfidia traditoris, quam ab immanitate concepti ſceleris & beneficiis eſt conatus ... & verbis, aſſumendo in Diſcipulum, promiſendo in Apoſtolum, monendo ſignis.* &c. Quid pulchrius? Ecce tibi totam explicatam quæſtionem & ſapientèr, & maximè theologicè. Etſi enim dicatur Deus decreuiſſe, & oſtendatur iuſſiſſe fieri mala, credendus eſt non iuſſiſſe nec decreuiſſe; ſed ceſſiſſe, & permiſiſſe, ex qua poſita permiſſione, ſic certò malum prodit, vt videatur iuſſum fuiſſe. Sic dicebat Ieſus proditori ſuo Ioan.13. *Quod facis, fac citius.* Et tamen illis verbis non imperium ſed permiſſioné oſtendebat. Et quando verba imperium ſonant, vnde intelligeremus ibi non imperium eſſe, ſed permiſſionem? & adiunctis id ſolet nobis ſatis manifeſtari. Hic ſimul enim dicebat Iudæ: *Fac citius*, & illum à facinore, & minis, & beneficiis reuocare curabat. Simul Achabi deceptionem procurabat verbis, & proponebat Michæam, qui veritatem illi prædicaret. Quando enim Deus aliquid imperat, nihil ipſe Deus molitur contrarium rei imperatæ. Quando autem permittit tantùm, tune multa ſolet mouere, quibus homines à facinore reuocet, nimirum, admonitiones, minas, & alia.
Leo.
Ioan.13.

§. XV.

Bonus Eccleſiaſtes ea, quæ magis inſtant ad animarum ſalutem, proponat, cæteris prætermiſſis.

AD Diaboli cum Deo colloquium feſtinans Michæas, cæleſtium militum ſententias prætermittit: dicit enim Text. *Dixit vnus verba huiuſmodi, & alius aliter. Egreſſus eſt autem Spiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam*, &c. De iſto tertio ſolo verba exprimit, de priſtinis ... Spiritibus bonis ſolum dixit locutos in rem fuiſſe: quid autem dixerint, minime exprimit. Et quando illi ſedoucunt boni Spiritus fuiſſe, hic autem malus; cur bonus Propheta illorum dicta prætereat, totus intentus ad huius dicta referenda? Huius ſolius dicta conducebant ad hoc, vt Achabus, cognita Dæmonis fraude, à perditione poſſet auerti. Bonus Michæas, etiam ſanctorum Spirituum ſententias prætericns, ad illam ſolam exponendam accedit, quæ tune magis inſtabat, vt Achabus à malo auerteretur. In quo munus perfecti Eccleſiaſtæ adimpleuit, cuius eſt, cæteris prætermiſſis, ad illa venire, quæ ad hominum ſalutem inſtantem magis pertinent. Aiebat Moyſes c.1. Gen. *In principio creauit Deus cælum, & terram.* & deinde explicat, vt creata lux, vt creatæ plantæ, & herbæ, & reptilia, & volatilia, & cætera animantia terræ. Et inter tot ſpecies creaturarum, minimè refert creationem cæleſtium Spirituum. Et cur tantorum Spirituum creationem præterit, ad minimè reptilis creationem accedens? Loquebatur Moyſes ad populum recenter eductum de Ægypto, vbi & reptilia, & aſtra, & creaturæ aliæ materiales Dii habebantur ab hominibus, quæ ab ... rum ... perditionem contendebant. Ideò bonus Eccleſiaſtes feſtinat oſtendere populo, vt res aſtæ viſibiles in ordine creaturarum erant; & prætermiſſa ſpiritualium creatione, ad creationem reptilium, & volatilium, & animantium accedit, quæ pro tunc magis inſtabat, vt populus ille ab idololatria arceretur, & in ſalutem duceretur. Ait D. Cæſarius, Nazian. frater, dialog. *Quare Moyſes non ab Angelis, & iis, quæ ſunt in ſupernis exorſus eſt de creationem, ed prætermiſſis Angelorum nationibus, à cælo, & terra contextum exorſus eſt?* Ecce
Gene. 1.

 tibi

tibi propoſita quæſtio. Accipe ſolutionem eius in rem præſentem. *Conueniens temporibus, & hominibus vtile principium ſtudij ſui ſtatuit; quando id temporis ex Ægypto in lucem exierant, & inſinuatos auribus illorum errores habebant. Nam alij quidem impiorum cælum, alij verò terram deificarunt. Alij autem Soli, & Lunæ venerationis cultum exhibuerunt. Alij item fontes, & flumina Deos eſſe aſſerunt. Propter quos Moyſes relicta vltramundanis, ab iniqua captus noſtro ſunt expoſita, narrationem orditur.* Equidem vtilibus hæc deificantibus vtilius erat, de horum ortu, & interitu audire, vt ab errore liberi in ſalutem irent. Ideò bonus Propheta prætermiſit ſpiritualium, & inuiſibilium creationem dicere, vt ea diceret, quæ tunc magis faciebant ad reuocandos homines ab erroribus. Quam mentem vtinam vniuerſi Concionatores haberent, & ſubtilium rerum tractationes præterirent, intenti illis rebus, quæ vtiliores ſunt, vt homines à peccatis auertant.

Cæſar.

§. XVI.

Eſt etiam cæleſtium ſpirituum diuerſa ſentire, diuerſaque loqui.

ASſiſtebat Deo omnis exercitus cæleſtium, qui interrogatus de modo Achabi perdendi, in varias diuerſaſque ſententias diuiſus eſt. Ait enim Textus: *Dixit vnus verba huiuſcemodi, & alius aliter.* Non omnes in eandem ſententiam ibant, nec in vnius verba iurabant; ſed diuerſa ſentiebant, diuerſaque loquebantur. Non ſic exercitus ille Seraphinorum, qui ſolium Dei circundabat Iſaiæ cap. 6. quorum duo Principes cernebantur apertiùs, de quibus omnibus dicitur, quod *Clamabat alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum.* Et Eccleſia in communi Præfatione notat, quod non ſolùm eadem dicerent, ſed quod *vno ore* clamarent. Compone modo Iſaiæ, & Michææ viſum: vtrique Deus in ſolio viſus eſt; vtrique cæleſtium exercitus Deo aſſiſtente monſtrantur. Apud neutrum muti ſunt Cælites, ſed apud Iſaiam vno ore eadē de Deo proclamant. Apud Michæam in diuerſas ſententias abeunt, *dixit vnus verba huiuſcemodi, & alius aliter.* Nec mirum: namque apud Iſaiam, illa cognitio Dei tractabatur, quæ ad ſalutem erat neceſſaria: verùm apud Michæam illa tractabantur, quorum cognitio minimè erat neceſſaria, & ſine quibus poterat homo ſaluari. In quibus rebus non mirandum eſt, quòd etiam Angeli diuerſa ſentiant, diuerſa loquantur. Introducitur à Dauide Pſal. 23. exercitus Angelorum comitantium Ieſum, Filium Dei, cùm ad Inferos deſcendit. Quorum limina vbi attigerunt Angeli, clamare cœperunt: *Attollite portas Principes, veſtras, & eleuamini, portæ æternales.* Ecce tibi iubentur Principes, portas ſuas aperire: & quando Angeli iubebant Principibus Inferorum, quòd ſuas portas aperirent, cur ſimiliter iubent portis, vt ipſæ aperiantur? Nónne ſufficiebat, quòd iuſſio Principes vrgeret, ad quid addita fuit iuſſio illa inuſitata, quæ aſſiceret portas inſenſibiles? Sufficiebat equidem, quòd iuſſio Principes vrgeret, ſed vt multi erant Angeli, ſic ſinguli diuerſa maluerunt iubere. Alius cum Principibus agebat, vt portæ aperirentur, alius putabat, ſatius eſſe cum ipſis portis agere. Quo ſpectans D. Epiphan. orat. in Sabbathum ſanctum, ait: *Dux exercitus Gabriel, quaſi iam læta nuncia hominibus deferre aſſuetus, cæteros antecedens vocem plane mittens, & grauem, & quidam leoninum ſonantem contra aduerſarias virtutes edidit. Ait autem: Tollite portas, Principes, veſtras. Poſt hunc, [illegible] clamat Michael: Et eleuamini, portæ æternales. Hinc Virtutes intonant: Faceſſite hinc, improbi portarum cuſtodes*, &c. Non equidem in vnam ſententiam ibant omnes; ſed in diuerſas. Gabriel cum Principibus agebat de apertione portarum; Michael cum ipſis portis; Virtutes cum cuſtodibus, & alij aliter, quaſi tæderet ſinguli, non in diuerſa placita [illegible]. Dicebat Dominus Ioan. 13. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Ex quibus verbis nonnulli colligerunt, in Baptiſmo [illegible] apud nos eſſe lauandos [illegible] quam [illegible] minimè ſeruabat Eccleſia Romana, cam tamen [illegible] Mediolani [illegible] ruare D. Ambroſius [illegible] non eſſe neceſſariam ad [illegible] tem lotione [illegible] um, an autem in rebus iis non neceſſariis ad ſalutem diſcedere à Romanorum vſu, ſic ſa-

Iſaia 6.

Pſal. 23.

Epiphan.

Ioan. 13.

tus lib. 3. de Sacram. cap. 1. *In omnibus cupio ſequi Eccleſiam Romanam, [illegible] ſenſum [illegible] quod alibi rectius ſeruatur & nos [illegible] cuſtodimus.* Sic Angelos, & ſanctos Patres tamen in [illegible] non neceſſariis ad ſalutem, in vnius ſententiam [illegible]. Imò ſæpius putant rectius [illegible] ſententiæ dum illud vitatur monſtrum, de quo D. Nazianzen. ait orat. 12. *Qui [illegible] am, & Chriſtum maiorem in medium amabamus, [illegible] diuiſimus, ob veritatem mendacia nec ipſos mutuo amplexi ſumus, ob charitatem odium exercuimus, ob angularem lapidem ſoluti ſumus.* Apage hæc à ſanctis, & religioſis viris, qui magis ſic diuerſis ſententiis pugnent, vt minimè ad odia, ad mendacia in contrarias ſententias deſcendere amant.

Ambroſ.

Nazian.

§. XVII.

Per id Deo aſſiſtimus, quòd prompti ſimus eius voluntati parere.

ILlud notandum, quod ait: *Egreſſus eſt autem Spiritus, & ſtetit coram Domino, & ait: Ego decipiam illum.* De Spiritu malo hoc dicitur, qui etſi malus ſit, tamen in eo creditur coram Deo ſtetiſſe cum Angelis ſanctis; quia ad obediendum Deo in Achabo perdendo ſeſe accinxit. Inde enim quis putatur Deo aſſiſtere, quòd in procinctu eſt, vt eius pareat præceptis. Dicebat Iob cap. 2. *Factum eſt autem, cùm quadam die veniſſent filij Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoque Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius,* &c. Tam Angeli, quàm Satan dicuntur ſtare in conſpectu Dei, illique aſſiſtere. Et in quo poteſt eſſe communis Angelorum, & Satan coram Deo aſſiſtentia? In eo, quòd tam Angeli, quàm Satan parati ſunt obedire Deo, illi in auxiliandis, iſte in caſtigandis hominibus. Pro quo ait D. Chryſoſt. homil. 3. in Iob: *Ergo cum angelico miniſterio aſſiſtit & Diabolus, atque in medio ſanctorum Spirituum immundus Spiritus aſſiſtit. Neque enim ſancti Angeli Deo corporaliter adſiſtebant, neque Satan corporaliter, ſed omnis miniſtratio ſummi Dei aſſiſtentia dicitur.* Inde cenſetur quis Deo aſſiſtere, quòd in aliquo Deo miniſtret. Hinc 3. Reg. 17. dum Elias cum Rege Achab loqueretur, dixit: *Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros,* &c. Non ait, in cuius conſpectu ſtamus, ſed, in cuius conſpectu ſto: quaſi oſtendens in ſe aliquam peculiarem aſſiſtentiam exhibitam Deo. Et quæ erat hæc peculiaris aſſiſtentia? Erat equidem promptitudo quædam Eliæ ad obediendum Deo, in caſtiganda terra in ſiccitate. Ait D. Chryſoſt. ſupra: *Etiam ſuper terram verſatus Deo aſſiſtere dicebatur. Sic enim ait: Viuit Dominus, cui aſſiſto in conſpectu eius hodie: non, quia in cælum aſcenderat, aſſiſtebat ipſi, ſed, quia diuina præcepta miniſtrabat.* Inde peculiariter ſe Deo aſſiſtere credebat Elias, quòd miniſtraret præceptis adimplendis diuinis. Apocal. 4. vidit Ioannes thronum Dei, ſiue thronum, in quo Deus ipſe ſedebat, *& De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, & ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei. Et in conſpectu ſedis, tanquam mare vitreum,* &c. Ecce tibi inter angelicos Spiritus aſſiſtentes coram throno Dei, ſimiliter oſtenduntur aſſiſtere & fulgura, & mare. Et cur de omnibus creaturis materialibus ſingulariter videntur aſſiſtere throno Dei fulgura, & mare? Crediderim, fulgura, & mare ſingulariter ibi poſita, ob ſingularem obedientiam ab his duabus creaturis præſtitam Deo. De fulguribus ait Iob cap. 38. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: Adſumus?* Vbi D. Thomas ait: *Dicent tibi, Adſumus, quaſi in ſua reuerſione parata ſint, vt iterum obediant diuino imperio.* Ne mireris, quòd creantur ſingulariter Deo aſſiſtere fulgura, quæ ſingulariter dicuntur parere Deo. Similiter & Iob 38. de mari dicit Deus: *Et dixi: Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Circa quæ ait D. Cæſarius Nazianzenus frater dial. 1. *Pulchrum item in mari quid diui [illegible] ſeptum veneretur. Huc [illegible], & non tranſ[illegible] ſed iterum [illegible] fluctus. [illegible] temeritatis, [illegible] noſtro auditum [illegible] ſed dit, aut pauli [illegible] um quidem fluct [illegible] ſpicuum litoribus [illegible] mandat [illegible] tranſgr [illegible] aturi [illegible]* um in ad [illegible] endo [illegible] to [illegible] tur oculos apert [illegible]. Vt [illegible] iam D. [illegible] orat.

Iob 2.

Chryſoſt.

3. Reg. 17.

Chryſoſt.

Apoc. 4.

Iob 38.

Thomas.

Nazian.

[illegible] *Domini precepto [illegible] & tantummodo [illegible] gentur aqua in locum* Baſil.Sel.
[illegible] manſit [illegible] Arena [illegible] nullum, nec [illegible]
[illegible] tamque Propheta ratam fa-
cit [illegible] quem non trangrediuntur. Cur ergo
tam [illegible] obediendo mare, non credatur Deo
ſingularit[illegible]

§. XVIII.

Diabolus de ſub pedibus ſeruorum Dei apparet.

DE Diabolo dicitur: *Egreſſus eſt autem Spiritus, & ſtetit coram Domino,* &c. Et vnde egreſſus eſt hic malus Spiritus, vt [illegible] tum appareret? Planè nequit egredi malus Spiritus, niſi de ſub pedibus ſeruorum Dei. De
Habac.3. [illegible] dicitur [illegible] cap. 3. *Ante faciem eius ibit*
mors, & [illegible] ante faciem eius. Et qui ſunt pedes, ante quos [illegible] ſub quibus Diabolus egreditur?
Rupert. R[illegible] *Ante faciem eius ibit mors, & Diabolus egredietur ante [illegible] eius. Hæc ſunt, quæ nos credimus, & loquimur [illegible] quia ante tam* [illegible] *eius mors fugit. Reſurrexit enim, & nobis ſe intellectionis gloriam donauit. Diabolúmque auctorem peccati, & mortis fecit [illegible] egredi, & ante prædicatores [illegible].* Crede mihi [illegible] nunquam Diabolus, niſi de conculcatione, de conculcantibus cum Sanctorum
Iob 2. pedibus venit. Iob cap. 2. *Factum eſt [illegible] diceret Dominus ad Satan: [illegible]* Quæſt [illegible], vnde veniat, non quia Deus ignoraret; ſed vt oſtenderet illi de quanta con[illegible] venıat Olympio[illegible] in Catena
Olymp. Græca ait: *Haud me fugit à quanam, & quàm funeſta tragœdia [illegible] & [illegible] quoddam [illegible].*
Matth.4. A[illegible] ſe [illegible] non venit Diabolus, niſi poſt [illegible] Hinc Matth. 4. poſt [illegible] tam tent[illegible] *Tunc reliquit eum Diabolus. & [illegible] accedunt, & [illegible]* In qua miniſter[illegible] ca[illegible] Diabolo Vt dicat Andreas Cæſarienſis in Apocalyp. cap. 34. *Angeli illi, qui poſt abſolutam [illegible] tentatámque à Satana [illegible] accedentes miniſtrabant ei, Diabolum, [illegible] alte[illegible] non abſque execratione denuò propulſarunt.* Nunquam [illegible] Diabolus, ſicut [illegible] mancipium à ſanctis mentibus, non propulſatur calcibus. D[illegible] nobis Pſalm [illegible] *Conculcabis leonem, & draconem.* Circa quæ verba D. Athanaſius [illegible] de Paſſ. *Olim ſer-*
Athanaſ. *pens deceperat Euam; nunc autem conculcatur. Olim Diabolus [illegible] animam [illegible] nunc autem cum dracone [illegible] breui Dominus contereret Satanam ſub p[illegible]* [illegible] Satanas non niſi de ſub pedibus Sanctorum [illegible]

§. XIX.

Per ea, per quæ impius bonum ſperat, inueniet malum.

VT deciperet, & perderet Achabum Spiritus nequam, illud [illegible] ondebat: *Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius.* Fa[illegible] hominem d[illegible], ſi non in ore omnium Prophetarum, ſed in vna Regis mente Spiritus erroneus eſſet. Cur ergo Spi[illegible] in vna mente, & imaginatione Regis fie[illegible] erroneus ſed maluit in quadringentorum [illegible] ore fieri mendax? Nónne vnam Regis imaginationem facilius errori annecteret, quàm tot Prophetarum imaginationes? [illegible] Prophetæ illi à Rege conſtitute erant [illegible] quos ſi[illegible] bonum ſperaret; ſic Spiritus ne[illegible] per [illegible] maluit inducere Re-
gem. Sciebat enim [illegible] eſſe à Deo, vt impij ma-
Oſea 5. lum [illegible] per [illegible] quæ bonum ſperant. Dicebat O[illegible] cap. 5. *[illegible] languorem ſuum, & Iuda vinculum [illegible] Ephraim ad Aſſur, & [illegible] ad Regem vltorem.* [illegible] Deum [illegible] ſua ad A[illegible], vt ſibi mittat ſuppetias [illegible] Oſ[illegible] ait: *M[illegible] ad Regem vltorem.* C[illegible] ad Re[illegible] amicum, & auxiliatorem, & maluit di[illegible] ad [illegible] gem vltorem. Nónne Aſſyrius tunc temporis habebatur amicus, & auxiliator Iſraëlitarum? Si auxiliator habebatur, cur ab Oſea [illegible] auxiliator, ſed [illegible] creditur? Sciebat Propheta, vltrices Dei iras in impios venire ſolitas per eos, qui magis credebantur amici, & auxiliatores, à quibus impij ſperabant bona.
Ait Rup[illegible] ibi: *Signanter cum dixiſſet: Et miſit ad Regem addit, vltorem; vehementer illius populi redarguens inſipientiam, qui cùm irato Deo moliretur ſibi acquirere hominem auxiliatorem, incurrit eundem Dei vltorem, quo deſertores Dei duceret in captiuitatem. Deus [illegible] hoc agere conſueuit, vt ad quem confugit, ab eodem potiſſimum impetatur, atque [illegible], qui à Deo refugerat ad hominem confugit, ſiue Dæmonum in ſimulacris auxilia requirit.* Hoc ſibi perſuadeant vniuerſi impij, quòd dum Deum iratum habent, vaniſſime ſperant ſibi vel per homines, vel per alias creaturas bonum: in nullis enim citius vltrices Dei iras inuenient, quam in his, quos credebant magis futuros ſibi eſſe auxiliatores. Quis ignoret ingentem illum exercitum Aſſyriorum, qui circundabat Ieruſalem tempore Regis Ezechiæ? Superbi milites non ceſſabant blaſphemias mittere in Deum: venit tandem nox, & dicit Textus 4. Reg. 19. *Factum eſt* 4.Reg.19.
igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. In nocte venit Angelus, vt exercitus ab illo percuſſus periret. At nox vel victos milites protegit, laſſos fouet, reficitque, diſſoluit pugnas. Cur non magis in die, quam in nocte trahitur exercitus hic in ruinam? Erat [illegible] impiorum, & blaſphemantium Deum, & ideò nox, à qua ſperabant quietem, & ſalutem, verſa eſt illis in extremum exitium.
Vt dicat Ruffinus [illegible] loci paulo ante finem: *Quoniam ſic* Ruffin.
in Deum contumelias direxiſſet, omnes vna nocte ferierunt Angelo corruerunt. Et quaſi magis [illegible] tum quodam [illegible] atque deriſu, nocturna, atque incauta [illegible] æterno deceptos [illegible] quæ auxiliatrices habentur creaturæ, vel quos autem fouerunt, perdunt, & deducunt in ruinam, ſi ipſi Deo infenſi ſint.

§. XX.

A quo peſſimum exemplum accipis, vt Deum offendas, non tibi veniet in malis auxilium.

NOtanter dicit Spiritus nequam: *Ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius.* Erant iſti Prophetæ Baal, qui Baalis cultui miniſtrabant: & voce, & exemplo trahebant miſerum Regem in idololatriam; ideò Dæmon illos in primis fallit, ne Rex acciperet auxilium, à quibus recipiebat tam peſſimum exemplum: nunquam enim qui fuit malo exemplo, fuit auxilio. Dicebat Oſeas cap. 2.
Propter hoc, ec[illegible] ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam ma- Oſea 2.
ceria & ſemitas ſuas non inueniet, & ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet. Loquitur de Iſrael, qui in proſperitate ſua captus amicitia nationum finitimarum, vt videbat vniuerſas nationes idolis offerre cultum, ſic illarum exemplum ſecutus, etiam Iſrael poſt idola ibat. Quid tunc? [illegible] Iſrael in calamitatem non paruam [illegible] hoſtibus ſe videbat vndequaque cinctum. Dec[illegible] mittere ad nationes amicas, vt ſibi ferrent auxilium. Deus autem dicit, ſe vniuerſas vias obſtructurum ſpinis, nec permiſſurũ, vt ab illis amicis auxilium vllum illis veniat. Et cur amicorum illorum non permittet Deus auxilia vlla videri, nec ſperari? Quia amici illi fuerant Iſraelis exemplo ad idololatriam; & qui malo exemplo eſt, non permittitur eſſe auxilio. Ait ibi Ruffinus: *Spe-* Ruffin.
bus eius, ait Deus, [illegible] ſuccedant, & impromiſſis angoribus impleientur. Primò, vt [illegible] fœderis cum iis, quas maximè cupit gentibus facultates nulla ſuppetat, & ne in aduerſis ſuis illorum vtatur auxilio, quorum in proſpectis deliquit exemplo. Sic que ſepiam viam eius ſpinis, &c. Expende illa: *Neque illorum vtatur auxilio, quorum deliquit exemplo:* qui enim exemplo fuit ad malum, non erit auxilio ad bonum.

§. XXI.

Frequentiſſimum eſt à propinquis Principum ſapientibus nullam venire veritatem.

ECce tibi Principum errorum cauſa manifeſta. quippe ais Diabolus: *Ero Spiritus mendax in ore omnium*

Prophetarum eius. Habent Principes, & Reges iuxta ſe ſapientes, & literatos homines, ſe[illegible]los, prudentes [illegible] nis myſticis: ſed quia eo ambitioſo ſpiritu afflati ſunt, vt ne illorum fauores perdant, maximè abſtineant à veritate dicenda. Heu aularum, & Principatuum peſtis! Vtinam hæc lues quotidie in ſapientibus aulicis, & curialibus non videretur. Dicit Habacuc c. 1. *Ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua. Horribilis, & terribilis eſt, ex ſemetipſo iudicium, & onus eius egredietur.* Græcè leguntur hæc vltima: *Formidabilis, & illuſtris eſt, ex ipſo iudicium eius erit, & aſſumptio eius ex ipſo egredietur.* Qui illuſtrior ſibi videbatur Chaldæus Monarcha, eò abundabat ſapientibus apud ſe, qui in quocunque aſſumptu Regem dirigerent, & monerent. Quippe ait: *Ex ipſo iudicium eius erit, & aſſumptio eius ex ipſo egredietur.* Ad quodcunque iudicium faciendum, & ad quancunque aſſumptionem, non erat illi opus alienigenarum placita emendicare: circa ſe habebat peritiſſimos, ſapientiſſimóſque homines. Et quid inde lucri? Quòd nunquam vllam ab eis audierit veritatem, ſed plurima mendacia. Ait D. Cyrillus Alexandrinus ibi: *Quoniam de pugna diuinare ſolebant, & arte magica explorare, quò eius ſiue effent, quæ præ manibus habent, ait deinceps: Aſſumptio eius ex ipſo egredietur. Aſſumptionem nominat vaticinium. Non enim ex alijs gentibus, aut regionibus vaticinandi peritos accerſet, cùm habeat apud ſe degentes, ſemper mentientes, & nihil vere ſcientes, ſed [illegible], victoriámque prænunciare ſolitos.* Ecce tibi, quos ſapientes pariant Principum aulæ! Fallar, ſi quis ſapiens apud Reges, Principeſque exiſtat, qui ſciat ſentire, aut dicere aliud, quàm id, quod Principi placeat, ſemper mentientes, nihil veri ſcientes, victoriam prænunciantes. Aiebat Oſeas cap. 7. *In malitia ſua lætificauerunt Regem, in mendacijs ſuis Principes, omnes adulterantes*, &c. Hoc ſpectatur ab aulicis ſapientibus, curialibúſque, vt lætitiam faciant Principi, nihil non lætum illi proponendum, [illegible] procaciter mentiendum ſit. Circa quæ Ruffin. dicit: *Refert Regem Rebecam ſua tantùm potentia conſulentem, vt mira illis commendatione Dei cultum [illegible] populi ſe commiſiſſe, totámque gentem ita aulicis profanitatibus [illegible], vt [illegible] obſeruantia veritatis habuiſſe, contentus iudicaret.* Rapiunt equidem aulicæ profanitates ſapientiſſimos quoſque, vt peſſundata veritate mendaciis ſubſcribant, quæ placidiora ſunt Principi.

§. XXII.

Diabolici ſpiritus eſt, ſemper ſuam perditionem operari.

Hoc eſt, quod per ſe eligit Spiritus nequam, nimirum: *Ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius.* In quo non ſolùm Achab deciperetur, ſed & omnium Pſeudoprophetarum panderetur impoſtura, & fallacia. Et cùm conſtaret, Prophetas illos fallaces eſſe, ac mendaces, maximè idolorum cultus minueretur, qui per illos conſtabat, & caderet regnum Diaboli. [illegible] ergo Diabolus illud [illegible] facieodum, quod in regni ſui perditionem abundabit? Is eſt diabolicus ſpiritus, qui ſemper ſuam perditionem operari videatur. Rem pulchrè tractat D. Athanaſ. ſerm. de Paſſ. & Cruce Domini, fatus: *Nihilominus contra Deum molitus eſt Diabolus, dum & Iudæos concitat, vt eum peterent, Pilatum, vt condemnaret, milites, vt illuderent; ſed ipſe potiùs per illos carnifices concutiebatur: omnia ſiquidem contra ſeipſum agebat.* Inſpirauit Diabolus militibus, vt exuerent Ieſum, vt purpura veteraſcente induerent, vt ſpinis coronarent. Quid inde? Athanaſius ſuprà: *Cum exueretur Dominus, eo ipſo inuiſibiliter exigebatur de Diabolo triumphum. Nam, tametſi eum per contumeliam agebant, efficiebatur tamen inde, vt ab eo latenter Diabolus ſpoliaretur.* Multis proſequitur Athanaſius oſtendens, vt in ſingulis contra Deum [illegible] Diabolo procurates [illegible] ſeipſum Diabol[illegible]. Quò ſpectat [illegible] Dei maledi[illegible], ita Diabol[illegible] Gen. 3. nimirum: *Super pectus tuum [illegible].* Et in [illegible] pente quidem manifeſt[illegible] eſt, vt ſuper [illegible] gradiatur, nimirum, pectus opprimens proprium ſuper terram: Diabolo autem quomodo conueniat, qu[illegible] gradiatur ſuper proprium pectus? [illegible], quia dum operatur, propria conſilia ſua oppr[illegible]mit, perdit. Ait Rupert. lib. 1. de la[illegible] *[illegible] hoc, [illegible] abuſus es, [illegible] tur, & [illegible] in terram premis [illegible] Diabole, cùm ſis rationalis ſpiritus, rationale tuum graue ſemper fatuitate occiabis, & quocunque te verteris, ſemper intentionem tuam deorſum comprimes, & conteres, & fallis primos conatus.* Hæc implet Diabolum maledictio, quod neſciat in opus exire, quod ſuum ipſius regnum non deſtruat. Sibi in primis nocituum inuenit, quidquid faciendum aggreditur. Sic ille diabolico ſpiritu plenus Herodes dicebat Marc. 6. *Ioannes Baptiſta ſurrexit à mortuis, propterea virtutes operantur in illo.* Quem occidit viuum, reſurgentem veretur. Circa quæ ait Chryſolog. ſer. 173. *Si reſurrectionem nouerat, cur occidit inſanus? Semper febris impietas, [illegible] demens à furor neſcit. in ſe namque ſæuit, quoties in alterum tendit ſe punit, dum percellit inſontem. ſibi lethalis eſt totus, cùm erga iuſtum crudelis exiſtit.* Id in Diabolo miratur Eccleſiaſticus c. 39. dum ait: *Sunt ſpiritus, qui ad vindictam creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt ſibi tormenta [illegible].* Cùm furentes malum alijs inferre ſatagunt, maiorem, & duriorem perditionem ſibi operantur. Vt dicat Rupert. ſuprà: *Tantus illorum furor eſt ex inuidia propter ſucceſſus bonorum, vt temperare ſibi nequeant, quin agant, quod ad maius ſibi proueniat tormentum. Vnde, ſi quæras, quid habeat Diabolus, cur tantopere agat ea, quibus ſua voluntate noceant, aliena virtutis plurimùm pro[illegible], ecce iam habes, quia furor cauſa eſt.* Et planè noxiis ſibi Spiritibus agebantur illi, de quibus ait Pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Loquitur de Iudæis damnantibus, & crucifigentibus Ieſum, & quærit quare illud fecerint, cùm pateat inde, non ſuam ſecuritatem; ſed ſuam perditionem manaſſe. Ait [illegible] Ruffinus: *Dictum eſt, Quare, ac ſi diceretur, fruſtrà. Non enim impleuerunt, quod voluerunt. Nam, qui ideò Chriſtum occiderunt, & vt nomen eius de terra delerent, & ne ipſi locum, & gentem perderent, ideò quidem nomen eius auxerunt, ipſi & locum, & gentem perdiderunt. Mirôque modo actum eſt, vt dum ſuum conſilium implere ſe crederent, conſilium Domini nolentes, & neſcientes implerent.* Sic ibi: talia enim ſunt diabolici ſpiritus opera, quæ & ſe perdunt, & huius paraot augmentum.

§. XXIII.

De reprobis mentibus à Deo permittuntur, quæ in perditionem magis ſunt: quæ ad ſalutem ſpectant, [illegible] Saluatori dantur.

Mendacia in ore Prophetarum omnium Baalis poſituro Spiritui, ad [illegible] ſac[illegible]tatem pet[illegible] permiſſionem fecit Dominus, dicente Textu: *Et dixit Dominus: Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita.* [illegible] Quidquid operabat, quidquid petebat [illegible] ſpiritus nequam, illi permiſit Deus, licet æqualiter præualeret, ſi [illegible] vnius Achabi pectore mendacium inſeuiſſet. Planè vt deploratam deceptionem, & perditionem haberet Rex Æ[illegible]pti, hoc in eius ſolius corde mendacium inſeminatum à Diabolo eſt, quo diceret apud Ezechielem c. 29. *Ego feci memetipſum.* Quòd ſi in vnius Achabi mente de obtinenda ſuis viribus victoria ſim[illegible]e [illegible] mendacium ſeminaretur, totum Dei intentum de [illegible] perde[illegible] adimpleretur. Cùm ergo vnum mendacium [illegible] Achabo ſeminatum ſufficeret, vt eum ad meritas pœ[illegible] ded[illegible]iceret, cur annuit Deus Spiritui nequam, tot mendacia ſeminaturo per ora omnium Pſeudoprophetarum? In hoc ma[illegible]s perdebatur Diaboli regnum, & ip[illegible] Diabolus condemnabatur, dum eius Prophetæ mendaces inuenirentur. Deus autem reprobis ment[illegible]s permiſſionem faciat [illegible] rerum, quibus magis perdant[illegible], [illegible]mnentur. [illegible] bat [illegible] liquando Paulus [illegible] Deo, vt à [illegible] Angelum Satanæ, & illud ſem[illegible]l, & t[illegible]r p[illegible] rit, [illegible] & id non obt[illegible] ex Deo, dicente *Suffi[illegible]* &c. Verùm Dæmones clamabant ad Dominum [illegible] *mitte nos in gregem porcorum,* [illegible] aded ſenetus eſt [illegible] tam [illegible] at olo petenti Diabolus p[illegible] dus erat in abyſſum. id, quod vehementer [illegible]gebat. Et [illegible]bus

Marginal notes: Habac. 1. — Cyril. Alex. — Oſee 7. — Athanaſ. — Gen. 3. — Rupert. — Marc. 6. — Chryſol. — Eccli. 39. — Rupert. — Pſal. 2. — Ruffin. — Ezech. 29. — 2. Cor. 12.

talibus facilè Deus permittit, quod ad maiorem illorum damnationem pertinet. Ait D Auguſtinus in Pſalm 85. Auguſt. *Exauditur Diabolus, & non exauditur Apoſtolus. Quomodo exaudiuntur Dæmones? petierunt ſe ire in porcos, & conceſſum eſt eis: petierunt Iob tentandum, & acceperunt. Exaudiuit eum, quem diſponebat damnare, & non exaudiuit eum, quem volebat ſanare* Expende illa: *Exaudiuit eum, quem diſponebat damnare.* vel, vt ipſe ait tract. 6. in epiſt Ioan. *Diabolus exauditus eſt ad voluntatem; ſed ad damnationem.* Quod enim ad damnationem pertinet, liberaliter permittit Deus voluntati reproborum: quod autem ſalutis eſt, non permittitur infirmæ voluntati; ſed beneplacito Saluatoris. Clamabant illi Matth. 27. *Deſcendat de Cruce, & credimus ei.* Matth. 27. nec exaudiontur: & cur non exaudiuntur, quando aliquid non malum petebant pro ſua ipſorum ſalute? Ideò non audiebantur: quia in petitione ſua oſtendebant, ſe velle, quòd media ſalutis eorum arbitrio, & voluntati relinquerentur: Deus autem, qui damnationis media permittit electioni reproborum, media ſalutis vni Saluatoris voluntati concedit. Vt dicat D. Leo ſer. 17. de Paſſione: Leo. *Non veſtra cæcitatis arbitrio, ſtulti Scribæ, & impij Sacerdotes, oſtendenda erat potentia Saluatoris, nec ſecundùm preces blaſphemantium linguarum, humani generis redemptio debebat omitti, etiamſi Deitatem filij voluiſſetis agnoſcere, innumera opera cum videritis, quæ vos ad eam, quam fallaciter promittitis, fidem confirmare debuerunt.* Expende illud: *Non veſtra cæcitatis arbitrio oſtendenda erat potentia Saluatoris,* &c. quippe poteſtas Saluatoris in diſponendis medijs ſalutis nullius merè naturale arbitrium ſpectat, aut voluntatem. Quæ enim voluntas non cæcutiret, & erraret in iis eligendis medijs? Orabat Dominus Matth. 26. Matth. 26. *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: veruntamen non ſicut ego volo; ſed, ſicut tu.* Et cur petit fieri rem, non ſicut ipſe volebat? Agebat in ea petitione perſonam hominis infirmi, cuius voluntati non debebant permitti media ſalutis, ſine perditionis periculo. Vt dicat D. Leo ſer. 16. de Paſſ. Leo. *Ipſa vox non exauditi, magna eſt expoſitio ſacramenti, quod nihil humano generi conferret Redemptoris poteſtas, ſi quod petebat, noſtra obtineret infirmitas.* Salutaria omnia ruerent, ſi vni noſtro permitterentur arbitrio.

3. *Reg.* 22. Nunc ergo ecce dedit Dominus ſpiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hîc ſunt. Et Dominus locutus eſt contra te malum. Acceſſit autem Sedecias, filius Chanaana, & percuſſit Michæam in maxilla, & dixit: Méne ergo dimiſit Spiritus Domini, & locutus eſt tibi? Et ait Michæas: Viſurus es in illa die, quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum, vt abſcondaris.

§. XXIV.

Principum malum ineuitabile à mendaciis auditis; bonum inexpugnabile à veritate.

NOta conſequentiam dictorum, nimirum: *Ecce Dominus dedit ſpiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hîc ſunt. Et Dominus locutus eſt contra te malum.* Dedit in primis Deus, hoc eſt, permiſit Spiritum mendacij in ore omnium Vatum circumſtantium miſerum Regem, & inde malum locutus eſt contra illum. Vbi enim Princeps à ſuis aulicis fideliſſimis, & viris ſcientia, & authoritate inſignibus non audit veritatem, ſed mendacia; quaſi neceſſum eſt, vt deueniat in extremum malum. Hæc enim eſt tritiſſima via, qua Principes ad ineuitabile exitium pergunt, nimirum, quòd illis veritas abſcondatur, & ſola dicantur mendacia. Huc ſpectabat Iob cap. 12. cum de Deo fatur: *Apud ipſum eſt fortitudo, & ſapientia: ipſe nouit & decipientem, & eum, qui decipitur.* Iob 12. *Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & Iudices in ſtuporem. Balteum Regum diſſoluit:: Commutans labia veracium, & doctrinam ſenum auferens. Effundit deſpectionem ſuper Principes.* Oſtenditur ſapientia efficax Dei in exuendis Principibus à dignitate, & in eis confundendis: is enim eſt Deus, qui Regum baltheum diſſoluat, & in deſpectionem trahat Principes. Et quomodo id efficaciter perficit? Præmittit illud: *Commutans labia veracium.* Nicetas in Cat. legit: *Immutans labia fidelium.* Nicet. Nempe, eorum, quibus maiorem fidem Reges habent, immutat Deus labia, ne vera, ſed mendacia loquantur. Ait ibi Carthuſian. Carthuſ. *Commutans labium veracium, id eſt, linguam eorum mutans à veritate, ad loquendum mendacia.* Ne miremur, quòd Princeps circumſeptus à viris loquentibus mendacia, extremæ ruinæ, & dedecori pateat, & in malum ineuitabile abeat: tota enim valentia hominis, qua ſe armat aduersùs mala, venit à veritate. Aiebat Pſal. 90 *Quoniam ipſe liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas eius.* Pſal. 90. Duo aſſerit in fine, nimirum, quòd veritas erit pro armatura, & quòd eum totum circundabit. Et cur veritas pro armatura? Liberandus erat, à laqueis verborum mendacium, vt dicat ibi D. Baſil. *Quem autem ſuprà verbis turbulentis, & mendacis memiAt, conuenienter hic veritatem illius armaturam fore pollicitus eſt.* Nec ſolùm fit nobis veritas pro armatura, ſed pro armatura, quæ vndique nos circundat. Iuxta quod ait D. Bern. ſer. 5. in hunc Pſal. Bernard. *Quia vndique circundatus es tentationibus, ſcuto circundabit te veritas eius: vt quemadmodum vndique bella, vndique ſint præſidia.* Felix, qui ſic circundatus eſt veritate, vt vndique verum audiat, verum videat. Fallar, niſi talis inueniatur potentiſſimus. Pſal. 88. *Potens es, Domine, & veritas tua in circuitu tuo.* Pſal. 88. Inde maxima potentia Dei, quòd illi vndique veritas affulget. Ait Theodoret. Theodor. *Potentiam voluntati reſpondentem habet: omnia vera apud eo ſunt.* Hinc potentia potentium, quòd illis vndique veritates arrideant. Ex quo & præſtantiores, & feliciores maximè agnoſcuntur. Dicebatur Ioanni Apocal. 10. *Vade, & accipe librum, & deuora illum, & amaricabit ventrem tuum; ſed in ore tuo erit dulce, tanquàm mel.* Apoc. 10. Qui liber in ore dulceſcit, in ventre amaricat. Et in quo ore dulceſcit, & in quo ventre amaricat? Per os præſtantiores, & nobiliores viri intelliguntur in corpore Reipublicæ; per ventrem abiecti, & infimi. Dulceſcit quidem apud nobiliores, & præſtantiores veritas, quæ abiectis, & reprobis eſt amariſſima Ait D. Auguſt. in quæſt. ex nouo Teſtam. 65. Aug. *In ore autem tuo, quod dicit, erit dulce tanquàm mel: quaſi omnium Chriſtianorum vnum facit corpus, vt ſinguli membra ſint; ita vt in ore, quod capitis pars eſt, honorabiliores, & fideliores ſignificet, quibus veritas, quæ de Chriſto eſt, dulceſcit. In ventre Hæreticos ſignificat, quia carnales ſunt,* &c. Non poteſt veritas in ore nobiliorum, & fideliorum non dulceſcere; etiamſi peſſimis, & dyſcolis amara ſit.

§. XXV.

Diabolus nunquam non præmittit ſigna, vnde cognoſcantur mendacia ſua.

EX Prophetis Achabi mendacem ſpiritum habentibus vnus erat Sedecias, filius Chanaana, cæterorum facilè Princeps, de quo ait Textus: *Acceſſit autem Sedecias, filius Chanaana, & percuſſit Michæam in maxilla, & dixit: Méne ergo dimiſit Spiritus Domini, & locutus eſt tibi?* Qui ſe à Deo afflatum prædicabat, vt Achabo victorioſam expeditionem prædiceret, audaciſſimum facinus aggreſſus eſt, ſanctum Michæam in facie percutiens coram Regibus: in quo manifeſtè oſtendebat, quàm alienus, & vacuus eſſet à Dei Spiritu, & diabolico ſpiritu, & furore plenus. Vt enim agebatur à Diabolo, vt mendacia diceret; ſic ab eodem raptus eſt in impatientiſſimum facinus, vt pateret, à quo ſpiritu hominis illa victoriarum prædictio veniret. Nunquam enim nequam Spiritus non præmittit, quibus cognoſcantur mendacia eius. Saül reprobatus à Deo, quæſiuit mulierem Pythoniſſam, quæ euocaret animam ſanctiſſimi Samuelis. Fecit mulier iuxta artem ſuam omnia 1. Reg. 28. & apparuit quoddam ſpectrum. *Et intellexit Saül, quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. Dixitque Samuel ad Saül: Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer::: Cras autem tu, & filij tui mecum eritis.* 1. Reg. 28. Melior opinio eſt non fuiſſe Samuelem Sanctum, qui apparebat; ſed Spiritum nequam apparuiſſe

apparuiſſe ſub forma Sancti Samuelis, vt miſerum deciperet Regem. Quod ſi Diabolus apparebat ita, vt crederetur Samuel, cur paſſus eſt ſe adorari à Rege. Cur dixit, tecum futurum ſceleſtiſſimum Principem? Nónne inde oſtendebatur, non eſſe Samuel Sanctus, ſed Spiritus nequam, qui ſe adorari permittebat, & mendacia dicebat? Oſtendebatur id manifeſtè: ſed ea eſt conditio malorum Spirituum, qui in fallaciis ſuis, & mendaciis ſuis nequeant non præmittere ſigna, quibus cognoſcantur. Ait D. Auguſt. quæſt. ex veteri Teſtam. 27. *His duobus titulis ſubtilitatem fallaciæ ſuæ prodidit improuidus Satan: quia & adorari ſe permiſit, & virum peccato preſſum cum Samuele iuſtiſſimo futurum mentitus eſt . . Semper enim Diabolus ſub vi animi latens prodit ſe dum a ſe fingit, quæ abhorreant à perſonis, per quas fallere nititur.* Se Samuelem Sanctum fingebat Diabolus, vt Saulem deciperet; ſed multùm alienta à Samuele faciebat, dum ſe adorari patitur: dum ſceleſtum iuſti ſocium futurum dicit: nequit enim in fallaciis ſuis non ſe prodere malignus Spiritus, & malitiæ ſuæ ſigna non præmittere.

Auguſt.

§. XXVI.

Compoſitus, & elegans vultus ex Deo dictorum ſolet facere fidem, etiam iniquis.

MAxillam Michææ percuſſit Sedecias, dicente Textu: *Acceſſit autem Sedecias, filius Chanaana, & percuſſit Michæam in maxilla & dixit. Mene ergo dimiſit Spiritus Domini, & locutus eſt tibi?* Habebat Sedecias in manibus duo ferrea cornua, vt ſupra vidimus, quibus poſſet Michæam in capite, vel in dorſo, vel in pectore ferire æquè impunè: cur maluit maxillam alapa inflicta fœdare, & percutere? Crediderim ſceleſtum hominem feſtinaſſe turbare in vero Propheta, quod dictis maiorem conciliabat fidem. Compoſitus enim & elegans vultus, etiam à rudibus, & iniquis fidem extorquet ſuis dictis. Paulus ad Hebræos cap. 11. dicit: *Fide Moyſes natus occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis, eò quòd vidiſſent elegantem infantem, &c.* Præceptum erat Pharaonis, quòd pueri Hebræi recens nati occiderentur; parentes autem Moyſis, etiam contra præceptum Pharaonis, animati fide tentauerunt ſeruare puerum menſibus tribus. Et vnde miſeris hominibus, & captiuis tanta fidei venit, qua periculis etiam ſe exponerent? Ait Textus: *Eo quòd vidiſſent elegantem infantem* elegantia, & compoſitio pueruli fidem faciebant omnium, quæ de illo, & per illum dicerentur. Ait D. Chryſoſt. in homil. 6. *Vnde iſti ſperauerunt, vt ſaluarent puerum? Ex fide, inquit. Qua fide? Quia viderunt elegantem infantulum, & ipſe vultus ad fidem eos attraxit. Sic iam inde ab initio multa erat illi inſita, & infuſa gratia, non naturæ operatione. Intuere enim ſtatim, vt genitus, hanc ſibi apparuit infantulus, non erat deſpectus. Cuius erat hoc opus? Non naturæ, ſed gratiæ diuinæ, quæ etiam barbaram illam mulierem Ægyptiam excitauit, vt amaret, &c.* Expende illa: *Ipſe vultus ad fidem eos attraxit.* quippe ab ortu ſuo illi infuſa tanta gratia venuſtatis, non natura, ſed dono Dei, vt fidem ſibi faceret apud omnes, ſiue parentes, ſiue extraneos. Matth. 17. locutus de Ieſu transfigurato ait: *Reſplenduit facies eius, ſicut Sol. veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix: Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.* Dum Solis pulchritudinem induit Ieſus, vox Patris intonat, quæ omnes non ad eum videndum, ſed ad eum audiendum inuitat. Verùm Matth. 3. cùm Ieſus baptizaretur in Iordane, vox Patris ſolùm dicit: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, & minimè addidit illud: *Ipſum audite* Et quando Pater agnouit in Iordane Filium, non inuitauit homines ad illum audiendum, cur in Thabor inuitat, vt omnes audiant illum? Equidem in Thabor tanta erat infuſa gratia venuſtatis, tantúſque decor, vt fidem ſuorum dictorum vel apud rebelles mentes faceret. Quo ſpectans D. Ephrem orat. de Transfiguratione ait. *Non enim ſicut Moyſes decorus fuit extrinſecus: ſed tanquam Deus fulgebat in gloria. Moyſis enim facies tantum apparitione vultu fuit decore: Ieſus autem tota ſuo corpore, tanquam Sol radiis reſplenduit gloria ſuæ Diuinitatis. Clamantis autem Patris: Hic eſt Filius meus dilectus, eum audite.* Vbi ſupra Moyſem decorus, & ſplendidus Ieſus apparuit, ad eum audiendum inuitat Pater: tanta enim pulchritudo non paruam dictorum motum apud omnes fidem facit. Hinc dicebat Sponſa ad dilectum ſuum. *Vox tua dulcis, facies tua decora.* Cant. 2. quaſi ab ſpecie faciei commendetur vocis dulcedo, & efficacia. Id quod notans Philo Carpathius ait ibi: *Vox tua emendata, quæ omnes in ſua vice, ſine paſſione formauit. Et facies decora. Cùm transfiguratus eſt in monte, vt propria Diuinitatis gloria coruſcaret.* Quippe decor ille in Thabor oſtenſus eam vim dabat voci etiam in cruce deformati, vt ſuos omnes in fide teneret. Ad hæc clamabat ipſa Sponſa Cant. 1. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Circa quæ idem Philo ait: *Similem pulchritudinem de Sponſo; ſed longè maiorem prædicat Sponſa: non enim ſolum pulchrum, ſed & ſpecioſum appellauit in Euangelio: tum & pulcher fuit in Prophetis, &c.* Equidem eius pulchritudo in Prophetis apparuit, vbi verba per illos dicta credebantur. Huc trahe dicta 3. tom. de Chriſto fig. lib. 6. c. 2. § 15.

Hebr. 11.

Chryſoſt.

Matth. 17.

Matth. 3.

Ephrem.

Cant. 2.
Phil. Carp.

Cant. 1.
Philo.

§. XXVII.

Vbi ſeductio prævalet, nunquam non malè habent iuſti.

QVàm conſequenter dictum eſt illud: *Acceſſit autem Sedecias, filius Chanaana, & percuſſit Michæam in maxilla, &c.* Vbi Spiritus mendacij præualuit in omnibus Achabi Prophetis, tali Spiritu plenus, & ſeductus illorum vnus Sedecias percuſſit in maxilla Michæam. Quando enim præualent mendacio, & ſeductione, non vrgere malum in innocentem, & iuſtum? Dicebat Ionas cap. 1. *Dominus autem miſit ventum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri.* Quæ tempeſtas non inſcienter referri poteſt ad illam, quam Dominus Ieſus paſſus eſt in ligno Crucis, de qua dicebat Pſalm. 68. *Tempeſtas demerſit me.* Sed, qui ventus fuit ille magnus, qui tantam illam tempeſtatem excitauit aduerſùs Ieſum? Crediderim, illum ventum fuiſſe Spiritum mendacij, & ſeductionis, quo ferebantur Principes Ieroſolymitæ. Ait Rupert. in Ionam, lib. 1. *Quis ille ventus fuit, qui turbas Iudæorum, quaſi mare turbauit, niſi Spiritus ſeductionis, qui illos in odium Domini noſtri concitauit? Ille enim eos perflauit, vt aduerſus eum fremerent.* Et quidem vbi mendacij, & ſeductionis Spiritus præualebat, quas tempeſtates non excitaret aduerſùs iuſtos? Et pergit Ruper. *Quemadmodum tunc miſit Spiritum mendacij ad decipiendum Achab, qui cum vxore ſua Iezabel occiderat Prophetas Domini; ſic Spiritum malum miſit, quo concitarentur Iudæi, ſicut mare vento ſolet moueri, vt aduerſus Dominum fremerent, & menſuram patrum ſuorum implerent.* Quod accidit tempore Achabi, idem accidit tempore Iudæorum. Immiſſus fuit Achabi Prophetis Spiritus mendacij, Spiritus erroris; & inde natæ ſunt iniuriæ aduerſùs iuſtum, Michæas feritur, & percutitur a Sedecia. Immiſſus fuit ſimilis erroris, & ſeductionis Spiritus in Iudæos: & ecce tibi Ieſum perſequuntur, colaphizant, verberant, occidunt. Nunquam enim ſeductionis Spiritus tempeſtates non mouet aduerſùs iuſtos.

Ion. 1.

Pſal. 68.

Rupert.

§. XXVIII.

Præſtantiſſima illius virtus eſt, qui ſine exemplo Chriſtianas virtutes amplexus eſt.

POſt inflictam Michææ alapam dicit Textus: *Et ait Michæas. Videbis in die illo, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum, vt abſcondaris.* Nihil de accepta alapa dixit, nullam querelam protulit, ſed quaſi nihil accepiſſet iniuriæ pergit aliud dictæ a ſe veritatis ſignum ponere, nimirum, meticuloſam Sedeciæ fugam in Achabi perditione. Quantus hic vir, qui ſub alapa accepta patienter tacuit? Planè præſtantiſſima erat virtus Michææ, qui ſine exemplo, ſine præcepto impleuit, quod veniens in terram Filius Dei & opere, & verbo admonuit. Ait enim Matth. 5. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram.* hoc eſt, ſic te gere, vt quantùm eſt ex te, iterum videatur percuſſori, alteram percutere. Qui ante Chriſtum præſtitit Michæas, vnde præſtantiſſima eius

Matth. 5.

virtus

virens maximè innotuit. Dicebat Dominus de Iob c. 1.
Iob 1. *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra?* Ita ſanctiſſima erat Iobi virtus, quæ non habebat in terra ſimilem. Sed, vnde hæc tanta illi præſtantia inerat? An ex incredibili multitudine, & magnitudine iniuriarum, quas patientiſſimè tulit? ſed adhuc aliud in iis præſtantiſſimum inuenitur, nimirum, quòd ea tulerit
Aug. ſine exemplo, ſine admonitu. Ex quo ait D. Aug. quæſt. 118. ex vtroque Teſtam. *Sanctus autem Iob, cùm nihil tale vidiſſet, neque voluminibus lectitaſſet, talem ſe præſtitit, vt nullius aliquid in ſe collatum haberet; ſed ipſe tatorum conferret: formam præbens mirabilium geſtorum ad Deum promerendum. Quare & Diuino teſtimonio commendatur dicentis: Non eſt ei ſimilis quiſquam in terris verus Dei cultor. Quis tantum potuit promereri, cui tale teſtimonium Dominus perhiberet, niſi hic, qui non imitator inuenitur, ſed author eorum, quæ geſſit?* Idcirco de Iob ſuam virtutem ſuper omnes extulit, quia eorum, quæ agebat, nullum ſpectabat exemplū, nullum audiebat præceptum. Et in tantum ſe extulit hæc virtus, vt vix credatur poſſe ab alio ſuperari niſi à Deo. Sanctiſſimus ille Melchiſedech, ſacerdos Dei Altiſſimi, creditur, aut fuiſſe, aut repræſentaſſe Filium Dei. Et vnde id poteſt perſuaderi? De illo ait Paul. ad Hebr. 7. *Decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromiſſiones, benedixit. Sine vlla*
Hebr. 7. *autem contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur.* Erat ergo Melchiſedech melior Abrahamo, cui benedicebat, iuxta Apoſtoli ſententiam. Ex quo arguere licet D. Aug. Melchiſedech non fuiſſe hominem, ſed Deum, à quo ſolo ſuperari poterat virtus Abrahami, cùm eſſet ea ante auditam Chriſti legem, & viſum exemplum. Quippe ait quæſt. 108. ex vtroque Teſt. *Nullo enim modo fieri poteſt, vt qui tanto Dei auctoritate præponitur, homo putetur. Qualis enim iu-*
Auguſt. *ſtitia, quibus operibus plus poſſit mereri, quàm meruit Abraham? Neque enim erat ſub lege, quod faceret. Dicente tunc Domino: Exi de terra tua, & non dubitauit, ſed ſtatim obediuit. Dicit Dominus: Quicunque non ſecerit domum, aut parentes, aut fratres, aut cognatos propter me, non eſt me dignus. Qualis ergo Abraham, & cuius meriti fuit, qui antè mandata Saluatoris impleuit, quàm prædicarentur?* Et poſt alia multa recenſita, quæ ante Chriſtum Abraham exercuerat, tandem finit: *Igitur per hoc apparet, Melchiſedech vltra hominem eſſe, quia non erat vnde melior ſit, quàm Abraham, niſi ſi à natura illum præcedat.* Adeò æſtimata ſunt ſanctis Chriſtianas virtutes ſine exemplo, ſine monitu, ante Chriſtum exercitas.

3. *Reg.* 22. Et ait Rex Iſraël: Tollite Michæam, & maneat apud Amon, Principem ciuitatis, & apud Ioab, filium Amalech, & dicite eis: Hæc dicit Rex: Mittite virum in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ, donec reuertar in pace. Dixitque Michæas: Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus in me Dominus. Et ait: Audite populi omnes.

§. XXIX.

Nunc pauperes Dei in eo, diuites pro tribunali ſedent. non ſic poſtea.

Ecce tibi bonus Michæas Dei ſeruus in cuſtodiam traditur ciuitatis Principibus: *Ait enim Rex Iſraël: Tollite Michæam, & maneat apud Amon, Principem ciuitatis,* &c. Sic tolluntur, & raptantur in mundo Dei pauperes, Dei ſerui, & triumphant mundiales Principes. Aiebat Sidonius Apollin. lib. 7. epiſt. 6. *Ordinarius eſt, vt dum in hac ſæculi ſorte viuimus Ægypto, Pharao incedat cum diade-*
Sidon. *mate, Iſraëlita cum cophino.* Triumphant nunc potentes ſæculi, & in thronis ſedentes ſententiam ferunt aduerſùs pauperes Chriſti. Sed heu nota mundi viciſſitudo! Paulò poſt tollentur ſæculi potentes, & raptabuntur ad Dei tribunal, in quo Dei pauperes ſedebunt, & ſententiam dicent. Matth. 19. *Cum ſederit Filius hominis in ſede*
Matth. 19. *maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos iudicantes duodecim Tribus Iſraël.* Et cur viles homunciones in ſublimibus thronis viſebuntur? Rem pulchrè tractat, & expendit D. Chryſoſt. ſerm. 2. in Aſcenſionem, tom. 6. *Quandoquidem Apo-*
ſtoli, cùm ex Iudæis eſſent, non ſapiebant ea, quæ Iudæorum erant; ſed Chriſti, applicati, cùm quo ſtigmata ſignatis ſuos interfectoribus Domini gratulabunt. O rem magnam, atque ſtupendam, nouum, atque inuſitatum iudicij genus, piſcatorem aſpicere iudicantem, & Phariſæum iudicari; tabernaculorum opificem conſidentem ſedentem, & ſummum Sacerdotem cum ſuſpectis iudicium ſubeuntem! Nunc equidem ſedent mundi potentes: iacent pauperes Chriſti. Sed iam inſtat ſperata viciſſitudo, cùm pauperes Chriſti ſedebunt in throno, & potentes ſæculi ad iudicium, & carcerem æternum raptabuntur. Chryſoſt.

Auditis Chriſti Domini miraculis ſtupefactus Herodes dicebat Marc. 6. *Ioannes Baptiſta ſurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo.* Sic cogitur impius confiteri, occiſionem à ſe illatam Ioanni, cō peruenitſe, vt Ioannes ſit in viuente, ipſe in metu. Pro quo ait D. Petrus Chryſol. ſer. 173. *Herodes, quia egit gladium tuus ſicut ipſe dicis, redijt ad virtutes, qui furore tuo putabatur extinctus? Ioannes ſurrexit, ſicut fateris: non perſona, ſed inſirmitas periit: non Ioannes; ſed mors magis tali morte ſuccubuit. illuſa eſt pœna. ipſa eſt miſeri Iudicis decepta ſententia, quæ interemptum non perdidit, ſed promouit.* Sic ibi. Marc. 6. Chryſol.

§. XXX.

Veritas in nouiſſimis hominum, & afflictis accubat.

Miſſus Michæas ad Principes ciuitatis, in carcerem detruditur, & dicit adhuc Rex: *Suſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ.* Nec miror, quòd in has anguſtias inciderit, quia parte veritatis erat, quæ prorſus perit in latis carnalium viis. Ait Iſaias cap. 59. *Corruit in platea veritas.* In latitudine platearum corruit veritas, quæ accubat in anguſto. Vt dicat ibi D. Hieron. *Stetit iuſtitia in gentibus, & receſſit à nobis quia corruit in platea veritas. Lata enim, & ſpatioſa via, quæ ducit ad mortem. quia anguſtam viam, in qua veritas commoratur, nolunt intrare.* Quippe vt latior eſt vita, & in latitudinem principatus, & diuitiarum ſe extendit, minùs in ea veritatis conſpicitur. Nullam æſtimationem veritas habet apud ampliſſimos mundi potentes, quibus mendacia magis arrident. In abiectis & deſpectis, & nouiſſimis Dei amatoribus ibi maximè veritas affulget. Ait Pſal. 35. *Veritas Dei vſque ad nubes.* Cur non magis ait, vſque ad cælum; vel, vſque ad ad ſolem? Cur magis veritas amat pertingere nubes, quam cælum, quàm ſolem? Rationem indigitat Pſal. 134. dicens: *Educens nubes ab extremo terræ,* &c. quaſi hoc habeant ſibi proprium nubes, quod in extremis terræ, in infimis agnoſcant natales ſuos, ex quo veritati magis placet eſſe in nubibus, vt magis gaudet eſſe in abiectis, & afflictis mundi. Ad hæc ait Orig. hom 5. in Ieremiam: *Si quis ergo ſanctus cuſtodierit præcepta Saluatoris, & ſactus fuerit in hac vita nouiſſimus, fit nubes. Et educit Dominus nubes, non à primis terræ, non à Conſulibus, non à Iudicibus, non à diuitibus. Propterea ſi volumus nubes fieri, ad quas perueniat veritas Dei, nouiſſimi omnium ſiamus.* Ecce apud quos veritas Dei conſpicitur, non apud primos, non apud diuites; ſed apud abiectos, & nouiſſimos. Hinc dicitur Sponſæ Dei Eccleſiæ Cant. 7. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis!* Quaſi pulchritudo Eccleſiæ, à veritatis cuſtodia, in nouiſſimis, & plebeiis, qui reptant in terra, videatur. Ait enim D. Ambroſ. in Pſal. 118. ſer. 17. *Speciosa eſt in calceamentis. Plerunque enim Clerus errauit, Sacerdotes mutauit ſententia, diuites cum ſæculi iſtius terreno Rege conſenſerunt, populus fidem propriam reſeruauit.* Sic veritas à nouiſſimis, & extremis terræ ſolet radiare. Iſaiæ 59. Hieron. Pſal. 35. Cant. 7. Ambroſ.

§. XXXI.

Ab hominibus tribulatio, & anguſtia; ab vno Deo refectio ſalutaris.

Expende, quid prædicator veritatis Michæas à Principibus meruit: dicit enim Rex Achab: *Mittite virum iſtum in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis, & aqua*

aqua anguſtiæ. Quid aliud ab hominibus expectent, qui ſequuntur veritatem? Plane, de hominibus panem lacrymarum manducabis, & potum cum fletu miſcebis. Aliis anguſtia, & tribulatio tibi erit; ab vno Deo refectio ſalutaris. Ioan. 19. cùm Ieſus eſſet in Cruce, ait: *Sitio.* & continuò currens vnus ſpongiam aceto plenam applicuit ori eius. Et cur qui tacebat de doloribus clauorum, & ſpinarum, ſola de ſiti locutus fuit? Etiam tunc oſtendere volebat Dominus, quid egenti veniat ab hominibus, & quid à Deo. Ait D. Chryſoſt. hom. de negat. Petri, tom. 6. *Qua tandem de cauſa Dominus ſiti vexabatur, qui fecit, vt pro dura petra in ſtagnum abiret? Quia, nimirum, quod ſcriptum erat, oportebat impleri: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Talia ſunt Iudaica vinea torcularia. Etenim ex vinea Sodomorum, vinea eorum. Illorum ſiquidem torcularia acetum, & amaritudo; noſtra autem vindemia dulcedo, & immortalitas. Propterea dicebat Pſal. 33. Guſtate, & videte, quàm ſuauis ſit Dominus.* Quid pulchrius? Hominum torcularia plena ſunt aceto, & amaritudine: ab illis nihil hauries, niſi anguſtias, & tribulationem. Noſtra autem vindemia, quæ à Deo eſt, dulcedine, & immortalitate plena eſt. Ideò Prouerb. cap. 9. dicitur: *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis eſt paruulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* Sapientia, quæ eſt vnigenitus Dei Filius, refectura ſuos, menſam propoſuit, & miſcuit vinum. Non equidem voluit propinare merum, ſed mixtum, addens mundiali vino multum de ſua gratia, quæ deficiebat in labore hominum, de quibus nihil non acerbum, & detrimentoſum oriri ſolet. Vt dicat Hilar. Arelatenſ. hom. 5. de Paſchat. *Bibite vinum, quod miſcui vobis. Admixtum ergo aqua vinum legimus. Nunc cauſam, quare vtrunque Dominus miſcere voluerit, enquiramus. Quando in Iudæorum conuentu anguſtiale vinum, id eſt, fides in eis deficiebat, quia vinea fructum negabat, de qua dicitur. Expectaui, vt faceret vuas, fecit autem ſpinas: vnde & ſertum ſpineum capiti Redemptoris impoſuit.* Ideo Dominus miſcuit vinum; de ſuo addens noſtro: humana enim vinea fide orbata ſpinas ferebat, non vuas; anguſtias, non ſalutem generabat. Et qui ſpinas ab homine capiebamus, cœpimus à Deo accipere illud mixtum, quo poſſimus in æternum lætari.

Ioan. 19.
Chryſoſt.
Prouerb. 9.
Hilar.

§. XXXII.

Anguſtum, & calamitoſum eſt, quidquid non eſt Deus.

IVbetur ab Achabo dari Michææ *panis tribulationis, & aqua anguſtiæ.* Et crede mihi: talis eſt panis, talis eſt aqua, quæ de Principum mundialium poſſunt venire manu. Omnia enim illorum bona, quibus gaudent illi, etſi ſplendida, etſi magna videantur, parua ſunt, & nihil, & quæ potiùs anguſtias creant famis, quàm veram afferunt ſaturitatem. Hinc D. Gregor. hom. 36. in Euang. componens mundialium bonorum copiam cum Dei dulcedine, ſatur: *Palledie ergo noſtro diuinæ dulcedinis tabeſcimus, & longa inediæ peſte fatigamur. Et quia guſtare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris miſeri famem noſtram.* Famem appellat omnia mundialia, quæ amamus faſtidientes diuina, & ſpiritualia, quorum inedia peſtis eſt lethaliſſima. Qui enim relicto Deo bonis temporalibus ſeſe ingurgitat, & peſtem ſibi infert, & famem, & vacuitatem amat. Quia, quidquid non eſt Deus, & paruum, & anguſtum eſt, & plenum calamitate. De diuite mundiali dicit Iob cap. 20. *Cum ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.* D. Auguſt. legit illa prima: *Cum putauerit, ſe expletum eſſe, coarctabitur.* Ex repletione, & ſaturitate bonorum mundialium in arctum, anguſtúmque ducetur: quia ab illorum copia anguſtiæ naſcuntur. Vt meritò dicat ibi D. Auguſt. *Non tam ſatietas eſt de plenitudine cupiditatum, quàm preſſura.* Etſi tibi magna rerum temporalium plenitudo affluat, nihil in illis plenum inuenies; ſed arctum, ſed anguſtum, & amaritudinibus abundans. Nihil non arctum, & anguſtum in mundialibus: in ſolis diuinis eſt plenum, & magnum. Dicebat Lucas cap. 14. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Quæ cœna magna facta eſt? Ex omnibus mundialibus vna ſola magna facta eſt, de qua D. Thom. in Cat. ait: *Cœnam magnam dicit, quia ſatietatem nobis dulcedinis æternæ Dominus præparauit.* Et Theophylactus addit: *Miſericordiſſimam Dei diſpenſationem intelligit, quam operatur in nobis, quæ nos facit participes carnis Filij ſui. Cœnam enim magnam vocauit hanc diſpenſationem. Magna autem cœna hæc, quoniam ex confeſſo magnum eſt ſalutis myſterium.* Quippe ibi ſolùm magnum quid eſt, vbi adeſt Deus, nobiſque communicat ſua bona. Exod. 3. ardebat rubus, & non comburebatur: tunc dixit Moyſes: *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam.* Vnde magna hæc viſio, niſi quia ibi Deus repræſentabatur? Ex quo ait Origen. hom. 4. in Pſalmos: *Magna ergo eſt viſio, cùm puro corde Deus videtur. Magna eſt viſio, cùm puro corde Verbum Dei, & Sapientia Dei, qui eſt Chriſtus eius, agnoſcitur. &c.* Planè non ab alio, quàm à Deo magnitudo venit. Propterea Pſal. 80. dicebat Dominus: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Ex quo dicebat Richard. à Sancto Victore, ſer. de Spiritu Sancto: *Si aduLLam internam, & ſupernam dulcedinem ſitias, ſi ad veram, & æternam ſuauitatem ſuſpiras; audi, quid tibi diuinitus præcipitur & attende, quid ſimul tibi promittitur. Dilata os tuum, & implebo illud. Certè ſi terrena oblectamenta eſuris, ſi carnales voluptates ſitis, melius eſt tibi, os tuum contrahere, quàm dilatare, deſiderium tuum reſtringere quàm extendere, cùm nuſquam locorum inuenias, vnde illud ſatiare, & illi ſatisfacere valeas.* Sic Richardus ibi: vt videas, quàm exigua, & arcta ſint bona mundi, quàm magna, & vera Deus affert ſuis. Exod. cap. 23. *Cùm aſcendiſſet Moyſes montem, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus.* Et vnde agnouit Moyſes ibi habitaſſe gloriam Domini? Deus enim lucem habitat inacceſſibilem: ibi erant tenebroſæ nubes, ingentes caligines. Quis dixit Moyſi ibi habitaſſe Deum? Tam magnam ibi percipiebat dulcedinem, vt non crederet eam ab alio, quàm à Deo poſſe venire. Dicit ibi Rupert. *Gloriam Domini habitaſſe ſuper Sinai dicit, quia expertus eſt magnam, & glorioſam multitudinem dulcedinis Domini, quam abſcondit quidem timentibus ſe; ſed huic oſtendit non parua ex parte, vt in illa epularetur, non vno die; ſed quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Vbi quid magnum guſtauit, ſapienter intulit, Deum ibi habitaſſe, qui ſolus magnum bonum infert.

Luc. 14.
Thomas.
Theophyl.
Exod. 3.
Pſal. 80.
Rich. Vict.
Exod. 23.
Ruper.
Gregor.
Iob 20.
Auguſt.

§. XXXIII.

Verbum Dei ſuſtentat hominem.

INediam ſibi iniunctam audit Michæas, nec timet; ſed magis ſibi Deum locutum fuiſſe confirmat: quippe dicit Textus: *Suſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ, donec reuertar in pace. Dixitque Michæas: Si reuerſus fueris in pace, non locutus eſt in me Dominus.* Hoc contra famem ſibi propoſitam, & Regis duritiem opponit, quòd magis teſtetur ſibi fuiſſe Deum locutum, ſub qua Dei locutione nihil ſibi à fame, & inedia timet. In quo enim Dei Verbum eſt, ibi fames nulla, ſed plena ſaturitas. Aſcendit Moyſes in montem, nullum deferens ſecum cibum: & tamen ibi manſit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et qualiter homo potuit eſſe ſine cibo tot diebus? Textus ait Exod. 23. *Septimo autem die vocauit eum Dominus de medio caliginis.* Et ex quo Dominus cœpit loqui cum Moyſe, non eſuriuit ille; ſed verbo Dei ſartos potuit manere ſine materiali cibo. Rem tractat pulchrè Rupert. ibi ſatus: *Quaſi autem quæreres: Quomodo tandiu durauit homo ſine cibo? Septimo autem die, inquit, vocauit eum Dominus de medio caliginis. Fuerit hoc omninò humanæ poſſibilitatis, quòd præ auiditate talis ſtudij epularum ſex diebus panem non comedit, & aquam non bibit. Cæterùm, niſi ſeptimo illum die Dominus vocaſſet, natura hominis in ſemetipſa conſiderata in breui penitus aruiſſet. Vocauit ergo illum de medio caliginis, cuius vox ſuauis, ac ſuper mel, & fauum eſt dulcis, & vocatione ſua ſic inopem hominis naturam ditauit, vt vſque ad quadrageſimum diem non ſolùm cibo, & potu, ſed & totius humanæ conditionis poſſit oblitus eſſe.* Haud dubium, quin certum illud ſit à Domino dictum Matth. 4. *Non in ſolo pane viuit homo; ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Ibat aliquando poſt Ieſum ingens populorum turba, quæ nihil comederat toto triduo. Vt dixerit Ieſus Marci c. 8. *Miſereor ſuper turbam: quia iam triduo ſuſtinent me, nec habent;*

Exod. 23.
Rupert.
Matth. 4.
Marc. 8.

bent, quid manducent. Et quod mirandum eſt, quòd in tanta cibi penuria, nullus adſtantis turbæ viſus eſt, qui cibum meminiſſet. Vnde hoc? Intenti erant omnes Ieſu verbis, quibus nullum alium requirebant cibum. Ait Prudentius in Apotheoſi:

Quinque in deſerto panes iubet, & duos piſces
Abſque ſi paſtum populu, qui fortè magiſtrum
Non tenuerant fame ſtipabant vndique ſeptum,
Immemoreſque cibi vicos, caſtella, macellum,
Oppida, mercatus, & conciliabula, & vrbes
Reſpuerant, largo contenti dogmate veſci.

Vbi Dei verbo abundabant, non requirebant alios cibos.

§. XXXIV.

Nunquam non falluntur in rebus ſuis, qui diuinationibus inſtant.

EX ore ſuorum Prophetarum dicebat Achab: *Donec reuertar in pace*: quippe omnes illi pacem, & proſperitatem in expeditione promittebant, in qua ipſe periuit: nunquam enim non falluntur in rebus ſuis, qui diuinationibus faciunt fidem. Nota eſt fabula illa gentilis Daphnes, & Apollinis; vt Daphne conuerſa in laurum Apollinis amores deluſit. Ex quo Tatianus oratione contra Græcos, ſic Pſeudoprophetarum diuinationes pungit: *Laudo te, ò Daphne, quæ Apollinis intemperantiam vicisti, diuinationem eius redarguiſti: ſiquidem euentus caſus ipſe ignarus, nihil ex arte ſua fructus percepit.* Et quidem Apollo cenſebatur à gentibus Diuinorum Princeps, ipſéque oracula de rebus futuris reddebat: qui autem diuinationis artem probè callebat, vbi adamare cœpit Daphnen, miſerè fallitur, & deluditur. Addo poſt Apollinem, Iulianum Imperatorem Apoſtatam, diuinationibus proſus deditum, qui in viſceribus mortuorum futura quærebat. Is non abſimilis Achabo Perſarum expugnationem aggreſſus, omnia proſpera, & felicia ab extis, & vt ceteris conſultis promittens, in ſuo felici reditu mortem, crucémque Chriſtianis minabatur. At diuinitùs percuſſus in ea expeditione miſerrime occubuit. Accipite rem à D. Gregor. Nazianzeno, qui orat. 4. in Iulianum, ait: *Totus in iam expeditionem ferebatur, omni diuinationum, & præſtigiarum, dicendarúmque, & tacendorum ſacrificiorum vanitate in vnum collecta, vt tota ea, ſcilicet, breui deleretur. Porrò veruna victima, quàm magna, quàm eximia! Vniuerſam Chriſtianorum gentem Dæmonibus ſiſtere, ſi propoſiti compos exſtiteri.* Hæc ante bellum initum Achabi actis quam ſimillima. Vterque expeditionem aggreditur; vterque conſulit Diuinos ſuos; Achabo quadringenti Baalis Prophetæ vno ore proſperitatem annunciant: Iuliano omnis diuinationis, & præſtigiarum vanitas ſimilem felicitatem edicit. Achabo in votis erat poſt felicem reditum Michææ veri Dei cultoris perditio: Iulianus ſimiliter vouerat Chriſtiani Orbis ruinam. Quid tunc? Vterque ſuis diuinationibus deluſus in bello miſerè periit. De Iuliano pulchrè ait Nazianz. ſuprà: *Vtcunque res ſe habet, lethale certè, Orbiſque vniuerſo ſalutare vulnus accepit, ac per vnicum inciſionem, multorum viſcerum malè creditorum pœnas exoluit. Quod & ipſum miror, quomodo homo vanus, qui omnia hinc ſe ſcire exiſtimabat, hoc vnum ignorauit, nimirum, vulnus viſceribus ſuis infligendum.* Quid pulchrius? Qui ex viſceribus mortuorum ſciſſis, extiſque conſultis omnia etiam futura ſe ſcire exiſtimabat, illud vnum prorſus ignorauit, quòd ei ſcindenda eſſent viſcera. Sic in rebus ſuis miſerè falluntur, qui diuinationibus inſtant. Quam vanitatem in amico ſimiliter vltam deflet Sidonius Apollin. lib. 8. epiſt. 11. dicens: *Ad præſens nihil conſectaneum geſtum, nihil per ambages: quandoquidem hunc noſtrum temerarium futurorum ſciſcitatorem, & diu fruſtrà tergiuerſantem, tempus, & qualitas prædicta mortis conuexuit. Nam domi preſſus, ſanguinatúſque ſeruorum manibus, obſtructa anhelitu, gutture obſtricto, ne dicam Lentuli, Iugurthæ, atque Seiani, certè Numantini Scipionis exitu periit.* Sic excæcuerunt, qui futura ſua vaniſſimè ſcire quærunt.

Tatian.

Nazianz.

Nazianz.

Sidon. Ap.

§. XXXV.

Dei Verbum non patitur eſſe pacem impiis.

SApienter dicebat Michæas: *Si reuerſus fuerit in pace, non locutus eſt in me Dominus.* Non equidem Dei ſermo cenſeri poteſt, qui pacem patiatur eſſe tanto impio. Quò ſpectans Iſaias cap. 48. ait: *Non eſt pax impiis, dicit Dominus* quaſi hoc de verbis Domini veniat, quòd non ſit pax impiis. Circa quæ ait Forerius: *Improbis nulla eſt pax, dicit Dominus, omniáque in malum eis cedunt:: Et conſiderandum eſt, improbos à ſe pacem, & veram tranquillitatem repellere; non enim acquieſcunt verbo Dei: ſequuntur affectus ſuos, qui nunquam ſibi conſtant: ſeminant iniquitates, metunt dolores.* Dum impij verbis Dei obſiſtunt, nihil inde aliud metunt, quam dolores, & anxietates, tollente ab illis Dei Verbo pacem, & tranquillitatem, vt quod neſciat loqui, niſi deſtructionem, & ruinam iniquitati. Ierem. c. 1. dictum eſt: *Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Expende illa: *Vt euellas, & deſtruas, & diſſipes,* &c. quaſi eò ſolùm ſpectent verba Dei data hominibus, vt vniuerſæ iniquitatis poteſtates deſtruantur. Vt dicat Orig. hom. 13. in Ioſue: *Eſt item in primis opus verbi Dei deſtruere ædificia diabolica, quæ in anima conſtruxit humana. Ille enim turres ſuperbiæ in vnoquoque noſtrûm, & muros elationis extruxit: has ſermo Dei ſubuertit, & ſubruit.* Nec miror: tota enim politia Verbi Dei incarnati eò ſpectat, vt pax non detur impiis; ſed bellum, ſed pugna. De Iacob in patriam redeunte locutus Text. ait Gen. 32. *Traductiſque omnibus, quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.* Et poſt non paucos luctæ ſudores, *vocauit Iacob nomen loci illius, Phanuel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Luctantem virum experiebatur tota nocte, & eum Deum vocat. Vnde in eam mentem potuit Iacob venire, vt Deum crederet eſſe, qui luctatoris hominis formam exercebat? Agebat Iacob figuram populi Iudæorum, populi iniquiſſimi, & ex parte reprobandi, cum quo qui luctabatur, & belligerabat, non poterat non credi Deus: cuius in mundum aduentus eò ſpectabat, vt bellum inferret malis, & ab eis tolleret pacem. Ait D. Cyril. Alex. hom. de Chriſti Natiuit. habita in Concilio Epheſino, tom. 6. c. 5. *O ſapientiam Sanctis dignam! Hominem contra ſe luctantem cernit, & exclamat Patriarcha: Deum facie ad faciem vidi, & ſaluata eſt anima mea. Mox enim Spiritu Sancto reuelante incarnationis ſacramentum intelligebat.* Quid pulchrius? In luctatore agnouit totam œconomiam Verbi Dei incarnati, vt veniebat tollere à carnalibus pacem, & inferre bellum iniquitati. Hinc Cant. 2. dicit: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus.* Circa quæ D. Amb. lib. de Noe, c. 15. ait: *Per hos montes Chriſtus aduenit comprimens feroces corporis motus, atque illam altitudinem,* &c. Ne credatur Dei Verbum attuliſſe impiis pacem; ſed bellum, ſed ruinam, ſed vaſtitatem, vt funditùs impietas extinguatur. Huc trahe dicta in præſenti, §. 3.

Forer.

Ierem. 1.

Orig.

Gen. 32.

Cyrill. Al.

Cant. 2.

CAPVT V.

Michææ prophetiæ impletio.

TEXTVS HISTORIA.

POst datum Michæam vinculis, Achab ſimul, & Ioſaphat aduersùs Ramoth Galaad profecti ſunt. Vbi autem ad locum certaminis ventum eſt, vt vidit Achab Syrorum exercitum, exuto habitu regio, priuati hominis ornamentum ſibi aſſumpſit, iubens Ioſaphato, vt ſolus ſub regio ſtemmate fulgeat. Iam fortè erat initum certamen; & Syrorum validiſſimi duces regium ſpectantes Ioſaphati currum, ingenti alacritate certabant, vt in eo Achabum interimerent: acceperant enim mandatum à Rege ſuo, vt relictis popularibus aduerſariorum copiis, in vno Achabo perdendo totam aleam certami-

 nis

nis conſtituerent. Quo imperio incitati, & ſpecie regalis ſtemmatis deluſi, dum inſtant Achabum perdere, Ioſaphatum in vltimum diſcrimen deducunt. Et funditùs perdidiſſent virum, niſi ille exclamaſſet ad Dominum, qui perſequentium oculos aperuit, vt noſcerent Ioſaphatum, & ab illo cognito manus auerterent. Intereà miles quidam gregarius ſagittam ab arcu in aerem excuſſit, quæ directa à Deo miſerum Achabum transfodit, & cum occidente Sole exceſſit à viuis. Eius ſanguine infectus currus ablatus fuit Iezrael, vbi dum lauatur in piſcina, mixtam ſanguine aquam canes ebibunt, & duæ adimplentur prophetiæ, altera Michææ, altera Eliæ.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

EGREDIISSET Achab Michææ, & minimè in hoc bello periiſſet: ſed impij ſuorum ſcelerum pondere in ſuum exitium feruntur præcipites.

3. *Reg.* 22. Aſcendit itaque Rex Iſraël, & Ioſaphat, Rex Iuda, in Ramoth Galaad. Dixit itaque Rex Iſraël ad Ioſaphat: Sume arma, & ingredere prælium, & induere veſtibus tuis. Porrò Rex Iſraël mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum.

§. I.

Peccata cæcant hominem, ne ruinam effugiat.

AVdito Michææ vaticinio de infauſta expeditione in Ramoth, nihilominùs ait Textus: *Aſcendit Rex Iſrael, & Ioſaphat, Rex Iuda, in Ramoth*, &c. Et cur non magis timuit Achab illò ire, vbi ſe audiebat periturum? In præſenti libro cap. 21. audiuit Achab Eliam ſibi multa
3. Reg. 21. mala prædicentem: & ait Textus: *Itaque cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque*, &c. Nunc autem audit ex Michæa inſtare iam mortem ſuam, & exitium ſuum in expeditione illa aduerſùs Ramoth; & nullo timore corripitur, nec vllum opus facit, quo diuinam auertat iram. Et cur, qui tanta fecit in ſermone Eliæ, nihil facit in ſermone Michææ; ſed illo contempto aggreditur rem ſibi adeò infelicem? Prolata diu peccata ſic iam modò hominem obcæcauerant, ne extremum effugeret ſupplicium: ſed magis ad illud præceps rueret. Solent equidem peccata ſic homines afficere.
Saluian. Ait Saluianus lib. 6. de Dei gubernat. tractans calamitates patriæ ſuæ: *Ita cunctos crimina ſua preſſerant, vt nec metuerent periculum ſuum. Prænoſcebatur captiuitas, nec formidabatur: ablatus quippe erat à peccatoribus timor, ne poſſet eſſe cautela. Itaque barbaris penè in conſpectu omnium ſitis, nullus metus erat hominum. Tanta animorum, vel potiùs peccatorum cæcitas fuit, vt cùm abſque dubio nullus perire vellet, nullus tamen id ageret, ne periret.* Proh peccatorum cæcitatem! Inter ipſam mortis falcem ſic grauatos hominum oculos ſomno tenes, vt videntes non videant exitium
1. Reg. 26. ſuum. De ſimilibus dicebat Textus 1. Reg. 26. *Omnes dormiebant. quia ſopor Domini irruerat ſuper eos.* Sub hoſtis vigilantis gladio erant, & ipſi dormiebant, ſopore graui ſibi à Deo immiſſo, dum eius peculiari cura erant
Saluian. deſtituti. Circa quæ ait Saluianus ſuprà: *Sopor quippe infunditur, vt perditio ſubſequatur. Cùm enim completis iniquitatibus ſuis peccator meretur, vt pereat, prouidentia ab eo tollitur, ne periturus euadat.* Eum equidem ex Deo peccata indunt homini ſoporem, quo preſſus non euadat ruinam: ſed in extremum exitium vadat.

§. II.

Peccata diu animo hærentia lumen extinguunt, ne inſtans periculum videatur.

MOrtem ſuam in vicino prælio futuram audit Achab ex Michæa: & nihil faciens in prælium vadit, dicente Textu: *Aſcendit itaque Rex Iſrael*, &c. Aſcendit itaque Achab in prælium, in quo ſibi Michæas inſtantem mortem denunciarat, cùm ob denunciatam mortem ab Elia, metu correptus, & cilicio ſe cinxerat, & ieiunauerat 3. Reg. c. 21. vt vidimus paragrapho præcedenti. Et qui tanta fecit ob mortem ab Elia denunciatam, cur nihil fecit ob eandem à Michæa prædictam? Cùm ad Michæam ventum eſt, diutiùs hæſerant peccata in eius animo; & ideò cæcior factus, nihil luminis habuit, quo videret malum, vt efficaciùs vitaret illud. Et quidem peccata diu animo hærentia, valdè obſtruunt viam ſalutis. Dicebat Oſeas cap. 7. *Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. quieuit paululum ciuitas à commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum. Tota nocte dormiuit coquens eos.* Loquitur Propheta de tempore, quo Ieroboam introduxit idololatriam in Iſraelem. Oſee 7.
Extulit namque duos vitulos aureos, ad quorum adorationem inuitabat & Principes, & populares Iſraelis, quos ſimul excipiebat & compotationibus, & epulis. Quid tunc? Securus ſe permiſit ſopori, ſciens, quod ſi per noctem vnam idololatria inſediſſet eorum animis, profuſis in illa obcæcarentur. Quo ſpectans Ruffinus dicebat ibi: *Securus ſe permiſit ſopori, ſciens, quod per noctem totam eorum temulentia, & profanitas decoqueret eos. Nec opinio feſellit artificem. omnes in rationis lumine extincto, inuenti ſunt deluſi.* Non extulit vitulos, & ſtatim coegit ad eorum adorationem, ſed fecit, vt temulentiæ, & profanis epulis vacarent miſeri tota nocte. Quid inde? Facto diluculo, omni rationis lumine extincto, inuenti ſunt. Sic peccata hærentia diu animo lumen extinguunt, & obcæcant homines, & obſtruunt viam ſalutis. Ruffin.
Nota eſt illa cœna celebrata ab Herode cum Optimatibus ſuis, in qua ſaltatrix puella petijt ſibi dari caput Ioannis Baptiſtæ, Marc. cap. 6. *Et contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare. ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput eius in diſco.* Marc. 6.
Quantum hoc facinus! Sic extingui potuit lucerna illa ardens, & lucens? Pulchrè de hoc dicit D. Petr. Chryſol. ſerm. 174. *Serpens tunc latebat in fœmina, quæ captans greſſibus flexuoſis lethale toto corpore virus effudit, vt diſcumbentium mentes furor, vectorum corpora ſauciaret. homines verterentur in beſtias, nec tunc iam tales, ſed ſanguine potarentur; nec pane rabidi, ſed carnibus veſcerentur humanis. Tales vtique, tales reddidit, quibus adlatum fumante ſanguine caput intulit tunc Ioannis. Ecce quid pariunt totis noctibus protracta conuiuia.* Ne miremur, quòd peccata tam largis noctibus inſidentia ardentiſſimam mentis lucernam conſopiant, quæ extinxerunt Chriſti lucernam, Ioannem Baptiſtam. Chryſol.
Et quid aliud agunt peccata pernoctantia in pectore, quàm parare vltimum hominis exitium? Ionas cap. 1. Ion. 1.
fugitiuus à Deo nauim aſcendit, & ibi iacens *dormiebat ſopore graui.* Et ecce tibi tempeſtas valida cœpit nauim impetere, vt penè iam mergeretur. Et quis ventus tantam traxit tempeſtatem? Non ventus; ſed peccatum quieſcens, & pernoctans in Ionæ pectore, totam illam tempeſtatem ſollicitabat. Dicit D. Chryſoſt. hom. de Iona: *Peccatum naufragium præparabat, & Ionas ſomno premebatur.* Neſcit otioſum eſſe peccatum, dum incubat hominis animo, & ſomnum menti immittit, & dum homo dormit, & nihil videt, & nihil timet, peccatum ſollicitat tempeſtates, & trahit naufragia. Chryſoſt.

§. III.

Pulchritudo, & decor præcipuus ex miſericordia in hoſtes.

REgium ornatum exuens Achab priuatum, & minimè ſpecioſum aſſumpſit, dicente Textu: *Dixit itaque Rex Iſrael ad Ioſaphat: Sume arma, & ingredere prælium, & induere veſtibus tuis. Porrò Rex Iſrael mutauit habitum ſuum.* Datum eſt Ioſaphato, vt fulgeret regia purpura; verùm

Achab omni ſpecioſitate ornatus depoſita, ſub priuato, & communi habitu prælium intrat. Nec miror, quod pulchritudinem habitus deponat, qui perſequitur hoſtes ſuos. Matth. 22. vidit Rex hominem in nuptiali conuiuio, ornatu communi, & ſordido compoſitum, cui ait: *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* Matth. 22. *Mittite eum in tenebras exteriores.* Quod miratus Theophyl. ait: Theophyl. *Quis eſt ille ſordida veſtimenta gerens? Is, qui non indutus eſt viſcera miſerationum, ſi ſeruitutem, & benignitatem.* Pulchro ſalutis ornatu caret, qui caret benignitate. ille enim ſpecioſo decore nitet, qui etiam hoſtibus ſeſe exhibet miſericordem, & benignum. Iſaias cap. 63. dicebat: Iſaiæ 63. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.* Miratus Propheta pulchritudinem, & decorem ſtolæ, quia gradiebatur dux meus Ieſus in congreſſu virtutis ſuæ. Et vnde illi tantus decor in campo pulueruſlento, & ſanguineo congreſſu? Ait ipſe: *Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.* hoc eſt, cuius in ore [illegible] non tantum, & miſericors eſt, qui & verbis, & factis ſalutem oſtendo etiam hoſtibus, non vindictam. Et quidem dum ſalutem, non vindictam etiam hoſtibus loquetur, totam exhibet amictionem pulchritudinis. D. Auguſt. ſerm. [illegible] de verbis Domini, ait: *Ille, qui vos quaſi fœdos tolerauit, pro vobis formoſus orauit: Pater, ignoſce* August. *illis, quia neſciunt, quid faciunt.* Formoſus ſtatus in congreſſu virtutis ſuæ Dominus Ieſus, cum vel hoſtibus ſuis impetrat veniam. Actor. 6. *Viderunt faciem Stephani,* Actor. 6. *tanquam faciem Angeli.* [illegible] repleuit [illegible] pulchritudo. Nam [illegible] dicit Actor. 7. *Po-* Actor. 7. *ſitis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Commu[illegible] quia [illegible] eam pulchritudinem genua [illegible] pro [illegible] tent. Quod ſpectans Tert[illegible] de [illegible] carnis, Tertull. ait: *Sic & Stephanus [illegible] ſanguinem induerat, ſed nondum aliis gemmis [illegible] acciderant [illegible]* dum alia; ſed eadem, in lapidatione pro [illegible] bantur, & angeli [illegible] radiabat. Ad hæc D. Auguſt. in ſer. 6. de Sanctis, ait: *Rapiunt Stephanum, ad ſuum atque perducunt Concilium. Exagitant, & perturbant, & interrogant, &* August. *audiunt, & attendunt. Audiunt ſapientiſſimum, & conſpiciunt ſpecioſiſſimum.* Quanto pretioſius ſit decor, & ſpecioſitas illorum, qui vel hoſtibus [illegible] nouerunt miſericordiam præſtare.

§. IV.

Terrenis cupiditatibus ſeruientes ſordido pœnitentium habitu veſtiuntur.

Purpuram cel[illegible] Achab Ioſaphato, ſibi communem, & priuatum [illegible] amictum: ait enim Textus. *Dixitque Rex Iſrael ad Ioſaphat. Sume arma, ingredere prælium, [illegible] Porro Rex Iſrael mutauit habitum ſuum.* Exuit [illegible] purpuram, & habitum in[illegible] priuatum: ſic [illegible] quò illum [illegible] terrenæ cupiditates, a quibus vel ſordido habitu [illegible] pullo ad ſupplicium deſtinabitur. [illegible] alumnos terrenæ cupiditate. Aiebat Habacuc cap. 3. *Pro* Haboc. 3. *iniquitate vidi tentoria Æthiopes, turbabuntur pelles Madian.* Luc. 16. Quam [illegible] dicit, bona terrena [illegible] quæ à Domino vocantur *Mammona iniquitatis* Luc. 16. A parte [illegible] ſola vidi [illegible] Æthiopiæ, quia [illegible] & [illegible] ſic ſolent pullo habitu [illegible] vt qui [illegible] morti deſtinantur. Dicit Alcuin. hom. in Dom. 8. poſt Pentecoſten: *Pro iniqui-* Alcuin. *tate vidi tentoria Æthiopia, id eſt, pro auaritia capiendi vidi homines fieri tabernacula nigredinis.* Et quidem, vt nobiles ad ſupplicium deſtinati ſpecioſas exuunt veſtes, & ſub pullo habitu n[illegible] ſic, qui nimis ſeſe immergunt terrenis cupiditatibus ſatiandis, & pulli, & ſordidi apparent, quaſi ſupplicio deſtinati. His crediderim immerſum illum, cui dicit Dominus Matth. 22. *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit.* Matth. 22. *Tunc dixit Rex miniſtris: Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.* Et quando [illegible] non niſi vocatus [illegible] defectum ornatus damnatur? Ait ibi Euthymius: *Quia oportebat etiam eum, qui ad nuptias vocatus* Euthym. *eſt, regio ornatu omnino ingredi, & decenti ſtola, gratia vocantis reſpondere.* Eo ipſo, quòd vocabatur ad nuptias, ad ſalutem æternam, debebat ſtola decenti, & regio habitu fulgere: at ille expuens regios ornatus, habitum prorſus illiberalem aſſumpſit, & ſuo pullo, & ſordido amictu nigricans ſeſe deſtinauit ſupplicio. Neſciunt enim terrenæ cupiditates alium habitum inducere ſuos alumnos. Hinc monebat Apoſt. ad Coloſſ. 3. *Expoliate vos veterem ho-* 1. Cor. 3. *minem cum actibus ſuis, qui corrumpitur ſecundum concupiſcentiam erroris, veſtientes vos nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt.* Iubemur exuere amictum veteris hominis, vt qui morti vicinus ſit. Et qualis eſt veteris hominis amictus? Ait Imperfectus hom. 41. in Matth. *Veſtimenta* Imperf. *veteris hominis ſunt rimoſa, & ſordida opera carnis, corruptibilia, & immunda: veſtimenta autem noui hominis ſunt ſorita, & decora opera ſpiritus, incorruptibilia, & ſancta.* Ecce tibi ab operibus ſpiritus venit decorus ornatus, qui ſeruiat ad ſalutem: ab operibus carnis venit amictus pannuſus, ſordidus, pullus, qui ad corruptionem nos ducat, & extremam ruinam.

§. V.

Impius primus eſt in ſe ſpoliando ab omni dignitate, & decore.

Dixerat Michæas, Achabum a regno, & vita exturbandum in expeditione illa: quod non credens Achab, & in prælium pergens, concaturo Ioſaphato regiam pompam permittit, ipſe vero ſe purpura exuit, & communem, priuatumque habitum ſumit: quippe ait Text. *Dixitque Rex Iſrael ad Ioſaphat. Sume arma, & ingredere prælium, & induere veſtibus tuis. Porro Rex Iſrael mutauit habitum ſuum.* Mutauit, inquam, Rex Iſrael habitum ſuum, hoc eſt, purpuram exuit, priuatum habitum ſumpſit: vt pateat, quàm primus omnium ſit impius in ſe ſpoliando ab omni dignitate. Nondum hoſtis apparuerat, iuſſus vnum Achabum perdendi, nondum ſagitta excuſſa erat, quæ inſcium a regno tolleret, & a vita, & iam ipſe purpuram exuebat, Regem deponebat, & in ſe ſpoliando primus executioni mandabat Michææ dicta. Non aliter perdendus ille Saul mittens Dauidem contra Goliath 1. Reg. 17. *Induit Saul* 1. Reg. 17. *Dauidem veſtimentis ſuis.* Vt indueret Dauidem, veſtes ſibi regias ſua [illegible] detraxit: perditionis ſuæ decreto primus obſecutus eſt. Vt dicat D. Baſil. Sel. orat. 15. *Impendens Saul* Baſil. Sel. *diuina gratia decreto obſecundabat; & tum ornatus armis, quem antea ornaerat gratia, ornamenta dignitatis exuebat.* Nondum Amalecita apparuerat, qui diademate Saulem ſpoliaret, & iam ipſe ſe ſuis manibus omni exuebat dignitate. Similiter & Pontifex Iudæorum, audito Ieſu meo, de regno venturo diſſerente Matth. cap. 27. ſcidit Matth. 27. veſtimenta ſua, dicit enim Textus: *Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua.* Necdum Romani venerant, nec templum incenderant, nec ſancta conculcarant, & primus omnium Sacerdotum Princeps ſe honore ſacerdotali priuatat. Circa quæ D. Leo ſerm. 6. de Paſſ. *Caiphas autem ad exaggerandam auditi ſermonis inuidiam, ſcidit veſtimenta ſua, & neſciens, quid hæc ſignificaret inſania, ſacer-* Leo. *dotali ſe honore priuauit. Vbi eſt, Caipha, rationale pectoris tui? Vbi continentiæ cingulum? Vbi ſuperhumerale virtutum? Myſtico illo, ſacratóque amictu ipſe te ſpolias, & propriis manibus pontificalia indumenta diſcerpis, oblitus præcepti illius, quod legeras de Principe Sacerdotum Leuitici cap. 21. De capite ſuo cidarim non deponet, & veſtimenta ſua non diſcindet. Tu verò, à quo iam alienabatur hæc dignitas, ipſe tibi es executor opprobrij.* Quid pulchrius? Expende illa: *Tu verò ipſe tibi es executor opprobrij.* Non alias expectauit manus; ſed ipſe omnium primus ſpoliationem ſuam mandat executioni. Ad hæc poſt comprehenſum Ieſum ait Lucas c. 22. *Et vt factus eſt dies, conuenerunt ſeniores plebis, &* Luc. 22. *Principes Sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in Concilium ſuum.* Ne autem dubitemus, quis fuerit dies ille, quo ſic Principes Sacerdotum in Ieſum ſæuiebant, ait Ioannes c. 19. *Quoniam Paraſceue erat.* quippe Paraſceue erat præparatio: debebant enim illa die templi ornatum præparare ad Paſcha celebrandum. At illi occupati in Ieſu perdendo, non curabant de templi ornatu: vt ſic oſtenderent, quàm ipſi primi decorem templi ſui, & ornatum conculcabant. Vt dicat D. Leo ſerm. 7. de Paſſ. *Vnde cùm omnium animos cura admittendi ſceleris in Ieſum occupaſ-* Leo. *ſet, ipſi ſe Doctores legis lege priuarunt, & ſpontaneo defectu*

ritus ſibi patrios abſtulerunt. Incipiente enim ſiſtiaitur Pa- ſchalis, qui ornare templum, mandare vaſa, victimas promeliore, & legitimis ſuſſificationibus ſacratorum diligentiam adhibere debuerant, parricidalis odij furore concepto, ad vnum opus vacant, & in vnum facinus ſimile ciuadelitate conuacant. Expende illa: *Spontaneo deſ. cia ritus ſibi patrios abſtulerunt.* antequàm armata vis Romanorum adueniret, ipſi ſpontaneè, & templi ornatum, & religionis curam, & Sacerdotum dignitatem abiecerunt. Sic impij primi ſunt, qui executioni mandent ruinam ſuam. — Leo.

3. *Reg.* 22. Rex autem Syriæ præceperat Principibus curruum triginta duobus, dicens: Non pugnabitis contra maiorem, nec minorem quempiam, niſi contra Regem Iſrael ſolum. Cùm ergo vidiſſent Principes curruum Ioſaphat, ſuſpicati ſunt, quòd ipſe eſſet Rex Iſraël, & impetu facto pugnabant contra eum, & exclamauit Ioſaphat. Intellexerúntque Principes curruum, quòd non eſſet Rex Iſrael: & ceſſauerunt ab eo.

§. VI.

In Christiano duello illud, quod regnat peccatum, magis impetendum.

HOc ſuis præcipit Rex Syriæ, quòd non pugnent, *niſi contra Regem Iſrael ſolum:* deuicto enim Rege, facilè deuincentur & cæteri. Et vtinam idem ſeruetur in noſtro myſtico duello, vt maximè impetamus peccatum illud, quod magis in nobis regnat. Locutus Textus de Ioſue, cap. 11. ait: *Omnes Reges eorum cepit percuſſit, & occidit.* Hoc fuit in tanto duce felicius, quòd Reges impugnabat, & Reges occidebat. Ex quo pulchrè differit Orig. hom. 15. in Ioſue, dicens: *In omnibus nobis regnabit peccatum, & in omnibus nobis vitia regnauerunt. Vnuſquiſque tamen habuit in ſe aliquem ſpecialem Regem. Verbi gratia, in alio regnum tenebat auaritia, in alio, ſuperbia, in alio mendacium regnabat, in alio libido dominabatur, & alium Regem patiebatur furorem. Erat ergo regnum peccati in nobis, antequàm crederemus. Poſteà verò quàm venit Ieſus, occidit omnes Reges, qui in nobis tenebant regna peccati, & præcepit nobis interficere omnes iſtos Reges. Si quis autem aliquem horum in ſemetipſo reliquerit viuum, in exercitu Ieſu eſſe non poterit.* Non equidem in vnoquoque noſtrûm æquè regnant omnia vitia; in alio præcipuè regnat vnum, in alio aliud. Quiſquis ergo amat proficere, & expugnatis vitiis in Ieſu promiſſiones intrare, & cum Ieſu belligerare, eò animum intendat, vt quod præcipue regnat in animo ſuo vitium, diligenter impugnet: ſic Rege deſtructo reliqua facile ſuperabis. Sanè hoc nobis duellum & docuit, & imitauit verus Ieſus, Filius Dei. De Ioſue belligerante dicebat c. 10. *Fecitq; Regi Maceda, ſicut fecerat Regi Iericho,* &c. Quibus oſtenditur, quàm eſſet intentus Ioſue animus aduerſùs contrarios Reges. Ex quo dicebat Orig. hom. 13. *Etiam nunc Dominus meus Ieſus Chriſtus bellat aduerſus virtutes contrarias, & eiicit eas de ciuitatibus, id eſt, de animabus noſtris, & interficit Reges, qui regnabant in animabus noſtris, ne vltrà regnet in nobis peccatum, vt poſteaquàm interemerit Regem peccati de ciuitate animæ noſtræ, fiat anima noſtra ciuitas Dei, & regnet in ea Deus.* Ea eſt Ieſu Domini ars in bellis ſuis, vt priùs impetat Regem, nimirum, illud vitium, quod magis regnet in animis noſtris. Quem nos imitari debemus, vt deuicto peccato Rege ad eum veniamus ſtatum, quo in nobis regnet Deus. — Ioſue 11. — Orig. — Ioſue 10. — Orig.

§. VII.

De iniquorum coniunctione, & amicitia nunquam non lethaliſſimæ turbationes naſcuntur.

EXpendendum maximè, quid lucratus ſit Ioſaphatus bonus de iniqui Achabi coniunctione, & amicitia: ait enim Textus: *Cùm ergo vidiſſent Principes curruum Ioſaphat, ſuſpicati ſunt, quòd ipſe eſſet Rex Iſrael: & impetu facto contra eum, exclamauit Ioſaphat.* Ecce in quanto poſitus ſit diſcrimine Ioſaphat, qui exclamare cogitur; quod diſcrimen illi intulit Achabi amicitia, & coniunctio. Rem enim ſic oſtendit Imperfect. hom. 1. in Matth. dicens: *Cùm Ioſaphat feciſſet amicitiam cum Achab, & dediſſet ei auxilium aſcendens ad bellum, circundederunt eum currus: & cùm iam periclitaretur occidi, exclamauit ad Dom.* &c. Expende, vnde ortas dicat anguſtias, & diſcrimina Ioſaphati, nimirum ex eo, quòd amicitias feciſſet cum Achab, & eum comitaretur in bello: de impij enim coniunctione, amicitia, nihil citiùs oritur, quàm perturbatio, & anguſtia. De Ieſu meo locutus Ioannes cap. 13. ait: *Cùm hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.* Et poſt pauca ait: *Cùm ergo exiſſet Iudas, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt Filius hominis,* &c. Intra breuiſſimum tempus, & turbatur Ieſus, & clarificatur. Et vnde Ieſum meum tam cita tenuit turbatio, & tam cita clarificatio? Ex præſentia, vel abſentia impiiſſimi Iudæ. Dum Iudas aderat, & inter amicos Ieſu numeratus diſcumbebat, inde & turbatio, & anguſtiæ oriebantur, quæ Ieſu animum occuparet. Ex quo autem receſſit Iudas, iam non turbatio, ſed clarificatio. Ad hæc D. Leo ſer. 7. de Paſſ. ait: *Poſtquàm igitur Iudas perſuaſus à Diabolo, diſceſſit à Chriſto, ſeque à corpore apoſtolicæ vnitatis abſcidit, nullo Dominus pauore turbatur,* &c. Quaſi nec ſacra Ieſu humanitas ſecura eſſet à turbatione, & anguſtia, niſi cùm ab illa abſcederet impiiſſimus Iudas. A conſortio equidem impiorum mille turbationes oriuntur etiam ſanctiſſimis. Pro quo ſtat fidiſſimus teſtis Ioſaphat: de illo enim dicis lib. 2. Paralip. c. 20. *Poſt hæc iniit amicitias Ioſaphat, Rex Iuda, cum Ochozia, Rege Iſrael, cuius opera fuerunt impiiſſima. Et particeps fuit, vt facerent naues, quæ irent in Tharſis, feceruntque claſſem, in Aſiongaber. Prophetauit autem Eliezer, filius Dodaa de Mareſa, ad Ioſaphat dicens: Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſſit Dominus opera tua, contritæq; ſunt naues,* &c. Et quidem de impij hominis amicitia non potuerunt non erumpere, & tempeſtates, & turbines, ſub quibus omnia funditùs perirent. Huc trahenda dicta 1. tom. de Chriſto figur. lib. 1. c. 4. §. 7. tom. 2. lib. 5. c. 22. §. 5. & ſæpè alias. — Imperf. — Ioan. 13. — Leo. — 2. Paral. 20.

§. VIII.

Non humana, ſed ſuperna virtutis eſt, in forma, & habitu deterioris velle inueniri.

NOtandum illud, quod ais: *Cùm ergo vidiſſent Principes curruum Ioſaphat, ſuſpicati ſunt, quòd ipſe eſſet Rex Iſrael, & impetu facto pugnabant contra eum,* &c. Principes hoſtium ſuſpicati ſunt, quòd Ioſaphat eſſet Rex Iſraël, non ipſe Ioſaphat id curabat videri: licet enim Ioſaphat haberet Regem Iſrael amicum, pro illóque in bellum deſcenderet; tamen nihil eius aſſumpſit, nec in habitu, aut forma aliqua curauit illi aſſimilari. Miſſurus enim Saul Dauidem in prælium, vt dicit Textus lib. 1. Reg. c. 17. *Induit Saul Dauidem veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius.* Verùm Achab nihil horum præſtat Ioſaphato, cui ait: *Sume arma, ingredere prælium, & induere veſtibus tuis.* Cur vt Saul Dauidi ſua arma, ſuaſque veſtes induit, non ſimiliter Rex Iſrael, Ioſaphato offert & arma, & veſtes ſuas? Dauid, qui paſtoris habitum habebat, non detrectauit in primis regia fulgere purpura: at Ioſaphatus, qui ſanctius Iudæ regnum poſſidebat, ſub perfidi Iſraelis ſtemmate videri detrectaret. Non enim humanæ, ſed ſupernæ virtutis eſt, in deterioris habitu pati inueniri etiam pro amico. Paulus ad Philip. 2. de Filio Dei dicit: *Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Quippe Deus erat per omnia Patri æqualis, congreſſurus tamen cum hoſte humani generis, non detrectauit deterioris habitum induere, & habitu inueniri vt homo. Quantum hoc? Planè cogitatio hæc fuit ſupra omnem poteſtatem humanæ naturæ. Ait Theodot. orat. de Chriſti Natiuitate, habita tom. 6. Concil. Epheſini, appendice 5. cap. 2. *Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Et illud exiſtens, & hoc factus, miraculum faciens,* — 1. Reg. c. 17. — Philip. 2. — Theodot.

ciens, non naturam mutans. Dum manens Deus, formam ſerui induit, & habitu inuenitur vt homo, non mutauit naturam diuinam: ſed fecit miraculum; nimirum, fecit opus, quod non eſt poteſtatis, nec virtutis humanæ; ſed ſupernæ, ſed diuinæ, dum tantus in deterioris habitu voluit inueniri. Sedebat quondam Abraham in oſtio taber-
Geneſ. 18. naculi ſui Gen. 18. & ecce tres viri apparuerunt ei, nimirum, tres Angeli ſub forma virorum, quos conuiuio excepit. *Cúmque comediſſent, dixerunt ad eum, &c.* Duo in præſenti faciunt Angeli in gratiam amici hominis; & virorum formas ſubeunt, & in menſa illius comedunt. Vtrum maius? Quod comedant, conſequens erat ad formam virorum. Quòd autem Angeli puriſſimi, celſiſſimi ſub forma hominum videri velint, id ſupremæ naturæ
Philo. miraculum exiſtit. Ait Philo lib. de Abrahamo: *Prodigio ſimile non eſurientes eſurire viſos, & non edentes edere. Verùm hæc per conſequentiam. Illud longè maximum fuit miraculum, hos carentes corpore aſſumpſiſſe figuras hominum in boni viri hanc gratiam.* Equidem non de ordinaria; ſed de ſuprema, & miraculoſa virtute veniebat, quòd præcellentes Angeli pro amici gratia in deteriori forma, & habitu velint videri.

§. VIII.

Nimia triſtitia ab incurſantibus malis profecta ſolet auferre memoriam Dei.

HOc egregium, & magnæ alacritatis ſignum in Ioſaphato iuuenio, quòd inter hoſtiles incurſus penè oppreſſus non penitùs ſiluerit; ſed magis clamarit: dicit
2. Paral. 18. enim Textus. *Exclamauit Ioſaphat.* & explicatiùs 2. Paral. cap. 18. *Circumdederunt eum dimicantes. At ille clamauit ad Dominum.* Impetitus ab hoſtibus, & morte ob oculos poſita, non fleuit, non fuit triſtitia abſorptus; ſed regiè, & magnanimiter ſe gerens clamauit ad Dominum. Quod magnanimi cordis, & nulla triſtitia affecti fuit: triſtitia enim ab incurſantibus malis dilapſa, ſic hominem afficit, vt illi eripiat omnē memoriam Dei. Fugiebat Ionas c. 1. à facie Dei, cùm orta tempeſtas fugitiui nauim penè opprimebat. Quid tunc? *Timuerunt nautæ, & clamauerunt*
Ion. 1. *ad Deum, & miſerunt vaſa, quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis. Et Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui.* Media in tempeſtate, inter rabidiſſima flagra ventorum, inter ſonantes fluctus, periclitantemque nauim, nautæ clamant ad Deum, & Ionas iacet ſepultus ſomno. Cur clamantibus ad Deum nautis, non magis clamat Ionas, ſed dormit? Occupauerat Ionam maior triſtitia, & mœror, ex incurſantibus periculis profecta: qua ſic afficiebatur, vt Dei immemor, ſomno traderetur.
Rupert. Ait Rupert. ibi: *Alij clamabant ad Deos ſuos, vaſa proiiciunt, vt iret naui quiſque, quod poteſt: iſte tam quietus eſt, vt ad antrum interiora deſcendens ſomno placido perfruatur. Veruntamen quòd dormit, non ſecuritas eſt, ſed mœror.* Sic mœror, & triſtitia hominem afficiebat, vt clamantibus cæteris ad Dominum, ipſe nec mutiret quidem, nec Deum meminerit, ſed ſomno ſepultus iaceret. Hæc eſt nota triſtitiæ, & mœroris valentia, quæ hominem mutum faciat, & elinguem, nec Deum meminerit inuocare, nec quid de Deo interroget. Vnde poſt explicatam paſſionem ſuam dicebat Ieſus Diſcipulis ſuis apud Ioannem
Ioan. 16. cap. 16. *Et nunc vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis? Sed, quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.* Et quidem antea
Ioan. 13. Ioan. 13. loquente Ieſu de ſua abſentia, interrogauerat Petrus dicens: *Domine, quò vadis?* Nunc autem, dum Ieſus proponit ſuam iam iam imminentem profectionem, nec Petrus, nec alius quiſpiam Apoſtolorum interrogat Ieſum, quò abeat? Vnde tantum ſilentium de ſalutari profectione Dei? Cauſam indigitat ipſe Dominus dicens: *Sed nunc triſtitia impleuit cor veſtrum.* Planè dum de adhuc diſtante Ieſu profectione nulla veniebat triſtitia in Apoſtolos, ipſi multa interrogabant à Ieſu ſibi conuenientia: at vbi inſtante paſſione cœperunt triſtari, & mœrere, nihil interrogant, ſed muti fiunt circa diuina, vóxque illorum faucibus hæſit. Ait D. Chryſoſt. epiſt. ad Olympiam: *Apoſtoli interneeo cum fuiſſent cum te ... & ſemper eum interrogantes quò vadis?*
Chryſoſt. *ita extincti ſunt triſtitia tyrannide, & toti mœrore confecti*

ſunt, vt ab eo hoc vltrà non quærerent, & ob hoc increpans eos Chriſtus dicebat: Audiſtis, quia vado ad eum, qui miſit me, & venio ad vos. & nullus ex vobis interrogat me, Quò vadis? Sed, quoniam iſta locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. De triſtitia venit, quòd de rebus diuinis prorſus obmuteſcerent, & nihil à Deo, nec de Deo quærerent.

§. IX.

Inuocans Deum non perditioni, ſed lucro, Deo eſt.

DIcitur de Ioſaphat. *Exclamauit Ioſaphat. Intellexerúntque Principes curruum, quod non eſſet Rex Iſrael. & ceſſauerunt ab eo.* Et quis clamor fuit iſte Ioſaphati, qui ei attulit tam citam ſalutem? Qualis fuerit clamor hic, expli-
cat 2. Paralip. 18. vbi ſic: *Clamauit ad Dominum. & auxiliatus eſt ei, atque auertit eos ab illo.* Equidem poſitus in diſ- 2. Paral. 18.
crimine Ioſaphat, vt erat fidelis, & pius, clamauit toto corde ad Dominum, qui ſe inuocanti feſtinatiſſimè accurrit, tanquam proprio lucro. Crede mihi: qui ex corde Deum inuocant, non perditioni, ſed lucro, Deo ſunt. Di-
cebat Paulus ad Rom. c. 10. *Idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.* Diues in omnes dicitur, quaſi Rom. 10.
diceretur diues per omnes, qui inuocant illum, vt inuocantes Deum, quaſi ad eius pertineant diuitias, & lucra; & ſic ad eos currat Deus, quaſi qui currit ad acquirendas diuitias. Ad hæc Theodul. Cæleſyr. ait: *Diues in omnes,* Theodul.
qui inuocant illum. Chriſtum ſalutis noſtræ apprimè appetentem indicat, quippe qui diuitias ſuas exiſtimat eſſe, ſi plures beentur in æternum. Iſtuc autem facit erudiens nos, ne ſemetipſi deſperemus. Nam qui diuitiis propriis abutentur, aliis frui ... nunquam cunctabitur, aut differet illam ipſam ſalutem. Quòd ſi inuocantes Deum pro lucro, & diuitiis eius ſunt, quomodo Deus illis non accurret? Accinit in præſcuti
Theophylactus inquiens: *Diues in omnibus, qui inuocant illum, hoc eſt, opes ſibi poſſidet ſempiternas, qui eius inuocauerint nomen: perinde ac ſi dixerit quiſpiam, Imperatorem in auro, argentóve ampliſſimas habere fortunas. Cum itaque credentes Deus pro diuitiis habeat, nequaquam ipſe, etſi quouis veniâ indigna commiſeris, deſperes: eſt enim ille vel te ſuſcepturus, vt ſuarum opum in partem locet.* Accurret equidem Deus Theophyl.
inuocantibus ſe, tanquam propriis acquirendis diuitiis. Hinc dicebat æternus Pater Filio Ieſu Iſaiæ cap. 45. *Et dabo tibi theſauros abſconditos.* Alij legunt: *Theſauros tenebroſos.* Et qui theſauri fuerunt ij dati Chriſto Ieſu? Iſaia 45.
Crediderim hos theſauros Ieſu fuiſſe animas Sanctorum, quæ detentæ apud Inferos non ceſſabant clamare ad Deum, & inuocare nomen diuinum. Sic D. Chryſoſt. orat. in Cœmeterium, habita apud Grethſerum noſtrum lib. 2. de Cruce, vbi loquit: *Theſauros autem tenebroſos vocat Infernum: meritò, quia multo diuitiæ iſthic erant repoſitæ.* Chryſoſt.
Etenim tota hominum natura, quæ gaza quædam Dei eſt, ab eo, qui primum hominem in fraudem impulit, ſpoliata, mortique ſubiecta eſt. Quid verò hominum naturam Deus loco diuitiarum habeat, teſtatur his verbis Paulus: Diues in omnes, & ſuper omnes, qui inuocant eum. Pertinent ad theſauros, & diuitias Dei omnes, qui ex animo Deum inuocauerint; vt pateat, quàm feſtinatè illis accurret Deus, vt qui in eis lucrum habeat. Sic loquuntur Sancti, vt homines à deſperatione in periculis arceant.

§. X.

Vbi Spiritus Dei in nobis apparet, hoſtes quàm longè arcet.

PLane *Exclamauit Ioſaphat*: & , vt explicatiùs habet 2. Paralip. 18. *Ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus eſt ei, atque auertit eos ab illo.* Clamor Ioſaphat ad Deum miſ- 2. Paral. 18.
ſus traxit auxilium, & hoſtes auertit. Nec mirum: clamor enim, qui ad Deum rectè fit, opus eſt diuini Spiritus, dicente Apoſtolo ad Rom. 8. *Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus; ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.* Vbi autem diuinus Spiritus in nobis appa- Rom. 8.
ret, hoſtes vniuerſos, quàm longè arcet. Hinc relicturus Dominus ſuos Diſcipulos inter hoſtiles mundi phalanges, ait illis Actor. 1. *Præcepit illis, ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis, in-* Actor. 1.

quit, &c. [illegible] *quidem baptizabat* [illegible] *vos autem bap*[illegible]*zabimini Spiritu* [illegible] *non* [illegible] *de* [illegible] ait D. [illegible] ſt. ſer. [illegible] in A[illegible]ſionem Dom. [illegible] *d*[illegible] *humana natura in arma*[illegible]*atem, cumque* [illegible] *gnatum auxilio,* [illegible] *pectus*[illegible] *ſpiritu prabuit opem, vt* [illegible] *mandat* [illegible] *sacramenta* [illegible] Et [illegible] ait, Chryſoſt. *veluti* [illegible] *fortiſſimus Dux ordinatos ſub ſe cernens milites,* [illegible] *rerum* [illegible] *quos certaminis metu perculſos* [illegible] *vndique thorace, ſcuto, galea* [illegible] *armatura. Ita Dominus Ieſus* [illegible] *humanam naturam* [illegible] *& ante eis* [illegible] *Spiritus Sa*[illegible] *& le*[illegible] *fraudulentum* [illegible] *Spiritus Sancti* [illegible] *fugat agmina Dæmonum* [illegible] Quid [illegible] Sed maxime expend[illegible] *fugat agmina Dæmonum, &c.* Q[illegible] ſpiritus habitus potens [illegible] aduerſariorum poteſtatum acies fugare, deturbare. De Sa[illegible] locutus Textus Iudicum cap. 13. ait. *Creuitque puer, & benedixit ei Dominus. Cœpitque Spiritus Domini* [illegible] *cum eſſet in caſtris Dan.* Ecce dicitur cœpiſſe apparere Spiritus Domini in Samſone in caſtris Dan. Cur Iudic. 13. magis apparebat in caſtris, niſi quia ibi hoſtes fugabat? [illegible] D. Ambroſ. in proœmio 2. lib. de Spiritu Sancto: Ambroſ. *Cur in* [illegible] *Domini* [illegible] *caſtra. Mortuóque* [illegible] *habebatur, quia cum Spiritus Domini dirigebat,* [illegible] *alienigenarum fugabat populos.* De Spiritu Deo in Samſone exiſtente veniebat, quòd ante eum fugarentur hoſtium caſtra.

3. *Reg.* 22. Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſraël inter pulmonem, & ſtomachum. At ille dixit aurigæ ſuo: Verte manum tuam, & eijce me de exercitu: quia grauiter vulneratus ſum. Commiſſum eſt ergo prælium in die illa: & Rex Iſraël ſtabat in curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſpere: fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus, & Præco inſonuit in vniuerſo exercitu, antequam Sol occumberet, dicens: Vnuſquiſque reuertatur in ciuitatem, & in terram ſuam, *&c.*

§. XI.

Deus principalis impiorum vltor.

NOn à telis quærentium Achabum ad necem, percuſſus fuit Achab, ſed incertum quoddam telum, & quaſi à ludibundo ſagittario proiectum Deus, qui errare à ſcopo non poteſt, ad pectus Achab, ſine errore direxit. Textus enim ait: *Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem, &c.* Et cur maluit Deus, quòd Achab non percuteretur à ſagittis eorum, qui eum toto conatu ad mortem petebant: ſed percuteretur ab eo, qui in incertum ſagittam mittebat, nihil minùs cogitans, quàm percutere Regem? Si Achab percuteretur ab his, qui eum quærebant, viderentur hi authores principales eius interitus: dum autem percutit eum ſagitta ab incerto veniens; non homo, ſed Deus oſtendebatur cauſa principalis tantæ percuſſionis. Et quidem id curabat Deus oſtendere ſe ipſe eſſe principalem vltorem ſceleratorum. Elias Cretenſis de Iuliani Apoſtatæ interitu dicebat in orat. Elias. 22. Nazianzeni: *Cum autem hoc modo in maxima conſilii inopia,* [illegible] *Iulianus, ex eo cuius telum* [illegible] *cum fecerat,* [illegible] *eum autem, qui in*[illegible] *ad hunc diem cognitam ha*[illegible] *homo, id fecerat. Diuina* [illegible] *voluntati hunc, quiſquis fuerit, adminiſtrum operam*

[illegible] Expende illud: *Adminiſtrum operam* [illegible] *Deo tribuimus.* quippe opera data impio perdendo non credenda eſt cauſa principalis eius perditionis, ſed tantùm admini[illegible] Dei, qui ſolus principalis vltor [illegible] iniquorum amat intelligi. Hinc Pſal. 73. canit Deo: *Tu* Pſal. 73. *contribulaſti capita draconum in aquis. Tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Æthiopum.* Et quantula hæc gloria Dei, quod draconem occiderit? Nónne & Daniel hoc fecit, & alij permulti ſerpentes, & dracones occiderunt? At non loquitur de draconibus materialibus, ſed de impijſſimo Pharaone, eiúſque exercitu, cuius interitus Deum principalem authorem fuiſſe, non ad paruam eius gloriam pertinet. Audi Elias Cret. in orat. 3. Nazian. *Dracones ille quidem ob impietatem Ægyptios vocat;* Elias. *draconem autem, quem ſingulari numero ponit, Pharaonem appellat, quos quidem omnes Deus in mare rubro ſubmerſit. Deus enim dicit. Contribulaſti capita draconum in aquis. Tu confregiſti caput Draconis. Dedi eum in eſcam populis Æthiopum. Non enim eos tantummodo aquis demerſit Deus, ſed etiam cornes,* [illegible] *qui eorum cadauera à mari in terram protulit.* [illegible] *in eſcam dedit.* Et planè hæc eſt gloria Dei, quod contumaces impios ipſe principaliter perdat. Quò ſpectans D. Nazianzenus orat. 3. in impijſſimi Apoſtatæ interitu dicebat: *Quis eorum, qui res diuinas narrant,* Nazianz. *hæc pro dignitate decantabit? Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis arma, & gladium, & bellum* [illegible] *Quis capita draconum in aqua contriuit? Quis eum populis illis, quibus traditus, in eſcam dedit?* Sic Sanctus Doctor ad gloriam Dei putat pertinere, quòd principalis ſit cauſa in contumacibus impijs perdendis. Sic Gen. 19. dicitur: *Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomor-* Geneſ. 19. *rham ignem, & ſulphur à Domino de cœlo.* Quibus dicitur Dominus ignem à Domino pluiſſe ſuper Sodomam. Et cur dicitur Dominus à Domino pluiſſe ignem? Caietan. ibi ſolum Hebraiſmum agnoſcit, quo oſtendebatur Deus ibi cauſa principalis extitiſſe ſupplicij illius illatum impijs. Sunt verba Caietani: *Non ſolum his verbis ſignificatur, quòd Deus ipſe, qui eſt fons eſſendi, ſit etiam author tollendi eſſe vi-* Caietan. *uentium, verùm etiam, quòd præter naturalem rerum curſum miraculum operatus eſt* [illegible]. *Ad differentiam enim naturalium cauſarum naturalem* [illegible] *concurrentium ad* [illegible] *adiunctum eſt illud, à Domino.* Non equidem cauſæ aliquæ tales principales cauſæ fuerunt in illa conflagratione, ſed adminiſtræ Deo [illegible], qui ſolus vt cauſa principalis in puniendis impijs voluit videri.

§. XII.

Vltricis iræ Dei nihil obeſſe poteſt.

NOn ab homine, ſed à Deo directa in Regem ſagitta *Percuſſit Regem Iſraël inter pulmonem, & ſtomachum.* 2. 2. Paral. 18. Paral. 18. *inter ceruices, & ſcapulas.* Quippe totum corpus penetrauit ſagitta, & ingreſſa inter pulmonem, & ſtomachum, ſurſum verſùs exiuit inter ceruices, & ſcapulas. Sic quæ ab vltrice ira Dei veniunt ſagittæ, omnia peruadunt, nihilque illis obeſt, quominùs currant. Pulchrè ait Pſalm. 76. *Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt.* Tranſeunt, Pſal. 76. inquit, non hærent primo in vulneris limine, ſed tranſfoſſis corporibus adhuc currunt, euolant. De Graiorum ſagittis in Romanos miſſis canebat Lucan. lib. 3.

Sed maior Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat, neque enim ſolo excuſſa lacertis
Lancea; ſed tenſo balliſtæ turbine rapta Lucan.
Haud vnum contenta latus tranſire, quieſcit;
Sed pandens, pérque arma viam, pérque oſſa, relicta
Morte fugit, ſupereſt telo poſt vulnera curſus.

Non robuſta corpora Romanorum, non arma oberant ſagittis Græcorum, quominùs omnia tranſirent: ſed à forti arcu, & balliſta iaculata ſagitta, non hærebat, nec quieſcebat in vnius lateris vulnere, ſed pandens per arma, perque oſſa viam, totum corpus tranſuerberabat, & adhuc poſt transfoſſum corpus erat in curſu, in volatu: ſupererat enim telo poſt vulnera curſus. Non aliter Dei ſagittæ ſi te obiice, ſine impedimento, pérque arma, pérque oſſa pandunt iter, & adhuc ſunt in curſu poſt vulnera. Quo fortaſſe ſpectabat Dominus oſtendens ſingularem valentiam, & fortitudinem iræ ſuæ Iob cap. 38. Dicit enim: *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent*

di[illegible] Adſumus? De iaculatis à Deo fulminibus dicit, quòd eunt, quod tranſeunt, & reuertentia dicunt: Adſumus. Et quandò fulmina iaculata à Deo dicuntur reuertere? Poſtquàm omnia perſtrauerint, & perdiderint: ea enim ſunt Dei iacula, quæ ſine obice pertranſeant omnia, & poſt vulnera, & ruinas adhuc ſint in curſu, quo ſe oſtendunt parata ad maius quid peragendum. Ad hæc Philippus ait: *Reuerti[illegible] fulmina eo modo dicuntur, cùm effectum fuerit illud ad quod dirigitur iubente creatore.* Itaque iaculata à Deo fulmina in impios non hærent, non quieſcunt, contenta vnum inferre volnus, ſed poſt mortes, poſt vulnera ſupereſt illis curſus, quo ſe oſtendunt parata adhuc Deo irato obedire. Sic nullum obicem inueniunt vltrices Dei iræ.

Philip.

§. XIII.

Supplicia à Deo illata curſabunda ſolent venire, vt dent pœnitentia locum.

NOn, inquam, ab homine, ſed à Deo directa ſagitta in perdidi Regis ſupplicium: *Percuſſit Regem Iſrael inter pulmonem, & ſtomachum.* Et quando à Deo dirigebatur ſagitta [illegible] in mortem perdidi Regis, [illegible] non magis directa fuit in cor [illegible] ſtatim per[illegible]. Cur eam partè percuſſit, qua percuſſa & viuus ad [illegible] c. & [illegible] quens maneret, & vſque ad [illegible] occaſum d[illegible] ſtaret? [illegible] ea ſ[illegible] nt eſſe à Deo venientia in ſceleſtos ſupplicia, quæ cunctabunda accedant, vt dent locum pœnitentiæ. Id voluit oſtendere Dominus dicens ad Iob 38. *Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: Ad ſumus?* [illegible] fulmina à Deo iaculatis in impios locutus [illegible] ibunt, & reuertent. Quæ reuerſio cre[illegible] t[illegible] cante percuſſionem factam, nam [illegible] in repercuſſio[illegible] e, eu gyro, quo fulmen deſcendit. Quippe fulmen, vt non rectà ve[illegible], ſed [illegible] os quoſdam faciens, ſic videtur per gyrum [illegible] ire, & [illegible] ſtatim reuertere. In quibus reuerſi[illegible] ibus creditur quaſi ſe le parare, vt ſi velit Deus, ab incepto deſiſtat, & ab inſtituto reuertatur. In quo ſentit ita [illegible] rò [illegible] Pineda D. Thoma [illegible] ſic ibi fantem: *Sol[illegible] fulminum reper[illegible] cute ab [illegible] alium, & hoc dei [illegible] Et reuerteatem dicent tibi ad [illegible], in [illegible] reuerſione parata ſe [illegible] ab [illegible] ad alium locum [illegible] dit.* Vt ante percuſſionem mille gyros faciens deſcendit, ſic & mil[illegible] iones [illegible], neceſſum eſt, in quibus oſtendit, quam ex ſe cunctanter pergat in percuſſionem, & quam paratum ſit ab incepto itinere percutiendi deſiſtere, vt poſſit percutiendus euadere. Sic à Deo illata ſupplicia cunctantur, locum pœnitentiæ dantia. Quò [illegible] dicta tom. 2. de Chriſto figur. lib 5. cap. 25 §. 1.

Iob 38.

Pineda.

§. XIV.

Terrenarum cura non alia ſunt in morte, quàm qua fuerant in vita.

PErcuſſus ſagitta Achab *Dixit aurigæ ſuo: Verte manum tuam, & eiice me de exercitu quia grauiter vulneratus ſum.* Cum auriga ſuo agit [illegible] commodiori loco [illegible], in quo [illegible] nus curari poſſit. Itaque Achab in [illegible] vulneræ aurigam ſuum vocat, non Deum inuocat [illegible] fugam ab acie exc[illegible] meditatur, non à peccatis. Sic terrenis ſolùm intenti moriuntur, qui terrenis ſolum intenti viuunt. Inter ipſa lethalia vulnera, inter ipſas mortis fauces non venit illi in mentem verbum Dei à Michæa prædictum; vox enim Dei te[illegible] ei [illegible] in[illegible] curis, vt nec in vita, ſic nec in morte aſſonat. Dicebat Pſalm. 76. *Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, vox tonitrui tui in rota.* Ad ſagittarum diuinarum iactum addit vocem tonitrui. Et cur vocem Dei vocat vocem tonitrui? Poſt fulminis percuſſionem ſonat vox tonitrui; ſicut poſt iaculatam plumbeam glandem ab ærea [illegible] ina [illegible] rexcuſſionis illius ſonus. Sic Dei iac[illegible] [illegible] lent te[illegible] mortales, & inter vulnera, inter ip[illegible] m[illegible] tes vox Dei auditur, verbum Dei percipitur. Sed [illegible] *in rota* [illegible] in iis, qui veluti rota parum terræ pertingunt [illegible], qui toti immerſi ſunt [illegible] A[illegible] Aliud *Rota [illegible] in terra [illegible] pars eius altera eſt à terra, & parua pars eius in terra conſiſtit. Vox ergo Dei in*

Pſal. 76.

Aroob.

rota eſt, qui parum rebus terrenis contenti ſunt, totum, quod ſurſum eſt, quærit, quo curſum eſt, pergit, vbi Chriſtus eſt. Venit poſt fulmen tonitruus: venit poſt vulnera, poſt ægritudinem vox Dei: ſed venit iis, qui parum affixi terrenis, cæleſtia quærebant, Chriſtum inuocabant. Qui autem terrenis immerſi vixére, fulmine percuſſi tonitruum non audiunt, nec inter ipſa vulnera, nec in morte Dei vocem percipiunt, nec emittunt verbum, quod innuat cæleſtem vitam. Geneſ. 7. poſt diluuium narratum ait: *Aquæ præualuerunt nimis ſuper terram, opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cælo: Conſumptaque eſt omnis caro. Vniuerſi homines,* &c. In tanta confuſione [illegible] uuij, in tot hominum mortibus, quæ ſingulis [illegible] onis vi[illegible] bantur, nulla tot pereuntium hominum vox auditur, quæ pœnitentiam ſonet, quæ Deum clamet. Nec miror: vt terrenis immerſi vixerant, ſic moriebantur, nulla data voce Deum clamante. Rem ponderat D. Baſil. Sel. orat. 5. *Nulla tam arida, mortiſque diſcretio, immanibus vndis immerg[illegible] vniuerſa, frequentiſſima gent[illegible] vna cum animi improbitate voluebantur in monumento; quæ enim [illegible] viuentes ſe ſumpſerunt: auerant, ab ea morientes non mouebantur [illegible].* Nec inter mortes aliis intenti erant, quam iis rebus ipſis, quibus inhiabant in vita.

Gen. 7.

Baſil. Sel.

§. XV.

Miranda Chriſti Regis conſtantia in ligno Crucis.

ETſi Achab dicebat aurigæ ſuo. *Eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum.* Non planè valuit exire [illegible] ſed retrocedere aliquantulum, vt tutiùs, & extra iclus iacl[illegible] conſiſteret. Conſtitit enim intra ipſum exercitum, & licet lethaliter ſaucius adhuc ſtabat in curru contra Syros. Dicit enim Textus: *Et Rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros.* Inflictum lethale volnus hominem retrocedere [illegible] aliquantulum; ſed regium ingenium [illegible] m fecit conſiſtere, & aduerſari hoſtibus, & conſulere [illegible] vſque ad extremum ſpiritum, à quo veſpere fuit deſtitutus. Q[illegible] nor poſſum non ite[illegible] n recordationem veri Regis, m[illegible] Chriſti Ieſu, qui ea conſtantia ſtabat in curru [illegible] in Cruce ſua contra hoſtes, qua nec retroceſſit vulneribus confoſſus; ſed data vna, & altera manu clauis, & dato latere lanceæ ſpiculo, non deſtitit, donec [illegible] paſſ[illegible] pondere, ad veſperam cadente [illegible] ſepulc[illegible] m, hoſtes oppreſſit, liberauit ſuos. Huc traho [illegible] qui cap [illegible] tur: *Et erit in die illa: Adiiciet Dominus [illegible] manum [illegible] ad poſſidendum reſiduum populi [illegible], quod relinquetur ab [illegible], &c. Et leuabit ſignum in nationes [illegible] Iſrael, & diſperſos Iuda colliget, [illegible] in humeros Philiſthiim per mare.* Septuag[illegible] *Et volabant in nauibus alienigenarum.* Ex quibus verbis Hieron. Cyril. Procop mirificè explicant triumphum Chriſti per Crucem, quod eſt ſignum in terra leuatum. Ego autem hæc eadem explicarem de triumpho Chriſti peracto in ipſa Cruce, in qua tot accipiebat vulnera, nec retrocedebat. Alteram exhibuerat manum, quæ transfixa hærebat ligno, non parum conterens phalanges hoſtiles. Interea ſecundam extendit manum, dicente Iſaia: *Ad eiet Dominus ſecundò manum ſuam.* non contentus altera manu transfixa adiecit & alteram, quam ſimiliter clauus excepit, & ligno affixit. Quid tunc? Transfoſſis ne manibus pedem remouerit à Cruce? Abſit, imò tunc *leuauit ſignum in nationes.* Corpus crucifixum leuauit pro ſigno, quo rebelles nationes ſuas iacularent ſagittas, ne ad Chriſti alumnos peruenirent. Sed quid eſt illud Vulgatæ: *Et volabunt in humeros Philiſthiim.* & Septuaginta *Volabunt in nauibus alienigenarum?* Per id, quod volabunt in humeros Philiſthiim, aut in nauibus alienigenarum, oſtenditur, quam futurus ſit oneri crucifixus gentibus idololatris, quas vel pondere ſuo opprimet. Quippe poſt transfoſſas ambas manus in ligno, poſt ſignum Crucifixi oſtenſum, quod præter hoſtiles ſagittæ, ne ad Sanctos perueniant, adhuc noſter Ieſus conſiſtit in prælio, vt vel pondere corporis in ſepulcrum cadentis gentes comprimat, & ad ſe reducat. Huic excogitationi lucem addit facinus militis à Lucano decantati, qui ait lib 3.

Iſaia 11.

Septuag.

Vulgat.
Septuag.

Lucan.

Quorum alter mixtu obliquo pectine remis
Auſus Romanæ Graiam de puppe carinam

Inſtlure manum, ſed eam grauis inſuper ictus
Amputat, illa tamen nixu, quo ponderat, hæſit,
Diriguit que tenens ſtrictu immortua neruis.
Creuit in adu eſſi virtus, plus nobilis ira
Trun. us habet, fortique inſtaurat prælia læua,
Rapturúſque ſuam procumbit in æquora dextram:
Hac quoque cum toto manus eſt abſciſſa lacerto;
Iam clypei, teli que carens, non conditur ima
Puppe, ſed expoſitus, fruſtrataque pectore nudo
Arma tegens, crebra confixus cuſpide perſtat.
Telaque multorum letho caſura ſuorum
Emerita iam morte tenet. Tum vulnere multo
Effugientem animam luſſas collegit in artus,
Membraque contendit toto, quicunque manebat,
Sanguine, & hoſtilem, defectu robore membrum
Inſiluit ſolo nociturus pondere puppim.

Quid pulchrius in oſtenſionem conſtantiæ Chriſti mei, Regis mei in Cruce? Hic amiſſa vna manu, extendit alteram contra hoſtes ſuos, quam etiam amiſit. Ieſus poſt datam vnam manum clauis, & ſecundò extendit alteram manum ſuam, quæ ſimiliter affixa fuit Cruci. Ille truncus factus ſine manibus, & inutilis prælio, non retrocedit, nec abſconditur in ima puppe: Ieſus meus poſt manus affixas Cruci, minime etiam retrocedit, nec petentibus hoſtibus, à cruce deſcendit, nec abſconditur, quin potiùs leuauit ſignum, hoc eſt, ſe pro ſigno expoſuit, quò venirent hoſtiles ſagittæ, ne ſuos ferirent. Denique ille, cùm aliud facere iam non poſſet, inſiluit in hoſtilem nauim, vt vel ipſius corporis pondere eâ opprimeret. Quid aliud meus Ieſus? Plane ſtans contra hoſtes ſuos, poſt manus affixas ligno, poſt mille accepta vulnera, volauit in humeros Philiſthiim, vel in naues alienigenarum, vt factus oneri gentibus, vel ipſo pondere Crucifixi, eorum contereret malitiam. Quid enim aliud eſt inſilire in humeros alicuius, quam illi oneri eſſe, cui ſuccumbat?

§. XVI.

Clades populi durior ſolet eſſe Regibus propria morte.

POſt lethale vulnus acceptum, adhuc dicitur de Achabo: *Et Rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſpere.* Circa quæ ait Theodoretus quæſt. vlt. in 3. Reg. *Sauciatus enim Achab diu manſit in curru, ne fugæ cœteris eſſet cauſa, vt ſuum funderetur, & fugeretur exercitus.* Inter vulnera lethalia non ſibi conſuluit pergens ad Regiam, quæſiturus vulneri medicinam; ſed contemnens propriam ſalutem, manſit in exercitu, ſuorum incolumitati proſpiciens, ne fugiente Rege perderentur illi. Nec mirum: duriſſima ſolet eſſe Regibus ſubditorum perditio. Vt merito dicat D. Iuſtinus Martyr quæſt. 138. in eius reſponſione: *Solet multùm angere Reges clades populi: nam Regum pœna eſt clades populi.* Et ſic anguntur Reges populi perditione, vt malint videre ſuam, quam populi calamitatem. Hinc 2. Reg. 24. videns Dauid peſte abſumi populum ſuum, clamabat ad Dominum dicens: *Ego ſum, qui peccaui, & ego iniquè egi: iſti, qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur, obſecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* Sic eligebat ipſe perire cum omni domo ſua, quàm quòd perirent ſubditi, & minueretur populus. Circa quæ D. Iuſtinus ſuprà: *Populi pœnam eſſe acerbiſſimam pœnam Regum, qui pereunt, declarat ipſe bonus Dauid, orans Deum, vt in ſe, domumque ſuam transferat populi cladem. Eſt enim Regis tempeſtas, diminutio ſubditorum.* Et quidem Rex non eſt, qui vehementiſſimè non dolet in perditione populi ſui, ſi eam videat. Huc trahenda dicta tom. 4. de Chriſto figurato, lib. 8. cap. 34. § 13.

Theodor.

24.

§. XVII.

Chriſtianæ virtutis eſt, etiam poſt mortem, hoſtes percutere, ſeruare ſuos.

DVm viueret Achab, exercitui ſuo conſulebat, & ſtabat contra Syros. Cùm primùm autem mortuus eſt, & exercitus Iſraeliticus diſſoluitur, & Syri in pace ſunt. ait enim Textus: *Stabat Rex Iſrael in curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſpere. fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus, & præco inſonuit in vniuerſo exercitu, antequàm Sol occumberet, dicens: Vnuſquiſque reuertatur,* &c. Ecce tibi, iuxta Michææ dictum, mortuo Achabo remanſerunt milites eius, ſicut oues abſque paſtore, qui eas cuſtodiat, & arceat lupos. Quàm alia eſt Chriſtiana virtus! Etiam poſt mortem hoſtibus bellum infert, & cuſtodit ſuos. Mortuus erat Ieſus meus, & ſepultus iacebat Matth. 27. hoſtes tamen eius inquieti adhuc ſunt, & conuolantes ad Pilatum dicunt: *Iube ergo cuſtodire ſepulcrum.* Militarem cuſtodiam ſepulcro Ieſu adhibere feſtinant: adhuc enim poſt mortem illis Ieſus meus metum incutit. Quò ſpectans Amphilochius ſer. de ſepult. Domini, ait: *Quis vnquam vidit mortuum obſeſſum, vel potius, quis vidit vnquam mortuum belligerare? Quis audiuit aliquando mortuum, metum eis incutere, qui eum interemerunt?* Et quidem, quod in nullo alio inuentum eſt, hoc in Ieſu inuenitur, qui & mortuus nouit & metum, & bellum inferre hoſtibus ſuis, & ſuos fouere alumnos. Dicebat Dominus Ieremiæ cap. 1. *Ecce conſtitui te hodie, ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas.* Quibus creduntur oſtendi Iudæi, vt exterminandi erant à Ieſu mortuo per illos: ait enim Rupert. lib. 1. in Ierem. cap. 3. *In typum Domini noſtri, qui populo illi prædicauit, & ad pœnitentiam audire nolentes vocauit, ciuitatis, & templi exterminium prædixit, & quamuis occiſus, eidem tamen exterminio ſuperſtes extitit.* Expende illa, nimirum: *Quamuis occiſus, & idem exterminio ſuperſtes extitit.* Quippe etiam mortuus Ieſus non ceſſauit hoſtes perſequi, & ſuos protegere. Quam virtutem à Ieſu ebiberunt, qui eius nomen, & gratiam hæreditarunt. Illi, inquam, de quibus dicitur Cant. 3. *Qui cuſtodiunt ciuitatem.* Circa quæ ait D. Bernard. ſer. 77. in Cant. *Apoſtoli, & Apoſtolici viri, hi ſunt, qui cuſtodiunt ciuitatem, id eſt, eam ipſam, quam inuenerunt Eccleſiam. Neque enim pro qua vſque ad ſanguinem reſtiterunt, ſine dereliquerunt patrocinio deſtitutam; ſed protegunt, & cuſtodiunt eam, die, ac nocte, hoc eſt, in vita, & in morte ſua. Etſi pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, non ambigo ego, quin etiam tantò in morte potentius id agant, quantò in ipſa confortatus eſt principatus eorum.* Ecce tibi, qui Chriſtiani ſpiritus biberunt primitias, vt etiam poſt mortem non deſinunt ciuitatem ſanctam defendere, & protegere. Imò vt ex morte maiores vires accipiunt, ſic illam potentiùs defendunt.

Matth. 27.

Amphil.

Ierem. 1.

Rupert.

Cant. 3.

Bernard.

§. XIX.

Vnius Dei virtus eſt, quæ ſic nocentes punit, vt nullum innocentibus inferat damnum.

ILlud maximè ponderandum, quod ait, nimirum: *Mortuus eſt Achab veſpere; fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus: & Præco inſonuit in vniuerſo exercitu, antequàm Sol occumberet, dicens: Vnuſquiſque reuertatur,* &c. Et mirandum, quòd vnius Achabi ſanguine effuſo monſtrato, totus eius exercitus iubeatur incolumis in patriam redire. Qui effectus non potuit ab alio eſſe, quàm à Deo, cuius ſolius eſt ſic punire nocentes, vt nullum innocentibus damnum inferat. Vnde, cùm Deus iratus iret, vt perderet Sodomam, ait illi Abraham Geneſ. 18. *Nunquid perdes iuſtum cum impio?* Hoc vnum proponit irato, vt eum detineat, ne, videlicet, accidat, quòd pius perdatur cum impio. Ex quo ſapienter colligit D. Hilar. Abrahamum agere ibi cum ſolo Deo, cuius ſolius eſt, quod ſic mali puniantur, vt boni incolumes ſint. Dicit enim lib. 5. de Trinit. *Abraham dixit: Nullo modo facies hoc verbum, vt occidas iuſtum cum impio, & erit iuſtus tanquàm impius. Nullo modo, qui iudicas terram, facies hoc iudicium. Hunc ergo Deum iuſtum Iudicem neceſſe eſt, & verum Deum eſſe. Et intellige, quòd Dominus, qui pluit à Domino non occidens iuſtum cum impio, omnem iudicans terram, & Deus, & Iudex eſt iuſtus,* &c. Sic ſanctus Doctor arguit neceſſum eſſe, quòd Deus ſit, qui non occidit iuſtum cum impio, hoc eſt, qui ſic infert ſupplicium impiis, vt non noceat iuſtis.

Geneſ. 18.

Hilar.

§. XX

§. XX.

Impiis non rarò accidit infamis ſepultura.

Tandem ait Textus: *Mortuus eſt autem Rex, & prelatus eſt in Samariam: ſepelieruntque Regem in Samaria. Et lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius.* Circa quæ meritò dicit D. Ambroſ. lib. de Nabuth, cap. 6. *Infra omnium inopiam redactus à Domino Achab, non qui vulnera eius lauaret, inuentus eſt, non qui corpus operiret. Defecit circa eum hominum humanitas, canum ſucceſſit aſperitas. Dignos planè ſui miniſtros funeris auarus inuenit.* Necnon & Theodor. quæſt. 65. in 3. Reg. addit: *Sanguis fixus fuit curruus. Eum in fonte abluit auriga, canes autem linxerunt. Meretrices ſub auroram de more lauerunt.* Ecce tibi impij Regis ſanguinem, qui tumulus excipiat, nimirum, canes, & meretrices. Id etiam notabat Nazianzenus orat. 4. in funere Iuliani Apoſtatæ, de quo ait: *Quæ porrò hæc ignominia erat? Mimi, & hiſtriones eum deducebant, probriſque à ſcena petitis, ac ludibrijs inceſſebant, eique fidei abiurationem, & cladem, vitaq; finem exprobrantes.* Non ab aulicis Principibus, ſed a mimis, & hiſtrionibus, inter probra, & contumelias ad ſepulcrum deducebatur. De diuite epulone ait D. Lucas cap. 16. *Mortuus eſt & diues, & ſepultus eſt in Inferno.* Sepultus eſt, ait, nec vllus explicatur, qui eum efferret, quaſi nullus funus eius honorare vellet. Vt dicat D. Thom. in Cat. ex Chryſoſt. *Nullus autem eſt, qui ſepeliendo diuiti miniſtraſſe dicatur, vt Lazaro; & qui multos habuit obſequentes, adulatores, vt peruenit ad finem, priuatus eſt omnibus.* Quò ſpectans Iob cap. 27. dicebat de impio: *Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.* Quibus ſolennitas funeris videtur auferri, vt dicat ibi D. Thom. *Sepelientur in interitu, id eſt, abſque ſolennitate. Viduæ eius non plorabunt: quod, ſcilicet, fieri ſolet in ſolennibus ſepulturis.* Sic impiis ſolet a Deo auferri tota ſepulturæ ſolennitas.

Ambroſ. Theodor. Nazian. Luc. 16. Thom. Iob 27. Thom.

LIBER DECIMVSSEXTVS. NABOTH, SEV IESVS SVB FALSIS TESTIBVS.

POST alapam inflictam Ieſu eò intendunt animum hoſtes eius, vt iuridicè procedatur in eius damnatione. Multiſque teſtibus coram Caipha varia vanè proclamantibus, vt ait Matth. cap. 26. *Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes*, &c. Sic quondam in cauſa Nabothi iubebat Iezabel 3. Reg. 21. dicens: *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum, & falſum teſtimonium dicant*, &c. Planè duo falſi teſtes ſubmittebantur aduerſùs Naboth, & duo falſi teſtes veniunt aduerſùs Ieſum: vt pateat, quàm expreſsè figuratus ſit Ieſus meus in Proceribus antiquis.

Matth. 26.
3 Reg. 21.

CAPVT I.

Nabothi, & Ieſu ſymbola.

NON vnus Naboth ſub falſis teſtibus occiſus eſt: quotidie falſi teſtes repullulant, qui perant ad mortem iuſtos. Dicebat D. Ambroſ. l. b. de Nabuthe, cap. 1. *Quaeruntur duo teſtes iniquitatis. Duobus enim teſtibus & Suſanna eſt appetita: duos teſtes & Synagoga inuenit, qui aduerſus Ieſum falſa iactarent. Duobus teſtibus pauper occiditur.* Scatent falſis teſtibus tribunalia mundi. Duo accuſarunt Suſannam, duo Naboth, duo Chriſtum, & quotidie ſub falſis teſtibus innocens affligitur.

Ambroſ.

§. I.

Morte acerbius eſt, quòd ſub falſis teſtibus pereas.

AD perimendum Naboth hoc in primis mandat Iezabel, nimirum: *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum, & falſum teſtimonium dicant.* Non mandat, vt aliquod in illo quæratur delictum verum, ſed ſtatim petit, vt à falſis teſtibus accuſetur, & damnetur. Quo maximè Naboth aſſimilabatur Chriſto, aduerſùs quem ſimiliter falſi teſtes promuntur, dicente Matthæo cap. 26. *Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes.* Et cur aduerſus vtrunque falſi teſtes quæruntur? Cur non magis ſimpliciter perimuntur ſine teſtibus, ſine forma iudicij? Planè vt inde acerbior eſſet vtriuſque pœna: acerbius enim ipſa morte eſt, quòd ſub falſis teſtibus te videas perire. Ambroſ. in Pſal. 118. ſerm. 17. ait: *Eſt tentatio, & eſt calumnia: ſed tentatio leuior, calumnia grauior. Eſt enim tentatio, quæ ferri poteſt; calumnia autem grauis eſt. Et idcirco Dominus, quæ ſunt grauiora ſuſcepit, & calumniis appetitus ſilentium detulit triumphale.* Vt quid morte grauius, elegit Dominus mori ſub calumniis falſis. Ait Eccleſiaſticus cap. 26. *A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit; delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, ſuper mortem omnia grauia.* Equidem calumnia mendax grauior ipſa morte, & acerbior eſt viris iuſtis. Adeò vt Sanctus Iob cap. 16. in ærumnis ſuis, & lethalibus morbis, illud grauiſſimum putabat, quòd locum dabant calumniatoribus, mentiend aduerſùs eum: dicit enim: *Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me: & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam contradicens mihi.* Græcè ſic: *Et ſurrexit in me mendacium meum, & in faciem meam reſpondit.* Morbos, doloreſque ſuos vocat metonymicè mendacium, quatenus fundamenta erant mendaciſſimarum calumniarum, quibus ab amicis petebatur, & vt reus damnabatur. Id quod in lethalibus doloribus erat illi maximè acerbum, & penè intolerabile. Et qui dolor etiam lethaliſſimus comparari poteſt cum dolore à fallaci calumnia cauſato? Equidem in hac vna omnes mortis cauſæ adunantur: ait enim Prouerb. 14. *Iaculum, & gladius, & ſagitta acuta, vir, qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.* Ex Græco legitur. *Malleus, & gladius, & ſagitta acuta*, &c. Non equidem vnam mortem infert, qui loquitur falſum teſtimonium aduerſùs fratrem; ſed omnia nociua, & lethalia in illum iacit.

Matth. 26. Ambroſ. Eccli. 26. Iob 16. Prou. 14.

Dicit

Caiet. Dicit ibi Cardinalis Caietanus : *Falſus teſtis aſſimilatur malleo, gladio, & ſagittæ acutæ, hoc eſt, vniuerſo generi nociuorum ab homine. Per hæc enim omnes modi ſignificantur, quibus homo homini nocet.* Omnia mortifera ſimul iuncta procedunt à falſi teſtis ore. Et parum eſſet, ſi hæc ſiſterent in ſola morte corporis : at quod omnium peſſimum eſt, rarò non inde anima impellitur in mortem. Pſal. 118. Quod animaduertens Pſal. 118. ait : *Libera me à calumniis hominum, vt cuſtodiam mandata tua.* A falſis calumniis liberari petit, quaſi hæ ſint maxima impedimenta contra mandatorum cuſtodiam, ſine qua anima vitæ eſſe non poteſt : dicit enim D. Ambroſ. ibi ſerm. 17. *Qui* Ambroſ. *enim opprimitur calumnia, non facilè poteſt cuſtodire mandata diuina. Triſtitia neceſſe eſt plerumque, aut timori cedat, & affligatur vel metu calumniæ, vel dolore.* Haud facilè in mandatis diuinis adimplendis firmiter conſiſteret, qui fallacibus petitur calumniis. De quibus ait D. Gregor. Gregor. Thaumat. in præſenti : *Profectò grauiſſimum malum eſt calumnia : hoc enim ſapientium animabus inſidias ſtruit, ac generoſam bonorum conſtantiam labefactare molitur.* Heu quàm periclitatur in anima vita, quæ ſub calumniis, & falſis teſtimoniis premitur !

§ II.

Ab auro falſi teſtes pullulant.

BIni inueniuntur teſtes aduersùs Naboth, & aduersùs Ieſum, qui falſum dicant. De Naboth enim dicit : *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum, & falſum teſti-* Matth. 26. *monium dicant.* De Ieſu verò ait Matth. 26. *Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes.* Ecce tibi duo, & duo in Naboth, & in Ieſum : non enim ſinguli, ſed bini inſurgunt, vt falſum teſtimonium dicant. Nec miror : nam Ieſu aduerſarios falſos teſtes putat Maldonatus noſter auro ſubornatos fuiſſe à Principibus Sacerdotum : id, quod ſimiliter credendum eſt de illis, qui inſidiati ſunt Nabothi vitæ. Vbi autem aurum adeſt, non parua ſeges falſorum teſtium exurgit. Ait D. Iſidorus Hiſpal. lib. 3. ſententiarum, cap. 59. *Eſt mendacium grauè dicitur, quan-* Iſidor. *tò magis, ſi venale quæritur ? Neque enim deeſt multiplex conuentus falſorum, ſi tantùm profuſio ſit nummorum.* Dum tantùm adſit aurei nummi, non poteſt deeſſe conuentus falſorum teſtium multiplex. Non parua militum manus creditur adhibita Saluatoris ſepulcro cuſtodiendo, quos cùm prænunciantes Ieſu reſurrectionem audirent Pontifices, ait Matth. cap. 28. *Pecuniam copioſam dederunt* Matth. 28. *militibus dicentes. Dicite, quia Diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum, nobis dormientibus. At illi accepta pecunia, fecerunt, ſicut erant edocti.* Veritatis erant teſtes iis, quam verè annunciabant : ſed vbi pecunia apparuit, ſine mora, ſine cunctatione, à veritate recedunt, & falſitatis annunciatores fiunt. Rem pulchrè ponderat Euthymius ſatus. *Priùs quidem emerunt eodem, nunc etiam* Euthym. *veritatem emunt reſurrectionis. nec pudet ipſos depranare cuſtodes, ... mendacio ſimul cum eis veritatem occultant : ... , qui veritatis teſtes erant, vt mendacij fierent miniſtri : Si diſcipulum vicerunt pecunia, multò magis milites. Verè itaque magnum eſt malum pecuniæ amor, & magnorum omnia malorum.* Fecit ſanè pecunia, quòd qui veritatis teſtes erant, mendacij fierent miniſtri. Et è multis, nec vnus fuit, qui non corrumperetur pecunia, vt à parte mendacij exiſteret. Dicit enim D. Chryſoſt. hom. 89. in Matth. *Poſteà verò cùm obſignato monumento, & caterua* Chryſoſt. *militum cuſtodiente, ſurrexit Dominus, cùm ab ipſis cuſtodibus ſurrexiſſe eum audirent, non dubitarunt argento illos corrumpere, vt reſurrectionem Chriſti obſcurarent.* Expende illud : *Caterua militum cuſtodiente.* quippe multi erant milites cuſtodientes, ex quibus, vbi pecunia apparuit, factus eſt multiplex conuentus falſorum.

§. III.

Non deficiunt falſi teſtes, vbi inde gratum Principibus, & Proceribus fit.

PAſſus eſt innocens Naboth falſos teſtes, dicente Iezabel : *Submittite duos filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant.* Securiſſima de iis teſtibus falſis inueniendis, iubet, vt ſubmittantur in iudicium aduerſus iuſtum. Sed quando in Nabothe tanta erat innocentia, tamque omnibus perſpicua, vt nullus verus teſtis credatur inueniendus, cur tam ſecura Iezabel iubet falſos ſubmitti ? An non poterant deficere etiam, qui auderent tam notæ Nabothi innocentiæ falſum crimen affingere ? Scribebat illa nomine Regis, ad Proceres ciuitatis, dicente Textu : *Scripſit itaque litteras nomine Achab, & ſignauit illas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & Optimates, &c.* 3. Reg. 21. Quando ergo Principes tales ſunt, vt gratas ſibi habeant calumnias proximorum, non poſſunt illi deficere teſtium falſorum millia etiam aduersùs innocentiſſimum. Sic & aduersùs Ieſum Matth. 26. *Nouiſſimè autem venerunt duo falſi teſtes.* Matth. 26. Et qui fieri potuit, vt aduersùs euidentiſſimam ſanctitatem Ieſu auderent aliqui falſum dicere ? Rationem indigitat Matth. ibi præmittens : *Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum.* Quando ergo Principes gratum ſibi oſtendebant fore teſtimonium aduersùs Ieſum, non poterant teſtes falſi illis deficere. Hinc Chriſtianus Druthmarus ponderans, quòd duo falſi teſtes venerint, ait : Druthmar. *Quia Dominus præceperat, vt ad vnius teſtimonium nullus condemnaretur : propterea duos ordinabant ipſi Principes.* Quaſi ad Principes pertinuiſſet, quòd venerint vnus, aut duo, aut plures, ſi opus eſſet, teſtes falſi in iudicium. Non enim ij deficiunt, vbi gratum ſatiunt Proceribus, aut Principibus. Quo ſpectans Prouerb. 29. ait : *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios.* Prouer. 29. Quæ verba componens Paſchaſius cum facinore Iudæorum aduersùs Ieſum ait lib. 12. in Matth. *Miſer populus, cuius* Paſchaſ. *Principes iniqui ſunt, & quorum ſeniores peruerſi : quia multi falſi teſtes inuentu nunquam deſunt Conciliis. Nam Princeps, qui libenter audit mendacia, omnes miniſtros habet impios : quantò magis & ſi quæſiuit eos, vt illos fuiſſe cernimus ?* Equidem ſcaturiunt falſi teſtes in domibus Principum, & Procerum, qui eos audire cupiunt.

§. IV.

Magna eſt laus iuſti, quem aut nulli, aut rari infamare audent.

MIrabar Iezabelis temperantiam in damnando iuſto Nabothe, quòd aduersùs eum non excitaret ingentes falſorum teſtium turbas, duobus tantùm contenta : dicit enim : *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum, & falſum teſtimonium dicant.* Et cur in duobus hæſit ? Cur rabida mulier non plures expetiit, vt iuſti cauſa ex multitudine teſtium peior exiſteret ? Eam crediderim fuiſſe Nabothi innocentiam, adeò claram, & conſpicuam, vt prorſus deſperaret Regina inueniendos pluſquàm duos, qui aduersùs eum auderent falſa confingere, etiamſi requirerentur à Principibus. In quo magna eſt laus Nabothi, & ſimillima laudi Chriſti Domini. Cuius paſſionem tractans Matth. cap. 26. ait : *Nouiſſimè venerunt duo falſi teſtes, &c.* Matth. 26. Circa quæ Orig. homil. 35. in Matth. *Sed neque tres erant : nam etſi enim accedentibus teſtibus falſis, vix duo inuenti ſunt,* Orig. *qui aliquid dicere viderentur.* Et planè vix duo potuerunt inueniri, qui auderent aliquid aduersùs Ieſum confingere. In quo maxima laus oſtenditur immaculatæ Ieſu vitæ, quæ ſic oppilauit ora inimicorum ſuorum, vt de multis conantibus contra illum dicere, vix duo aliquid dicere viderentur, quod gratum ſit Proceribus inimicis. Dicebat etiam Matthæus cap. 28. *Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium* Matth. 28. *aduersùs Ieſum, vt eum morti traderent. Et non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent.* Non verum aliquid quærebant aduersùs Ieſum, ſed falſum, & inter multos mendaces, & falſidicos, non inueniebant, qui aliquid coloratè dicerent. Ex quo D. Thom. in Cat. ex Origene fatur : *Falſa teſtimonia tunc locum habent, quando cum colore aliquo proferuntur.* Thom. *Sed nec color inueniebatur, qui poſſet contra Ieſum adiuuare mendacia, quamuis eſſent multi gratiam tribuere volentes Principibus Sacerdotum. quod maximam laudem exhibet Ieſu, qui ſic omnia irreprehenſibiliter dixit, vt nullam veriſimilitudinem inuenirent in eo reprehenſionis male multi aſtuti.* Quærebantur teſtimonia falſa contra Ieſum, & quærebantur à Principibus aſtutiſſimis, & oculatiſſimis in malum, &

& quærebantur inter mendaces multos, & falſidicos, & non inueniebantur: quanta hæc laus Chriſti? ſane maxima ea eius laus eſt, quòd colorabile aliquid inueniatur aduerſus eum à Principibus, quorum aſtutia, & potentia in confingendis calumniis adeò nota eſt mundo. Quò

Ioan. 14. ſpectans dicebat ipſe Dominus Ioan. 14. *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* Princeps oculatiſſimus omnium in malum, nihil mali potuit in Ieſu demonſtrare. Vt meritò dicat Paſchaſ. lib. 12. in Matth.

Paſchaſ. *In omnibus maior laus Chriſti prædicatur. Qui ſic omnia irreprehenſibiliter fecit, & docuit, vt in eo nihil inuenirent mali ſimile, multi mendaces, callidi, & aſtuti Principes.* Planè omnem laudem ſuperat illa vita, aduerſus quam nullus veriſimiliter poſſit mutire, licet in cogratum faceret Principibus; & aduerſus quam tota Principum potentia vix duos poteſt producere in medium, qui aliquid videantur dicere.

§. V.

Falſa teſtimonia maximè exacerbant humana corda.

POſſet equidem ſcelestiſſima Iezabel mittere homines impios, qui occiderent Naboth ob præſumptam illam irreuerentiam, qua petenti Regi, & ſatisfacienti negauit vineam. Quare ergo magis elegit per corruptos Iudices, & falſos teſtes illum occidere, cùm dicat: *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum, & falſum teſtimonium*

Abul. *dicant?* Puto à ſententia Abul. in præſenti, quæſt. 7. quòd Iezabel ſtudebat vindictæ ſumendæ de Nabotho: vnde crediderim ab illa electam Nabothi mortem per Iudices corruptos, & falſos teſtes, vt quæ eſſet homini acerbiſſima.

Matth. 26. Similiter Iudæi Matth. 26. *Quærebant falſum teſtimonium aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent.* Quippe mortem illi procurabant inferre non aliter, quam per falſos teſtes: ſciebant enim id illi acerbiſſimum futurum. Quò ſpectans D. Ambroſ. lib. de Exhortat. ad virgines, ſic

Ambroſ. loquitur ad Ieſum: *Veniat verus Nabuthe, qui venit à Patre, ſicut indicat nominis ipſius interpretatio, qui vineam ſanguine defendat ſuo. Hic eſt, qui lapidatus pro nobis eſt, pro nobis mortuus, pro nobis falſis appetitus teſtimoniis.* Adeo ſimiles fuere in morte per falſos teſtes Naboth, & Ieſus, Filius Dei, vt ſub nomine Nabothi vocetur ab Ambroſio Ieſus. Cuius paſſiones recenſens poſt lapidationem intentatam à Iudæis, poſt mortem Crucis, in ſupremo loco ponit, quod falſis teſtimoniis fuerit appetitus: ait enim: *Pro nobis lapidatus eſt, pro nobis mortuus, pro nobis falſis teſtimoniis appetitus.* Quare id vltimum, & omnium acerbiſſimum certamen fuit, quòd falſis teſtimoniis appetitus cadas. Iobo primum rei familiaris ſubſtantia eripitur: deinde filij abripiuntur: inſuper multis, lethaliſſimiſque morbis affligitur, poſtremò amici ad illum adducuntur, qui ei falſum peccatum attribuant. Et cur hoc illi certamen in vltimis ponitur, niſi quia acerbiſſimum? Ait D. Ambr. in exhortat. ad virgin. propè finem: *Vicerat Sanctus Iob*

Ambroſ. *dominus dolorem, vicerat, imò excluſerat luctus acerbitatem in amiſſione filiorum, vicerat vulnerum acerbitatem, vibices corporis adhibentur mulieris tentamenta, & ipſa non ſenſit. Adhuc amicorum interpoſationes ad certamen ei vltimum reſeruantur. Luctatus fuerat cum affectu patrio, luctatus cum dolore corporis, & ægritudine: ſupererat eum ſubire etiam ſermonum tentationes.* Poſt filiorum mortem, poſt lethales morbos, vltimum, vt omnium grauiſſimum, ſeruatur certamen, quod veniebat de falſis teſtimoniis auditis, quibus ei peccatum imputabatur. Quid hoc terribilius homini ingenuo? Ipſe Iob cap. 19. clamabat dicens: *Vſquequò affligitis*

Iob 19. *animam meam, & atteritis me ſermonibus?* Græcè 10 Cat. legitur? *Quouſque feſſam facietis animam meam, & euertitis me verbis?* Non queritur de morbis, & de falſis verbis querebatur, quaſi hæc importabiliora eſſent. Circa quæ ait Orig. in Cat. Græca: *Quemadmodum onera grauia laſſitudinem afferunt, ſic graues, moleſtique ſermones, quibus eum,*

Orig. *qui audit, defatigari neceſſum ſit, & vt verborum, quæ contumelioſe iaciuntur, onere quaſi quodam opprimi. Nec enim quicquam ſic hominis attigit animum vt ſermo durus. Contumeliam enim perferre magni eſt viri. Ita Apoſtolus: Contumeliis affecti benedicimus. Sed Iobus eſt athletarum fortiſſimus, in cuius libro nihil ita eminet, vt eius fortitudo, & patientia: laberes tamen ſentit, quos ex duro ſermone hauriebat. Idcircò his loquitur verbis: Quamobrem ad corporis dolorem animi quoque moleſtiam adhibetis? Cur me magis verbis, quàm dolores corporis conciditis?* Sic ibi, quibus clare oſtenditur, quàm longè acerbior eſt pœna, quæ per falſa teſtimonia infligitur.

§. VI.

Sic vita probitas ſit conſpicua, ne egeat verborum probationibus.

LEguntur falſi teſtes multa dixiſſe contra Naboth; verùm non legitur Naboth vllum pro ſe verbum feciſſe. Dicit Textus 3. Reg. 21. *Adductis duobus viris filiis Diaboli, fecerunt eos ſedere contra eum: at illi, ſcilicet, vt viri diabolici dixerunt contra eum teſtimonium coram multitudine. Benedixit Naboth Deum, & Regem. quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt.* 3. Reg. 21. Ecce tibi falſorum teſtium accuſatio in Naboth auditur: Nabothi defenſio non auditur. Clamant teſtes teſtimonium falſum, Naboth nec vnum verbum pro ſe dicit, ſed ſicut agnus manſuetus non aperiens os ſuum ad mortem ducitur. Et verè ſicut agnus: eius enim innocentia, & vitæ probitas, adeò conſpicua erat, vt non egeret verborum probationibus in defenſionem ſuam. In quo mirificè aſſimilatus fuit immaculato agno Ieſu, qui inter falſiſſima teſtimonia, ſic tacebat, vt admirationem faceret Iudici. Ait enim Matthæus 27. *Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.* Matth. 27. Et cur non reſpondit ad tot teſtimonia? Meliùs pro ſe ipſa vitæ innocentia, & probitas agebat, quam ſi rem verbis tractaret. Ait D. Aug. ſerm. 118. de Tempore: *Melior eſt cauſa, quæ non defenditur, & probatur: plenior iuſtitia, quæ non verbis adſtruitur, ſed veritate fulcitur. Taceat lingua, neceſſum eſt, vbi ipſa veritas ſibi adeſt. Nolo ſic defendi iuſtitiam, ſicut ſolet iniquitas excuſari: ſciuit enim Saluator, qui eſt ſapientia, quomodo tacendo vinceret, quomodo non reſpondendo ſuperaret, atque ideò cauſam ſuam maluit comprobare, quàm dicere.* Auguſt. Vbi veritas in conſpicuo eſt, quid pro illa verba poſſunt adſtruere? Vbi iuſtitia, & probitas ſeſe vndique prodit, ſatius eſt tacere, quam linguæ defenſionem requirere. Dicebat Pſalm. 38. *Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me.* Pſal. 38. Tunc cùm habebat peccatorem obloquentem, & mendaciſſimas calumnias conglomerantem, tunc maiori ſtudio ora ſignabat, ne vllum verbum efflueret. Quam Dauidis ſapientiam maximè exemplis confirmat D. Ambroſ. 10 exhortat. ad virg. dicens: *Ioſeph accuſatus tacuit, vt meliùs eum innocentia, quàm lingua defenderet. Tacuit Daniel omnibus ſapientior, & ora clauſit leonum.* Ambroſ. *Vnde pulchrè Sanctus Dauid dicit: Poſui, inquit, ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret aduerſum me peccator.* Expende illa: *Vt meliùs eum innocentia, quàm lingua defenderet.* Nullis verbis ſic defenditur homo à falſis criminibus obiectis, vt innocentia defenditur. Cùm Suſanna falſis criminibus accuſata ad ſupplicium duceretur, Daniel puer reuocauit populum, iudicium rei ſibi aſſumpſit cap. 13. *Dixitque Daniel: Separate eos* (nempe, falſos teſtes) *ab inuicem, & diiudicabo eos. Cùm ergo diuiſi eſſent, alter ab altero, vocauit vnum de eis, &c.* Dan. 13. Tota illi res cum teſtibus eſſe cœpit, à quibus rem interrogat, cum Suſanna nec verbum facit. Cur, ò bone, nihil à Suſanna interrogas? Cur ab illa non informaris de veritate, vt audita illa meliùs cauſam diiudices? Cur dimiſſa Suſanna in ſilentio ſuo, rem agis cum ſolis falſis teſtibus? Ait D. Auguſt. ſer. 118. de Tempore: *Non enim apud Danielem in ſermone iuſtitia eſt, ſed in ſancta fœmina, tacente lingua pro ea caſtitas loquitur.* Auguſt. Cuius virtutes conſpicuæ ſunt, non currunt ad defenſionem verborum; ſed magis tacent, vt pro eis loquatur vitæ probitas. Non, inquam, ad linguam confugiunt, ne videantur cum reis aliquid habere commune, quorum eſt à verbis quærere defenſionem.

CAPVT

CAPVT II.

De vinea Naboth.

TEXTVS HISTORIA.

P[illegible] R[illegible] ro, Nabotho, erat vinea intra muros ciuitatis Iezrahel, quæ quidem vinea m[illegible] ia habebat Regiam: vnde a[illegible]iſſima vi[illegible] eſt, vt eius in ſolo, pulcher plantatus hortus totam domum regiam [illegible] 1. Ve[illegible] cogitationem Achab, Samariæ [illegible], & conueni[illegible] Nabothum, ab eo contiter [illegible] alliam meliorem accipiat, vel p[illegible] quam tum ſufficere æſtimabitur. Quis h[illegible] nega[illegible] N[illegible] ante Naboth[illegible], ea ratione nixus, q[illegible] eam [illegible] habebat hæreditariam, He[illegible] tar, qu[illegible] nebræ[illegible] ta[illegible] perpetuum poſteri[illegible] alienare. Ta[illegible] fui[illegible] ſtitia, vt [illegible] ab aule[illegible] [illegible] decumberet ex [illegible] animi, oſo[illegible] ager [illegible] A[illegible] ta [illegible] Iezabel & [illegible] facta de mo'eſtæ [illegible] am mæſtitiam, & potentiam [illegible] Regiva le[illegible], & [illegible] non [illegible] certa vineæ re[illegible] in ſuam po[illegible].

MORALIA IN TEXTVS LITERAM.

AD hiſtoriam accedens ait D. Ambroſius cap. [illegible] *Nabothe hiſtoria tempore vetus eſt, vſu quotidiana.* [illegible] *diſtam a[illegible] quis die concupiſcit aliena? Quis* [illegible] *ſſimorum non turbare, intentus agello ſuo pauperem?* *Quis contentus* [illegible] *non inflammat diuites animo?* [illegible] *Non igitur* [illegible] *Achab natus eſt.* [illegible] *Si vanam cedat, aſſurgunt plurimi. Non vnus Nabothe pauper* [illegible] *quotidie Nabothe ſternitur* [illegible] *pauper* [illegible]. Sic ille, & ſapienter, & ve[illegible]mé dicit.

3. *Reg.* 21. Tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab Regis Samariæ. Locutus eſt ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam hortum olerum: quia vicina eſt, & prope domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem; aut, ſi commodius tibi putas, argenti pretium, quanto digna eſt.

§. I.

Cæle[illegible]a bona, ab vno poſſeſſa, ſine eius damno ab alio, & alio habentur ſimul.

DIcit Textus: *Vinea erat Naboth Iezrahelitæ*, in quibus [illegible] p[illegible] fuiſſe hæc vinea vnius Nabothi, vt ſine damno [illegible] illius, tenuente illo, non poſſet ab alio [illegible]. Habent enim hoc temporalia bona, [illegible] vnò totaliter ſtagnantur, nec ad alium tranſeunt, n[illegible] primo poſſeſſore relicto. Non ſic cæleſtia, & di[illegible] a[illegible] quæ [illegible] habentur à multis, & totaliter à ſi[illegible] Matthæi cap. 21. *Homo erat paterfamilias,*

Math. 21.

qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis. Sed & Iſaias cap. 5. de vinea etiam à Deo plantata facit mentionem, inquiens: *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filij olei. Et ſepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim, & torcular extruxit in ea, & expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruſcas.* Origenes homil. 19. in Matth. componit has duas vineas inter ſe: & licet multa inueniat, in quibus conueniant; tamen alia multa oſtendit, in quibus maximé differunt. Ego autem illam vnicam differentiam modò noto, quod vinea Matthæi dicatur data agricolis, in plurali, quaſi non vni, ſed multis data ſit: at vinea Iſaiæ minimé dicitur data multis. Et cur non vinea Iſaiæ; ſed vinea Matthæi multis datur? Ego à ſententia Origenis ex differentiis harum vinearum credentis, illas eſſe duas diuerſiſſimas vineas. Vinea enim Matthæi creditur eſſe regnum Dei, quod à multis ſimul habetur, & totaliter à ſingulis, abſque vlla alicuius offenſione: vinea autem Iſaiæ regnum temporale eſt, quod ab vno poſſeſſum, non tranſit ad alium ſine damno primi. Quippe à bonis temporalibus habent hoc differens, & ſui proprium bona cæleſtia; quòd ſimul à multis, & totaliter à ſingulis poſſunt haberi. Exod. 3. dicebat Dominus: *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Poſſet dicere ſemel nominato Deo: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. cur maluit ſingulis hominibus apponere particulam, *Deus*? Volebat equidem oſtendere, ſe ita eſſe Deum illorum, vt à ſingulis totaliter haberetur, ſine damno alterius. Ait Origenes homil. 22. in Matth. *Vide quod non dixit: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. ſed, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob: Abraham enim totum habebat Deum, & Iſaac totum habebat Deum; & Iacob totum habebat Deum. ideò non dicitur in communi Deus eorum, quaſi ſinguli eorum totum habeant Deum.* Sic Deus, ſic Dei bona à multis, & totaliter à ſingulis habentur. Vides, homo, hominis vineam; & ex eo, quod illius eſt, exiſtimas illam ad te minimé pertinere. Vides vineam Dei, quam etſi videas à multis, & innumerabilibus indefectibiliter poſſeſſam, tamen adhuc ſperare potes, totam ad te poſſe pertinere. Cæleſtia enim, & diuina à multis, & totaliter à ſingulis poſſunt haberi. Huc trahe dicta tom. 3. de Chriſto figurato, lib. 6. cap. 7. §. 20.

Iſaia 5.

Orig.

Exod. 3.

Orig.

§. II.

Perfectis Dei amatoribus creduntur tota eſſe vinea Dei.

ECce tibi viri Nabotho, caritatiſſimo viro, integra adſcribitur vinea, dicente Textu: *Vinea erat Naboth Iezrahelitæ.* Quod forſan monſtrauerat Iſaias cap. 5. dicens: *Vinea facta eſt dilecto meo.* vt innuet, quàm obtingat ſingulis dilectoribus perfectis Dei tota, & integra cæleſtis vinea. Dicebat enim Dominus Exod. 3. *Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Sed & poſt pauca ait: *Deum autem Deus Hebræorum vocauit, &c.* Qui ſigillatim ſe oſtenderat Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob, ſic etiam in communi ſe Deum Hebræorum dicit. Et quando vocatus Deus Hebræorum intelligebatur Deus illorum trium, qui Hebræi erant; cur non contentus illa communi voce voluit ſigillatim, ſe Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob, dicere? Volebat oſtendere, quàm aliter erat horũ trium, ac erat Hebræi vulgi. Quippe vt illi tres perfecti erant dilectores Dei, ſic Deus ſingulis eorum quaſi totus & integer veniebat: reliquo autem vulgo quaſi tenues ſui dabat particulas. Sic Origen. hom. 22. in Matt. inquit: *Non dixit: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. ſed, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. In alio autem loco ſic dixit, Deus Hebræorum miſit me. Qui enim perfectiſſimi ſunt circa Deum, quantum ad comparationem cæterorum, plenius totum habent Deum in ſe. propterea non communiter, ſed ſingulariter dicitur eorum Deus. Vt puta, ſi dicatur: Ager ille eorum eſt. oſtendimus, quod vnuſquiſque eorum, qui poſſident agrum illum, partem modicam habeat de eo, & non habeat eum in toto. Si autem dicimus, quid ager ille illius eſt, demonſtramus, quod totum agrum poſſidet ille.* Quid pulchrius dici poteſt? Et verbis, & compara-

Iſaia 5.

Exod. 3.

Orig.

tione oſtenditur, quàm aliter Deus communicetur vulgaribus ſeruis ſuis, ac perfectiſſimis dilectoribus. His enim datur Deus totus, vt ſinguli ſic Deum habeant, quaſi eum ſibi habeant toti. Quo ſpectans clamabat quondam perfectiſſima Dei amatrix, 1. Reg. 2 dicens: *Exaltatum eſt*
1. Reg. 2. *cornu meum in Deo meo.* Meum vocat Deum, quaſi ſola habeat ſibi Deum totum. Quod ponderans D. Chryſoſtomus hom. de Anna, tom. 8. ait: *Nec ſimpliciter dixit, in Deo, ſed, in Deo meo, ſibi ipſi vſurpans eum, qui toti Orbi com-*
Chryſoſt. *munis eſt. Hoc autem facit non illius diminutura, ſed ſuum deſiderium indicatura, ac confeſſura. Sic enim amatores ſolent, non ſerunt vnà cum multis amare, ſed eximium quendam, ac peculiarem amorem præ ſe ferre volunt. Sic Propheta dicebat: Deus, Deus meus, ad te manè vigilo. Nominata enim communi eius dominatione, eam addidit, qua peculiariter Sanctorum Dominus eſt.* Sic afficiuntur Dei amatores deſiderio Dei, vt non contenti ſint habere illum, niſi totum faciant ſuum, ſicque Deus illis adeſt, quaſi illorum ſit totus.

§. III.

Fugienda mala vicinitas eſt illis, qui nolunt perdi.

NOn otioſè ponitur, cui erat vicina Nabothi vinea, cùm dicitur ea fuiſſe *iuxta palatium Regis Samariæ.* Sed ex adeo nequam vicino peſſimum omen & vineæ, & domino vineæ inſinuatur. Inconſultè prope infidelem, & nefarium vicinum vinea illa plantata fuit: nihil enim ſic fugiendum eſt, quàm mala vicinitas plantis, quæ amant non citò penitùs diſſipari. Illud pulcherrimè dictum ad Deum Pſalm. 79. *Vineam de Ægypto tranſ-*
Pſal. 79. *tuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam.* Tranſtulit Deus vineam ſuam, populum ſuum ex Ægypto in terram promiſſionis, vt plantata ibi, & floreret, & ditiſſimas fructuum vindemias faceret. Sed ante huius vineæ in terra promiſſa plantationem quid fecit ſapientiſſimus, conſultiſſimuſque plantator? Ait Pſalm. *Eieciſti gentes.* Vicinas gentes terræ illius eradicauit, vt doceret, quàm ſit fugienda vicinitas mala iis, qui amant æternis fructibus abundare. Ait Imperfectus hom. 40 in Matthæum: *Quomodo plantauit vineam illam Deus? Quomodo vinitor ſtudioſus, qui primùm ſepem in circuitu inſtituit, ac ſyluas excidit,*
Imperf. *& ſic poſteà plantat, ne fortè arbores laſciuientes, dum hic illuc per longa ſpatia ramos ſuos extergunt, adeò tenerum efficiant malleolum. Sic Deus gentes ſine fructu iuſtitiæ conſiſtentes excidit, & ſic collocauit Iſraelitas, ne fortè gentes indiſciplinatæ, dum in longum terminum ſuæ dominationis extendunt, affligant populum Dei tenerum.* Hoc curandum maximè eſt ſapienti plantatori, ne in circuitu plantarum ſuarum relinquantur ſyluescentes arbores, nec tribulorum malitiæ, quarum vicinitas multum teneris, frugiferiſque plantis officiant. Sic Deus perfidas gentes a terræ promiſſæ terminis eiecit, ne populo ſuo ibi habitanti nullum inferrent malum. De malorum enim vicinitate nunquam non venit in bonos malum, niſi fugiantur, eradicentur. Neque ſperandum eſt bonorum augmentum, niſi malorum vicinitas tollatur. Dicebat Pſalm. 74. *Exaltabuntur cornua iu-*
Pſal. 74. *ſti.* quaſi requirat, vt iuſto cornua ſint, vt poſſit exaltari. Sed quando iuſtus mitis eſt, manſuetus eſt, ad quid illi ſunt cornua neceſſaria, niſi vt prauas vitiorum vicinitates eradicet, vt ſic virtutes in ſe floreſcere faciat? Dicit Orig. homil. vnica in lib. Reg. *Oportet ergo nos habere iſta*
Orig. *cornua, quæ iuſtis de apicibus Crucis conferuntur, vt in his deſtruamus, & deiiciamus aduerſarias poteſtates, quibus proſtratis, & expulſis poſſit in nobis plantari vinea, quia vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi.* Parum eſſet, quòd fuerimus locum vberem nacti ad vineam fructiferam plantandam, niſi cornua, hoc eſt, potentiam, habeamus, qua ſyluescentes plantas à virium vicinitate arceamus. Tolle, homo, malorum vicinitatem: & tunc dilecto Deo ſecuriſſimè in corde tuo vineam fructiferam plantabis. Vt fugienda ſit malorum vicinitas, videbis tom. 3 de Chriſto figur. lib. 6. cap. 3. §. 11. & tom. 1. lib. 5 cap. 28. §. 5. & alibi.

§. IV.

In miſerandam cadet calamitatem, qui virtutem habens, ſe vitiis adiungit.

OMinoſum erat illud, & miſerandæ calamitatis indicium, quod ait: *Vinea erat Naboth Iezraelitæ, iuxta palatium Achab, Regis Samariæ.* Qui enim floridam vineam infidelis Regis palatio adiunxerat, clariſſimum miſerandæ calamitatis fundamentum ponebat. Quando enim non calamitoſus, & miſer eſt, qui ad virtutum vineam, ſcelerum, & vitiorum adiungit ſedes? Clamabat Iſaias cap. 5. *Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.* Iſaiæ 5. Quaſi non paruus miſeriarum cumulus proponatur illi, qui agrum agro copulat, & coniungit. Et quale malum eſt, quòd quis agrum agro copulet abſque vlla iniuria? Quod ſi ager poteſt agro copulari ſine iniuria, cur Propheta ſine explicatione miſerum clamat illum, qui agrum agro coniungit? Sunt equidem duo agri, ſeu duæ vineæ, quæ niſi in malum coniungentis nequeunt coniungi, nempe, vinea Chriſti florens virtutibus, & vinea Diaboli ſcatens vitiis. Qui autem ad virtutem adiungit vitia, is à miſeranda calamitate non poteſt eſſe liber. Ait D. Baſil. ibi: *Sani iuxta dictum Salomonis, cuiuſdam quodam eſt, vis improbanda plantatio. Plantaui,* Baſil. *aut, mihi vineam. Eſt & huic oppoſita ſpecies plantandi, quam non plantauit Pater cæleſtis. Equidem plantatio hac vineam habet ex planta traduce Sodomorum. Qui igitur mentis ſuæ, poſtquàm inſeuerit genus omne ſpiritualis fructificationis, manum admouerit operibus maligni, hic eſt, qui ob ſuccedictam vicinitatem ager ad agrum, à Scriptura miſer prædicatur.* Inde exurgit tota miſeriarum ſeges, ſi poſt plantatas in anima tua virtutes, quibus floridiſſima vinea Deo exiſtat, tandem vineæ vitiorum ſedes adiungas: nequit enim virtus habere in vicinio vitia, quæ à virtute longiſſimè amandanda ſunt. Dicebat Centurio ille Matthæus 8.
Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic, Vade, & vadit: & alij, Veni; & venit. Matth. 8. Ecce tibi, alterum longè amandat, alterum ad ſe facit venire: vt minimè ſimul ſint, qui venit, & qui amandatur. Ne putet homo, ad virtutem aduenientem poſſe coniungi contrarium vitium, quod debet ſemper quàm longè eſſe diſſitum. Ait D. Niceno. homil. 10. in Cantica: *Cùm ei dixiſſet, Vade, & vadit, docet ſe alium acceſſere, non eum, quem amandauit: verbo docens tale dogma, quòd quæ ſibi inuicem ad-* Niceno. *uerſantur, non ſimul ſunt natura, vt poſſint ſimul verſari. Nulla eſt enim ſocietas luci cum tenebris.* Non poſſunt ſimul eſſe, quæ ſibi aduerſantur, nimirum, virtus, & vitium; ſed culta, & ſota virtute vitium amandandum eſt: nequeunt in vnum venire lux, & tenebræ: & ſi aliquando ſimul ſint ſtrigui, & calor, inde fulmina iaculantur, & non parua eueniat pernicies.

§. V.

Ab vno Dei verbo nouit venire rerum incolumitas.

LOcutus eſt Rex Samariæ de habenda Nabothi vinea, vt eius eradicet vites, & olera ponat: dicit enim Textus: *Locutus eſt ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt faciam hortum olerum.* Et quid aliud loquuntur Principes mundi, quàm deſtructiones omnium? Caue tibi, homo, à verbis mundialium potentum: ab illis enim vix auditur verbum, quod deſtructionem non dicat. Vnum eſt Dei verbum, quod ſciat omnia æternare, & à perditione, & deſtructione liberare. Iſaias cap 5. dicit: *Vinea facta eſt dilecto meo, in cornu filio olei.* Alij legunt: *Vinea facta eſt dilecto meo, in cornu, in* Iſaia 5. *loco vberi.* Circa quæ dicit D. Ambroſius. *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu, in loco vberi, quoniam in Dei Filio vnigenito floret Eccleſia, tenens vnicum Dei verbum, in quo eſt virtutis, atque ſapientiæ plenitudo, cuius vbertate ſeges fidei* Ambroſ. *pullulauit.* Compone modò vineam Naboth cum vinea Eccleſiæ. vtraque habet ſibi adiunctum Regem, illa Regem Samariæ, hæc Regem cæleſtem Dei vnigenitum Filium. Ab vtroque Rege venit verbum circa vineam. a Rege Samariæ verbum prolatum ſpoliare Nabo-

thum cu at vine ſua ; inſ per & ipſam vineam deſtr c. Quæ autem vinea nat verbum Dei, maxime floret : dicit enim. *Floret Eccleſia tenens vnicum Dei verbum* Pr h t. ix vinea, circa quam vnicum verbum Dei auditur : ab hoc enim verbo diuino ſolo venit ec us æternitas, & incolumitas. Hinc apud Matthæum cap. 21. *Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, &*
Matth. 21. *ædificauit turrim.* Et in confeſſo eſt omnibus Expoſitoribus hanc turrim ædificatam fuiſſe pro tutela, & defenſione ipſius vineæ, ne poſſet a latronibus deſtrui. Et quæ erat hæc turris ſic defendens, & conſeruans vineam ab omni deſtructione liberam? Origenes homil. 19. in Matthæum ait: *Turrim autem ædificatam in ea, aſcenſum habentem, & eminentiam, & altitudinem ſuper vineam ipſam, & ſepem, & torcular, existimo verbum eſſe de ipſo*
Orig. *Deo & de diſpenſationibus Chriſti.* Meritò verbum Dei habetur pro turri, quæ protegit, & conſeruat vineam: de illo enim Dei verbo poteſt venire, quod res aliqua ſubſiſtat a perditione immunis. Hæc, et alia poſſunt d c a 80 . . in Euang. lib. 14. cap. 18 §. 3. & tom. 1. de Chriſto figur. lib. 3. cap. 22 § 19.

§. VI.

Principem exuit, qui nimius eſt in petendo.

ILlud in Textu noto, quod ait: *Vinea erat Naboth Iezrahelitæ, iuxta palatium Achab Regis Samariæ. Locutus eſt ergo Achab ad Naboth dicens: Da mihi vineam*, &c. Bis nominatur Achab præfatis verbis; & cum palatium [illegible] eius ſuiſſe, & cum ipſe dicitur locutus ad Naboth. In primo nominatur Achab cum regio titulo, cum dicit Textus: *iuxta palatium Achab, Regis Samariæ.* In ſecundo autem ponitur ſine titulo regio, cum ait: *Locutus eſt ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam*, &c. Et quando in primo loco Rex dicitur [illegible] eundo vineam petens, non dicitur Rex. Rationem indicat D. Ambroſius lib. de Nabuthe, c. 2. fa-
Ambroſ. tus: *Da mihi, inquit, vineam tuam. Confitetur alienam, vt poſcat indebitam.* Ne miremur, quòd Regem, & Principem exuit, qui adeo in petendo nimius eſt, vt ſic indebita poſcat. Dicebat Chriſtus Dominus apud
Ioan. 12. Ioannem cap. 12. *Nunc iudicium eſt mundi, nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.* Vbi enim a Deo iudicium mundi factum eſt, illud in primis decernitur, quòd Dæmon Princeps huius mundi vocatus, & Rector tenebrarum harum, a principatu deturbetur, & cogatur omnem honorem ſui principatus exuere. Et cur ſic eiicitur Diabolus à principatu? Rationem affert, & cauſam proponit D. Leo ſerm. 2. de Natiuitate Do-
Leo. mini, dicens: *Perſtitit ergo improbus prædo, & auarus exactor in eum, qui nihil ipſius habebat, inſurgere: & dum vitiato ex omni præiudicium generale perſequitur, chirographum, quo nitebatur, excedit, ab illo iniquitatis exigens pœnam, in quo nullam reperit culpam. Soluitur itaque lethifera paſtionis malè ſuaſa conſcriptio, & per iniuſtitiam plus petendi, totius debiti ſumma vacuatur.* Quid pulchrius, atque elegantius dici potuit? Expende illa verba: *Per iniuſtitiam plus petendi.* quia nimius, & exceſſiuus in petendo fuit, ideò cogitur exuere principatum. Quippe peccatores debebant illi pœnas dare: ille autem non ſolùm peccatores; ſed etiam innocentem Ieſum, in quo nullum erat pœnæ debitum, petiuit nihilominùs ad pœnam: & ſic per iniuſtitiam plùs petendi, á principatu, & regno ſuo iuſtiſſimè deturbatus. Crede mihi: Principem, & Regem exuat, neceſſum eſt, qui nimius, & exceſſiuus, & iniuſtus eſt in petendo
Iſaiæ 3. etiam ea, quæ non debentur ei dari. Hinc Iſaias c. 3. *Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt*, &c. quæ verba
Cyril. Al. ſic leguntur à D. Cyrillo Alexandrino: *Popule mi, expilatores tui quaſi racemant te, & exactores dominantur tui.* In confeſſo eſt omnibus, per hæc verba inſinuari vniuerſos Principes, & Sacerdotes Ieruſalem. Et quare ij non vocantur titulis principatuum ſuorum; ſed magis dicuntur expilatores, & exactores? Id demonſtrant illa verba: *Quaſi racemant te.* hoc eſt, etiam poſtquàm vindemia facta eſt, paucos racemos inaduertenter in vitibus reſiduos repetunt. Et quidem vinearum dominis vindemia integra debetur; pauci autem racemi, qui in vitibus remanent, aut per obliuionem, aut per contemptum colligentium, ad dominos vineæ non pertinent, ſed communes omnibus cenſentur. At illi adeo nimij erant, & exceſſiui in petenda populorum ſubſtantia, & quaſi tota vineæ vindemia, vt etiam paucos illos racemos reſiduos ad nullum pertinentes ipſi repeterent. Quo factum eſt, vt totum principatus honorem perderent, & expilatores, & exactores haberentur. Ad hæc pulchrè D. Cyrill. Alex.
lib. in Iſaiam, orat. 3. *Racemant igitur, inquit, vos exactores veſtri. Perinde ac ſi diceret: Vindemiarunt veſtras copias; neque ibi inexplebilis eorum ſiſtit cupiditas; ſed etiam iam racemos decerpunt, id eſt, manum in ea, quæ adhuc relicta ſunt, iniiciunt. Belliſſimè verò, & aptè non præceptores, non magiſtros; non aliquid aliud eiuſmodi eſſe dicit, ſed exactores, & extortores nominat.* Nec miror, quod cadant ab honorifico principatu ſuo illi, qui ideò in petendo exceſſiui ſunt, vt vel indebita ex ſuis populis exigant. Cyril. Alex.

§. VII.

Bona infirmorum obnoxia ſunt potentium vicinorum iniuriis.

ADhuc notandum, quod ait: *Vinea erat Naboth Iezrahelitæ, iuxta palatium Achab Regis Samariæ. Locutus eſt ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam*, &c. Expende illationem illam, omnino mirum: *Locutus eſt ergo*, &c. Quaſi vbi antecedens aliqua mediocris hominis poſſeſſio fructifera detur vicina potentiori alicui, iam certum, & ineuitabile conſequens ſit, quòd potentior ille locuturus ſit de habenda illa. Nunquam enim infirmorum res ſeniæ non obnoxiæ ſunt potentiorum iniuriis. Rem deplorat elegantiſſimè pauper homo, qui contentus paucis apiculis, quarum melle ſuſtentabatur, vicinus diuiti potentiori habitabat, de qua vicinitate hoc habuit, vt vel paucculas ſuas apiculas amitteret. Queſtus ille apud Iudices ſic apud Quintilianum dicebat Declam. 13.
Nec ab initio, Iudices, vicinum diuitem ſui; pares circa me habitauère domini, & frequentibus villis cinctas viciniæ paruos limites coluit. Quod eunes paſcebat, nunc diuitis vnius hortus eſt. Poſtquàm proximos quoſque reuellendo terminos ager locupletis latibus inundauit; æquata ſolo villa, & exciſa patria ſacra, & cum coniugibus, paruiſque liberis reſpectantes patrium larem migrauerunt veteres coloni, & laſa ſolitudinis indiſcreta vnitas facta eſt, poſtquàm ad apes meas diuitis fundus acceſſit. Quid pulchrius? Multæ villæ erant vnius potentis diuitis vicinæ, plenæ colonis, plenæ ciuibus. Et breui totum illud ſolum, quod villas, & oppida paſcebat, vnius diuitis hortus factus eſt. Diues enim proximos quoſque terminos reuellendo ſic ampliabat ſuos agros, vt cogeret veteres ſoli colonos inde abire, & exulare à patria, vt omnia illorum ſibi indiſcreta manerent. Sic bona, quæ ſuſtentabant abundantiſſimè colonos ſuos, ob potentis hominis vicinitatem; illis & ærumnas, & exilium traxerunt. Et quando bona infirmorum obnoxia non ſunt iniuriis potentiorum? Id monſtrabat Plinius in Panegyrico ad Traianum Imperat. comparans Traianum ſuum cum Domitiano: De Traiano enim dicit: Plin.
Quæ habemus ipſi, quàm propria, quàm noſtra ſunt. Non enim exturbatis prioribus dominis, omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiam ſaltum immenſâ poſſeſſione circumuenis: nec vnius oculis flumina, fontes, maria deſeruiunt. Hoc nouum, & inuſitatum laudabat in Traiano, quòd cuique poſſeſſori ſua prædia permitteret. Et ſtatim loquens de Domitiano, vt putat
Lipſius, ait: *Tamen exitiale erat apud Principem, huic laxior domus, illi amœnior villa.* Ob præſtantes enim poſſeſſiones rei erant miſeri homines apud auariſſimum Principem. In triumuirali proſcriptione, cùm tabula circumferretur, in qua proſcriptorum ad mortem erant nomina, notat Appianus apud Lipſium, quòd quidam conſpecto nomine ſuo in Tabula exclamarit: *Heu, villa Albana me perdidit!* Habebat miſer can- Lipſius. Appian.

... nomine Aluana, & corpſo, abſque ..., apud auaram Principem ... mortis fuit. Venuſtè dicat Eccleſiaſt. cap. 13. *Venatio leonis onager in eremo: ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes.*

§. VIII.

De Patre Deo venit, quòd Ieſus meus mundum occupet.

Pergat ait Textus: *Vinea erat Naboth Iezrahelitæ, iuxta palatium Achab Regis Samariæ. Locutus eſt ergo ... ad Naboth dicens: Da mihi vineam, &c.* Achab ... de acquirenda, & perdenda vinea hac, cum Naboth, quod nomen idem ſonat ac ſemen Dei. Et ſtultus hinc agit de perdenda vinea, cum eo, qui ſemen Dei dicitur, quando vineæ augmentum pertinet ad eum, qui verè Pater eſt. Quidquid vera vinea, & vera vitis Ieſus in mundo fructificauit, omne id ſpecialiſſimè à Patre Deo venit? Dicebat ipſe Ioannes 15. *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.* Et cur Patrem agricolam vocat? Volebat oſtendere vniuerſos fructus ſuos, quibus mundum impleuit, Patri Deo eſſe debitos. Vt enim quòd vitis ſe extendat, quod fructus reddat, agricolæ illam colentis labor eſt; ſic quod nobiliſſima vitis, Ieſus, non fuerit perdita, ſed in immenſum creſceret; & mundum fructibus ſuis plenum teneat, ſpecialiſſimè à Dei Patris cultura venit. Ait D. Laurentius Iuſtinianus in faſciculo amoris, cap. 8. *Cùm dixiſſet: Ego ſum vitis vera, addidit: Et Pater meus agricola eſt. Nunquam fructificaret taliter, niſi à tam probatiſſimo excoleretur agricola. Quòd verò fructuum illius ipſe ſit author, agricola vitem ad filium per Prophetam agnoſce. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Ipſe planè cæleſtis Pater, vitis huius cultor exiſtit, & diligentiſſimè nutrit, vt fœcilitatis proferat fructum.* Debemus ergo Patri, quidquid habemus in Filio: Pater enim illum, vt veram vitem, putandam, & fodiendam dedit, quando pro omnibus nobis tradidit illum. Vt ſic de putatione illa in immenſos fructus exurgeret, & repleret mundum. Quò ſpectans Pſalmus 72. dicebat: *Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.* Itaque, vt vitis diuiniſſima Chriſtus in Paſſione putaretur, dum ligaretur, dum manus, pedéſque eius foderentur, dum illi ſpinarum ſeps poneretur, dum ſub prælo Crucis eſſet, Pater nobilis agricola his laboribus aderat, manum eius dexteram tenebat, & in augmentum gloriæ deducebat. Sic enim omnia hæc Patri attribuebat Ieſus Matthæi cap. 26. dicens: *Fiat voluntas tua.* Ait Rupertus lib. 13. de gloria, & honore Filij hominis, in principio: *Interim pro cauſa valdè neceſſaria dexteram eius Pater tenebat, id eſt, fortitudinem eius diffoſſe volebat, vt eum non tueri, ſed opportuno tempore tueretur, iuxta Pſalm. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. Nam tenorà Deus Pater manum dexteram eius tenuit: Deus Pater voluntate ſua illum repreſſit fremitum leonis. Et eò vſque tenuit dexteram illum, vt non ſaltem deſcenderet de Cruce, petentibus Iudæis. Poſtquam ergo tenuit manum dexteram eius, & in voluntate ſua deduxit eum: fecit & illud. Et cum gloria ſuſcepiſti me; id eſt, à morte glorioſè ſuſcitaſti me.* Quotquot ergo labores pro nobis hæc vitis in paſſione pertulit, quotquot gloriæ fructus dedit; Patri Deo debemus, qui faciebat, ne Filius ſibi parceret, ſed bona ſua nobis traderet vniuerſa. Hoc dicebat Ieſus Diſcipulis ſuis Ioannis 16. *Venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: ſed non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.* Sed, quando tu ipſe Dominus in Cruce querebaris te relictum à Patre, dicens ex Pſalm. 21. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* quomodo probare poteris, te neque in illis tenebroſis horis fuiſſe ſine Patris aſſiſtentia? Ait pulchrè Rupertus ibi: *Tantillum dereliquiſſe me videbitur; quia ſilebit, ſed non longè faciet auxilium ſuum à me: eruet enim à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam, à mortuis me reſuſcitans: & exinde palam ego faciam, quòd non reliquerit me ſolum Pater: quia narrabo nomen eius fratribus meis, &c.* Expende, vnde dicat, ſe oſtenſurum non relictum à Patre: nimirum, ex eo, quòd fratribus ſuis hominibus bona Patris narrabit. Non potuit equidem ſine Patre eſſe, qui totum ſe pro hominibus dedit, quorum ſalus à Patre procurata, & diſpoſita erat.

Eccl. 13. · Ioan. 15. · Laur. Iuſt. · Pſal. 72. · Matth. 26. · Rupert. · Ioan. 16. · Pſal. 21. · Ruper.

§. IX.

Lignum Crucis ſordet mundi ſtultis; apud ſapientes habet gloriam.

Dicebat Achab Nabotho: *Da mihi vineam tuam, vt faciam hortum olerum, quia vicina eſt, &c.* Non ſuſtinebat iuxta ſe Achab vites aureis racemis graues, quin potiùs illas deſpiciebat, malens ſibi olera plantare. Itaque quas vites fructiferas æſtimabat Naboth, & adeò æſtimabat, vt mallet perdere vitam, quàm vitem perdere; Achab ſic illas habebat deſpectui, vt mallet olera viſa, quàm illas iuxta ſe videre. Sic prorſus vitis illa cantatiſſima Crucis, aureo Ieſu botro grauis, ſtultis opprobrio eſt, æſtimationi ſapientibus. Pſalmus 88. de crucifixo Domino dicit: *Factus eſt opprobrium vicinis ſuis.* Circa quæ D. Ambroſius lib. 3. de fide, cap. 5. ait: *Vicinis, inquit, non domeſticis, non adhærentibus: quoniam qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Factus eſt opprobrium: quia Crux Domini Iudæis ſcandalum, Græcis ſtultitia. Nam ſapientibus per eandem Crucem excelſior factus eſt cælis, excelſior Angelis, & melioris Teſtamenti ſponſor, ipſe, qui erat prioris.* Vicini aderant Iudæi, Gentiléſque crucifixo Ieſu; ſed, quòd crucifixus eſſet, vt erant ſtulti, & cæci, opprobrio vertebant. Qui autem vigilantiori oculo rem examinabant, in Cruce non paruam Ieſu gloriam, & exaltationem animaduertebant. Dicebat Iudæis Deuteron. 28. *Erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die, ac nocte.* A diuiniſſimo botro Ieſu ex vite Crucis pendente dicuntur Iudæi timere. Et timeant à tam ſuauiſſimo butro? Et ſtulti, & cæci in Crucis vite nihil non ſibi funeſtum videbant. Vtinam ſaperent: & fallar, niſi inde maximam gloriam cernerent. Ad hæc D. Leo ſermone 8. de Paſſione: *Iſti nihil in crucifixo Domino, præter facinus ſuum, cogitare potuerunt, habentes timorem, non, quo fides vera iuſtificatur, ſed, quo conſcientia iniqua torquetur. Noſter verò intellectus, quem ſpiritus veritatis illuminat, lignum Crucis tale, terráque radiantem puro, ac libero corde ſuſcipiat, & interiore acie videat, quale ſit, quod Dominus, cum de Paſſionis ſua inſtantia loqueretur, dixit. Venit hora, vt clarificetur Filius hominis, &c.* Suſpectum habent cæci, & ſtulti lignum Crucis: at qui oculos puros, & vigilantes tenent, non poſſunt eius claritatem, celſitudinémque non præſentire. Quis acrior hoſtis Crucis Dominicæ potuit inueniri, quàm Paulus? De hoc tamen locutus Actorum 8. Lucas ait: *Confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquammæ, & viſum recepit, & baptizatus eſt.* Vbi puriores oculos accepit, ad lauacrum Chriſti feſtinat. Quod ponderans Germanus Ierololymitanus oration. in Crucis adoratione, apud Gretſerum, tom. 2. ait: *Oculis priuatus Paulus, qui recta non intuebantur, ſed ſolùm diſtorta, obliqua, & flexa diligerent. Veteres oculos exuit, & induit per Baptiſmum Chriſtum. Nam ſquammæ, quæ de oculis eius deciderunt, ſerpentinæ ſquammæ eſſe videbuntur, & totum Chriſtum intra ſe recipit, & ſimul cum Cruce leuatur.* Erepti ſuerunt Paulo oculi cæci, cum quibus nihil rectum videbat, & purificato viſu, ſquammis ab oculis decidentibus, Chriſtus indutus eleuationem, & celſitudinem Crucis expertus fuit.

Pſal. 88. · Ambroſ. · Deut. 28. · Leo · Act. 8. · Germ. Ier.

§. X.

Non verborum folia, ſed ſolidi Crucifixi fructus præferendi ſunt.

Petebat Achab vineam Nabothi, vt ex ea faceret hortum olerum: quippe ait: *Da mihi vineam tuam, vt faciam hortum olerum.* Quid iniquius? Solidum vitis fructum abijcit, præ viridantibus olerum folijs? Sic de Hæreticis, & inimicis Crucis Chriſti queritur D. Athan. epiſt. ad ſolitarios, dicens: *Iam demde Conſtantius hæreſeos propugnator.*

Athan.

pugnatæ veritatem, vt Achab vineam, in hortum olerum immutare volunt. Et [illegible] hoc præſtarent [illegible] ſoli [illegible] Cru[illegible]. Sed multi, alioquin viri pij, & [illegible] qui veritates Chriſtianas, qui verbum Dei, [illegible] conuertunt, toti in pompoſis, & phaleratis ſermonibus componendis, vt pro [illegible] vacuent fructum viuificæ vitis Crucis. His maximè aduerſatur D. Paulus Apoſtolus
1. Cor. 2. 1. ad Corinth. 2. dicens: *Veni, non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Non equidem viridantia folia verborum, nec flores ſermonis, ſed magis amabat Paulus vitem Chriſti, nalaos ſemper botrum illum diuiniſſimum pendentem à Cruce. Vitis hæc, & botrus hic ab [illegible] efficaciſſima ſunt, ad animas ſanandas, conuertendas. Confeſſus fuerat aliquando Petrus Ieſum eſſe Chriſtum, Filium Dei viui, propter quam [illegible] non paruum præmium acceperat à Ieſu. Et poſt hæc immediatè dicit Matthæus
Matth. 16. cap. 16. *Tunc præcepit Ieſus Diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent, quia ipſe eſt Ieſus Chriſtus.* Et cur non permittit [illegible] pro tunc dicere, & prædicare, quod Ieſus eſſet Chriſtus Filius Dei? Nondum tunc apparuerat [illegible] Chriſti, & non adeò placent Deo ſermones, qui non [illegible] Ieſum crucifixum. Ait Origenes, homil. 1. in Matth. *Propterea volens poſt-*
Orig. *modum perfectius prædicari, præcepit, vt nemini dicerent, quia ipſe eſt Chriſtus, & præparabat eos, vt poſtmodum dicant, Quoniam ipſe eſt [illegible], qui crucifixus eſt.* Iſto hiberi [illegible] Chriſti ſermones, [illegible] Chriſtum crucifixum, [illegible] parat, qui [illegible] Chriſtum crucifixum [illegible] & præſtant fructus.
Ioan. 1. Hic [illegible] Ioan. 1. *Bonum vinum* [illegible] circa quæ ait D. Augusti-
Auguſt. nus [illegible] de Tempore: *Quod vinum eſt, quod optimum* [illegible] *ſeruaſti Dominica* [illegible] *Hoc eſt enim, quod* [illegible] *hoc eſt, quod* [illegible] *hoc eſt, quod* [illegible] Plane [illegible] crucifixum Ieſum [illegible] gratantes recipitur [illegible] Paulus [illegible] verba ſupra poſita, nimirum: *Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* An, quod neſciret [illegible] Quod neſciret pulchris prædicare ſermonibus? Abſit: ſed, quia omnia illa folia [illegible] enim fructus de ſola C[illegible] D. Chryſoſtomus ibi hom. [illegible]
Chryſoſt. [illegible] *habere* [illegible] *planè* [illegible] *&* [illegible] *animæ* [illegible] *Sed* [illegible] *à Deus* [illegible] nam Paulo ſplendor eſſet ſermonis, quia inde [illegible] fructus prodiret. Et eſt, qui audeat totum ſe [illegible] verborum foliis componendis? Cur [illegible] obuenturam male[illegible] ficulneæ, quæ dum ſola exhibebat folia, nullum dedit Ieſu fructum?

§. XI.

In corde terrenis cupiditatibus pleno non capitur cæleſtis virtus.

Illud iuſtitia, & virtute plenum protulit Achab interpetendam vineam, nimirum: *Dabóque tibi pro ea vineam meliorem, aut, ſi commodius tibi putas, argenti pretium.* Hæc verba iuſtitiam, & virtutem halant, quando videtur illis noluiſſe Achab vineam Naboth ſine iuſta compenſatione: ſed verba erant in ſolóque ore apparebant virentes illæ, non in corde. Non enim in corde terrenis cupiditatibus pleno Dei virtus admittitur. Nimirum [illegible] locutus Textus de Ba-
Numer. 23. laam ait: *Dominus autem poſuit verbum in ore eius, & ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris.* Ecce ubi verbum Dei in ore Balaami ponitur; non in corde, qui [illegible] habendo inhiabat, non capit in corde verbum diuinum. Vt dicat Origenes in huoc lo-
cum, homil. 14. *Si dignus fuiſſet Balaam, verbum ſuum Deus non in ore eius, ſed in corde poſuiſſet. Nunc autem, quoniam in corde eius deſiderium mercedis erat, & cupiditas pecuniæ, verbum Dei non in corde, ſed in ore eius ponitur.* Crede mihi: cor terrenis cupiditatibus poſſeſſum verbum iuſtitiæ, aut virtutis minimè admittit. Iratus Dominus in vineam ſuam, hoc eſt, in populum ſuum dicit Iſaiæ cap. 5. *Non putabitur, & non fodietur.* Quippe foſſæ fiunt circa vites, vt remota terra ab earum radicibus cæleſtem pluuiam admittant, qua alantur in fructus. Vbi autem foſſæ non fiunt vitibus, vt terra totas illas operit; ſic non admittit cæleſtem pluuiam, & ſine illa perditur. Hoc malum annunciatur populo, quòd non tollenda ſit ab eis terrena cupiditas, vt totus immerſus terræ deſiderus, cæleſtium virtutum rorem minimè admittens abeat in ruinam. Dicit D. Baſilius ibi: *Non fodietur autem, dum docetur ad ſe omnem arripere circumſtantem materiam ad propriam vtilitatem: cuiuſmodi diues non paſtinatus, nec defoſſus eſt, qui animam habet graui onere preſſam terrenarum opum, ad quem neque delabitur cæleſtis pluuia.* Quæ terrenis deſiderijs occupantur corda, nihil cæleſte accipiunt. Hinc ille villicus, quaſi de ſalute deſperans, dicebat Lucæ cap. 16. *Fodere non valeo.* Ægrè, & difficulter à ſe terrenas cupiditates arcendas putabat, ex quo maximè ſuæ ſaluti timebat. Baſilius ſuprà in caput 5. Iſaiæ: *Ignauus ille diſpenſator ait: Fodere non valeo. qui autem ſtrenuus eſt diſpenſator, vineam ſuam, poſtſino circumfodiat, ſcitè admodum; hoc eſt, quæ ſua ipſius ſunt, ac ſtirpe omnium, oſtendens. quia, ſicut, quæ à radice recedit terra, alimentum fit plantæ; quæ autem radici adiacet proximè, eam comprimit, & degrauat. Sic & ambitus opum, ſi quando ingruerit, animas in imum Tartari demergit. alienata autem ea ſubſtantia, & diſtributa in egenos, tunc eorum fit poſſeſſio.* Quid pulchrius? Quod accidit viti, id accidit diuiti: à vite remota terra dat locum cæleſti rori, quo fœcundatur vitis. Dum terra autem non remouetur à vite, ſed illi adiacet, illam grauat, & deprimit, nec cæleſtem rorem admittit. Sic terrenæ cupiditates remotæ ab humano corde, & terrena bona diſtributa in pauperes faciunt nos capaces æternorum fructuum. At ſi adiaceant cordi, illúdque impleant, in imum depreſſum non admittens cæleſtem pluuiam, abit in ruinam.

Origenes: Orig. · Iſaiæ 5. · Baſil. · Luc. 16. · Baſil.

§. XII.

Pecuniæ amor, plúſquàm amor aliorum bonorum temporalium, humanis adhæreſcit viſceribus.

Nota magnificentiam, & parcitatem Regis Achab, cùm vineam vinea compenſare vult, dicit: *Dabo tibi pro ea vineam meliorem.* Quid magnificentius? Sed cùm illam pecunia compenſare nititur, promittit pecuniam maiorem? Abſit: tunc ſolum dicit: *Si commodius tibi putas, argenti pretium, quanto dignum eſt.* Vineæ dandæ præſtantiam etiam ſupra debitum augendam promittit, argenti autem pretium ſic cum debito componit, vt nec tantillum velit ſupra debitum dare [illegible] argenti, pecuniarúmve amor magis adhæreſcit humanis viſceribus. Citiùs enim inuenies, qui largus videatur in dandis, ſiue contemnendis alijs bonis: at in dandis pecunijs, auróve contemnendo rarus parcus non eſt. Monebat Dominus
Matth. 10. Diſcipulos ſuos Matth. 10. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis.* Nullum in præſenti verbum de agris, nec de armentis, nec de villis: de ſola pecunia, & eius materia dicitur, quòd eius caueatur poſſeſſio. Et cur non magis de agris non habendis, quam
Deut. 20. de pecunia loquitur? Deuter. 20. qui vineam plantauit, inutilis cenſetur ad bella Dei peragenda, cur ſimiliter cùm Apoſtoli deſignantur ad expugnandum Orbem, non magis ab eis tollitur vinearum, agrorum, quàm pecuniarum poſſeſſio? Planè Ieſus illud voluit Diſcipulis ſuis

magi eſſe ſuſpectum, quod magis adhæreſcit viſceribus, [illegible] Ad hæc dicebat H[illegible] *[illegible] Si bene hodie nihil aliud quærunt.* [illegible] vinea [illegible] quantur inculti agri, & [illegible] cum amor ſemper tenaciſſime [illegible] primitiva Eccleſia, qui [illegible], & ſimilium poſſeſſiones vendebant, [illegible] ad pedes Apoſtolorum ponebant [illegible] Simon Magus, de quo dicit Act. 8. *Cum [illegible] autem Simon quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus San[ctus], obtulit eis pecuniam*, &c. Præhabendo Spiritu [S]ancto obtulit Simoniacus ille pecuniam Apoſto[lis], & illis Apoſtolis, quorum ad pedes [illegible] Chriſtiani pretia agrorum vend[i]torum. Quod mirans D. Cyrill. Ieroſol. in Catecheſi [illegible]: *Ob[illegible] pecuniam nihil poſſidere volentibus, iterum ſi videret illos, qui res venditarum pretia adferebant, & ante pedes Apoſtolorum proiiciebant, neque id [illegible].* Videbat Simon, quod de Apoſtolorum d[iſci]plina veniebat, quòd poſſeſſiones agrorum ve[nd]erentur, & pro Chriſto contemnerentur, & quod [illegible] illorum ſub pedibus habebantur, neque id reputabat nec deſiſtebat, ſed adhuc illis ipſis Apoſtol[is] pecuniam ob oculos proponere [illegible] ſciebat equidem, vt [illegible] expertus, quàm etiam poſt aliarum rerum contemptum manet infixus animo mortalium, pecuniarum aſſectus. Samuel 1. Reg. cap. 12. dicebat ad populum. *Loquimini de me coram Domino & coram Chriſto eius, vtrùm bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum*, &c. Verùm Paulus ſimilem [illegible] teſtationem ſa[cie]n[s], Actor. 20. nihil de bobus, nihil [d]e iumentis dicit: ſolùm ait. *Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupiui ipſi ſcitis.* Et quando Samuel de bobus, & de aſinis loquebatur; cur Paulus ea prætereuns ſuam innocentiam teſtabatur de ſolo auri, argentive contemptu? Quia pertinacior eſt, & ſæuior pecuniarũ affectus; ſic, qui ab illo liber eſt, ſufficienter in minoribus probat ſuam innocentiam. Hinc extollens Iobum ditiſſimum in agrorum, armentorumve poſſeſſionibus, illud eximium de illo prædicat D. Chryſoſt. in Cat. Græca ad c. 1. *A pecuniis vulnus nullum accepit.* Quaſi non adeò magnum cenſeret quòd [i]n tanta rerum copia non premeretur. Illud autem magnum, imò & maximum eſt, quòd a pecuniis non feriretur. De [il]lis dicebat Nazianz. in Iambico contra iuratores:

Margin: Hug. Card. — Actor. 8. — Cyril. Ier. — 1. Reg. 12. — Actor. 20. — Chryſoſt. — Nazianz.

F[illegible] ſubrido, ſed [illegible] ſurgunt . [illegible]
Cum [illegible] ira,
Vel [illegible] cum ſitis pecunia.

Quippe ſitis pecuniæ, vt ſæua eſt, ſic curat omnes ferire, tempeſtateſque, & fluctus in corde excitat, quin[ve] ſinit quieſcere ſine concupiſcentiæ ruina. Quò alluſit idem Nazian. in tragœd. [de] Chriſto patiente, vbi dicit ad Iudam: *S[illegible] amit [illegible] pecuniæ ſitu.* Quid aliud ſperes a ſæua tempeſtate, niſi [illegible]? Sæuior equidem eſt pecuniæ amor in ſuos, quàm bonorum aliorum affectus. Huc trahenda ſunt, quæ diximus tom. 4. in Euang. lib. 16. cap. 2. §. 3.

3. *Reg.* 21. Cui reſpondit Naboth: Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum ſuam indignans, & frendens ſuper verbum, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proiiciens ſe in lectulum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non manducauit panem.

§. XIII.

Non fidelium, ſed ethnicorum eſt, pluris habere Regum mandata, quàm Dei.

PEtenti Achabo vineam, non hæſitauit Naboth Regi negare, quod malè petebat. Dicit enim Textus: *Cui reſpondit Naboth: Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Quid ſanctius? Lege cautum erat: Leuit. cap. 25. ne in perpetuum poſſeſſiones auitæ alienarentur: cui legi obſecundans Naboth, non dubitauit obſiſtere etiam potentiſſimo Regi. Non enim fidelium, ſed ethnicorum, & flagitioſiſſimorum eſt, pluris quàm Dei habere mandata Regum. Ad hæc D. Ambr. Pſal. 38. *Ideo Nabuthæ[us] Sanctus habetur: quia maiorum ſuorum hæreditatem ne Regi quidem putauit eſſe [ce]dendam. Extiterunt Arriani regali ſubnixi potentia, qui templum Domini putarent ſibi tradendum*, &c. Componit Sanctus Doctor Nabuthæum ſanctum cum Arrianis perfidis: ille Regi petenti paternam vineam viriliter obſtitit; hi Regum cupiditati, etiam in euertendis Dei templis, in confringendis naturæ, & Dei legibus obtemperant: ſed ille ſanctus, & fidelis; hi perfidi, & athei. Perſuaſio enim ethnicorum eſt, magis Reges, quàm Deum timere. Hoc probè ſciebant Iudæi, quorum accuſationibus in Ieſum nihil apud Pilatum, hominem ethnicum, proficientibus, illud addiderunt Ioann. 19. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, ſedit pro tribunali*, &c. Quem mille propoſitæ accuſationes non trahebant in iniquam ſententiam, propoſitus Cæſaris metus traxit in abſurdiſſimum ſcelus. Ex quo immanem culpam Iudæorum ponderat D. Leo ſerm. 8. de Paſſ. dicens: *Exceſſit quidem Pilati culpam facinus Iudæorum qui illum nomine Cæſaris territum, & inuidioſis vocibus incrapatum, ad effectum ſui ſceleris impulerunt.* Maxima equidem fuit Iudæorum culpa, qui metum Cæſaris Pilato homini ethnico propoſuerunt; ethnicus autem potiùs Regem hominem timet, quàm Deum. Edictum aliquando promulgarat Conſtantius Imperator, quo iubebat, & ethnicis, & Chriſtianis hominibus, vt in ſua ciuitate nefarius quidam Epiſcopus reciperetur. De quo agens D. Athanaſ. epiſtol. ad ſolitar. dicit: *Ethnici igitur, vt ſecuritatem ſuorum idolorum redimerent, inuitis animis ſubſcripſerunt, atque perinde ab illis habitum eſt, ac ſi non Epiſcopus; ſed Præſes, aut Prætor aliquis in prouinciam ab Imperatore mitteretur. Quid enim ethnici homines facerent, niſi hoc ipſum, quod Imperatori placerat?* Hæc ibi Athanaſius, & deinde in eadem epiſt. ait: *Repertum quendam Epictetum. Neophytum hominem, iuuenem ferocem, audacem, in amoribus habet Conſtantius, eò quòd eum ad omnia ſcelera promptum, alacrémque conſpiceret, cuius opera Epiſcopis, quibus velet, inſidias ſtruit. Nihil enim eſt, quod ille grauetur facere, modò Imperatori placeat.* Hoc ingenium eſt ethnicorum, perditorúmque hominum, quibus veri Dei nulla cura eſt; ſed toti poſiti ſunt in colendis, metuendiſve temporalibus Regibus. Pro qua re non grauabor adducere Lucani verſus, qui lib. 3. ait:

Margin: Leuit. 25. — Ambroſ. — Ioann. 19. — Leo. — Athanaſ. — Lucan.

Hanc iubet immiſſo ſyluam procumbere ferro:
Nam vicina operi, belloque intacta priore
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes:
Sed fortes tremuere manus, motique verenda
Maieſtate loci, ſi robora ſacra ferirent,
In ſua credebant redituras membra ſecures.
Implicitas magno Cæſar torpore cohortes
Vt vidit, primus raptam vibrare bipennem
Auſus, & aeriam ferro proſcindere quercum.
Effatur merſo violata in robora ferro:
Iam ne quis veſtrûm dubitet ſubuertere ſyluam,
Credite me feciſſe nefas. Tunc paruit omnis
Imperiis non ſublata ſecura pauore
Turba: ſed expenſa Superorum, & Cæſaris ira.

Piaculum timendum putabat ethnicorum exercitus ſyluam proſcindere, in qua Deum habitare credebant: vbi autem & opere, & verbo Cæſar proſciſſionem ſyluæ mandabat; eius impetui omnis turba paret, non ſine timore, ſed cum magno Deorum metu. Et quando in metu adhuc erant, cur audent Cæſari contra religionem obedire? Pulchrè ait Lucanus: *Expenſa Superorum, & Cæſaris ira.* Conſiderantes iratum Deum, & iratum Cæſarem; magis timent Cæſarem, quam Deum. Sic ethnici, & athei homines facere conſueſcunt.

§. XIV.

§. XIV.

Nihil concupiſcenti vel parua caſula eſt pro regno.

SAnctè aiebat Naboth: *Propitius ſit mihi Deus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Et quando amplior, & fœcundior vinea offerebatur illi pro illa paterna, cur non potiùs afficitur melioris deſiderio? Quis non det tem ſuam pro meliori? Qui minimè cupidus, qui nihil habet in deſiderio, is vel paruam caſulam habet pro vaſtiſſimo imperio. Teſtatur hue pauper homo apud Quintilianum declamat. 3. fatus: *Eſt mihi paternum agellum, ſunè anguſtus, & pauper, non vitibus cauſitus, non frumenti ferax, non paſcuus latus, tenuis modò gleba, atque humiles thymi, & nondata ca'a circumacta poſſeſſio. Verùm mihi vel hoc fuit gratiſſima, quòd non ... digna, quàm diues concupiſceret. In hoc ego vitæ meæ ſeneclo tenerem a tumultu ... ignobile annis agro procul ab ambitu, & omni maioris fortunæ impedimento ... Hoc mihi paruum terræ, & humanæ tugurij culmen æquitas animi regna fecerat, ... que diuitia non erat, ... amplius velle.* Expendenda maximè ſunt iſta, & dicta, & ... à homine ethnico: *Humilis tuguri ruſticum culmen æquitas animi regna fecerat.* Quippe nimo nihil concupiſcenti vel ... eſt pro amplissimo regno. Patriam domum reliquerunt Abram, & Sara, vxor eius, & ductum Dei ſequentes peregrinabantur per ... ſibi incognita, nullum proprium ſolum habentes, ſed, vt ait Paulus ad Hebr. 11. *in caſulis habitando.* Interea rapta eſt Sara, & perducta ad Regem Ægypti, in cuius Regia degens abundabat omnibus regalibus deliciis. Quid tunc? Orauit Abraham ad Deum, & percuſſus à Deo fuit Rex, coactus reddere Saram iam ... marito ſuo. Dicit enim ad Abraham Gen. 12. *Nunc igitur ecce coniux tua, accipe eam & vade.* A Regia dimittitur Sara, vt iterum cum marito in caſulis habita ... ducat vitam. Cuius fœminæ ea erat animi æquitas, vt ... præcelleret notas ſibi, & mariti caſulas Regiis Ægypti, ſed ea regna faceret ampliſſima. Quo ſpectans Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico, cap. 11. dicit: *Putas autem manus ad hunc locum tendens Abraham, intactum ſibi vxori ... legit. Nónne ſecundà veſperâ incorrupta Regina remiſſa eſt ad maritum?* Expende, quando Sara ... Reginam dimiſſum, quando dimiſſa Ægypti Regia, in priſtinam venit caſulam mariti: ruſticum enim tugurij culmen æquitas animi regna fecerat: latis nanque diuitiis ... eſt, nihil ampliùs velle. Sic ait D. Paul. 1. ad Timoth. 6. *Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia.* Circa quæ ait D. Anſelmus: *Magnus quæſtus eſt pietas cum ſufficientia, id eſt, pietas, cui ſua parua ſufficiunt, nec deſiderat plus habere.*

Quintil.

Hebr. 11.

Gen. 12.

Ioſeph.

1. Tim. 6.

Anſelm.

cur magis gaudet habitare in tugurio, quàm in domo patria? Non miror: reliquerat domum, in qua minimè Deum habuiſſet, tenebat tugurium, in quo ſimul & Deus tenebatur. Vt dicat D. Auguſtinus ſerm. 68. de Temp. *Ingreditur ergo lucum arboris Abraham, ſub qua conſtituitur qualecunque ſuffugium, anguſtum quidem homini, ſed ſufficiens Maieſtati. Dignum tamen Deo palatium fides deuota pingebat, in quo fuiſſet Maieſtas prauſura.* Expende illa: *Anguſtum quidem homini, ſed ſufficiens Maieſtati.* Quod Deo habendo ſufficiebat, etſi anguſtum, & vile tenebatur. Nec mireris, quòd tuguriolum præferat Abrahamus ampliſſimæ domui: licet enim paruum, & anguſtum eſſet tuguriolum, in eo Dominus habebatur. Et cùm in illa caſula bonus trahebat totam Dei maieſtatem; quam forſan palatia magna fugarent, non immeritò caſulam præferebat Palatiis. Tres illi Hebræi iuuenes in aula Nabuchodonoſor nouerint, miſſi ſunt in ardentem fornacem, & inter flammas viuidi ſic cantabant Dan. 3. *Benedictus es, Domine Patrum noſtrorum, & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula, & benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum & laudabile, & ſuperexaltatum in omnibus ſæculis. Benedictus es in templo ſancto tuo, &c.* A Regia Babylonis veniant, & non meminerunt Babylonis Regiam: ſed templum Ieroſolymitanum meminerunt. Cur, boni, templum ſuſpiratis ciuitatis deiectæ, ſolo æquatæ? Cur non magis recordamini delicias regales, quas in aula Babylonis habebatis? Solo æquata erat Ieroſolyma, deſolatum, depauperatumque templum erat: ſed, vt in illo ſecum habebatur Deus, ſic prudentes hi iuuenes malunt illam pauperiem, in qua Deum haberent, quàm Regiam ſine Deo. Sic de illis fatur D. Chryſoſtomus hom. 5. in Matthæum: *Non mihi illas in regali Aula commemoret dignitates ſunctis illis quippe ... atque ... regione propria ſtipem petere maluiſſent, modò vt conſecrati ... templi iucunditate gauderent. Elegi, inquit Pſal. 83. abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Multorum magis elegiſſent abiecti eſſe in ciuitate Dei, quàm in Babylonia regnare.* Opulentiſſimum Babyloniæ regnum poſtponunt meritò ruinis Ieroſolymæ, & depauperato templo: quia inter has ruinas, & paupertates agentes haberent Deum, qui in Babylonio regno ægrè, & difficulter haberetur. Et planè vnum eſt, quod à nobis maximè quærendum eſt, omnium, id, quod cum Deo poſſumus habere. Dicebat Ieſus meus Ioan. 15. *Odit vos mundus: quia me prius odio habuit.* Circa quæ ait D. Paulinus epiſt. 27. *O beata iniuria, diſplicere cum Chriſto! Magis nobis timendus eſt amor talium, quibus ſine Chriſto placetur.* Iniuriæ licèt, odia mortalium, paupertates, tenuitates adſint, felicissimus eſt, qui in illis eſt cum Chriſto. Illa magis timenda ſunt, licet ſplendida, licèt magna, licèt fauorabilia, quæ habentur ſine Chriſto.

Auguſt.

Dan. 3.

Chryſoſt.

Paulin.

§. XV.

Illa poſſeſſio omni conatu ſola tenenda, in qua, & Deus poteſt teneri.

ETiam potentiſſimo Regi ſuam vineam negat Naboth, dicens: *Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Et eam negat Regi offerenti ditiorem aliam, & fœcundiorem, cùm dixerat: *Daboque tibi pro ea vineam meliorem.* Et quando vineam meliorem accepturus erat, cur adeò tenax fuit pauperioris? Si acciperet meliorem illam pro ſua pauperiore, Deum amitteret, contra cuius præceptum iret in perpetuum alienans poſſeſſionem paternam, vt habes ex Leuit. cap. 25. Si meliore contempta ſuam pauperiorem retineret, ſibi cum pauperiore Deum retinebat, cuius obſeruabat præcepta. Prudens autem homo illam maluit retinere, etiam pauperiorem, cum qua & Deum retinere poſſet. Et vtinam ſic ſaperent homines, vt ſolam illam vellent habere poſſeſſionem, in qua & Deus teneri poſſit, licèt ſit pauperior aliis omnibus. Gen. 18. *Apparuit Abrahæ Dominus in conualle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi.* Hebraicè legitur: *In quercubus Mambre,* quippe in querceto quodam fixerat Abrahamus tabernaculum, ſiue tugurium quoddam conſtruxerat, in quo habitabat. Ecce tibi Abrahamus relicta patria, & relicta in ea ampliſſima domo elegit habitare in montibus, in tuguriolis, & caſulis. Et

Leuit. 25.

Gen. 18.

§. XVI.

Vna in Deo fides poteſt facere, vt homo ſe ab auitis, & paternis bonis libenter excutiat.

AVdio Nabothum dicentem: *Propitius ſit mihi Deus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Et miror, quod apud Deum laudabilis ſit homo adeò tenax bonorum temporalium. Quippe laudatiſſimi illi viri, Iacobus, & Ioannes, ad verbum Chriſti omnia temporalia, & paterna bona libentiſſimi reliquerunt. De illis nanque dicitur: *Relictis retibus, & patre ſecuti ſunt eum.* Et quando hi celebrantur à Deo, qui ad vnum Chriſti verbum omnia paterna bona reiecerint; cur Naboth laudabilis ſit, qui adeò tenax paternorum bonorum extiterat? Naboth res erat cum Achabo homine petente hæreditatem paternam, nempe, vineam: Iacobo autem, & Ioanni res erat cum Chriſto, Filio Dei, vocante illos. Et vna in Deo fides poteſt facere, quòd homo libenter, & laudabiliter amet paterna bona relinquere. Quò ſpectans dicebat D. Auguſt. ſerm. 68. de Temp. *Leue cuiquam non eſt dimittere propria, & ſectari incerta, dimittere, quod ſcias; quærere, quod ignoras. Cui non eſt durū, illas tenſeres natalium parentes relinquere, dulcia illa limina, atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipſius infantiæ rudimēta commendant. Quis hoc ſine fidei viribus libenter audiret?* Planè non hominis ſa-

Matth. 4.

Auguſt.

pietatis eſſet, illa libenter relinquere; niſi in eo primùm fides in Deum aſſulſiſſet. Dictum fuerat quondam a Deo

Geneſ. 12. Abrahamo Geneſ. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi.* Quod fuit dicere. Da mihi vineam, hoc eſt, da hæreditatem patrum tuorum, & dabo tibi meliorem. Nec hæſitauit Abraham: ſed omnia ſtatim reliquit. Quis ferat hanc Abrahami facilitatem in abiicienda patrum hæreditate, cùm commendetur Naboth, quòd nullis precibus fuerit adductus, vt paternam hæreditatem ſpe melioris relinqueret? Sed Nabothum vrgebat Rex iniquus; Abrahamum ducebat in Deo fides. Ait D. Auguſt. ſupra. *Abraham, pater noſter, eadem fides, nominiſque Chriſtiani habebat. qui cùm ex propheticis genuina ad incerta. ubi eatur exire, tota deuotione compleuit. Cui in tetam dura nulla dubitatio fuit. Libenter fides accepit, quod auditum incredulis videretur. Cui non eſt magis dulce proprium tugurium, quàm palatia peregrina, & voluntaria caſa, quàm digeſta prætoria?* Dum homines non ducit fides in Deo meliora promittente; durum eſt cuilibet propria, & parentum bona pro incertis relinquere. Imò paternum tugurium dulcius eſſe ſolet palatiis peregrinis. Matth. 2. *Ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam dicentes. Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* Ex quibus Diuinitatem Regis nati probat Chryſoſt. ne ſtultitiæ damnet Magos patriam relinquentes. Ait enim hom. 6. in Matth. *Quod tamen ipſum extrema omnino fuiſſet dementia, vt Perſes aliquis, ac Barbarus, nullumque habens cum Iudæorum gente conſortium, velit è domo ſua, paternaque diſcedere, relinquere etiam familiares, amicos, propinquos, ſeque ſe alterius ſubiungere.* Id planè eſſet extremæ dementiæ, niſi in eo Deus quæreretur.

Auguſt.

Matth. 2.

Chryſoſt.

§. XVII.

Pecuniæ amor non permittitur eſſe nec cum vmbra Chriſti Domini.

PRo vinea Naboth pecuniam offerenti Achabo ſic reſpondit Naboth: *Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Circa quæ D. Amb. lib. de Nabuthe, cap. 3. ait: *Quaſi quandam contagionem ſui, pecuniam eſſe ducens arbitratur. Quaſi dicat: Pecunia tua tecum ſit in perditionem; ego autem hæreditatem patrum meorum non poſſum vendere.* Vitabat Naboth ab Achabi pecuniis quaſi quandam contagionem, ne immeritò credatur in eo extitiſſe vmbra Chriſti, cùm qua non permittitur eſſe vel Chriſti vmbra. Ioan. 2. ingreſſus Ieſus templum Ieroſolymitanum, *Nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit.* In nullam rem ſeueriùs animaduertit, quàm in nummos: oues, & boues eiecit, columbas iuſſit auferri, nummos autem effudit, inſuper & eorum menſas ſubuertit. Nec mirum: vt enim in templo illo erat figura, & vmbra Chriſti: ſic duriùs à Deo ferebatur, quòd regnaret ibi pecunia, quæ minimè permittitur eſſe vel cum vmbra Chriſti. Ex quo monebat D. Paulinus epiſt. 16. ſuos dicens: *Expellat à nobis Dominus oues, & venditores columbarum, & menſas nummulariorum ſubuertat, vt ab omni immunditia, & cupiditate purgati caſtam ... fidei, charitatiſque teneamus: Quia Chriſti figura ſeruatur, vnde Cæſaris nummus expellitur.* Quid pulchrius? Expende ab illis: *Quia Chriſti figura ſeruatur, &c.* quaſi nec Chriſti figura, nec vmbra queat eſſe cum nummis; ſed neceſſum ſit hos expelli a loco, vel perſona, in qua Chriſti vmbra clareſcit. Dicebat Dominus Matth. 6. *Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ.* De multis Chriſti contrariis, hunc tantùm placuit in medium adducere ſingulariſſimum, nempe, Mammonam, hoc eſt, pecuniam; vt oſtendat, quàm ſpecialiùs nequeant ſimul eſſe Chriſtus, & pecuniarum amor. Ad quæ D. Chryſoſt. hom. 9. in Matth. ait: *Qui ſemel Chriſti ſeruus effectus eſt, non erit Mammonæ famulus, cuius certè è regione ſit Dominus.* Dominatur equidem Ieſu ſeruos Mammonæ, cuius ſemper peſſundat cupiditatem.

Ambroſ.

Ioan. 2.

Paulin.

Matth. 6.

Chryſoſt.

§. XVIII.

Non ſine patrum iniuria filij hæreditaria patrimonia dilapidant.

VT, qui ab iniuriandis parentibus abſtineret, abſtinebat Naboth a perdenda hæreditaria vinea, cùm diceba. *Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Sic petit auerti per Deum a tradenda vinea in perditionem, quaſi id eſſet non parua parentum ſuorum iniuria. Et meritò: quam enim parentes poſſeſſionem pararunt, & ingenti labore, & ſtudio coluerunt, vt darent hæreditatem filiis, quomodo deſtrui poteſt à filiis, ſine parentum iniuria? Meritò ergo Naboth adeò cauit, patrum hæreditariam vineam perdendam dare, ne videretur patribus ſuis iniurius. Ex quo D. Amb. lib. de Nabuthe, cap. 3. omnes monet iuuenes: *Habes, quod ſequaris, ſi ſapias, vt non vendas agrum tuum pro acie meretricis, non tranſfundas ius tuum in ſumptu comeſſationis, non adinduces domum tuam ad ludum aleæ, ne tuis hæreditaria pietatis amittas.* Quippe cum bonis debent vniuerſi filij hæreditate & pietatem, & reuerentiam in parentes prædeceſſores ſuos. Quam pietatem, quam reuerentiam illi maximè perdunt filij, qui ſua hæreditaria bona dilapidant in voluptatibus, in comeſſationibus, in ludis. Hæc enim non fiunt à filiis ſine maximo parentum contemptu, & ludibrio. Cantatiſſimus eſt ille prodigus filius, qui Luc. 16. petiit à patre ſuo partem bonorum, quæ ad eum pertinebant. *Et non poſt multos dies, congregatis omnibus, adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe.* Diſſipauit ſubſtantiam ſuam in luxuriis; quid inde mali ad patrem manauit? Planè non fieri id potuit, niſi grandi patris contemptu præmiſſo. D. Thomas in Catena, ad illa verba ait: *Quanti mercenarij, &c.* ex D. Niceno: *Contempſerat patrem in primo receſſu adoleſcentior filius, & opes paternas profuderat.* Non equidem niſi de contemptu patris in tam extremam opum paternarum dilapidationem veniret.

Ambroſ.

Luc. 16.

Thomas.

§. XIX.

Magna laus Virorum religioſorum, qui hæreditariam a primis Inſtitutoribus obſeruantiam tenere ad amuſſim curant.

QVàm laudabilis Naboth, qui vineam ſuam hæreditariam noluit, vt commutaretur in palatinas delicias; ſic enim Regi volenti eam conuertere in hortum voluptatis ſuæ reſpondit: *Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Piaculum ducebat, in vinea à patribus ſuis hæreditata aliud, de palatinorum mollitie, plantarum videre: magis eam volebat ſeruare, vt à patre acceperat. Quam laudem vtinam ambiant vniuerſi Viri religioſi, vt in Religionis vinea nihil velint introducere de palatinorum hortis, de mundialibus ſuauitatibus; ſed in ea, quantùm eſt ex ſe, cuſtodiant, quidquid primi Inſtitutores ſeuerunt. Querebatur Dominus de populo ſuo Iſaiæ cap. 47. dicens: *Contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non poſuiſti eis miſericordias: ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum valdè.* D. Cyrillus Alexandr. legit: *Contaminaſti hæreditatem meam. Ego dedi eos in manu tua, &c.* D. autem Orcſienſis ſic hæc verba ponit: *Ego dedi hæreditatem meam in manu tua: tu autem non dediſti vllam miſericordiam, &c.* Hæreditatem autem ſuam creditur Deus vocare legem ſuam Iudæis traditam, à qua ipſi maximè defecerunt, propter traditiones proprijs ſuccis acceptas: & inde non paruam iram meruerunt legiſlatoris; vt non paruam laudem ab eo habet, qui infractas omnes leges ſeruauit. Ex quo D. Orcſienſis lib. de inſtitutione monaſtica, fatur: *Alius corripit Deus dicens. Ego dedi hæreditatem meam in manu tua: tu autem non dediſti vllam miſericordiam, &c. Itaque, Fratres chariſſimi, qui Cœnobiorum vitam, & præcepta ſectamini, ſtate in accepto ſemel propoſito, & implete opus Dei ... Pater, qui primus inſtituit Cœnobia, gaudens pro vobis ... ad Dominum ... tradidi ... vinum.* Hæc magna laus eſt hominis religioſi

Iſaiæ 47.

Cyrill. Al.

Orcſienſ.

gioſi, quod ſic hæreditarias Inſtitutiones cuſtodiat, vt [illegible] primus Inſtitutor poſſit eos congaudere, & dicere coram Deo [illegible] tradidi [illegible] ſic viuit. Hanc laudem requirens in Corinthiis, ſic eos mordebat D. Paul. 1. epiſt. 11.
1.Cor.11. *Laudo autem vos, Fratres, quòd per omnia mei memores eſtis: Et ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.* Creduntur hæc dicta ab Apoſtolo ironicè: quia nihil minus faciebant Corinthii, quam id, de quo laudabantur. Vt dicit D. Bruno:
Bruno. *Hoc totum ironicè; quia mandatum eius vix in aliquo tenuerant.* Et cum tantus Apoſtolus voluit ironia vti in præſenti, Vt poſita ob oculos illorum ſumma laude hominum religioſorum, magis morderet eos videntes ſe ab ea longè diſtare. Quod ſpectans D. Anſelm. ait:
Anſelm. *Per ironiam incipit loqui: Sed laudo vos, quia per omnia eſtis memores mei, & præcepta, quæ vobis tradidi, tenetis. His verbis plùs illos tangit, quàm [illegible] manifeſtè increpaſſet. Quia, cùm eſſet Apoſtolus eorum, tamen eorum erant traditionum eius.* Vt magis mordeat [illegible], qui à primo [illegible] Inſtitutore diſtabant, propo nit laudes eorum, qui hæreditarias illas primas inſtitutiones integras retinebant, qui inde maximè laudabiles erant. Id, quod etiam Paulus ad Timoth. 6. commendabat dicens:
1.Timot.6. *O Timothee, depoſitum cuſtodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ.* Sic legit D. Orenenſis de inſtitut. Monach. quibus monemur,
Oreſ. hæreditaria bona, vt depoſitum intemerandum cuſtodire. Ad quod faciendum, illud proponitur, nimirum,
Anſelm. *profanas vocum nouitates deuitans.* Circa quæ D. Anſelm. ait: *Cuſtodi depoſitum deuitans nouitates vocum profanas, id eſt, quæ ſunt extra religionem. Aliæ enim non ſunt vitandæ, quæ congruunt doctrinæ Religionis.* Quidquid extra Religionem eſt, vitandum eſt a religioſis Viris, qui nolunt hæreditariam inſtitutionem corrumpere; adeò vt circa victum, veſtitum, & alias temporales commoditates nullam permittant nouam vocem audire, præter eas, quæ tempore primorum Inſtitutorum audiri ſolebant.

§. XX.

Principibus ne exhibeas delicias tuo impendio.

NOtanter dicebat Naboth: *Ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Tibi, loquit, Regi: quaſi ſingulare piaculum duxiſſet, patrimonium ſuum inſumere in
Prouerb.31. parandis Regi deliciis. Et meritò, quando Prouerb. c. 31. dicit diuinus Spiritus: *Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos Reges.* Vetatur homo ſapiens impendere diuitias ſuas, vbi Principes corrumpantur, & perdantur illis. Ibi ait Carthuſian. *Id eſt, facultates tuas non expendas ad exhibendum Regibus, ac Principibus delicias guſtus, & tactus, per quas Præſidiatus ſubuertuntur, & ad idonea ſui executione officij impediantur.* Vt certum eſt, Principem euerti à deliciis: ſic bonus cauere debet, ne ſuorum bonorum impendio velit onerare adeò Principibus comparare delicias.

§. XXI.

De vitioſis affectibus, cupiditatibúſque non niſi amaritudo, & dolor naſcitur.

ECce tibi, quantam amaritudinem attulit Achab vna concupita vinea. Dicit Textus: *Venit ergo Achab in domum ſuam indignans, & frendens ſuper verbum, quod locutus fuerat ad eum Naboth dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proiiciens ſe in lectulum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* Heu quot mala, quot triſtitias, quantùm mœroris, & amaritudinis peperit vitioſus affectus vnius vineæ! Et planè de vitioſis affectibus, & cupiditatibus neſcit non naſci fellea amaritudo. Deut. 32.
Deut.32. *Non eſt Deus noſter, vt Dij eorum, & inimici noſtri ſunt Iudices. De vinea Sodomorum, vinea eorum; de ſuburbanis Gomorrhæ. Vua eorum, vua fellis, & botrus amariſſimi. Fel draconum, vinum eorum; & venenum aſpidum inſanabile.* Quàm alia eſt vinea Dei, vinea virtutis, à vitiorum vinea? Vinea Dei ſuos cultores dulcedine implet: vinea vitiorum felleas vuas promit, botros amariſſimos, vinum aſpidum, & draconum venenis mixtum. Ex quo dicebat D. Athanaſ. diſput. contra Arrium in Concil. Nicæno:

Duo genera vinearum ſolet numerare Scriptura: vnam quidem bonam, [illegible], alteram vero [illegible], nimirum, Dominum Ieſum Chriſtum: alteram verò Diabolum, rabiem, veneficamque diſſ. Bantem, vt ſcriptum eſt. Vitis eorum è Sodomis eſt, & palmites eorum ex Gomorrha. Vua eorum, vua fellis, racemus acerbitudinis, vinum eorum, furor aſpidum inſanabilis. Athanaſ. Eſt vinea, & vinea: nimirum, vinea, quæ a bono venit: & vinea, quæ a malo. Ab illa ingens lætitia, & dulcedo percipitur, ab hac & rabies, & venenum, & furor ſtillatur. Nunquam enim malitia non ſtillat in ſuos cultores venenum furoris, rabiem, acerbitudinem. Dicebat Pſalm. 68. Pſal.68.
Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Circa quæ ait D. Chryſoſt. ſer. de negat. Petri, tom. 6. Chryſoſt. *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Talia ſunt Iudaicæ vineæ tericalatia. Illorum ſiquidem torcularia, acetum, & amaritudo: noſtra autem vindemia, dulcedo, & immortalitas. Propterea, & cohortans dicebat Propheta: Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Quippe malitia Iudæis attulit amaritudinem: virtus nobis attulit dulcedinem. Habebant illi vineam a malo, de cuius torcularibus non niſi acetum, & amarores ſtillarunt: habemus nos vineam à bono, nimirum, in qua Ieſus vitis eſt, cuius vindemia ſuos implet cultores bonis immortalibus. Niſi enim de Ieſu vinea, dulcedo, & lætitia non poteſt venire. Dicit Pſal. 127. *Vxor tua, ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.* Pſal.127. Sed Gen. 3. dicitur vxori eius ibi: *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: In dolore paries.* Genef.3. Hieron. ex Hebræo legit: *Multiplicabo triſtitias tuas, & gemitus tuos.* Hieron. Septuag. legunt: *Multiplicabo mœrores tuos, &c.* Septuag. Et quando vxoribus conuenit maledictio triſtitiarum, & mœrorum, vnde illa vxor poterit eſſe quaſi vitis abundans? Quid viti cum mœrore commune? In vite intelligitur fundamentum lætitiæ, mœroris excluſio! Qui ergo fieri poteſt, vt in vxore intelligatur adeò excluſus mœror, vt quaſi vitis abundet fructibus lætitiæ? Id ſolùm potuit venire de Chriſti vinea. Vnde cùm Ioann. 1. Ioan.1. dicitur Ieſus adfuiſſe nuptiis Canæ, huius rei rationem reddens D. Cyrill. Alex. ibi fatur. Cyril.Al. *In doloribus parere filios ad mulieres propter peccatum dictum fuit. Quomodo igitur aliter hoc depellenda maledictio erat, nec condemnata nuptiarum ſanctimonia videretur, quàm Saluatoris præſentia? Qui cùm ſit verum gaudium, priſcum nuptiarum mœrorem præſentia ſua depulit.* Deſnitus Chriſti halitu venit nobis dulcedo, & lætitia, omnium triſtitiarum, & mœrorum expulſio.

§. XXII.

Eucharisticus cibus irarum ſopit tumultus.

REpulſus à Nabotho Achab, non parum iratus diſceſſit: dicit enim Textus: *Venit ergo Achab in domum ſuam indignans, & frendens: Et proiiciens ſe in lectulum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* In indignatione, & ira perſeuerare volens non comedit panem: quaſi à pane timeret iræ ſuæ non paruam diminutionem. Et quidem panis ille viuificus menſæ eucharisticæ haud dubium, quin prorſus ſopiat irarum tumultus. De ira locutus D. Chryſoſtomus hom. 4. in Matth. inquit: Hæc fera & vnguibus ſæuiſſimis armatur, & dentibus: & niſi illam ſollicitè manſueſceceris, cuncta ſimul diſperdet, atque lacerabit. Nullus enim leo, nulla ſic vipera viſcera queunt humana laniare, vt hominis iracundia, quibuſdam vnguibus vniuerſa confodiens: *Quonam ergo modo ab hac tam noxia peſte fugiemus? Si illam vtique potionem bibamus, quæ omnes inter nos vermes, ſerpentéſque mortificet. Et quodnam iſtud eſt poculum? Pretioſus Chriſti Sanguis. Omnis enim hoc remedio morbus extinguetur.* Chryſoſt. Ecce tibi de vna eucharistica menſa remedium ſumit pro ſopienda, & extinguenda rabidiſſima fera iræ. Clamabat Iſaias cap. 56. dicens: *Omnes beſtiæ agri, venite ad deuorandum: vniuerſæ beſtiæ ſaltus.* Iſaia 56. Ex Græco legunt alij: *Omnes feræ ſylueſtres, venite, comedite, omnes feræ ſyluæ.* Non vocantur ad prandium domeſtica iumenta, ſed ſylueſtres feræ. Et cur ſolæ ſylueſtres feræ ad prandium vocantur? Vt ſylueſtres feræ longiùs à manſuetudine humana ſunt, & ſæuiores, iracundiores putantur: ſic per illas gentes iratæ in nomen Chriſtianum explicabantur, quibus ſingulariter menſa eucharistica apponitur, vt quæ feritati, & crudelitati iraſcentium

medelam

medelam affert. Quò ſpectans D. Cyrill. Alex. ibi ait: *Feras indomitas, & immites appellat gentes, utpote ſub ſæuo tyranno Diabolo educatas, & quaſi efferatas. Significium, veſcentium, meminit: hic mihi illud hoc dictum eſſe à Deo. Venite, comedite, quæ omnem charismatum affluentiam ſignificat, & menſam eſſe appoſitam, quæ viuificat. Edentes enim & ipſi* Cyril. Alex. *panem vitæ, & paris Chriſto participes facti ſunt, & eiuſdem Sancti Corporis*, &c. Ecce tibi feriſſimæ, & rabidiſſimæ gentes erant, miro odio raptæ in nomen Chriſtianum, ad cuius vel vmbram furore, & ira, velut aſpides, exæſtuabantur. Vt exceptæ ſunt conuiuio euchariſtico, & furorem, & iras exuerunt, & ſe cum manſuetiſſimis Sanctis ad natiuos, vnius corporis cum illis membra factæ. De quo dicebat ipſe Iſaias cap. 65. *Lupus, & agnus paſcentur ſimul, & leo, & bos comedent paleas. Et ſerpenti puluis* Iſaia 65. *panis eius: non nocebunt, neque occident*, &c. Et vnde leo, & lupus, & ſerpens ſuam innatam furiam, & rabiem, & iracundiam in oues Chriſti deponunt? Textus ait: *Paſcentur ſimul*. ex quo efferatæ illæ nationes admiſſæ ſunt ad Eccleſiæ paſtum ad euchariſticam menſam, totam depoſuêre feritatem. Ibi ait D. Cyril. Alex. *Qui quondam agreſtium ferarum more Sanctis inſultauerunt, & Eccleſiam infeſtati ſunt, ſerpentibus non diſſimiles, in vnum cum illis affectum* Cyril. Alex. *coaleſcunt, vitali pane etiam colligati per Chriſtum*. .. *Comedent enim cum manſuetis efferata. Delicia verò illa Chriſtus, panis viuus, de cælo deſcendens, & vitam dans mundo*. De cæleſtis panis eſu, potuque diuiniſſimi Sanguinis, iram abiiciunt & furorem vel ipſi aſpides.

§. XXIII.

Ira potentum ob contemptum ſcandeſcens, non ſolum in contemptorem; ſed in omnes alios deſæuit.

VEnit itaque Achab in domum ſuam *indignans, & frendens*: *Et proiiciens ſe in lectulum, auertit faciem ſuam ad parietem*. Et cur faciem ſuam ad parietem auertit? Sapienter dicit noſter Sanctius in præſenti: Sanct. *Quia hominum congreſſum horrebat, conuertit ſe ad parietem*. Ea quæ ſe vidit ab vno homine priuato contemni, horrori illi erant omnes alii homines, quos minime videre ſuſtinebat. Ea enim ſemper eſt ira potentum ab aliquo illorum contemptu orta, quæ non ſolùm in contemptorem, ſed etiam in omnes alios deſæuiat. Matth. 2. loquitur de Herode ait: *Tunc Herodes videns, quia illuſus eſſet à Magis,* Matth. 2. *iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros*, &c. Expende illa, inquiunt: *Iratus eſt valdè, & mittens occidit omnes pueros*. Quippe ſumma ira agitatus aduerſus innocuos pueros deſæuit. Et cur in Rege tanta ira efferbuit, vt in omnes pueros deſæuiret? Præmiſit Textus rationem dicens: *Videns quia illuſus eſſet à Magis*. Vt ſe à Magis contemni videt, ſic ira exarſit, vt nulli parceret puero. Id quod notans Imperfectus hom. 2. in Matth. ait: *Sicut fera beſtia habens naturalem aſperitatem, ſi ab aliquo fuerit vul-* Imperfect. *nerata, naturalem crudelitatem ſuam duplicat ira doloris, & quaſi cæca furore, iam non aſpicit vulnerantem, ſed quicunque ante oculos eius occurrerit, ſiue homo, ſiue alterum animal, quaſi authorem vulneris ſui dilaniat: ſic & ille deluſus à Magis iram ſuam ſuper paruulos infundebat*. Non quieſcit excitata ira potentum in contemptore perdendo; ad quoſcunque obuios alios pertranſit, & omnes, licèt innocuos, perdit. Quis neſcit necem illam Sanctorum Sacerdotum à Saule peractam? De illa dicit Textus 1. Reg. 22. *Nobe autem ciuitatem Sacerdotum percuſſit in ore gladij, viros, &* 1. Reg. 22. *mulieres, & paruulos, & lactentes*, &c. Et quis perſuaſit homini Regi tam impiam, & barbaram ſtragem facere, qua nec parceret paruulis, nec lactentibus? Viderat ſe præ Dauide contemni à popularibus: & non ſolùm in Dauidem, ſed in omnes alios eius ira ſæuiebat. Ait Orig. hom. 3. in Orig. diuerſos: *Saul etiam impius quondam innocentem perſecutus eſt Dauid, quem & interficere modis omnibus feſtinabat. Quo fugiente, culpa vidus ira commotus Sacerdotes pios, ſenes etiam, & iuuenes, paruulos, & lactentes omnes interimi ſine mora præcepit*. Ab ira, & indignatione correptus non ſolùm in Dauidem, ſed in obuios quoſque ferebatur, ſenes, iuuenes, pueros.

§. XXIV.

Iracundia maximè Principibus nocet.

ILlud non multùm mirandum, quòd Achab iratus ob repulſam in lectulum deciderit: quippe ait Textus: *Venit ergo Achab in domum ſuam indignans, & frendens. Et proiiciens ſe in lectulum*, &c. Non, inquam, iſtud mirandum, quòd Rex ab ira poſſeſſus in lectum incidat: eſt equidem ira Regibus morbus lethaliſſimus. Prouerbior. cap. 16 dicebat: *Indignatio Regis, nuncij mortis*. quæ Prouerb. 16. verba ſapienter noſter Salazar ad mortem ipſius Regis accommodat: quaſi nihil priùs annunciet ira Regis, quàm mortem, & perditionem ipſius. Quò ſpectans ſanctiſſimus Princeps Ioſaphat, patris Regis hoſtes infenſiſſimos vocauit iracundiam & cupiditatem. Rem ex Damaſceno in hiſtoria Ioſaphat cap. 2. accipite: *Si ſermonis mei eum conſerere in animum induxeris, ô Rex, fac hoſtes tuos è medio tribunali ſubmoueas, ac tunc de iis rebus,* Damaſc. *quas ſcire cupis, tibi reſpondebo. Illis autem præſentibus nullus mihi ad te ſermo erit. Circa ſermonem autem eximia, obtrunca, fac denique, quidquid lubet: mihi enim mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Cùmque Rex dixiſſet: Quinam ſunt hi hoſtes mei, quos me hinc ablegare iubes? Iracundia, inquit ille, & cupiditas*. Et meritò iracundia, & cupiditas cenſentur infenſiſſimi hoſtes Regum; nullus enim hoſtis tam lethale vulnus infligit, quam lethale vulnus eſt ab iracundia Regibus, Principibusve inflictum. Dicebat Matth. 2. de Herode: *Tunc videns Herodes, quia illu-* Matth. 2. *ſus eſſet à Magis, iratus eſt valde*. Circa quæ ait Chryſol. Chryſol. ſer. 153. *Dolet imperator ſe illuſum, dolet iam ſe crudelitas fuerit, ſeu mens dolo ſitas ſe deceptam, & in ſe fraus reuerſa colliditur*. Quis tantam colliſionem ab hoſte patitur, quantam patitur Princeps à ſuis furoribus, à ſuis iris? Ideò dicebat D. Clemens Rom. in ſua epiſt. *Ipſum autem, qui præeſt cæteris, oportet Medici vicem agere, & non feræ beſtiæ furore commoueri*. Qui ergo præeſt, agat Medicum, non infirmum: Clem. R. infirmus enim, & lethali vulnere percuſſus, qui ſuo furore, & ira corripitur.

3. *Reg*. 21. Ingreſſa eſt autem ad eum Iezabel, vxor ſua, dixitque ei: Quid eſt hoc, vnde anima tua contriſtata eſt; & quare non comedis panem? Qui reſpondit ei: Locutus ſum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam tuam accepta pecunia: aut ſi tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius: Grandis authoritatis es, & benè regis regnum Iſraël. Surge, & comede panem, *&c.*

§. XXV.

Vnus eſt Ieſus, qui humanas cupiditates, & iracundias valet comprimere.

HInc ortum habuit in Achab progreſſio mali, quòd Textus ait: *Ingreſſa eſt autem ad eum Iezabel, vxor ſua*, &c. Iezabel ingreſſa eſt ad Regem, & indignatione, & cupiditate laborantem: a fœmina autem nunquam non & cupiditates, & indignationes augmentum capiunt. Non ingreſſus eſt vir, cuius prudentia ſolent rabidi illi affectus excantari. Dicit enim Prouerb. 16. *Indignatio* Prouer. *Regis, nuncij mortis: & vir ſapiens placabit eam*. Non equidem fœmina, ſed vir ſapiens poteſt rabiem affectuum humanorum placare. Et cùm audio has affectuum rabies placari per virum; non quemlibet de vulgo virum, ſed vnum illum præcellentiſſimum virum puto, qui eſt Sapientia Patris. Is ſolus potens eſt comprimere, & placare humanorum affectuum rabies. Paul. ad Epheſ. cap. 6. dicebat: *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate*. Ephes. 6. Circa quæ non paruam quæſtionem mouet Nazianzenus

zianzenus orat. 41. quale cingulum de veritate poſſit fie-ri, ad omnibus lumbos conſtringendos? Quid veritas cum conſtringendis lumbis? Planè, vt Chriſtus veritas eſt, ſi ob oculos ponatur, is poteſt ſolus humanas comprimere cupiditates. Ait clariſſimè Nicetas Scholiaſtes Nazianzeni in eam orationem: *Stato ſuccinctis lumbos in veritate, hoc eſt, Chriſti contemplatione lumborum æſtuum, & concupiſcentiam conſtringe.* Non ſic conſtringuntur tumentes ſæui maris fluctus, ad alonæ littoris conſpectum, vt ad conſpectum Chriſti Domini, concupiſcentiarum, iratúmve humanarum rabies conſtringitur. Dicit Matthæus c. 8. *Aſcendente Ieſu in naviculam, ſecuti ſunt eum Diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt navicula operiretur fluctibus. Ipſe verò dormiebat.* Quid tunc? Excitatus à Diſcipulis *imperauit ventis, & mari: & facta eſt tranquillitas magna.* Sæuiebat mare fluctibus ſuis, dum dormiebat Ieſus: vbi autem Ieſus vigilans adfuit, totus fluctuum furor ſedatus eſt. Ex quo D. Auguſtinus apud Paulum de Palacios in præſenti, ait. *Audiſti conuitium, ventus eſt, ira, ceu fluctus eſt. Vindicare voluiſti, naufragium eſt. Cur? Quia dormit in te Chriſtus: id eſt, quia oblitus es Chriſti. Excitet verò in te; conſidera illum. Ita imperabit ventis, & mari; & fiet inte tranquillitas.* In cælum vſque licet tui exurgant fluctus irarum, quibus cor tuum agitatum vicinum ſit naufragio, dum ob oculos tibi Chriſtus ſit, coercitis fluctibus, non parua frueris tranquillitate. Quo ſpectans Pſal 76. dicebat Ieſu: *In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis.* Et in quo via, & ſemitæ Ieſu noſcuntur in mari, niſi in compreſſione tumentium, ſuperbientiúmve fluctuum? Ait D. Bern. ſer. 6. in Cant. *Ambulat Ieſus ſuper vndas carnalibus pedibus, cui necdum caræ veſtitæ iam Pſalmiſta præcinerat: In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis. Quid eſt, conculcat corda tumentia ſuperborum, & fluxa deſideria carnalium comprimit.* Ea vtique virtus Chriſti eſt, quæ tumentes fluctus affectuum ſuperborum, & carnalium comprimat, in tranquillumque deducat. Id quod ſcientes clamabant infirmæ adhuc adoleſcentulæ ad Chriſti Sponſam, Cantic 5. *Quo abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? Quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Græce leguntur: *Quò abiit dilectus tuus, ò pulcherrima inter mulieres? Quò reſpexit cognatus tuus?* Anxie quærunt locum qui gaudeat præſentia Ieſu, vel ſaltem qui à Ieſu reſpiciatur, certo putantes, ſibi tranquillitatem ſalutem obuenturam, ſi vel à Ieſu fuerint reſpectæ. Ait D. Nicæn. hom. 15. in Cant. *Propterea dicunt: Quò abiit dilectus tuus, vel quo reſpexit, vt rogantes per ſe vbi ſit, adſint illo loco, quo pedes illius ſteterunt, & quo reſpicias edocta, ſic ſemet conſtituent, quò & ab ipſis eius gloria conſpiciatur, cuius apparitio ſalutem affert aſpicientibus, quemadmodum Vates ille loquitur: Oſtende nobis faciem tuam, & ſalui erimus. Pſalm. 76.* Sic ab vno Ieſu ſperatur, & tranquillitatis, & ſalutis fundamentum.

Naziānz. *Nicet.* *Matth. 8.* *Auguſt.* *Pſal. 76.* *Bernard.* *Cant. 5.* *Nicæn.*

§. XXVI.

A muliere frequentiſſima homicidia naſcuntur.

AD Regem iratum dicitur intraſſe Iezabel: ait enim Textus: *ingreſſa eſt autem ad eum Iezabel, uxor eius.* in cuius introitu iam præparabat Diabolus mortem Naboth ſanctiſſimi. Raro enim à fœminis non parturiuntur homicidia. In vinculis erat Ioannes, cùm Herodes Feſtum ageret natalis ſui, & cùm hic cum purpuratis ſuis cœnaret, ait D. Marcus cap 6. *Cùmque introiſſet filia ipſius Herodiadis & ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimúlque recumbentibus, &c.* Ecce ibi in Herodis triclinium intrat puella vna Herodiadis filia. Quid tunc? Haud dubium, quin inde aliquod decernatur homicidium: quippe dicit Textus, quod Herodes *præcepit afferri caput Ioannis in diſco.* Quid aliud pareret conuiuium, ad quod fœmina introiuit? Ait D. Fulgent. ſer. de Ioann. decoll. *Malè puella greſſa procedit in medium, homicidium petitura, & adultero placitura: alienum in pedibus portans ſanguinem, & ſceleris poſtulatura mercedem. Sic ſaltat, vt placeat, ſic placet, vt accidat.* Halant equidem fœminarum blanditiæ cruenta homicidia. Cantatiſſima eſt illa Dauidis epiſtola data Ioabo per manum Vriæ: dicebat enim 2. Reg. 11. *Ponite Vriam ex aduerſo belli, vbi fortiſſimum eſt prælium: & derelinquite eum, vt percuſſus intereat.* Quis tam crudele nefas ſperaret à Dauide? Dauid in hoſtes ſuos mitiſſimus, in fideliſſimum ſibi ſeruum factus eſt crudeliſſimus. Quæ manus potuit adducere adeò manſuetum Principem in tantum homicidium? Clamat D. Chryſoſt. hom. de amput. capitis Ioannis, apud Metaphraſt. *Non eſt malitia ſuper malitiam mulieris. O malum Diaboli, arma acutiſſima! Ii per mulierem Dauid, qui erat mitiſſimus, incitauit ad dolo occidendum Vriam.* Et raro inueniuntur fraudulenta homicidia, quæ per mulieres non fiant.

Marci 6. *Fulgent.* *Chryſoſt.*

§. XXVII.

Ne aperias pectus tuum mulieri; niſi perire velis.

REquiſitus Achab à Iezabele de cauſa triſtitiæ ſuæ, totam illi rem ſtatim aperuit, dicente Textu: *Qui reſpondit ei: Locutus ſum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei: Da mihi vineam, &c.* Nulla in re non errat Achab: errauit in vinea aliena concupiſcenda: errauit in concepta ira propter iuſtè negatam ſibi vineam: & modò turpiſſimè errat in aperiendis ſuæ triſtitiæ cauſis mulieri. Monebat quondam Michæas cap. 7. *Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui.* Raro enim non perditur, qui oris ſui clauſtra reuelat mulieri. Circa quæ ait Rupertus ibi: *Grande exemplum cauendum præceſſit in Iezabel, quæ virum ſuum Achab prodidit dicendo illi: Surge, & comede panem, ego dabo tibi vineam Naboth. Aperuerat enim illi clauſtra oris ſui, narrando, pro qua cauſa eſſet triſtis, & omninò commiſerat ei claues vniuerſas animi ſui. Igitur, ait Scriptura, non fuit talis alter, vt Achab, qui venundatus eſt, vt faceret malum in conſpectu Domini: concitauit enim eum Iezabel, vxor ſua.* Ex quo Achab aperuit cor ſuum mulieri, reuelando illi cauſas triſtitiæ ſuæ, eò deductus fuit; vt miſerè periret. Quod vt caueremus, monebat Eccleſiaſticus cap. 9. dicens: *Ne des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.* Monet, inquam, iis verbis, ne quis ita ſui faciat poteſtatem mulieri, vt liberum ſit illi ad intima eius ſcrutanda ingredi: nunquam enim id non erit homini diſpendio, & ruinæ. Quò ſpectans D. Epiphanius lib. 3. contra hæreſ. tom. 2. cap. 79. ait: *Ne credas, Iſrael, mulieri: reſulta à mala mulieris conſilio: mulier enim pretioſas virorum animas corripit. Huius enim pedes ducunt vtentes poſt mortem, in Infernum. Ne attendas prauæ mulieri: mel enim diſtillat à labiis meretricis, quod ad tempus lenit guttur tuum, poſteà verò amarius felle reperies, & magis acutum, quàm anceps gladius.* Eſt in fœminarum conſiliis latens ſemper excidium, quo neceſſe eſt perdi ei, qui ſe credidit illis. Vnde pergit Epiphan. *Conſideret autem ſeipſum Adam, & non ampliùs ipſi credat. Nam errorea perſuaſio, & mulieris ad contrarium conſilium mortem propriæ coniugi effecit, & non ſolum, ſed etiam filiis.* Heu quot de mulierum conſilio in extremam ruinam deuenerunt!

Mich. 7. *Rupert.* *Eccli. 9.* *Epiphan.*

§. XXVIII.

Magnitudo mundialis non eſt, niſi ex rapinis.

RIdet Iezabel magnitudinem Achabi, qui abſtinebat à rapienda per vim vinea Nabothi. Sic enim ait ad illum: *Grandis authoritatis es, & benè regis regnum Iſraël: ſurge, & comede panem, & æquo animo eſto: ego dabo tibi vineam, &c.* Ironica ſunt, & irriſoria illa verba; nimirum: *Grandis authoritatis es.* quaſi nihil grande, aut magnum in eo poſſit eſſe, qui violentiæ parcebat, & rapinæ. Ea enim eſt mundialium tota magnitudo, quæ non niſi ex rapinis conſiſtat. Dicebat Michæas cap. 7. *Et Magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbauerunt eam.* Et quis eſt iſte Magnus? Creditur fuiſſe Achab, non, cùm parcebat rapinæ; ſed, cùm locutus eſt cum vxore ſua, & aſſenſum præbuit, vt vel violenter Nabothi raperetur vinea. Tunc enim mundialis magnitudo incipit apparere, cùm incipiunt placere rapinæ. Dicit ibi Rupert. *Magnum, qui locutus eſt, Achab licet intelligi, qui interrogatus*

Michæ 7.

rogatus ab uxore. Locutus ſum, ait, Naboth, & dixi ei: Da mihi vineam tuam. & ille ait: Non dabo tibi vineam meam. Sic locutus eſt Magnus ille de deorum anima ſua, animoſitatem cupiditatis ſua. Vt autem Magnus vocetur extolle re, mira facit irriſio uxoris ſuæ dicentis: Grandis authoritatis es. Surge, comede, ego dabo tibi vineam. Et conturbauerunt eum. Animarum ipſe Achab, & uxor eius conturbauerunt Naboth, &c. Sic ex conceptu Iezabelis tunc Achab cœpit eſſe Magnus, cùm cœpit acquieſcere, & conſentire in eo, quod per vim Nabothi vinea auferretur. Sic, mihi crede, mundialium magnitudines coaleſcunt, nimirum, ex rapinis, & violentiis. De Chriſto Ieſu locutus Paul. ad Philippenſ. cap. 2. ait: *Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo.* Ecce tibi vt Filius Dei in eo, quòd homo factus eſt, dicitur à Paulo exinanitus, & minoratus, nihilque magnitudinis præſeferre. Verùm Lucas cap. 1. ex ore Angeli dicit de illo: *Hic erit magnus.* quibus loquitur Angelus de Dei Filio, vt homine, & ratione humanæ naturæ, ſecundùm quam concipiendus, & in lucem edendus erat. Sic Cardinalis Toletus ibi cum multis Patribus. Quando ergo Angelus vocat Ieſum, magnum, etiam ex parte humanæ naturæ accepta, cur Paulus eum non magnum, ſed exinanitum dicit, & minoratum? Angelus loquebatur de vera, & abſoluta magnitudine, quæ nunquam Filio Dei deficere potuit, Paulus de magnitudine loquitur iuxta æſtimationem mundialem, quæ in Chriſto nulla fuit, quando præmiſit de illo, quòd nihil ex rapina habuit. Magnitudo enim, quam non ex rapina eualuiſſe homines arbitrantur, non magnitudo creditur, ſed exinanitio, ſed minoratio.

Rupert.

Philip. 2.

Luc. 1.

CAPVT III.

Naboth occiditur.

TEXTVS HISTORIA.

STATVIT Iezabel vineam eripiendam eſſe Naboth, cuius vitam vt tandem cum[illegible] ſimul, honorem tandem, & vitam eripuit, non minùs ſcelerato conſilio. Quam ad rem Senatum, qui ex Optimatibus, & Senioribus conſtabat, id eſt, Iudices, æquitatis vindices, legúmque cuſtodes, aut metu concuſſit, aut corrupit [illegible], procacis, & blaſphemæ linguæ conuictum mortis damnarent. Itaque literas dedit Iezabel regio conſignatas annulo, quibus iubet iis, qui in Iezrahele præerant iudiciariæ, vt ieiunium popularibus intiment: quod fieri ſolebat, cùm graue aliquod peccatum admiſſum, aut Deus grauiter offenſus credebatur. Deinde, vt Seniorum, Optimatúmque fieret frequens, legitimúſque conceſſus, ad quem etiam cum aliis accerſeretur Naboth. Quo tempore curandum eſſe, vt aliquot teſtes, quos non puderet venale falſúmque teſtimonium producere, & ad quodlibet audendum forent impudenter proiecti, eſſent ab ipſo Senatu comparati, qui crimen obiicerent Naboth, propterquod ex lege deberet opprimi lapidibus, quale eſt aliquid impium dixiſſe contra Deum, & Regem: & quod lex in huiuſmodi criminis reos ſupplicium ſtatuiſſet, illud in Naboth legitimo iudicio decernerent, & quamprimùm exigerent. Fecerunt Seniores, & Optimates, quod à Iezabele imperatum fuerat, remque ad ſtatum illum deduxère, non tam legitimo, ac iuſto, quàm ſimulato, ac corrupto iudicio, vt iam agi in illum poſſet capitali pœna. Quare de more educunt extra ciuitatem hominem, & ſeruatis omnibus, quæ in reos ſeruari ſolebant, prorſus iuſtum, & immerentem lapidibus obruerunt.

MORALIA CIRCA TEXTVS LITERAM.

NON vltimum auaritiæ facinus, quòd Achab perdat Nabothum, vt eius vineam rapiat. Sic poſtmodum Ieroſolymitani Proceres hæredem vineæ, verum Filium Dei, extra ciuitatem peremerunt, vt raperent hæreditatem eius. Crede mihi: nulli facinori parcit, qui lucri amore teneτur.

3. *Reg.* 21. Scripſit itaque literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & Optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat ſententia: Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi.

§. I.

Nulli prius, quàm Proceres populorum, nefariis etiam placitis Regum ſubſcribunt.

MEditata Iezabel execrabile facinus contra Naboth, de illo apertè agit cum Proceribus Iezrahelitis: dicit enim Textus: *Scripſit literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & Optimates*, &c. Non ad populares, ſed ad Optimates, & maiores natu mittit Iezabel literas de occidendo Nabotho. Sciebat enim illa, quàm promptiores ſint Magnates, & Proceres ciuitatum, vt quælibet Regum placita, quantumuis nefaria, perficiant. Simile quid de Babylonio tyranno notabat Dan. 3. de quo adorationem ſuæ imaginis cogitante dicit: *Itaque Nabuchodonoſor Rex miſit ad congregandos Satrapas, Magiſtratus, & Iudices, duces, & tyrannos, & Præfectos, omneſque Principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ.* Cur non magis timuit Rex tantorum Principum conuentum? Nonne inter tot Principes, aliquis poſſet inueniri, qui Regis cupidiis obſiſterent? Imò ideo illos vocat: quia nulli faciliùs, quàm Magnates omnes ſubſcribunt cupidiis Regum, etiam iniquiſſimis. Ait D. Hieronymus ibi: *Principes congregantur ad adorandam ſtatuam. Qui enim maiores ſunt, & potentes, dum timent carere diuitiis, & potentia, faciliùs ſupplantantur.* Vt potentes ſæculi amantiores ſunt honoris, & gloriæ, & bonorum temporalium, ſic facilius ſubſcribunt Regum iniquis placitis, per quæ in illis confirmantur. Iam Herodes machinabatur perſecutionem in Chriſtum Domini Matthæi 2. *Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur.* Sic perſecutor Chriſti, non clam ab aliquo populari Sacerdote ſciſcitatur locum naſcituro Chriſto deſtinatum, ſed à Principibus, & Proceribus populi id requirit, nec vereretur impius Rex, ne ij non aperiant veritatem, etiam cum Chriſti ſui damno. De quibus ait Imperfectus hom. 2. in Matth. *Dant reſponſum Regi interroganti ex corde non bono, tamen deberent celare myſterium Regis à Deo prædeſtinati ad ſalutem gentis Iudææ, maximè in conſpectu Regis alienigenæ, quo non ſolùm zelo regni; ſed etiam gentis alieni odio aduerſatiuum Regi poſtmodum futuro non ignorabatur. Et facti ſunt, non Doctores Herodis, ſed irritatores malitiæ eius.* Proh miſeram Procerum, & potentum mundialium conditionem! Legem naturæ, honorem Dei, mundiali Regis cupediis poſtponunt. Crediderim de illis dictum illud ſub cap. 40. *Huic montes herbas ferunt, & omnes beſtiæ agri ludent ibi.* Eleganter Tigurina legit: *Et omnes beſtiæ agri ludent apud eum.* Secundùm tia D. Thom. & Caietani, qui per montes, & beſtias intelligunt Proceres, & Potentes ſæculi, qui in omnibus ſeruiunt Dæmoni, præcipue loquentes ex ore Regis. Et ſic illi obſequuntur, *vt ludant apud eum*, hoc eſt, iuxta Hiſpanorum prouerbium: *Le vaylan el agua delante.* quo explicatur gratiſſimum obſequium, & penitiſſimum exhibitum Potenti. Sic Proceres mundiales obſequuntur Regi, & ludunt apud eum, quibuſcumque eius [illegible] quis

Dan. 3.

Hieron.

Matth. 2.

Imperf.

Iob 40.

Tig. Lect.

niqui placitis ſubiectis entes. Laudabat aliquando Dominus conſtantiam, quæ in populis tribu Eccleſiæ erat. Et ait Cant.7. *Quàm pulchri greſſus tui in calceamentis!* In calceamentis humilis & abiecta plebs exprimebatur, quæ cum ſancta fidei non paruam pulchritudinem Eccleſiæ reddidit. Quod ſpectans D. Ambroſ. in Pſal. 118. ſerm. 1. ait: *Specioſa eſt in calceamentis. Plerunque Clerus errauit, Sacerdotes mutauit ſententiam, diuites cum ſæculi iſtius terreno Rege ſenſerunt, populus fidem propriam reſeruauit.* Expende illa, nimirum: *Diuites cum terreno Rege ſenſerunt.* Quaſi hoc certum iam ſit, quod diuites à Regum cupedijs non diſſentiant. Huc trahe dicta tom. 4. de Chriſto figurato, lib. 8. cap. 8 §. 18.

Cant.7.

Amb. c.ſ.

§. II.

Sub Rege impio, qui maiores ſunt, promptiores ad quodlibet facinus, quod Regi placeat.

Literas conſcripſit Regina Iezabel nomine Achab Regis Iſraël aduerſus Naboth, plenas ſceleſtiſſimis auſis, eaſque miſit non ad alios, niſi ad potentiores Magiſtratus. Sic enim ait Textus. *Scripſit literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & Optimates*, &c. Nunquam enim maiores, & potentiores viri in Republica, ſi ſub Rege impio ſint, non promptiores inueniuntur ad peragendum quodlibet facinus, quod Regi placeat. De impiiſſimo Rege Ieroboamo locutus Textus ſacer, vt in idololatriam, & perditionem populum impulit, ait Oſeæ cap. 7. *Extendit manum ſuam cum illuſoribus ſuis.* Septuag. legunt: *Cum peſtibus ſuis.* Et illuſores, & peſtes merito creduntur Rabbini noſtro fuiſſe Principes, & Potentatus, & Magnates, qui apud Ieroboamum erant. Et meritò, qui ſub impiiſſimo Ieroboamo erant Potentatus, vocantur illuſores, & peſtes. Illuſores, ſiue irriſores, quòd omnes bene ſentientes irrideant, neque ſolum boni ducant, quod ad præſens illis, & lucroſum, & volupe eſt. Peſtes autem, quòd in aliorum perditionem, & extremam ruinam ſint aptiſſimi, & paratiſſimi. Exceperat aliquando Herodes natalitio conuiuio Principes, & Tribunos, & primos Galilææ, inter quos cùm audiret caput Ioannis Baptiſtæ à ſe peti, *contriſtatus eſt propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare, ſed miſſo ſpeculatore præcepit afferri caput Ioannis in diſco.* Quantum hoc nefas Herodis? Tantum erat, vt Rex ipſe impiiſſimus erubeſceret, ſe illius authorem oſtendere, & finxit ſe ad illum inuitum ire, & prorſus coactum: ibat tamen, ne quam abnuendo moleſtiam Principibus ſuis, & Tribunis, & primis regionis viris ſimul diſcumbentibus crearet. Et de tot Magnatibus aſſidentibus & videntibus crudele facinus, non inuentus eſt vnus, qui reclamet, qui ſe immunem à tam nefario opere teſtetur, qui ſaltem, vt Pilatus manus ſuas à ſanguine innoxio lauet. Non tamen miror: vt enim omnes illi Principes, & Tribuni, & Optimates erant ſub impio Herode Rege, iam inde velut ſo promptiores ad facinus quodlibet cenſebantur. De illis ſapientiſſime ait Beda in hunc dehoc Feſto ſatus: *Indignum quidem Rex ſpectaculum præbuit, qui conuocatis ad epulas Principibus, Tribunis, ac ducibus gentis, ſpectandum in diſco caput occiſi protulit. Indigni æque conuiuæ, an potiùs inuitatoris ſui condigni, è quibus nullus inuentus eſt, qui ab adulterii iuſtum, qui iudicem à rei caritate pleceret, vetaret: præſertim cum Rex coactum ſe hoc facere proteſtaretur, & atque opportunum, quod conuiuantium hortatu à promiſſo frebre reuocare deberet, ſi non ipſos quoque par eiuſdem ſceleris Amor irretiret.* Expende illa, nimirum: *Inuitatoris ſui condigni.* quippe vt Principes illi, & Tribuni, & primarij Galilææ erant, Regi Herodi inuitatori ſuo condigni, ſimul & erant ad omne facinus paratiſſimi, etiamſi perdenda eſſet tota Reſpublica.

Oſea 7.

Septuag.

Marc.6.

Beda.

§. III.

Arrogantia in Præſule non conſiliarios, ſed executores ſuorum factuorum admittit.

Itaque Iezabel *Scripſit literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu*, &c. Ipſa Iezabel totum negotium, & modum perimendi Nabothi, & vineæ rapiendæ ſibi arrogauit. Non ab Achab placitum petiit, cuius puſillanimitatem contemnebat, non ab Optimatibus conſilium poſtulauit, ſed executionem: qua enim arrogantia erat, non conſultores, ſed executores eſſe mandabat. Heu miſeri ſubditi, qui ſubiacetis poteſtati tantæ arrogantiæ! Hinc Deus populo ſuo minabatur immiſſurus arrogantes Dominos. ſic enim ait Habacuc cap. 1. *Quoniam ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram, & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua. Horribilis, & terribilis eſt, ex ſemetipſo iudicium* Græce legitur: *Formidabilis, & illuſtris eſt, ex ipſo iudicium eius erit.* Dominatuit Iudæorum Chaldæi dicuntur horribiles, & terribiles, & maxime formidabiles. Et vnde tanta in eis horribilitas? *Ex ipſo*, inquit, *iudicium eius erit.* Totum ſibi arrogant rerum iudicium; non conſiliarios, ſed executores quærunt decretorum ſuorum crudelium. Ad hæc pulchrè D. Cyrill. Alex. ibi ait: *Terribilem propter crudelitatem eſſe dixit. Præterea illuſtrem, vt ambitioſum, & iactabundum. ſemper enim Babylonis Reges arrogantes, & gloriæ longè cupidiſſimi fuerunt. Quia verò in omni negotio, iudicio ſuo plurimum tribuebant, iubentes ſubiectos decreta citra excuſationem approbare, & exequi, ſubiungit. Ex ipſo iudicium erit. hoc eſt, ſua ſponte mouetur, & propter ingens ſupercilium, aliorum ſententiam non audit; tumeſi quidpiam mandauerit, quæ fieri non poſſunt.* Ea eſt arrogantium conditio, quæ aliorum non audit placita, nec ſententias auſcultatur: ſed faciat ſubiectos decreta ſua citra excuſationem probare, & exequi, etiamſi tute nequeant executioni mandari. Non abſimili arrogantia laborabant Principes Ieroſolymitani, qui comprehendentes Ieſum, illum crucifigendum tradunt Pilato, cui pro totius cauſæ concluſione dicunt Ioann. 18. *Si non eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Quæ verba hominum arrogantium putat eſſe Theophylactus dicens: *Vebus ipſi iudicium iudicatis, & arroganter loquimini dicentes: Si non eſſet malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Quippe ita arrogantes erant, vt totum ſibi iudicium vſurparent, ſolamque executionem mandarent Pilato. Quod ſapienter notans D. Leo ſerm. 8. de Paſſ. ait: *Ad examen Pilati Pontificum delegatione transfertur Dominus. Qui diuino iure neglecto, clamantes ſe Regem non habere, niſi Cæſarem, tanquàm Romanis deuoti legibus, omne iudicium poteſtati Præſidis reſeruaſſent, expetierunt executorem magis ſæuitiæ, quàm arbitrum cauſa.* Planè arrogantiſſimi hominum ſic Ieſu mei cauſam deferunt ad Pilatum, vt ab eo non arbitrium peterent, ſed executionem ei mandarent, quæ iniuſta euidenter habebatur.

Habac. 1.

Græc. Lect.

Cyril. Al.

Ioan. 18.

Theophyl.

Leo.

§. IV.

Arrogantis animi eſt putare omnes è ſua eſſe ſententia.

Vt Iezabel mœrenti Achabo valdè arroganter vineam Nabothi promiſit, ſic *Scripſit literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & Optimates*, &c. Ad Optimates, & maiores natu mittit litteras de falsò accuſando, & occidendo Nabotho; nec veretur repulſam à tantis viris in re adeò nefaria. Et vnde tam ſecura mandat tot primarios viros in rem adeò deteſtandam venire? Vt fœmina arrogantiſſima erat, ſic non dubitabat vniuerſos ſtare à ſua ſententia. Nihil enim magis proprium arrogantium eſt, quàm quòd credant, ſuis phantaſiis omnes præbere aſſenſum. De arrogantiſſimo illo Nabuchodonoſor locutus Dan. c. 4. ait: *Poſt finem menſium duodecim in aula Babylonis deambulabat. Reſponditq; Rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui*, &c. Expende

Dan. 4.

pend[illegible] illa, nimirum: *Reſpondit que Rex*, quippe dicitur reſpondiſſe, cùm nulla præſupponatur interrogatio. Qui[a] ergo nulla erat interrogatio, quorſum fingitur in Rege reſponſio? Nónne latius poneretur, dixit Rex, quam, reſpondit Rex? Vnde potuit dictum illud cenſeri reſponſum? Ea homini arrogantis ingenio, qui ſic omnes putat venire in ſuam ſententiam, vt cùm illam dicit, credat reſpondere communi omnium aſſenſui. Ad hæc Richard. de Sancto Victore lib. 2. de erud. hom. inter. c. 50.

Rich. Vict. ait: *Quæ, quaſo, eſt iſta reſponſio, vbi nulla præcedit interrogatio? Fortè eorum cogitationi reſpondebat, quos ſuam authoritatem admirari æſtimabat. Habet autem hoc proprium arrogans animus, vt celſitudinem ſuam omnes admirari credat, quam ipſe omni hora apud ſemetipſum magnificat: vnde ſicut apud alios ea verba iactantia fiducialiter prorumpat.* Quippe ipſe apud ſe omni hora, & omni momento tractat, credit arrogans ſimul ab omnibus tractari, & ſuſcipi. Vnde fiducialiter in id, quod ſibi magis placet, prorumpit.

§. V.

Superbiſſimi animi eſt, velle præſtantiſſimos quoſque cogere in nefarias ſententias ſuas.

INſuper ponderandum, quod ait Textus de Iezabele: *Scripſit literas ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, & Optimates*, &c. Et quidem mille modis potuiſſet Iezabel occidere Naboth, & eius vineam rapere. Poſſet mediante aliquo aulico ſubmittere teſtes falſos, qui Nabothum accuſarent, qua accuſatione damnaretur a Iudicibus rectè procedentibus. Cur magis voluit, quòd maiores natu, & Optimates, penes quos erat obſeruatio iuſtitiæ, & cuſtodia legum, ipſi & leges frangerent, & iuſtitiam perderent, dam falſos teſtes quærunt, dum ſcientes innocentiſſimo parant ruinam? Ea erat ſuperbia mulieris, quæ nō quieſceret, niſi in nefariam ſuam ſententiam cogeret apertè venire præſtātiſſimos, & fieri nequam facinus per eos, qui magis debebant tollere omnem nequitiam. Dan. c. 3. ait: *Itaque Nabuchodonoſor Rex*

Dan. 3. *miſit ad congregandos Satrapas, Magiſtratus, & Iudices, duces, & tyrannos, & Præfectos, omneſque Principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam erexerat.* Vbi in eacrandum [illegible] venit, quo imaginem ſuam vellet adorari, eò ſtatim applicauit animum, vt vndique præcelſos, & præcellentes dignitatibus viros cogeret, qui imaginem adorarent. Non enim aliter eius ſuperbia quieſceret, niſi præſtantiſſimos quoſque in adeò nefarios auſus traheret. Quò ſpectans Theodor. ibi ait: *Herum etiam vanum,*

Theodor. *quodque ſummam ſuperbiam declarat. non enim queſl hos promiſcuè ex iis, qui ſibi ſubiecti erant, ad imaginis ſolemnitatem accerſiuit; ſed Toparchas, & Præfectos, quibus præfecturarum imperium commiſſum erat, & ſi quod aliud Magiſtratus genus.* Vt ſumma erat Nabuchodonoſoris ſuperbia, ſic non contenta erat, niſi præſtantiſſimos quoſque in ſui facinoris aſſenſum traheret. Id. quod didicit à ſuperborum Principe Diabolo, de quo dicitur Iob cap 41.

Iob 41. *Omne ſublime videt: ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.* Habet hoc Diabolus ſingulare, quòd omne ſublime videt, hoc eſt, in eos oculos intendit, qui magis eminent, qui præſtantiores, & ſublimiores ſunt, vt in ſui imitationem trahat eos. In quo maxime Rex ſuperborum oſtenditur, quorum eſt, optimos quoſque ſuis iniquis placitis ſubiicere velle. Idque in Diabolo notabat Habacuc c. 1. de quo dicit: *Cibus eius electus.* Circa quæ ait D. Hieron.

Hieron. *Cibi eius electi ſunt, vt ſecundùm Pſalmiſtam, quærit à Deo eſcam ſibi. Prophetas ſubuertere volens, & Apoſtolos.* Non enim contentus eſt, niſi vbi magnos trahit in ſua retia.

§. VI.

Fœminarum ingenium eſt virtuoſos prætextus nequiſſimis auſibus miſcere.

PLanè ſic incipiebat ſententia literarum à Iezabele ſcriptarum, nimirum: *Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos populi.* Innocentem Nabothum morti infamiſſimæ dabat, & ieiunium præmitti mandat, & totum ordinem iudicialem exactiſſimè fieri. Tale enim ſolet eſſe mulierum ingenium, quòd virtutum prætextus præmittat, etiam in notiſſimis ſceleribus peragendis. Dicebat illa Iobo cap 3. *Benedic Deo, & morere. Quis ait ad illam* [illegible] *in mulieribus locuta es.* Creditur à multis illud, *Benedic Deo*, poſitum eſſe pro, *Maledic Deo:* Iob 3. mihi autem magis placet, quòd ſonet benedictionem. Vt petat mulier a marito, quod benedicens Deo, morti ſe dedat. Sed, in quo dicitur hæc mulier locuta eſſe, vt mulieres ſtultæ loqui ſolent? In eo, nimirum, quòd ait: *Benedic Deo, & morere.* volens enim perſuadere marito ſibi mortem inferre, illud præmittebat, vt benediceret Deo. Venit nanque de muliebri ſtultitia, quòd virtutum prætextus præmittatur in peragendis ſceleribus. Quò ſpectans D. Epiphan. lib. 3. contra hæreſ. tom. 2. c. 79. a. 1. *Dicamus & ipſi: Vdus vnus ex ſtolidis mulieribus locuta es? Vade* Epiph. *enim non ſtolidum hoc apparebit omni prudentiam habenti? vnde non eſt ſimulatiſſimum, & diabolicus conatus? Prætextu enim iuſtitiæ ſemper ſubit hominum mentem Diabolus.* Diabolicus halitus eſt, per ora mulierum præcipuè aſpirans, quòd virtutis prætextus præmittatur, vt ſcelera fiant. Pulchrè de muliere meretrice loquitur Prouerb. 7. dicens: *Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio.* Occurrit equidem adoleſcenti mulier, vt eum in mortem trahat. Et Prouerb. 7. quæ illi verba dicit? *Victimas pro ſalute debeni: hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre, & reperi: : : Statimque eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam.* Ecce tibi totum mulieris ingenium: mortem, & perditionem hominis tractat, & in eo negotio tractando præmittit illud: *Victimas pro ſalute debeni, hodie reddidi vota mea.* Septuag. legunt: *Sacrificium mihi eſt, hodie reddo vota mea.* Sacramenta, religionemque prætendit, & inter hæc venenum lethaliſſimum effundit. Dicit Ierem. Threnor. 4. *Manus mulierum miſericordium coxerunt* Thren. 4. *filios ſuos.* Quippe prætendebant miſericordiam, & ſub hoc prætextu filios occidebant, manducabant. Circa quæ ait Gloſſa ibi: *Hypocrita conceptas animo conatus perimunt,* Gloſſa. *dum ſimulate per miſericordiam, fauoris gratia virtutes monſtrorum conceptas decoquunt. Quæ benè mulieres fuiſſe, & talia geſſiſſe perhibentur: niſi enim muliebria ſimulata virtute in animo ſectarentur, conceptus aniimæ non exponerent.* Expende illa: *Niſi enim muliebria ſimulata virtute in animo ſectarentur.* Virtutis enim ſimulatio ad perdendum adeò propria mulierum eſt, vt quiſquis illa vtitur, meritò cenſeatur inter mulieres.

§. VII.

Mulier nunquam non lethalis viris.

ECce mulier, quæ non cibum porrigit, ſed ieiunium indicit, vt iuſtum perdat. Dicit enim: *Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth*, &c. Prima mulier cibum porrexit Adamo, & hunc, & eius filios in mortem impulit. Hæc ieiunium perſuadet, & ſimul Nabothi mortem inde procurat. Vndequaque eſt lethalis mulier: ſiue cibum porrigat, ſiue ieiunium indicat, ex omni parte nocet. Dictorus Teatos ſacer Baptiſtæ mortem, eius ineptum oſtendit ſatus Marc. 6. *Cùm introiſſet filia ipſius Herodiadis, &* Marc. 6. *ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi* &c. Saltauit placitura puella, & mortem Baptiſtæ intulit, quid faceret, ſi belligeratura veniret? Planè quoquo modo veniat mulier, nunquam non venit in mortem viri. Ait D. Fulgentius ſerm. in decoll. Ioannis: *Quocunque pacto perſequitur mulier, ſi placeat,* Fulgent. *iugulat, ſi diſpliceat, peius diſcruciat.* In omnibus, & per omnia nociua eſt mulier: nihil ab illa venit, quod in virorum non ſit iniuriam. Dicebat Eccleſiaſticus cap. 25. *Commorari leone, & draconi placebit, quàm habitare cum mu-* Eccli. 25. *liere nequam.* Nec immeritò, quando vel rabidiſſimæ feræ manſuetudinem ſolent habere: at fœmina nequam, quoquo modo ſe habeat, ſemper eſt exitialis. Ex quo dicebat D. Chryſoſtomus orat. de Ioannis decollatione, apud Metaphraſtem: *Fera eſt mulier nequam, quæ non poteſt* Chryſoſt. *curari. Scio, aſpides blanditiis manſueſieri, & leones, & tygres, & pardos cicures fieri, & mites. Mulier autem mala, ſi affecta iniuria contumelia, inſanit; adulatione autem, & blanditiis, inſoleſcit. Si maritum habeat diuitem, eum verbis labefactat: ſi habeat pauperem, ad iras, & pugnas eum excitat.* Neſcit aliud facere mulier nequam, quam id, per quod viris mortem afferat.

§. VIII.

In quolibet honore quieſcit, quem conſcientia culpæ non exagitat.

NOn potuit non prædicare innocentiam Nabothi Iezabel, dum ait: *Sedere facite Naboth inter primos populi.* *Sedere*, inquit, *facite Naboth*: iuſtus enim, & innocens in quolibet honore ſedet, & quieſcit. Ille non poteſt ſedere, nec quieſcere, quem conſcientia culpæ maximè exagitat. Dan. c. 4. dicit de Nabuchodonoſor: *Poſt finem menſium duodecim in aula Babylonis deambulabat.* Non ſedebat in throno, ſed deambulabat in aula. Nec miror: conſcientia enim facinorum ſic hominem exagitabat, vt illum non permitteret ſedere, ſed huc, illucque cogebatur deambulare. Ait Richard. a Sancto Victore lib. 2. de erud. inter hom. par. 1. c. 19. *In aula Babylonis non ſedet, non tacet, ſed deambulat, quem ſua conſcientia, dum remordet, inquietat. In aula Babylonis deambulat, quem de ficta humilitate ſua conſcientia accuſando fatigat. Eſt autem deambulare, non in vnam partem ire, ſed paſſim huc illacque vagari. Ille ergo deambulat, quem conſcientia ſtimulus vndique exagitat.* Nequit eſſe quietus ſedes illi, qui conſcientiæ ſtimulis agitur. Qui mali non conſcius eſt, ille quietus ſedet in quolibet honoris gradu. Temerarie dicebat ille malus Spiritus Iſaiæ cap. 14. *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* Circa quæ ait D. Bernard. ſer. 11. in Pſal. *Qui habitat. Sedebo, inquit, in monte teſtamenti. Quàm temeraria, quàm horrenda præſumptio! Nunquid non illic ceciderunt, omnes, qui operantur iniquitatem; expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare?* Quippe quibus conſcientia eſt peccati, non datur ſedes quieta: temeraria ſedere præſumunt, qui conſcientiæ ſtimulis agitentur, cùm nec ſtare vno in loco eis permittatur. Hinc monebat Angelum malum volentem in monte teſtamenti ſedere D. Ber. de grad. humil. 1. *Elige ergo tibi in aere locum, non ad ſedendum, ſed ad volandum. Tu ſta interim inter cœlum, & terram: ſedet Dominus ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.* Ille in ſolio ſedet ſecuriſſimè, qui ter Sanctus prædicatur, cui nulla poteſt inuri peccati macula. Qui in peccatis eſt, non ſedem expectet, ſed fluctuationem, & irrequietum volatum.

Dan. 4. · Rich. Vict. · Iſaïa 14. · Bernard. · Bernard.

3. *Reg.* 21. Et ſubmittite duos viros, filios Belial, contra eum, & falſum teſtimonium dicant: Benedixit Naboth Deo, & Regi. Et educite eum, & lapidate, ſicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu, & Optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, ſicut præceperat eis Iezabel, & ſicut ſcriptum erat in literis, quas miſerat ad eos.

§. IX.

Non vnius, ſed duobus teſtibus conformibus firmatur quælibet probatio in proximum.

NOtanter Iezabel dixit: *Submittite duos viros, filios Belial, & falſum teſtimonium dicant.* Non enim vnius, ſed duorum teſtimoniis conformibus voluit accuſationem Nabothi inſtitui. Quæ enim duobus conformibus teſtibus probatio in proximum fit, eam certitudinem præſefert, vt nemo poteſt contradicere. Gen. c. 41. *Vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper flumen, de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ, & craſſæ nimis, & paſcebantur in locis paluſtribus. Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque macie, & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus. Deuorauerúntque eas, quarum mira ſpecies, & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao rurſum dormiuit, & vidit alterum ſomnium. Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ, atque formoſæ: aliæ quoque totidem ſpicæ tenues, & percuſſæ vredine oriebantur deuorantes omnem priorum pulchritudinem.* Duo ſomnia Regi fuerunt vna, eadémque nocte eandem rem diuerſis ſpeciebus ſignificantia. Et quando vna prorſus res ſignificabatur, cur neceſſum fuit de illa dari duo ſomnia? Nónne in primo ſatis expreſſa res erat? Cur additur ſecundum? Ait Textus ibi: *Quod autem vidiſti ſecundum ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt.* Itaque duplicauit ſomnia, vt firmior, & certior res ſignificata exiſteret: duo enim teſtimonia conſueuerunt omnimodam rei certitudinem facere hominibus. Quis obſiſtat duorum teſtimoniis? Dan. 13. dum recitat accuſationem Suſannæ ait: *Surgentes autem duo Presbyteri, in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cœlum*, &c. Cur non magis clamat ad terram? Cur vocibus non teſtatur ſuam innocentiam? Vt vidit duos in accuſationem conuenire, adeò certum habendum eorum teſtimonium credidit, quòd nullis poſſet refutari verbis. Ambroſ. in Pſal. 118. ſer. 1. *Duo Presbyteri ſenes falſum teſtimonium deferebant. Nomen eis Sacerdotum, atque ſenum vocem non ferebat puella.* Expende illud: *Nomen eis Sacerdotum*: quando enim numerus teſtificantium ex duobus conſtabat inter ſe conuenientibus, irrefragabilis erat. Et in tantum tota certitudo teſtimoniorum in fratres a duobus pendet; vt licet vnus alius excedat authoritate, & ſapientia, & virtute duos; non tamen hic credi aduerſùs fratrem debeat. Quò ſpectans Concilium Africanum c. 76. numer. 99. dicebat: *Item placuit, vt ſi quando Epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget; non putet ad iniuriam ſuam Epiſcopus pertinere, quòd illi ſoli non creditur. Etſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit negantem nolle communicare, quamdiu non communicato non communicauerit ſuus Epiſcopus, eidem Epiſcopo non communicetur ab aliis Epiſcopis: vt magis caueat Epiſcopus, ne dicat in quenquam, quod aliis documentis conuincere non poteſt.* Quid pulchrius? Nemo, etſi magnæ authoritatis vir, etſi Epiſcopus ſit, iniuriæ ducat, ſi ſoli ſibi contra proximum non credatur: illud enim ſolum teſtimonium aduerſus aliquem habetur firmum, quod duobus conſtat teſtificantibus: id, quod etiam cauetur in Concil. Carthag. 7. cap. 5.

Geneſ. 41. · Dan. 13. · Ambroſ. · Conc. Afr.

§. X.

Iudicibus ſceleratis, & peſſimis, nunquam non ſuppetunt teſtes falſi ad quodlibet facinus.

QVaſi rem facilem proponat Iezabel, ſic dicit: *Submittite duos viros, filios Belial, & falſum teſtimonium dicant.* Non ait: Diligenter quærite, & omni ſtudio inuenire curate, ſed quaſi illis iam ad manus eſſent, ſic ait: *Submittite duos viros, filios Belial*, &c. Nec miror: vt enim nouerat iniquitatem, & malitiam Iudicum; ſic non dubitabat, præſtò illis eſſe turbam falſorum teſtium, ex quibus duos quamprimùm ſeligerent: Iudicum enim iniquorum tribunal nunquam non ſcatet falſis teſtibus ad quodlibet facinus peragendum. Dicebat D. Marcus cap. 14. *Multi falſum teſtimonium dicebant aduerſus eum, & conuenientia teſtimonia non erant.* Ecce tibi dum Principes Iudæorum conuenerant ad damnandum Ieſum, multi falſum teſtimonium dicebant aduerſùs eum; ſed non conueniebant inter ſe. Et quomodo fieri potuit, vt in talem conſeſſum tot ſeniorum, & Principum, & Optimatum multi falſi teſtes auderent venire? Ne mireris: vt Optimates illi, & Principes erant Iudices omnium peſſimi, ſic tribunal eorum teſtibus falſis non potuit non ſcatere. Ait Victor Antiochen. ibi: *Conuenerunt ſanè ad Concilium omnes: verùm illorum conſeſſus, nihil erat aliud penitùs, quàm peſtilentium hominum cœtus. Nec enim teſtimonia, quæ à ſubmiſſis teſtibus aduerſus eum afferebantur, conuenientia, hoc eſt, veritati conſentanea erant. Nam, vt illorum Concilium erat profanum, vtpote ex profanis, & ſceleratis impoſtoribus conſlatum: ita nihil non iſthic profanis turbis, & tumultibus erat plenum.* Non potuit ſceleratorum Iudicum Concilium non ſcatere mendacibus teſtibus, qui turmatim illò confluebant. Et quando ad ſceleratorum Iudicum tribunal non confluunt falſi teſtes? Dicitur Actor. cap. 6. *Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Aſia, diſputantes cum Stephano. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur. Tunc ſubmiſerunt viros, qui dicerent, ſe audiuiſſe verba blaſphemiæ in Moyſem, & Deum. Commouerunt itaque plebem, & ſeniores, atque Scribas,*

Marc. 14. · Vict. Ant. · Actor. 6.

& concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in Concilium. Et ſtatuerunt falſos teſtes, &c. Non exprimit, quot teſtes falſos ſubornaſſent; ſed eos in numero multitudinis deſignat, vt notat noſter Lorinus. Et quando cum Stephano ad ſceleratum Concilium currebatur, quis neget, eo confluxiſſe ingentem multitudinem falſorum teſtium? Oecumenius ibi teſtium falſorum multitudinem componit cum multitudine diſputantium cum Stephano: ait enim: *Quemadmodum per vnam multitudinem eſt diſputatio, ita & per alios eſt accuſatio.* Confluxerat ingens multitudo ex variis Synagogis, vt diſputaret cum Stephano: cùm autem ad Concilium itur, diuiſa eſt illa multitudo in duas multitudines, altera incumbet ad diſputationi, altera ſtruendæ falſæ accuſationi. Vbi enim ſceleratorum tribunal eſt, ſemper abundant falſa teſtimonia.

Lorin.

Oecum.

§. XI.

Non niſi inter deploratos homines inueniuntur, qui falſa in proximum teſtentur.

BEnè nouerat ſceleſta hæc fœmina, de qua hominum ſorte trahendi erant teſtes, qui falſum in Naboth dicerent: ait enim: *Submittite duos viros, filios Belial*, nimirum, homines totius virtutis expertes, quorum non minoris ſit deplorata ſalus, quàm deplorata ſalus Diaboli eſt. Neceſſe eſt enim tales eſſe, qui in proximum ſuum falſa dicant. Quò ſpectans Prouerb. cap. 6. ait: *Homo apoſtata, vir inutilis, & graditur ore peruerſo.* Chaldæus legit: *Homo calumniator.* Hebraicè autem ponitur: *Homo Belial.* Itaque ſub nomine Belial intelligitur homo non abſimilis apoſtatæ Angelo, & homo, qui calumnias falſas ſtruit proximo ſuo, & graditur ore peruerſo, nunquam non falſa de proximis vomens. Et quid inde? Ait ibi Textus ſacer: *Huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubitò conteretur, nec habebit vlteriùs medicinam.* Ecce tibi, vt ſortes inſanabiles naturæ, & deploratas, ponantur, qui falſa teſtimonia iaculantur in fratres. Hinc Actor. 6. dicit: *Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia, & Aſia, diſputantes cum Stephano. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur. Tunc ſubmiſerunt viros, qui dicerent, ſe audiſſe eum dicentem verba blaſphemiæ.* Circa quæ pulchrè ait D. Chryſoſt. *Quoniam & legis cognitione ſuperior erat Stephanus, aliſque intolerabiles, falſos quoque teſtes conſtituunt.* Sed ſcire cupis, ex qua hominum ſorte, aut ex qua Synagoga ij falſi teſtes adducti ſunt. Diſputatores iam diximus fuiſſe de Synagoga Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum: at teſtes falſi, de qua Synagoga eruebantur? Id exprimit Oecumenius ibi ſcitus: *Quemadmodum per vnam multitudinem eſt diſputatio, ita & per alios eſt accuſatio, & forma dolos texentium, & deploratorum.* Planè forma ſunt deploratorum, qui falsè, & dolosè accuſant proximos.

Prouerb. 6.
Chald.
Hebr. Lect.
Prouerb. 6.
Actor. 6.
Chryſoſt.
Oecum.

§. XII.

Quod ex Deo, & virtute tribunal eſt, non admittit teſtes, aut accuſatores, qui deprauatorum morum ſint.

NOuit Iezabel, cum quibus loquatur, quando ſecura dixit: *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum, & falſum teſtimonium dicant.* Loquebatur impia fœmina cum Iudicibus idololatris, & ſimilibus ſibi in impietate; & ideò non veretur ab illis petere, quòd perditorum morum homines adducant in teſtes contra Nabuthem: ſolum enim illud tribunal, quod à Deo, & virtute ſtat, non admittit teſtes, aut accuſatores, qui moribus depr[illegible] ſunt. Hinc Prouerb. cap. 6. dicitur: *Homo apoſtata inutilis eſt, & graditur ore peruerſo.* Hebraicè ponitur: *Homo Belial inutilis eſt.* Cùm enim Belial, & apoſtata idem ſint, meritò tales habentur inutiles ad omnia, etiam ad teſtificandum contra proximum ſuum. Ex quo dicebat D. Anaclet. epiſt. decretali 1.

Prouerb. 6.
Hebr. Lect.

Accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſua lege, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Tranſgreſſores enim legis ſuæ, eius que violatores, & recedentes, apoſtatæ nominantur. Omnis enim apoſtata reiiciendus eſt ante reſipiſcentiam ſuam, non in accuſatione rectè agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus. Hæc cauentur maximè in tribunalibus iuſtis, & fidelibus; à quibus deprauatorum morum accuſatores, aut teſtes prorſus arcentur. De punienda muliere adultera agens Dominus aiebat Ioan. cap. 8. *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Ecce tibi Dominus conuictæ adulteræ punitores non admittit, niſi eos, qui ſint ab omni crimine immunes. De hoc ſatis D. Cyrill. Alex. lib. 5. in Ioan. cap. 16. *Iuſſit, inquit, Moyſes adulteram lapidari ſecundum legem, ſed ab iis duntaxat, qui ſunt obſeruatores legis, non præuaricatores. Non enim fas eſt, neque iura ſinunt, tranſgreſſionem legis ab eiuſdem tranſgreſſoribus vindicari. Non prohibeo lapidare mœcham; ſed velim, id ab iis fieri, qui non minùs, quàm ipſa, aut grauiùs legem conculcauerint.* Sic Deus arcet à iuſtis tribunalibus, omnes eos, qui corruptis moribus viuunt, ne hi aduersùs proximum inſurgant, ſiue teſtes, ſiue accuſatores, ſiue punitores futuri.

Anaclet.
Ioan. 8.
Cyril. Al.

§. XIII.

Præſtantes virtute, & dignitate viri non à vilibus, & ſceleſtis hominibus ſunt accuſandi, nec damnandi. Vbi quantum tormentum ſit, quòd criminoſi proximos accuſent.

DIcebat illa: *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum.* Contra quem? Contra Nabothum, tantæ nobilitatis, & præſtantiæ virum, qui in Optimatum conſeſſu ipſe ſedebat primus. Quid turpius, quàm aduersùs tantum virum ſubmittere viliſſimos, & perditiſſimos homines, Belial filios? Mulierculæ ethnicæ illud erat iudicium: Dominus autem præſtantium virtute & dignitate hominum cauſas minimè tractari permittit niſi a ſimil[illegible]us. Hinc Ieſus Ioann. 2. *Inuenit in templo vendentes boues & oues, & columbas, & nummularios ſedentes. Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit*, &c. Ipſe per ſe fecit flagellum, & omnes illos venditores, & nummularios eiecit. Cur non magis id mandauit alteri? Cur maluit tantam ſeueritatem per ſe fieri? Credunt venditores illi, & nummularij Sacerdotes templi fuiſſe: qui autem tanta Sacerdotij dignitate pollebant, non permittuntur caſtigari ab indigno aliquo, & ſceleſto; ſed ab ipſo Deo. Ait D. Anaclet. epiſt. decret. 2. ſatus: *Accuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſuleres voluiſti, nemo, ſi ab idoneis, & probatiſſimis, qui & ſuſpicionibus, & ſceleribus careant, fieri debet: quia Dominus ſacros ſuos Corporis tractatores à vilibus, & reprobis, & non idoneis perſonis infamare noluit, nec talibus vlcare permiſit, ſed ipſe proprio flagello peccantes Sacerdotes è templ[illegible] eiecit.* Expende illa, nimirum: *A vilibus, & reprobis, ac non idoneis perſonis infamare noluit, nec calumniare permiſit.* Nunquam enim licuit in tribunali fidelium, quod viles & reprobæ perſonæ teſtimonium ferrent legitimum aduersùs viros & virtute, & dignitate conſpicuos. De Presbyterorum electione dicebat D. Paulus ad Titum, cap. 1. *Conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. Si quis ſine crimine eſt*, &c. Et quando ea eſt Presbyterorum dignitas, quæ perſonam ſine crimine exiſtentem requirat, quis patiatur, quòd homo criminibus plenus tantum virum accuſet, imò & puniat? Ait D. Anacletus ſuprà: *Electionem Summorum Sacerdotum ſibi Dominus reſeruauit, licèt electionem eorum bonis Sacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſerit. Electionem eorum taliter fieri Apoſtolus iubet: Si quis ſine crimine eſt*, &c. *Si enim ſine crimine Sacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis [illegible] accuſari, aut calumniari permittetur, nec ab aliis, quàm ab iis, qui ſine crimine ſunt.* Ipſa perſonæ præſtantia poſtulat, ne criminoſi, & ſceleſti admittantur in eius accuſationem, & damnationem. Et crede mihi, nunquam ſine ingenti diſcrimine, qui ſceleribus abundat, ſe in proximorum accuſationem, & damnationem intromittit. Adulteræ fœminæ

Ioan. 2.
Anaclet.
Tit. 1.
Anaclet.

minæ accuſatoribus dixit Ieſus Ioann. 8. *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra. Audientes autem vnus poſt vnum exibant, incipientes à ſenioribus.*

Ioan. 8.

Ecce tibi, qui accuſatores notiſſimæ adulteræ venerant, taciti, & nihil in ea accuſantes abibant. Et cur ſic relinquunt accuſationem, quam antea intrepidè iactabant? Illos ſine dubio perterrefecit, & ab accuſatione deterruit vox illa dicentis: *Qui ſine peccato eſt veſtrùm, primus in illam lapidem mittat.* Viderunt enim, vt criminoſi non ſine diſcrimine proximum accuſant. Ait D. Auguſt. ſer. 94 de Temp.

Auguſt.

Qui ſine peccato eſt, prior in illam lapidem mittat. Quando autem hoc dixit Phariſæis, leuauit oculos ſuos, & inſpexit terram & fecit eum tremere. At illi compuncti tremefacti ſunt, & vnus poſt alterum receſſerunt. Audita Dei voce timuerunt maximè criminoſi accuſatorum munus in fratres accipere, & ab illo quamprimùm fugiunt. Et meritò fugiunt: quia qui peccator ipſe cùm ſit, proximos cadentes accuſare, & caſtigare præſumit, fallar, niſi ex tali præſumptione non ſibi perditionem extremam acquirat. De Oza dicit 2. Reg 6.

2. Reg 6.

Extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratuſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate. Qui mortuus eſt. Ex quo pulchrè elicit Rupertus, quanta temeritate laborent, qui præſumunt corrigere proximos cadentes, cùm ipſi peccatores ſint. Quippe ait lib. 3 in lib. Reg c. 18.

Rupert.

Perdidit vitam, quia Arcam Dei timidè ſubleuat: quia nequaquam quis Sanctorum corrigere facta præſumeret, niſi de ſe prius meliora ſenſiſſet. Vnde & Leuites iſte Oza dicitur, quod, videlicet, robuſtus Domini interpretatur: quia præſumptores quoque, niſi audaci mente robuſtos ſe in Domino crederent, nequaquam meliorum facta, vel dicta, vel infirma iudicarent. Peccat ſerè neceſſum eſt, qui, cùm peccator ſit, præſumit poſſe aliorum facta corrigere.

§. XIV.

Non tam numerus, quàm probitas vitæ in teſtibus facit certum teſtimonium.

VAferrima mulier non probitatem, ſed numerum in teſtibus ſeruat legalem, dicens: *Submittite duos viros, filios Belial, contra eum,* &c. Sciens, cautum lege diuina, quòd in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, cauit illa, ne numerus deficeret, probitatem minimè curans, quæ maximè in teſtibus ab omni iuſto tribunali requiritur: ſi enim prauis moribus ſint teſtes, poſſunt in falſum teſtimonium confingendum conuenire. Quò ſpectans Conſtitutio Apoſtol. lib. 2. c. 53. dicit: *Si teſtis bona conſcientia repertus fuerit, tamen non habeatur fides, ſolus; eſt enim id contra leges: ſed habeant alios teſtes ſimilibus moribus præditos, prout lex iubet Matth. 18. In ore duorum, vel trium, ſtat omne verbum.*

Conſt. Ap.

Eam autem ob cauſam diximus mores illorum inueſtigandos eſſe, cuiuſmodi ſint, quoniam ſæpenumerò euenit vt duo, vel plures in re mala teſtimonium dicant, & concordes falſum defendant: quod factum eſt in Babylone à duobus ſenibus in Suſannam, & Samariæ à filiis iniquorum in Nabutheum, & in Ieruſalem à multitudine Iudæorum in Dominum, & in Stephanum eius Protomartyrem. Et quando in duorum ſceleſtorum hominum ore falſum teſtimonium aduersùs Sanctos inuenitur, certum eſt, non tam à numero, quàm à probitate teſtium venire teſtimonij certitudinem.

§. XV.

Diuini nominis nunquam non maximus habendus honos.

HOc erat crimen Nabotho affictum, nimirum: *Benedixit Naboth Deo, & Regi.* Lucifer Calaritanus legit:

Calarit.

Maledixit Naboth Deo, & Regi. quod apertiùs oſtendebat delictum admiſſum contra Deum. Sed Textus ſacer per antiphraſim de more poſuit, *benedixit*, pro, *maledixit*, ne Dei nomini indecorum vocabulum adiungeret: nunquam enim non debet maximus haberi honor Nomini diuino. Cauebat lex Exodi 22. dicens: *Diis non detrahas.*

Exod. 22.

Et ibi à non nemine Dij gentium intelliguntur: quaſi ea fuerit cura Deo vero, ne falſis Diis aggererentur maledicta. Sed cur verus Deus caueat, ne falſis Diis maledicta

dicantur? Hoc non fit in idolorum bonum, ſed in honorem Nominis diuini illis attributi, ne quid indecorum & malum Nomini Dei vnquam videatur adiunctum, cui maximus honor ſemper debet impertiri. Ad hæc dicebat Philo lib. 3. de vita Moyſis: *A Diis gentium abſtineri oportet maledictione, ne quis aſſueſcat vllo modo appellationem Dei contemnere. Semper enim amabilis eſt, & plauſibilis.*

Philo.

Vbicunque Nomen Dei inueniatur, ſemper debet eſſe in plauſu, & honore. Antiquitùs non viſebatur Dei Nomen, niſi in lamina aurea poſita in capite Summi Sacerdotis, vt notat Chryſoſt. hom. 26. ad popul. Sic ſemper Dei Nomen non debet eſſe niſi in labiis aureis, hoc eſt, in homine, cuius vita aurea ſit tota, ne vlla macula inuratur tanto Nomini. Vnde dicebat Dominus Matth. c. 5. *Ego autem dico vobis non iurare omninò.*

Matth. 5.

Et cur omne iuramentum tollitur? Iuramentum non requiritur, niſi vt noſtra dicta fidem certam exhibeant: at vſurpatio Nominis diuini, qualis in iuramento eſt, maiorem munditiem ſupponere debet in homine, quàm ea, quæ ſufficit, vt certam fidem faciat ſuorum dictorum. D. Athanaſ. orat. in paſſ. Dom.

Athan.

Si quis planè dignus eſt, vt nominet Deum, dignus quoque eſt fide, vt ei citra iuſiurandum credatur. Quiſquis enim ad maiora idoneus eſt, multò magis ad minora idoneus fuerit. Expende iſta: *Quiſquis ad maiora idoneus,* &c. quippe maius eſt, quòd quis eam vitæ puritatem habeat, qua honorificè poſſit nominare Nomen Domini, quàm vt dignus ſit fide, vt ei citra iuramentum credatur. Is ergo honor habendus eſt Nomini Dei, vt non habeatur in ore eius, qui indiget iuramento, vt ſibi credatur. Talis enim non accedit ad illam magnitudinem puritatis, quæ requiritur, vt honorificè, & idoneè poſſit Nomen Dei nominari. Hinc patet, quanto piaculo quis Dei Nomen tam vili habeat, vt illud vaniſſimis creaturis adaptet. Cauebat lex Exod. 20. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* Et Exod. 8. dicebat Dominus Pharaoni:

Exod. 20.

Exod. 8.

Ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, quæ aſcendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratum tuum, & in domos ſeruorum tuorum, & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ. Noua hæc, & inaudita proponitur Pharaoni plaga ranarum; quæ relictis lacunis, & fluuiis penetrent Principum palatia, & humiles caſas, adeò vt & in Regum penetralibus, & in furnis ipſis viſantur, audiantur. Et quod miremur magis, harum ranarum plaga creditur à plurimis Sanctorum Patribus reſpondere præcepto illi de non aſſumendo Nomine Dei in vanum. Sed quid ranæ hæ adeò moleſtæ, & frequentes palatiis, domibus, caſis, furnis, cum præcepto de Nomine Dei non aſſumendo in vanum? Creduntur ranæ hæ vaniſſimi eſſe Poetæ, qui verſibus ſuis non dubitant Nomen Dei, vocabulum Deitatis mulieribus aptare, quorum cantus ſic penetrant vniuerſas domus, vt nec Regum palatia, nec priuatorum cubicula, nec penetralia virginum, nec homuncionum caſæ, nec furni inueniantur, vbi hi ſtolidiſſimi harum ranarum cantus non audiantur, non auidè legantur. O ingens plaga mundi deuaſtans regna! Accipite Rupertum fantem: Tertium legis eſt mandatum: Non aſſumes Nomen Domini tui in vanum. Huius mandati præuaricatoribus fœditatis opprobrium in ranis præfiguratum eſt. *Quinam ſunt igitur iſti vaniloqui, qui nomen Dei in vanum aſſumunt, niſi maximè loquaces Poetæ? Hi planè aſſumunt nomen Dei in vanum, verbi gratia, cùm adultero Ioui, & meretriculæ Veneri nomen Dominationis adſcribunt. Et illæ quidem ranæ permoleſtæ fuerunt, ingredientes in domum Regis, & in domum ſeruorum eius, & in furnos eius: iſtæ autem ranæ, id eſt, fabuloſi Poetæ animæ exitiales extiterunt,* &c.

Rupert.

Hi vaniſſimi aſſumunt nomen Dei in vanum, illúdque maximè vilipendunt, dum illo delicias ſuas ornant, & hac vanitate implent palatia, Monaſteria, caſas, & omnia inficiunt hac quaſi ranarum fœditate. Fallar, niſi hæc ſit ingens mundi plaga.

§. XVI.

Qui inhonorè tractat Dei nomen, pereat, neceſſum eſt.

POſito, quòd benedixerit Deo, hoc eſt, quòd malè haberet Nomen Dei, iam illud ſupplicium ſequitur, nimirum: *Et educite eum, & lapidate, ſicque moriatur.* Et quidem Nominis diuini contemptori mors vicina eſt. Iob
Iob 2. c. 2. dicebat eius vxor: *Benedic Deo, & morere.* Græcè le-
Græc. Lect. gitur: *Dic verbum contra Deum, & morere.* Quaſi nihil medium ſit inter Nominis diuini contemptus, & mortem. Circa quæ dicebat Apollinaris in Cat. Græca *Tu ve-*
Apollin. *re, quæ de blaſphemia fueris ſententia mulieri, cognoſce. Blaſphemiam enim ſolam idoneam eſſe ſtatuebat, quæ ſubitam necem afferret.* Mulier, quæ de venenis, & toxicis multa nouit, nullum adeò efficax ad mortem ſubitam afferendam putat, vt eſt blaſphemia in Deum. Nec miror, quando vel ſola diuini Nominis indecora nominatio lethalis eſt. Cauet lex Leuitici cap. 24. *Homo, qui maledixerit Deo ſuo,*
Leuit. 24. *portabit peccatum ſuum: & qui blaſphemauerit Nomen Domini, morte moriatur.* Quæ verba ſic etiam leguntur apud Philonem ex Septuaginta: *Quiſquis execratus fuerit Deum, peccato obnoxius eſto. Quiſquis autem nominauerit Nomen Domini, capitalis eſto.* Vbi noſter pouit: *Qui blaſphemauerit Nomen Domini.* ponunt illi *Qui nominauerit Nomen Domini*, vt pateat, quòd non ſolum blaſphemia, ſed quælibet indecora, & indiſcrétaque diuini Nominis nominatio præſentiſſimam, & ineuitabilem mortem affert. Ait Philo lib. 3. de vita Moſis: *Quod ſi quis, non dico, blaſphemauerit hominum,*
Philo. *Dei, ſimque Dominum, ſed auſus fuerit vel nomen eius intempeſtiuè proferre, pœnam luat capite. Quomodo enim merentur venia, qui temerè abutuntur ſanctiſſimo Dei Nomine tantùm ad explendum ſermonem, non aliter, quàm profanis vocibus?* Planè omni venia indigni ſunt, ſibique præſentiſſimam mortem ex Deo negotiantur, qui ſanctiſſimi Dei Nominis vel ſonum non verentur; ſed illud paſſim irreuerenter, abſque vlla animi conſideratione effantur.

§. XVII.

Diuini Nominis contemptores in cordis duritiem deueniunt.

DE ſupplicio contemptoris Nominis diuini dixit: *Educite eum, & lapidate.* Et cur non alio mortis genere pereat, qui Dei Nomen contempſit, niſi lapidibus obrutus? Supplicium reſpondet eius conditioni: vt enim talis cenſetur habere in corde lapideam duritiem, ſic lapidibus perimitur. Simile quid iubebat lex Leuitici cap. 24. aiens: *Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant*
Leuit. 24. *omnes, qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus.* Ecce tibi, vt ex Deo iubetur homo diuini Nominis contemptor lapidari: & quidem non alia cauſa, niſi vt lapideum cor pereat inter lapides. Ait Philo lib. 3. de vita Moſis: *Dominus iuſſit eum lapidari, adeò,*
Philo. *ſicut opinor, ſaxis plectendum pronuncians, quòd animam haberet duram, & ſaxeam.* Crede mihi: de contemptu Dei Nominis ad illam duritiem cordis venis, qua videaris lapideſcere. Et quidem Sapiens Eccleſiaſtici c. 27. quaſi lapidicinam credebat eſſe in corde contemptoris Nominis diuini; & quot contemptus, quot blaſphemiæ inde exibant, tot lapides putabat in cælum iaculatos, cùm dicit: *Qui*
Eccli. 27. *in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet.* Qui lapis magis in altum mittitur, quàm contemptus diuini Nominis? Iſte, vt de lapideo corde exit, ſic & lapis eſt, & mortem contemptori affert. Circa quæ ait D. Chryſoſt. hom. 3. de incomprehenſibili Dei natura fatus: *Blaſphemus tueſuit hominibus: Lapidem, quem ſurſum iaciunt in excelſum, in ipſorum caput intrunt, & concidunt. Quemadmodum enim, qui lapidem*
Chryſoſt. *illum iaculatur, corpus cæleſte non attingere, nedum lacerare poteſt, plagam autem ſuo capite excipit: ita qui blaſphemat, &c.* Eadem eſt conditio contemptoris diuini Nominis, & iaculatoris lapidum in altum. Nec differt, ſi blaſphemiam dicas, aut, ſi mittas in Deum lapidem. Et quid aliudà lapideo corde iaculari poteſt niſi lapidem, quo ipſe iaculator miſerè cadat?

§. XVIII.

Nulli facinori parcunt homines, vbi Regibus illo placent.

HOrrendum facinus mandabat Iezabel; ſed, vt mandauit, ſic fuit factum: ait enim Textus: *Fecerunt ergo ciues eius maiores natu, & Optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, ſicut præceperat eis Iezabel.* Et quale facinus non aggrediuntur homines, ſi illo potentioribus placent? De Ieſu adſtante coram Anna, & illi reſpondente de doctrina, locutus Ioan. cap. 18. ait: *Vnus aſſiſtens miniſtrorum* Ioan. 18.
dedit alapam Ieſu, &c. Quid ſceleſtius, quàm quòd vnus homuncio audeat coram Pontifice faciem percutere eius, qui tot miraculis ſe probauerat Dei Filium? Vnde ortum habuit tam incredibilis audacia in hoc miniſtro? Suſpecti erant miniſtri Principibus Ieroſolymitanis de affectu circa Ieſum: is autem, ne quid tale ſuſpicarentur de illo Principes; ſed magis credens illis placere, non dubitauit tam immane facinus peragere. Ait tandem D. Cyrill. lib. 12. in Ioan. cap. 46. *Idcircò ne de animo ſuo,* Cyril.
beneuolentiáque Principes ſuſpicarentur, alapa Chriſtum cædit. Ea eſt hominibus inſita ambitio placendi Principibus, & potentioribus, vt nulli facinori parcant, ne ab illorum beneuolentia cadant. Dicit Matth. cap. 26. *Principes autem* Matth. 26.
Phariſæorum, & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium aduersùs Ieſum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent. Multi accedebant ad Concilium, qui norant falſa teſtificari: at verò in præſenti Ieſu cauſa, nihil inueniebant, quod etiam falsò dicerent contra Ieſum, & Principum venarentur gratiam. Ex quo ſummam Chriſti munditiem, & ſanctitatem colligit Origenes homil. 35. in Matthæum, fatus: *Mundiſſimam autem, & omninò irreprehenſibilem fuiſſe vitam Ieſu in* Orig.
hoc demonſtratur, quòd non inueniebant aduerſarij eius, quod dicere poſſent aduersùs eum: Aduersùs Ieſum enim nec color inueniebatur, qui poſſet contra eum adinuare mendacia, & hoc cùm eſſent multi volentes gratiam tribuere Caiphæ, & Principibus Sacerdotum, & Scribis, & ſenioribus, & vniuerſo Concilio hoc ipſum audire deſiderantes. Expende illa, nimirum: *Cùm eſſent multi volentes gratiam tribuere Caiphæ, & Principibus, &c.* quippe ea eſt cupiditas hominum placendi Principibus in eo, quod ipſi deſiderant, vt nullum non dicerent facinus de Ieſu, niſi mundiſſima, & ſanctiſſima eius vita eos apertè oſtenderet falſos. Miraculosè enim de tanta Ieſu munditie venit, quòd qui curabant in eo placere Principibus, non aliquod inauditum de illo poſſent effingere mendacium. Nulli enim effingendo parcerent, quando in eo gratiam Principibus facerent.

§. XIX.

A vicinis, & notis maius in nos ſolet venire malum.

ECce tibi, qui nefarium facinus aduersùs Nabothum peragunt, nimirum ait Textus: *Fecerunt ergo ciues eius maiores natu, & Optimates, qui habitabant cum eo in vrbe,* &c. Non externus aliquis venit, qui nefariam mortem inferret Nabotho; ſed ipſiſſimi ciues eius, qui cum eo ſimul in vrbe habitabant, totam illam tragœdiam executioni mandarunt. Crede mihi: à nullis citiùs in nos malum venit, quàm à vicinis, & notis. De Ieſu nato, ſpectatiſſimo Iudæorum Rege audientes Herodes, & Iudæi turbati ſunt. Dicit Matth. 2. *Cùm audiſſet hoc Herodes Rex,* Matth. 2.
turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo. Turbetur Herodes, quia extraneus, de aduentu Meſſiæ: at Iudæi in aduentu Regis ſui cur turbantur? Cur non magis illum quærunt? Euthymium ibi fantem accipite: *Excæcauit Iudæos inuidia, ſtatimq́; audientes turbati ſunt, quaſi timentes, ne ſalutem conſequerentur. Perſæ verò, cùm eſſent* Euthym.
extranei, nec ſolùm nato non inuiderunt, imò à finibus ſuæ regionis vſque Bethlehem propter eum venerunt. Iudæi autem cùm eſſent cognati, etiam gloriæ eius inuiderunt, ne fortè magnus futurus eſſet. Qui ab externis adorabatur; à vicinis, & cognatis ingentem maleuolentiæ, & inuidiæ ſarcinam ſuſtinebat. Hinc vbi Herodes furebat in pueros, dictum eſt Ioſeph Matt. 2. *Accipe Puerum, & Mariam,* Matth. 2.

Matrem

Matrem eius, & fuge in Ægyptum. In Ægyptum iubetur fugere cum Puero, cur non magis in patriam Nazareth fugeret, quò non perueniit Herodis perſecutio? Herodes ſolos pueros, qui erant in vicinio Bethlehem occidi iuſſit: Maria autem, & Ioſeph non ibi, ſed Nazareth habitationem ſuam habebant. Illò igitur reuerti ſecuriſſime mandarentur, vbi apud ciues, & cognatos puerum cuſtodirent. Cur non ſolùm Bethlehem; ſed & Nazareth fugiant? Nonne ſecuriùs viueret Puer diuiniſſimus inter cognatos, & notos, qui erant illi & ſanguine iuncti, & vicinitate propinqui? Minimè: dicit enim Euthymius ibi: *Eos tantùm pueros occidit Herodes, qui in Bethlehem, & finibus eius erant, non, qui in Nazareth. Sed prouiderat Deus, ſi in Nazareth manſiſſet, inuecundum Herodis, ideò etiam nô ipſa fugere iuſſit.* Apud cognatos, & vicinos maius præuiderat Deus periculum Filio ſuo, & ideò meliùs cauet, ne ad illos eat, ſed ad extraneos Ægyptios. Solet enim in nos maius malum venire à notis, & vicinis, quam ab alienigenis. Cùm agitur de eligendo Rege Iſrael natum, dicit Dominus Samueli 1.Reg.16. *Mittam te ad Iſai Bethlehemitem, prouidi enim in filiis eius mihi Regem.* Regem futurum dicit e filiis Iſai, at nominatim qui futurus ſit, non deſignat. Et cur eum nominatim non deſignat? Cauebat fratrum, propinquorúmque inuidiam, quæ in eum exſurgeret, ſi nouiſſent. Ait D. Chryſoſtomus homil. de imperio, & poteſtate, habita tom. 6. *Quare non dixit. Vnge mihi Dauidem in Regem, ſed, vnum ex illis legiſſe? Ne Dauidis aſſideret, quid enim fratres ſentire? ſunt, qui in Regem quærebantur, et inſidiati ſunt; itaque metuendum erat, ne & iſti idem molirentur.* Sic à propinquis metuendum eſt malum in nos poſſe venire. Quæ tradenda dicta tom. 4. de Chriſto figur. lib. 8. cap. 3. § 26. & alibi.

3.Reg.21. Prædicauerunt ieiunium: & ſedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris, filiis Diaboli, fecerunt eos ſedere contra eum. At illi, ſcilicet, vt viri diabolici, dixerunt contra eum teſtimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum, & Regem. Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt eum.

§. XX.

Quæ difficultates à iuſtis ſubeuntur ob virtutem, ab impiis ſubeuntur ob facinora.

VT perdant Nabothum, eique vineam eripiant, quid faciunt impij? Dicit Textus. *Prædicauerunt ieiunium, & ſedere fecerunt Naboth inter primos populi.* Et ieiunant impij, & primas cedunt, vt perdant innocentem, & rapiant à Diabolo eſcam ſibi. Sic non minores difficultates ſubeunt ob facinora, quam iuſti ob virtutes. De illis dicitur Iob c. 24. *Quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, vigilantes ad prædam, præparant panem liberis. Agrum non ſuum demetunt, & vineam eius, quem vi oppreſſerunt, vindemiant.* Vt vineam, meſſemque iuſto poſſeſſori eripiant, deſertum incolunt: ſunt enim quaſi onagri in deſerto. Vigiliis ſe dedunt, ad prædam vigilantes, eleemoſynas largiuntur: præparant enim panem liberis. Caten. Græca: *Factum eſt panis eorum in iuniores.* Symmachus, *in adoleſcentes.* Non dubitant enim frangere panem ſuum in adoleſcentes pauperes, quorum opera vtantur in latrocinijs. Sicque pro eripienda proximorum ſubſtantia, & deſerti incommoditates ſuſtinent, & vigilias, & eleemoſynas, & ieiunia. Quod aliud faciunt Anachoretæ pro Deo, & virtute? Actor. cap. 23. dicitur: *Collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & deuouerunt ſe, dicentes, neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.* Pro perdendo Paulo ſeueriſſimis ſe mulctant ieiuniis. Omnia enim, quæ à virtutibus veniunt difficilia, illi ſubeunt, vt incumbant latrocinijs. Pro quo dicebat ibi Beda: *Cùm Dominus dicat: Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, iſti è contra iniquitatem eſuriunt, & ſanguinem adeo ſitiunt, vt cibos etiam corpori ſubducunt, donec iuſti morte ſatientur.* Quas ſites, inediáſve patiuntur iuſti propter iuſtitiam; eaſdem patiuntur impij propter peragenda facinora.

§. XXI.

Facinoſorum hominum eſt, ſub virtutis ſpecie proximum perſequi.

ECce tibi, & religionem ieiunij, & ſpeciem iudicij præmittunt, vt perdant Nabothum: dicit enim Text. *Prædicauerunt ieiunium: & ſedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris, filiis Diaboli, &c.* Vocantur teſtes falſi, filij Diaboli: at Iudices, qui eos ſubmittebant, cuius erant filij? Crede mihi: ſeruabatur hic & ieiunij religio, & forma iudicij, non vt iuſtitia ſeruetur à filiis Dei, ſed, vt à facinoroſiſſimis omnium exerceatur latrocinium. Non abſimile ait Matthæus cap. 26. de Sacerdotibus, & Scribis: ſic enim fatur: *Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium quærebant falſum teſtimonium aduerſus Ieſum: & non inueniebant.* Et cur tam anxij erant pro quærendis falſis teſtibus? Si ſanguinem Ieſu ſitiebant, quando eum tenebant, cur ſine teſtibus, ſine tribunalis apparatu eum non occidebant? Eſt hoc facinoroſorum hominum ingenium, quòd ſub virtutis prætextu, & larua pietatis gaudeant ſua peragere facinora. Hinc dicit Chryſoſt. hom. 33. in Matth. *Figura ibi duntaxat iudicij erat, re autem ipſa latronum impetus.* Quando ſola figura, & larua iuſtitiæ præmittebatur, quid inde exiret, niſi latronum facinora. Actor. 23. dicebat adoleſcens quidam Tribuno: *Inſidiantur autem Paulo ex eis viri amplius quadraginta, qui ſe deuouerunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum.* Ieiunij religionem prætendebant, vt Paulum de vita tollerent. Circa quæ ait D. Chryſoſtomus hom. 49. in Acta: *Ecce ieiunium, homicidij mater. Tales ſunt venandi artes Diaboli, qui prætextu pietatis laqueos tendit. Hoc non Sacerdotum, ſed latronum; hæc non Principum, ſed facinoroſorum.* Planè de facinoroſis hominibus venit, quòd ſub virtutis ſpecie perſequantur proximum vſque ad mortem.

§. XXII.

Mors durior homini in honore, & bonis quieſcenti.

PErdituri Nabothum adeò in primis honorificè excipiunt, vt eum inter primos populi conſiſtere faciant: ſic ait Text. *Et ſedere fecerunt Naboth inter primos populi.* Cur primam honoris ſedem das ei, cui ignominioſiſſimam paras mortem? Planè faciunt, vt inter primos ſedeat, vt illi mors accidat intolerabilior. Quis enim in bonis fortunæ, & honoris quieſcens non durius, & intolerabilius rapiatur ad interitum? De hominibus diluuio caſtigatis locutus Dominus Geneſ. 7. ait: *Anno ſexenteſimo vitæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimo decimo die menſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi, &c.* Et creditur iſte menſis ſecundus, fuiſſe verni temporis menſis, quando terra ditatur, & floribus, & fructibus. Et cur Deus in menſe diti, & florido tam luctuoſam pœnam homini infert, niſi vt inde illi naſcatur ſenſus doloris durior? Ait D. Ambroſius lib. de Noe, cap. 14. *Eſt etiam illa non perfunctoria conſideratio, quòd ſexcenteſimo anno Noe, menſe ſecundo, vigeſima, & ſeptima menſis fit diluuium. Secundum menſem verni eſſe temporis non ambigitur, quando augentur naſcentia, ager parturit, terrarum paſſim, atque animantium fœtura ſe fundit. Tunc ergo fecit diluuium, quando dolor eorum maior foret, qui in ſua abundantia puniebantur, tunc vltio terribilior.* Equidem terribilius erat homini de honoris abundantia, & bonorum plenitudine ad mortem venire. Quæ nunquam ſolet non eſſe dura illis, qui fortunatè requieſcunt. Vt enim ex miſeria fit leuis mors, ſic grauis eſt ex fortuna, & vitæ ſplendore. Clamabat Iob cap. 3. *Quare miſero data eſt lux, & vita iis, qui in amaritudine animæ ſunt?* Circa quæ dicebat Polychronius in Cat. Græca: *Mœrentis, & feſſi tantùm ſunt illæ voces. Quid fit, cur ij, qui calamitatibus vexandi erant, in vitæ ſtadium ingrediantur. Nam ætatem cum aliis*

degere iucundum ſit iis, qui & ſplendore præditi ſunt, & firma corporis fruuntur valetudine. Quibus verò hæc ipſa denegata ſunt, iis a vel . . . , quæ commodis huic ipſi vitæ poſſunt afferre. Miſeris, & afflictis vita iniucunda eſt, & valdè moleſta: felicibus autem, qui & in ſplendore ſunt, vt placida eſt vita; ſic mors moleſtiſſima.

§. XXIII.

Blaſphemo nullus debet honor permitti.

MEntita eſt iniquitas ſibi, dum blaſphemiæ damnandum Nabothum, honorificè inter primos populi ſedere fecit. Ait enim Textus: *Et ſedere fecerunt Naboth inter primos populi.* Planè quem ſic honorant, eo ipſo teſtantur non eſſe blaſphemum. Quid blaſphemus commune habet cum honore? Luc. 16. *Erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis, vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat: Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis,* &c. Dicitur Lazarus fame oppreſſus, & vlceribus plenus ſuſtinuiſſe diuitis inhumanitatem, ad cuius ianuam iacebat. Sed non dicitur, quali patientia ibi eſſet. Cur non magis dicit, an patienter illa ſuſtulerit. Vel an in tanta miſeria conſtitutus maledixerit, aut blaſphemauerit Nomen Domini, quod non pauci afflicti homines facere ſolent? Dum explicatur honor ab Angelis illi exhibitus, ſatis oſtenditur ille patientiſſimus fuiſſe, non blaſphemus: blaſphemo enim nullus honor permitteretur. Ex quo ſic dicit Theophylactus: *Num igitur Lazarus in tantis malis blaſphemabat? Num prouidentiam Dei reprehendebat? Nihil horum; ſed fortitudinem, & magna Philoſophia. Vnde manifeſtum eſt ex eo, quòd Angeli ipſum mortuum ſuſceperint. Nam, ſi obmurmurator fuiſſet, & blaſphemus, nequaquam tantum honorem fuiſſet conſecutus, & Angelorum comitatu ſtipatus.* Expende illa: *Neutiquam tantum honorem fuiſſet conſecutus.* quippe in blaſphemum non permittitur honor venire, ſed vituperium. Primitiui Chriſtiani aliqui ſic morem gerebant potentibus gentilibus, vt deſpectis fratribus pauperibus, illos magno exciperent honore. Quod ab animis fidelium extirpare cupiens S. Iacobus in Canonica ſua, cap. 2. ait: *Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipſi blaſphemant bonum Nomen, quod inuocatum eſt ſuper vos?* Sic Apoſtolus Chriſtianis ſuis proponit diuitum tyrannidem in eos, & blaſphemias, quibus nomen Chriſtianum petebant. Et cur tam apertè diuites illos blaſphemos vocat coram populo ſuo? Vt populum deterreret ab honore illis impertiendo. Ait Primaſius ibi: *Sic illos non debetis honorare, qui blaſphemant Nomen Domini, quod eſt inuocatum ſuper vos.* Quippe nullus honor dandus eſt illi, qui agnoſcitur blaſphemus. Sed ab omni honorifico cœtu maximè ſunt expellendi. Dicebat S. Iudas in Can. de perditis hominibus: *Hi autem quæcunque quidem ignorant, blaſphemant.* Quæ verba tractans D. Ephrem Paræneſ. 43. ait: *Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, & in perniciem, in his, quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedem iniuſtitiæ.* Expende illa: *Hi verò velut irrationabilia pecora,* &c. Vt eos blaſphemos notat, ſimul ab hominum cœtu excludit, & abigit in pecorum, brutorúmque turbas.

Luc. 16. — Theoph. — Iacob. 2. — Primaſ. — Iud. Can. — Ephrem.

§. XXIV.

Diabolus nunquam non iuuat, & comitatur iuſtorum perſecutores.

VEnio ad illa: *Et adductis duobus viris, filiis Diaboli, fecerunt illos ſedere contra eum,* &c. Filios Diaboli adducunt aduersùs Nabothum: nunquam enim ſine Diabolo itur in iuſtorum perſecutionem. Hinc de Chriſtianorum perſecutore Iuliano locutus Nazian. orat. 4. ait: *Duplicem ſecum exercitum mouens, alterum militum, alterum Dæmonum, à quibus ducebatur, & quorum ope ipſi confidentia magis utebatur, aduersùs Perſas expeditionem ſuſcepit.* Expende illud: *Alterum militum, alterum Dæmonum.* Sunt enim præſtò Dæmones perſecutoribus bonorum, vt ſimul cum illis iuſtos impetant. Poſt repudiatam non ſemel à Ioſeph dominam ſuam dicit Textus Geneſ. 39. *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quidquam abſque arbitris faceret, & illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius diceret: Dormi mecum,* &c. Ecce nequam fœmina aggreditur caſtiſſimum Ioſephum. Et quomodo aggreditur eum? Pugnam pulchrè depingit D. Chryſoſt. orat. de Ioſeph, tom. 6. fatus: *Videre erat eximium ſpectaculum, non terrenum, ſed cæleſte: ſiquidem erat Ioſeph in ſummata tentationis decertans, patefactam ſuccus ſtadium, certamine conficiebuntur, agonotheta de cælo ludum intuebatur, & Angelorum coetus certamen proſpectabat, inferius Dæmones Ægyptiæ præmia proponebant. Nam Ægyptiæ fauebant Dæmones.* Quippe vbi in caſtiſſimum iuuenem concurritur, non ſola Ægyptia, ſed cum illa Dæmones impetum faciunt.

Nazian. — Gen. 39. — Chryſoſt.

§. XXV.

Lingua filios Dei, vel filios Diaboli deſignat.

VIri adducti contra Naboth, filij Diaboli dicuntur: dicit enim Textus: *Et adductis duobus viris, filiis Diaboli, fecerunt illos ſedere contra eum. At illi, ſcilicet, vt verè diabolici, dixerunt contra eum teſtimonium,* &c. Nec miror, quod hi filij Diaboli dicantur, quando contra Nabothum conſtituti in eum contorquent linguam, dum multa falſa, & iniqua de illo dicunt. Quippe ex malignitate, aut bonitate linguæ oſtenditur quis aut Dei, aut Diaboli filius. Apocalypſis cap. 13. dicitur de beſtia magna: *Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cælo habitant.* Sed & de Ieſu meo dictum eſt Matthæi cap. 5. *Et aperiens os ſuum docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu,* &c. Compone modo Filium Dei, & filium Diaboli; Agnum innocentiſſimum, & beſtiam ſanguinolentam: vterque aperit os, vterque loquitur: ſed filius Diaboli loquitur blaſphemias, Filius Dei beatitudines. Quod notans Rupertus ibi lib. 8. dicit: *Omnia illius contraria ſunt eis, quæ de Chriſto dicuntur. Primò, quòd datur illi os loquens magna, ori Chriſti contrarium eſt. Et hic quidem in blaſphemias in Deum illud os magniloquum aperiet. Ieſus autem in confeſſionem, & in laudem Dei os ſuum aperuit. Item, ille non ſolùm Nomen Domini, ſed & eos, qui habitant in cælo blaſphemabit: Ieſus autem non ſolùm Deo Patri, Domino cæli, & terræ confeſſus eſt, ſed eos, qui in cælis habitant, & habitaturi ſunt, honorificauit ſicut in Euangelio ſcriptum eſt: Aperiens os ſuum docebat eos dicens: Beati,* &c. Vide, quàm aliter ſonet lingua filij Diaboli, & lingua filij Dei: illa blaſphemias in Deum, hæc laudes Dei ſonat: illa dehoneſtat etiam Sanctos, illóſque multis ſceleribus affictis curat dedecorare; hæc vel pauperculos honorificat, & in cælum euehit. Hanc differentiam linguarum notabat etiam S. Iudas in ſua Canonica fatus: *Cum Michael Archangelus cum Diabolo diſputans altercaretur de Moyſis corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi Dominus. Hi autem, quæcunque quidem ignorant, blaſphemant.* Compone modo Michaelem filium Dei, & filios Diaboli: ille etiam altercans cum Diabolo, non eſt auſus aduersùs illum malum, & acre verbum dicere; hi autem non ceſſant aduersùs Deum, & proximos blaſphemias iacere.

Apoc. 13. — Matth. 5. — Rupertꝰ — Iud. Can.

§. XXVI.

Nunquam non à Diabolo venit, quòd proximo malum inferat.

MEritò filij Diaboli dicuntur, qui aduersùs Nabothum teſtificantur, dicente Textu: *Adductis duobus viris, filiis Diaboli, fecerunt illos ſedere contra eum: at illi, ſcilicet, vt viri diabolici, dixerunt contra eum,* &c. Et cur non filij Diaboli, qui linguis ſuis mortem Nabotho negotiantur? Dicebat Ioan. 1. epiſtol. cap. 3. *In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij Diaboli. Omnis, qui non eſt iuſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio. Vt diligatis alterutrum.*

Ioan. 1.

ſeruitutem. Non ſicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum. Vbi ergo in fratris tractatur, ibi non Deus, ſed Diabolus ſtetit, ne illum eſt. Quo ſpectans Rupertus lib. 8. in Apocal. fatur. *Hoc eſt ſignum, in quo cognoſcant hi, qui ex Deo ſunt, ex maligno illum eſſe malignum, qui occidet, quod non facit, qui ex Deo eſt.* Rup. 18. *Hoc audiat, ſi quis habet aurem. Et cùm viderit illum gladio occidentem, niſi ſcientiæ copiam, vel teſtimoniorum de Scripturis non habet abundantiam, ſaltem ex hoc ſolo, quòd ille homicida eſt, ſciat, quòd ex Deo non eſt.* Non eſt ex Deo, ſed ex Diabolo, qui mortem curat inferre fratri. Hoc erit edictum in fine mundi ab Antichriſto publicatum, Apocal. cap. 13. Apoc. 13. *Quicunque non adorauerit imaginem beſtiæ, occidatur.* Ex quo pulchrè arguit Rupertus ſuprà fatus: *Igitur inexcuſabiles erunt, quicunque beſtiam talem adorabunt.* Rupert. *Hi bunt enim ſignum, quo cognoſcant certiſſimè eſſe illum non Dei, ſed Diaboli filium, vtpote hominem homicidam, hominem ſanguinarium.* Cùm audis ſanguinem hominis ab aliquo peti, inexcuſabilis es, ſi adhuc non credis, illum eſſe filium Diaboli: à Deo enim non venit, quòd mortem inferas fratri. Quò trahenda dicta tom. 2. in Euang. lib. 9. cap. 2. § 29.

§. XXVII.

Deo nullus inacceſſus eſt locus.

VT perderent Nabothum, *Eduxerunt eum extra ciuitatem.* Sed nunquid eduxerunt eum extra locum, in quo Deus illi adeſſe non poſſet. Nullus enim locus inacceſſibilis Deo eſt. Dicit Lucas cap. 4. *Cùm autem Sol occidiſſet, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens curabat eos.* Luc. 4. Ponit Lucas tempus, quo Ieſus incumbebat curationi, nimirum, cùm occidiſſet Sol: an, quia antea non aſſiſteret egentibus? Abſit: Ieſu enim nullum tempus, aut locus erat, in quo afflictis hominibus non adeſſet, eiſque offerret medelam. Ait D. Ambroſius lib. 3. de Virginib. *Nec tempus ad ſanandum, nec locus quæritur.* Ambroſ. *Omnibus enim locis, omnibuſque temporibus non eſt prætermittenda medicina. Vbique Ieſus curat, vbique ſanat, in itinere, in domo, in deſerto. In itinere curatur, quæ fimbriam tetigit. In domo Principis Synagogæ filia reſuſcitatur. In deſerto turba ſatiatur. Denique ſic habes: Cùm Sol occidiſſet, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens curabat eos. Sanabat ergo in deſerto, & occidente iam Sole.* Plane nullum tempus adeò ſerum, nullus locus adeò inacceſſibilis inuentus eſt, in quo ſuis non adſit Deus. Dicebat D. Stephanus Actor. 7. Actor. 7. *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cùm eſſet in Meſopotamia.* Et quidem Meſopotamia plena erat altaribus Dæmonio ſacris; ſcatebat criminibus, & ſceleribus; & nihilominùs in loco tot ſceleribus profanato Deus adiuit Abrahamo. Vt dicat D. Chryſoſtom. Chryſoſt. hom. de S. Stephan. tom. 6. *Non in Ieruſalem, non in illo celebri templo, ſed in Meſopotamia apparuit, vbi dedita idololatriæ legens erat, vbi regia impiorum ſceleribus opprimebatur. In Meſopotamia, vbi ſculptilibus cultus exhibebantur, vbi ſanctiſſimum Dei Nomen ligno, ac lapidibus tradebatur, illic apparuit ei.* In quo ergo loco Deus non appareat, vt ſuis adſit?

§. XXVIII.

Vbi defenſio inutilis eſt, ad fortitudinem animi pertinet, quòd ſilens hoſtibus cedat, vel vſque ad mortem.

ITaque vbi teſtes ceſſarunt loqui contra Nabothum, illicò *Eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus obruerunt eum.* Sic bonus ducitur ad mortem, & lapidibus obruitur, abſque eo, quòd dicatur vllum feciſſe verbum, ſiue in defenſionem ſuam, ſiue in teſtificationem ſuæ innocentiæ? Dan. cap. 13. vbi dicitur Suſanna à falſis teſtibus accuſata, & damnata, tamen additur illud: *Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne,* Dan. 13. *qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia, antequàm fiant, tu ſcis, quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me, & ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ iſti malitioſè compoſuerunt aduerſùm me.* Et cùm Suſanna ſic coram Deo exclamaſſe dicatur aduerſùs Iudices, & teſtes, à quibus damnabatur, cur & Naboth ſimiliter accuſatus, & damnatus, non ſimiliter exclamaſſe dicitur? Cur maluit perire abſque vlla teſtificatione innocentiæ ſuæ? Pertinuit equidem ad maiorem animi fortitudinem damnatus tacere, vbi quælibet defenſio videbatur inutilis futura. Matth. 26. accuſabatur Ieſus à multis falſis teſtibus: *Et ſurgens Princeps Sacerdotum ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti contra te teſtificantur? Ieſus autem tacebat.* Matth. 26. Et cur tacebat, vbi tam nefariè accuſabatur ad mortem? Cur non magis ſuam innocentiam teſtabatur? Ait Origen. hom. 35 in Matth. *Maius eſt liberè, & fortiter ſilere, quàm defendere ſe ſine vllo profectu, vt non humilietur à teſtibus falſis, & calumniatoribus improbis.* Orig. Vbi quæcunque defenſio, & teſtificatio innocentiæ caſſa & inutilis cenſetur futura, maius eſt liberè, & fortiter ſilere, & pati, quæcunque velint hoſtes inferre. Similiter & Matth. 27. accuſatus Ieſus ſtabat coram Pilato Præſide. *Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſùm te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.* Matth. 27. Quid mirabatur Præſes in reo tacente? Mirabatur hominis inauditam fortitudinem, qui inter tot teſtimonia lethalia, ſic imperturbatus eſſet, vt mallet tacere, quàm verbum vllum defenſionis, aut deprecationis proferre. Ait D. Thom. in Cat. *Miratus eſt autem Præſes conſtantiam eius forſitan ſciens, quod idoneus eſſet pronuntiare crimen, & tamen videbat eum in tranquillo, & quieta ſapientia, & grauitate non turbabili ſtare. Sed & vehementer miratus dignum enim ei videbatur magna miraculo, vt exhibitus Chriſtus ad criminale iudicium, imperturbabilis ſtaret ante mortem, quæ apud omnes homines terribilis æſtimatur.* Thom. In damnatione mortis ſic prudenter ſe gerere, vt nec vllum verbum inutilis defenſionis emittat; quis neget hoc ad miraculoſam fortitudinem, & conſtantiam ſpectare?

§. XXIX.

Morienti homini ſolatium eſt ſuperſtites filios relinquere.

DIcit Textus: *Lapidibus interfecerunt eum.* quaſi ſolus interfectus fuerit Naboth, cùm 4. Reg. 9. dicatur: 4. Reg. 9. *Si non pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine filiorum eius, &c.* quibus oſtenditur, non ſolum Naboth; ſed & filios eius interfectos fuiſſe. Quando ergo & filij Naboth interfecti ſunt, cur ille primus Textus rem tam memorabilem non poſuit? Cur maluit ſic interfectum dicere Naboth, vt ſolus interfectus videretur? Abulenſis in 4. Abul. Reg. 9. quæſt. 21. in reſponſ. 4. putat, Nabothum primò 4. Reg. 9. occiſum ſolum fuiſſe, & poſteà per ſecundum Iezabelis decretum occiſos fuiſſe eius filios: ſic Deo prouidente, vt filij vel tantiſper ſuperſtites manerent parenti, vt inde aliquale ſolatium iuſtus homo in adeò iniuſto, & atroci ſupplicio ſumeret. Dicitur Iob 8. de homine iuſto, ſecundùm Vatablum, Iſidorum Clarium, & Hebræos omnes: *Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur,* Iob 8. *& inter lapides commorabitur. Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, & dicet: Non noui te. Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt rurſus de terra alij germinentur.* Vt planta inter lapides poſita radices agit, & patitur ſecari, & defodi, imò his omnibus gaudent, dummodo nouella germina exurgant: ſic homo in qualibet mortis aſperitate illud habet gaudij, & ſolarij, ſi filios ſuperſtites relinquat. Rem pulchrè manifeſtat hiſtoria parentis offendentis caſu filium, nomine Argum, morientem, quam Lucanus proponit luculentiſſimè: ait enim lib. 3. in fine:

Qui funere viſo
Sæpè cadens longa ſenior per tranſtra ſarina, Lucan.
Peruenit ad puppim, ſpirantéſque inuenit artus.
Non lacrymæ cecidêre genis, non pectora tundit;
Diſtentis toto rigidus ſed corpore palmis:
Nox ſubit, atque oculos vaſta obduxêre tenebræ,
Et miſerum cernens agnoſcere deſinit Argum.
Ille caput labens, & iam languentia colla,
Viſo patre, leuat, vox fauces nulla ſolutas
Proſequitur, tacito tantùm petit oſcula vultu,
Inuitátque patris claudenda ad lumina dextram,

Vt

Vt tempore ſenex cauit, vtiq́; quæ cruentus
Cor ... habere dolor. Non perdam tempora, dixit,
A ſæuis permiſſa Deis, iugulum quo ſenile
Confodiam. veniam miſero concede parenti,
Arge, quòd amplexus, extrema quòd oſcula fugit:
Nondum deſtitit calidus tua vulnera ſanguis,
Semianimiſque iaces, & adhuc potes eſſe ſuperſtes.
Sic fatus, quamuis capulum per viſcera miſſi
Polluerat gladij; tamen alta ſub æquora tendit
Præceps, & lethum gaudens præcedere nati,
Feſtinantem animam morti non credidit vni.

Quid poſtulatus? Duobus plagis lethalibus ſeſe pater confecit, vt ſpirantis iam filij mortem præueniret, gaudens, quod vel paululùm eum in vita ſuperſtitem relinqueret. Componite nunc illud Iobi: *Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinent.* & hoc Lucani: *Lethum gaudens præcedere nati. Feſtinantem animam morti non credidit vni.* Ibi arbor dicitur gaudere, cùm defoditur inter lapides; cùm ſepelitur, dum nouella germina inde pullulent: hic pater lætus ſeſe mortibus dedit, vt præueniat filium in morte, & ſuperſtitem relinquat.

CAPVT IV.

Naboth vindicatur.

Textvs Historia.

IEzabel nunciis de morte Nabothi læ-tiſſima, maritum ſollicitat, vt deſuncti vineam in ſuam poſſeſſionem redigat: reorum enim læſæ Maieſtatis, diuinæ, & humanæ, bona credentur ad regios pertinuiſſe theſauros tunc temporis, vt modò etiam pertinent. Non moratus Achab, ad concupitum ſolum feſtinat, cuius amœnitate delectatus, ſibi, tanti agri domino, non parua applaudebat lætitia. Poſtero autem die, dum inter gaudentem familiam redit ad Regiam; illi Elias occurrit, homicidium ulli hominis, inſuper & iniquam agri poſſeſſionem obijcit tremenditam diuinam mulctam. Quam ſic in miſeros Reges Propheta euulgat, vt illos faciat intelligere, quam dura conditione arripiendi erant è vita: ſanguine nanque Achabi riganda erat Nabothi vinea. Iezabel autem à canibus abſumenda, in tanti facinoris ſupplicium. Quin & vniuerſa domus Achab prædicitur extirpanda, vt nullus de illo ortus maneat inter viuos. Quid mirum? Erat Achab peſſimus omnium Iſraelitarum Regum, qui ſe mancipium fecerat nefariſſimæ Iezabelis, vt pro illa nulli parceret facinori. Is tamen, vt audiuit ſententiam Dei ab Elia promulgatam, ingenti metu perculſus domum intrat; & in cinere, & cilicio cubans ieiunio ſollicitabat miſericordiam diuinam. Quæ non defuit homini ſic humiliato; ſed in poſteros eios pœnarum complementum diſtulit.

MORALIA IN TEXTVS Literam.

QVam citò Achabi gaudium vertitur in luctum! Sic ſolent verti gaudia omnia, quæ ex perpetratis facinoribus oriuntur.

3. *Reg* 21. Factum eſt autem cùm audiſſet Iezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta eſt ad Achab: Surge, poſſide vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquieſcere, & dare eam accepta pecunia. Non enim viuit Naboth; ſed mortuus eſt. Quod cùm audiſſet Achab, mortuum, videlicet, Naboth, ſurrexit, & deſcendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ, vt poſſideret eam.

§. I.

Magna dementia eſt, quòd quis ſibi in facinoribus applaudat.

AVdita morte Nabothi, ait Textus: *Locuta eſt Iezabel ad Achab. Surge, poſſide vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquieſcere,* &c. Locuta eſt igitur Iezabel, Salian.
ait Salianus, quaſi Naboth inſultans, imò quaſi ſibi in facinore perpetrato applaudens, quòd ſciuerit regiæ proſpicere authoritati. Quid dementius? Oſeas cap. 12. Oſee 12.
ait: *Chanaan, in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit. Et dixit Ephraim: Veruntamen diues effectus ſum, inueni idolum mihi.* Græcè leguntur hæc: *Chanaan, in* Græc. Lect.
manu eius ſtatera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit. Et dixit Ephraim: Veruntamen diues effectus ſum: inueni requiem mihi. Equidem non alius eſt Ephraim à Chananæi impius, & atheis, quando & calumnias, & oppreſſiones per potentiam diligebat. Ideò ſibi in illis applaudebat, gaudens, quòd inde, & diuitias, & ſolatia ſibi accumularet. Circa quæ ait D. Cyril. Alex. *Eſt autem extrema dementia argumentum certiſſimum, Ephraim* Cyril. Al.
modis omnibus ad diuitias coaceruandas incumbere; & rapinæ, ac violentiæ crimina nec bili facere; ſed ex magno ſtupore adhuc honorificè quodammodo de ſe prædicare, ob quæ præſtaret pudore ſuffundi. Ait enim: Veruntamen diues effectus ſum: inueni requiem mihi. Ex nefariſſimis facinoribus, ex calumniis, & oppreſſionibus pauperum, ob quæ debebant rubore ſuffundi, hoc eliciunt, vt ſibi magis applaudant, quòd inde ditati ſunt; quod eſt omnium dementiſſimum. Dicam, dementiſſimum: & forſan aptiùs dixiſſem, inſaniſſimum. An non maxima inſania eſt, gloriam quærere ex malefactis, quæ neſciunt non parere ruborem, & ignominiam. Ait Pſalm. 9. *Quoniam* Pſal 9.
laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator. Ecce tibi ingens cauſa propheticí luctus, ... quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, quoniam eò deuenit peccator, vt laudes ſibi ex malefactis arroget: quod non poteſt venire, niſi ab extrema inſania. Circa quæ ait D. Chryſ. *Hoc deflet Propheta, quòd ita vitium inualuerit, vt ſibi placeat, & blandiatur: &, quod eſt grauius, vt minimè* Chryſoſt.
erubeſcat; nec ſolùm ſeipſum laudat propter ea, quæ facit; ſed habet etiam alios laudatores. Quid hac autem inſania fuerit deterius? Planè omnium maximè deteſtanda inſania eſt, quòd quis ſibi de illis rebus blandiatur, de quibus debebat magis erubeſcere.

§. II.

Non ciuis peccati, ſed hoſpes ſit, qui ſpem ſalutis non amat perdere.

HÆc vox deploratæ mentis: *Surge, poſſide vineam Naboth.* Sic enim amabat eſſe in bonis alienis, tanquam dominus, & poſſeſſor illorum, non tanquàm hoſpes, qui ſtatim illa dimittere debeat. Illud autem deploratæ animæ eſt, hoc eius, quæ adhuc ſpem ſalutis poteſt habere. Locutus Textus de primis illis Babylonicæ turris ædificatoribus dicit Geneſ. 11. *Cùmque proficiſcerentur* Gen. 11.
de Oriente, inuenerunt campum in terra Sinaar, & habitauerunt in eo. Inuenerunt, inquam, campum ad inſanas cupiditates paſcendas ampliſſimum. *Et habitauerunt in eo.* Heu deploratiſſimæ mentis argomentum! In malitiæ campo, tanquam in propria poſſeſſione habitant: feliciùs illum non tanquam propriam poſſeſſionem haberent, ſed quaſi hoſpitium. Philo libro de confuſione linguarum, ait: *Inuento campo, habitarunt ibi, tanquàm* Philo.
in patria, non tanquàm inquilini regionis externæ. Leuius enim malum fuiſſet, ſi poſtquàm in peccata inciderant, pro alienis ea, peregrinisq́ue

pereg inique habuiſſent,non pro cognatis,ac domeſticis. Inquilini enim potuiſſent diſcedere: ædibus verò ſemel elatis immanendum erat poſteà. Illud deploratum malum,& grauiſſimum eſt, quod quis in malitia inhabitet,tanquam ciuis in patria, tanquàm poſſeſſor in propriis,tanquam dominus in poſſeſſione. Difficile enim ijs ſe expediet, imò mallet immorari in ſuis. Leuius id malum eſt,& cui ſanitas arridet ; cùm quis ad malitiam accedit , tanquàm hoſpes ſtatim præteriturus, tanquam inquilinus,qui certos morandi ibi terminos ſibi præſcribit. Is vt facile diſcedere poteſt , ſic vicinior cenſetur ſaluti. Dicebat lex de
Leuit.13. leproſis , quæ ad ſalutem pertinebant Leuit. 13. *Si ſteterit macula , & capilli nigri fuerint , nouerint hominem ſanctum eſſe.* Expende illud curationis ſignum , nimirum, *Si ſteterit macula.* quando enim macula non latiſſimè ſerpit , nec ibi quaſi incubat ; ſed breui in termino ſtat, iam ibi intelligitur quaſi in procinctu ad profectionem , & datur ingreſſuræ ſaluti via. Sic prorſus in vitiorum maculis philoſophandum eſt : vbi vitium non incubat,non ſerpit ; ſed quaſi ſtat in breui inde profecturum , iam quid ſalutare innuitur. Ait D. Ambroſ.lib. de Noe,c.17.
Ambroſ. *Principium medicinæ eſt , ſtatim languoris incidere , ne diutius ea , quæ nocent, ad incrementum ægritudinis miniſtrentur. Quod nos etiam lex docet. Cùm enim ſteterit lepra , vt non diffundatur , tunc ait,mundam eſſe lepræ ſtationem. Hæc igitur eſt animæ ſanitas , vt affluentia ceſſet errorum , ſiſtatur culpa , ne ſerpat. Ceſſante incentiuo culpæ ſalus tuta eſt.* Non diutiùs immoretur licet in his , quæ ad peccatum pertinent. Ceſſet erroris affluentia , non incubet , nec immoretur culpa , nec ſerpat , ſed ſtet , ceſſetque ſerpere, & ſanitas animæ ſtatim arridebit.

§. III.

Maria Virgo vineam exhibet , quæ vniuerſos lætificet , & honoret.

NOn otioſè dicit Textus : *Cùm audiſſet Iezabel lapidatum Naboth , & mortuum , locuta eſt ad Achab : Surge,poſſide vineam* , &c. Quantum hoc? Vni Achabo dabatur vinea , quæ Nabotho eripiebatur : nec aliud potuit Iezabel Regina efficere , quam vnum luctuoſiſſimè ſpoliaret, vt vnum alium ſpoliis ditaret. Glorioſior Cæli Regina , cuius vinea nulli eſt luctus occaſio ; ſed vniuerſos mirum in modum auget. Dicebat ipſa Eccle-
Eccli.24. ſiaſtici c. 24. *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Et flores mei fructus honoris , & honeſtatis.* Quæ à Iezabele procurabatur vinea , non ſuauitatem , ſed acerbitates parturiit maximas ; nec fructus eius fuit honoris, & honeſtatis , ſed fructus eius infamiſſimæ mortis fuit Nabotho , & turpitudinis plenus Achabo. At Mariæ Dei Matris vinea, quos non permulſit ſuauitate? Quem non repleuit honore,& honeſtate? Ex quo dicebat D. Il-
Ildeph. dephonſ.ſer.1.de Aſſumpt. *Ideircò,filij, perpendite Matrem Domini,quæ quaſi vitis fructificauit ſuauitatem odoris,& protulit cunctis gentibus fructum honeſtatis,& gratiæ.* Expende illa: *Protulit cunctis gentibus fructum honeſtatis,& gratiæ. Cunctis gentibus*,dicit,non vni,aut alteri , non vni turpitudinem, & alteri honeſtatem ; ſed omnibus profert & honeſtatem,& gratiam. Quò ſpectans Iſaias cap. 11. aiebat:
Iſaiæ 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Ecce tibi,de nobiliſſimæ virgæ radice flos aſcendit:& ad quid flos de tanta virga naſcitur,niſi vt vniuerſos coronaret? Ad hæc dicit D.Baſil.Sel.orat.39. fatur : *Quæ lin-*
Baſil.Sel. *gua tam vocalis, quæ pro Mariæ dignitate hymnos perſonet? Siquidem per eam bonis magnis affecti ſumus. Quæ laudum flore dubitam illi plectemus coronam ? Ex ipſa enim flos Ieſſe germinauit, quiſque noſtrum gloria,& honore coronauit.* Proh regaliſſimæ vitis vberrimum fructum ! Quippe fructus à Maria ortus,non vni,aut alteri , ſed vniuerſo humano generi coronam impoſuit.

§. IV.

Innocenti pœna qualibet grauiſſima exiſtit.

DE interfectione Nabothi locuta Iezabel ad Regem Achab, ſolùm dicit,quòd mortuus eſt:ait enim: *Non enim Naboth viuit, ſed mortuus eſt.* Et quando mortis genus crudeliſſimum,grauiſſimúmque fuit,cur & illud Regi non explicat ? Cur non dicitur Achabo,quàm crudeliter occubuerit innocens Naboth ; ſed ſolùm dicitur,quod mortuus fuerit ? Vt noſcebatur à Rege Nabothi innocentia,ſatis fuit,vt noſceret illum mortuum : vt inde etiam clareſcet,quàm crudeliter fuiſſet interemptus eſt enim quælibet pœna grauiſſima,& intolerabiliſſima innocenti. Dicebat Iob cap. 9. *Vnum eſt , quod locutus* Iob 9.
ſum & innocentem,& impium ipſe conſumit. Vna hæc eſt mea ſententia,ait Iob,hoc vnum ſæpe dico,& dixi,& expertus ſum,quod non ſolùm impij ; ſed & innocentes malis afficiuntur,premuntur. Et quanto hoc innocentum dolore ? Ait D. Thomas in præſenti . *Non ſolùm* Thom.
peccatoribus,ſed etiam innocentibus mors à Deo immittitur,quæ tamen eſt maxima pœnarum præſentium. Magnum eſt ad dolorem incitamentum,quòd quis flammis,ferro,lapidibúſve pereat , ſed illa omnium præſentium pœnarum maxima,& grauiſſima,quòd innocens quis pœnam ſuſtineat. Dicebat Dominus Deut. 32. vniuerſo hominum
generi : *Ego occidam,& ego viuere faciam.* Vt cùm om- Deut.32.
nes in Adam peccauerunt,ſic omnes morti ſunt traditi.
Quò ſpectans Iob cap. 9. ait : *Si flagellat , occidat ſemel,* Iob 9.
quaſi dicat : Deo flagellanti humilis ſubiaceo , eiúſque diuinæ,& iuſtiſſimæ iræ annuo. Illud tamen à Deo peto, vt ſemel tantum occidat,vt vnam mortem ſingulis hominibus decretam,hanc inferat,non plures. Pluribus enim mortibus à Deo hominem damnari,id duriſſimum eſt,& intolerabile. Et quis eſt homo,qui adeò duriter credit ſe à Deo tractari , vt quaſi pluribus mortibus afficiatur? Ille,qui , cùm innocens ſit,adhuc malis exagitatur. Sic D.Thom in cap.9.Iob lectione.4.ait : *Cùm mors communi-*
ter omnibus immittatur à Deo , vnum eſt, quod durum videtur,ſcilicet,quòd innocentes , præter neceſſitatem mortis communem, multis licet aduerſitates ſuſtineant in hac vita. Thom.
Non adeò commune is mors ſentitur , quæ venit ob peccatum originale : illud duriſſimum reputatur , quòd, præter hanc,innocentem hominem mala exagitent. Huc trahenda dicta 1.tom.in Euang lib 4.cap.4.§.15.

§. V.

Iuſtorum in morte , etiam vita apparet ſapientibus.

DIcebat Iezabel : *Non enim viuit Naboth , ſed mortuus eſt.* Hoc illa dicebat: ſed ſicut vna inſipientium mulierum locuta eſt. De iuſtorum enim morte locutus Textus ſacer Sap.3.ait: *Viſi ſunt oculis inſipientium mori.* Inſi- Sap.3.
pientium enim,& ſtultorum eſt in morte iuſtorum non ſpectare niſi mortem:qui autem ſapientes ſunt,& oculorum aciem deſæcatam habent , vel in morte iuſtorum,eorundem vitam ſpeculantur. Cùm Iacob audiret filium ſuum Ioſephum viuere,quem ipſe mortuum putarat,di-
cit Textus Geneſ.45. *Reuixit ſpiritus eius,& ait: Sufficit mi-* Gen.45.
hi ſi adhuc Ioſeph,filius meus,viuit. Septuaginta legunt: *Re-* Septuag.
uixit ſpiritus Iacob patris eius. Dixit autem Iſraël: Magnum mihi,ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit. Ex Græco autem legit
etiam Orig. *Reaccendit ſpiritum ſuum Iacob,& dixit Iſraël: Magnum mihi , ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit.* Et vtrobique in prima propoſitione ponitur Iacob, & in ſecunda Iſrael. Cùm dicitur,*reuixit*,aut,*reaccendit ſpiritum*,Iacob exprimitur : cùm autem oſtenditur applaudiſſe vitæ Ioſeph,tunc non Iacob,ſed Iſrael nominatur. Et quando incepit nominare Iacob,cur vbi ad vitam Ioſephi explicandam acceſſit,relicto nomine Iacob,magis placuit nomen Iſraelis aſſumere? In Iſraele perſpicaciſſima viſio exprimebatur,qua & Deus videtur. Vbi autem noſcenda erat vita in eo,qui mortuus credebatur,neceſſariò ad eum recurrebatur , qui acutiſſimo,& deſæcatiſſimo pollebat viſu,nunquam enim niſi à tali aſpicitur vita in eo,qui inter mortuos putabatur exiſtere. Non longè abeſt Orig.
hom.15.in Geneſ.inquiens : *Obſeruandum eſt,quia,qui reaccendit ſpiritum ſuum , Iacob dicitur : ille autem,qui dicit: Magnum mihi eſt , ſi filius meus Ioſeph viuit. iſte non iam Iacob, ſed Iſrael ſcribitur , tanquàm qui mente videat veram vitam* , &c. Planè in Ioſeph illo , qui voratus à feris dictus fuit , qui & mortuus reputatus , videre vitam ad deſæcatiſſimos oculos pertinebat. Dicebat Dominus Orig.

Ioan.

Ioan. Ioan. 14. *Adhuc modicum, & mundus me iam non videt: vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis.* Loquitur de tempore mortis ſuæ, in quo mundiales ſtulti credebant eum mortuum ſempiternum, nec reputabant eum, nec videbant. At electi, & ſapientes Diſcipuli, vel inter mortis vagitus videbant eum viuere. Sic Rupert. lib. 12. in Ioan. *Ab hora enim iam non me videt mundus, nec in hoc ſæculo, nec in futuro. Vos autem, qui de hoc mundo non eſtis, quos de mundo elegi, videbitis me; quia ego viuo, & viuam, vobis apparens. Viuo, inquam, & vos in æternum viuetis, propter hoc ipſum, quod viuo mortuum pro vobis.* Non ſtulti mundiales, ſed ſapientes Diſcipuli in morte Ieſu vident eius vitam. Hinc dicebat Aquila illa euangelica Apocal. 20. *Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis, & animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus, aut in manibus ſuis, & vixerunt, & regnauerunt,* &c. Et quidem aquilino intuitu Ioannes vidit iuſtos homines interfectos propter verbum Dei; & vidit, vt ipſi adhuc viuebant, & regnabant. Et dices: Quomodo qui mortui ſunt pro Deo, oſtendi poſſunt adhuc viuere, & regnare? Ait Rupert. ibi. *Animæ ſanctorum Martyrum virtutibus ex inde ſe viuere comprobauerunt, & ita apud homines regnauerunt, qui itaque damnati ſunt, vt Reges quoque & Imperatores [illegible] diademate, vnde capitibus ſe proſternerent ad venerandas memorias eorum.* Planè apud ſapientes [illegible] oſtendunt ſe viuere iuſti defuncti, quando [illegible] ſuis eximus, & Reges, & Imperatores trahunt ad [illegible] cineres [illegible]. Et licet Ioannes id videatur dixiſſe de [illegible] propter Verbum Dei, de omni [illegible] eſt iuſtis defunctis. Quod docet D. Auguſt. 20. de Ciuit. cap. 7. fatus: *Ideò tantummodo animas Martyrum commemorauit, quia ipſi præcipuè regnant mortui, [illegible] qui ad mortem pro veritate certauerunt. Sed à parte totum, etiam cæteros mortuos intelligimus, pertinentes ad Eccleſiam, quod eſt regnum Chriſti,* &c. Sic omnes iuſti, dum videntur mortui, regnant viui.

Rupert.

Ioan. 20.

Rupert.

Auguſt.

§. VI.

Vbi peccatum eſt, non eſt requies.

NOtandum eſt, quod ait: *Quod cum audiſſet Achab mortuum, [illegible] Naboth. Surrexit, & deſcendebat,* &c. Expende [illegible] *ſurrexit*, minimum, non ampliùs quietus hæſit; nec facinus perpetratum hominem ſinebat quieſcere, ſed motibus agitari faciebat, quod proprium peccati admiſſi eſt. Matth. 26. dicit: *Et ſurgens Princeps Sacerdotum ait illi: Nihil reſpondes,* &c. Expende illud *Et ſurgens.* dum enim facinus in Ieſum admiſit, non quieſcebat, ſed motibus quatiebatur. Ait ibi D. Hieronymus: *Ita præceps, & impatiens ac inueniens calumniæ locum, excutit de ſolio Pontificem, vt vaſaniam mentis motu corporis demonſtraret.* Ab admiſſa iracundia in Ieſum rapiebatur, vt minimè quieſcere ſineretur: quæ inquietudo venit in nos a quolibet peccato. De illis primis fabricatoribus turris Babylonicæ dicit Textus Geneſ. 11. *Cum proficiſcerentur de Oriente, venerunt in campum in terra Sennaar.* Si vocem Sennaar Græcè explices, idem eſt, ac excuſſio. Quod meditatus Philo lib. de confuſ. linguarum, ait: *Quicunque à virtutibus demigrantes, ad inſipientiam, conuertentem [illegible] ſibi locum inhabitant, qui Hebraica lingua Sennaar; Græca verò excuſſio vocatur. Conuellitur verè, & concutitur, & quaſſatur tota malorum hominum vita, ſemper confuſa, turbataque.* Quid aliud habeant homines a peccatis, quàm turbationem, excuſſionem? Huc ſpectabat Ieremiæ cap. 51. dicens: *Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes, & ideò commotæ ſunt.* Quippe vt de calice Babylonio biberunt abominationes peccati, ſic in maximam commotionem deuenerunt. Circa quæ pulchrè ait Orig. homil. 2. in Ier. *Sicut ii hi, qui bibunt iſtum, qui in vſu eſt, vini liquorem, ſi ſuper menſuram biberint, videmus obrui corpus metum, vacillantes pedes, [illegible], ac tempora [illegible] ſicut videmus eos, qui de calice aureo biberint Babylonis, quomodo moueantur, quomodo inſtabiles [illegible] ſunt, quomodo fluctuante mente nihil firmè teneant, ſed ſemper in turbationibus agantur incerti.* Venit equidem de potu Babylonico turbatio, & inquietudo, quæ miſeros minimè quieſcere permittat.

Matth. 2.

Hieron.

Geneſ. 11.

Philo.

Ierem. 51.

Orig.

§ VII.

Non aſcenſus, ſed deſcenſus eſt, qui aliorum fit damnis.

DVm ad concupitam vineam poſſidendam Achab contendit, dicitur deſcendere: ait enim Textus: *Deſcendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ, vt poſſideret eam.* *Deſcendebat*, inquit: & meritò: non enim aſcenſus creditur, etiam in auctiſſima bonorum poſſeſſione, ſed deſcenſus, vbi illa cum aliorum damnis habeatur. Notiſſimum eſt illud Habacuc aſſertum, qui cap. 2. ait: *Væ, qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.* Non enim gloriam, nec augmentum talibus promittit, etiamſi mille augeantur clariſſimis ciuitatibus; ſed miſeriam magis, & extremam calamitatem. Ex quo dicit ibi D. Cyrillus Alexandrinus: *Adhuc Babylonem miſeriam, & calamitatem prodit, vt qui gloriam ſuam extollat, & imperium illuſtrare contendat, non vnde conueniebat; ſed, vnde minimè oportebat. Non enim ex pernicie multorum imperatoris fama quærenda, ſed aliis potiùs ornamentis glorificandum, & ex caſtitate clari nominis petendum decus.* Expende illa *Vnde minimè oportebat.* Quærebant enim Babylonij gloriam, & nominis celebritatem, & exaltationem acquirere: ſed quærebant id conſequi, vnde minimè oportebat, nimirum, ex populatione, & vaſtatione regionum, ex pernicie omnium vicinorum populorum. Ex hac autem non exaltatio omnis, ſed deiectio oritur, non gloria comparatur; ſed calamitas, & miſeria. Ex iuſtitia, & beneficentia petendum eſt clari nominis decus, & exaltatio gloriæ: ex aliorum pernicie, & deiectione quis non abijt inglorius, & ſine honore? Matth. 21. loquitur de vineæ colonis ait: *Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Vt domino eripiant vineam cum fructibus honoris, & lucri; illum decernunt occidere. Quid inſanius, & dementius? Nunquam ex perditione proximorum & gloria, & lucrum ortum fuit. Dicebat ad hæc D. Chryſoſtomus hom. 69. in Matth. *Tu autem ad impietatem, magnamque iam dementiam attende, & vetus ſaniam, inſaniam, letam eſſe conſidera. Interficiamus enim eum, tamquam [illegible] hæreditatem retinebimus.* Quando occiſis Dominicæ tota cauſa dicebatur eſſe hæreditatis retentio, dementiſſima, & inſaniſſima perſuaſio erat. De ſanguine enim proximi iniuſtè occiſi non exaltatio, nec claritudo nominis, nec lucrum aliquod fundari poteſt; ſed deiectio, & extrema ruina.

Habac. 2.

Cyrill. Al.

Matth. 21.

Chryſoſt.

§. VIII.

Lucri temporalis ſplendor non ſinit, quæ ibi ſunt, mala videre.

ITaque poſt auditam mortem Naboth, lætus & alacer Achab *deſcendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ, vt poſſideret eam.* Captus enim ſplendore lucri, non videbat mala, quæ alienorum poſſeſſoribus inſidiantur. Matth. 21. proponit infidos vineæ dominicæ colonos, qui per vim eripere eam domino decernebant. Ait enim: *Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum eum,* &c. De occiſo domino ſibi hæreditariam vineam promittunt, cur non magis vindictam metuunt? Manebat pater occiſi, qui filium vindicare vellet, & occiſores minimè permitteret in hæreditatem venire, quin potius illos malè perderet. Cur miſeri hoc non perpendunt, quod ob oculos videbatur poſitum? Lucri de tam florenti vinea accipiendi ſplendor non ſiuit mala in tam iniuſta poſſeſſione latentia videri. Ait Euthymius ibi: *Conſilium ceperunt, vt eum occiderent, & ſic comparaturi deinceps eius hæreditatem, hoc eſt, populum. Nihil autem de eo quod in poſterum, accederet, ſuſpicabantur.* Etſi in ea hæreditate multæ tam pœnæ latentes imminerent, illi [illegible] inſaniam lucri ſplendore decepti nullam videbant. Daniel 3. *Nabuchodonoſor fecit ſtatuam auream.* Fecit inquam, ſtatuam, quæ à ſuis populis adoraretur & ideò eam auream fecit, [illegible] quod auri ſplendor non ſineret videre, quæ ibi mala latebant. Circa quæ ait [illegible] hum 2.

Matth. 21.

Euthym.

Dan. 3.

homil. in Ierem. *Nabuchodonoſor volens decipere homines per calicem Babylonis dolorum non miſcuit in vaſe fictili, quod poterat potari, & deinde in paulo meliore, & aereo vaſe, vel ſtanneo, & quod è ſtanno, argenteo. verùm eligens vas aureum, in eo poculum temperauit, vt qui videat decorem auri dum radiantis metalli pulchritudine delectatur, & totum animum harens in ipſe vanum conſideret, quid contrinſecus lateat.* Itaque Nabuchodonoſor in ſtatua aurum obiecit, cuius ſplendor oculos intuentium occuparet, ne viderepoſſent, quæ intrinſecus ibi latitabant mala. Sic in cæteris omnibus, vbi lucri ſpecies refulget, lucri ſplendor oculos ſolet tenere mortalium, ne videant, quæ inde oritura ſunt mala.

Orig.

3. *Reg.* 21. Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Theſbitem, dicens: Surge & deſcende in occurſum Achab Regis Iſrael, qui eſt in Samaria. Ecce ad vineam Naboth deſcendit, vt poſſideat eam. Et loqueris ad eum dicens: Hæc dicit Dominus Deus: Occidiſti, inſuper & poſſediſti. Et poſt hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum.

§. IX.

Adhuc deplorata non eſt ſalus illius, cui Deus pœnas per miniſtros denunciat.

Illud ponderandum eſt, quod dicit: *Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Theſbitem, dicens: Surge, & deſcende in occurſum Achab Regis Iſrael,* &c. Eliam mittit, qui homicidæ, & raptori Regi malus nuncius occurrat. Per Oſeam autem cap. 13. populi ſui peccata abominans inquit: *Et ero eis, quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum. Occurram eis, quaſi vrſa rapta catulis, & diſrumpam interiora iecoris eorum.* Non dicit, miſſurum ſe, qui occurrat; ſed potiùs aſſerit per ſe ipſum occurſurum. Et quando populo iraſcitur Deus, per ſe ipſum occurrit, quaſi vrſa raptis catulis; cur Regi dolo atrox, & homicidæ, & raptori non ſimiliter per ſe ipſum occurrit? Cur huic mauult mittere Prophetam, qui ei occurrat? Crediderim huius miſeri Regis peccata non ad tam magnitudinem adhuc perueniſſe, quòd deplorata iam ſalus eius manum proſsus iratí Dei requireret. Vbi enim non prorſus deplorata eſt ſalus peccatoris, ſufficit miniſter, qui medelam adhibeat. In deploratos autem ipſa per ſe immediate venit Dei ira. Ierem. cap. 51. monebat: *Fugite de medio Babylonis, & ſaluet vnuſquiſque animam ſuam: nolite tacere ſuper iniquitatem eius, quoniam tempus vltionis eſt à Domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei.* Expende illa: *Ipſe retribuet ei.* non enim mandabit aliis Babylonis ſupplicium, ſed ipſe per ſe inferet. Et cur ipſe per ſe, & non per alium, niſi quia eorum peccata prorſus cenſebantur inſanabilia? Rem tractat Orig. hom. 1. in Ierem. inquiens: *Quando ſunt vulnera prompta curationi, Medicus mittit ſanum ſuum diſcipulum, vt per eum languentem medicetur. Etenim quoque aliquoties, vt ſectione, & ferro indigeat, qui ſanatur. attamen non ipſe Medicus pergit ad curam, ſed eligens vnum ex miniſtris, qui curare valent, eo vtitur miniſtro. Quando verò inſanabiles plagæ ſunt, ipſe magnus Medicus ad ſolitionem interioris vulneris concitatur. Similiter, quando ſunt minuta peccata, non retribuit Deus ipſe peccatoribus, ſed vltio venit miniſtris. Quando verò ingens agitando comprehendit, vt nunc, Babylonem, tunc de excelſis ipſe Deus ipſe feſtinat.* Quid pulchrius? Planè magni Medici vtuntur minoribus miniſtris, qui curent ſanabilia: vbi autem inſanabilis plaga videtur, ipſi magni per ſe adſunt, & ferrum, ignemve adhibent membro putrido. Sic vbi peccata adhuc prompta curationi ſunt, ad illa curanda miniſtros mittit Dominus; ad deplorata autem ipſe per ſe accedit, vt igne aduratur eum, qui pœnitentiæ abiecit medicinam. Quò ſpectat illud dictum ab Angelis, & miniſtris Dei Ierem. cap. 51. *Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam; quoniam peruenit vſque ad cælos iudicium eius, & eleuatum eſt vſque ad nubes.* Sic miniſtri abſtinent a curatione Babylonis: quoniam peruenit vſque ad cælos iudicium eius: hoc eſt, quia eò malitiæ peruenit, vt non miniſtrorum, ſed ipſius Dei iudicium facientis requirat manus. Sic Maldonat. ſic R. Salomon, ex quo deploratam malitiam Babylonis credunt, cùm ab illa abſiſtant miniſtri, & requiratur iam vna manus Dei.

Oſea 3.

Ierem. 51.

Orig.

Ierem. 51.

§. X.

Diuinum eſt, quòd peccata, ſiue in Regibus, ſiue in priuatis puniantur, quæ petunt pœna puniri.

Dicit Textus: *Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Theſbitem, dicens: Surge, & deſcende in occurſum Achab, Regis Iſrael, qui eſt in Samaria. Ecce deſcendit ad vineam Naboth, vt poſſideat eam,* &c. Pro raptu vnius vineæ, & interitu vnius priuati hominis occurritur potentiſſimo Regi Iſraelis, & occurritur illi ab Elia, qui non mediocre aduersùs eum proclamet iudicium. Et quis fecit ab Elia proclamari iudicium aduersùs Regem potentiſſimum, pro vna rapta vinea, & pro vno homine occiſo? Ait Textus: *Factus eſt ſermo Domini ad Eliam,* &c. Deus fuit, qui miſit Eliam, qui ſupplicium Regis decreuit. Forſan hominibus peccatum homicidij, & rapinæ leuidenſe videretur, & veniabile in tanto Principe. At Deo non ſic, cuius eſt, peccata, ſiue in Regibus, ſiue in priuatis, qua digna ſunt pœna, punire. Pſal. 75. *Terribili, & ei, qui aufert ſpiritum Principum.* Inde nanque terribilis eſt Deus, & maximè timendus, quòd vel in Principibus potentiſſimis peccata puniat. Circa quæ aiebat Arnobius: *Hæc reddite Deo noſtro, ante oculos hoc habentes, quia ipſum Principum aufert ſpiritum, cùm à voto diſcedunt. Et eſt terribilis etiam Regibus,* &c. Licèt potentiſſimus Rex ſit, qui admiſit culpam, à Deo æquale habebit iudicium. Non enim reueretur Deus dignitatem peccatorum, imò & valde offenditur, cùm potentes Principes non puniuntur pœna debita erroribus ſuis. Iſaias c. 6. ait: *In anno, quo mortuus eſt Ozias Rex, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium,* &c. Solebat Deus, viuentibus Regibus, verba facere Prophetis ſuis, quæ populo nunciarent. Nunc autem, dum Ozias viuit, Deus tacuit, & quaſi nullam populi curam habuit. Vbi autem Ozias mortuus eſt, ſtatim Deus Prophetæ apparuit. Et cur id non fecit, viuente Ozia? Quale populi tunc peccatum erat, quod Deus tanto ſilentio multaret? Ozias Rex ob temeritatem ſuam percuſſus fuerat à Deo lepra, ob quam infirmitatem ſecundùm legem communem de leproſis debebat excludi à ciuitate, & in ſolitudine vitam agere. Populus autem ob reuerentiam regiæ dignitatis, non mandauit executioni ſeueritatem legis cum Ozia: quo maximè Deus offendebatur, cuius eſt errorum maculas, ſiue in Regibus, ſiue in priuatis æquè multare. Dicit Chryſoſt. hom. de illis verbis circa finem: *Mos erat vetus, leproſum è ciuitate expellere, vt & hi, qui in ciuitate viuebant, otiùs haberent, & ipſe leproſus, extra ciuitatem commorans, ſolitudinem veli loco haberet obtentam aduerſùs miſeriam calamitatis. Hoc & Regem hunc perpeti oportuit poſt lepram, ſed non perpeſſus eſt, hoc, qui in ciuitate erant, illum ob principatus reuerentiam. Hoc ad iracundiam prouocauit Deum, hoc propheticum inhibuit, quódque tempore Heli factum eſt, verbum pretioſum erat, nec erat viſio præcipitans.* Quia regiæ dignitati parcebatur, ne Reges eaſdem pœnas darent, quas dabant priuati; ideò Deus iraſcebatur, ideò viuente illo inhibuit prophetiam: verbúmque Dei pretioſum erat, hoc eſt, rarum, quod temporibus Heli factum fuit. Eadem erat culpa Heli erga potentes filios ſuos Principes populi, quos non æqua pœna pro culpis mulctabat; & culpa populi temporibus Oziæ: & ideò vtraque pari ſupplicio à Deo caſtigabatur. Nec mirum: amat enim Deus, quòd peccata pari pœna in Principibus, & in plebeiis plectantur. Dauid propoſita fuit hiſtoria priuati hominis ouem pauperi auferentis, quo audito, 2. Reg. 12. *Iratus indignatione Dauid aduerſùs hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir, qui fecit hoc.* Vbi autem nouit, ad ſe pertinere illud,

Pſal. 75.

Arnob.

Iſaia 6.

Chryſoſt.

2. Reg. 12.

ſeque eſſe illum raptorem,& homicidam, & in ſe decretam illam æquiſſimam ſententiam,non ſententiam mutauit,non regiam dignitatem obiecit, non aliquid honoris purpuræ deferri flagitauit; ſed quaſi pœnæ ſubſcribeos,tantùm dixit: *Peccaui*. Saul 1. Reg.15. comprehenſus
1.Reg.15. in peccato dicebat Samueli: *Peccaui: ſed nunc honora me coram ſenioribus*. Peccatum confitebatur: ſed petebat à correctore,vt aliquis honor haberetur dignitati regali. Cur non id petiuit Dauid? Dauid æquus Iudex non accipit perſonam; ſed in quocunque vidit peccatum idem, ſiue in priuato, ſiue in Rege,ſiue in ſe,ſiue in alio,eadem prorſus pœna iudicat caſtigandum. Quo maximè ad ſe miſericordiam Dei traxit. Ait Euthym. in Procemio Pſalm.
Euthym. *Hinc quidem aderant,ille iudicij, & cauſa ſonſi lex Nathan, & vindex Angelus. illinc autem ipſe Dauid perſonarum non acceptor: & qui aduerſùs ſe tulit ſententiam, qua ſæculum totius euulſit, quàm ſuſcepiſſet, & Deus pariter, qui cicatricem vulneri non tantùm induxit; ſed ipſum etiam vulnus prorſus deleuit. neque enim tantummodo pepercit,ſed & abſtulit peccatum.* Vbi Dauid perſonarum acceptor non fuit,ſed peccatum æquè in Rege, ac in priuato, & tam in ſe,quàm in alio caſtigauit,ſic placuit Deo,vt nec veſtigium vllum pateretur Deus remanere peccati.

§. XI.

Iuſtorum mors non cenſetur mors.

HOc in primis Achabo obiicitur à Deo,nimirum: *Occidiſti,inſuper & poſſediſti. Occidiſti*, inquit,& non explicat,quem occiderit. Cur non ait explicatiùs: Occidiſti iuſtum Nabothum? Noluit equidē Dominus dicere Nabothū occiſum: vt enim Naboth erat vir innocens, & iuſtus,eius mors non erat verè mors: ſed maiorem reſerebat ſpeciē ſalutis,& vitæ. Similiter de Lazaro defuncto locu-
Ioan.11. tus Dominus Ioan.11. ait: *Lazarus,amicus noſter,dormit*. Cur non magis dicit,quòd mortuus eſt? Non cenſebat Lazari mortē talem eſſe,ſed vitæ requiem. Ait Theoph.ibi: *Cuius*
Theoph. *gratia prius non manifeſtè dixit,ſed occultè mortē ſomnum nominauit? Vt oſtendat nobis,quòd omnis mors ſomnus ſit, & requies.* Non amat Deus,iuſtos homines credi eſſe in morte; ſed in præſtantioris vitæ requie. Ea quo ad Marthā dice-
Ioan.11. bat Ioan.11. *Qui credit in me,etiāſi mortuus fuerit,viuet.* Circa quæ ait Beda ibi: *Quid hoc? Qui credit in me,etiāſi mortuus*
Beda. *fuerit,viuet? Sicut Lazarus mortuus eſt,& viuit: quia non eſt Deus mortuorum,ſed viuorum. De olim mortuis Patribus dicebat: Ego Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Non eſt Deus mortuorum,ſed viuorum. Omnes enim illi viuunt.* Non eſt iuſtorum hominum mori,ſed viuere. Deut.34. *Mortuus eſt*
Deut.34. *Moyſes ſeruus Domini,in terra Moab,iubente Domino: & ſepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo ſepulcrum eius.* Mortuus Moyſes, & ſepelitur; ſed ſepulcrum eius ab oculis mortalibus arcetur. Et quando mors eius prædicatur,cur ſepulcrum eius abſconditur?
Ambroſ. Ait D.Amb.lib.de Abel,c.2. *Nemo ſcit ſepulturam eius,vſque in hodiernum diem,vt tranſlationem magis,quàm interitum intelligas. Tranſlatus eſt magis quàm derelictus,cuius nemo nouit ſepulturam.* Amouit equidem Deus ab oculis mortalium Moyſis ſepulcrum,vt non cenſeretur mortuus; ſed in meliorem vitam tranſlatus: nunquam enim non eſt melior conditio iuſtorum in morte. De Lazaro mortuo ait Ioan.
Ioan.11. c.11. *Venit Ieſus,& inuenit eum,quatuor dies iam in monumento habentem.* Expende illud: *Quatuor dies in monumento habentem.* Quando enim alij dies perdunt ingreſſi in ſepulturæ tenebras, Lazarus ibi clariſſimos,imò veriſſimos dies habebat. Eſt equidem proprium iuſtorum,quòd in ſepulcro vmbratiles dies perdant, & lucis habeant dies veros. Ad hæc dicebat D. Zeno ſermone de Lazaro
Zeno. ſuſcitato: *Sepultus eſt, & humatus, hoc eſt, vt incipere eſſe, quod fuerat, lutum, ſcilicet; dum deſinit eſſe quod erat, forma, vel fabula.*

Planè iuſtus in ſepulcro totius humanæ vitæ fabulam exuit,& veritatem vitæ amplectitur.

§. XII.

Perfecti Concionatoris eſt potentium aures contra ſceleribus percutere.

NOn alius,quàm Elias mittitur, qui Achabo proponat peracta ſcelera. Quippe ait Textus: *Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbitem,dicens: Surge, & deſcende in occurſum Achab,Regis Iſrael,qui eſt in Samaria. Ecce deſcendit ad vineam Naboth,vt poſſideat eum. Et loqueris ad eum dicens: Hæc dicit Dominus Deus: Occidiſti,inſuper & poſſediſti.* Immittitur ergo feruentiſſimus Elias, qui potentiſſimi Regis aures feriat propoſitis eius peractis ſceleribus. Sic ab hominibus immitti ſolent generoſi canes,qui dum ferocium animantium auriculas prendunt,ea inutilia reddunt. De Ozia Rege etiam potentiſſimo locutus Textus
2.Paral.26. ait: *Ozias ingreſſus templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. Statimque ingreſſus poſt eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini, octoginta viri fortiſſimi aſſiſterunt Regi,atque dixerunt: Non eſt tui officij, Ozia,vt adoleas Domino.* Ingreſſus eſt Rex in templo, vt ſacrificet coram Domino; ſed & poſt Regem intrauit Azarias Sacerdos, qui quaſi generoſus canis teneret aurem Regis, & cuſtodiret domum Domini ſui. Ait D.Chryſoſt.
hom.5. de verbis Iſaiæ,c.6. *Ingreſſus eſt Ozias in templum Domini,ingreſſus eſt & Azarias Sacerdos poſt eum. Non aliter quàm generoſus canis inſurrexit ad impuram beſtiam, vt illam exigat ex ædibus herilibus.* Expende illud: *Non aliter quàm generoſus canis*,&c. Canis enim generoſus & arcet extraneos à domo herili; & immiſſus in belluas immanes, hoc in primis curat, vt prendat earum auriculas, quo illas inutiles prorſus reddit. Imò non ſemel ſibi eas reddunt commodiſſimas. Plenus vlceribus erat Lazarus ad oſtium diuitis, Luc. 16. *Et canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* Nec miror: generoſi enim canes euangelici de vlceribus hominum ſic augentur, vt Domini ſui Regiam & ſeruent,& impleant. De quibus ait D.Amb. in præſenti: *Beati canes,in quos vlcerū talium diſtillat humor, vt adimpleat eos, & impinguet fauces eorum,qui cuſtodire domum ſeruare gregem,cauere aſſueuerunt lupos.* Conueniunt huc generoſi canes euangelici, vt ad efferaliſſimorum Principum aures audeant inſilire; illiſque peccatorum vlcera proponere, quæ vlcera propoſita ſic lambant,vt inde augeantur viribus in bonum domus Dei,& in luporum ruinam. Nōnne hic canis Dominicus eſt perfectorū Prædicatorū authos?

Chryſoſt.

Luc.16.

Ambroſ.

§. XIII.

Terrenorum contemptor ſit,qui audeat in ſceleſtos Principes.

INſuper pondero,quod ait: *Factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbitem dicens: Surge, & deſcende in occurſum Achab,Regis Iſrael,qui eſt in Samaria. Ecce deſcendit ad vineam Naboth,vt poſſideat eam. Et loqueris ad eum dicens: Hæc dicit Dominus Deus: Occidiſti, inſuper & poſſediſti.* Et quis alius ſic auderet inſilire in Regis ſcelera, quàm Elias temporalium bonorum omnium facilè contemptor? Audis temeritatem Oziæ Regis,de qua 2.Paral.26. *Ozias ingreſſus templum Domini,adolere voluit incenſum Domino ſuper altare thymiamatis. Statimq; ingreſſus poſt eum Azarias Sacerdos: & reſtiterunt Regi,atque dixerunt: Non eſt tui officij*, &c. Vt Azarias Sacerdos vidit Regem peccantem in templo,inſiluit aduerſùs Regem, indignitatemque facinoris illi ob oculos propoſuit. Quid periculoſius? Cur homo priuatus nōn magis timuit bilem Regis? Ait Dominus Prou. 19. *Minæ Regis,ſicut ira leonis.* Et cur Sacerdos non timuit iram leonis excitare aduerſùs ſe? Non videbat Azarias Regem; ſed Deum: non aſpiciebat ad terram,ſed ad cælum. & inde non veritus eſt coarguere Regē. Ait D.Chryſ. hom.5. in Iſaiæ verba,c.6. *Non aſpiciebat Azarias principatus faſtus, ſed ſublatis oculis in cælum ad verum Regem,impetum fecit in tyrannum. Nouerat enim,nouerat, quòd comminatio Regis ſimilis ſit iræ leonis, dumtaxat iis, qui terram ſpectarent. Verùm homini,qui cælum haberet præ oculis,& qui ſic induxerat animum,vt citiùs in ipſis ſacrificiis vitam deponeret,quàm ſacras leges conſpiceret violari,quouis cane vilior erat ille.* Quid pulchrius? Non terram; ſed cælum,ſed Deum aſpiciat, qui amat auderet dicere potentibus,quæ oportet,& quibus irretiti peccatorum laqueis tenentur.

2.Paral.26.

Prou.19.

Chryſoſt.

§. XIV.

§. XIV.

Quæ mala proximis infers, in te venient.

DEbita Achabo illa fuit pœna decreta, nimirum : *In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum.* Sic enim proximis illata mala ſimiliter in inferentem recidunt. Hinc 4. Reg. 10.
4.Reg.10. *Porrò filij Achab ſeptuaginta viri apud Optimates ciuitatis nutriebantur : Occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad eum in Iezrahel.* Hoc donum miſſum eſt Iehu exiſtente in Iezrahel, vt impleretur ſermo Eliæ, vt notat Textus in præſenti. Quò ſpectans D. Chryſoſtomus homil. de ſodomitis, & Achab,
Chryſoſt. fatur : *Vide, quomodo retributio peccato par. Poſuerunt capita eorum in corbes, & miſerunt eos in Iezrahel. In Iezrahel Nabuthe occiſus eſt: in eundem locum, occidentis genus occiſum miſſum eſt in ſportis. Achab peccauit Nabuthe botris in corbes conſectis, ſic filiorum capita in corbes mittuntur.* In corbes miſſi ſunt ab Achab botri Nabuthi : in corbes mittuntur capita filiorum Achab. Iezrahelem rigauit ſanguis Naboth per Achab, & ſanguis Achab in filijs rigauit Iezrahel. De Flacco Præſide Romano dicebat Philo orat.
Philo. in Flaccum : *Oportebat eum à foco capias ſupplicium, qui tot innocentium domos foco vacuas fecerat.* Prouidet Deus ſæpe, vt homines in ea mala veniant, quæ proximis intulerunt. De carnificibus Ieſu locutus Ioan. cap. 13. ait:
Ioan.13. *Plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius.* Quid tuò? Quis explicet, quot ſpinis compungantur Iudæi? Ait D. Athanaſ. orat. de Paſſ.
Athan. *Læti porrò, quòd Chriſtum ſpinis circumdarent, caecutientes fuere, vt non perciperent ipſos ſibi has ſpinas circumponere. Scriptum eſt enim : Terra populi mei ſpina, & fœnum aſcendet. & ex omni domo tolletur lætitia.* Non potuit te miſeri non ſentire in ſe ſpinarum
Matth.27. aculeos, quibus innocentiſſimum Ieſum percuſſerunt. Sed & Matth. 27. dicit : *Illudebant ei dicentes,* &c. Quid inde?
Athan. Ait D. Athanaſ. vbi ſuprà : *Illudebant enim infelices illi Domino, & non animaduertebant illud propheticum contra ipſos adimpleri, quod ita dicit: Illuſores dominabuntur eorum.* Sic Iſaiæ cap. 3. apud Septuaginta. Et quæ gens tot illuſiones modò patitur, quot Iudæi deluſi, & deriſi toto penè Orbe terrarum? Nec non & ait Matth. cap. 27.
Matth.27. *Diuiſerunt veſtimenta eius ſortem mittentes.* Circa quæ Athanaſ. ſuprà :
Athan. *Diuiſere carnificibus veſtimenta Chriſti, penitus immemores, ſe inter gentes diuidendos eſſe, cùm Propheta ita dicat : Ecce dies veniunt, & diuidentur ſpolia tua in te, & ſimul inducam omnes gentes in Ieruſalem, & capientur ciuitates, & diripientur domus : Et vt compendio dicam, aduerſus ſe pronunciauerunt diem, quam prædixit Iſaias : Dies enim vindictæ Domini, & talionis iudicij Sion,* &c. Quæ dies talionis & Iudæos premit, & vniuerſos innocentium oppreſſores. De quo plura per omnes tomos.

3. *Reg.* 21. Et ait Achab ad Eliam : Num inueniſti me inimicum tibi? Qui dixit: Inueni, eò quòd venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini. Hæc dicit Dominus : Ego inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clauſum, & vltimum in Iſraël. Et dabo domum tuam, ſicut domum Ieroboam, *&c.*

§. XV.

Non inimicus eſt, qui corripit; ſed qui diſſimulat.

VBi noſter legit : *Num inueniſti me inimicum tibi?* Legunt alij : *Num inueniſti me, inimice mi?* Vocabat enim inimicum Prophetam, à quo ſæpè acriter corripi ſentiit: ſed non qui corripit errantem; ſed, qui diſſimulat, & palpat, ille inimicus eſt crudeliſſimus. Dicit Prouerb. cap. 13. *Qui parcit virgæ, odit filium ſuum; qui autem diligit illum, inſtanter erudit.* Prou.13. Itaque quod pater non vtatur virga, aut flagello, aut aſperis verbis aduersùs filium peccantem, id non eſt amoris indicium; ſed odij: non eſt id opus manſueti, ſed hoſtis inclementiſſimi. Ait D. Baſil. in Regul. breuior. 5. *Inclemens ille habendus eſt, qui obticeſcit: non autem qui arguit, quemadmodum qui in corpore alicuius quod à venenata aliqua beſtia morſum eſſet, reſidere venenum ſineret, cùm poſſet extrahere, iure immitis diceretur, non autem qui extraheret. Quinimò, qui eiuſmodi eſt, is charitatem euertit. Siquidem ſcriptum eſt. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum,* &c. Baſil. Hoc ſanctum omnibus ſit, quòd correptiones peccatorum non à crudeli, & inimico animo veniunt; ſed à valdè amico. Ille potiùs inimicus habendus, qui videns proximum in peccatis putreſcere, tacet, & prorſus abſtinet à medicina. Cauebat lex Exod. 23. *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo.* Exod.23. Sic mandabat lex ſubueniri iumentis proximorum ab eo, qui amico eſſet animo in eum: æſtimans, clarum eſſe inimicitiæ crudelis argumentum, ſi non ſubueniat quis proximorum iumentis. Ex quo argumentatur in rem præſentem D. Chryſ. hom. de repreh. ſer. end. & conuerſ. S. Pauli, dicens: *Non audiſti, quid Deus Iudæis præcepit? Nempe, ne errantia inimicorum iumenta deſpiciant, & lapſa ne prætereant. Quod cùm Iudæis præceptum, ne bruta inimicorum contemnant; nos ne fratrum animos, qui quotidie ſupplantantur, deſpiciemus? Et quomodo non eſt ſumma inhumanitas, & ferina crudelitas, nos non tantùm curæ hominibus impendere, quantùm illi iumentis?* Chryſoſt. Planè, quos lapſus & ſpiritualia vulnera proximi tui prætereas tacens, id ab inhumanitate, & inimica crudelitate venit. Non enim is crudelis, ſed amicus eſt benigniſſimus, qui putrem partem ſecat, vt totum hominem ſaluti dedat. Compone modò Paulum, & Iudam: ille duriſſimis verbis afflixit Corinthium quendam; hic Ieſum meum oſculis demulcebat Luc. 22. Vter horum hoſtiliùs agebat? Luc.22. Rem definit Chryſ. vbi ſuprà. *Oſculatus eſt Dominum Iudas, ſed oſculo prodit : venenum habebat os eius, maliciáque impleta eſt lingua eius. Paulus eû vulnerauit, qui apud Corinthios ſcortatus fuit, ſed ſaluauit. Inquit enim. Tradatur Satanæ in interitum carnis, quò ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu. Vidiſti vulnera ſalutem afferentia, vidiſti oſculum proditione plenum? Sic fideliora ſunt vulnera amici, quàm blanda oſcula inimici.* Chryſoſt. Sic vulnera peccatori inflicta ab amico animo credantur proficiſci, vt ſalutaria ſint.

§. XVI.

Peccatum maximè abſconditur hominibus inter humanas cupiditates.

ILla eſt vox Achabi non cernentis ſcelus ſuum, nimirum. *Num inueniſti me inimicum tibi?* Quaſi ignoraret in ſe aliquid ſceleris deprehendi poſſe, propter quod immortales aleret inimicitias cum Deo, & eius Propheta. Et quomodo id ignorare potuiſſet? Quomodo non illi ſtatim occurrit homicidium, & rapina, quam tunc exercebat, & ob quam tam durum excipiebat Prophetam? Planè dum vinea adeò concupita fruebatur, nihil ibi mali aduertebat : abſconditur enim maximè peccatum inter humanas cupiditates. Aiebat Paulus ad Romanos cap. 7. *Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret : Non concupiſces.* Rom.7. Loquitur in nomine oculatiſſimorum hominum, qui in concupiſcentijs ſuis nullum peccatum videbant, niſi lex illud manifeſtaſſet. Sed peccatum concupiſcentiarum ex ſua intrinſeca ratione peccatum erat : non enim ideo mala concupiſcentia fuit, quia prohibita erat; ſed ideò lege prohibebatur, quia ipſa ex ſe erat mala. Et quomodo adeò erat mala, qui fieri potuit, vt eius malitiam ante legem oculatiſſimi hominum non viderent? Planè vt tota malitia, & venenum humanis ſeruiebat cupiditatibus, ſic occultabatur, vt minimè appareret. Ait D. Ambroſius ibi : *Lex itaque concupiſcentiam prohibet, quæ propterea, quòd oblectamento eſt, non putabatur eſſe peccatum; ſimplex enim videbatur cauſa concupiſcere aliquid proximi, hoc autem lex prodidit eſſe peccatum. Sæcularibus namque hominibus nihil tam inuiſum videtur, & placidum, quàm voluptas.* Ambroſ. Quippe vbi ſæcularibus hominibus voluptas

lupias arridet, ſiue è poſſeſſione bonorum, ſiue è commiſtione corporum, nihil ibi non placidum, & ſalutare vident. Delitеſcit enim quàm maximè venenum peccati, ſub rebus, quæ iucundæ ſunt humanis cupiditatibus. Ierem. cap. 2. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino eius biberunt omnes gentes.* Cùm dicit, calicem aureum eſſe in manu Domini, intelligit Origenes ibi iam Nabuchodonoſor in ſupplicio eſſe. Et quando Nabuchodonoſor in ſupplicio erat, cur adhuc dicit: *De vino eius biberunt omnes gentes?* Cur non magis fugerunt a tam venenato poculo? Calicis aurum ſeruiens humanis cupediis ſic oculos mortalium tenebat, vt nihil ibi pœna dignum viderent. Ait enim Origenes homil. 2. in Ierem. *Accipitis calicem bibit, neſcitis calicem Nabuchodonoſor; intelligens autem calicem aureum.* Malum ibi abſconditum ſub auri illecebris penitùs ignorabatur. Dum auri ſacra ſitis calice illo ſatiabatur, minimè videbatur, cuius mali eſſet, ſed ſolùm intelligebatur auri oblectamentum. Non aliter Oſeas cap. 12. *Chanaan, in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit. Et dixit Ephraim. Veruntamen diues factus ſum: inueni idolum mihi.* Græcè autem legitur: *Inueni requiem mibi.* Ephraim in calumniis, & iniuſtitiis compingendis ob lucrum Chananæos æmulabatur. In iis tamen nihil mali videbat delinitus lucris acquiſitis. Ait ibi D. Cyrillus Alexandrinus. *Inuenta eſt ſtatera iniquitatis in manu eius, hoc eſt, inæqualitas, & auaritia. Nam more gentium, Deum ignorantium, execrandam oppreſſionem pro magno habuit. Et ſe peccare hoc faciendo, cogitare noluit. Ait namque. Veruntamen diues factus ſum, inueni requiem mihi.* Inter diuitias acquiſitas, peccatum nec cogitare volebat.

Ierem. 2.

Orig.

Oſea 12.

Cyrill. Al.

§. XVII.

Cuiuſque peccatum vniuerſos offendit.

LIcèt Achab peccauerit in Naboth, quia putabat, ſe in Eliam non peccaſſe, quæritur, quòd ab illo durius tractetur. At & in Eliam peccaſſe ipſe Elias oſtendit. Accipe Textum: *Ait Achab ad Eliam: Num inueniſti me inimicum tibi? Qui dixit: Inueni, eò quòd venundatus ſis, vt faceres malum, &c.* Contentus erat Achab, eò quòd credebat, ſe inimicum Eliæ à nullo eſſe inueniendum. Verùm Elias è contra dicit, Achabum ſibi inimicum inuentum, eò quod venundatus fuerit, vt faceret malum, id eſt, eò quòd in Nabothum inimicus fuerit. Qui enim aduerſùs aliquem peccat, peccat aduerſùs vniuerſos. Monebat Dominus Matthæi 18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Quod præceptum ferè omnes Patres de peccato, quod contra ſingulos fit, & eſt ſingulis iniurioſum, intelligunt, vt cùm me iniuria aliquis afficiat, illum ego corrigam. Sic Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus ſermone 16. de verbis Domini, Beda, Euthymius, & alij. Verùm Doctores Scholaſtici, de quocunque peccato illud præceptum exponunt, ſiue ſit contra me, ſiue non ſit contra me. Quocunque enim modo peccauerit homo, præſente me, debet a me corrigi. Quando ergo quodcuoque peccatum ibi intelligitur, cur Saluator noſter maluit dicere: *Si peccauerit in te.* quæ verba peccatum mihi ſingulariter nociuum videntur ſonare? Voluit ſanè Dominus hanc oſtendere doctrinam, quòd, nimirum, quodcunque peccatum fuerit, vniuerſis noceat. Sic Abulenſis in præſenti quæſt. 84. *Quæcunque peccatorum nobis, vel nobis ſcientibus, malum nobis infert, ſcilicet, ſcandalizat nos, quantùm in ſe eſt, & iſtud eſt graue malum.* Vbi quis agnitus fuerit peccaſſe, inuentus eſt hoſtis, & inimicus fuiſſe omnium, qui nouerunt, quando omnibus iis non leue malum intulit. Dicebat Iſaias cap. 6. *In anno, quo mortuus eſt Rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, &c.* Cùm viuentium Regum tempus à cæteris Prophetis ſoleat notari, pro ſuis prophetiis euulgandis; in præſenti Iſaias mortui Oziæ Regis tempus notat. Et cur contra communem Prophetarum vſum modò defuncti Regis tempus notatur? Vt oſtenderetur, quàm nociuum erat omnibus vnius peccatum. Peccaret Ozias, dum viueret, dum leproſus non extra vrbem, ſed domi manet: & dum eſt in hoc peccato, cælum omnibus clauditur, Deus nulli Prophetæ apparet, fames inualet verbi Dei. Vbi autem per mortem Oziæ peccatum tollitur, ſtatim Deus beneficentiam ſuam omnibus aperit. Ait D. Chryſoſt homil. 4. in dicta verba: *Viuente Ozia non agebat in eis Spiritus gratia, ſilentium erat, ſimultas inter Deum, & hominem: Mortuus eſt impurus, & Deus reconciliatus eſt hominibus. Quamobrem hoc factum eſt, cùm nihil eſſet benefactorum, ſed tantùm ille mortuus eſt? Quoniam humanus eſt Dominus, & nihil aliud quærebat, quàm vt exiret impurus.* Ecce tibi quàm erat perniciosum omnibus vnius peccatum, quando omnes priuabat Dei beneficentia, & tenebat Deum, ne ſe ſuis popularibus oſtenderet. Vbi autem peccatum ſublatum eſt, ſtatim ſeſe Deus effudit in vniuerſos. Expende autem illud: *Cùm nihil eſſet benefactorum; ſed tantùm ille mortuus eſt.* Quippe non expectauit Deus, vt aliquid boni agerent Iſraelitæ, ſed, vbi impuritas ab eis abſceſſit, ſtatim ſe effudit. Magnum enim eſt, quòd peccatis careas, vt Dei in te beneficia deſcendant. Gen. 2. *Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat.* Ecce tibi luculento homini recèns formato vt Deus benefacit? Illi Paradiſum voluptatis pro ſede parat, dominium omnium animalium adſcribit. Et quid fecit homo, vt tanta acciperet de manu Dei? Nihil adhuc boni ſcribitur ab homine factum, ſed & nihil fecerat mali: ex eo autem quod omni carebat malo, ſic ſe in eum effudit Deus. Ait Claudius Marius Victor lib. 1 in Gen.

Isaia 6.

Abul.

Matth. 18.

Chryſoſt.

Gen. 2.

Mar. Vict.

> *Tantum apud authorem eſt meriti pro nomine ſummi,*
> *Nondum aliquid meruiſſe mali.*

Dum nulla impuritas, nulla malitia inuenta in eo eſt, id pro merito ſummo Deus habuit, vt in eo fontes effunderet gratiarum.

§. XVIII.

Homo auaritia poſſeſſus nulli ſceleri non ſeruit.

SApienter Elias dixit Achabo: *Eò quòd venundatus ſis, vt faceres malum, &c.* Qui enim auaritia poſſeſſus erat, quaſi ſui iuris non cenſebatur, vt reſiſteret peccato cuilibet; ſed impotenter omnibus ſubiugabatur. De Ephraim dicebat Oſeas c. 12. *Chanaan, in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit.* Ex Græco legit D. Cyril. Al. *Chanaan, in manu eius ſtatera iniquitatis, opprimere pro potentiam dilexit.* Ex quo Ephraim Chananæorum auaritiam æmulatus eſt, Chananæus & vitiis ſuis factus, ſicque poſſeſſus apparuit cupiditatibus ſuis, quaſi impotenter ad omnia ſcelera fuerit ſubiugatus. Ait ibi Cyril. Alex. *Quia Ephraim bonam mentem amiſit, & res adeò venerandas, colendas que nihili fecit, Chananæis alienigenis factus eſt ſimilis, non bonus, & impius, moribus nequam plurimùm gaudens, & animo barbarico, cupiditate rerum alienarum impotenter ſubiugatus.* Expende illud: *impotenter ſubiugatus.* quippe ſic ſeſe ſubdidit auaritiæ, quaſi vile illius mancipium, ſub eius exiſtens poteſtate: ex quo & barbarus, & nequam, & impius, & alienus factus eſt. Quò ſpectans Amos c. 9 dicebat de Iſraelitis: *Auaritia in capite omnium*: hoc eſt, auaritiæ impotenter ſubiugabantur, ab illa plenariè poſſidebantur. Quid inde? Solo hoc tenebantur vitio? Vtinam id certum eſſet: at ideò oſtenduntur vni auaritiæ ſubditi, vt & omnium criminum rei credantur. Dicit ibi Ruffinus: *Auaritia omnium in capite omnium commemoratis, à Principibus ad imos ſordibus cunctos, & ſacrilegiis hærere pronunciat.* Ex quo ſub auaritiæ oſtenduntur poteſtate, nihil ſordidum, nihil ſacrilegum non amplecti creduntur.

Oſea 12.

Cyril. Al.

Amos 9.

Ruffin.

§. XIX.

Pœna vni peccatori inflicta in ſimiles alios ſimiliter deuenitur.

DIcebat Dominus Achabo: *Et dabo domum tuam, ſicut domum Ieroboam, &c.* Vt Achab ſimilis fuit Ieroboam in idololatria, & flagitiis: ſic & illum idem manet ea Deo ſupplicium. Quod enim infertur vni peccatori, idem vadit ad alios ſimiles. Elatus Ozias Rex victoriarum gloria ſibi ſacerdotale munus arripere volens, ingreſſus

2. Paral. 6. [illegible] ſus eſt templum, vt per[illegible] incenſum adoleat. Cui ait [illegible] *Non eſt tui officij [illegible] ad- [illegible] Aaron.* [illegible] ſuit aut non pertinet ad [illegible] Sacerdotes per[illegible]e, [illegible] Aaron ſufficiſſet dicere, illud mu- [illegible] pertinere ad [illegible] Sacerdotes, vt inde intelligeret [illegible] non erat Sacerdos. Cur [illegible] addere, [illegible] filios Aaron: Notanter potuit filios Aaron, vt [illegible] Regem in memoriam hiſtoriæ ex Num. 16. [illegible] hoc [illegible] munus filiorum Aaron

Num. 16. [illegible] Dathan, & Abiron miſerè perierunt. Vt [illegible] Korahorum [illegible] ſupplicium, idem in co- [illegible] timeret. Quod enim vni ac- [illegible] in ſimilibus eueniet. Rem

Chryſoſt. [illegible] lerat D. Chryſoſt. hom. 4. de verb. Iſaiæ, ſaeuſ: *Quam [illegible] tantum, [illegible] & patris erant An- [illegible] virum vltus eſt Deus, [illegible] addaxit. Noli audere quod ad- [illegible] qua tempore Aaron a[illegible].* [illegible] Hinc Paulus [illegible] ad Timotheum [illegible] 3. *Ne [illegible] in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli.* [illegible] adiudicatus eſt [illegible] dum [illegible] Dicit D. Chryſoſt. hom. 3. [illegible] *in laqueum Diaboli [illegible] cum illo, eadem cum illo [illegible]* [illegible] ſimili [illegible] Hæc trahe dicta infra tom. 7. lib. 17. cap. 5. §. 6.

§. XX.

Non ſit aliud peccatum, vt religionis violatio regna perdat bellis.

F[illegible] perde[illegible] dam Ac[illegible] m, vt nec vnus de [illegible], e eius maneat in re[illegible] minatur Dominus, di- cen[illegible] *[illegible] de Achab mingentem ad parietem, & clau- ſum, [illegible] Et dabo domum tuam ſicut domum [illegible] & [illegible] domum Baaſa, [illegible] Ahia quia [illegible] & [illegible] Iſrael.* [illegible] dican[illegible] ſſet tan- [illegible] maius [illegible] ſup- [illegible] non ſolus Achab, ſed [illegible] eius [illegible], & prorſus ex- clud[illegible] a domo R[illegible] [illegible] ſupplicium [illegible] Acha- bi [illegible] vinum [illegible] vel propter [illegible] & a [illegible] ar, vt credam tam [illegible] Reg[illegible] & [illegible] & rapi- nam Achabo erat. [illegible] eo animad- uertitur, quando ra[illegible] & [illegible] ſupplicij poni- tur [illegible] nimirum: *Quia irritare feciſti [illegible]* [illegible] ab vxore Iezabele Ido- l[illegible] fuit Iſraelitis: [illegible] patria religione impiiſſime re- ceſſer[illegible]. Vbi autem re[illegible] ionis violatio eſt, ibi viola- [illegible] regno: ſic contigit Iero- b[illegible] Baaſa [illegible] Ac[illegible] qui bellis hoſtium contri- [illegible] ſua fuerunt [illegible]. Et quando [illegible] non exſurgant, non perdantur [illegible] oriam Leuitæ, cuius vxor conſtu- [illegible] Quid tunc? Habes lib.

Iudic. 20. Iudicum cap. [illegible] bellum inſur- g[illegible] aduer[illegible] Beniamin[illegible], & hinc inde commiſſo præ- lio multa vtrimque partis millia perimuntur. Deus bo- ne! [illegible] ſtupratio, & mors tantam ſtragem afferre [illegible] populo ſuo? Sic adulteria laſciuientium ca- ſtigas, [illegible] electam tuam? Crede mihi: non adulteria c[illegible] tanta populorum perditio- ne caſt[illegible] a Deo, niſi ſimul eſſet in popu- lo læſa religio. Videre potes etiam in l[illegible]ro Iudicum

Iudic. 18. cap. 18. vt ex [illegible] Mi[illegible] allatum idolum ſecum ha- berent Iſraelitæ, ex quo nefa[illegible] iſſimo piaculo orta ſunt bella, quibus, permittente Deo, ſe mutuò interficie- bant vſque ad extremam ruinam. Ait enim D. Cyrill.

Alex. in cap. 9. Oſ. ad illa verba: *Peccaverunt ſicut in die- bus Gabaa*, & poſt ſtrages Benjaminitarum, & Iſraeli- tarum numeratas dicit: *At enim non permiſiſſet Deus Iſ- raelitas conſerere manus, niſi ſculptile ex domo Michaæ ſubla- tum, quo erat de Tribu Dan, coluiſſent, & aliæ Tribus id vſquè diſſimulantes quieuiſſent. Simile quid etiam propter vitulos aureos Deo exacerbato euenit.* Etſi adulteria eſſent, & homicidia; non permiſiſſet Deus tot bella excitari in populo ſuo, quibus ad vltimum exterminium ve- niret, niſi ibi lateret læſa religio. Vbi enim reli- gionis macula admiſſa fuit, bellis ſe mutuò perdunt Iſraelitæ. Et propter hanc regna perduntur, & radi- citus a regno euellitur domus Ieroboam, & do- mus Baaſa & domus Achabi. Nunquam enim læſa religio non importat regnis extremam ruinam. Da- Cyrill. Al.

Dan. 8. niel. cap. 8. dum populi ruinam proponit, ait: *Egreſ- ſum eſt cornu vnum modicum; & factum eſt grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de ſtellis, & conculcauit eas. Et vſ- que ad Principem fortitudinis magnificatum eſt, & ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis eius.* Expende illa, nimirum: *Et ab eo tulit iuge ſa- crificium, & locum ſanctificationis.* quibus oſtenditur, quàm funditùs deſtructus fuerit populus Iudæorum, deſtructa in eo religione. Circa quæ ait Theophanes

Theoph. in Cat. Græca D. Lucæ ad cap. 21. *Deinde deſignans, quòd Iudaicam ditionem funditus deſtruxerit, ait: Et ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis eius.* Vbi ſacra ſunt profanata, & religio læſa; nihil poteſt remanere, quod non eat in perditionem. De Con- ſtantinopoli locutus D. Ambroſius in proœmio ad li-

Ambroſ. brus de Spiritu Sancto, ait: *Quandiu venena Arrianorum ſua fouebat inclyta vrbs Conſtantinopolis, bellis fini- tima inquieta, mœnia armis circumſonabat hoſtilibus. Poſteà verò quàm fidei exules abdicabat, hoſtem ipſum Iudicem Regum, quem ſemper timere conſueuerat, deditum vidit, ſupplicem recepit, morientem obruit, ſepultum poſſidet.* Sic ibi oſtendit, quàm faciat triumphare religio, & quàm ſine religione regna perduntur. Vide infra tom. 11. lib. 17. cap. 3. §. 20.

§. XXI.

Auarorum diuitum funerea pompa eſca Dæ- monum videtur.

NOn ſolius Achabi proponit Dominus ſupplicium, ſed & impiæ eius vxoris Iezabel, dicente Textu: *Sed & de Iezabele locutus eſt Dominus, dicens: Canes comedent Ie- zabel in agro Iezrahel.* Et vt fuerit a canibus comeſta ha- 4. Reg. 9. be. 4. Reg. 9. vbi cùm ſeſe maximè ornaret, vt Iehu appa- reret, cum toto regio ornatu præcipitata eſt, & a canibus dilacerata, & comeſta. Et cur tunc præcipuè, cùm ornatu regio fulgebat canibus traditur comedenda. Crediderim, in eo oſtendi, quam cedant in eſcam infernalium canum ornatus, & funerales pompæ diuitum auarorum. Ait D.

Ambroſ. Ambr. lib. de Nabuthe, c. 11. *Denique & Iezabel ipſam come- derunt canes, & volucres cœli, vt oſtenderetur, quòd ſpiritualis nequitiæ ſit præda diuitis ſepultura.* Habeo equidem fune- reæ diuitum auarorum, potentiùmque mundialium pompæ plurimum, quod infernales canes prædentur, & prorſus deuorent. Bona enim pauperibus negata, & pietati, in defuncto cadauere, & eius ſepulcro, vanè, & ambitio- sè ſumpta omnia rabidorum Inferni canum auidiſſima erunt eſca? Hanc totus ille funeralis ornatus, tota illa ambitio, qua mundiales potentes ſepeliuntur, ti- meo, ne potiùs ſint ad eſcam æterni ignis, quàm ad illorum commodum. De diuite epulone, & Laza- ro paupere locutus D. Lucas cap. 16. dicit[d]: *Factum eſt,*

Luc. 16. *vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus in Inferno.* Vtrumque mortuum proponit, ſed non dicit vtrumque ſepultum: de Lazari enim ſepultura ſiluit, vt quæ humilis fuerit: de diuitis autem ſepultura lo- quitur propter ſpecioſitatem, & ambitionem illius.

Euthym. Quod notans Euth. ait: *De mendico non dixit, quòd ſepultus ſit, eò quòd vile eſſet pauperis ſepulcrum: de diuite verò maximè*

propter pretioſitatem ſepulcri diuites Et quando propter pretioſitatem ſepulturæ meminit, diuitem fuiſſe ſepultum, cur addidit, ſepulcrum fuiſſe *in inferno?* Quid ambitio & pretioſitas ſepulcri cum Inferno? Quod lignum cum igne? tota namque ſepulturæ diuitis ambitio, & pretioſitas eſca erat, & cibus æterni ignis. Heu quam ſtultè ambitur ſepulcri gloria ab iis, qui exituri ſunt ſepulcralia omnia, vt euolent in vitam. Ioannis cap. 20. accepto nuncio de Ieſu ſuſcitato cucurrerunt Petrus, & Ioannes ad monumentum. *Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita & ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius,* &c. Sepultus fuerat equidem Ieſus totum ſepulcralem ornatum, & honorem, vt in vitam reſurgeret. Ex quo monet D. Chryſoſt. hom. 84. in Ioannem: *Tu autem cùm audieris nudum Dominum reſurrexiſſe, ceſſa, quæſo, ab inſana funeris impenſa. Quid tibi hoc ſuperfluum vult, & inutile diſpendium, quod ipſis, qui faciunt, plurimum affert detrimenti, mortuo nullam vtilitatem, ſed damnum potius? Sumptuoſa namque ſepultura nonnunquam cauſa eſt, vt fures cadauer effodiant, & nudum, & inſepultum proiiciant: Quid ergo ſi nemo furatur? Nonne tinea, & vermes conſument? Et ſi non hi, nónne tempus, & putredo?* Et vermes, & putredo, & tempus exedunt totam ambitionem ſepulcri, ne mireris, quod & eſca ſit flammarum vltricum.

Ioan. 20.

Chryſoſt.

§. XXII.

Contemptus Prophetarum eiſdem caſtigatur, quibus obſcœna luxuries.

SIc in Iezabelem dicit: *Canes comedent Iezabelem in agro.* Meritò a canibus dilacerata perit, vt notiſſima lupa, quæ Prophetarum contemptrix, & inſectatrix fuit. Quò ſpectans D. Ambroſ. epiſtol. ad Ireuæum ex Aggæi locis dicit: *Iezabel inimica veritatis, & aduerſaria Prophetarum eloquiis, ita dilacerata eſt canum morſibus, vt nullum eius ſuperreſſet veſtigium, ſed tot corpora ſue, cum omnibus poſteritatis ſuæ inſignibus extinguerentur.* Ex eodem illud: *Aduerſaria Prophetarum dilacerata eſt canum morſibus.* Planè laſciua fœmina Prophetarum aduerſaria, vt notiſſima lupa à canibus dilaceretur. In eadem enim damnatione apud Deum ſunt, qui Dei Prophetas impugnant, & qui laſciuiæ ſeruiunt. Oſeas cap. 9. maximè mordebat populares ſuos, eò quòd Prophetas perſequebantur, eóſque amentes, & inſanos vocabant. Et poſt hæc cap. 10. ait: *Ex diebus Gabaa peccauit Iſrael, ibi ſteterunt.* Peccauit ſanè non parua Iſraelitarum pars in diebus Gabaa: ſed quid hoc peccatum cum peccato præſenti? In Gabaa peccauerunt adulterio, conſtuprantes vxorem Leuitæ, vt habes Iud. 20. Modò autem dicuntur peccaſſe, dum Prophetas Dei amentes, & inſanos prædicant. Quid hoc peccatum cum illo? Apud Deum eodem reciduot, & laſciui, & Prophetarum contemptores. Ait Ruffinus lib. 3. in Oſeam: *Quoniam hi, quibus erant Prophetarum dicta deriſui, ita peccauerunt, vt illa Gabaonitarum iuuentus, quæ vxorem Leuitæ vſque ad interitum polluiſſet: ſimile crimen videtur quidem illorum, qui in re ſua obſcœnitate peccaſſent, & horum, qui viros ſpirituales, ſtultos, amentéſque cenſerent.* Quid pulchrius? Ad idem ſupplicium pertinent adulteri laſciui, & qui contemnunt, & perſequuntur Prophetas.

Ambroſ.

Oſee 10.

Ruffin.

§. XXIII.

Auaris raptoribus ſolet Deus eripere honorem ſepulturæ.

VT Achab auariſſimus Princeps vineam Nabothi rapuit ad ædificandas ſibi delicias, ſic audit ex Elia: *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes. ſi autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli,* &c. Quibus putat noſter Sanctius nihil aliud oſtendi, quam manſurum regium cadauer inſepultum, omnique carens honore, & priuilegio ſepulturæ. Quæ pœna non rarò à Deo infligitur auaris, & raptoribus Principibus, Regi Ioakim dicit Ierem. 22. *Tui verò oculi, & cor ad auaritiam, & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis. Propterea hæc dicit Dominus ad Ioakim, filium Ioſiæ, Regem Iuda. Non plangent eum: Sepultura aſini ſepelietur, &c.* Sic tibi auaro, & raptori totum ſepulturæ decus eripitur, & vt aſinus habet in ſolum, quod in ſepulcro viliter putreſcat, ſic ille ex ſepulcro ſolum oſtendet putredinem, & horrorem, abſque vllo meliori conditionis indicio. Quò ſpectans D. Ambroſius epiſtol. ad Ireuæum, de verbis Aggæi dicit: *Qui autem in auaritiam intendit, & in ſanguinem innocentiæ, non adiſcit ſuperiora cum indice, nec menſuram tenet; quia non habet Chriſtum, nec aſpirare ſibi diuini flatus explorat gratiam, nec plenè luminis ſplendorem requirit. Non ſepelietur, inquit, huiuſmodi. Qui enim viuum ſe ſub terrenis infodit, & tanquam in ſepulcro ſepeliuit, eripuit ſibi, morine requiem ſepulturæ. Defixus itaque in valle corporalium delectat. cum non inuenit ſepulcrum, de quo poſſit reſurgere.* Totus ſepulcri honos, totum ab eo bonum auſpicium tollitur auaris, & raptoribus. Eſt enim ſepulcrum ſanctis requies, & reſurrectionis auſpicium: auari autem & raptores nec requiem, nec reſurrectionis auſpicium habent à ſepulcro, nec vllum inde metunt honorem. De defuncto Iuliano Imperatore locutus D. Nazianzenus orat. 4. inuectiua dicit: *Qua porrò defuncti hominis ignominia erat? Mimi, & hiſtriones eum deducebant, probróſque à ſcena petitis, ac ludibriis inceſſebant, eíque fidei abiurationem, & cladem, vitæque finem exprobrantes: Hinc illi templum infame, tumulúſque impurus, & execrandus, ac nec piorum quidem oculis ſpectabilis.* Hæc ſepulturæ infamia data eſt raptoribus, & auaris.

Ierem. 22.

Ambroſ.

Nazian.

§. XXIV.

Honor exhibitus Sanctorum cadaueribus, eorum teſtatur glorioſam reſurrectionem futuram.

ILlud meritò de Achab dicitur: *Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes,* &c. Vt eius oſtendatur vilis, & inhonora ſepultura, vt notat Sanctius ibi: & qua nullum habeatur vitæ auſpicium, iuxta illud D. Ambroſij, præcedenti paragrapho dictum, omnium: *Non inuenit ſepulcrum, de quo poſſit reſurgere.* Qui enim honor cadaueribus, & oſſibus Sanctorum datus, is manifeſtè oſtendit, vt eos reſurrectio manet, & glorioſa vita. De homine Dei dicit Textus 3. Reg. 13. *Inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: aſinus autem ſtabat iuxta illum, & leo ſtabat iuxta cadauer.* Ecce tibi leo, qui viuo non pepercit, defuncti cadauer venerator, pro illóque vigilantiſſimum cuſtodem agit. Et cur hic à Deo cogitur leo venerari cadauer defuncti, cui eripuerat vitam? Vt inde oſtenderetur reſurrectio glorioſa defuncti. Ait Theodoretus ibi, quæſt 42. in fine: *Id, quod Propheta accidit, ſignificat mortuorum reſurrectionem. Nam, quæ ſuperſtitem quidem tradidit feræ; honore autem mortuum eſt proſecutus, & hominis, non animalis, ſed ſolùm corpus, & eſt perſpicuum, quòd id non deſpiciet diſſolutum, & corruptum, ſed excitabit, & dabit animæ inſtrumentum, per quod Deum coluit.* Sic enim iuſtorum cadauer in ſolam putredinem iturum eſſet, & in pabulum vermium, non tantus honor a Deo daretur illi. Per hoc autem, quòd iuſtorum cineres vult venerationi eſſe mundo, manifeſtè oſtendit, vt illos manet reſurrectio, & glorioſa vita. Hinc Geneſ. 35. vbi ventum eſt ad mortem Rachelis dicit: *Mortua eſt Rachel, & ſepulta eſt in via, quæ ducit Ephratam, hæc eſt Bethlehem. Erexitque Iacob titulum ſuper ſepulcrum eius: Hic eſt titulus monumenti Rachel, vſque in præſentem diem.* Mortui fuerant antè Patriarchæ multi, mortua & Sara, & Rebecca: nullius autem ſepulcrum honoratum fuerat titulo. Cur vnius Rachelis ſepulturæ datur tituli honor? Rachel ſignabat Eccleſiam Chriſti, in qua Chriſti beneficio oſtendebatur mors deuicta, & in glorioſam reſurrectio vitam: ne miremur, ſpecialem honorem impendi cineribus, ex quibus reſurrectionis lumen aſſulget. Ait D. Cyrill. Alex. in ... at. Lipp. *Plurima quidem ſanctarum mulierum dormitionis, in ſolo autem Rachelis monumento myſticus ille, & ſacer figuratus eſt lapis. Hinc autem intellige arcanum illud Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem. Deſiit verò à tyrannide, cum Vnigenitus Dei carnem ſuſcepit, & tanquam virginem caſtam exhibuit ſibi Eccleſiam in cuius imaginem ſumpta eſt Rachel. Itaque, quod ſuper altero*

Sanct.

Ambroſ.

3. Reg. 13.

Theodor.

Geneſ. 35.

Cyril. Al.

... teſtentu fuerint, ſignum, & quidem ... humani generis mortem deuictam fuiſ-ſe. Ex tunc ... exhiberi cineribus iuſto-rum ... honorifici apponi ſepulcris, ex quo ... mors fuit deuicta, & reſurrectio aſ-ſerta.

§. XXV.

Durior pœna venit in eum, qui viſis aliorum ſupplicijs non corrigitur.

QVid mali non meretur Achab? De illo dicitur: *Abominabilis factus eſt in tantum, vt ſequeretur idola, quæ fecerant Amorrhæi, quos conſumpſit Dominus à facie filio-rum Iſrael.* Vidit conſumptos Amorrhæos ob idola & tamen ſecutus eſt eadem: quale inde non merebitur ſupplicium? Durius equidem caſtigari debet, qui videns aliorum pœnam, non fugit ab illorum viis. Matth. c. 23. dicebat Dominus Principibus Sacerdotum: *Ecce ego mit-to ad vos Prophetas, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifige-tis, & ex eis flagellabitis in Synagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſan-guinem Zachariæ,* &c. Exponde illa: *Vt veniat ſuper vos om-nis ſanguis iuſtus.* quibus dicit venturum ſuper moder-nos illos homines ſanguinem omnium ab initio mun-di occiſorum propter virtutem, & iuſtitiam. Suffeciſſet equidem, quod luerent pœnas ſanguinis à ſe effuſi: cur vltra cum adhuc ab illis requiritur ſanguis omnis iuſtus effuſus ab initio mundi? Pulchre in rem præſentem ait Euthymius: *Vt veniat, inquit, ſuper vos condemnatio cuiuſli-bet iuſti ſanguinis, qui effuſus eſt ſuper terram. Lucas dixit: Vt exquiratur ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à con-ſtitutione mundi. Docens autem quiddam tremendum ſermo iſte. Qui enim peccatorum nouit pœnas, & nihilominus eos imitatur, rectum eſt, vt ab eo exigantur omnium ſupplicia, hoc eſt, pro vno-quoque pœnam luat, eò quod exemplo eius non ſeſe refrenauerit.* Qui videntes mala in alios peccatores venientia, non ſi-bi cauent, ſed eiſdem inſiſtunt peccatis; meritò à Deo iu-ſtiſſime vapulant. Ad præſentiam Arcæ peribant aliquan-do Philiſthæi, qui ideo miſerunt eam à ſe, venitque Arca in Bethſames, 1 Reg. 6. & ait Textus: *Percuſſit autem de vi-ris Bethſamitibus, eò quod vidiſſent Arcam Domini, & percuſ-ſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.* Sic Bethſamitæ amici percutiuntur, quaſi inimici Phili-ſthæi eſſent: nec miror: videntes enim, vt Philiſthæi ab Arca percutiebantur, non ſibi cauerunt. Ait Hugo Vi-ctorinus tom. 4. Elucidationum: *Dignum quippe fuerat, vt quia Philiſthæos, qui digne non erant, Arcam Dei tenere præ-ſumentes, pro ſua temeritate percuſſos audierant, ipſi quoque en-firmitatis ſuæ memores cum magna reuerentia, & timore ad il-lam reſpiciendam accederent. Quia igitur pro ſua præſumptio-ne percuſſi ſunt, innuit eoſdem percuſſos nominans.* Quando nouerant Bethſamitæ percuſſos Philiſthæos ob irreue-rentiam in Arcam Domini, debebant cauere ſibi. At, quia ſimili irreuerentia laborarunt, meritò percutiuntur. Sic enim percuti debent, qui viſis aliorum ſupplicijs non corriguntur.

Matth. 23.

Euthym.

1. Reg. 6.

Hug. Vict.

3. *Reg.* 21. Itaque cùm audiſſet Achab ſer-mones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauit-que, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Do-mini ad Eliam Theſbitem, dicens: Nón-ne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cau-ſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius.

§. XXVI.

Dei verbum arida corda reddit fœcunda virtutum.

